R 1330

1665-1673

Boulay, E. du

Historia universitatis parisiensis

5


3
2
¼



HISTORIA VNIVERSITATIS PARISIENSIS.

PLVRIMORVM COLLEGIORVM FVNDATIONES, STATVTA, Priuilegia, Reformationes, aliarum Vniuerſitatum quæ ex eadem communi Matre prodierunt, erectiones: Legationes plurimas ad Reges, & ad alias Vniuerſitates. Eiuſdem in reducenda pace Regni & Eccleſiæ Catholicæ, in extinguendo Schiſmate diuturno curas & labores, pro tuendis Regis, Regni & Eccleſiæ Gallicanæ Iuribus, Sanctione-Pragmatica & libertatibus pugnas, in negotijs Fidei Cenſuras multiplices, aliaque id genus ex Autographis deſumpta pluſquam mille, Tabularij Academici, Manuſcriptis Codicibus & membranis complectens.

Autore CÆSARE EGASSIO BVLÆO, Eloquentiæ emerito Profeſſore, antiquo Rectore & Scriba ejuſdem Vniuerſitatis.

TOMVS QVINTVS.

Ab Anno 1400. ad an. 1500.



BIBLIOTHEQUE ROYALE

BN -15

PARISIIS,
Apud PETRVM DE BRESCHE, Typographum Reginæ ordinarium, & Bibliopolam juratum Vniuerſitatis Pariſienſis;
ET
IACOBVM DE LAIZE-DE-BRESCHE, viâ Iacobæâ è regione Sancti Benedicti.

M. DC. LXX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

HABES tandem, Amice Lector, Hiſtoriæ noſtræ volumen quintum, in quo tanquam in ſpeculo cernes Vniuerſitatem Pariſienſem variorum negotiorum mole impeditiſſimam, in tuendis Eccleſiæ & Regni iuribus æque firmam atque inconcuſſam, omnibus Eccleſiæ Synodis, omnibus Regni Conſilijs præſentem, in extirpandis prauis dogmatis & hæreſibus fortiſſimam, in extinguendo Schiſmate conſtantiſſimam. Cernes quoque in fortunæ ludis, factionum torrentibus licet abreptam cum cæteris Franciæ Ordinibus & incertam aliquandiu, ſemper tamen paci ſtudentem, ſemper ad concordiam animorum & voce & ſcripto excitantem & adhortantem Partium Capita, Fautoreſque ac Populares; vno verbo ſemper æqui bonique conſulentem, & tandiu, tamque conſtanter, vt poſtremò Pacem publicam procurarit quam petebat. Quo facto Fortuna quaſi indignata ſe, quæ ludum inſolentem ludere amat, fuiſſe ipſius firmitate & conſtantia ſuperatam, omne genus malorum ei viſa eſt voluiſſe vndequaque comparare. Cum Redemptoribus vectigalium de Priuilegiorum ſuorum incolumitate, hoc eſt de ſalute ſua decertat, cum nonnullis Academicis nouorum priuilegiorum ſubreptione Ordinem Hierarchicum turbantibus in proprio veluti ſinu bellum gerit, pro tuenda Sanctione-Pragmatica, non ſecus ac pro fatali Clypeo Regni fortiter dimicat, contra quoſcunque Oppugnatores Regni Iura libertateſque intrepidè tuetur & propugnat. Vno verbo (vt omittam leuia certamina) nullum eſt genus bellorum in quo eam fortuna non exercuerit. Habes argumentum voluminis & operis: in quo ſi quid à me peccatum eſt, habes promptum facilemque confiteri & emendare. Neque enim animus eſt aut vnquam fuit tueri malè dicta ſicut nec malè facta. Et quia viſus ſum nonnullis retuliſſe paulò obſcurius Autorum teſtimonia, nec ſatis clarè mentem expreſſiſſe, aut non attribuendo laudem, cum laudem merentur, aut non affigendo crimen cum culpabiles ſunt (quod quidem Ego hactenus Hiſtorici munus eſſe non putaueram) Vt vt ſit, quia videri poſſum occaſionem dediſſe dubitandi, quod ſcriptum à me ſit quidquam contra veritatem ſacræ Hiſtoriæ, contra ſanam doctrinam, contra Canones & diſciplinam Eccleſiaſticam, & contra jus & di-

gnitatem Regis ac Regni, ne quid in opere ſit, quod cuiuſquam oculos aut animum offendat, quæ viſa ſunt obſcuriora, hoc qui ſequitur modo, illuſtrata & emendata accipe.

Tom. quidem 1. p. 16. vbi de Nauigatione Phocenſium, ita repone in Parentheſi (*quibus circiter temporibus capta eſt à Nabuchodonoſore Ieroſolyma, & tranſlatum ad Perſas Imperium.*)

Pag. 112. poſt verba Iordani, adde iſta. *Caue inde ſuſpiceris præſtitum vnquam tale obſequium Regnumque Gallicanum Imperio fuiſſe obnoxium, aut illi quicquam debere.*

Pag 306. vbi ſic ſcribo. *Propter quaſdam vrbes Ditionis Veromanduæ à Proditoribus Regi traditas.* Lege, *à Præfectis Comitis.*

Pag. 348. poſt illa verba. *Vnde ortam aiunt Diſciplinam illam quæ Scholaſtica nuncupatur.* Adde, *quæ licet per ſe laudabilis ſit & ſanè vtilis, poſtquam tamen Sophiſticè deprauata eſt à nonnullis, non immerito comparari poteſt cum famosâ illâ Scyllâ*, &c.

Pag. 400. vbi de Dauide Rege & Sacerdote. aut tolle Parentheſim, aut ita lege. *Dauid enim Rex erat, & Sacerdos etiam à nonnullis dictus eſt.*

Tom. 2. p. 68. vbi de Abaelardi condemnatione. Sic lege. *Durum id multis viſum fuiſſe ſcribit Abaelardus.*

Pag. 111. vbi de Innocentij II. electione ſic repone. *Non tam attenta Electionis ratione, vt monet Sugerius, quàm*, &c.

Pag. 200. poſt verba Gualteri adde Parentheſim (*quod quidem de Lombardo nimis acerbè dictum.*

Pag. 665. poſt illa verba. *Nempe lege ſacra ſeu Canonica & iure Diuino.* Adde, *vt tum loquebantur & exiſtimabant Iuris Pontificij Doctores.*

Pag. 684. vbi dico de Theol. Scholaſtica, quod tandem abijt in varias hæreſes, adde *quas quidam contentioſi homines eius abuſi ſubtilitate induxerunt.*

Pag. 774. vbi dico Rupertum vindicari perperam ab Hæreticis circa myſterium Euchariſtiæ. Adde, *ab Hæreticis poſtremi ſeculi.*

Tom. 3. p. 185. vbi refero verba Mathæi Pariſienſis de Papa in Francia, adde, *quod pro ridiculo commento apud doctos habetur.*



SEPTIMVM SECVLVM

VNIVERSITATIS PARISIENSIS

AB ANNO 1400. AD ANNVM 1500.

AD annum 1400 legimus indictam à Bonifacio Papa Romano plenariam, vt vocant, peccatorum remiſſionem, quam vulgò Iubilæum appellamus. Rex verò Francorum veritus, ne multi è ſuis ſubditis tam Eccleſiaſtici quàm laici, alij ſpe lucrandarum Indulgentiarum, alij forte rerum mouendarum deſiderio Romam proficiſcerentur, publicis litteris interdixit, ne vllus eò ſe conferret: ſic enim pauperius factum iri Regnum, ablatis ad peregrinandum pecunijs, & cauſam Bonifacij in contentione de Papatu viſum iri meliorem, ſicque ad pacis conditiones illum futurum duriorem; ſi eius in proponendis Indulgentijs authoritas & poteſtas à populo Chriſtiano paſſim agnoſceretur. 1400.

ORIGO RVINÆ PRAGENSIS ACADEMIÆ.

Wenceſlaus verò Rex Bohemorum & Caroli IV. Imperatoris filius à Bonifacio impetrauit vt pari authoritate celebrari Iubilæum Pragæ permitteret, ijſdemque propoſitis indulgentijs, quas Romæ Peregrinantibus propoſuerat: idque Imperator impetrauit, ſed ad exitium ſubuerſionemque ſuæ Pragenſis Vniuerſitatis, hac occaſione. Forte temporibus illis **terebatur Curioſorum manibus liber Wicleffi Hæreſiarchæ Angli, cui** pro titulo eſt *Alethia*; & cum initio Magiſtri Pragenſes eum damnoſum & hæreticum eſſe ſanxiſſent, ſolus contradixit Ioannes Huſſius, eodem anno Sacerdos factus: imò contra Decreta Vniverſitatis, publicè Diſcipulis ſuis prælegit, ſicque multorum offenſionem incurrit. Cum autem Concionatores Indulgentiarum merita prædicare cœperunt, ille cum ſuis ſequacibus earundem vanitatem apud Populum publicè demonſtrare aggreſſus eſt. Hinc æſtus animorum & diſcordia Ciuium Pragenſium. Vniuerſitas conſulitur, ſed propter Nationum, ex quibus conſtabat, diſſidia, quæ ipſe Ioannes excitauerat, aduerſùs eum decernere non poteſt. Quippe ille prælatum ſibi fuiſſe dolens Magiſtrum quendam Germanum exteræ Nationis, in petitione cuiuſdam Sacerdotij, quæſtionem mouerat de numero ſuffragiorum à Nationibus ferendorum. Erant autem iſtæ quatuor, *Bohemica*, *Polonica*, *Saxonica & Bauarica*, è Magiſtris omnium Profeſſionum Diſciplinarumque conſtantes: contendebat verò Bohemicam Pragæ in proprio fundo potiorem eſſe debere ſuffragiis, cæteras tres ad vnum redigendas. Hæc Quæſtio; & tale Quæſtionis fundamentum.

1400. LIS DE NVMERO SVFFRAGIORVM.

Duo pro tribus Nationibus exteris pugnabant, inſtitutio, ſeu fundatio ipſius Vniuerſitatis, & vſus. Quippe Carolus IV. Imperator Wenceſlai pater, qui in Scholis Pariſienſibus educatus fuerat, reuerſus in Patriam, & Imperator electus inſtituerat Pragæ Vniuerſitatem, eamque inſtar Pariſienſis ex 4. Nationibus compoſuerat, cum pari numero ſuffragiorum in Comitiis & deliberationibus: quem numerum hactenus ſeruauerant ſingulæ abſque vlla contentione, lite aut diſſidio. Ad hoc Bohemi duo reſpondebant. 1. Inſtitutam à Carolo Vniuerſitatem Pragenſem, eo tempore, quo pauci erant admodùm in Bohemia litterati: ac proinde plura exteris Nationibus ſuffragia conceſſiſſe, quàm Bohemicæ: nunc verò cùm Natio Bohemica numero Suppoſitorum abundaret, vertendas eſſe vices, eique tria ſuffragia attribuenda; cæteras ad vnum redigendas. Alterum reſpondebat Huſſius magis ſubtiliter; nempe Carolum in Diplomate fundationis cauiſſe, vt qui *mos Gymnaſij Pariſienſis erat*, idem Pragæ ſeruaretur: at verò in Academia Pariſienſi è quatuor Nationibus, tres eſſe Gallicanas ſeu Gallicanæ Ditionis, nimirum ipſam Gallicanam, Picardicam & Normanicam; quæ tria ſuffragia haberent; quartam vnum tantùm, nempe Anglicanam. Quâ de re breuiter ſic habetur lib. 23 Hiſtor. Bohemicæ.

» *Sic videlicet Carolus ab Inſtitutione Pragenſis Gymnaſij conſtituerat, vt in fe-*
» *rendis ſuffragijs Germani tres voces, Bohemi quartam haberent:* quoniam pau-
» ciſſimi Bohemorum tunc operam litteris nauabant: poſtremo tamen di-
» plomate ſic concluſit, *vt mos Pariſienſis Gymnaſij, Pragæ item ſeruaretur.*
» Exclamat Hus morem hunc in Gallia retineri, vt externi ſuffragio ſim-
» plici, Domeſtici autem triplici perfungantur. Ad Regem prouocant
» Germani. Atque vtraque interim pars Iudicem muneribus corrumpere
» non ceſſat: adeo vt Rex ſibi dicere permiſerit. Vnde mihi hic tam bea-
» tus Anſer natus, qui tot ſubinde aurea argenteaque oua mihi excludit?
» Hus enim lingua Bohemica latinè *anſerem* ſonat. Verùm ignauum Prin-
cipem vltio condigna ſecuta eſt. Ei ab Electoribus admonito pluries &
fruſtra, Imperium abrogatur. Rupertus Boiorum dux & Præfectus Prætorio Rheni, rebus imponitur.

In quodam MS. Herouuallij quod in dorſo hæc verba præſe fert, *Extraits des Arreſts & Ordonnances*, fol. 89. recto. legitur interdictum fuiſſe Rectori Vniuerſitatis vocare in ius ad Tribunal Academicum, Prætorij vrbani, ſeu vt vocant, Caſtelleti Procuratorem Regium.

„ L'an 1400. le Samedy 15. iour de Decembre la Cour fit defenſes à
„ grans peines au Recteur de l'Vniverſité de Paris & à pluſieurs Maiſtres
„ eſtans auec luy qu'ils ceſſaſſent de pourſuir deuant eux en l'Vniuerſité le
„ Procureur du Roy en Chaſtelet qui eſtoit Maiſtre és Arts. Pour ce que
„ à cauſe de ſon Office il pourſuiuoit le droit du Roy par certains.....
„ dont auoit eſté debat en Chaſtelet entre Sanguin & Pierre Chauſſée Li-
„ braire de l'Vniuerſité, dont le Recteur vouloit auoir la connoiſſance,
„ comme ce eſt enregiſtré ou liure du Conſeil de Parlement, au Greffe
„ Ciuil, & auoit fait citer deuant luy ledit Recteur, ledit Procureur plu-
„ ſieurs fois & le vouloient priuer de l'Vniuerſité ceux de l'Vniuerſité,
„ comme ce eſt eſcript és Regiſtres de ladite Cour & auſſi au Liure blanc,
„ eſtant en la Chambre du Procureur du Roy en Chaſtelet

Eodem anno Palæologus Conſtantinopolitanus Imperator ſuppetias quærens contra Tamerlanem, Lutetiæ, iubente Carolo Rege ab omnibus ordinibus vrbis honorificè exceptus eſt & ſalutatus. Verùm verbis tantum & promiſſis adiutus in Angliam transfretauit. Ex iſta autem Imperij Conſtantinopolitani ſubuerſione commodum ceperunt Muſæ noſtræ, quod extorres Græci ſuas noſtris litteras coniunxerint: quos inter præcipui Emanuel Chryſoloras Byſantinus, Theodorus Gaza Theſſalonicenſis & Georgius Trapezuntius, viri ſupra omnem laudem.

Eodem anno iam abſoluta Cracouienſis Academia, cuius jacta fuerant an. 1364. fundamenta, ludum aperit; & Petrus Epiſcopus Cracouienſis

Iuris Canonici lectionem auſpicatur menſe Iulio.

1401. CAVSA MATISCONENSIS.

Ad annum 1401. referre licet Tractatum quendam Epiſcopi Sarlatenſis pro exemptione Cleri Matiſconenſis. Cauſa in Senatu Pariſienſi verſabatur inter Epiſcopum Clerumque Matiſconenſem & Ciues prædictæ vrbis: eratque quæſtio huiuſmodi. Rex edixerat vt ad refectionem murorum contribuerent Exempti & non Exempti. Ciues Matiſconenſes Epiſcopum & Clerum communi legi ad communem quippe defenſionem latæ ſubijcere voluerunt. Iſti ſe ſubijci non poſſe conteſtati ſunt. Pro vtraque parte Legum Doctores varij varia ediderunt. M. Raimundus de Britonos, ſeu Bretenous è nobili ſtirpe de Caſtelnau de Bretenous Legum Doctor & Epiſcopus Sarlatenſis factus an. 1397. (qui an 1407. defunctus eſt) rationes quaſdam iuris pro libertate Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum edidit, quæ habentur in MS. San-Victorino, notato hiſce characteribus BF. 31. fol. 233.

Sic autem Tractatum ſuum incipit. *In Cauſa Matiſconenſi*, quamuis per alios fuerit plenè allegatum, tamen aliqua adduco quæ videntur mihi facere ad propoſitum.

Et 1. inquit, videtur quod non ſit dubium quin de iure Eccleſiæ & « Eccleſiaſticæ perſonæ, bona & familia eorum libera ſint de iure Diuino, « Canonico & Ciuili, & iure Gentium, & iure Naturali. Quia Deus à prima « creatione rexit mundum per ſe; deinde per Patriarchas, pòſt per Iudices « & Reges: & pòſt, quando Chriſtus natus eſt, omnia fuerunt ſibi ſubiecta; « & deinde per conſequens Vicario ſuo Petro. Et pòſt Vicarij Chriſti « poſt longum tempus ordinauerunt, vt omnia prædicta eſſent libera; nec « contribuere tenerentur Clerici, nec Eccleſiæ in aliqua neceſſitate Lai- « corum, niſi quando bona Laicorum non ſufficiunt. Et tunc Epiſcopi nec « alij non poſſunt de voluntate eorum facere, ſed debent hoc facere au- « toritate Papæ: quia Clerici nec Epiſcopi, non ſunt niſi Adminiſtratores; « & non poſſunt ſubmittere Eccleſias, niſi ſpeciali mandato Papæ & bonis « Laicorum deficientibus. Vt in Iuribus communibus eſt ſatis clarum, vt « habetur in *C. Aduerſus*, & c. *Non minus*. Extra. de Immunit. Eccl. Quia « Papa qui eſt Vicarius Dei, non fecit in dictis Capitulis niſi declarare le- « gem antiquam Dei qui volebat Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas eſſe « liberas. Quod declarat Papa, quod tempore neceſſitatis quando bona « Laicorum non ſufficiunt, eo conſilio, qui eſt diſtributor bonorum Eccle- « ſiæ, eis ſuccurrit. Item quia maiori ſecuritate & libertate debent gau- « dere nunc Eccleſiæ, quàm tempore Infidelium, vt Pharaonis, ſub quo Ec- « cleſia & bona Sacerdotum & Leuitarum habuerunt libertatem. Item « maiorem libertatem debent habere nunc quàm tempore Imperatorum; « quia nunc perfectè Chriſtus cognoſcitur, cuius ſeruitores ſunt Clerici « & Eccleſiæ Chriſti ſunt: Nam in primis temporibus aliqui Imperatores « **erant Fideles, & alij Infideles. Et ſic diuerſo turbine turbabatur Ec-** « cleſia. «

Materiam iſtam fusè tractat, ſententiamque ſuam 40. & amplius rationibus confirmat, quas hîc referre non eſt noſtri propoſiti.

Eodem anno lis intercedebat in Curia Pariſ. inter Matthæum du Vaſſer Baccalaureum in Decretis actu ſtudentem, Procuratorem Generalem, & Vniuerſitatem Actores ex vna parte; & Reginam Hieroſolymorum & Siciliæ, Andium Duciſſam tam proprio quàm Pupillorum ſuorum nomine, Falconem de Rupe Priorem de Line, Philippum Aurillot Priorem de Raillon, Ioannem Beauregard & alios Defenſores & Reos ex altera. Materia litis hæc erat. Supra nominati iubente Regina & edicente litteris ſimplici ſigillo munitis, manum iniecerant in libros, pecuniam, ſyngraphas, gregem, vini modios & alia ad ipſum Vaſſerium pertinentia, eaque diuiſerant inter ſeſe. Quamobrem ille ad Curiam querelas ſuas detulerat: Illa verò Decreto ſuo 17. Iunij an. 1402. reos multipliciter multauit erga Vaſſerium, Vniuerſitatem & Regem, Impenſarumque reſtitutione damnauit. Habetur illud Decretum in Tabulario Aca-

demico notatum hiſce Characteribus A. 10. E.

1041. Die 16. Decemb. eiuſdem anni electus eſt in Rectorem M. Radulphus de Thalia, quo Rectore 5. Ian. habitis Comitijs Vniuerſitatis facta eſt Concluſio, quæ legitur inſerta in Decreto Senatus lato 23. Sept. 1402. *Magnæ circumſpectionis & ſcientiæ vir* M. Radulphus de Thalia, *Vniuerſitatis Rector, habitâ prius concordi deliberatione* FACVLTATVM THEOLOGIÆ, DECRETORVM ET MEDICINÆ, AC PROCVRATORVM 4. Nationum eiuſdem Vniuerſitatis, nomine prælibatæ Vniuerſitatis concluſit, &c.

1402. STATVTVM DE IVRIBVS BEDELLORVM. Ad annum 1402. legimus conditum à Facultate Medecinæ ſtatutum quoddam de Iuribus ſuorum Bedellorum ſic ſcribente eiuſdem Decano M. Henrico Doigny diœceſis Pariſ.

In iſto Decanatu die 1. April. 1402. Sabbati poſt Miſſam in S. Mathu-
» rino, Facultate ſolemniter congregata & conuocata per ſcedulam in Ca-
» pitulo S. Mathurini ad ordinandum de iuribus quæ recipiunt Bedelli
» Facultatum, ſcilicet Theologiæ & Artium in dicta noſtra Facultate;
» quia etiam Bedelli Facultatis noſtræ iura multa in illis percipiunt: quia
» quidam noui Magiſtri illa nolebant dictis Bedellis Facultatum prædi-
» ctarum perſoluere, & ſic noſtri ſuo etiam iure in illis priuati fuiſſent,
» *fuit declaratum & concluſum concorditer quod magni Bedelli principales ante-*
» *dicti ſcilicet Theologiæ & 4. Nationum haberent de cætero & habere debebunt*
» *& debuerunt à quolibet Magiſtro nouiter in Medicinæ Facultate incipiente, qui-*
» *libet biretum & Chirothecas duplices. Et ſic ſunt ſ. bireta & ſ. Paria Chirothe-*
» *carum duplicium. Subbedelli autem Theologiæ & Subbedelli 4. Nationum ha-*
» *berent ſimiliter quilibet Chirothecas ſimplices. Et ſic ſunt ſ. Paria Chirotheca-*
» *rum ſimplicium.*

Eodem anno rurſus mota eſt Quæſtio de ſubſtractione obedientiæ, quæ Benedicto facta fuerat. Rex Aragonum & Vniuerſitas Toloſana Legatos ad Regem pro reſtitutione obedientiæ miſerunt: quibus ſe Dux Aurelianus adiunxit; Bituricenſis verò & Burgundus cum Vniuerſitate Pariſienſi negabant reſtituendam. Factam quippe ſubſtractionem legitimè, obſeruandamque quandiu Schiſma duraret. E Doctoribus Theologis vnus inter concionandum dixit publicè ſubſtractionem eſſe fuiſſeque iuſtam, contraque ſentientes, Schiſmatis fautores appellauit. Moleſtè id tulit Aurelianus, accerſitoque Rectore, petijt num id mandaſſet publicè dici: negante verò illo imperatum à ſe quidquam tale, Concionatorem illum apud Regem accuſauit. Verùm Collegæ ſui cauſam M. Ioannes Breuis-coxæ Doctor quoque Theologus fortiter defendit, ſubſtractionem propugnauit, Benedictum periurum, Schiſmaticum indignumque eſſe Papatu demonſtrauit.

Vniuerſitas Toloſana Regi porrexit Epiſtolam contra ſubſtractionem, rationeſque multiplices rationibus Vniuerſ. Pariſienſis oppoſuit, quibus oſtendere conabatur iniuriosè & contumeliosè factum hactenus erga Benedictum. Epiſtola talis eſt ex MS. San-Victorino.

Epiſtola Vniuerſitatis Tholoſanæ ad Regem.

» ORthodoxe ac Inuictiſſime Pugil fidei, brachium inclytum dextrum
» Eccleſiæ ac Principum Chriſtianiſſime Princeps! Vineæ Domini
» Sabaoth, cuius ipſe Vos præcipuum cuſtodem conſtituit & deputauit
» præ cæteris mundi Principibus defenſorem, quamque veſtra Majeſtas
» Regia indeſinenter exactâ diligentiâ fructuoſis ampliauit palmitibus, &
» veſtri ab olim prædeceſſores fideliſſimi coluêre, ac in qua vitis illa quàm
» fertilis, quàm potens, quàm fructifera videlicet Francorum Regia po-
» tentibus referta Principibus, ſtrenuis repleta proceribus, & pugilum
» numeroſitate ſuffulta, ſuas virentes, denſas ac immarceſſibiles frondes
» propaginum dilatauit. Dolet ſuſpirat & plangit veræ vitis palmes veriſ-
» ſimus, quem fluxu roris irrigante cœleſtis ad vmbram floris candidiſſimi

Liliorum intra muros vrbis veſtræ Regiæ Toloſanæ, Vos diebus veſtris « ——
& præteritis ſeculis progenitores veſtri acceptabiles Deo totíque Orbi « 1401.
ſpectabiles nutriuêre, vt eſſet Regni & Regiæ coronæ ſpeculum, fideli- «
bus ſubditis hauſtus veritatis ſaluificæ, morum exemplar idoneum, & ad «
perfectionem vehiculus & auriga, videlicet *veſtra humilima filia Vniuer-* «
ſitas STVDII TOLOSANI, varijſque ſingultibus ingemiſcit, & multipli- «
cantur in ea lachrymoſi carminis tragediæ, dum vtriuſque hominis lu- «
mine conſpicit clariori quod exterminat eam Aper de ſilua, quod vul- «
pes ſuis fallacijs demolitur, quod iam ſpinis, vepribus & tribulis occu- «
pat; & quod dolenter referimus, pene degenerat in labruſcam. Sic «
frumenta in lolium, ſic in oleaſtros oliuæ, ſic aurum in ſtoriam, & ſic «
oleum conuertitur in amurcam. Vnde factus eſt planctus in Iſraël, & «
ora veris Elegi fletibus irrigantur, dum immaculata columba, non ru- «
gâ turpis, nec maculâ deſpicabilis ſancta noſtra Ieruſalem & ſponſa Ca- «
riſſima Saluatoris ſuo in exteriori tegmine, quod modò malignorum di- «
ris aculeis pungitur, tunſionibus varijs quatitur & quaſi quibuſdam tru- «
culentis ſicarijs ſauciatur; dum quæ libera ſemper extitit, in ſeruitutem «
redigitur, quæ vitam promittebat, ferè in mortem duci quæ tympano & «
pſalterio exaltabat, horridis cornu & tubâ quaſi deliquerit, eluditur: «
quæ pacem procurabat, à ſuis etiam filijs, germanis & collateralibus «
affligitur; & quamuis vna Diuiſionem non patitur nec norit, quantum «
eſt in homine crebras in partes diuiditur, & cruento pugione ſecatur. «
Sic iuxta.. *Vetus Oriens inter ſe populorum rixantium furore colliſus indiſciſſam* «
tunicam Domini & deſuper charitate contextam minutatim per fruſta diſcerpit; «
heu ſectio deploranda! heu inaudita ſciſſura! iam artus corporis videmus «
acephalos, iam membra ſubſtrahunt neceſſaria capiti, & iam latera ſcien- «
ter & vltro ſalutis propriæ prodiga morbum pleureſis incurrunt. Quis «
ergo, quis, Sereniſſime Princeps? Religionis Chriſtianæ profeſſor, hoc «
flebile detrimentum Eccleſiæ non lugebit? quis Orthodoxæ fidei verus «
Cultor in tanta ſubuerſione Domus Domini lamenta & gemitus conti- «
nebit? quis nominis Chriſtiani zelator, qui nauis Petri ſuo modo patia- «
tur naufragium, non dolebit? quis ipſius Nauis nautam vnicum, capti- «
uatum nefandis obſidionibus non lugebit? Proh dolor! quia gloria pa- «
ſtoris corruit, & non eſt qui adiuuet, & non eſt qui vtatur baculo paſto- «
rali, quo lupos ab ouili cohibeat, quo debiles oues ſuſtentet, quo lapſas «
erigat, quo erraticas in Dominicum ouile reducat. Confoſſa doloris acu- «
leis præfata veſtra filia, quæ vſque ad hæc tempora tacuit, modò quaſi «
parturiens loquitur, ſe verbis conferens Iſaiæ. Nec miretur veſtra Ma- «
jeſtas Regia quod huc vſque ſiluerit, & nunc poſt longum tractum tem- «
poris in verba, quaſi dormierit, euigilata prorumpat. Tacuit enim poſt «
ſubſtractionis communiter non acceptæ conceptum facta velut attoni- «
ta, afflictionem nedum ſentiens, quaſi prægnans verba ſub ſigillo ſilen- «
tij retinere voluit, ex ſubſtractione vnionem pro partu promiſſam ſuſ- «
pirijs inanibus multiplicatis expectans. Sed quid iam videmus, quod vel «
iſta ſubſtractio vnionem non conceperat optatam in vtero, vel ad ope- «
ram partus veniens, non proſperè ſuccedens puerperium abortiuit. «
Porro ad clamoris ſtrepitum non proſilijt, quia licet foret ſubſtractio- «
nem publicantium blandimentis illecta, nutabunda tamen titubauit vſ- «
que ad hæc tempora. Vtrum per ſubſtractionis abrupta veniri poſſet ad «
finem optatum ſeu terminum vnionis? O vtinam lux micaſſet ex tene- «
bris! vtinam roſa proceſſiſſet ex ſpinis! vtinam ſolaris claritas radiaſſet «
ex fumo! & vtinam mellis dulcedine leonina ferox bellua cruento con- «
cepiſſet in ore. Præterea quid loqui præfatæ filiæ veſtræ profuiſſet cum «
à principio penitus audientia à contrarium opinantibus turbaretur: Abſ- «
que eo quod quidam ex illis qui per vos fuere ad Concilium Pariſienſe «
euocati, & qui habentes reſpectum ad Deum, bonum Eccleſiæ, hono- «
rem veſtrum & Regni, & qui veſtræ majeſtati Regiæ ſecundum con- «
ſcientiam & juſtitiam conſulebant, non eſſe ſubſtrahendam obedientiam «

1402. » vero Papæ, Parisius esse non poterant, nec adhuc esse possent forsitan » sine eorum maximo timore personarum & periculo. Quia quidam ex » Episcopis etiam in præsentia vestra, vestri Concilij, inter pressuras, quo- » rundam positi, nisi fuisset Serenissimorum Patruorum vestrorum & fra- » tris præsidentia, per eos quasi opprimebantur letaliter; vt sic qui iure, » ratione & veritate vincere non poterant, saltem impiâ & sacrilegâ pu- » gnorum pugnâ & insultuosis clamoribus obtinerent. Profecto etiam » cum propter tractatus habitos cum Papa frequentiùs, ex quibus spera- » bat verisimiliter tantæ cladi de opportuno remedio prouideri; tum quia » egebat tempore vt aliquid maturiùs ageretur, tum quia non videbat » posse proficere bono modo, vsque ad tempus tacuit opportunum, se- » quens consilium sapientis. Christus contra quem clamabatur inconsul- » tius, *Crucifige*, velut Agnus coram tondente tacuisse legitur, quia quod » vsquequaque posset proficere ad nutum Patris altissimi, non videbat: » quippe cum teste Gregorio quasi quoddam nutrimentum verbi sit Cen- » sura silentij, veritas prius tacendo discitur & postea loquendo docetur. *Ille* » *nempe scit ordinatè dicere, qui nouit ordinatè tacere*: imò secundum Senecam » *loqui nescit qui ad tempus tacere non nouit.* Cæterum linguam cohibere de- » creuimus cotidie quod timor Domini & remorsus conscientiæ emenda- » rent delinquentes in materiâ de qua loquimur, quia multi facilius à se- » ipsis quàm ab alijs, præsertim in criminibus notorijs corriguntur. Quid » plura? requisita per eandem Majestatem Regiam, quod ad Parisiense » Concilium certos nuncios destinaret, quod & fecit volens, vestris tan- » quam obedientiæ filia posse tenùs obtemperare præceptis, quid à dictis » nuncijs quærendum esset, penitus ignorans. Ad quæstionem sibi non » patefactam, quam tamen sibi notam fieri diebus singulis cogitabat, vt » quid sentiret, in præjacenti materia responderet, provt nomine dictæ » filiæ oblatum extitit in Concilio memorato, vsque modo distulit & me- » ritò. Cum adhuc se non auderet ingerere, suum vestræ majestati Regiæ » non petitum propalare conceptum, instar Samuelis qui dormiens in ta- » bernaculo ostensam sibi visionem non indicauit Hely præcipuo Pontifici, » donec fuit interrogatus & adiuratus ab illo. Nunc verò quia cognito » dispendiosæ substractionis velut facto notorio, malo partu: ac vsquequa- » que oriuntur ex illa scandala, animarum periculis & errorum sentibus, » contra quos sarculum prouidentiæ iam fore necessarium reputamus si » taceret vlterius iuxta verbum Iob, *os suum condemnaret eam*, cum iuxta » Cyprianum, *aliquando nimia taciturnitas stultitiæ adscribatur; sicut verbo-* » *rum nimietas ad furorem.* Et iuxta Canonem: *non est nobis licitum dissimu-* » *lare, nec est tacere libertas*; quibus inter cæteras Vniuersitates notabiles » Regni vestri zelus Christianæ Religionis incumbit. Et sic væ sibi forsi- » sitan si taceret: væ si obmutesceret, & væ si à bonis in tanta Ecclesiæ » subuersione sileret, quia exigua est virtus præstare silentia rebus, vo- » lens tacenda referre, vel reticere referenda; igne Spiritus sancti vt ve- » risimiliter præsupponitur, & zelo charitatis accensa, doloris tamen acu- » leis in intimis cordis sauciata visceribus quasi parturiens loquitur tam » mœrens, tam plena singultibus, tam afflicta. Nonne animal brutum » & mutum: imo inter bruta ineptius doloris calcaribus stimulatum in » verba prorumpens insidentem Balaam reprehendit? Nonne mutos » etiam apud Valerium vehementi dolore confossos legimus in vocales » prorupisse sermones, primum, cui victoria tollebatur, concedens præ- » mium; & secundum quia Patrem videbat crudeliter opprimi & inaniter » perniciosis manibus contrectari; quod oppressor nouum assumens in mi- » raculum, Patrem ipsum liberè proprio suo motu dimittens, ne immeri- » tus affligeretur per amplius; & vt sic mortem euaderet commina tam » ad muti clamores & voces quantocyus relaxauit impune. Hic autem; » nedum potest, sed Pater Patrum & summi Patris Vicarius, non ab ex- » traneis, sed à propinquis etiam per eum enutritis & exaltatis opprimi- » tur, eluditur & vexatur. Qualis autem condemnatio eis immineat qui

in Patres peccant, Scriptura docet diuina; ſi enim Cham quia Patris ve- "
renda non operuit, maledictus eſt, multo ampliori condemnatione digni " 1402.
ſunt qui Patribus legatione Dei fungentibus inferre contumelias non "
verentur. Non mirum igitur, de præfata filia ſi loquatur, quia perſæpe "
aperuit ſapientia os mutorum, facitque ſæpe ſurdos audire, & mutos "
loqui: Signanter cum propter tantum & tale dedecus ſummi Pontificis "
Romanæ Eccleſiæ ſacroſanctæ veſtræ Majeſtati Regiæ & etiam Regni "
veſtri plena ſit quaſi parturiens doloribus, mœroribus & lamentis, plo- "
rans plorauit in nocte, & lachrymæ illius in maxillis eius, quia non eſt "
qui conſoletur Eccleſiam Romanam ſacroſanctam, eiuſque ſponſum "
Chriſti Vicarium ex omnibus charis eius. Heu Domine Ieſu Chriſte! quis "
adeo crudelitatis licentiauit habenas? quis ſic frenum inobedientis au- "
daciæ effrenauit? quis appetitum noxium ſic laxauit? & quis ſic lorum "
compaſſionis, obedientiæ & reuerentiæ religauit? vt contra Papam tuum "
locum tenentem in terris oriretur noſtris ſeculis tanta & talis inuiſa per- "
ſecutio etiam vſque ad effuſionem ſanguinis perniciosè defenſa? Nun- "
quid abrogata eſt lex Dominica? lex immutabilis, lex tam ſancta, quæ "
inobedientes Principi morte meritâ condemnabat, quæ meliorem obe- "
dientiam quàm victimam prædicabat & quæ nolle acquieſcere inter "
ariolandi ſpecies computabat: abſit. Obedientiâ quippe, prudentum "
teſtimonio, domatur ferocitas animorum, oſtenditur mentis humilitas, "
comprimuntur vitia, exhilarantur virtutes, ordo ſeruatur in cunctis & "
redditur Iuſtitiæ gladius otioſus. Hinc Regna florent, ampliantur vr- "
bes & mentium tranquillitas conſeruatur. Legis igitur diuinitus promul- "
gatæ præcepta ſe ſequentes ſic diſcant ſubeſſe ſubditi, ſicque doceantur "
ſubiacere ſubiecti, vt bonum obedientiæ celebrent, decorem reue- "
rentiæ colant, quod diſpoſuit aliàs diſponant, Prælationis officium, "
colla ſubiectionis capiant, innocentiæ laudem non deſerant, malo nulli "
conſentiant, & lucrum quæſiti meriti non amittant; edictum Euangeli- "
cum inobedientis contemptus non deleat, legis præcepta ſimulata de- "
uotio non deſerat, & conſtitutiones Canonum, legeſque approbatas "
Principum lingua ſacrilega & pertinax non offendat. "

Sed heu, proh dolor! Eccleſiaſtici & literati nonnulli os ſuperbius "
erigentes in cœlum, legem Diuinam falſis interpretationibus diripiunt, "
canones non recipiunt, Conſtitutioneſque approbatas Principum reij- "
ciunt, & ſuæ prudentiæ innitentes intentionis propriæ mendacia fulcire "
fucatis ſophiſmatibus moliuntur. Tales lanceis armantur & gladijs, no- "
uaculam complectuntur, vt vel impugnent quod tueri conuenerat, vel "
deleant quod redegiſſe decuerat. In ſcripturis colores & figmenta ve- "
nantur Sophiſticos, inueniunt rationes vt ponant in rectis actionibus "
maculas, ſententijs irrogent ſanis iniurias, & iuſtis ordinationibus pro- "
uiſionem inordinationis adducant; non reformant ſed deformant, non "
corrigunt, ſed corrumpunt; non illuminant ſed obnubilant; non diri- "
gunt ſed peruertunt, non expediunt ſed impediunt; non diſcutiunt ſed "
incutiunt, non examinant ſed confundunt, illaudabilia laudibus reſo- "
nant & quæ ſunt habenda deſpectui, per tubas exultationis exaltant. "
Sic vitatis Iuſtitiæ & bonæ conſcientiæ motiuis ſuffultos vocant, Ma- "
gnatum in aſpectibus vnitatis concordiæ & pacis aduerſarios, fauoreque "
damnato, ſeu peruerſa ambitione corruptos. Sic quam plures aures "
præbentes eiſdem ad illicita prouocant. Sic vaniloquijs & ſeductioni- "
bus veritatis lucernam fumo falſitatis ſuffocant, ſic virtutis & Iuſtitiæ "
Senatores velut nefarios & ſceleratos, exquiſitis opinionibus & extor- "
tis intellectibus etiam Donati regulis, argumentis propoſitum non in- "
ferentibus & Sophiſtarum deliramento condemnatis. O damnata præ- "
ſumptio mater vitiorum, peccati ianua, peſtis publica & vitanda Carib- "
dis! vbi de hæreſi, ſchiſmate, vnione Eccleſiæ & ſubſtrahenda vel priuan- "
da obedientia ſuperioribus agitur, ceſſat Grammaticorum ſimplicium "
imbecillitas, Sophiſtarum duplicitas, & loquacitas Logicorum. Hìc "

1402. » igitur tractent fabrilia fabri, quærantur Theologorum ſuffragia, Ca-
» nonum ordinata compendia & Iuris conſilia conſultorum.
» Vt autem non fore ſubſtrahendam obedientiam ſummo Pontifici &
» ſubſtractam eidem debere reſtitui fiat luculentiùs manifeſtum, fas eſt
» fundamentum materiæ ſub quodam diuino & humano iuribus fulcito
» compendio recenſeri, videlicet perſcrutemur. Quis potuit citra Papam
» ſuper hoc Pariſienſe Concilium congregare? ſi ipſo congregato, per
» ipſum potuit aliquid concernens ſtatum Generalem Eccleſiæ ordinari.
» Et ſi ordinata ibidem roboris obtinent firmitatem, vtrum licuerit ſub-
» ſtrahere obedientiam vero Papæ etiam vt vnio in Dei Eccleſia ſeque-
» retur. Et ſuppoſito pro veroquod non, an ſit reſtitutio obedientiæ fa-
» cienda
» Cum autem authoritatem congregandorum Conciliorum genera-
» lium & aliorum, vbi de ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ agitur & ſummi Pon-
» tificis eius ſponſi manifeſtum ſit tantùm ad Romanum Pontificem per-
» tinere, quis ſanæ mentis pertinaciter affirmabit quidquam ſine autho-
» ritate ſedis Apoſtolicæ cui in ſolidum præeſt Papa, ad examinandam
» potiſſimè cauſam Criminalem ipſius Romani Præſulis poſſe generalem
» aut particularem ſynodum congregare? Nullum enim generale aut par-
» ticulare Concilium circa præmiſſa vel aliquod præmiſſorum celebratum
» ratum eſt, aut erit vnquam, quod non fuerit ſedis Apoſtolicæ, cuius
» caput eſt Papa, à quo in ſolidum talia receperunt poteſtatem Concilia,
» Iudicio & authoritate fulcitum. Quod cum fuerit dictæ ſedi Chriſti iuſ-
» ſione & venerandorum Conciliorum declaratione conceſſum in ſoli-
» dum, nullus quantacunque authoritate præfulgeat, hoc ſibi poterit
» vſurpare. Multis denique Apoſtolicis, Canonicis & Eccleſiaſticis regu-
» lis edocemur non debere abſque authoritate & conſenſu Romani Pon-
» tificis Generalia Concilia celebrari: quod ſi aliter factum extiterit, non
» Concilium, ſed Conuenticulum ſeu Conciliabulum dicetur; & quid-
» quid in ipſo actum fuerit, irritum erit & vacuum: & contra facientes
» ſedis Apoſtolicæ communione carebunt. Nec legitur præter Apoſto-
» lici apicis ſanctionem aliquid fuiſſe conſtitutum ſuper cauſis maioribus,
» ſed tantum præfatæ ſedis arbitrio terminatum. Hinc etiam cum au-
» thoritas Theodorici Regis ex diuerſis Prouincijs ad vrbem Romam
» Sacerdotes conuenire iuſſiſſet, vt ſanctum Concilium indiceret, de
» hijs quæ venerabili Symmacho præſuli ſedis Apoſtolicæ ab aduerſarijs
» ipſius dicebantur impingi, ſuggeſſerunt Epiſcopi præſentes in Conci-
» lio ipſum qui dicebatur impetitus, debere Synodum conuocare: Scien-
» tes quia eius ſedis primum Petri Apoſtoli meritum, deinde Domini
» ſecuta iuſſione Conciliorum authoritas ſpecialem in Eccleſijs tradidit
» poteſtatem; nec ante vel poſt niſi ſe humilitate ſubmitteret à quo-
» quam legitur dictæ ſedis **iudicatus antiſtes. Cui ſententiæ** Rex incly-
» **tus** annuens confeſſus eſt nihil ad ſe præter reuerentiam de negotijs
» Eccleſiaſticis pertinere. Epiſcopi verò in Synodo reſidentes cauſam
» dicti Pontificis qui etiam dicebatur hæreticus, Dei, cuius erat cauſa,
» iudicio reſeruarunt. Quid plura? Marcellius Epiſcopus vrbis Romæ,
» nihilominus martyr inſignis templum Paganorum ingreſſus compulſus
» ſuper prunas impoſuit grana thuris, propter quod contra eum vniuer-
» ſorum Epiſcoporum Concilio congregato, quia prima ſedes non Iudi-
» catur à quoquam, non audentes in eum proferre ſententiam, ipſum
» oris ſui judicio commiſerunt. Pariter Sixtum contra quem inſurrexe-
» rat malus rumor, non iudicauit Concilium cui intererat Valentinianus
» Auguſtus, cum nullius reperiretur Iuriſdictioni ſubiectus Acephalum
» enim liquet eſſe Concilium vbi de tanta perſona agitur & Minorum
» ſententia expectatur. Cur igitur gloriatur ſecuris contra eum qui ſecat,
» in ea, aut exaltatur ſerra contra eum qui trahit eam? Sole clarius jam
» apparet non poſſe quemquam qui minoris authoritatis eſt, eum qui ma-
» ioris eſt poteſtatis, judicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus

ſub-

ſubiugare; ideoque licet aliorum hominum cauſas Deus voluerit per ho- « ——
mines terminare, ſedis tamen Apoſtolicæ præſulem ſine quæſtione ſuo « 1402.
in ſolidum arbitrio reſeruauit. Huius cauſas iſtic redarguere præſumit «
mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine iudicandus «
eſt, niſi deuiaret à fide. Etſi Dominus noſter Papa hæreticus aut Schiſ- «
maticus falsè æmulis vociferetur; à multis, SERENISSIME PRINCEPS «
hoc cognoſcere non eſt veſtrum, non particularis Concilij Regni veſtri, «
ſed authoritate ſua coaceruati generalis Concilij obedientiæ partis no- «
ſtræ, vel ad fortius ſuppoſito quamuis falſo, quod in caſu hæreſis aut «
ſchiſmatis potuerit per Pariſienſe Concilium iudicari viâ iuridica; tamen «
quia contra ipſum proceſſum extitit, ignoratur, quia nec per modum «
accuſationis, cum accuſator non comparuerit, qui ſe talionis obligaret «
ad pœnam; nec denunciationis, quia Euangelica monitio non præceſſit; «
vel quamuis præceſſiſſet, nihilominus tamen ipſum denunciari oportuit, «
non partiali præſumpto, ſed authoritate Apoſtolica conuocato Concilio «
generali; nec inquiſitionis, cum fama ortum habens Canonicum ipſum «
fore hæreticum Schiſmaticum, non niſi per maleuolos diuulgatur. «

Sed dicunt quod penès eos, quamuis per Nos vehementer prçſumitur, «
contra eum. Quid eſthoc? etiamſi ita eſſet ex vehementi præſumptione, «
ſecundum Conſtitutiones Canonicas non poſſet, (cùm propoſitiones «
luce clariores crimina poſtulent) legitimè tanquam hæreticus aut ſchiſ- «
maticus condemnari. Eſtne hic igitur ordo iuris ſeruatus? Iam contra «
Papam non citatum, non confeſſum, non conuictum, at etiam à Iuriſdi- «
ctionem in eum non habentibus & turbato ordine condemnatur. Eſtne «
hîc iuris ordo ſeruatus, quod Iuſtitia conceſſa ſimplici Ruſtico fuerit «
Chriſti Vicario denegata? Eſtne hîc Iuris ordo ſeruatus, quod contra «
Canones Schiſmaticus nuncius & Domeſticus Antipapæ receptus gra- «
tanter fu[illegible] & admiſſus, & Legatus de latere veri Papæ prohibitus fuit, ne «
veniret quoquomodo ad Pariſienſe Concilium? Ecce defenſor Papæ «
denegatus extitit qui non negaretur homicidæ, proditori, hæretico vel «
latroni. Ecce quam æquâ lance Papæ Iuſtitia librabatur. Ecce ſtateram «
in qua Ius Chriſti Vicarij & Eccleſiæ Catholicæ Capitis eſt appenſum. «
Sic ex ijs quæ inordinatè acta ſunt, inordinata profertur ſententia con- «
tra Conſtitutiones Canonicas & Ciuiles. Volunt iura partem audiri, & «
quod ordo ſeruetur in talibus, & quod Inferior ſuperiorem non iudicet: «
& vbi de ſtatu Papæ & vniuerſalis Eccleſiæ agitur, nullus præter Romani «
Pontificis authoritatem audeat Concilium, quantacunque præfulgeat «
authoritate, conuocare. Congruit ne rationi quod ſuper hijs vnum Re- «
gnum, vna Prouincia vel Diœceſis quicquam per ſe ſtatuat, & aliud «
Regnum & alia Prouincia vel Diœceſis contrarium ſtatuendum fore de- «
cernat? **Heu quam inſtabilis eſſet ſtatus Eccleſiaſticus & ſub quanto lu-** «
brico nutaret? Iam velut in turri fabricanda Babel vnus reliquum non «
intelligeret, alter alterius conſtitutiones non reciperet; ſed in tot vnica «
grandis multitudo diuideretur partes, quot idiomatum in ſe varieta- «
tes haberet. «

Licet autem ex iſtis clarè poſſet inferri Pariſienſe Concilium non po- « 2. QVÆS-
tuiſſe de iure decernere fore ſubſtrahendam obedientiam etiam pro fa- « TIO.
cienda vnione in Eccleſia Dei, vero Papæ; id tamen in medium ſuffra- «
gio ſuffulti Altiſſimi iuxtà noſtrum modulum ingenij luculentius & pro- «
babilius deducemus. Cum enim teſte Gregorio integerrimam ſemper «
in omnibus ei quem Diuina nobis gratia prætulit, præbere obedien- «
tiam teneamur, quia conſcientia ſubſtrahetur vero Papæ, qui eſt Chri- «
ſti Vicarius & qui præeſt in ſpiritualibus vniuerſo. Sic profecto inſta- «
biliter nutaret ſtatus Apoſtoli quem Deus ſupra Petram ſolidam ſtabi- «
litum Principem inſtituit; & cuius Principatus conſtanter minus confor- «
tatus eſt ſuper terram. Et ſi enim ſtatus cæteri velut in loco ruinoſo, ter- «
reno & arenoſo jactati inconſtantes ſint & momentanei, huius tamen «
fundamentum nec ferrum conterens, nec delens aqua, nec terra vorans, «

" nec labens tempus, nec ignis rei productæ conſumptor à Petræ ſtabili-
1402. " tate deijcient, quia nec deficiet in æternum. Decetne ita vacillare ſta-
" tum illius qui tam ſolido fundamento innititur, & de quo dicitur à Ber-
" nardo, *quod eſt Sacerdos Magnus ſummus Pontifex, Princeps Epiſcoporum,*
" *hæres Apoſtolorum qui eſt Principatu Abel, Gubernatu Noë, Patriarchatu*
" *Abraham, Ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, ju-*
" *dicatu Samuel, potentia Petrus, vnctione Chriſtus.* Cui claues traditæ &
" oues *creditæ omnes fuerunt indiſtinctè: vt eſſet non modò omnium; ſed & Paſto-*
" *rum omnium vnus Paſtor:* cui rogo non dico Epiſcoporũ, ſed etiam Apoſto-
" lorum ſic abſolutè totæ Oues fuerunt à Chriſto commiſſæ? Soli dictum
" eſt Petro: *ſi me amas, paſce oues meas, nedum eas ſed meas*, inquit. Sunt
" quidam & alij cœli Ianitores Gregumque Paſtores, ſed hoc tantò glo-
" rioſiùs tantóque pleniùs quantò differentius vtrumque, ſcilicet Paſto-
" ris & Ianitoris præ cæteris nomen accepit. Habent illi ſibi aſſignatos
" greges, ſinguli ſingulos; iſti vniuerſi greges crediti vni, vnius ergo ſe-
" cundum Canones: alij in partem ſollicitudinis, hic vocatus eſt in ple-
" nitudinem poteſtatis; aliorum poteſtas certis limitibus arctatur, ſua ex-
" tenditur in ipſos, etiam qui poteſtatem ſuper alios acceperunt, ſicque
" Prælati cæteri quanticunque, ſub ipſo velut ſub oneraria quaſi paruæ
" nauiculæ deliteſcunt. Hic enim ex cauſa Epiſcopos tradit Sathanæ; hic
" Epiſcopis cœlum claudit; hic ſolus Epiſcopum ab Epiſcopatu deponit.
" quid plura? Petrus inſtar Domini gradiens ſuper aquas & vnicum ſe eſſe
" Chriſti Vicarium ac etiam in labilibus ſtabilem deſignauit. Conſtanti-
" nus nihilominus profeſſus eſt poſt baptiſmum quod maior reuerentia
" Romanæ Eccleſiæ quàm terreno debebatur imperio, decernens vt
" Principatum perpetuum ſedes teneret Apoſtolica ſuper Eccleſias vni-
" uerſas. Sancta etiam Romana Eccleſia, cuius Papa tradente Domino
" Principatum accepit, teſte Hieronymo firma & immobilis omni tem-
" pore permanebit. Ita quod Dominus myſterij diuini Officium ad om-
" nes Apoſtolos pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro omni Apoſtolo-
" rum ſummo principaliter collocaret; vt ab ipſo quaſi quodam capite do-
" na ſua velut in corpus omne diffunderet, & extorrem ſe miniſterij intel-
" ligeret eſſe Diuini qui auſu temerario recedere à Petri ſoliditate tenta-
" ret. Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod
" ipſe erat Dominus voluit nominari, dicens *tu es Petrus*, dictus à Petra
" Chriſto, *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: vt videlicet æter-
" ni templi ædificatio mirabili Dei munere in Petri & ſucceſſorum ſuo-
" rum ſtabilitate conſiſtat; hanc etiam Eccleſiam ſua firmitate corrobo-
" rans, vt illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec contra illam
" portæ inferi prævalerent. Verum hanc ſacratiſſimam firmitatem Deo
" vt diximus ædificante conſtructam nimis impia vult præſumptione vio-
" lare quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, ſuis fauendo cupiditati-
" bus, & id quod acceperit à veteribus, non ſequendo. Non decet igi-
" tur ſtatum tanti Patris & præcipui præſulis Eccleſiæ ſacroſanctæ Chriſto
" dictante firmiter ſtabilitum vacillare per ſubſtractionem obedientiæ;
" cum hoc ſecularis poteſtas non modicum etiam in minimis poteſtati-
" bus non ſic ſolidis abhorreret. Quidam Angeli alijs præſunt, nec inter ſe
" ſuperbiam emancipationis admittunt, propter quod de Angelo factus
" Diabolus hodie per ſimilem ſubſtractionem obedientiæ multorum proh
" dolor! præcipitia machinatur. Maneamus igitur iuxta S. Cyrillum Pa-
" triarcham Alexandrinum, vt membra in capite noſtro Apoſtolico thro-
" no Pontificum Romanorum à quò noſtrum eſt quærere, quid credere &
" quid tenere debeamus, ipſum venerantes, ipſum rogantes pro omnibus,
" quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere,
" ſoluere & ligare loco illius qui ipſum ædificauit, & nulli alij dedit quod
" ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit cui omnes iure diuino caput incli-
" nant & primates mundi tanquam obediunt Ieſu Chriſto?
" Quæ eſt igitur hæc forma Iuſtitiæ, aut qualiter eſt Iuri communi con-

forme, prohibere ne Catholici Papæ obediant, ne diſcipuli magiſtro " ——
conſentiant, ne filij honorent Patrem, ne milites ſequantur Principem " 1402.
& ne ſerui Domino ſint ſubiecti. Et quæ eſt hæc rationis authoritas Chri- "
ſtianum coërcere ad obedientiæ ſubſtractionem? cum Iudæum cogere "
non poſſit ad fidem? Heu ſic violenter caput Eccleſiæ à ſuis membris, vt "
in eis non influat nec eorum actus dirigat, amputatur! Sic artus diui- "
duntur à corpore, ſic ab inuicem membra Eccleſiæ lacerantur; ſic Pa- "
ſtor à ſuis ouibus luporum morſibus expoſitis ſegregatur. Sic iuxta il- "
lud, *percutiam Paſtorem & diſpergentur oues gregis*, velut erratici diſper- "
guntur, quia omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, & domus "
ſupra domum cadet; noſtra S. Ieruſalem deducitur quantum eſt in hoc, "
procurantibus in ruinam: ſic nouum ſchiſma generatur in Dei Eccleſia: "
& ſic communiter vnionem facere non poterunt ſecundum Canones, "
ſubſtrahendo pertinaciter obedientiam ſummo Pontifici, quia in ſchiſ- "
matis crimine ſimili corruerunt, quia in libertate corripere Schiſmati- "
cum non poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat id peccatum ſchiſmatis "
quod corripit, commiſiſſe. Quod quantâ pœnâ dignum ſit teſtatur Hiero- "
nymus ita dicens, *Eſt*, inquit, *Idolum fabricatum Propheticus liber Regis* con- "
temptoris incenſus & Sciſma tentatum; idololatria gladio punita eſt, "
exuſtio libri bellica cæde & peregrina captiuitate; Schiſma verò hiatu "
terræ ſepultis authoribus viuis & cæteris cœleſti igne conſumptis. Igitur "
grauius eſt commiſſum, quod eſt ſeueriùs vindicatum; Leges etiam Ca- "
nonica & Ciuilis eum non reputant fore Catholicum, qui Papæ obedire "
contemnit, & quòd alij non obediant, violenter impellit, hic tantum "
Deus offenditur, Reſpublica læditur, proximus ad malum inducitur, "
materia delinquendi tribuitur, mens vtriuſque peruertitur; obediens qui "
præmio remunerandus eſſet, opprimitur & punitur, inobediens verò "
qui pœna deberet affici, de ſua cogitata malitia gloriatur. Præterea ſi "
ſecundum Auguſtin. quod Dominus iubet aut vetat facere, omninò non "
licet, & contraire Dei præceptis eſt peccare mortaliter, & omne pec- "
catum illicitum, quomodo contra Legem Moyſi, contra legem Chriſti "
& contra Legem Apoſtoli non poſſumus ſana conſcientia ſummo non "
obedire Prælato? In lege ſcriptum eſt *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fra-* "
trum ſuorum & ponam verba mea in ore eius. Qui autem quæ loquetur in "
nomine meo, audire noluerit, ego, inquit Omnipotens, vltor exiſtam. "
Hinc filij Iſraël quia inobedientes Moyſi contra mandatum eius bellum "
intulerant, multi vincuntur à paucis. Quando autem ex obedientia "
pugnatum extitit, pauci plurimos deuicerunt: Hinc quia tranſgreſſus "
eſt Achas mandatum Ioſuë, populus in prælio ſeruari meruit, propter "
quod populus ipſum lapidauit. Hinc Saül holocauſtum contra manda- "
tum offerens Samuelis, propter hanc in obedientiam fuit à Domino re- "
probatus. In Euangelio etiam malis Prælatis, quantò fortiùs bonis Chri- "
ſtus obediendum fore præcipiens, ita inquit: Super cathedram Moyſi ſe- "
derunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcunque vobis dixerint, ſer- "
uate & facite: quod autem faciunt, facere nolite. Apoſtolus nihilomi- "
nùs nobis exemplum obedientiæ in ſaluatore noſtro proponens, dicit "
quod factus eſt obediens vſque ad mortem, fructum obedientiæ nobis inſi- "
nuans, cum ſubdit, propter *quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen* "
quod eſt ſuper omne nomen. Et ad Romanos, *omnis anima ſublimioribus po-* "
teſtatibus ſubdita ſit, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, Apoſtolo- "
rum Principe proteſtante. Et ad Hebræos, *obedite præpoſitis veſtris & ſub-* "
iacete eis, ipſi enim vigilant quaſi ſint pro vobis rationem in diſtricto Iudicio red- "
dituri. Nec mirum quia teſte Bleſenſi, *quidquid aſperum nunc videtur, obe-* "
dientia ſibi conuertit ad lucrum: expedit enim tolerari dura, ne veniant duriora. "
Quod ſi quis murmurauerit, ſi detrectauerit *obedientiæ iugum, in vano* "
accepit animam ſuam, maximè quia durum eſt, nec inobedientia nec murmura- "
tione moleſtet. Si quis pro regno cœlorum nunc ſuſtinet grauia, ſciat grauiora "
fuiſſe quæ pro quæſtu tranſitorio non ſine anima diſcrimine ſuſtinebit. Quia "

1402. » igitur teſtimonio B. Petri filij obedientiæ caſtificant corda ſua, vincantur per obedientiam beſtialium motus affectuum. Quoniam iuxta Salomonem, vir obediens loquetur victorias, vincens ſcilicet mundum, Diabolum & ſeipſum. Igitur obedientia quæ Dei Filium decuit, cuiquam non ſit dedecori. Et hoc quis in ſe ſentiat quod in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, formam ſerui accipiens vſque ad Crucis pœnam & ignominiam curſum obedientiæ limitauit.

» Cum igitur conſtet Eccleſiam ideo vnam ſanctorum & approbatorum Doctorum teſtimonio, quia in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremum cui omnes tenentur meritò obedire, hoc illo ſtatuente per quem Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt, vt eſſet eccleſia militans inſtar Eccleſiæ triumphantis habentis Deum Principem cui obediunt, etiam ſi durè præcipiat vniuerſa, eſſe luculenter apparet contra rationem naturalem quâ inferiora à ſuperioribus diſponuntur, & contra voluntatis Diuinæ ſententiam, qui voluit vniuerſa pecora ſua eſſe vnico ſubiecta Paſtori, quod ſubſtrahatur obedientia Generali omnium Præpoſito & vero Vicario Ieſu Chriſti, teſte Bernardo. *Seductori dat manum qui dare diſſimulat Præceptori.* Quomodo igitur ſe eſſe confidunt in Eccleſia extra quam non eſt ſalus, hij qui obſtinatè Cathedram Petri ſupra quam Eccleſia eſt fundata, deſerunt & contemnunt, qui Vicarij Chriſti reijciunt poteſtatem ligandi atque ſoluendi, quam in Papa Epiſcoporum omnium ſummo Chriſtus ipſe principaliter collocauit; qui tanquam à Petri ſocietate præciſi, nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam poſſunt ingredi Paradiſi, qui caput Eccleſiæ deferentes artus Acephali & deuiantes à tramite fidei nuncupantur, qui ex defectu Paſtorum præcipui, cateruatim Luporum dentibus laniantur, qui eo quod priuilegium Romanæ Eccleſiæ indultum ab ipſo Eccleſiæ capite auferre ſatagunt, damnatam in hæreſim delabuntur: qui profectò aduerſùs illam quæ eſt mater fidei moliuntur. Auertant tales oculos ſuos & ſtatuant eos declinare in terram: & cùm nihil ſit aliud ſubſtractio obedientiæ, quàm ſubſtractio Iuſtitiæ, ſubſtractio autem Iuſtitiæ nihil aliud quàm ſubſtractio reuerentiæ, amicitiæ & diſciplinæ (eſt enim Iuſtitia, teſte Bernardo *virtus vnicuique quod ſuum eſt tribuens*, Superiori obedientiam & reuerentiam, æquali conſilium & auxilium, inferiori cuſtodiam & diſciplinam. *Semotâ verò Iuſtitia*, ſecundum Auguſtinum, *quid aliud ſunt Regna quàm latrocinia, quam facinora, quamque ſcelera infinita?* Notorium eſt forti mundo quod hinc hæreſes pullulant, hinc crebreſcunt ſciſmata, hinc via patenter aperitur vt multæ inobedientiæ etiam aduerſus mundanos Principes generentur. Audax erit profecto Auditus ſubditus vt ſubducat obedientiam cæteris, cum ſine rubore illius Vicario qui ſuper omnes eſt, ſubſtrahitur. Hanc viam velut in ſubditos aduerſus ſuperio**res damnandam exempli perniciem generantem debet** Præſidens quilibet, quantum ſtatus ſui incolumitatem deſideret, abhorrere. Hanc deberent non immeritò Reges, Duces & Principes in ſe ipſos non modicum, ſi futurorum prouidentiam habeant, formidare. Eorum quidem res agitur cum incendio familiarum vicinus paries inflammatur. Res, inquit enim Sapiens quidam, nimium ſingularis eſt homo, quia minores deſpicimus, diſſentimus ab æqualibus & maioribus inuidemus. Hinc rebelliones: hinc violentiæ: hinc intruſiones in Beneficijs: hinc ſymoniæ: hinc vſuræ: hinc adulteria: hinc ſacrilegia: hinc homicidia impune à perſis & Deum non timentibus hominibus committuntur: hinc grauantur ſubditi, non valentes appellationibus ſe tueri: hinc afficiuntur maximè Clerici, quibus ſedis Apoſtolicæ aditus eſt præcluſus; quibus gratiarum Apoſtolicarum & indulgentiarum eſt multipliciter prohibitus & ſub pœnis varijs interdictus ſeu mutilatus obtentus. Hinc læditur Iuſtitia, anguſtiatur munificentia & infinita animarum pericula procreantur. Quis rogo à ſententijs Papæ tantùm reſeruatis abſoluet? quis cœlum crimoſis aperiet? quorum abſolutio non poteſt ab alio recipi quam à Papa?

quis maiores cauſas reſeruatas ſedi Apoſtolicæ in ſolidum terminabit? « ——
Iam experientia manifeſtat quod irruit ventus à regione deſerti, ſi « 1402.
forte inueniantur paleæ, quas ad ludibrium ſuum rapiendo, diſgrega «
tionem Catholicam transfert in theatrum, Populum acquiſitionis in fa- «
bulam, & ſcholam innocentiæ in deriſum. Cæterum terrorem deberent «
potiſſimè incutere Iuris ſententiæ contra illos qui realiter offendunt «
etiam inferioris gradus præſules promulgare, viris præſertim Eccleſia- «
ſticis & vaſſallis ſummi Pontificis, qui non contenti ſubſtractionis obe- «
dientiæ crimine, Papam & quoſdam ex Cardinalibus feriunt iniurijs «
quàm enormibus, realibus & verbalibus perſecuti. Sententiarum verò «
animæ contra tales promulgatarum eſt tenor, vt ipſi, eorum Socij, man- «
dantes, rectum habentes Conſilium, præbentes vel fauorem, receptan- «
tes vel ſcienter defenſantes eoſdem pro tanto ſacrilegio ſicut rei cri- «
minis læſæ majeſtatis ſicut infames diffidati nihilominus & banniti ſint, «
inteſtabiles & teſtamenti liberam non habeant factionem, nec ad alicu- «
ius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocentur, quatinus ab omni ſuc- «
ceſſione repulſi, priuataque repulſa confuſi minus inueniant ſuæ malitiæ «
ſucceſſores, *fiant habitationes eorum deſertæ; & non ſit qui eas inhabitet:* «
dentur contra eorum ędificia in ruinam; & vt perpetuæ notam infamiæ «
perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reperiantur: nullus eis debita «
reddere, nullus reſpondere in Iudicio teneatur: quidquid etiam in bonis «
reperitur, ipſorum fiſci, vel reipub. dominio applicetur, vt ex illis nil «
tranſmittant in poſteros, ſed potius cum ipſis, quodammodo damnen- «
tur & ſua. Si qua verò feuda, locationes, officium, beneficium ſpiritua- «
le vel temporale ab aliquibus Eccleſijs obtinent, ſint eis ipſo iure pri- «
uati: quæ ſic liberè ad Eccleſias reuertantur, quod Eccleſiarum Recto- «
res de ipſis pro ſua voluntate diſponant. Quod ſi quis prædictorum fi- «
lium vel filios habeat, nepotem vel nepotes per rectam lineam deſcen- «
dentes, beneficiatum vel beneficiatos quouis beneficio etiamſi Ponti- «
ficalem adeptus vel adepti fuerint dignitatem, ſint eis ipſo iure priuati, «
non alicuius aperiatur ianua dignitatis aut honoris Eccleſiaſtici vel mun- «
dani, ſeu ſit ad alicuius loci regimen adſcenſus, ſit eis poſtulandi negata «
facultas, ſit notoriè iudicatus, & quodlibet aliud beneficium, officium «
ſeu miniſterium publicum interdictum. In Iudicijs aſſertio contra quen- «
quam nihil fidei vel credulitatis inueniant, & ad teſtimonium prorſus «
reddantur indigni; ſit eis ad ordines adſcenſus inhibitus: ſit ad Benefi- «
cium vel Eccleſiaſticum Officium negatus acceſſus. Et vt magis fa- «
moſa ſit eorum infamia, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, «
nulla porta pandatur eiſdem ſuper aliquo præmiſſorum; ſed incurrant «
Excommunicationis ſententiam ipſo iure: ſint loca, vbi talia attentata «
fuerint, **nihilominus interdicta & per conſequens celebrantes**, ir- «
regulares, & celebrantibus authoritatem præſtantes, ſint eligendi au- «
thoritate priuati, ipſi videant quia ſi caſus occurrerit, multos hoc «
firmiter aſſerentes procul dubio reperirent: tanto nempe maius eſt «
ſacrilegium, quanto maior quæ patitur, eſt perſona. Dauid manum «
non extendit in Saülem reprobatum à Domino, licet ipſum capitali «
proſequeretur odio: imò ex hoc percuſſit cor ſuum grauiter quod dicto «
Saüli oram clamydis abſcidiſſet. Quia murmurauit multitudo Populi «
& ſeditionem fecit contra Moyſem, percuſſi ſunt 14. millia hominum & «
decem abſque hijs quos ex eadem cauſa in ſeditione Chore terra viuos «
abſorbuit & vorax flamma cœleſti ordinatione conſumpſit. «

Sed licuit-ne ſubſtrahere obedientiam vero Papæ, vt inde vnio in Ec- «
cleſia Dei ſequeretur, quippe cum hoc ſit prorsùs illicitum & dignum «
pœnâ non modicâ, ſed ſeuerâ? nequit licitum fieri propter finem inten- «
tum & contrarium opinantibus, nec impunibile, vt ſatis deducitur ex prę- «
miſſis. Nempe hoc eſſet plus diligere proximum quàm ſeipſum, facere «
peccatum proprium ad impediendum alienum, facere certum malum «
ad obtinendum bonum dubium, facere crimen pręſens ad impediendum «

» crimen ſequens, contra regulas indubias, Auguſtin. *nec licet facere mala*
1402. » ſecundum Apoſtolum *vt eueniant bona*: nec abundare in delicto, vt gra-
» tia ſuperabundet, teſte Ambroſio: Si non poteſt alteri ſubueniri niſi alter
» lædatur, neutrum iuuari eſt commodius quàm alterutrum grauari. Quis
» autem niſi fatuus occidet ſanos, vt curet aut ſanet ægrotos? Quis ami-
» cos abijciet vt reconciliet inimicos? quis damnabit bonos, vt iuſtificet
» criminoſos? Quis ſchiſmaticorum coget Catholicos, vt infideles Schiſ-
» matici vel hæretici conuertantur ad fidem? ſenſu pro vero indiget qui
» eradicat plantas proprias vt plantet vites alienas? indubieque turpius
» eijcitur quàm non admittitur hoſpes. Multo plus peccant qui ab obe-
» dientia Papæ recedunt quàm Romani Schiſmatici qui eidem obedire
» contemnunt; & minus malum eſt eis, teſte Apoſtolorum Principe, viam
» non agnoſcere Iuſtitiæ quàm poſt agnitam contumaciter retroire. Heu
» quàm laudabilis in talibus eſt reperta conſtantia, vt ante crederent
» quàm pugnarent; antequam aggrederentur, deſiſterent; ante vincerен-
» tur quàm prædonum vincerentur armis, & prius ſoluerent militiæ cin-
» gulum quàm cederet aduerſitas præliorum! Profecto tales veniunt à
» latere inimici domeſtici ſe amicum fictitiè ſimulantes. SERENISSIME
» PRINCEPS, res eſt magni periculi, imo periculoſi plena diſcriminis,
» vbi familiaris ſe conuertit in hoſtem & in aduerſarium adiutor armatur,
» perſequitur qui perſequi debuit, & impellit qui repellere tenebatur.
» Hæc eſt peſtis omni peſte deterior & ad nocendum venena diffundit,
» dum per arguti doli verſutias ſe ſubitam offert in agone militiam &
» pernicioſam præuaricatricem fidelis propoſiti quod aſſumpſit ſub huius
» præuaricationis genere moliuntur perfidiam inconſtantiæ & machinas
» fallacis amici confingunt proditionis offendicula familiares peſtiferi fa-
» bricant; & miles infidus ſub vexillo concordiæ pugnandi conſtantiam
» perniciosè mentitur. Quippe ad deſtruendas Behemoth verſutias cum
» mens inter maiora & minora peccata conſtringitur, ſi omnino nullus
» euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur; qui murorum vndique
» ambitu ne fugiat, clauditur; ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior mu-
» rus ingeritur, provt Gregorius in moralibus atteſtatur. Nullus certè niſi
» demens ſibi erueret oculum ad medicandum articulum; nullus ſibi am-
» putaret dexteram ad curandum ſiniſtram; cum grauius ſit priuari dex-
» terâ quàm ſiniſtrâ. Hinc Cæſar Auguſtus aiebat non eſſe piſcandum cum
» hamo aureo, quia maius damnum in hami perditione quàm vtilitatem in
» piſcatura veriſimiliter formidaret. Qua ergo phantaſia ad tollendum mi-
» nora crimina quis maiora procreat? Certe cum nemini liceat in aliquo
» caſu peccare, multorum iudicio non ſunt committenda minora, vt me-
» dela maioribus præbeatur. Verè & ſi leuius foret peccatum noſtrum
» obedientiæ ſubſtractionis quàm peccatùm originalis Schiſmatis Roma-
» **norum, plus tamen nocet nobis noſtrum peccatum** proprium leue quàm
» licet grauius alienum. Tenemur ne lucrifacere animas Romanorum
» cum maximo detrimento noſtrarum? Non vult Deus tale damnum, ta-
» lis lucri pretio compenſari, quia nihil prodeſt homini ſi vniuerſum mun-
» dum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Heu qualis eſt
» iſta prudentia? egredi domum Papam, vt extranei inducantur, ſe nu-
» dare vt alij etiam nobis ignoti penitus veſtiantur, ſe damnare vt cæteri
» redimantur, ſe diuidere vt alij vniantur, ſe interficere vt alij ſalutis opta-
» tæ compendium conſequantur. Similes volumus eſſe faci quæ alios il-
» luminat, & ſe ipſam conſumit, deſtruit & deuaſtat; & lixiuio, quod im-
» munda purgat & lauat & ſeipſum inquinat, vilificat & deturpat. Si igi-
» tur non fuit licitum ſubſtrahere obedientiam propter obedientiam
» vniendam, quomodo ſubſtrahere licuit, vt inde plura Schiſmatum ge-
» nera ſequerentur, vt inde pars ſchiſma faciens fortificaretur aduerſa,
» vt inde pars Catholica ſubdiuiſa noſtris demeritis redderetur infirma:
» vt inde vecordes Catholici comminationibus perterriti non auderent
» ſe fateri Catholicos, & Schiſmatici fore ſe fideliſſimos iactarent? Vident

& intelligunt niſi cæci partem veridicam ſubdiuiſam: Et quod pars « ——
ſchiſmatica per amplius ab Eccleſiæ vnione facta pertinacior elongaue- « 1402.
rit. Hinc pars fideliſſima ſe dolet pene euulſam radicibus; & pars er- «
ronea ſe plaudit ſolidiùs radicatam. Hinc hyems plantatas arbores in «
horto Domini ſuis ornatibus denudauit & malas quamuis in Eremo ve- «
ro carentes humore & infertiles quamplurimum phalerauit. Sic paries «
fœtore plenus à putredine dealbatur: Sic decor muri perſolidi fœtidis «
immundiſque colorum fucaminibus denigratur. «

Ex hijs moti aduerſariorum quamplurimi etiam Intruſo obedientiam «
ſubſtrahere noluerunt. Alij partis noſtræ ſubſtractam Rom. Pontifici iam «
reſtituere decreuerunt. Illorum etiam regni noſtri perplures & Hiſpano- «
rum quamplurimi ſubſtractionem nullatenus & meritò gratam quidam ex- «
preſsè, quidam tacitè, clam quidam, & quidam publicè velut procuratam «
inciuiliter condemnarunt. O Pater mendacij! quot nugis & fallacijs, «
qualibus ſeductionibus & malicijs, ac quantis ſimulationibus & menda- «
cijs iſtiuſmodi ſubſtractionis diſpendioſum exitium procuraſti! Subſtra- «
xerunt-ne Intruſo obedientiam Reges Romanorum, Anglorum, Hun- «
garorum & cæteri obedientiæ ſuæ cum ſuis Ducibus, Principibus, Pro- «
ceribus & Prælatis? vt non ſine offenſione piarum aurium Sereniſſimorum «
Regni veſtri quàm Catholici & ſuorum fidelium auunculorum fratris, & «
cæterorum ſui generis nullis trahendorum falſitatum ludibrijs clama- «
batur? Subſtraxerunt-ne VNIVERSITATES Italiæ & tam clara fronte, ac «
ſi eſſet puriſſima veritas, vt in publico Concilio rubore poſtpoſito dice- «
batur? Tacemus Principes cæteros obedientiæ Partis noſtræ totiens ſu- «
per hoc oratos & tantopere fatigatos & ſingulares quamplurimos qui «
velut fideles & Catholici obedientiam ſubſtrahere vero ſummo Pontifi- «
ci nullis ſeducti peruerſis adulationibus & dololoſitatibus recuſarunt. «
O ſi damnantes ſubſtractionem huius ſignum portarent in vertice vel in «
fronte? SERENISSIME PRINCEPS! quot ſignatos in copioſa multitudine «
videretis? E contrario verò nonnulli ex malitia, nonnulli ex ignoran- «
tia, nonnulli ex ambitione & auaritia, nonnulli maiore metu & ſæuitia «
obedientiam ſubſtraxerunt; & in ſua reproba & diſpendioſa inobedien- «
tia perdurarunt. Hinc procurante authore ſchiſmatis, ſeminante pro «
viribus indefeſſe in agro Dominico zizania, adeo videmus Schiſmatum «
tribulos pullulare, quòd non eſt Regnum, non Prouincia, non Diœce- «
ſis, non Territorium, non Capitulum, non Collegium, vel Conuentus, «
imò nec vix domus, quod peius eſt, quin ſint ratione huiuſmodi ſubſtra- «
ctionis nouum ſchiſma facientes inter ſe pertinaciter ſubdiuiſi. Nempe «
ſubſtractionem obedientiæ admittunt illi, iſti repellunt: illi recipiunt, «
iſti reijciunt; & illi approbant, iſti damnant. Heu quàm præceps, heu «
quàm ſubdola **Leuiathan verſuti hoſtis verſutia! qui poſt bina ſchiſma** «
ta tractata principaliter in capite, ſciſſuram inter caput & membra & «
tandem inter artus ſingulos quaſi ſit inter eos propoſiti difformitas, pro- «
curauit. Nos qui loquimur, ſumus teſtes quod Inferiores prælatis ſuis «
ſi aliquid faciant quod eis non placeat, alij ſubſtrahant, alij obedien- «
tiam ſubſtrahere volentes, hic exemplum trahere comminantur. Sunt «
præterea quidam qui etſi orandum fore pro hæreticis, Iudæis, Paganis «
& ſchiſmaticis fateantur, proh dolor! tamen orandum non eſſe pro Pa- «
pa, rubore affirmant poſtpoſito. Sed quo judicio? non videmus. Alij ad «
Deum & Eccleſiam ſuum dirigentes intuitum, orandum cenſent pro «
ſummo Pontifice, more ſolito, præcipuè cum perſecutionem propter Iu- «
ſtitiam patitur, contemnitur, quatitur & cribratur. Sic dum Petrus ſer- «
uaretur in carcere, pro eo fiebat in Eccleſia oratio ſine intermiſſione «
pijſſimum apud Deum. Etiam pro inimicis orandum verbo Chriſtus do- «
cuit & exemplo. Stephanus plenus gratia opera ſuæ paſſionis tempore «
expleuit. Quidam Chriſti Vicarium quem quaſi animæ parentem ho- «
norare tenentur, inhonorant pro viribus, realiterque & verbaliter de- «
decorant. Tales Chriſti non ſequuntur exemplum qui teſtimonio «

—— » Cypriani quamuis eſſet Rex & Iudex verus, vſque ad paſſionis ſuæ diem
1402. » Sacerdotes etiam ſacrilegos honorauit; nos ſuis actibus inſtruens ve-
» ros Pontifices legitimè & plenè honorari debere, dum talis extiterit cir-
» ca falſos & ſacrilegos Sacerdotes. Quidam etiam vaſſalli ſummi Ponti-
» ficis qui ſunt iuramento fidelitatis adſtricti, ipſum impugnant & per-
» ſequuntur aſſiduè, non verentes quod clamantur proditores notorij,
» infideles, & perjuri manifeſtiſſimi, & quod crimen læſæ majeſtatis in-
» currunt. Quid de Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus
» & alijs qui ſibi iuxta iuris formam iuramentum ſolenne fidelitatis & obe-
» dientiæ præſtiterunt, & ei non obediunt, nec obediendum fore dogma-
» tiſant ſeu dogmatiſare præſumunt? Audemus dicere quod hanc doctri-
» nam ignorarunt authores Canonum, & ipſarum legum ſingularum con-
» ditores; & inter ſuorum membranas Codicum etiam non poſuere Gen-
» tiles. O Magiſtri Canonum & cuſtodes! ô Legis periti & Doctores! vn-
» de vobis quod ſic infideliter & proteruè & contra legem animatam in
» terris, contra iuſiurandum & contra fidem per nos præſtitam, & aduer-
» ſus leges & Canones attentatis? Eſtne ſecundum legem & ſecundum
» fidem? eſt ſecundum Iuramentum & Canones quod per Iudicium iniurijs
» aditus pateat quem Iuris obſeruantia non admittit, quod inde naſcan-
» tur injuriæ, vnde iura procedere debuerunt? vel Dei eſtis obliti, vel
» eius ſententias non videtis. Proh dolor! ſic è manibus Sacerdo-
» tum perit lex: ſic iuxta Prophetam recedit viſio de Propheta, vnde
» continet iuxtà ſententiam Auguſt. *quod veſtrum puniretur aduerſione pecca-*
» *tum, vt qui dum viuebatis Dei non fuiſtis taliter recordati, morientes obliuiſca-*
» *mini veſtri.* Conſiderate igitur nouiſſima, & in æternum aduerſus Chri-
» ſtum Deum non peccetis, ſed ſicùt vultis vobis præſtari obedientiam à
» ſubditis, & vos Papæ ſubditi veſtro poſt Chriſtum ſupremo Capiti obe-
» dientiam veſtris ſeculis non negetis, quia teſte Gregorio, *ſola eſt quæ*
» *meritum fidei poſſidet obedientia, ſine qua infidelis quiſque eſſe conuincitur;*
» *etiamſi fidelis eſſe videatur.* Obuiat etiam profectò Iuris naturalis princi-
» pijs, non facere alteri quod ſibi fieri non poſtulat, & alijs facere quod ſibi
» factum ab alijs non placeret. Nunquid in naturalibus omnia membra
» vnanimiter vnum caput, & in cœleſti Hierarchia omnes vnum princi-
» pium recognoſcunt? Nunquid eſt in apibus vnus Princeps, & omnes
» grues vnam ſequuntur ordine literato? Si igitur animalia ratione caren-
» tia ſuum vnicum Principem cui obediunt, recognoſcunt, quid tu dices,
» homuncio! qui iure virtutum, diſcretione rationis & Iudicio præ cæte-
» ris animalibus es dotatus? Nunquid bonum tibi videtur tuum caput,
» tuum Principem tuique conditoris vnicum Vicarium potiſſimum non
» ſectari? Errant apes, grueſque turbantur, ſi Ducatum ſui Principis re-
» linquunt: formidabiliùs errant homines, pernicioſiuſque turbantur, ſi
» **illum qui ſuper ipſos intendit, deſerant, vel ſibi etiam ſi dura præcipiat,**
» obedientiam præſtare perniciosè contemnunt.

» Quâ temeritate igitur viri periti & literati audent pertinaciter affir-
» mare quod veri obedientes ſunt, Schiſmatis fautores pariter & ſatores?
» cùm illud à multis eiſdem qui obedientiam ſubſtraxerunt & Papæ non
» obediunt, legis peritis adſcribatur. Quo auſu non fore obediendum
» ſummo Pontifici prædicare prætentant, cum Papæ non obediens & non
» eſſe obediendum pertinaciter aſſerens plurimorum ſententiâ non tam
» Schiſmaticus quàm hæreticus reputetur? Si ſubſtrahens ſe à fratris au-
» xilio magis ſecundum Canones reputatur Schiſmaticus quàm Sacerdos,
» quid de illo dicemus qui Patri auxilium non veretur denegare? Abſa-
» lon Dei ſententiâ, vitâ priuatur & regno, quia tanquam filius contumax
» quod Populus Dauid Patri ſuo proprio ſubſtraheret obedientiam, vt
» ſe patre expulſo regno ingereret, procurauit. Cham maledictionem ac-
» cepit in filio ſuo, qui patrem deriſit etiam ebrium; & in perpetua re-
» dactus eſt cum ſuis ſequacibus ſeruitute. Mala eſt igitur obedientiæ
» facta ſubſtractio, & facit per conſequens malos fructus. Hinc enim

Paſtoris

Paſtoris perſecutio, hinc canum periculoſa diſperſio, hinc gregis mul- «
tiformis diuiſio: Hinc luporum vlulantium congreſſio & inuaſio trucu- « 1402.
lenta. Ecce carcer Epiſcoporum! Ecce infamia Clericorum! Ecce mur- «
mura Laïcorum! Ecce ſtrages animarum & corporum generantur: Nunc «
Abſalon inſurgit in patrem; nunc Chain mactat & interficit filium Nunc «
fratres Ioſeph perſequuntur, & nunc Matrem fruſtratim lacerant vora- «
ces Catuli furibundi. SERENISSIME PRINCEPS, mala arbor malos fructus «
facit, vnde pœnis quas incurrunt, ipſo iure neglectis in contemptum «
clauium & Eccleſiæ Sacroſanctæ Cardinales temerariè capiuntur, & ſe «
ac ſi eſſent capti à Barbaris redimere quod in cœleſtis oſtij cardine inau- «
ditum eſt & deteſtabile, compelluntur. Huius ad exemplum Sectio for- «
ſitan eſt Imperij præconcepta & contra veſtrum Conſanguineum Chariſ- «
ſimum, è Regno Siciliæ, proh dolor! expulſio procurata. Sunt in diuer- «
ſis Orbis Climatibus bellorum & guerrarum diſpendia inconſultius at- «
tentata, & forſitan, vt opinantur nonnulli, Dei digna ſententia fuerunt «
mortes ſubſecutæ lamentabiles caſus horribiles, & magnatum plures «
nihilominùs interitus machinati. Tacemus de Eccleſiarum & Clerico- «
rum libertatibus & immunitatibus temerarijs, de iuribus & Iuriſdictio- «
nibus occupatis, de grauaminibus per Superiores, cum ad Papam ha- «
bere non poſſunt recurſum, illatiſve angarijs & pædagijs Clericis & cæ- «
teris perſonis Eccleſiaſticis impoſitis & in poſterum veriſimiliter impo- «
nendis. Quis noſtrum propter hæc non erubeſcat aduerſariorum pro- «
pter ſciſſuras noſtras, cachinnationes & plauſus? Quis audire poterit pa- «
tienter, quòd abeis hæretici nuncupamur, quòd ab eis apoſtatæ repu- «
tamur? & quòd ſchiſmatici propter iſtam diſpendioſam ſubſtractionem «
obedientiæ, etiam ab æmulis & aduerſarijs criminamur! Sed quid miri? «
quia velut filij à Patre, velut à Sole radij, velut ab arbore rami, velut à «
fonte riuuli, velut corpus à capite, velut membra à corpore ſeparamur. «
Quomodo enim, teſte Cypriano, *multi ſunt radij Solis; ſed vnum lumen: & ra-* «
mi arboris multi ſunt, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et quomodo «
de fonte vno *plurimi riui defluunt, ſed vnitas in origine conſeruatur*; ſic & «
Eccleſia Dei luce profuſa per totum orbem radios ſuos porrigit. Vnum «
tamen eſt quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Ramos «
ſuos per vniuerſam terram copia vbertatis extendit perfluentes largè «
riuos, vnum tamen caput & vna origo & vna mater fœcunditatis exiſtat. «
Sed iuxta verbum Petri Rauennatis, *auelle à ſole radium, tunc non lucet ra-* «
dius, riuum à fonte & areſcit, ramum ab arbore & ſiccatur, membrum à cor- «
pore & putreſcit, ſepara filium à paterna deuotione, & iam non eſt filius, ſed «
frater & collega illorum de quibus dicitur. Vos ex patre Diabolo eſtis, «
quod eſt ex parte Cypriani: exquo ſequitur quod illi qui vero Vicario «
Ieſu Chriſti non eſſe obediendum tenent pertinaciter, non ſunt in Ec- «
cleſia quæ eſt in Papa. Et teſte Hieronymo contra Orientales ad Papam, «
qui cum Papa non colligit, ſpargit; quiſquis extra eum agnum comederit, pro- «
fanus eſt. Si quis in Noë arca non fuerit diluuio durante, peribit. Et Grego- «
rius, *Eccleſia ſola eſt quæ intra ſe poſitos valida compage Charitatis cuſtodit.* «
Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſubſtulit, omnes au- «
tem quos extra eam inuenit, extinxit; ideóque ſecundùm Hieronymum «
quicunque culpare voluerit quod fuerit Papæ judicio comprobatum, «
ſe imperitum aut maliuolum vel etiam non Catholicum, ſed hæreticum «
comprobabit. Quo igitur judicio fuit ſubſtracta obedientia, non intel- «
ligimus, nec etiam, vt credimus, intelligunt qui fecerunt, niſi ipſam vel «
ignorantia quæ non excuſat in materia de qua loquimur, vel excogitata «
malitia, vel ambitionis ignominia, vel auaritia, vel inimicitia procurauit. «
Si dicatur quod pro vnione in Dei Eccleſiâ facienda, malè iudicarunt, «
quia non vnitur, ſed ſubdiuiditur iſto modo Eccleſia, vt dicimus, & magi- «
ſtra rerum experientia manifeſtat; dum enim anſa ſolui creditur, nodus «
fortius taliter religatus cum maiori difficultate ſoluetur. Rex inclyte! «
nec mala arbor facit fructum bonum, nec quiſquam, niſi caſum petat, per «

» abrupta quærit adſcenſum, nec bono peraguntur exitu quæ malo fue-
1402. » runt principio inchoata. Supplicamus igitur Sereniſſimè ac Inuictiſſi-
» me Princeps ! quatinus cum omnes pœne Amici Eccleſiæ Romanæ ſpre-
» uerint eam & facti ſint ei inimici, ſi non Majeſtas veſtra Regia in eius
» auxilium contra rebelles aduerſarios, ſuorum progenitorum ſectando
» veſtigia, pro viribus ſe opponat, Dei intuitu, zelo fidei & Eccleſiæ ſacro-
» ſanctæ, quæ longè pluſquam à principio Schiſmatis tam inueterati, ve-
» ſtræ indiget protectionis auxilio, exurgatis ad vtriuſque Schiſmatis in-
« teritum & contra Schiſmaticos & non obedientes ſuo capiti cultrum ar-
» ripiatis tam prouidum tamque neceſſarium, biſacutum. Hic nempe gla-
» dius ſi debitum exercitium non agnoſcat, ſi aduerſarijs Sacroſanctæ Ec-
» cleſiæ non minetur, aut ſi nimium ſe torpere ſentiat, in vagina rubigine
» conſumitur, conſumptus rumpitur, & rupeus ab aduerſarijs non time-
» tur. Ideoque diſſipentur, Rex inclytiſſime ! veſtrâ frameâ inimici Eccle-
» ſiæ & inobedientes ſummo Pontifici Vicario Chriſti, ſucceſſori Petri &
» Patrum Patri D. Benedicto XIII. ſi non in Ouile Dominicum, ſi non in
» caulas fidei, & ſi non ad præfati D. Benedicti obedientiam reuertantur
» debitam, cum teſte Hieronymo *ſola Gallia monſtra non habeat*, à veſtro
» Regno hanc monſtruoſam ſubſtractionem ab radice pellite & fugate,
» obedientiam Papæ reſtituite, & reſtituendo Eccleſiam illibatam à tur-
» pi quo jacet volutabro, ſubleuate. In veſtro nempe præſidio potiſſimam
» ſuæ ſalutis anchoram Nauicula B. Petri conſtituit, etiam cum à principio
» inter ſchiſmaticæ perſecutionis fluctus periculoſiùs æſtuaret. Miſereatur
» Dominus vineæ ſuæ vt exurgat eo inſpirante aliquis ex filijs excuſſorum
» qui auulſas propagines eius in ſanguine ſtudeat replantare. Poſitus es,
» Regum illuſtriſſime ! inter Principes populorum præcipuus, quibus dati
» ſunt gladij in manibus eorum ad faciendam vindictam in Nationibus &
» increpationes eorum in populis. Exurge, homo Dei, igitur ex aduerſo,
» ſuccurre Plagæ Eccleſiæ ad opus fortitudinis te accingens, ſume, arma
» potentiam tuam, & tunc arripe gladium ad conuincendam omnem in-
» obedientiam & captiuandum omnem intellectum ad obſequium Vicarij
» I. C. nempe non ſine cauſa gladius hic vobis traditus eſt; ipſum aſſum-
» pſiſſe procul dubio teneatis, vt ipſo viriliter defendatis Eccleſiam quæ
» eſt in Papa & Papam in ipſa; & de qua ipſius ſponſo Ieruſalem ac circum-
» ſpectiſſimo Patri habetis reddere in ſtricto iudicio rationem. Heu tre-
» mendum Conſiſtorium & tribunal paueſcendum, ac metuendum exa-
» men ! quo reus conuincetur eodem teſte quo Iudice; vbi allegationis non
» habet ſubſidium, nec prætextu exceptionis teſtem à teſtimonio Iudicem
» à Iudicio, vel aduerſarium ab accuſatione repellet. Tunc videbitur & ſen-
» tient qui Papæ ſubſtrahendam obedientiam & non fore reſtituendam
» prædicant pertinaciter & affirmant, quale eſt, membra à capite diſce-
» dere, filium Patrem non agnoſcere & frondes abſque diſcretionis & Iu-
» dicij ſecuri, vomere à ſtipitis ſoliditate diuelli firmiter radicatas; tunc
» ipſorum plauſus in planctum, riſus in gemitum, & cachinnus in lachry-
» mas conuertentur, tunc flebunt ſe ſuper ſe qui tam excogitatam mali-
» tiam fuco veritatis Sophiſticæ procurarunt; hij profectò errorem Græ-
» corum approbare videntur cautè, imò forſan per expreſſum, qui maxi-
» mum ſchiſma facientes in Dei Eccleſia ab obedientiâ Vicarij Chriſti Ro-
» mani Pontificis tam noxiè quàm temerariè receſſerunt. Exaltant vo-
» cem ſuam Regni veſtri & Regiæ veſtræ Majeſtatis æmuli quod Præfata
» ſubſtractio procurata per Patriarcham Conſtantinopolitanum Romani
» Pontificatus ambientem veſtigia fecit inueteratum ſchiſma Græcorum
» & moderna ſubſtractio obedientiæ à Papa procurata per quoſdam alios
» adhoc quamplurimum anhelantes fecit hoc nouum regni veſtri Schiſma
» Francorum. PRINCEPS CHRISTIANISSIME ! in tantum hanc præſum-
» ptionem SS. Patres ſunt apud Chalcedonem deteſtati, vt propter hoc
» Dioſcorum Alexandrinum Patriarcham ſeu Antiſtitem ponentem in
» cœlum os ſuum lingua eius tranſeunteſuper terram, ſine vlla reſtitutione

damnarent. Exhortamur igitur Nos veſtri & Regni fideliſſimi zelato- « ——
res veſtræ Regiæ majeſtatis clementiam, quatinus ceſſet fomentum tan- « 1402.
tæ maculæ, & deſinat materia tantæ labis. Scimus ac etiam certi ſumus «
cum Gregorio, *quod Domus illibata Franciæ nullo legitur maculata Schiſ-* «
mate, ex quo fuit ſacroſancto baptiſmate delinita. Scimus ac firmiter cre- «
dimus, quod nec eadem majeſtas Regia, nec aliqui qui ex generoſiſſi- «
mo ſanguine Francorum ducunt originem, ſubſtractionem obedientiæ «
pertinaciter ſuſtinent vel à principio, teſte Cœlorum Principe, procura- «
runt. Scimus & indubiè profitemur, quod Iuris diuini & humani Legis- «
peritorum interpretatio contra legis diſpoſitionem extorta, multiplici- «
que Sophiſmatum colorata fucamine, hanc introducit & nutrit maculam. «
Quam Rex noſter quàm Catholicus & cæteri qui ex Francorum pro- «
ſapia ducunt originem, vt ſperamus, purgabunt, eruent, ac etiam procul «
pellent. Horum enim proprium eſt labem tergere tantæ infamiæ & pal- «
lio inconſutilis veſtimenti Dominici ipſumque purpureo inuolutum in «
byſſo protegere, ne ſordidatum tetris labibus maculetur. Horum pro- «
prium eſt venenum congruis pellere antidotis, ne compages totius fide- «
lis myſtici corporis velut toxicata marceſcat. Horum proprium eſt ce- «
lebri Chriſtianorum ab area plantam infertilem ſecuri reſecare Iuſtitiæ, «
ne ſuæ frondes vmbram noxiam, vbi ſol erat neceſſarius, facientes, quod «
ſubter frugiferum ſperabatur naſciturum, extinguat. Horum proprium «
eſt quæ ſuperfluunt in vinea Domini falce putare prudentiæ, & in ignem «
mittere corroſiuum, vt tandem fructuum propagines centuplum ſuo pro- «
ducant in tempore, quem aliàs diſpendioſiùs inutilia fermenta ſorbe- «
rent. Reſtituatur igitur Obedientia Papæ Chriſti Vicario, quem ſemel «
vos & omnes Incolæ Regni veſtri in ſummum Pontificem, provt facere «
debebatis, Rex Chriſtianiſſime recepiſtis. Iuris enim humani illibata non «
patitur ſanctio, vt quem ſemel quis benè comprobauit deliberato Con- «
ſilio ipſum tam arduis in neceſſitatibus deſerat, varijs in tribulationi- «
bus non recipiat, & in perſecutionibus Inuidorum ſuggeſtioni relinquat. «
Hanc varietatem Canonum puritas non recipit: Hanc inconſtantiam «
Diuinæ legis authoritas non admiſit aut admittit. Sic hoſpes qui lætus «
ſuis meritis ingreditur, turpius eijcitur, quantum eſt in rebellibus, ſine «
culpa. Ergo reſtituendus eſt, cum ſit verus altiſſimi Vicarius, & ſic «
Chriſti res agitur: & per conſequens cum nemo mittens manum ad ara- «
trum & retro aſpiciens aptus ſit Regno Dei, formidabilius niſi ſequatur «
reſtitutio, pauceſcet. Nonne in offenſam ſibi adſcriberet ſatis grauem «
etiam minor Princeps, ſi ſuas gerentes vices videret opprimi & in ſibi «
commiſſi officij demandata executione turbari? Quid putat igitur de «
potentiſſimo Principe & Dominorum Domino eadem majeſtas Regia? «
Quis exultat etiam cum videt à ſimplicibus ſuum Vicarium appeti ſagit- «
tis, lignorum incendijs concuti, atrocibus iniurijs affici, prælium arma- «
torum hoſtili inuaſione contra eum niti & inauditis machinarum & arie- «
tum moliminibus impugnari? Cum conſpicit Palatium Apoſtolicum rum- «
pi, penetrari ſeu terebrari, ſimul valuas opilari, ſaxis & rupibus, ſeris «
firmari, fortibus & antemurali ne aditus vel exitus pateat, per gyrum «
immaniter conuolui, concernit clarius Chriſtum ſuum priuari neceſſa- «
rijs & affectibus ſuis priuari aut fruſtrari debitis & prouentibus & qui- «
buſdam antroſis carceribus mancipari. CHRISTIANISSIME PRINCEPS! «
quâ fronte inuehit Chriſtianus contra Paganum tenentem Petrum in «
carcere qui Gentili crudelior, eius ſucceſſorem & Chriſti Vicarium di- «
ris recluſit preſſionum repagulis? qui ſibi ad victum ſubducit neceſſaria, «
& qui in eius mortem pro viribus machinatur? Poteſt meritò criminari «
ſuâ immanitate Paganus, ſed tanto plus is, quanto crudelius ſuum in «
ſpiritualibus & temporalibus Superiorem inuaſit. Illius quidem proter- «
uia non in amicum, non in Dominum; ſed in extraneum, ſed in aduerſa- «
rium debacchatur & ſua in caput ſuum, in ſui Creatoris Vicarium & in «
parentem proprium iniuſtè inardeſcit. O Progenies viperarum! parentes «

——— » proprios perimens ! ô ſemen nequam ingratiſſimi Cuculi, qui cum vires
1402. » acceperit, largitricem nutriculam ſuam necat ! O grauis euentus & pe-
» ſtis vnica ! iam ſeruit qui cæteros libertate donabat ; jam mendicat qui
» dudum bonis proprijs abundabat, jam exulat qui primus in aulâ ſedebat
» & pœnas immanes patitur qui manens ſecundus à Chriſto inter Fideles
» & Catholicos exultabat. Reſtituatur igitur Rex benigniſſime ! perora-
» mus, obedientia ſummo Pontifici & ceſſent talia, Iam etiam per veſtram
» majeſtatem Regiam condemnata. In lege ſcriptum eſt, quod beſtia quæ
» montem tetigerit lapidata mortis ſupplicia ſuis deme̊ritis non euadet.
» Auferre obedientiam peccatum reputatur immane. Quomodo igitur
» remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? Contra illos qui arbores
» Eccleſiæ furtiuè per ſubſtractionem obedientiæ ſubripuerunt, Chriſtus
» jure humano ſi vti voluit niſi cum parte concordent, triplicem diri-
» gere poterit actionem : nempe vel Interdictum, *quod ſi aliquid clam.* vel
» actionem legis Aquiliæ, vel *Arborum furtim cæſarum*, vel ſi Iure ſuo vti
» placuerit, vtramque vel aliam intentabit. Periculoſiſſimum tamen non
» modicum reputamus contra tam inuincibiles aduerſarios litigare. Vnde
» melius tutius, quia firmiter credimus quod ſubſtractum reſtituatur, &
» demum cum illo cui eſt iniuria irrogata ſatisfactione præmiſſa decens
» pacis concordia ſubſequatur. Sic Symmachus dignitate ſuâ ſpoliatus
» contra Iuſtitiam in Rom. Synodo in qua fuit congregatus maximus nu-
» merus Sacerdotum, prius ſtatui ſuo priſtino reddi decernitur, vt ẽ tunc
» veniret ad cauſam, & ſi ita rectè videretur, accuſantium propoſitionibus
» reſponderet. De Clericis verò memorati Papæ qui ab Epiſcopo ſuo
» ante tempus contra Regulas diſceſſerunt & ſciſma fecerant, diſceden-
» do, decreuit Concilium vt ei ſatisfacientes Officijs Eccleſiaſticis ſe gau-
» derent reſtitui, & ab Epiſcopo ſuo de ſpeciali gratia cum propter hoc
» forent deponendi, miſericordiam obtinerent. Ecce qualiter ſecundum
» Concilium juris ordinem in Papæ Reſtitutione ſeruauit. Nullus enim te-
» netur ſuis aduerſarijs, etiamſi prædo fuerit, reſpondere, donec fuerit
» reſtitutus plenariè, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis op-
» ponere nos debemus. Ideoque reintegranda ſunt omnia Epiſcopis ſpo-
» liatis, quod priuſquam factum extiterit, ſemper accuſationem ſpolia-
» tionis exceptione repellet. Præterea cum ſubſtracta fuerit obedientia
» ſummo Pontifici præfato, præcipuè donec viam Ceſſionis duceret acce-
» ptandam, SERENISSIME PRINCEPS ! admiramur non modicum, cur
» nunc obedientia ſibi non reſtituatur prædicto modo ſubſtracta, cum jam
» viam Ceſſionis, licet nunquam ad tollenda præterita ſchiſmata in for-
» ma qua proſequitur, practicatam nec ſacris Canonibus comprobatam,
» nec Conciliorum authoritate fulcitam ; nec SS. Patrum vel Doctorum
» teſtimonio roboratam : imò teſte Cypriano, forſitan per quandam S.
» **Synodum condemnatam acceptet**, & jam diu eſt, gratam habuerit ac
» etiam acceptauerit. Animaduertat veſtra majeſtas Regia, ſupplicamus,
» quàm diſpendioſa eſt tam longa Reſtitutionis dilatio, cum per ipſam
» vnio vehementius concupita in totius Cleri exitium & vniuerſalis Oui-
» lis domeſtici ſubuerſionem & ludibrium proteletur. Tollite igitur mo-
» ras in reſtituenda obedientia Chriſti Vicario, CLEMENTISSIME
» PRINCEPS, quia multum nocet differre paratis, & mora nimia cuilibet
» regulariter eſt nociua. Teſte Bernardo, verus obediens neſcit moram,
» nec mandata procraſtinat, ſed aures parat auditui, oculos viſui, manus
» operi, pedes itineri : & ſic ſe totum interiùs colligit, vt imperantis ex-
» teriùs adimpleat voluntatem. Dum morbus recens eſt, noua præpare-
» tis antidota ; quia ſi ipſum inueterari contingat cum difficultate non
» modica fomentum optatum recipiet medicinæ. Sic flamma recens fa-
» ciliter tollitur aqua ſparſa permodica quæ tractu temporis conuerſa in
» incendium cum aqua, perplurima etiam poſt multum diſpendium vix
» poſſet extingui. Sic ramuſculos faciliter quis euellit dum pullulant,
» ſed induratos poſt longum temporis ſpatium, cum difficultate ſecabit.

Sic tantò grauiora ſunt peccata quantò diutius detinent infelicem animam alligatam. « 1402.

Sed aiunt qui Reſtitutioni huiuſmodi pertinaciter ſe opponunt, meritò fuiſſe ſubſtractam obedientiam ſummo Pontifici, eamque ſibi non debere reſtitui tanquam fautori Schiſmatis & fotori, ex hoc quod tepidus extitit & remiſſus in procuranda in Dei Eccleſia vnione. Et quia viam Ceſſionis vtinam aliter practicatam, acceptare poſtpoſuit & viam Iuſtitiæ non refutandam, vt credimus, præelegit, SERENISSIME PRINCEPS cum S. memoriæ D. Clemens Papæ VII præcisè ad hanc viam Ceſſionis hortatus non fuerit, ſed reuolutis 15 aut 16. annorum circulis ſibi fuerint oblatæ tres viæ, vt pote Concilij Generalis, vel Compromiſſi, vel Ceſſionis, vel alia accommoda ad vnionem Eccleſiæ quam cum ſuo ſacro Collegio duceret eligendam: Cum omnis via perquam bona atque vnanimis Eccleſiæ concordia poſſet veriſimiliter obtineri, offerentibus foret accepta, mirantur turmæ etiam Bubulcorum cur D. noſter modernus duntaxat ad viam Ceſſionis rejectis vijs, cæteris etiam accommodis Deo placibilibus aliàs practicatis in ſimilibus & faciliter vnionem concludentibus coarctatur. (Vox eſt publica inter multos, quod hoc ideo quia Gallicum quærimus ſeu Regnicolam in Papam prouehi, non alterius Regni vel Climatis, quamuis dum tam laudabiliter Officium ſuum exequatur, non ſit quærenda ſuæ notio nationis. Hoc tamen procul fuit in dubio à veſtro animo generoſo & indolis veſtræ moribus, cum non expediat vt tanta macula tam infamis, tam tetra & inexpiabilis labes ponatur in veſtri Regni gloria & mundo Liliorum candore Saphiris, ſed ſuggeſtione quorundam Eccleſiaſticorum, qui ſubſtractionem huiuſmodi procurarunt quàm temere vt ſic ſuam rabiem, ſuos motus damnabiles viperinos & ſuum proceſſum reprobum ſub veſtræ majeſtatis Regiæ immaculato defenſarent pallio. Et non ſine Veſtri infamia ſuam infamiam cooperirent. Si enim quæratur ab eis, quis Papæ ſubſtrahendam obedientiam procurauit? Non nos, inquient, ſed Rex fecit. Quis ſuis iuribus ſpoliat ſedem Petri? Non nos, inquient, ſed Rex facit. Quis Chriſti Vicarium perſequitur tam acerbè? Non nos, inquient, ſed Rex fecit. Quis poteſtatem à Papa tentatur ſubducere & baculum Paſtoralem? Non nos, inquient, ſed Rex facit.

CHRISTIANISSIME PRINCEPS! quod informe, quod improbum, quod damnabile ſeu perfidum proceſſu ſequatur ex iſto vobis & veſtris in ſolidum non auctoribus tantæ cladis tantique diſpendij imputabitur. Sed ipſi in vos & in illos generis veſtri ſuper hijs quæ circa iſtud geſta ſunt, non culpandos ſuam reprehenſam ſatagent retorquere malitiam, niſi celeriter ſubſtractio exſtirpetur ab area, & velut mala, damnoſa & inutilis arbor pro tam grandi facto in vinea Domini, cuius eſtis cuſtos præcipuus, exterminio radicitùs præſcindatur. Rex inclyte! nihil laudabilius in Principe reperitur, quàm per Cultoris prouidi farculum damnoſa ſuccidere, extirpare vitia, virtutes inſerere, corrigere exceſſus & mores in melius reformare.

Prætereà in non modicum ſtuporem incidimus, quòd præfato D. noſtro ſummo Pontifici ſegnities procurandæ vnionis in Dei Eccleſia, ſed credimus quod ab æmulis & inuidis, impingitur: qui ſtatim ipſo promoto poſitâ manu ad aratrum pro vnione, pace & tranquillitate in Dei Eccleſia ſeminandis, non reſpiciens retro, ſed indefeſsè labores ſubiens & expenſas, Reges ſollicitauit & Principes, quatinus ſibi darent ſuper hoc auxilium, conſilium & fauorem. Qui veſtram majeſtatem Regiam non poſt ſexdecim annos, ſed infra 4. menſes à die promotionis ſuæ per duas ſolennes Ambaſſiatas interpellauit frequentiùs, quod ſibi aliquot Nobiles deſtinaret cum quibus tractare poſſet commodè de vijs & modis procurandæ Eccleſiæ vnionis. Qui tandem per eandem majeſtatem Regiam deſtinatis SERENISSIMIS Principibus DD. Auunculis veſtris & fratre obtulit ſub veſtri fide & ſecura tuitione ac protectione,

1402. » vt ſic & meritò nos præ cæteris honoraret, viam Conuentionis perſo-
» nalis in loco ad hoc eligendo idoneo & ſecuro. Qui voluit, conſenſit &
» conceſſit quod facta conuentione cum aduerſario obligarentur hinc in-
» de certæ perſonæ, timentes Deum & bonum zelum habentes ad Eccle-
» ſiæ vnionem, qui ſecundùm ſuam practicam priùs præſtito iuramento
» ſuper ſancta Dei Euangelia de bene, fideliter & diligenter procedendo
» in negotio huiuſmodi ad ſolum Deum & Eccleſiam habentes reſpectum,
» amore, odio & timore ceſſantibus quibuſcunque auditis & examinatis
» facti & Iuris vtriuſque Partis rationibus, eiſque rectâ intentione diſcuſ-
» ſis, provt qualitas negotij patitur & requirit, declaretur quis ipſorum
» duorum jus habeat in Papatu, vel remanere debeat: cum certa & ſuffi-
» cienti ſubmiſſione de tenendo & obſeruando quidquid per dictas per-
» ſonas, vel eorum majorem partem ſecundùm practicam; licet de duabus
» partibus in reſponſione facta DD. Ducibus diceretur, declaratum fuiſ-
» ſet ſeu etiam diffinitum. Qui vltra hoc inſtante D. Rege Arragonum
» acceptauit; Quod ſi ambiguitas, difficultas ſeu etiam diuerſitas aliqua
» oriretur, ſeu etiam occurreret, prædicti Electi, vel eorum major pars
» prouiderent ad cautelam Eccleſiæ Romanæ. De altero iſtorum duorum
» per viam prouiſionis, etiam quoad ſeruandas conſcientias, tollendas ver-
» ſutias & occaſiones hominum peruerſorum; quoad illum contra quem
» pronuntiatum fuiſſet ſeu etiam per viam Prouiſionis ordinatum. Hæc
» pronuntiatio ſeu renuntiatio haberet vim renunciationis ſpontaneæ le-
» gitimè factæ, & perinde quoad eum cenſebatur ſedes Apoſtolica vaca-
» re, ac ſi ſponte ceſſiſſet. Et inſuper ad cautelam renunciaret ibidem: Et
» illi de quo declaraſſent, ſeu etiam per viam prouiſionis ordinaſſent, quod
» deberet remanere in Papatu vt ſupra præmittitur, Ius plenum etiam de
» nouo ad cautelam acquireretur per declarationem ſeu ordinationem
» huiuſmodi, ac ſi ſede Apoſtolica verè vacante Canonicè electus fuiſſet
» in Papam de nouo, & per eos ad quos aliàs electio pertineret, & etiam
» ad cautelam ibidem incontinenti per dictos Deputatos ad pronuntiatio-
» nem ſeu prouiſionem huiuſmodi eligeretur in Papam. Et de hijs fierent
» ordinationes Apoſtolicæ etiam de conſenſu eorum, ad quos pertinet in
» forma quæ ſufficeret ad Conſilium peritorum. Et quod adderetur pro
» majori ſecuritate præmiſſorum conſenſus eorum qui eſſent ibi pro Præ-
» latis & Principibus vtriuſque obedientiæ, qui haberent ad hoc poteſta-
» tem, vt ſic etiam quaſi vim generalis Concilij videretur habere. Qui
» vltra hoc promiſit dictas vias proſequi toto poſſe, provt eidem incum-
» bebat ex debito ſibi commiſſi Officij taliter, quod toti Chriſtianitati
» poſſet luculenter apparere, quod per eum non ſtabat nec ſtetit quomi-
» nus Dei Eccleſia conſequeretur vnionem optatam; qui per anteacta de-
» clarauit ſe velle Cedulam communem factam in Conclaui, ſine ſui ef-
» fectus immutatione qualibet ſimpliciter obſeruare. Nullus noſtrum
» hæſitat SERENISSIME PRINCEPS! quin viæ vt præmittitur, ſic oblatæ
» per Papam cum ſua practica ad viam Iuſtitiæ data quam præ cæteris
» acceptauit tanquam magis æquam & juſtam, Deo acceptam, Eccleſiæ
» vtiliorem, nullam malam exempli perniciem generantem & pro nunc
» ſaltem breuiorem, vt credidimus, etiam duplicem Ceſſionem vltro-
» neam tacitam videlicet & expreſſam: imò & viam quaſi Concilij Gene-
» ralis vel neceſſariò ſecuturam Eccleſiæ importent. VIAM Ceſſionis vo-
» luntariæ, PRINCEPS INCLYTE! vtriuſque contendentium approbare-
» mus, dum tamen legitimè practicatam, ſed ipſam violenter extortam
» per modos quos teneri totus mundus percipit contra Papam, nec lau-
» damus, nec ſequimur; imò potius vt perniciosiſſimam reprobamus Si
» enim electio celebrata violenta impreſſione non valet provt Iuridicè
» per partem noſtram aſſeritur & tenetur, Quo neceſſariò valeret violenter
» extorta Ceſſio, maximè à vero Papa tantum modo, non intelligunt etiam
» æmuli, nec nos percipimus, nec intelligimus, nec videmus: O Deus na-
» turæ! ſi accepta fuiſſet via Iuſtitiæ cum ſua practica ſupradicta, quàm

breuiter, vt creditur, habuiſſemus cum Chriſti adjutorio, cuius eſt hoc « ——
negotium, vnionem. Mirum eſt quod Iuſtitia, quam ſummum bonum « 1402.
eſt colere, & quæ vnicuique tribuit quod ſuum eſt, impugnetur à Iuriſpe- «
ritis Chriſtianis, quæ fouetur, practicatur & defenditur à Paganis. In- «
terponite igitur, Rex potentiſſime! partes veſtras vt fiat reſtitutio obe- «
dientiæ ablata ſummo Pontifici, vt tandem viam per ipſum oblatam cum «
ſua practica memorata, vel aliam ſufficientem & Iuridicam, ſi reperiatur «
magis accommoda, efficaci executioni mandetis. Non videmus enim, «
nec vident etiam noſtri majores quo rationis iudicio hæc via cum ſua «
practica de qua ſuperiùs diximus, refutata fuerit. Et creditur à multis «
quod non habent illi viri Eccleſiaſtici ad Deum & ſine ſponſæ ſuæ cha- «
riſſimæ tranquillitate & pace; qui ipſam non recipiunt, qui refutant. «
Per ipſam quidem Eccleſiæ vniuerſalis vnio feruentius concupita adeam «
faciliter vniendam remedia adhibentur competentia, & quæ ipſam tur- «
bare poſſunt machinationes, calumniæ, malitiæ, verſutiæ & impedi- «
menta tolluntur. O ſi durante ſubſtractionis hoc morbo, moreretur, «
quod abſit, ſummus Pontifex qui propter hoc tenetur ſacrilegè quibuſ- «
dam mancipatus carceribus, & tentatur à quibuſdam vt dicitur toxicari, «
quàm temerè! quot & quantæ inſurgerent nouiter damnatæ Sciſſuræ! quæ «
iurgantium rixæ perperàm exquiſitæ, quantam duritiam contraherent «
vetera Schiſmata, & quot jam præuiſa dubia mouerentur ſuper Ele- «
ctione futuri ſummi Pontifici celebrandâ! PRINCEPS SERENISSIME! «
cogitate & futuris caſibus occurrite celeriter, ne deteriora contingant «
teſtante experientia & narrante Poëta. *Eunt anni more fluentis aquæ*, nec «
quæ præterit hora, redire poteſt. Ideo vtendum eſt ætate, *quia citius* «
pede labitur ætas, nec bona tam ſequitur quàm bona prima fuit. Aſſerunt Pa- «
pæ obedientes quamplures ac etiam Antipapæ quamplurimi, quòd Car- «
dinales non eligerent tanquam eligendi poteſtate priuati: ex hoc quod «
vero Chriſti Vicario obedientiam ſubſtraxerunt & ſubſtractionem fa- «
ctam per alios, & vt creditur per eorum aliquos procuratam laudarunt, «
approbarunt & Catholicam reputauerunt. Teſte nempe Cypriano, *tales* «
nihil retinent in Dei Eccleſia circa ea quæ Iuriſdictionis ſunt, poteſtatis aut Iu- «
ris. Quomodo igitur eligerent, cum eligere non ordinis, ſed alterius mo- «
di poteſtatis exiſtat? Vel ſuppoſito adhuc quod eligendi habeant pote- «
ſtatem, profecto tamen eis nec eorum electio crederetur à multis. Ecce «
quomodo nouum Schiſma conficitur! Ecce qualiter Eccleſia de nouo «
ſubdiuiditur! Ecce quemadmodum in veſtimento Domini noua ſectio «
procuratur! Nec præbendæ ſunt aures multorum vocibus obloquentium, «
quorum quidam niterentur ad impediendum Reſtitutionem obedien- «
tiæ, vt omnimodam habeant in ſuis Diœceſibus poteſtatem, vt ſubditi «
ab eis appellare formident, vt liberè etiam de **Beneficijs reſeruatis tam** «
conſtitutionibus Rom. Curiæ quàm de Iure præcisè ſuis ſeruitoribus «
prouidendo pro ſua libertate diſponant. Quidam quia Papam capitali «
odio proſequuntur. Quidam, quia quod habeant ſuorum ſcelerum cor- «
rectorem, abhorrent. Quidam, quia ſubuerſionem deſiderant Eccleſiæ, «
inuidioſa moti perfidia, & gaudent quod Eccleſia ſacroſancta procello- «
ſis turbinibus agitetur. O Miſeremini aduerſus ſacroſanctam Eccleſiam «
ſuperbè talia cogitantes! Si bene ſapitis, tumorem deponite, & veſtrum «
conſilium ſeu conceptum in omni humilitate firmate. Hanc enim nulla «
poteſt procella euellere: Hanc nullus valet ſæuientis Spiritus turbo «
proſternere. Adeo enim Diuinitati cura eſt, vt inter tempeſtatum motus, «
aſſiduas & confragoſas & reciprocas inter ſe diſſidentium fluctuum illi- «
ſiones floridior & victrix conſueuerit ſemper emergere, & quoſcunque «
turbines ſuperare. *Proprium eſt*, teſte Hilario, *vt tunc vincat cum læditur, tunc* «
intelligat cum arguitur, & tunc ſecura ſit cum ſuperatur: Archa enim per quam «
Eccleſia Dei deſignatur, inundationibus concuſſa eleuata eſt in ſublime: «
quare confidimus quod ille qui poſt nubilum dat ſerenum, maximè ma- «
jeſtatis veſtræ Regiæ interuentu, inclytam ſponſam ſuam ſuccedentibus «

» turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto reſpiciet
1402. » non ferens eam in ſui nominis iniuriam diutius conculcari. Hinc Ioan-
» nes Os aureum, ita inquit; *non ceſſat impugnari Eccleſia, non ceſſat inſidias*
» *pati, ſed in nomine Chriſti ſemper ſuperat, ſemper vincit; & quantùm alij in-*
» *ſidiantur, tantùm iſta dilatatur: & fluctus quidam illudunt: ſed fundatum quod*
» *ſupra petram eſt, non caſſatur. Qui Eccleſiam impugnat, ſeipſum diſſoluit & fati-*
» *gat, ipſam autem fortiorem oſtendit.*

Hæc ſunt, SERENISSIME PRINCEPS, quæ vobis licet prolixè aliquantulum propter arduitatem materiæ, negotij exigentiam & cordis abundantiam ad veſtri profectò exaltationem & regni, cæterorum, qui ex veſtra Francorum Regia ducunt originem, ſcribimus, vt videatis clara inſpectione præſentium, quid tenemus in præjacenti materia, quid aſſerimus, quid ſentimus. Et quamuis iſta vernantis eloquij purpuramento non floreant, & fulgurantis ſententiæ ſidere non clareſcant, tamen confidenter rudi ſtylo ſcribimus attento quam maximè quod in fragili calami tenuitate nulla poteſt ſuauitas inueniri, & areſcentis riuuli modicitate ſitis ariditas temperari. Veruntamen quod hîc per nos tenetur & aſſeritur, licet non tam dignum vt deceret tanti Principis dignis aſpectibus præſentari, tanquam verum, Sanctum & Catholicum ſalua determinatione Eccleſiæ ſacroſanctæ, Romani Pontificis, vel authoritate ſuâ conuocati Concilij Generalis. Nos aſſerimus diuino & humano Iuribus aſſignato nobis loco congruo, ſecuro & idoneo, & coram Præſidente non ſuſpecto per Majeſtatem veſtram Regiam deprecando, qui vtriuſque Partis allegata percipiat, & qui Deum præ oculis habeat, & qui rectè ſecundùm propoſitum referat vel judicet, contra quoſlibet legis peritos opinantes oppoſitum viriliter defenſuros. Quapropter ſæpè fatam Majeſtatem Regiam flagitamus, quatinus ad Deum & Eccleſiam ſine ruga & ſine macula ſponſam ſuam dirigentes intuitum, & penſatis infamijs, ſcandalis & animarum periculis, quæ ſequuntur ex præfatæ ſubſtractionis abyſſo, vel ad executionem contentorum in hac litterula celeriter aſpirantes non differat dicta Majeſtas Regia obedientiam Papæ reſtituere, vel nobis veſtris deuotis Oratoribus ad intrandum Conflictum diſputationum cum tenentibus oppoſitum diem & locum competentes & congruos per Portatorem Præſentium referendos præfigere, & Præſidentem idoneum ad audiendum conflictum Partium deputare, quia Dei ſuffulti præſidio & auxilio non erimus, nec reputabimur, vel ſaltem reputari non debebimus contumaces. Detis igitur, REGVM ILLVSTRISSIME! efficacem operam ac celerem tanto bono in hoc retribuentes Domino pro omnibus quæ retribuit vobis. Sic enim non modicùm Regum Regi complacebitis, ſic grandem procurabitis Chriſti ſponſæ lætitiam, ſic Chriſtiana Religio materiam iucunditatis inueniet. **Sic Clerus cantabit nouum Canticum Domino** & laudis hymnum ſuo reſonabit altiſſimo Creatori. Sic plebs pſallet & plaudet & comploſis manibus exultabit. Sic non ſine merito Paſtori Eccleſiæ præcipuo ſuum de facto & indebitè auulſum reſtituetis baculum Paſtoralem: quo lupos arceat & oues errantes congregare valeat tam diſperſas. Sicque cum Princeps Paſtorum apparuerit, veſtro diademate temporali diſpoſito immarceſſibilem coronam gloriæ percipiatis finaliter ſempiternam. Amen.

Ego Majeſtati Regiæ filia humillima & deuota Vniuerſitas ſtudij Toloſani.

VNiuerſitas Pariſienſis contra prædictam Epiſtolam Reſponſionem edidit, quæ legitur apud M. Ioannem de Gerſonio in trilogo, eſtque eiuſmodi.

Vniuerſitatis

Vniuerſitatis Pariſienſis Reſponſio 1. *ad Epiſtolam Toloſanam.* 1402.

POſtulatâ in primis, Rex Chriſtianiſſime! Majeſtatis tuæ licentiâ, conuertit ſe humilis filia tua reſpondere Toloſanis quibuſdam per Epiſtolam, tali ſobrietate, qualem te decet audire, & nos loqui, contextam non qualiter meruerant hi qui maledictis improbis, qui execrandis execrationibus infamare Regiam dignitatem cum generali Concilio ſuo conati ſunt, rupto de repente diutino ſilentio. Loquimur ergo ſic ad eos, Rex ſereniſſime! te audiente, te Iudice.

Eia Fratres ſuper quibus accuſamur à vobis, ſi talia erant qualia exaggerando declamat, imò Satyricâ dicacitate mordet Charitatiua illa Epiſtola veſtra, niſi canina potius appellanda erat, profectò veſtrum vos accuſat quadriennale ſilentium. Cur enim tunc confeſtim, vt nunc, ſerò neque arguiſtis, neque ſtatuiſtis contra faciem noſtram, Nos Fratres veſtros, qui tam manifeſtâ & ſacrilegâ impietate, veſtris Iudicijs, errabamus? Sed pertinaces nos ac deſperatè errantes linquebatis; quo pacto igitur nunc fruſtra Nos impetitis, ſi tales iudicamur à vobis, aut ſi ad Regem veſtrum & noſtrum duntaxat ſermo veſter eſt, quâ ratione ipſum & omnes de generoſo ſanguine ſuo non protinus ab errore reuocaſtis? quos juratis vos ſcire, vos firmiter credere, nequaquam pertinaces eſſe in ſubſtractione per eos effectâ, & ſic palam efficâ, vt nulla poſſit tergiuerſatione negari. Teſtis es eorum, ô Rex! quæ dicimus. Quâ igitur vel infidelitate, vel inertiâ non monuiſtis eos continuò, ſi tam certo & probroſo ſchiſmatis anathematiſque vinculo, veſtris judicijs, niſi reſipiſcerent, ligabantur? Atqui ſtupidos forte vos & elingues effecerat timor: Quis timor? timor cadens in viros conſtantes: vnde ortus? inde ortus, quod ſicut ſcribitis, vir quidam Legatus ex veſtris fere necatus eſt in Concilio Pariſius celebrato. O quàm prouidè *trepidaſtis! nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Poterat vnicuique veſtrum, ſi obmutire præſumpſiſſet, ſimile contigiſſe: nondum verò ita deſipitis, Fratres! vt hæc dicatis: & ſi ita loquimur, alioquin quo animo certare vos pollicemini vſque ad mortem pro Iuſtitia, qui nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis? Si vos plus triennio pauor puerilis exterruiſſet, *trepidantes timore, vbi non erat timor.* Nam qualis timori locus ſeruabitur, vbi tam promptos defenſores & propulſores iniuriæ Epiſcopus ille mox inuenit Dominos Ducès, ſicut teſtamini? Quid ſi cerebroſus, ſi capitoſus, ſi præſumptuosè loquitur, aut minax erit ille veſter Epiſcopus, non eſt noſtrum definire: ſed neque eſt vſquequaque incredibile: Cum ſi talis erat, dum in turbam alacrium, ingenióque viuacium Iuuenum incautus impegit; quod exagitatus ab eis ſecundùm **meritum ſuum & exſibilatus extitit.** Sed ad ſilentium veſtrum regredimur.

Reſpondere poſtulamus, vbi tunc erat dolor ille ingens, qui ſicut ex hiſtorijs trahitis, mutos etiam ex natura loqui cogit, dum recentior erat iniuria, dum plaga noua, curationi proximior, dolor iſte veſter, quo nunc æſtuare vos jactatis, quorſùm abierat? aut vnde nunc ſubitus emergit? denique dolor iſte dum ab initio erat quaſi muſtum nouum abſque ſpiraculo, nonne in ſtrepitus vaſtos fortius erumpere, nonne clamores horridiores extorquere debuerat?

At verò ſcandalum vobis erat formidini: quale ſcandalum? paſſiuum an actiuum, datum ſcilicet an acceptum? & rumorem qualemcunque paueritis, damnat Gregorius qui tradit, *non eſſe deſerendum propter ſcandalum veritatem vitæ, doctrinæ, Iuſtitiæ, qualem hic aſſeritis.* Sed exitum ſubſtractionis, aut ſicut ſermo veſter loquitur, partum infelicem præſtolabamini: quid ita, quæſumus? nunquid ab euentu negociorum metiri jam actorum bonitatem congruum vel neceſſarium iudicatis! videte ne fallamini. Quanta ſunt optimo initiata principio! quanta in quibus nihil virtuoſæ & moralis prudentiæ defuit, quæ tamen ſucceſſu proſpero vel

» intento caruerunt? ad quod poteſt traduci illud *careat ſucceſſibus opto,*
1402. » *Quiſquis ab euentis facta notanda putat.* Noſtrum eſt plantare, noſtrum eſt
» rigare ſecundùm prudentiam à Deo nobis inſitam; hæc verò nihil ſunt
» omnia, ſed qui incrementi conſummationem dat, Chriſtus eſt. Narrat
» Iudicum liber, filios Iſraël pugnantes Domini monitu bis magnâ ſtrage
» corruiſſe, quis tamen dixerit eos de aggreſſu pugnæ propter hoc cul-
» pandos?

» At forte prolixus ſermo Epiſtolæ veſtræ talem temporis tractum, vt
» elaboraretur, exigebat; atque eo aceruaretur interim grandis congeries
» maledicorum in nos verborum, vt interim grandiloquam Tragædiam
» contumeliarum, vt ſales aſperos Satyricæ improbæque reprobationis
» reſpueret in nos Paterna illa veſtra dilectio. Sed profectò ſi fuiſſet ini-
» quitas noſtra vt talia audire meruiſſet, quod libera voce refellimus,
» certè tamen veſtra amicitia ex ſimilitudine quadam ſtudiorum nobis ob-
» noxia, veſtraque prudentia & grauitas, qualis deceret ſtudioſos, digna
» apparebat quæ pulcriori & non illoto obſcœnoque ſermone vteretur:
» dignum erat illud ſpeculum quale vos eſſe gloriamini, quod radijs pu-
» rioribus rutilaret; digna denique vinea veſtra, quæ non in has maledi-
» ctorum labruſcas degeneraret. Poëticum eſt inuolucrum, Muſas agreſ-
» tes ideo in picas conuerſas eſſe & quoſdam agreſtes in ranas & alios in Si-
» mias, Arachnen in araneam, Niobem in ſilicem, & alios in alia, quia lin-
» guis abuſi ſunt eas in maledicta laxantes. Præclarè demum ab Ariſtote-
» le dictum eſt *honorem eſſe* in honorante, ita proculdubio illiberalis & con-
» tumelioſa vituperatio ſordidat exprobantem: Nam qualis vnuſquiſque
» eſt, talia dicit, ſicut qui de terra eſt, de terra loquitur.

» Sed vituperare nos, ſicut tamen Epiſtolæ facies oſtendit, veſtra
» nullatenus erat intentio. Qualis ergo? nimium laudare obedientiam
» & inobedientiæ ſcelus deteſtari, cauſam præterea defendere Papæ
» & Eccleſiæ; denique à deuio nos infauſtæ ſubſtractionis auertere?
» Eſtne igitur veſtra, fratres! prudentia tam oblita ſui vt arroget ſibi
» docendi nos officium in re præſertim notiſſima, quod obedientia bo-
» na eſt, inobedientia mala, grauiterque plectenda? Quis hoc ignorare
» præſumi poteſt? Maximè apud nos, quorum ſtudium antiquius ſolenniuſ-
» que tam numero quàm merito & autoritate ſemper extitiſſe, nec ipſi ne-
» gaueritis. Nam & inimici noſtri ſunt Iudices, quod tantum ſupereminet
» cæteris Vniuerſitas noſtra, quantum inter virgulta cupreſſi. Amplius verò
» pro inobendientia, ſi neceſſe fuerit, nos edocenda erat, nec diſpendio-
» ſiſſimus ſermo trahendus per autoritates emendicatas ingeſtaſque ſine
» ordine, per pueriles periodos, aſſiduè ſimiles & plus æquo ſonoras; per
» faſtidioſam nugacis repetitionis eiuſdem ſiniſtreitatem: denique iraſcen-
» do, dentibus frendendo & tabeſcendo in nos; quaſi belluina feritate mox
» **conculcandi, lacerandi, deuorandique videremur. Poteratis, fratres!**
» poteratis aliter veſtram jactare eloquentiam, aliter veſtrum officium vel
» docendi, vel monendi, vel corrigendi ventilare. Nimis elapſum eſſe à
» memoria veſtra monſtratis illud Ciceronis documentum, cui ſcriptura
» ſæpe concordat, *ſit monitio ſine contumelia vel exprobatione:* Nam & Mi-
» chaël diſputans cum diabolo de corpore Moyſi, &c. Rurſus Fratres,
» Elocutionis veſtræ accuratio vel deferenda erat penitus, vel accuratius
» incorruptiuſque ſeruanda. Quod dictandi vitium non magnopere cul-
» paremus, ſi non vitioſiſſimo & prorſus intolerabili genere confutationis
» vteretur illa elegans eloquentia veſtra. Quæ enim vitioſior Confutatio
» ſeu argumentatio adduci poterat quàm quæ ad vtrumque flecti poteſt?
» Quem defectum ſi per totum hunc terminum oculis videre nequiuit ſo-
» lertia veſtra tot literis erudita, quo vſu nos in obſcurioribus commone-
» re præſumpſerit, conſideret. Hoc itaque quod dicimus, monſtrabimus
» digito: tantummodò oculos aperire non pudeat. Si obedientia laudan-
» da eſt, vt toties inculcatis, quaſi non idem ſentiremus; ſi hæc ſit gla-
» dius veſter acutiſſimus, quo nos iugulare, imò cruentiſſimis vulneribus

confodere ſatagitis, attendite quàm facili retorſione gladium veſtrum « ——
in jugulum veſtrum conuertimus, obedire ſiquidem magis oportet Deo « 1402.
quàm hominibus, non hæc inficiabimini. Oportebat ergo, vt Deo ju- «
benti recedere à conſortio vel Hæretici, vel Schiſmatici, vel in talibus «
vehementer notoriè diffamati, aut in nocumentum Eccleſiæ præſiden «
tis vos ipſos præſtaretis obedientes, quod quia non feciſtis, habemus «
fas ex conſequenti more veſtro concludere quod inobedientia hæc ve- «
ſtra plecti debet pœnâ tali, imò majori quàm noſtra facta, vt fieri dici- «
tis eius Vicario: nam contemnenda eſt hæc poteſtas vt altera ſuperiori «
honoretur. Scimus his auditis quid agitis, quid obſtrepitis, quid rugatis «
faciebus ſtomachantes acclamatis? Nos certè nullum fouemus in hac «
parte Schiſmaticum, nullum Hæreticum, nullum depopulatorem Eccle- «
ſiæ, nullum de his vehementer & notoriè diffamatum. Ita excuſatis vos «
fratres; Nos è contra proponimus, accuſamus, ſuademus, purgantes «
nos ſimiliter per negationem eorum quæ nobis imponitis. Erat idcirco «
radix hæc difficultatis & controuerſiæ ad quam euellendam totis elo- «
quentiæ illius veſtræ Tullianæ neruis, incumbere debuerat Charitas ve- «
ſtra. quæ radix? Probare videlicet D. Benedictum non eſſe Schiſmati- «
cum, non Hæreticum, non aduerſantem Eccleſiaſticæ vnitati, aut non «
de his meritò vehementer infamatum, aut eſſe talem qui non conuertit «
obedientiæ ſuæ honorem in inſtrumentum deſtructionis Eccleſiæ, hoc «
eſt quod in contentione verſari, quod vnicum confutari conueniebat, «
non de obedientiæ præconijs & inobedientiæ ſupplicijs, imò de partiá- «
libus maledictis membranam occupare. Et iſtud tamen cur modò & non «
antea citius effecerit veſtra fraternitas, nondum perſpicua ratio inuen- «
ta eſt, niſi forte vti voluerimus ſuſpicionibus in vos, qualiter abutimini «
in nos. Diceret enim forſan ſuſpicioſus aliquis, quod liuida æmulatio «
veſtra, ob præclariſſimam ſtudij noſtri famam aut aliunde malè parta «
nunc tandem tracta opportunitate egeſta eſt, quaſi ſi aperiatur ſepul- «
chrum patens, intus ſpurcidum & olidum. Suſpicabitur alius non inui- «
diam, non odium, non rancorem, ſed vel adulationem, vel ambitionem «
ſuæ promotionis auidam rupiſſe hoc veſtrum ſilentium, dum ſpes arriſit «
nouarum Prouiſionum habendarum, ſi noua reſtitutio fieret, præſertim «
vobis petentibus & altercantibus, & vſque ad periculum capitis decerta- «
re pollicentibus: longe verò ſint à nobis Interpretationes huiuſmodi «
maleuolæ & incertæ, Fratres Chariſſimi; nunquam id agere nos contin- «
gat, quod in Nos fieri rationabiliter inculpamus: Iſta quidem eſt rixa- «
tio vel fœminea, vel canina, ſeu puerilis dentibus & vnguibus injuria- «
rum cauſam ducere; iſta pugna Goliath à contumelioſo contemptu cer- «
tamen inire. Eſto tamen fuerit in nobis aut noſtrum nonnullis intentio- «
nis corruptio; quoniam quis poteſt gloriari ſe mundum habere cor, cum «
non ſit homo ſuper terram juſtus qui non peccet? Nihilominus quale «
ſuper hac corruptela adducitis efficax argumentum, vt tam certe, tam «
abſolute, tam in generali vos feriatis judicio, quaſi vocis illius imme- «
mores intonantis, nolite iudicare & non judicabimini. Eſto ſint inter nos «
aliqui ambitioſi ad Beneficia, aliqui leues ad Iudicia, aliqui odioſi ad D. «
Benedictum, vnde tamen conſtat ſubſtractionem per tales emerſiſſe? «
Omittamus, Nos reſpondere quomodo talia fingere habet veſtra diſcre- «
tio de Rege noſtro & veſtro, de DD. Ducibus conſanguineis ſuis, de «
Baronibus Regni, præterea de Conſilio Regis, de Prælatis & toto Cle- «
ro Franciæ; poſtremò de toto Regno Hiſpaniæ. Exclamabitis hîc primò, «
vt jam exclamaſtis, quòd per nos ſeducti ſunt, excœcati ſunt, alienati «
ſunt; mirum verò ſi vos ſoli & abſentes & pauci apertos habetis oculos «
in eorum regimine, ſi vobis ſolis ſua illuminatio, ſuaque directio ha- «
beatur, attendite ne intolerabiliter nimis arrogetis. Scitis & creditis fir- «
miter quod Rex & Domini de ſuo ſanguine generoſo non adhærent ſub- «
ſtractioni pertinaciter; hoc eſt veſtrum verbum: certè neque nos per- «
tinaciter adhæremus, tamen ſicut & ipſi, donec interim nobis, paratis «

—— » corrigi ſi erramus, clarius aliquid commodiuſque pro Eccleſia diluceſ-
1402. » cat. Aut igitur eos omnes pari nobiſcum crimine parique reatu conuol-
» uite quia ſubſtraxerunt ſe ſicut nos; ſed non vultis quia non audetis;
» aut nos ſicut ipſos, habetote excuſatos, quoniam pertinaces eſſe non
» volumus; quod tamen omnino facere refugitis.
» Sed dicetis, ſi non eſtis pertinaces, cur à damnatæ ſubſtractionis con-
» tinuatione non ceſſatis? interrogetis ſimiliter, cur ab eadem Rex non
» abſcedit? Quod ſi perurgetis quærentes rationem, noſtra eſt communis
« reſponſio; quoniam noſtram interim conſcientiam ſequimur: nam quan-
» tum licet dubitare de D. Benedicto, an perdiderit jus in Papatu, aut
» quod ad ipſum obedientia eſt Eccleſiæ peſtifera, tantundem ſe eſt ab
» eius obedientia ſecedere: Neque enim negabitis, quoniam pro culpa
» hæreſis aut ſchiſmatis Papa fieret inferior quolibet Chriſtiano, jura ſunt
» ad hoc pleniſſima. Neque præterea latet vos poteſtatem Papalem datam
» eſſe in ædificationem Eccleſiæ, non in deſtructionem: quo abuſu in de-
» ſtructionem Eccleſiæ notorio exiſtente, nonne exemplo Pauli reſiſtere
» in facie gerenti ſe pro Papa liceret? nonne ſibi dici poſſet, cur ita facis?
» Athanaſius ſummus olim Pontifex & alij nonnulli ſunt ſuper hoc in
» exemplum. Et ô Deus arbiter æquiſſime! & quo pacto mirantur iſtud
» quidam hominum, quaſi non intelligibilis ſit hæc abſurditas? cum in re-
» bus longè minoribus id licere fieri magno aſſenſu concederent. Si enim
» Palatium ſuum, ſiuè Ciuitatem ſuam Papa facibus accenſis pro ſua libi-
» dine quæreret concremare; ſi Paganos armatos, ſi depopulatores agro-
» rum moliretur apud Chriſtianos intromittere, etiam vbi nihil fidei præ-
» dicaretur aduerſum, ſi virgines ingenuas aut matronas honorabiles vio-
» lare ſatageret; quis tam indulgentiſſimus vnquam aut blandus adulator
» ad Papam fuit, qui negaret his auſibus obuiandum eſſe, qui Papam ipſum,
» ſi verba non ſufficerent, diceret non debere factis arceri? Iure naturali
» conceditur vim vi repellere: ideoque conceditur perſonæ ſingulari fas
» eſſe Papam aut Regem, vel ligare, vel carceri mancipare (eis injuſtè
» perſequentibus hanc perſonam) ſi ſibi non aliunde pateret propriæ mor-
» tis aut impudicæ violationis effugium. Si hoc in damnis corporalibus
» tam liquidum eſt, quid de ſpiritualibus incommodis longè grauiori-
» bus relinquitur æſtimandum? Iungamus hanc rationem ad rem quæ
» agitur. Si ſubſtracti habuerunt probabiles vehementeſque conjecturas,
» aut certas rationes exhis quæ facta ſunt quod D. Benedictus aduerſaba-
» tur Eccleſiaſticæ vnitati, nunquid non bono fine & intentione poterat
» hæc fieri ſubſtractio? quæritis quo pacto? Sic quippe, vt non aſſumeret
» obedientiam ſibi factam in velamen aliquod nequitiæ aut protelationis
» Schiſmaticæ prauitatis; idque mille medijs aut continuando honores
» ſuos ſine procuratione vnionis, aut promouendo ſibi fauentes in hac li-
» bidine dominandi, aut nunc apertè, nunc occultè non fauentes ſibi per-
» ſequendo. Videtis clare ſi quid videtis, quòd nullis hoc loco vtimur
» Sophiſmatibus, imò ne Sophiſmatum paralogiſmi vos decipiant, ſicut
» fefelliſſe videntur, Nos ipſam ad nudum difficultatem reuelamus; cum
» proprium ſit Sophiſtarum ſe celare & poſitiones ſuas vel inuoluere, vel
» transferre. Nullas præterea legum interpretationes ſubdolas aut fictas
» adducimus, ſolis innitimur regulis juris diuini & naturalis, quas pro vo-
» bis aſſumitis, quaſque immutabili veritate ſubſiſtere, nequaquàm igno-
» ratis. Hæ ſunt Regulæ, quas ſummus Eccleſiæ Prælatus propter Ec-
» cleſiæ vtilitatem ſtabiliuit: Quod Papæ, ſi apoſtatet à fide, reſiſtendum
» eſt in facie; & ſi non rectè ambulet ad veritatem Euangelij, & quod vim
» vi licet repellere; quod Deo magis eſt obediendum quàm hominibus;
» quod bonum publicum præferendum eſt bono particulari, quod ad pu-
» blicum ordinatum eſt: iſtis inquam innitimur, non vt falsò criminamini
» talibus, quod facienda ſunt mala vt bona eueniant, quod perſequendus
» eſt Papa verus, vt ſchiſmaticus ſolus detur; nondum ita veſtri ſimiles
» ſumus vt ita deſipiamus. Quid ergo multos turpiter planè inuoluunt

Sophiſmata, dum nimis fugiuntur? quia enim videre nequeunt, quo- « ——
modo Papa verus aut pro tali habitus deſiuere poſſit eſſe Papa, aut non « 1402.
habendus eſt pro tali; ipſi non capiunt quâ ratione ſubſtractio poſſit imò «
& debeat in caſu juſtiſſima reputari, hoc eſt, inquiunt, inobedientem «
eſſe, hoc eſt perſecutorem capitis exiſtere, cum tamen nulla ſeceſſio à «
capite dici debeat inobedientia; neque perſecutio niſi legi diuinæ fue- «
rit contraria. Eſt autem diuina lex jubens recedere à tabernaculis im- «
piorum, jubens fratrem poſtquam audire noluerit Eccleſiam, haben- «
dum eſſe ſicut Ethnicum & publicanum; jubens præterea oculum aut «
membrum aliquod eruendum eſſe, ne totum corpus ſua contagione de- «
prauet; quæ diuina juſſio qualiter ad rem quæ tractatur, adaptari debeat, «
inſinuatum eſt. Scimus tamen quid ad hæc reſpondetis; negatis in hoc «
negotio cauſas tales in facto. Hoc verò eſt quod in diſceptatione no- «
ſtra verſatur, hoc probare quod negamus, aut improbare quod æſtima- «
mus, debuerat Charitatis veſtræ prudentia, aut non notiſſima ingerere, «
non nos mille conuicijs inſectari, non verberare latratibus auras, non «
nos priuſquam intelligeretis, arguere. Et quoniam id ipſum non pero- «
ratis & res longiori diſputatione eget, quàm vt ſub Epiſtolæ breuitate «
poſſit coarctari; quia denique jam pluries tam ſcripturis quàm viuis vo- «
cibus declarauimus rationabilitatem noſtræ ſubſtractionis, ſi non potius «
Epiſtola veſtra libellus difamatorius appellari meruit. Nec latet nos, «
quàm multa alia poſuiſtis, quæ ſi in rigidum examen intrarent, illa de «
errore in fide, de crimine in bonis moribus, de inobedientia læſæ maje- «
ſtatis Regiæ & alijs pluribus damnanda paterent: quæ omnia oſtendere «
ſicut & principalem cauſam noſtram juſtificare paratos nos offerimus, «
quantum & quemadmodum tu, Rex ſapientiſſime, juſſeris qui hactenus «
Nos indiuiduos Coadjutores tuos aſſumere dignatus es: neque enim di- «
uerſorum à te quicquam agere fas putat diſcretio noſtra. Etſi improbè «
prouocati ad certamē impar minore numero & virtute ſufferre moleſtum «
ſit, potuerant iſta ſufficere, ſi non viciſſitudinem referre vellemus red- «
dentes pro malo bonum & benedictionem monitoriam pro exprobratio- «
ne maledica cum illo qui cum glorificandis ait, maledicimur & benedi- «
cimus. Itaque petimus rationem, Fratres, quo fructu quáve vtilitate «
complacuerit ſejungi à communi Regis & Regni Conſilio? Periret quip- «
pe omnis Politicus ordo, ſi ea quæ communi ſunt aſſenſu concluſa, qui- «
libet pro ſuo motu capitis vel inculpare, vel ad nouam cenſuram reuo- «
care contenderet. Vbi enim fuit vnquam tam aperta, tam concors «
ſententia quæ non aduerſis calumniantium linguis carpi poſſet? alijs «
amore, alijs ignorantia, alijs ſola contrariandi proteruia aut pruri «
tu nouas res moliendi vexatis. Sed neque Concilijs Generalibus præſti- «
tus eſt olim aſſenſus vnanimis taliter, vt non ex aliqua parte Contradi- «
ctores inuenirentur. Æquum eſt idcirco legibuſque & conſuetudine «
ſancitum, vt in ore majoris Partis ſtet omne Communitatis judicium. «
Alioquin ſi cuilibet aſſiduè fas eſſet obniti, nihiloplus ageretur, quàm «
ſi inter naucleros eiuſdem nauis odioſum continuaretur jurgium, illis «
velum tendere, iſtis laxare, alijs dextrorſum, alijs ſiniſtrorſum ex aduerſo «
conari implacabili animoſitate tentantibus: deliberatione enim majoris «
Partis acceptatâ, nonne conſultius eſt ei vos opem ferre, vel nequa- «
quam pertinaciter aduerſari & ita portum qualemlibet attingere quàm «
ſub dubiâ ſpe melioris portus confundere interim omnia ſeditione cer- «
tiſſima? Multa proinde tolerari debent jam facta, quorum inceptis con- «
tradicere dignum erat. Eſto vobis appareant, vel forte ſint ſaniora Con- «
ſilia, nihilominus apud Communitatem cujus eſtis Pars parua, ambulan- «
tem in oppoſita ſententia quid prodeſt tractus veſter pertinax aliorum; «
imò quid aliud operatur, quàm contentiones, ſcandala, animoſitates & «
diſturbia ad rem omnem, quæ agitur ſalubrius finiendam. Negotium «
aliquod grande priuſquam certa concluſione firmetur, opus habet con- «
ſultatione, in qua ſit animus in conſulendo liber. Porro acceptatâ «

" concluſione tunc eſt tempus faciendi non dijudicandi. Quod ſi oppo-
1402. " ſueritis præceptum Domini vt non peccet aliquis ſequendo multitudi-
" nem, hoc de criminibus quæ bene fieri nequeunt, intelligi neceſſe eſt;
" non enim talia vnquam licere faciet quantuſlibet numerus peccantium
" & ſtultorum quorum infinitus eſt numerus. At verò ſecus eſt in eis quæ
" fieri bene poſſunt, in quibus conſcientiam propriam ad aliorum forma-
" re judicium quandoque licitum, quandoque debitum eſt, qualiter eſſe
" dicimus in propoſito, vbi ea quæ rite facta ſunt, non quæ fidem imme-
" diatè reſpiciunt, ventilantur. Obijcietis fortaſſis, quòd non ſinceris
" animis, non medijs vſquequaque juridicis, non per perſonas omni vi-
" tio carentes Concluſio ſubſtractionis excepta eſt: quaſi ita poſſit fingi
" in omni negocio publico, quaſi præterea per ſolos bonos beneplacitum
" ſuum operetur Deus? operatur & per malos, quales etiam inter vos ali-
" qui ſunt: etſi confirmatos vos Phariſaïcè jactatis præ cæteris hominibus
" & exceptos ab illa Regula, *ſi dixerimus quia peccatum non habemus, &c.*
" Quot Principes infideles, quot tyrannos iniquos legimus & vidimus, à
" quibus æquiſſimas leges & Edicta quis neſciat emanaſſe? quà in re per-
" ſpicuum eſſe debet, quod negocij qualitatem magis attendere conue-
" niet, ſi juſto fine, ſi pia intentione fieri potuerit, quàm ſuſpicionibus du-
" ci ex agentium hac vel illa voluntate. Præterea, Fratres; ceſſent con-
" tumeliæ, abeant ſiniſtræ de nobis ſuſpiciones, quales habere de vobis
" nec vultis, nec volumus. Credite, Fratres, nos bene conſcij nobis ſu-
" mus de proceſſu hoc ad pacem Eccleſiæ; qui vtinam tam proſperum ſuc-
" ceſſum caperet quàm piè ſemper optamus; optare autem hoc magis no-
" ſtrum eſt quàm illud exhibere. Tandem quia res, vt arbitramini, diſcuſ-
" ſionem exigit ampliorem (non enim propter aliud nos ad certamen pro-
" uocare debetis) Obſecramus te, Rex Sereniſſimè, ſicut jam obſecraui-
" mus pro Concilio totius obedientiæ celebrando, in quo conueniant Se-
" niores, videre de factis & de jure quod ex factis exoritur, examinatiſ-
" ſimam veritatem quam ſemper amplecti paratos nos offerimus: In No-
" mine eius qui eſt veritas, in quo bene valere, & ſobria modeſtia ſapere
omnes optamus Fratres noſtros in eodem Domino Chariſſimos.

Altera Reſponſio ad Epiſtolam Toloſanam, nomine Vniuerſitatis Pariſienſis.

Ad Ca-
rolvm
VI.

" NIhil vtilius aptiúſve quàm impugnatio pro veritatis elucidatione
" videtur, ſæpeque contingit vt quo acrius pluriumque connexione
" colorum patentius inueſtitur, tanto detectâ ſuperficie profunditas eius
" limpidius agnoſcatur. Naturale ſiquidem eſt vt alterius oppoſitorum ad
" reliquum juxta poſitum ipſum in ſua qualitate faciat elucescere: Fitque
" per antiperiſtaſin, vt in contrariorum approximatione mutua vtrum-
" **libet in ſe fortius habeatur, licet quantumlibet falſitate fulcita**, ve-
" ritatem tamen ſuper omnia vincere ſacra tradit authoritas. Hinc etenim
" ad ipſius enucleationem modis varijs Deus omnipotens hanc interdum
" promittit menti, contraque pugnantium deprauatum affectum ex hijs
" & falſitatis interitum ſimulque victoriam veritatis ad humani generis
" vtilitatem non modicam regulariter dignatur elicere. Sit fortis in ag-
" greſſu terribilium, temperatus in voluptatum ſenſualium abdicatione,
" juſtus alieno circundatus ore in proprij retentione cæteriſque quæ ſua
" ſunt voluntaria diſtributione: prudens in prædictorum ſecundum exi-
" gentiam debitam, ſingula ſingulis adaptando, congruâ deuotione: & ge-
" neraliter in vnaquaque virtute: ſtudioſus non ſine pugna valida com-
" probatur. Vt ſic ſecundum Philoſophum, circa difficile, ac in infirmi-
" tate ſecundum Apoſtolum, ipſa virtus exhibeatur perfecta. Cui ſiqui-
" dem & ob hoc ſtimulus carnis datus eſt, & in Iob juſtiſſimum ipſemet
" Sathan, vſque corporis etiam percuſſionem horribilem poteſtatem exer-
" cere permiſſus eſt. Sanè, Regvm Potentissime, quod dolentes refe-
" rimus nem..... ipſius Iob temporibus arbitrio noſtro inter eos qui

Dei deberent eſſe filij, adſtitiſſe creditur nuper & ipſe Sathan, in quorum " ——
ore Spiritus mendax extitit, vbi Spiritus veritatis habitare deberet. A " 1401.
Dæmonio quippe quodam meridiano, vt accepimus, vſque Regiæ veſtræ "
præſentiam Celſitudinis, Auſtro flante, peruenit Epiſtola, imò veriùs li- "
bellus grauis, diffamatorius ac detractorius in ſcriptura, opere grandis, "
in ſententijs tenuis, in dictorum numeroſitate ſuperfluus, in veritatis "
apertione materiæ diminutus, in verbis gratis deficiens, in conuicijs mul- "
tiplicatis excreſcens, à dictorum præciſione vacuus, & in eorundem re- "
petitione nugatorius, in veritate parcus, in mendaciorum cumulatione "
prodigus. In quo ſiquidem Edictum Imperiale contemnitur, Patrum ſen- "
tentia reſpuitur, & dicta Sapientum pro inficiatis habentur. Sic in cœlo "
militantis ſcilicet Eccleſiæ à tantis jam temporibus duriſſimo ſauciatæ vul- "
nere curatione perfecta commiſſum cenſetur eſſe prælium, ac ſi Michaël "
& Angeli eius cum Dracone pugnam recenter ineant. Eo tamen juuante "
qui fortium manus ad prælia docet, cuius ſcutum & arma, PRINCEPS "
INVICTISSIME! præ cæteris in terris geritis, Michaël vincet, & Draco ſuc- "
cumbet, qui ad ſui confutationem hanc molitus eſt ſeditionem in populo "
ſuſcitare; dum Schiſma grande, in quo præ cæteris complacere non ambi- "
gitur, prorogare ſatagens, Regiæ majeſtatis cæteriſque Regnicolis vir- "
tutis adhibet materiam, per quam ſi Domino placuerit quod tam conſultè "
prouidéque principiatum eſt, turbinibus ex aduerſo flantibus potenter "
expulſis conſtanter continuabitur & ad finem prius cœptum feliciter per- "
ducetur. Sed mentes noſtras haud facile, quidquid aſſeratur, aduerſum, "
inſideret à Scholaſticorum Collegio inſcitiæ tantæ paginam pullulaſſe, "
cuius Editores Solem facibus adiuuare, Mineruam docere, & eam in do- "
ctrinâ damnabiliter defeciſſe præſumptuosè contendunt. Verùm potius "
cætus hic à quo tot plena conuicijs homelia rudis & inhoneſta mana- "
uit, turbam Ruſticorum effigiat; Qui olim limpidam aquam vnde dea "
Latona ſitim ſedare ſuam curabat, eos ducente proteruiâ, inuerecundè "
turbarunt. Ruſticalis nempe mos notus ſæpius extat. Vt quod per cla- "
riſſimos viros etiam pro totius Reipub. profectu cum digeſtione conſul- "
tum eſt, eorundem garritu ſua vilitate contemptibili quantum in eis "
eſt, exprobretur. Nec offendentes ipſa dea tantis affecta contumelijs "
illæſos ſanxit abire quos ob hoc in ranas transformatos Ouidium deſcrip- "
ſiſſe legimus. Quibus humana pro voce coaxandi virtus cum præciſione "
relicta, & pro antea variorum prolatione verborum mentis conceptus "
aperire valentibus, vocem vnicam in delicti pœnam formare permiſſum "
eſt. Quibus profecto ſi geſtorum in proſecutionis vnionis Eccleſiaſticæ "
materia recordatio memoriter teneatur, Scribentes hi multipliciter ap- "
proximant; dum quidquid ſententiæ vel ficti coloris in annotato libello "
repertum eſt, ſub eiſdem fere verbis in primo & ſecundo Galliarum Ec- "
cleſiæ Concilijs, & per forſitan huius ædificij ruinoſi principales arti- "
fices longè melius & apparentius quàm hic inſeratur, in ſcripto voce te- "
nus reſeratum extitit. Sicut igitur nec ranæ ſemel, bis, ter, ſed deinceps "
eundem ſonum repetere contentantur, ſic nec iſtis ter, ſed quater & "
vltra nunc diſputando, nunc proponendo, nunc deliberando eandem "
prorſus ſententiam, per quam nihilominus prælibatorum Conciliorum "
neutrum motum extitit, repetere ſufficit, ſi non etiam ex abundanti ſu- "
pererogando pro ipſius elegantia verbi ex eodem iterum aërem verbe- "
rent, Curiæ veſtræ Senatum impediant, aures Clementiæ Regis concu- "
tiant, & quod pluris eſt, vt memoria commendatorum habeatur in libri "
forma, quam Epiſtolarum pati non deberet anguſtia, Regiæ veſtræ ma- "
jeſtati directi ſtulto labore conſumpti redigerent circulo. Cuius ſcriptis "
in prælibatis deteſtantur ingratitudinem; ſaltem in vnius totiens repeti- "
tione ſermonis merito comparabiles. Qui vt facilius gratiuſque quod "
ſupplicant, obtineant; Serenitatis veſtræ captando gratiam artis ora- "
toriæ tantæ regulas practicantes, authoritatem veſtram in eo quod ju- "
re ſibi conuenit, diminuunt, Schiſmatis & hæreſis hanc cum alijs qui "

» Concluſionem denegatione obedientiæ D. Benedicto dederunt, operam
1402. » incidiſſe crimen aſſerunt, Græciſque propter antiquam ab Eccleſia Rom.
» diuiſionem ac Romanis ipſis propter eam quam ad Intruſum habent ad-
» hæſionem, deteriores exiſtere cum alijs multiplicatis iniurijs notoriè
» prædicantes, niſi pro quanto ſua de gratia, laude multiplici propter hoc
» attollenda, Majeſtatem veſtram, Principumque Clariſſimorum domus
» veſtræ à tanto nefas eiſdem placuit propter ignorantiam excuſare. O
» Magiſtri Canonum! vt dicta veſtra in modico ſaltim ſint vobis accom-
" moda, qui Iuris conditores & Legiſlatores propter ignorantiam juris
» ſecundum vos necdum à tanto ſed totaliter excuſetis, & quàm contra
» eos inuincibilem erga ſubjectos craſſam & ſupinam ignorantiam fore
» contendatis. O felix tempus in quo tantæ theſaurum ſapientiæ huc vſ-
» que latitantem in abditis aperiri conceſſum eſt! quem ſic à fine vſque
» ad finem fortiter nititur attingere, vt quidquid in Dei cauſa de S. Vnio-
» nis Eccleſiaſticæ procurandæ proſecutione, quæ per vos ac incolas Re-
» gni laboriosè quæritur: quâ nihil in terris fructuoſius inueniri poſſe cre-
» ditur, hactenus ſalubriter actum extitit, errore multiplici qui per eoſ-
» dem aſſeritur, ſceleris multimodi damnare præſumunt; dum viam Ceſ-
» ſionis in primo Eccleſiæ Regni veſtri Concilio concorditer electam & in
» Orbe toto præſentis Schiſmatis inſpectâ naturâ multipliciter commen-
» datam, tanquam pernicioſiſſimam obedientiæque denegationem Bene-
» dicto in ſecundo concluſam Concilio. In quo Sacroſanctæ Rom. Eccle-
» ſiæ Reuerendiſſimorum Patrum, DD. Cardinalium Collegium, nec non
» Caſtellæ & Legionis Regnorum Concilium celeberrimum; & aliæ plu-
» rificatæ Prouinciæ vobiſcum coincidunt, velut tenebroſam, ſpinoſam,
» ſeditioſam & boni totius expertem repudient. Et ſic omnia norunt ſuaui-
» ter diſponere, vt nullus Chriſtianæ Religionis impune ſtatus tranſeat,
» quem contumeliâ multiplici pro viribus non afficiant, ſic ori cuſtodiam
» appoſuiſſe curantes, vt nec parcè laudent, nec parcè vituperent; ſed
» nouo genere prudentiæ freti in propriæ laudis ac alienæ culpæ ſecun-
» dum eos detectione patulâ intolerabiliter ſint effuſi. Qui etſi ſpeculum
» & exemplar morum, vt in ſui tractatus exordio ſe jactitant, lapſis fue-
» rint temporibus, non tamen ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis & ima-
» go bonitatis illius; quod ſapientiæ veræ proprium eſt, quæ juxtà Scriptu-
» ram ſacram non improperat, nec apud Morales talium morum exem-
» pla reperiſſe meminimus, vt ſpretis ſuperiorum Edictis, ſeniorum ſen-
» tentijs, & in diuina humanaque ſcientia peritorum digeſtè conſultis ſuæ
» quiſquam ſapientiæ ſingulariter initatur. Et vt eorum pro parte verbis
» non ad ſuum, ſed ad noſtrum vtamur intentum, congruit ne rationi, vt
» vnum Regnum, vna Prouincia, vna Diœceſis quicquam per ſe ſtatuat,
» & aliud Regnum, alia Prouincia vel Diœceſis contrarium ſtatuendum
» decernat? Heu quàm inſtabilis eſſet ſtatus Eccleſiæ, ſub quanto laby-
» rintho nutaret! Iam velut in turri Babel fabricanda vnus reliquum non
» intelligeret; alteralterius Conſtitutiones non reciperet, ſed in tot vni-
» ca grandis multitudo diuideretur partes, quot idiomatum in ſe varieta-
» tes haberet. Hæc de dictis eorum huic inſeruimus opuſculo, vt ex da-
» tis luculenter appareat rationi non congruere, quod non per Re-
» gnum, ſed Regna, non Prouinciam, ſed multiplicatas Prouincias, non
» in clandeſtino vel priuato, ſed pluribus ipſorum Regnorum genera-
» libus Concilijs & præſertim Sacro Reuerendiſſimorum Patrum DD.
» Cardinalium approbante Collegio concorditer eſt habitum, non per
» vnum Regnum, non Prouinciam, non Diœceſim, ſed per vnum tenue
» ſatis ſtudentium Collegium, in quo vt fertur, Doctiores & meritò diſ-
» crepant, quod quidem etiam inuitum ordinationi Regni Concilijque
» prælibati Iure ſubiectum eſt, Rebellionis notoriæ crimen perperam in-
» cidendo contumaciter impugnetur. Quàm inſtabilis foret Policiæ ſta-
» tus, vos ipſi videte, particularibuſque Regni Concilijs perfacile dabi-
» bitur oppoſitio, ſi per generalia concluſa paucis ſubditis reprobandi

facultas

facultas liberè permittatur. Deponite ſceptra Principes, pileos Car- "
dinales, virgas Paſtorum Pontifices, & cathedra cedite cæterarum Vni- " 1402.
uerſitatum Doctores ! labor videtur non tam inanis quàm immanis, non "
tam tolerandus quàm damnandus; non tam captandus quàm execran- "
dus, non tam prudentiæ quàm dementiæ, non tam vitæ quàm mortis "
nuntius per Nouellos iſtos impudenter aſſeritur. Æſtimamus quidem "
nunc rediſſe Piratas, qui Æſculapio barbam & Apollini Pallium quo te- "
gitur, violenter auferre moliantur. Hic etenim inſpicitur luna luminis "
niſi ſolis per medium inſcia ſoli quaſi ſenio tabeſceret & in deliramen- "
tum verteretur, ne vlterius in orbem radiet, prohibere; ac ſi tantum- "
modo non expediat dies & noctes viciſſim ſecundum inſtitutionem pri- "
mæuam vlterius experiri quàm ſublime regimen in nocte continuè re- "
ſidere. Iam redit tempus, in quo Phaëton juuenis & inexpertus currum "
Patris præſumit ducere & qui etiam minimum equorum non nouerit, "
auriga cupit effici. Et qui dogma Phœbi reſpuunt, dum loris frui mode- "
ratè neſciunt, calcaribus nimium emungendo, ſanguinem crudeliter eli- "
ciunt. Quibus pro excuſatione de tanto ſilentio Magnus labor adeſt, "
quorum tamen os maledictione plenum eſt, & aduerſùm ſe teſtimonium "
eſt locutum, qui tacendo forſitan, falsè licet Philoſophorum nomen "
ſibi vindicaſſent: quo rite per indiſcretionem vti in perpetuum priuati "
ſunt, quando ſiquidem fatuus tacet, ſapere ſibi vulgariter adſcribitur; "
ſatiuſque fuiſſet equidem continuaſſe ſoporem, in quo Schiſmatici ab "
initio permanſerant, quam quòd recenter expergefacti continuè vigilan- "
tes vt ſponſum cum aduenerit, de cuius aduentus hora neſcitur, cum "
gaudio recipiant, cum fatuis dormitare compellant. Legimus in hiſto- "
rijs illos ſanctæ memoriæ ſeptem nominis zelatores lapſo trecentorum "
annorum ſpatio ſurrexiſſe de ſomno, vt reſurrectionis generalis articulus "
circa quem tunc nouus error inciderat, eorum ſuſcitatione recenti cor- "
dibus inſereretur hominum. Iſti verò vtinam vſque ad prædeſcriptum "
terminum lethargiam paſſi aut aliter indormiti; nunc proh dolor! ſur- "
gunt vt reſurrectionem in hoc miſerabili Schiſmate Dei per gratiam "
ſolito plus de propinquo ſperatam, iterum ad mortem abducant: vt vbi "
ſpes aliqua figebatur, ſpei loco deſperationem accipiat; ſicque gratis "
excuſationes de diutina dormitatione porrigunt, quorum dormitatio- "
nem priuatiuè bonum, vigilare verò ſimpliciter noxium eſt. Cautiuſ- "
que fuiſſet eis Neronis exemplo fœtum ex veneni comeſtione ſæpius "
acta in eorum vtero prius cœptum infra propriæ muros vrbis in abyſſo "
cumulaſſe, quàm ipſum ſic horridè Ciuitatis Regiæ inficientis aërem "
Regis ipſius conſpectui improuidè præſentaſſe. Hij lætè ſteterunt præ- "
ſtitâ, lachrymas fundunt ablatâ; & riſum magnum ſe pollicentur emit- "
tere, obedientiâ reſtitutâ. Nobis autem qui Schiſmatis ab initio ſciſſuram "
tantam inceſſanter deflemus, nunc tamen pauliſper ad gaudium in ſpe "
ſaltim prouocati, per hoc effecti diſſimiles, dum contrariorum admo- "
dum vtriuſque riſus & lætitiæ mutuò ſe cenſeantur expellere. Eis igitur "
hanc generationem ſimilabimus de quibus ſcriptum eſt, *Cantauimus & non* "
ſaltaſtis, lamentauimus & non ploraſtis. Hij primùm conſulta Grammati "
corum imbecillitati, Logicorum loquacitati & Sophiſtarum adſcribunt "
duplicitati. In hoc Artium facultatem, quæ cæterarum ſcientiarum ve- "
lint nolint, mater eſt & origo, ſub verborum phaleris poſſe tenus aſper- "
nantes, *nunquam* tamen, vt ait Seneca, *in tantum conualeſcet nequitia,* "
nunquam ſic contra virtutes coniurabitur, vt non Artium liberalium & Phi- "
loſophiæ nomen ſacrum & venerabile permaneat. Nonne legiſtis Artium "
liberalium, illive tales æmuli, quibus quoniam inhærentes inimica- "
mini, ſub Mazentio Cæſare Rhetores & Grammaticos totius quaſi "
Doctores Imperij pro diſceptatione contra glorioſiſſimam Virginem "
conuocatos conflictum, quanquam ſalubriter ſuccubuerint, iniuiſſe. "
Apudque Græcos Cardinum & Ægyptios Iſidem in literarum tam ad- "
inuentione quàm artificiali diuiſione quod artis Grammaticæ non dubiè "

„ regulas aſpicit, gloriam, famam, imò deificationem poſt deceſſum in iam
1402. „ deſignatis promeruiſſe populis. Nec certè, non dicimus, Grammaticus
„ ſed Ruricola fidelis ſimplex vbi de Schiſmate aut vniuerſalis Eccleſiæ
„ vnione res agitur, repulſam pati, ſed cum alijs ad opus commune mere-
„ tur ingredi; in cuius ſiquidem incolumitate ſubſiſtimus, proſperitate
„ conualeſcimus, languore tabeſcimus, & in cuius morte', ſi poſſibile fo-
„ ret, generaliter periremus. Cuius propenſius nos omnes ſalutem ex-
„ optare conuenit, quo propriam ex eiuſdem ſtabilitate pendere profite-
„ mur. Nullis igitur vtcumque Puſillis, aut infantibus ab hac actione quæ
„ nullum excipit ſilentium, imponatis. An neſcitis quod Angeli eorum
„ ſemper vident faciem Patris qui in cœlis eſt, Doctrinæque communis
„ exiſtere in vnico præcisè etiam de ordinata lege fidei veritatem poſſe
„ ſubſiſtere? Ex ore ſiquidem infantium & lactentium, duce Domino, laus
„ perficitur vt generalis inimicus Eccleſiæ deſtruatur. Ieremias ad ple-
„ bem erudiendam puer tranſmittitur. Dauid de poſtfœtantes ad Regni
„ faſtigium ſublimatur. Daniel infans ſenes falſum tuliſſe teſtimonium
„ damnat. Ioannes ſeptennis in deſerto prædicat; & lapis modicus ſine
„ manibus de monte præciſus ſtatuam grandem altitudinis 50. cubitorum
„ percutiens incinerat. Cui profectò ſtatuæ hanc Epiſtolæ molem in quam
„ meritò fidelis inuehit, comparamus, cui forſan initium ſiue caput auri
„ per impluuium à Ioue ſuo virginis in gremium pòſt corruptæ diſtillatum
„ præfigitur: Brachia ferrea per poteſtatem Dæmonis aſtutia procuratum
„ ſubnectuntur: vbi non tam reſonantia quàm diſſonantia pectus æneum
„ inſeritur; ſed quia ſuper pedes fictiles & luteos fabricatur, facile Domi-
„ no concedente, quidquid in ea ſatum eſt, in cinerem redigetur. Nec ab
„ hoc Philiſtinorum exercitu Golias ſpurius abfuit, Iſraël caſtra pro viribus
„ explorans, eoſque prouocans ad ſingulare certamen, omnipotentis tamen
„ gratia præcedente in VNIVERSITATIS STVDII veſtri Pariſ. fluuio qui
„ canalem proprium nunquam exiens ad modum fluminis de Paradiſo ma-
„ nantis in 4. diuiditur partes, quique ſub Imperiali & paterno Majeſtatis
„ veſtræ regimine, protectione & directione terram alias aridam aquâ Sa-
„ pientiæ ſalutaris hactenus irrigare meruit. Nobis in hoc non tam laudis
„ propriæ, quàm Apoſtolicæ ſententiæ in Reſcriptis antiquis teſtimonium
„ perhibentibus, lapides adhuc reperientur limpidi, quibus ſi Dominus
„ annuerit, quia etiam illic ſignari poſtulant, aduerſantes in fronte per-
„ cuſſi proſternentur ad ima. Quod vt fructuoſiùs compendioſiúſque va-
„ leat effici, denegationem obedientiæ Benedicto Iuſtè factam oſtendere,
„ Deo duce, tentabimus. Quod ſi fundatum fuerit, corollariè vel quaſi le-
„ uiter inferetur intentionis eorum oppoſitum. Et per conſequens pro
„ nulla ſui particula eorundem propoſitum admittendum; quod teſte li-
„ terâ quinque Puncta principaliter continet: Primum nulli citra Papam
„ de iure ſpectat **Eccleſiæ Gallicanæ Concilium congregare. Secundum,**
„ in tali Concilio ſic congregato nihil potuit ordinari ſtatum continens
„ vniuerſalis Eccleſiæ. Tertium, ſic ordinata non ſubſiſtunt aliquo iure.
„ Quartum, non licuit etiam, vt vnio in Dei proueniret Eccleſiam, obe-
„ dientiam Benedicto denegare. Quintum facienda eſt reſtitutio obe-
„ dientiæ.

„ Ad punctum igitur principale ſcilicet denegationis obedientiæ D. Be-
„ nedicto fundamento ponendo, ex cuius poſitione, Domino cooperante,
„ ac ſermonem confirmante, ſui totius propoſiti clarè patebit diſſolutio,
„ Redeuntes humiliter ſupplicamus, vt ſicubi os in cœlum ponere, mon-
„ tem tangere aut altiora Nobis quærere fortaſſis dijudicemur, erga eos
„ ſi placeat pro Nobis gratiam impetrent, fauorem pariant, & excuſatio-
„ nes pro quanto materia exigit, obtineant: zelus ad legem, honor ad Re-
„ gem, Pietas ad Gregem noſtrum, excuſatio, famæ conſeruatio, falſita-
„ tiſque velatæ detectio, quibus vnà cum pluribus alijs quæ breuitatis cau-
„ ſâ ſubticemus, ad arduitatis opus aggrediendum præſentialiter excita-
„ tamur. Prælibatam ergo denegationis obedientiæ Concluſionem ex

duplici radice deducere Deo præuio conabimur. Prima ex Schiſmatis nunc vigentis quoad naturam modumque propriosattenta conſideratione. Secunda ex perſonæ ipſius à cuius obedientia receſſimus, reprobanda, proh dolor! conditionum proprietate. 1402.

Huius itaque primam ingrediendo particulam, nefandiſſimi ac horridiſſimi Schiſmatis malitiam ſufficienter deſcribere vox non ſufficit, mens ſtupeſcit, oculus flebiliter aſpicit, & diſſonantia ſoni fidelium aures attonitas efficit. Quippe inconſutilis tunica Domini diuiditur, nauicula Petri fluctibus expoſita per medium ferè ſcinditur, Archa teſtamenti à Philiſtæis ignominiosè tenetur, & quæ neſciens thorum in delicto plerunque reſpuit connubium, à duobus violenter rapitur: quâ de re tantùm in Chriſtiana Religione in animarum excidium ineffabile exortum eſſe ſcandalum dignoſcitur; quod amplius in dies protelatur vt Gregis Dominici ſic diuiſi pars vna reliquam labis ream vocet, & apoſtaticus, Schiſmaticus, intruſus, excommunicatus & anathematizatus habeatur. Et ſic ſub tanto labyrintho Schiſmatis ab exordio nutat vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus: quod tamen ac ſi recenter per denegationem obedientiæ Benedicto pullulant iſti qui morbum non reſoluunt ad initium, nec vulnus tangere curant in profundum lamentari lachrymabiliter ſe perhibent; vt iam velut in turri Babel fabricanda, vnus reliquum non intelligat, alter alterius Conſtitutiones non recipiat; quod per vnam partem abſoluitur, per aliam damnatur: quod per hanc conſtruitur, per aliam deſtruitur; cui per hanc benedicitur, per aliam maledicitur. Cui igitur iſtius occaſione Schiſmatis, Rex Christianissime, ſumus vniuerſaliter expoſiti periculo; quanto ſalutem propriam procurare ac diligere tenemini, ſi placeat, attendite. Non enim de iſtius aut alterius iure, quamquam partem iſtius hactenus tenuerimus, & quam opinamur arbitrio noſtro Iuſtitiæ veritatem habere, facta eſt reuelatio: nec per tantos ac tales pro alterius iure partium lata eſt determinata ſententia, quæ penitùs omnem dubietatis auferat materiam; ſed potius notorium eſt circa hoc tot Regum, Principum, Prælatorum, Nobilium, Doctorum, Scholaſticorum, Burgenſium, Mercatorum, Popularium, & generaliter hominum omnium ſtatuum opiniones & aſſenſus contrariari, vt non ſit audientiâ dignus aſſerens de iſtius vel alterius iure nullum eſſe dubium, quaſi diceret: Nobis qui adhæremus, non dubitamus de noſtro, repugnanteſque non de contrario. Quod celeberrimæ memoriæ D. Rex Karolus V. pater veſter in extremis conſtitutus profundè conſiderans, Generalis Concilij ſuper hoc celebrandi ac vniuerſalis Eccleſiæ ſententijs humiliter ſe ſuppoſuit, inſtrumentum publicum vnum vel plura ſuper hoc cum inſtantia debita tunc requirens. Si igitur, quod abſit, circa hoc aliquid erroneè ſentiremus, quod quin ſit, vſquequaque certitudinem non obtinet, in quanto ſtaremus pernicioſo diſcrimine, ſufficienter oſtendere nemo ſufficeret. Quia ſi Ius noſtrum **per reuelationem aut aliàs foret** notorium, nihilominus ex debito Charitatis tantæ Chriſtiani nominis expreſsè profeſſæ multitudini viſceraliter compati teneremur: adeo etiam quod mortem corpoream, vt à tanto caſu reſurgeret, præſertim ſecundum Auguſtinum de Ordine diligendorum in quo proximum corpori præfert proprio, vltimò ſuſcipere deberemus; quod etiam in Caſibus improportionaliter minoribus ſub lege naturæ degentes ſolum quoque rationibus moralibus innitentes corporibus in proprijs executioni demandaſſe legimus. Nec certè, ſub clarius videntium correctione loquimur, vulneris fundum, ſed duntaxat eligendo tangunt orificium in hoc artis Sophiſticæ quam ſcripto reprobant, cautelas recipientes, qui caſus iſtius conſiderata natura, ius partis quam tenent, reputantes notorium, Ex ipſo ſic ſuppoſito ac ſi de Iure Petri, Concluſiones Corolarias eliciunt, quoniam ex hoc dubio tanquam ex principio per ſe noto procedunt, in hoc palam in petitionis principij fallaciam, incidentes. Videatur itaque ſi placeat, miſerabilis ſtatus ſub quo de præſenti notoriè languet corpus Eccleſiæ ex vna,

» Concluſioneſque ad quas ſeorſum & diuiſim ab incepto Schiſmate huc-
1402. » vſque pars quælibet aſpirauit, ex altera; vt ex hoc elici valeat an conti-
» nuanda ſit ipſius Corporis Eccleſiæ tanta miſeria vt alterius partium
» prætenſum bonum, quo caſu pars reliqua ſuccumberet, eueniat. Ecce
» quoad primum, corpus Eccleſiæ, cuius vnionem ex fide profeſſa ſummo-
» pere conſeruare & ablatæ reſtitutionem pro viribus procurare tenemur,
» notoriè ſciſſum eſt. Id autem ad quod quælibet Pars nititur, pro quanto
» ſecernitur à reliqua, conſtat eſſe quod quàm ad noſtram attinet partem
» declaretur DD. Cardinales in D. Clementis electione Canonicè pro-
» ceſſiſſe, ipſumque Dominum ſic electum in Papatu illius electionis me-
» dio ius verum obtinuiſſe. Alijs diuiſis à nobis oppoſitum verum eſſe
» prætendentibus: ſed potius Electionem Bartholomæi Canonicam exti-
» tiſſe; ipſumque per eam ius verum in dignitate Papali quæſiuiſſe, perti-
» naciter aſſerentibus. Diuiſio in Eccleſia Chriſti mentalis eſt notoria.
» Iſtius autem aut alterius Iuſtitia notoriè & experimentaliter eſt dubia:
« Quod Eccleſia debeat eſſe vnica, tenemur ex fide credere. Quod au-
« tem iſte aut ille Papa ſit, non tenemur ex fide credere; cum hoc dunta-
» xat ex factis dubijs & Canonico dependeat iure. Quod Eccleſia diuiſa
» maneat, eſt malum commune: quod autem iſte vel ille Papa ſit, bonum
» eſt priuatum & perſonale. Quod Eccleſia ſit diuiſa, eſt per ſe malum: quod
» autem iſte vel ille Papa ſit, bonum eſt per accidens. Quod Eccleſia ſit
» diuiſa, malum eſt bonum vnionis impediens ex inſtitutionis ſuæ natura
» perpetuum: quod autem iſte vel ille Papa ſit, bonum eſt temporale &
» tranſitorium & caducum. Iudicet ergo Regiæ dignitatis Clementia, cu-
» ius thronus tantâ ſapientiâ ſtabilitur, an liceat per ſe malum certum ex-
» preſsè contra fidem, contra commune bonum politiæ ac ex ſui natura
» perpetuum committere, vt bonum dubium fidei non pertinens, priua-
» tum, perſonale, per accidens, tranſitorium & fere momentaneum eue-
» niat. Hic patenter locum & veritatem aſſumit Apoſtolica ſententia per
» aduerſarios pro ſuo confirmando propoſito falsè, quanquam laborioſè
» deducta, *non ſunt facienda mala, vt bona eueniant*: alludit ad hoc dictum
» Cæſaris per eoſdem ad id applicatum propoſitum, *Non eſt*, inquit, *pi-*
» *candum cum hamo aureo, cum maius damnum in hami perditione quàm vtilitas*
» *in piſcatura veriſimiliter proueniret.* Non enim ambigendum eſt maius in-
» comparabiliter eſſe damnum in huius diuiſionis continuatione, quàm
» vtilitatis quæ ex iſtius vel alterius ad Papatum aſſumptione aut pacifica
» per eorundem alterum Papatus aſſecutione veriſimiliter proueniret. Hic
» heu hamus aureus eſt deperditus? Charitas ſcilicet perfecta, quo quidem
» hamo Piſcatores hominum ſagena miſſa in mare, in Eccleſia primitiua
» bonos piſces malis rejectis foras in vnum aggregauerunt; quo tempore
» multitudinis credentium cor vnum & animam vnam fuiſſe ſacra teſtatur
» hiſtoria. Applicent Toloſani rationes quibus contra Nos inuehunt, &
» videant an ſit facere peccatum proprium vt procuretur alterius tempo-
» rale bonum, facere certum malum ad obtinendum bonum dubium, fa-
» cere crimen præſens vt procuretur bonum, dubiè tamen ſubſequens.
» Quod ſi forſan impingatur ex datis contra adhæſionem huic parti, per
» Nos præſtitam rationem varietatis tunc & nunc meritò propinabit, quod
» tunc in exordio, tum exceſſuum in Electione præfati Bartholomæi per-
» petratorum notorietate; tum ex DD. Cardinalium etiam Italicorum
» qui per experientiam, facta, intentioneſque tunc per eoſdem habitas,
» ex quibus oritur Ius præ cæteris vnientibus cognouerunt, in hanc par-
« tem concordi conuentione merito ſperabamus alios qui ſic ſcandaloſè,
» & vtinam de propinquo reparabiliter defecerant, citiſſimè prædictorum
» Patrum opinionem conſecuturos fore, adeóque morbus inualuit & am-
» plius in dies aggrauatur, vt apud peritos & vigilantius attendentes de
» eorundem reductione nulla ſpes immineat. Quid igitur nunc agendum
» eſt, vt vel ab iſto recedamus, conſideratis præſertim per ſe circum-
» ſtantijs inferius declarandis, vt quod in nobis eſt facientibus, alios ad

reintegrationem pro viribus reuocemus ; aut obedientiam continuando, " ——
in contrarietate quæ maxima eſt oppoſitio, per adhæſionem extremis " 1402.
contrarijs hinc inde præſtitam, diutius maneamus. Sentiunt plures vbi "
Papæ met indubitato non poſſet obedientia, niſi per Eccleſiæ patentem "
diuiſionem communicari, fore laudabilius ab obedientia reſilire, vt Ec- "
cleſiæ corpus integrum remaneret, quanquam obedientia talis diuiſio- "
nem ipſius notoriè procuraret. Expreſſius ſiquidem ad vnionem ſeruan- "
dam quàm ad ſummi Pontificis obedientiam Iura diuina nos obligant. "
Nec obſtat quoad nos ſi conformiter ad ſuum non ſe habeant alij, per "
hoc procul dubio obſtinationem ſuam & pertinaciam oſtendentes. No- "
bis autem qui de poſſibilibus quod melius eſt, facimus, à reatu Schiſma- "
tis, ſi Domino placuerit, penitus excuſatis. Sic enim agendo Pacis Ec- "
cleſiæ notoriè turbatores, quantum in nobis eſt, abſcindantur, quod "
fieri petit Apoſtolus ; Vtinam, inquit, abſcindantur qui vos contur- "
bant : Lex imperialis Canonizata, certa quam nullus aptior quam de "
præſenti materia caſus iudicio noſtro poterit adaptari, in Practicam "
deducitur, & Euangelica ſententia ſic agere comprobatur. Sic equidem "
in Eccleſiæ corpore pes aut oculus totum corpus ſcandalizans, caput, "
cuius ſcandalum pernicioſius & longè deterius eſſe conſtat, abſcindi "
præcipitur. Melius enim eſt ſine tali membro ad vitam ingredi, quàm "
per adhæſionem ad ipſum in gehennæ flamma perpetuò cruciari. Nihil "
etiam æquius quàm vt Schiſma quod per adhæſionem & non aliàs intro- "
ductum eſſe dignoſcitur, per non adhæſionem extirpetur: ac duæ par- "
tes diuiſæ per conjunctionem cum extremis in quibus patet vitium per "
abnegationem eorum ad punctum medium in quo conſiſtit virtus, re- "
ſarciantur in vnum. *Nec eſt timendum*, ſecundum Bernardum, *contra ve-* "
ritatem eſſe, ſi vnius ſcandalum multorum compenſaueris pace ; melius eſt enim "
vt vnus pereat quàm vnitas. Adhæſionemque Prælatis in Schiſmate di- "
uiſis, ſuper pſalmum Auguſtinus reprobat, *Nonne*, inquit, *Epiſcopi fuerunt* "
Actores Schiſmatum & Hæreſum? Et ſequitur ad propoſitum. *Porro*, in- "
quit, *ſi plebes ipſæ non diuiderentur, erubeſcerent illi in diuiſionibus ſuis & ad* "
compagem remearent. "

Nunc autem ad ſecundam prætactam diuiſionis ingredientes particu- "
lam ſpecialiter proteſtamur, non animo, nouit Dominus, iniuriandi cui- "
cunque, præcipuè D. Benedicto in Papam vltimò aſſumpto infra dicen- "
da ſcripturos, à quo fatemur ſuæ tempore legationis ad Franciam hono- "
res & fauores multiplices excepiſſe. Mirum ſiquidem eſſet, vt ex odio "
præconcepto in eum excitaremur, quem in hac quam continuamus, du- "
ce Domino, materiâ propitium, adiutorem pariter & conductorem tunc "
temporis reperimus. Sed poſt cauſis, placeret Deo, nunquam obortis, "
ſupra generaliter, inferius tamen ſpecialius deſignandis aliquantulum "
iuxta modulum intelligentiæ noſtræ id agere compellimur. Non enim "
iuxta Canonem per eoſdem inductum, licitum nobis eſt diſſimulare, nec "
eſt tacere libertas. Multa proh dolor ! notoriè de eo referuntur, quibus "
eius participatio quamplurimùm periculoſa ac etiam fugienda meritò "
reputatur, quoniam & in fide de errore multiplici & de Schiſmate apud "
graues & probos vehementer ſuſpectus habetur. Et nonne pauca de mul- "
tis referendo, *notorium eſt ipſum ſub Bullæ plumbeæ declaraſſe nemini licere* "
à Romano Pontifice appellare vel prouocare. Item in eadem Bulla ſenten- "
tialiter inſerit, *quod ab eodem appellare eſt facere contra plenitudinem pote-* "
ſtatis B. Petro, ac ſuis ſucceſſoribus in perſona ipſius à Chriſto collatæ ; & loqui- "
tur generaliter in omni caſu, nihil excipiendo, per hoc vt videtur vni- "
uerſalis Eccleſiæ ad D. Papam ſuperioritatem in omni caſu diffitens, "
quam ſi recognoſceret, ab eo ſaltim in aliquo caſu ad ipſam vniuerſalem "
Eccleſiam appellationem indici poſſe non denegaret. Conſtat enim, " Ecclesia
SERENISSIME PRINCEPS, & ex Scripturis ſacris euidens eſt, Eccleſiam " ſvpra
vniuerſalem peccare aut in fide deuiare non poſſe, Papamque ordinatum " Papam.
in Eccleſiam tanquam in finem immediatum, non Eccleſiam in Papam; "

» Ipſumque etiam vt Papam ipſius eſſe membrum Eccleſiæ. Quo ergo iure
1402. » pars non ſubijcietur toti? peccator impeccabili? fallibilis infallibili? mem-
» brum corpori? & ordinatum in finem ſuo fini? *Nec iura diuina vidiſſe me-*
» *minimus, quæ ab vniuerſalis Eccleſiæ ſuperioritate ſummum eximant Pontifi-*
» *cem:* Ariſtotelis etiam totiuſque Græciæ Philoſophorum, veterum quo-
» que Romanorum qui de Potentijs earumque regiminibus varia tractaue-
» runt, concors tradit authoritas politiam totam, vbi bene regitur, ſoli
» Principi auctoritatiuè præeſſe, nec Principis ipſius in ſolidum contrarium
» dictis niſi pro quanto iuris diuini, aut ipſius totius Communitatis ab autho-
» ritate penderet, Particularibus ſententijs foret fortaſſis, quoad hoc ad-
» hibenda credulitas; imò potius illud ſibi dirigi poſſet Euangelicum. Tu de
» te ipſo teſtimonium *perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Nec dubium D.
» Papã in fidei materia per Eccleſiam eſſe reprehenſibilem, quare ſi contin-
» geret eundem quanquam erroneè in fide condemnare, non videtur quin
» per appellationem ad vniuerſalem Eccleſiam ab illato poſſet appellari
» grauamine? cuius ſi ſententijs non ſubeſſet, nulla veritas ſibi foret arti-
» culus. Euangelio ſecundum Auguſtinum per authoritatem Eccleſiæ, nec
» aliàs creditur. Solerter igitur ſapientes aſpiciunt, an dicere in nullo ca-
» ſu licitum eſſe appellare à Papa ſit error, dicereque appellari ab eo ſic
» contra plenitudinem poteſtatis à Chriſto Petro conceſſæ ſit error, quo-
» rum vtrumque per expreſſum in Bulla decreuit; quódque fortius eſt,
» ſuum continuando propoſitum, per aliam bullam eos quos in futurum
» ſine caſus exceptione à Papa contingeret appellare, ſententiæ excom-
» municationis vinculo ipſo facto ligauit, cuius abſolutionem Papæ præ-
» ciſè, præterquam in mortis duntaxat articulo reſeruauit: Per hoc decer-
» nens peccatum eſſe mortale, quicunque caſus ſubeat, ab eodem appel-
» lare, cum non niſi propter mortale ſententia Excommunicationis feren-
» da ſit. An igitur dicere de actu interdum licito, quod pro ſemper mor-
» tale ſit, errori ſubjaceat, vos ipſi videte, non ſic D. noſter Philippus
» Rex Pulcher cenſuit, cuius temporibus de totius Regni conſenſu & con-
» ſilio contra D. Bonifacium tunc Papam indubitatum appellatum extitit.
» Sic nec plures ſententiæ ſcientiæ claritate prædíti, quorum conſilijs à
» D. ſummo Pontifice certis de cauſis appellationes interdum reperiuntur
» emiſiſſe; quos tamen in hoc quod in certis caſibus appellare licitum aſ-
» ſerunt, aut D Benedictum, qui vt præmiſſum eſt in nullo caſu: ac ſic
» agere contra plenitudinem poteſtatis à Chriſto Petro collatæ, imò pec-
» catum eſſe mortale decreuit in eis quæ fidei ſunt, errare neceſſe eſt. An-
» tiqua præterea tradit hiſtoria ſummum Pontificem etiam extra mate-
» riam fidei propter ſcandalum ex proprijs actibus proueniens, fuiſſe de-
» poſitum, licet inuitum, quod non plus venationi ſicut tunc quam adul-
» terio, homicidio, furto, & ſi quæ ſunt ſimilia, foret deditus, ex iure, vel
» ratione quacunque coloris cuiuſquam depingitur fucamine, cum longè
» **grauius in ſe, ac ſcandaloſius quoad Eccleſiam ſit in Eccleſiaſtica per-**
» ſona furari, adulterari & homicidium ex propoſito committere, quàm
» feris ad voluptatis exercitium venandis inſiſtere. In quo parens vide-
» tur Eccleſiæ totius ad Dominum Papam ſolum etiam in omni genere pec-
» cati ſuperioritas. Varietatis etiam exigitur ratio. Si toti ſubſit Eccleſiæ
» quoad fidem quia non poteſt errare; cur non idem in omni morum ſubij-
» cietur genere, quæ non poteſt culpabiliter deficere? Iſtius tamen pro
» præſenti Scholaſticorum ampliori dimiſſa diſcuſſione materiæ aliam in-
» troducimus. Conſtat ſiquidem in duobus prælibatis Eccleſiæ Gallicanæ
» Concilijs ab eis qui D. Benedicti partem fouebant, publicè propoſi-
» tam, quod omnibus mandatis Papæ quæ non ſunt contra ius diuinum
» vel naturale, tenemur obedire. Et hoc de iure diuino debere præten-
» debant; Iura diuina pro ſuo propoſito multipliciter inducentes, quo pa-
» tenter & euidenter habetur, vbi Regiæ veſtræ Majeſtati, exempli gra-
» tia loquimur, ſummus Pontifex præciperet vt à Rege Angliæ Regnum
» veſtrum etiam per homagium & fidem recognoſceretis; imò quod totum

Regnum veſtrum eidem liberè promitteretis, quod Filiam veſtram, aut ſimplici viro, aut garcioni daretis in coniugem, & ſic de ſimilibus innumeris; cum ſic agere non eſſet contra Ius diuinum aut naturale, vos ſub pœna peccati id agere etiam de Iure diuino teneri: quo quid abſurdius, ineptius ac totius fidei moraliſque doctrinæ principijs repugnantius quis audeat aſſerere! Quod tamen eſto quod à D. Benedicto per expreſſum non audiuerimus, de eius mente nihilominus proueniſſe, tuncque propoſitum extitiſſe vehementer ſuſpicamur. Cum à ſuo Commenſali ac Intimo propoſitum illud bina vice fuerit, cuius non ambigimus dicta priuſquam apud nos aperirentur, in voce prædicti domini ſuorumque ſpecialium examine multiplici fuiſſe comprobata. Ex qua tamen propoſitione tanquam ex Principio ſuum Principale propoſitum inferebat: quod quia patenter falſum & erroneum eſt, ſic & quidquid in eo fundatum eſſe dignoſcitur. Non enim vt inquiunt, bono operabuntur exitu, quæ malo inchoata ſunt principio. Præter cedere, ſic contendere volentes ab omnibus piæ ſub Chriſtiana lege viuentibus laudis præcipuæ meritique præcellentis aſſertum, vt pote per quem actum vnio concupita ſublatis conſcientiarum ſcrupulis, partium diuerſarum ſcandalis definitum tam facti quàm iuris inſolubilibus, nedum prolixioribus ac diſpendijs, innumeris laboribus & expenſis quamplurimum ſumptuoſis in Eccleſiam Dei proueniret indubiè; cum per alterius cuiuſcunque viæ quæ nobis occurrat, deductionem in practicam facile concordare deberetis, diſcordes ab inuicem ſecederent, vt ſanis oculis intuentibus liquet, ſicque nouiſſimus error priore peior exiſteret, eſſe peccatum mortale repetitis vicibus & variatis per annos temporibus aſſerere non veritus eſt. Ad quam tamen viam, alio ſic volente, Schiſmatis præſentis inſpecta natura ſub pœna peccati mortalis Euangelicis videtur adſtringi ſententijs; quod deducitur; notorium ſiquidem eſt Eccleſiam totam in Celſitudinis ac dignitatis Papalis ab iſtis duobus Contendentibus occupatione damnoſâ grauiſſimè ſcandalizatam exiſtere; quod indubiè ſcandalum per eoſdem in Eccleſia Dei continuatur actiuè, cum vbi cederent ac eis diuiſione nulli ſuccederent, ablata foret de medio totius ſcandali materia. 1401.

Cum igitur ſecundum ſacræ ſcripturæ Regulas ad omnia relinquenda obligemur, pro ſublatione ſcandali cuius eſt occaſio paſſiuè vel actiuè, ſalua triplici veritate, Fidei ſcilicet, Iuſtitiæ & Doctrinæ, quarum nullam aut eas ſimul in amborum Ceſſione minimam, vel læſionem ſuſcipere nullus ambigit, ad Ceſſionem eoſdem obligatos Euangelica lege reſtabit. Sic necdum cedere peccatum aſſerendo mortale: quin etiam non adſtrictum ad hoc alio cedere prompto ſe tenendo alium errorem ſuperinducit, quid plus addidit, quod plus meretur in vna die nolendo Ceſſionis actum modo iam tacto recipere, quàm per menſem vbi ad ipſum condeſcenderet, mereretur. Cum igitur ad velle cedere ex poſito modo teneatur, nolle cedere quod eidem contrariatur, ſibi peccatum eſt, ac per hoc errorem tertium aggregat, cum aſſerat in ſic agendo mereri. Dicere ſiquidem quod per actum malum mereatur quiſquam, error eſt. Ex prædictis etiam patet liquidè Ceſſionis actum de quo præmiſſum eſt, cum vſquequaque laudum præconijs refulgeat licitiſſimè ſub iuramento, imò etiam ſub voto cadere poſſe. Ad quem etiam actum ſub certis modis ſubeundum ex deliberatione communi Dei, Cardinalium, quorum Collega tunc erat, ipſorum dominorum quilibet iuramento medio ſe ligauit quod tamen vbi ſeruaret, peccatum mortale ac grauiſſimum Dei offenſiuum aſſeruit, in hoc etiam nouos errores adijciens, quod talis actus ſub iuramento licito non prouenit, ſecundum quod vbi iuraſſet, nihilominus minimè teneretur. Amplius iuramentum licitum ex Sanctorum regulis ſecundum ſenſum ab eis, quibus probatur acceptum, & quem verba ex ſuæ communi modo ſignificationis innuunt recipiendum & adimplendum eſt: quare dicere quod Ceſſionem ex vi iuramenti licet non admittere, vbi DD. Cardinalium qui tunc erant, maior pars

» deliberatè diceret quod contra prædictorum DD. intelligentiam, qui-
1402. » bus præſtitum fuerat planum verborum ſenſum præueniri, alius etiam
» error. Præterea in via quam Iuſtitiæ dicens pro ſedatione Schiſmatis ob-
» tulit ſecundum quam intruſus de Schiſmate & hæreſi per Eccleſiam dam-
» natus & ab eo talis reputatus impœnitens & irreconciliatus in Papam
» aſſumi poſſet, plurium Iudicio ſapientum multiplex error includitur.
» Vnus quod via talis via ſit Iuſtitiæ. Item quod poſſibile ſit Hæreticum &
» Schiſmaticum, impœnitentem, per Eccleſiam damnatum & non recon-
« ciliatum eſſe Papam. Item quod tali Religio Chriſtiana teneretur obe-
» dire. Item quod à tali tanquam à Principali Hierarcha dona ſpiritualia
» in Eccleſiæ membra deriuari valerent, vnà cum pluribus alijs clarè con-
» ſideranti patentibus. Quod vbi fortaſſis quiſquam diceret illum de Ro-
» ma talem non exiſtere, ſaltim contra hominem de quo loquimur, ratio
» militabit. Proponatur namque ſibi de illo qui Romæ reſidet, an ſit Schiſ-
» maticus vel hæreticus, ſic vel non, diuiſione ſufficienti reſpondere tene-
» bitur. Si non, cum per Curiæ cui ſe præſidere dicit, latam ſententiam ta-
» lis eſſe pronunciatus eſt, in hijs quæ fidei ſunt, erraſſe, Curiam ipſam in
» per eum tunc prolatis aſſeret. Si ſic, cum per viam quam aperit ſecun-
» dum eum Papatum obtinere valeat, haberetur ex datis hominem de hæ-
» reſi & Schiſmate per Eccleſiam damnatum, impœnitentem & non recon-
» ciliatum in Papam eſſe promouibilem. Iudicet ergo fidelis an dicere ta-
» lem ſicut prædeſcriptum eſt, in Papam eligi poſſe, in ſenſu compoſito
» loquuntur. Si tamen æmuli modulum Artis Logicæ dignentur recipere,
» ſit error, quæ ſi ſapiat Ceſſionis viam ſolam, per ambos Contendentes
» aut eorum alterum licitè poſſe recipi vel offerri demonſtrare videtur.
» Item quæcunque per D. Benedictum via proponatur, vel offeratur alia,
» iter aperit ſecundum quod Aduerſarius Contendens ad Papatum pro-
» moueri valeat: & ſic de Aduerſario ipſius reſpectu D. Benedicti confor-
» miter deduci poterit. Prætereà ſentiunt Doctores concorditer Schiſma
» propter nimiam vetuſtatem in hæreſim verti vel incidere. Quod ſi vni
» quam de aliquo, de præſenti quod iam ſine remiſſione vel attenuatione,
» quam talibus, ſed potius intentione ingenti, ac obduratione terribili
» amplius in dies robur aſſumens 24. annorum ſpatio protelatum extitit,
» maximè veritatem aſſumet. Quare in qua proportione D. Benedictus
» hoc Schiſmate, in eadem, de hæreſi meritò reputabitur infectus. Quid
» plura? Fratrem quendam nomine Vincentium ordinis Prædicatorum
» per Inquiſitorem hæreticæ prauitatis in Arragoniæ Regno de hæreſi per
» proceſſum iuridicè conuictum contra quem ſolum ſententiam pronun-
» tiare reſtabat, in Confeſſorem & familiarem ſpecialem retinuit, Pro-
» ceſſumque dictum per eundem iam Papam ab Inquiſitore præfato ſuſ-
» ceptum igne combuſſit, nolens prædictum Fratrem de ſuis eſſe correc-
» tum erroribus, ſed eum quoad hoc penitus impunitum remanere. Item
» etiam cum aduerſario Contendente per eum, vt præmiſſum eſt, hæretico
» reputato, licet non in Papa, medijs tamen multis, vt infra patebit,
» communicauit. Quendam inſuper alium Iacobitam Anglicum nomine
» Haton, qui propter ſeditionem ab Intruſi fugiens obedientia iampri-
» dem ad Curiam aduenerat, de pluribus tamen erroribus perniciosis &
» quamplurimùm ſcandaloſis, vt ex ſcriptis proprijs euidens, delatum &
» grauiter diffamatum fauorabiliter, curialiter & familiariter tractare &
» muneribus allicere ſolitus eſt, in antea dictis hæreticum & eorum fauto-
» rem ſe patenter exhibens, ac ſaltim vehementer ſuſpectum ſe quoad
» hoc multiplici medio præbens.

» Sed quid diutius in eis quæ fidei ſunt, immoramur? quibus vtinam
» materiam ſecundum quam inceptum continuare poſſemus propoſitum,
» abeſſet; cum tamen longè aliter ſe res habeat, abundantia quippe circa
» hoc fere nos reddit inopes: quare de præcedentibus factis breuitati quò
» poſſumus innitentes, pro præſenti contenti pauca de pluribus quibus,
» proh dolor! in eum de Schiſmate vehemens orta ſit præſumptio, quantùm
compendioſiùs

compendioſiùs valebimus, recitare curabimus. "

Ad quod peragendum ſi non acerboliæ Mathematicæ, aliudve medium " 1402.
demonſtrativum quia id materia non patitur, adducantur, adeo tamen "
apparentia in recitandis lucebit, vt cuique modeſto pugnare nolenti me- "
ritò pro propoſiti noſtri conuictione ad ipſum ſufficiant. Et heu diligenter "
fidelis aduertat quorſum in eodē tot varietates, imò potius Contrarietates "
locum acceperint. Vt ante D. Clementis obitum per Ceſſionem & non aliàs "
Schiſmati finem imponendum aſſerat, eo promoto Ceſſionem damnat, "
& obedientia denegata iterum eandem per acceptationem, vbi reddere- "
tur obedientia, laudat & approbat? Cur hoc, niſi quia cedente Clemen- "
te per ambitionem & hypocriſim diuina pelle coopertam ad Papatum "
aſpirat? quo poſſeſſo ipſius ouis pelle rejectâ latentem priùs lupum ſe "
patenter inſinuat? Cadaueribus hæret, ab eiſque dedignatur auelli, obe- "
dientia verò denegata pellem rurſus Ouis induit; vt qui prius iſtam di- "
gnitatem ſibi quæſiuerat, eodem medio reducat & ablatam. Quidquid "
exigitur, ſe facere pollicetur, in hoc clarius præbens indicia, ſe dunta- "
xat quæ ſua ſunt non quæ Ieſu Chriſti, quærere, ac de diuiſione Matris "
incurium, dum tamen partem in qua ſui valeat ingluuiem ſatiare, pacificè "
valeat poſſidere. Quod patenter innuitur, dum cedere ſicut promiſſum "
vt adipiſcatur approbat; adeptum, ne perdat, reprobat; ac vt ſublatum "
iterum poſſideat, libenter ſe ſuſcepturum diſſimulat. Æſtimabile qui- "
dem eſt, vt alter velut Theophilus citius ſe maligno deuoueret ſpiritui "
quàm iſto vice-dominio vltrò ſe priuari permitteret. Vileque non parum "
arbitrio noſtro cenſendum eſt ſcribentes iſtos, quorum fallacibus argu- "
mentis infrà, ſi Dominus annuerit, reſpondebimus, per medium Ceſſio- "
nis ſpontaneæ nunc per eundem oblatæ, quam tamen perniciosiſſimam "
viam aſſerunt, ad reſtitutionem obedientiæ Regiam Majeſtatem induce- "
re. Cum tam pernicioſum damnatumque ſit cedere ſecundum eos, mo- "
do quo per totum mundum, vt aiunt à D. Benedicto percipitur exigi, "
minimè faciendum eſt, vt bonum quod in Reſtitutione obedientiæ perci- "
piunt, veniat: quoniam vt diffusè deducunt, *non ſunt facienda mala vt bona* "
eueniant. Alia ſubſunt iſtius hominis voluntaria Iudicia, quibus affectio "
quam ad vnionem gerit, detegitur, quæ ex Colluſione patula per eun- "
dem cum aduerſario contendente ſæpius acta clareſcit; dum ad eum "
Epiſcopum tunc Tyraſonenſem Legatum tranſmittit, & quem Idolum "
publicè reputat, reuerentiam Papalem Idololatriæ non expers exhiberi "
præcipit. Dum amborum ipſorum Contendentium Ambaſſiatoribus Fran- "
ciæ, Hiſpaniæ & Angliæ Regum quaſi ex vno ore par, imò eadem pro "
vnione Eccleſiæ reſponſio ſucceſſiuè prouenit, & etiam dum vterque "
proceſſus aliàs per præcedentes in alterutrum huc vſque continuatos "
ſuſpendit. "

Succedunt alia **quibus plurium Iudicio de Schiſmate conuincitur**. Cu- "
iuſcunque poteſtati ſubeſt, Eccleſiam diuiſam modo quo per totum mun- "
dum experimentaliter percipitur, tamen medijs licitis ipſam in vnum re- "
ducere & pertinaciter recuſat; ille Schiſmaticus eſt, & maximè Papa; "
quæ ſic claræ veritatis eſt propoſitio, vt probatione non egeat. Si autem "
de iſto Domino non altero, de totius obedientiæ ſuæ conſenſu cedere "
prompto, vt etiam, iſto ſic habente certius concorditer in Papam aſſu- "
meretur: ſub quo non dubiè pax vniuerſalis Eccleſiæ reſtituta foret, hic "
cum pertinacia cedere recuſauit, vt per experientiam conſtat. Et ſic "
vbi ad hoc totum deueniſſet negotium, vt ſolum in eo ſtaret, quod pa- "
cem non haberet Eccleſia, adhuc cedere, quod tamen ex prius datis lici- "
tum eſt, pertinaciter renueret; quare Schiſmaticus eſt. "

Quod confirmatur, quoniam publicè dixit quod vbi intruſus, ambo Col- "
legia & generaliter tota Chriſtianitas conuenirent, quod per Ceſſionem "
amborum aſſumpto tertio vnico & indubitato pax daretur Eccleſiæ quo "
caſu in eo ſolo ſtaret, quominus Eccleſia Pacem non haberet feruen- "
tiùs concupitam, adhuc cedere numquam vellet, ſed potius excoriari ſe "

» permitteret. Nec eidem ſuffecit hoc ore tenus exprimere, niſi etiam
1402. » per prædictum Confeſſorem ſuum hoc mandaret publicè prædicari; li-
» benter enim ab aduerſantibus ſentiremus, quibus apparentibus medijs
» in exteriori foro valeat quiſpiam de Schiſmate conuinci. Addidit zelum
» quem ad Eccleſiam gerit exhibens, quod vbi DD. Cardinales, aut alij
» eundem ad cedendum cogere conarentur, Eccleſiæ toti tale vulnus infli-
» geret quod in perpetuum non ſanaretur; in hoc non Chriſti Vicarium non
» Paſtorem animarum ſe perhibens. Cui etiam ex proprijs actibus eligibilius
» foret Eccleſiam irreparabiliter ſauciare, quàm per ſpontaneam ceſſionem
» ipſam indubiè de ſuo languore curare. Præterea cum de cuiuſlibet Con-
» tendentium iure ſit dubium, vt præmiſſum eſt, ac illum qui ius non ha-
» bet, eſſe Schiſmaticum conſtet, ſaltim de quolibet eorum rite, ne ſit
» Schiſmaticus, dubietas remanebit; quæ contra hunc de quo loquimur,
» amplius inualeſcit, quò per alterius totalem obedientiam quæ maxima
» numero Chriſtianitatis pars exiſtit, talis aſſeritur; ac pro iſtius multò
» maiorem, & vt credimus ſaniorem eſſe talis cum apparentia vehementi
» meritò ſuſpicetur.

» Tacemus de Magiſtro Palatij, quem quia ad Ceſſionem in ſermone ſuo
» exhortatus fuerat, ſuſpendit ab officio, ac ſic ſuſpenſum ab Auinione re-
» cedere fere per Biennium in miſeria multa prohibuit: ac ex tunc nullus
» in eius præſentia de vnione Eccleſiæ auſus fuerit prædicare, qualiter DD.
» Cardinalibus vt hanc Ceſſionis viam licitiſſimam; imò ſic ſtantibus rebus
» pro vnione Eccleſiæ ſolam penitus abnegantes, viam ſuam ſicut præmiſ-
» ſum eſt, erroneam amplecterentur ſub grauium pœnarum intimatione
» præcepit. Et igitur per præmiſſa quæ lucis ad tenebras, Chriſti ad Be-
» lial, Fidelium ad hunc adhæſio cenſebitur? cui cum præmiſſis præſtabit
» ſuffragium qui in Iuramento quod Deo in ſalutem Eccleſiæ ſpoponde-
» rat, notoriè denegauit. Quo igitur iure ei qui Deo & Eccleſiæ pro ſa-
» lute fidei ſoluit vinculum, cui duntaxat propter Deum & Eccleſiam ip-
» ſam obedientiam præſtare tenemur, vlteriùs obedire tenebimur? Anti-
» quum quidem dictum eſt prouerbium: Frangenti fidem fides frangatur
» eidem. Cæterum cum obedientia eidem exhibita gladius ei foret quo in
» Eccleſiam Dei ſæuiret, fautores ſuos ad maximas quaſque dignitates
» indebitè promouendo, cæteris quantalibet morum ac ſcientiæ venuſta-
» te pollentibus, ac cor ſincerum ad vnionem Eccleſiæ indefeſsè gerenti-
» bus in eius conſpectu prorſus abiectis, inque ſui ſtatus ac perſonarum
» periculis non mediocriter conſtitutis, ſæuiſſima ſic iniuſtitia ferens arma
» de remedio ſceleri non exſpectato Iudice fuit opus, ne fortaſſis procra-
» ſtinando equo ſublato ſerò nimis ſerratum foret. Sic furioſo gladium
» proprium tollere, in fame grauiter conſtitutum alterius panem violenter
» rapere, Domum alienam ne patriæ communis hoſtes in Reipubl. perni-
» ciem ibidem habeant diutius pernoctare, non habito Principis mandato
» **funditus euertere moralis ratio dictat.** Non enim in terris cui contra
» eum de prædictis, aut alijs multis querelas poſſemus deponere, tunc lo-
» cus Iudici patuit; quare ne deteriora contingerent, de poſſibilibus quod
» melius aut mitius apparuit, eligentes, nullam ſibi vim penitus inferen-
» do, ab eius obedientia receſſimus in hoc, & alijs vniuerſalis Eccleſiæ, ac
» omnium quibus de iure competit iudicium humiliter exſpectantes. Quod
» tamen difficile, vel nunquam, obedientiâ continuatâ contingeret, cum
» Eccleſiam obedientiæ ſuæ congregari pluribus DD. Cardinalibus in hoc
» inſtanter petentibus expreſſé denegauerit. SAPIENTVM itaque relin-
» quimus ſententiæ ſi in iam dictis quæ ſunt notoria tanta receſſus ab obe-
» dientia iuſta cauſa reluceat, quanta Clericis Romanis qui præcisè ob
» participationem Anaſtaſij Papæ cum Achatio qui Fotino Epiſcopo com-
» municauerat, iuſtè ſacro probante Canone ab eius obedientia ſe penitus
» abegerunt.

» Quod ſi hæc ſummatim practicata minimè ſufficerent, Authoritas ta-
» men ſacri Concilij, contra cuius Concluſiones hos vecordes obliqui nulla

permittit ratio, quemlibet temperatum in conſcientia plenè ſedare de- " ——
beret, quod æquiualenter profundè videnti iſtius obedientiæ Generale " 1402.
Concilium conſendum eſt. In qua ſiquidem, vbi in vnum per modum ge- "
neralis Concilij conuenirent, illi qui in hac obedientiæ denegatione coin- "
cidunt, duplo maiorem ac etiam ſaniorem Concilij partem efficerent: "
niſi forſitan iſti dicunt in ſolo Pampilionenſi apud ſacrum Collegium, "
aut alijs paucis comparatiuè ad obedientiæ totius reſiduum ſpiritum ve- "
ritatis quieuiſſe; quod aſſerere præſumptuoſum foret, ac ex circunſtan- "
tijs quamplurimis clarè reprehenſibile. Quæ profectò congregatio in "
ſuis deliberatis multiplici commendatione digna refulget. Tum ex deli- "
berantium authoritate & multitudine, concordi conuentione, deponen- "
di libertate, ſuper Crucem diuinam adiuratione, & materiæ totius præ- "
uia profundiſſima diſcuſſione; quæ temporibus noſtris in Concilijs alijs "
ſuper obedientia danda, vel aliàs ſuper hac materia Eccleſiæ celebratis "
practicata fuiſſe non recolimus. Nec procul dubio rationes omnes, aut "
principales aperire ſufficimus, quibus ſacrum ad idem agendum Conci- "
lium excitatum eſt. Piè tantùm credimus in hijs actis ipſum à Spiritu S. "
dirigente fuiſſe deductum; cum æquè facilè cætera Concilia non omni- "
no generalia, quorum ſententias & decreta Generalis Eccleſia veneran- "
ter amplectitur, à maligniloquis calumniam paterentur. Hoc igitur ve- "
nerandum Concilium non nubes interpoſita, lingua detractoria, aſpira- "
tio praua, cor infidum, tumens ingenium, fœdus ſeditioſum, munus cor- "
rumpens, comminatio terrens, poteſtas ambiens eclipſabit! *Reprobat,* "
enim, teſte Scripturâ, Dominus *cogitationes malignantium: Conſilium au-* "
tem Domini manet in æternum. Quare ſi dubietati non vſquequaque ratio "
particularium occurrat, authoritas tamen Concilij pro ratione ſibi debet "
abundanter ſufficere. "

Nec obſtant per aduerſantes ſuperficialibus verbis potius quàm pro- "
fundis ſententijs inhiantes obiecta. Primùm ſiquidem falsè & in Regiæ "
Majeſtatis offenſam aſſertum eſt *quod vobis*, REX INVICTISSIME! *Eccle-* "
ſiam Regni veſtri congregare non conuenit, vt vobis ac toti Regno in eis quæ "
ad bonum commune pertinent, ſalubriter conſulatis. Aperite nobis hoc "
proponentes quonam medio ad obedientiam D. Clementis peruenimus? "
aut cum conſilio, aut inconſultè; quòd ſi inconſultè, imprudenter & fa- "
tuè ſic nos egiſſe reſtabit: Si verò conſultè, cùm ſuper hoc nullum Ge- "
nerale Concilium celebratum extiterit, huiuſmodi determinationem per "
aliud quàm per Generale Concilium habuimus, & ſic ad minus quàm ad "
Generale Concilium de ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ concernentibus deli- "
berare ſpectabit, cùm non minus pertineat ad vniuerſalis ſtatum Eccle- "
ſiæ obedientiæ præſtatio quàm ablatio. Adducite nobis rurſus ad memo- "
riam aliquod Concilium Prouinciale vel Synodale, quod pro obedientia "
præſtanda **celebratum extiterit: quod ſi nullum occurrit**, ad Concilium "
Eccleſiæ Gallicanæ per D. Karolum V. tunc Pariſius conuocatum, ne- "
ceſſitate compulſi recurſum habebitis. Quare fateri etiam vos inuitos ne- "
ceſſe eſt, aut ad D. Regem Eccleſiæ Gallicanæ ſuper hijs etiam quæ vni- "
uerſalis ſtatum concernunt Eccleſiæ, Concilium conuocare ſpectare; cu- "
ius contrarium forſitan non aduertentes aſſeritis; aut ſine Concilio peni "
tùs adhæſiſſe. Sic in Caſtella, Arragonia, Scotia, & Nauarra alijſque "
Prouincijs huius obedientiæ partem tenentibus per Concilia de mandato "
Principum conuocata adhæſiones huic parti ſunt habitæ. "

Nec eſt nouum Concilia de fidem ac conſequenter vniuerſalis Eccleſiæ "
ſtatũ concernentibus Concilia per Principes Seculares conuocata fuiſſe. "
Quod etiam ex litteris Carthaginenſis Concilij ab Eccleſia tota cum ho- "
nore recepti, vt de multis vnum ſaltem quod ſufficere debeat, induca- "
mus, euidentiſſimè liquet; in cuius exordio ſic legitur. *In nomine S. Tri-* " PRINCIPES CONCILIA CONVOCANT.
nitatis, collectis in vnum Carthaginus Prouinciæ Sacerdotibus in Toletana vrbe, "
anno 4. excellentiſſimi ac glorioſiſſimi Wambani Principis, &c. Et ſequitur in- "
frà. *Cum tandem Nos diuina Clementia ex alto reſpiciens, tempori ætatis noſtræ* "

1402. » *ſe occurſuram præbuit & ſaluti præparans noſtris ſeculis Religioſi Principis* » *mentem deuotam pariter & inſtructam; cuius proinde ſolicitudinis voto & lux* » *Contiliorum renouata reſplenduit, &c.* Et ſequitur. *Nos igitur per tot annos* » *curuo noſtri ordinis perſiſtente ſtatu in eo quod nulla nos Conciliorum definitio iun-* » *geret, &c.* Et ſequitur. *Tandem diuinæ voluntatis imperio & Religioſi Prin-* » *cipis iuſſu euocati, in Toletanam vrbem conuenimus, qui cum in Eccleſia B. Vir-* » *ginis Mariæ debitis in ſedibus locaremur, inter cætera quæ ſubtiliùs diſcreto ca-* » *pitulorum ordine ſunt digeſta, non aliundè primum cœpimus habere ſermonem, niſi* » *de fidei puritate. Hæc ibi.*

» Ecce quod ſanctum illud Concilium Regis iuſſu congregatum legitur, » in quo fidei materia primariè pertractatur; & ſic ad ſecularem Principem » Concilium Eccleſiæ Regni ſui congregare ſpectabit, in quo de fide & per » conſequens de totius vniuerſalis Eccleſiæ ſtatum concernentibus delibe- » rare licebit. Nec contra militant hiſtoriæ de Symmacho, aut Marcellino; » cum quia non per Papam ipſa fuerunt conuocata Concilia, tum quia vni- » uerſalis Eccleſiæ generalia fuerunt, hoc autem de quo loquimur, vnius » duntaxat Regni Concilium partiale extitit. Eſto ſiquidem quod Eccle- » ſiâ in vnione manente, ad ſolum Papam ipſius Generale Concilium con- » uocare pertineat, non ob hoc Regnorum particularium Principes à con- » uocatione Prælatorum eidem ex fidelitate præſtita ſubiectorum, repe- » riuntur prohibiti. Nec ratio percipitur ſecundùm quam Eccleſia tota, » ſede vacante, in vnione debita ſe conſeruans à conuentione in vnum per » modum Concilij Generalis ex certis cauſis emergentibus arceatur; licet » forſitan nulli perſonæ ſingulari aut Collegio particulari ex authoritate, » vel ſuperioritate ſede vacante id facere conueniat; ſed ex charitate mu- » tua & ſocietate, ex Dei voluntate non diſſolubili ſe congregare poterunt, » quo nullius particularis authoritatiua poteſtas tunc temporis adimplere » ſufficeret, iuraque particularia, ſi forſan ſuperficie tenus incollecta ſona- » rent, ad hunc ſenſum, ſi Iudaizare non velint, reſoluenda ſunt.

» Nec videtur etiam quod aiunt contra Papam non vocatum, conuictum » aut confeſſum & à Iuriſdictionem in eundem non habentibus latum eſſe » decretum. Falſum quidem in hoc aſſumitur, quod in eum per hoc Con- » cilium lata fuerit per modum decreti ſententia.

» Dicite nobis æmuli, an per adhæſionem D. Clementi ab Eccleſia Fran- » ciæ ſententialiter decretum fuerit hunc in Papatu verum ius habuiſſe, aut » Bartholomæum ſedem Petri per intruſionem occupare? quod ſi ſic, contra » non vocatum, confeſſum aut conuictum, à Iuriſdictionem in eum non ha- » bentibus de re ad Eccleſiæ Gallicanæ ſolius iudicium Decretiuum non » ſpectante, ac proinde ſecundum vos prorſùs inualidè id actum eſt. Si verò » partem negatiuam provt & debetis, ſumpſeritis, apparentia rationis ve- » ſtra Sophiſtica vim coloris amittit: quoniam ſicut non per Decretum, » non per ſententiam aliquam, cum noſtrà non intereſſet, Domino Cle- » menti in Dei timore per obedientiam adhæſimus, ab alio prorſus receſſi- » mus, vniuerſalis Eccleſiæ aut eorum quibus de iure ſpectat, ſententijs & » decretis nos humiliter ſupponentes. Sic & nobis vt animabus noſtris ac » Eccleſiæ matris diſſolutioni ſalubriter conſulamus, in vnum de noſtri » mandato Principis congregatis, non per modum ſententiæ, vel Decreti » Deum ſolum habentes præoculis, ab huius hominis obedientia, cum » quo dictantibus conſcientijs ſine contumelia Creatoris per amplius com- » municare nequibamus, totaliter recedere deliberauimus, vniuerſalis Ec- » cleſiæ & eorum quibus de iure conuenit, ſententiam quoad hoc, humili- » ter exſpectantes; ſicut etiam tunc non vocatis D. Clemente, vel Bartho- » lomæo: cum Regi, vel Eccleſiæ Gallicanæ, vt pote non de gremio Regni, » ſed extranei, minime ſubfuerint, Ex deliberatione Concilij, relicto Bar- » tholomæo D. Clementi tunc adhæſimus. Sic etiam non vocato vel cita- » to, cum Regi vel Eccleſiæ Gallicanæ non ſubſit, ex Concilij deliberatio- » ne concordi ab eius obedientia receſſimus.

» Inaniter igitur, qualiter iuridicè, an videlicet per accuſationem,

denunciationem vel inquiſitionem contra eum proceſſum fuerit, inquiritis, cum ibi per præmiſſa iudiciale proceſſum nequaquam extiterit; falſum etiam patenter aſſumitur, cum audientiam Legatis D. Benedicti denegatam aſſerueritis, cum per D. S. Pontij Epiſcopum, ac alios Doctores pro parte ipſius in præſentia totius Concilij variatis diebus cum replicatione, duplicatis aut triplicatis, quicquid & quantum voluerunt propoſitum extiterit. Quod ſi D. Pampillonenſis aduentus ad Concilium Dominis gratus non fuerit, non mirandum; tum quia non de Regno & per conſequens in Regni Concilio non fuit eius præſentia neceſſaria; tum quia partialis & ſenſui proprio innitens, quem multæ literæ fortaſſis inſanire faciunt, Spiritum rectum, in quem obſtinatio peccatum eſt, à ſe creditur expuliſſe. Quare ipſius præſentia Sanctum Concilium facile turbare valuiſſet. Et apertum, in conſpectu Regis cum humilitate & tanti reuerentia Principis loquimur, inſcitum eſt mendacium; vbi præfatos pro parte Benedicti loquentes oppreſſos à maliuolis niſi Principum clementia protexiſſet, extitiſſe recitatur. Cum notorium ſit eoſdem tunc & nunc, ac temporibus medijs Pariſius permanſiſſe. Quod autem additur, illius de Roma Legatos hîc apud Nos gratanter fuiſſe receptos, quoad hoc quid loquantur, neſcimus. Notorium tamen eſt illius Legatos in Palatio Papali à D. Benedicto iocundè fuiſſe ſuſceptos, hilarique facie tunc inibi pertractatos; ac ab eodem receſſiſſe loco abundanter encœniatos. Si ſic igitur, vt imponunt, quod non credimus, hoc peractum foret, ſic agentibus exemplum dediſſet; vt quemadmodum ipſe fecerat, ſic & Chriſtiani per imitationem facerent. 1402.

Patet igitur ex præmiſſis quod ſicut in adhæſione D. Clementi tunc facta, aliquid vniuerſalis Eccleſiæ ſtatum concernens potuit ordinari, ſic & nunc & per hoc ad ſecundum diuiſionis Aduerſantium membrum patet reſponſio: quod ſi minime ordinatum, nullo nec etiam tunc iuxta tertium eorum membrum iure ſubſiſtet. Et ſi tunc ordinata, Regnicolæ ex ſubiectione ad Principem & Prælatos, ac ex membrorum ad corpus, ac partis ad totum habitudinis illæſa ſeruare tenentur. Sic conformiter ad ea quæ nunc ex Eccleſiæ Gallicanæ deliberatione concordi proceſſerunt, integre ſeruanda ligantur. Nec iure quoquam ad ordinatorum illæſam cuſtodiam compelli poterunt, quod ad ea de quibus præſentialiter loquimur pari forma tenenda, eoſdem æqua ſi non maiori ratione compellat, quod conſequenter vlterius in 4. diuiſionis membro per veritatis æmulos aſſumitur. Quod etiam vt vnio in Dei proueniret Eccleſiam, non eſt obedientia D. Benedicto deneganda, non prorſus erroris ſuſpicione carere viſum eſt: quoniam obedientia Domino ſicut in antea dictis patet, per accidens bonum exiſtit, interdumque poteſt malum effici. Vnio verò per ſe bonum eſt, nec ſecundum ſe rationem malitiæ **poteſt inducere. Quare ſic vniuerſaliter concludere obedientiam non de**negari debere, vt tantum bonum eueniat, non ſanè dictum credimus. In cuius tamen deductione diſpendioſa iſti tanti Sophiſtæ palam petunt principium; cum quibus coincidimus non eſſe facienda mala, vt eueniant bona; quod tamen ſuperfluè ac ſine cauſa deducunt; ſed quod ab obedientia D. B recedere malum fuerit, quod tamen probari cum negetur, depoſcimus, tanquam principium præſupponunt. Nolite ergo CHARISSIMI! in probatione conceſſi tot verba gratis inſerere, ſed in ſuppoſiti quod negatur, probatione valida rationes veſtras quas nondum aperuiſtis, ſi facultas ſuppetat, viriliter applicare.

Quintum verò ſuæ Diuiſionis membrum quantum attinet, *Reſtitutionem obedientiæ* eſſe faciendam, cuius oppoſitum vicibus iteratis inſtantius poſtulant, præmiſſa ſi bene teneantur, veritatis cauſâ nunc repetitâ ſatis innuunt; ſaltim quod ſine conſenſu eorumque vocatione ſpeciali quorum maturis digeſtiſſimiſque conſilijs id ipſum actum eſt, executioni mandetur, nulla ratio permitteret. Sic enim eſſet locum dare maligno ſpiritui qui plerunque viam facti conſulit, conciliabuliſque clandeſtinis

» ſolitus eſt intereſſe, & Spiritum S. Concilijs Eccleſiæ, quibus vt piè cre-
1402. » ditur, ſacraque Scriptura teſtatur, vt cominus aſſiſtentem à ſe repellere,
» inconſtans Regnum ignominioſè reddere, ipſum ludibrijs ac alienige-
» narum fabulis exponere, ora Sapientum ac proborum in vnionis ſanctæ
» proſecutione in æternum obſtruere, ac ſic ipſam vnionem optatum in
» exilium perpetuò relegare, malignantium hiatus, clamoreſque detra-
» ctorios etiam vſque ad cœlos horribiliter aperire, lupum agnos ſuppli-
» cio innoxios & dominio peſſimo deputare. Et quid, flagitamus, aliud fo-
» ret præcipitanter & abſque graui conſilio obedientiam reſtituere, ceſ-
» ſioneque rejecta aliam viam pro vnione Eccleſiæ per præmiſſos oblatam
» intentare, quam Eccleſiam Gallicanam in iſtius toto progreſſu materiæ
» apertiſſimè deliraſſe, ipſamque cui nulla propter ignominiam ſuffragatur
» excuſatio, Schiſmatis ream clariſſimè condemnare. Et eſt mirum iſtos
» obedientiam denegantes inconſtantiæ multipliciter arguere, cum tamen
» ad obedientiæ reſtitutionem, vnde deteſtabilem oſtenderent inconſtan-
» tiam, ſuis perſuaſionibus vanis eos quò valent amplius, ſatagant induce-
» re. Non enim deteſtabilius partis iſtius Iuſtitiam quam tenuimus peni-
» tus abnegare, quàm ſic in facto proprio quod abſit abſque grandi con-
» ſilio contrauenire ſentimus. Quod verò denegationem obedientiæ re-
» probant, eo quod per eam vnio concupita non peruenerit aduerſa pars
» fortificata, propriaque debilitata fuerit; quoad primum à vobis expro-
» brantibus exigimus nunquid & obedientiam Domino Clementi, ac ſuc-
» ceſſori ſuo damnare contenditis: quoniam per totum tempus obedien-
» tiæ quoad vnionem vniuerſalis Eccleſiæ nihil penitus profecimus. Si igi-
» tur ſubſtractionem damnatis ex eo quod in 4. annorum ſpatio vnionem
» non obtinuerimus, cur non etiam obedientiam damnatis ſub qua per 20.
» annos vlteriuſque degentes quantum ad vnionem nihil omnino fructuo-
» ſum collegimus? Audemus dicere quod in iſtis annis 4. Principes & Præ-
» lati, cæterique minores plus in ſanatione matris quàm toto præcedenti
» tempore ab exordio Schiſmatis fuerint ſolliciti: Quod ſi nondum finis
» optatus aduenerit, rebellio & impugnatio veſtra in promptu ſe cauſam
» obijciunt: tempus enim quod in vlteriori proſecutione deberet exponi,
» in defenſione veritatis contra inſidias, aſtutias & machinationes veſtras
» ſubdolas inaniter detinetur. Ab Ægypto ſiquidem exeuntes per deſer-
» tum tranſijmus in terram promiſſionis pro viribus anhelantes, quos ta-
» men à recta via deuiare effœminati viri prætendunt: quibus in memo-
» riam redeunt ollæ carnium & fercula delicata, quibus in Ægypto ſuper-
» fluè veſcebantur. Nec deſunt inter eos qui ſeditionem in Moyſem &
» Aaron cæteroſque Principes Eccleſiaſticos & ſeculares concitent, quos
» vtinam os ſuum aperiens terra viuos deglutiret aut vorax flamma con-
» ſumeret. Ad quid etiam fortificatio partis aduerſæ debilitatioque pro-
» pria deplangitur? An neſcitur quod in fortitudine partium Schiſma for-
» **tius & in debilitatione debilius habeatur**: quodque ſi in debilitatione
» partis noſtræ Schiſma debilitetur, pro quanto partem noſtram forſitan
» non cum tanta pertinacia vel obſtinatione proſequeremur; pars tamen
» alia ad quam nullus à nobis acceſſus ſperandus eſt, inde fortior nullate-
» nùs habebitur, ac veritatem non habet partem aduerſam inde fortiorem
» eſſe redditam, cuius obedientiæ nos ſubſtrahendo magna pars ſubſtra-
» cta eſt, maiorque multò ſi non obſtent æmuli, ab eius adhæſione de pro-
» ximo ſperatur auelli. Per hanc etiam concluſionem D. Benedictus viam
» ſolam Schiſmatis terminatiuam acceptare ſe voluntarium exhibet: in
» quo tamen per antea inexorabilem ſe præbuerat. Noſque qui adhæren-
» do 20. annis continuis in morbi curatione nihil profuimus, aliam viam, of-
» ferente ſe cauſa iuſta, intentare curamus per hoc aduerſantibus, quo-
» rum licitis medijs vnionem affectamus, propinquiores effecti; qui ſi no-
» ſtrum vellent quoad ſuum imitari veſtigia, relictis duobus de quorum
» iure perſonali, quoad vnum beneficium temporale, heu quandiu certa-
» mus! ſine ſtrepitu figuraque Iudicij facile conueniremus in vnum. Quod

etſi prius in ſententia tetigerimus, repetere tamen non piget, quia ſic " ——
expedire cenſemus, fecimus quod in nobis eſt; vtinam gratiam alijs de " 1402.
breui Deus dignetur infundere ſecundum quod nobiſcum quoad hoc "
conformari velint & valeant. Quod ſi pertinaciter renuant, teſtes cœ- "
lum & terram inuocamus quod in nobis non eſt quominus vnio ſancta "
concupita præ cæteris in Dei proueniat Eccleſiam, ſaltimque cunctis "
pueris etiam enitebit, quod huic Schiſmati vitæ prorogationem Franci "
quantum in eis eſt, adimunt, cuius fortaſſis oppoſitum gloriæ Francorum "
mundi retroactis temporibus in oris varijs ſeminarunt. Non ergo iſti "
Semiverbij in iniurijs, non ſententijs pluſquam deceat prorumpentes "
hanc denegationem tenebris, fumo vel ſpinis aſſimilent, niſi forſitan ve- "
tulæ cœcitatem vltro velint induere quæ iuxta Senecam dum ducebatur "
ad lucem, in tenebris ſe deijci deplangebat. Qui ſi faci nos comparent, "
non pro tanto ſe conſumit, aut laſciuiæ, non in eo quod ſe polluit, com- "
parationem admittimus, ſed vtinam cum ſanctis Apoſtolis facem portare "
ſecundum quam patriam illuminare, gentibuſque pacem dare, & ſordi- "
datis in luto per eius ablutionem Lixiuij mundare meruerimus. Vnde "
tamen in illam deuenerunt inſaniam, quod viam Ceſſionis modo quo per "
totum mundum vt aiunt, percipitur exigi, pernicioſam & damnatam aſ- "
ſeruit, intueri non valemus. Quid enim ab eodem circa hoc huc vſque "
perceptum eſt exigi, niſi vt alio cedere volente, hic conſimiliter cedere "
non recuſet? Quod ſi pernicioſum & damnatum ſic agere ſentiant, id "
erroneum eſſe ſub melius ſapientium correctione ſentimus. Dicere ſiqui- "
dem quod pernicioſum damnatumque ſit altero cedere volente hunc ſi- "
militer velle cedere, vt ſic pax in Eccleſia conformetur, deteſtabilis "
error eſt. Miramur etiam quod eam non Iuridicam reputant, cum etiam "
indubitatus Papa vniuerſaliterque talis habitus, vt in iure per expreſ- "
ſum cautum eſt, cedere poſſit. Non enim melioris quoad non poſſe ce- "
dere in Schiſmate Papa quam in vnione conditionis exiſtit, practicata- "
que fuit in Clemente I. Eugenio II. Ac iuxta legem Imperatoris Ho- "
norij per Henricum II. duo tunc de Papatu mutuo contendentes electi "
ſunt. Nec etiam ſequela valet, ſi aliàs non fuerit, quod ob hoc nunc in "
practicam deduci non valeat; authoritatibuſque Canonum vt expreſsè "
per Decretalem ſuam Bonifacius determinat, ac Sanctorum, vt præmiſ- "
ſum eſt, authoritatibus comprobatur. Fructuoſior, inquit Auguſtinus, "
eſt cathedra ſi gregem depoſita congregat, quàm ſi retenta diſpergat. "
Et in ſuo Polic. Multa certa homo bene grata recitat ad quæ breuita- "
tis cauſa ſtudentes remittimus. Taceant ergo & de ſuis erroribus eru- "
beſcentes ſe corrigant maledici, Nos quia plurimum Eccleſiæ Romanæ "
conceſſum, vt ferunt, auferre ſatagimus in hæreſim cecidiſſe damnatam "
mendaciter aſſerentes; licet ſiquidem Papæ vnico & indubitato de iure "
dominio communi, non vt aiunt, ex priuilegio ſpeciali plebs fidelis obe- "
dire debeat quod vt adimpleri valeat, tota mente depoſcimus, & ad hoc "
indefeſſis laboribus inſudamus, Priuilegium tamen Eccleſiæ Romanæ per "
quod Benedicto, vel Petro de Luna obedire teneamur, vidiſſe non cre- "
dimus nec recolimus. A quo de prædictis criminibus grauiter, notorié, "
vehementerque ſuſpecto in cuius obedientia Schiſma radices ſolidaret, "
licitè recedere valuimus; quod & facere rebus vt nunc ſtantibus, animis "
tenebamur. Nec inde peioris rationis efficiuntur, qui ſi conformiter ſe "
haberent, vineam de Ægypto tranſlatam, cuius materiæ mirabiliter di- "
rimuntur, pariter nobiſcum in vnum compaginarent. Nec à veritate "
prius agnita quod nobis impingitur, recedimus, cum partem hanc Iuſti- "
tiæ in Schiſmatis præſentis materia fouiſſe dicamus. Sed quia partibus "
ambabus in adhæſione primaria manentibus nunquam Schiſma finem ſu- "
meret, eligibilius eſſe Schiſma quantum in nobis eſt extirpando non "
obedire, quàm obedientiam ſtabilire, imò verius quantum in nobis eſſet, "
perpetuare cenſuimus, & maximè perſonæ à cuius obedientia receſſi- "
mus, qualitate penſata. Nec errorem Græcorum vt erroneè ſentiunt, "

» approbare volumus, qui necdum Benedicto, vel Bonifacio, ſed neque
1402. » Pontifici Romano quantumlibet canonicè poſito, ac vniuerſaliter tento
» ab eis, obediendum eſſe pertinaciter aſſerunt; in hoc non tam Schiſma-
» tis quam hæreſis perfidæ reatum damnabiliter incurrentes. Cur igitur
» in virtutis obedientiæ laude folia replentes, ac ſanctorum Originalia
» conculcantes diutinè imò verius faſtidioſè, Chariſſimi ! perſiſtitis,
» quam vbi debitè tantùm impenditur, pro viribus attollimus & ad
» quam vnico ſummo Pontifici generaliter & indubitanter ſic habito hu-
« militer exhibendam poſſe tenus aſpiramus, qui nihilominus ceſſante de-
» bitarum circunſtantiarum altera, facile laberetur in vitium. An non
» percipitis partiales obedientias ex quarum cum pertinacia cæco curſu
» ſic mirabiliter ipſius corpus Eccleſiæ contra ius omne vulneratur, re-
» ſcindi conſuli, vt tandem ad vnius ab omnibus Chriſticolis vniuerſalem
» obedientiam iocundè perueniatur, vt ſic vnitatem ſpiritus in vinculo
» pacis tenentibus in nobis fiat præcepto Dei conformiter vnum Ouile &
» vnus Paſtor. Non igitur ſtatus Papalis, aut Eccleſiæ Romanæ depreſ-
» ſionem, vt falſò imponitur, exoptamus, cuius deſolationem ab incœpto
» Schiſmate continuè deflemus, cuius in priſtinum & debitum ſtatum de
» breui reductione niſibus totis inceſſanter perquirimus; Nobis in hoc
» diſſimiles qui ante denegationem obedientiæ matris ægritudinem vt po-
» te non obedientes percipientes minime deplanxiſtis, cuiuſque ſanita-
» tem omnimodam in reſtitutione facienda præſtare inſtantius peroratis;
» dum per hanc lætitiam grandem Eccleſiæ prouenire, Chriſtianæ Reli-
» gioni Iocunditatis materiam redire, Clerum nouum Canticum & laudis
» Hymnum Altiſſimo rependere, plebem pſallere & compoſis manibus
» exultare longa peroratione firmatis.

» Tranſimus ad inconuenientia ſecundum eos ex ſubſtractione ſequen-
» tia. Hinc, inquiunt, rebelliones: hinc violentiæ: hinc intruſiones in
» beneficijs: hinc Symoniæ, &c. quæ recitare prolixum foret. Ac ſi talia
» nunquam ſub obedientia contigiſſent, Damnate Fratres! obedientiæ
» ſtatum ſub quo talia ſæpius contigerunt; aut hijs medijs à denegationis
» huiuſmodi reprobatione deſiſtite. Sicut enim in & ſub obedientia, ſed
» non ex obedientia interdum talia pullularunt, quoniam per Majeſtatis
» veſtræ SERENISSIME PRINCEPS! cæterorumque Principum glorioſiſſime,
» Domus veſtræ ac Regni Prælatorum præpotentem authoritatem etiam
» denegatione continuata, talia ſic vbi ſubriperent, dirimerentur de fa-
» cili; nec occurrit ab eo tunc præterquam ab iſtis Scribentibus, intro-
» ducta rebellio qui in contumeliam publicam, in Regis ac Regni totius
» inauditam offenſam auſu temerario prorumpunt. Quod autem hinc ma-
» ximè Clericos pœnis affici quibus ſecundum eos ſedis Apoſtolicæ præ-
» cluſus eſt aditus, commemorant, in affectionis ac intentionis noſtræ
» ſinceritatem recipimus: quoniam cum cæteris de Clero ipſius munifi-
» centiam ſedis & gratiæ liberalitatem abundanter participare retroactis
» ſeculis aſſueuimus, longéque nobis nec ob hoc immutatis ſub obedien-
» tia quam in eius denegatione, in gratiarum receptione melius fuerit,
» cum Prælati carnaliter, aut ſeruiliter beneficia conferre, contra Iuris diſ-
» poſitionem, quandoque non vereantur, ac etiam interdum partibus ar-
» matis Principum ad hoc ex ambitioſæ importunitate familiæ deducto-
» rum; quod intuitu pietatis liberaliter damni metu conferre, ſi tamen di-
» ci collatio mereatur, iniuſtè ſæpius coartantur. O quàm laudabile me-
» moriaque celebri dignum foret, ſi hoc viduitatis tempore Principes
» ſeculi ſeſe cohiberent! Principeſque Cleri ſecundum Iuris diſpoſitio-
» nem conferrent! ac vbi defectus immineret iuris, pœnæ per executionis
» vigorem ſic deficiens ſubiaceret; Summopere quippe Prælati cæteri-
» que Collatores quibus de iure antiquo conferre ſpectabat, propter eo-
» rum tamen abuſum per longa tempora prohibiti; nunc ad poſſeſſiones
» priſtinas ex inſperato reducti, cauere deberent, nec propter abuſum
» continuatum, aut fortaſſe incenſum, authoritatem talem in eiſdem

vlterius

vlteriùs reſidere Iuſtitia pro futuro vetaret. Hinc quomodo inquiunt, " ——
grauantur ſubditi appellationibus ſe tueri non valentes ? Rex inclyte! " 1402.
Imperij veſtri multæ Prouinciæ priuilegio gratiæque magnæ patriæ ro- "
tius adſcribunt cauſas ſeculares tam in realibus quàm in perſonalibus co- "
ràm Præſide Prouinciæ fine debito terminari, abſque hoc quod appella- "
tioni etiam ad perſonam propriam, aut veſtram ſupremam Curiam locus "
quiſquam pateat. Cur igitur cauſæ ſpirituales vt plurimum difficultatis "
minoris coram Metropolitano qui tunc Prouinciæ toti ſpiritualiter præ- "
ſidet, ſaltim vſque ad tempus ſine læſione Iuſtitiæ finem debitum aſſequi "
non valeant ? à nonnullis etiam Curiæ Rom. ſuperioritatem humiliter per "
omnia profitentibus, graue minus accipitur in omni materia quantumli- "
bet modica ad Romanam Curiam, in quolibet cauſæ puncto, etiam omiſ- "
ſo medio, per appellationem poſſe interdici. Huiuſmodi cauſas eorum "
coràm Ordinarijs nunquam remitti, ſedà primo pede illic audiri cauſam, ac "
ſi de ea coram inferiore Iudice in antea nequaquam ſermo fuiſſet ; per hoc "
ſiquidem aiunt mediorum Iudicum Iuriſdictiones enumerari, partem ius "
habentem iniuſtè ſæpius opprimi quæ fortaſſis, aut corporis ob impoten- "
tiam, aut cenſus aliunde amplius multo mallet principale perire quàm "
pro eius conqueſtu ad trecentas ſi non plures, leucas vt in caſu contin- "
geret & ſolo natali diſtantes ſe transferre. Quare vi huiuſmodi appella- "
tionum & vel breui tempore ad Rom. Curiam ſuſpenſione non ſic Rei- "
pub. communis læditur Iuſtitia, vt ab aduertentibus ad pauca facile poſ- "
ſet aſſeri. Quis, præterea tangunt, abſoluet à peccatis ſolius Papæ reſer- "
uatis iudicio? Quis aperiet cœlum criminoſis, &c. an non credunt per "
verba tonantia ſic ſimplicibus illudentes, in ſola Contritione cum pro- "
poſito tamen, cùm opportunitas aderit, confitendi peccatum, deleri & "
gratiam prorſus infundi, & conſequenter pòſt Criminoſo cœlum aperiri? "
quodque Sacerdos inferior de caſibus reſeruatis pœnitentiæ Sacramento "
poteſt valide abſoluere, de aditu Superioris eidem cum diſcretione præ- "
figens terminum ; quodque etiam nunquam Domini Papæ fuit intentio- "
nis, vbi per magna tempora ſedes Romana ſine Paſtore vacaret, Fide- "
les talium criminum reos ab abſolutione Sacramentali priuare. Quare "
videtur obiectio tali caſu in eis quibus ante reſeruationem huiuſmodi de "
iure conueniebat quoad huiuſmodi crimina, poteſtatem abſolutoriam "
remanere ; cum nunquam Legiſlatoris iuſta fuerit intentio, eoſdem ab "
actibus illis, ſtante caſu, priuare. Sic fortaſſis poſſibile cenſebitur poteſta- "
tem diſpenſandi, in qua forte nimium Petri ſæpius extenditur, in eis "
quæ ſolius Papæ authoritati reſeruata ſunt, cum id non diuino, naturali, "
ſed humano iure præcisè ſibi ſoli conueniat, in eis in quibus eſſet, in "
quibus reſeruatio huiuſmodi nunquam facta foret penſato, quo de præ- "
ſenti degimus ſtatu, manere. Sic de confirmationibus Archepiſcopo- "
rum, conuentibus exemptorum, & ſi qua ſunt ſimilia, dicamus. Quis Am- "
broſij ad Mediolanenſem, Martini ad Turonenſem & ſic de alijs innu- "
meris electionem confirmauit? Certè non D. Papa, vt clarè teſtantur "
hiſtoriæ. Et nunc quàm conſentaneum rationi ſit tot Eccleſias ab Ordi- "
nariorum Iuriſdictione eiſdem inuitis penitus exemiſſe, in quo à 60. annis "
vel circiter per antea ab Eccleſiæ naſcentis exordio proceſſum extitit, "
experientia manifeſtat. Vbi ſi fas ſit dicere, & ſi aliunde iuſtè acceptio "
perſonarum patenter commiſſa eſt, hac exempta, alia penitus rationis "
eiuſdem ſub obedientia derelicta; ſed fortaſſis vtrumque commiſſum eſt, "
& iuſtitia in exemptione, & acceptio perſonarum in huiuſmodi acceptio- "
ne, & alterius non diſparis diſſimilitudine, parique modo omnium in- "
feriorum Iuriſdictio, cum nulla ſit hîc, quàm ibi maior ratio, eiſdem inui- "
tis ad D. Papam auctoritate propria reſeruari valeret, quod ſatis vide- "
tur difficulter conceptibile. Eccleſiaſticus, inquit Canon, ordo confun- "
ditur ſi ſua vnicuique Iuriſdictio non ſeruatur. Quod ſi prætacta ſcru- "
puloſis iſtis minimè ſufficiant, eos qui ab orto Schiſmate in indifferen- "
tia, & bene ſecundùm multorum opinionem manſerunt, conſulant ; quos "

1402. „ iſti caſus ex æquo nobiſcum quotidie concernant; Nonnullis etiam be-
„ ne prudentibus non parum videtur expediens patentia multa huius oc-
„ caſione Schiſmatis inconuenientia ſæpius exoriri, vt nobis ſic vndique
„ pulſis manum ad aratrum viriliter apponamus, vt ab hoc malorum pu-
„ teo Dei per gratiam de breui reſurgere valeamus; quælibet inconue-
„ nientia ſub obedientia biſpertita concurrerent à cœcis & obduratis ocu-
„ lis eo tunc percipiebantur, minime nobis quidquid à parte noſtra alijſ-
„ que quiddam à ſua parte tenentibus.

„ Cæterum Concilia Prouincialia ſecundum Iuris diſpoſitionem, in quo
„ non parua à denegationis obedientiæ tempore negligentia commiſſa eſt,
„ celebrare conſulimus: quorum authoritate, ſi Dominus annuerit, rebel-
„ les ad obedientiam reducentur; promotiones Symoniacæ aut aliàs in-
„ dignæ tollentur; iniuſtè oppreſſi releuabuntur: Clericis prouidebi-
„ tur; & de morbis iſtis ſpiritualibus in quos ſubſtractionis occaſione in-
„ cidiſſe grauiter ſe conqueruntur, medela conueniens adhibebitur.
„ Hanc præterea, inquiunt, viam deberent, nec immerito Reges, Duces
„ & Principes, ſi futurorum prouidentiam habeant, formidare; ac ſi Re-
„ giæ dignitatis profunda ſapientia ſpiritualis & temporalis authoritatum
„ quoad hoc, latiſſimam eſſe differentiam non percipiat; dum in hac per
„ electionem voluntariam, in hac autem per ſucceſſionem hereditariam
„ ius acquiritur. In hac nullum vobis Gregis commiſſi dominium: in
„ alia verò quoad hoc profitemur. *Reges enim Gentium, dominantur eorum;*
„ *vos autem non ſic.* Et Bernardus ad Eugenium, *Confidens*, inquit, *te non Do-*
„ *minum Epiſcoporum, ſed vnum ex ipſis.* Sub Principe præterea ſeculari, eſto
„ quod iuſtè principatum non poſſideat, policiæ pax Ciuilis poteſt obſer-
„ uari, & iuſtitia quantum ad temporalia ſpectat, vnicuique diſtribui. Sed
„ à Schiſmatico quoad Eccleſiam, aut omnino in ſua dignitate ius non ha-
„ bente pacem ſpiritualem obſeruari, beneficia, Sacramenta, Benedictio-
„ nes, Indulgentias, aut aliquod munus ſpiritale rite conferri poſſe nega-
„ mus. Princeps etiam ſecularis proprietarius & non poſſidens occupan-
„ tes iniuſtè quod ſuum eſt, excommunicare, aut ſpiritualiter maledicere
„ non ſufficit; quod vtique per Principem Eccleſiaſticum. Verum eſto
„ quod non poſſideat, poteſt effici, quod in hoc caſu: Si tamen de materia
„ ſit dubietas qualis ex parte pauendum eſt, in tot etiam alijs quæ diſpen-
„ dioſum foret his inſerere, cuicunque ſciolo quoad hoc, clare lucet. Vt
„ ridiculum & irriſione dignum ducimus Regiam Majeſtatem hoc medio
„ ad Reſtitutionem faciendam inducere; vnde etiam quid ad propoſitum,
„ Salisberienſis ſentiat, audiamus. *Eſto*, inquit, *quod hijs liceat qui Carnales*
„ *ſint de primatu contendere, viris Eccleſiaſticis hoc vſquequaque arbitror eſſe il-*
„ *licitum.* Carnalium tamen, *inquit, exemplo obrepit impietas; & iam non modò*
„ *contenditur pro Sacerdotio, ſed pugnatur*, multáque ſubiungit grata, quæ
„ breuitati ſtudentes remittimus.

„ **Tangunt præterea de hijs etiam Eccleſiæ vaſallis**, qui viâ facti in Do-
„ minum prælibatum hoſtiliter proceſſerunt, iuris pœnas quas eo ipſo ſe-
„ cundùm eos incurrerunt, laborioſè narrantes. Qui tamen articulus cum
„ ſuper hoc in prælibato Franciæ Concilio minimè deliberatum extitit,
„ Regnicolas non aſpicit. Fertur tamen communiter viam facti à Palati-
„ nis exordium aſſumpſiſſe: quare cæteris prius inuaſis, iure naturali vt
„ aiunt, vim repellere licuit, conuenientiorque locus Palatio præfato D.
„ plurium iudicio non videtur: à quo ſi forſitan ſtante caſu liber eidem
„ patuiſſet egreſſus, ſecutum eſſet ſcandalum difficulter recuperabile. Mi-
„ rantur etiam cur hic Dominus ſic repentinæ viam Ceſſionis ſolam acce-
„ ptare quæſitus eſt, cum aliàs indifferenter D. Clementi via triplex, aut
„ alia in eius optione relicta lapſo nihilominus ab electione ſua 16. annorum
„ ſpatio præſentata fuerit, ac ſi tempus illud iſtum ad latus D. prælibati
„ eo tunc aſſiſtentem continuè ex quo non comprehenderet, dignumque
„ ſuis opinionibus foret ipſius ſummationem vſque decimum ſextum à ſua
„ creatione computandum annum alterius exemplo diſtuliſſe. Sicque

fortaſſis præfixi temporis terminum eiuſdem patris obitus præueniret, « ——
aut in termino concurreret perindeque, cum futuro tanta deberet ha- « 1402.
beri dilatio, & ſic in infinitum abire; quem proceſſum naturalis ratio non «
admittit. Nec reprehenſione dignum eſt quod ab exordio triplex, nunc «
verò ſola duntaxat oblata via fuerit. In hoc enim naturæ proceſſus eni- «
det qui à generalibus, ac vniuerſalibus exordiens ad ſingularia termina- «
tur. Taceant ergo ſua confuſione ſtupidi, Gallos hunc quia gallicus non «
fuerit, perſequi; Cum D. Clemens-met Gallicus origine non fuerit. Et «
hic etiam ad hunc ſtatum à Gallicis principaliter electus extiterit, à cuius «
obedientia ſine perſecutione qualibet prælibatis de cauſis receſſimus. «
Nihil aliud quoad hoc quàm Eccleſiæ vnionem ſub vnico ſummo Ponti- «
fice vniuerſaliter ſic habito vndecunque duxerit originem, affectantes. «

Cuius inſuper reſtitutionem exigunt, quia ſpoliatus, etiam ſi prædo «
debet reſtitui. Quod tamen argumentum in intruſi fauorem ſæpius in- «
troductum diſſolui depoſcimus: quo peracto ad hoc interiectum, duce «
Domino, facilè reſpondebimus. Veſtram etiam Regiam Majeſtatem to- «
tumque Regni veſtri prælibatum Concilium ſub verborum ſiccis colori- «
bus falsè, quanquam curiosè, de infamia per expreſſum notare non ti- «
muerunt, inter cætera de ipſo Concilio poſt multiplicatas graues iniu- «
rias ſic ſcribentes. *Et non*, inquiunt, *ſine veſtra infamia ſuam infamiam co- «*
operirent. Si enim, inquiunt, *quæratur ab eis quis Papæ ſubſtrahendam obe- «*
dientiam procurauit? Non nos, inquiunt, *ſed Rex fecit. Quis Chriſti Vicarium «*
perſequitur tam acerbè? Nos nos, inquiunt, *ſed Rex, &c.* O quàm reijcienda «
peroratio, irritanda delirantium exhortatio! Elatorum vindicanda præ- «
ſumptio & ſententiarum imperitis ſermonibus meritò deſpicabilis inuo- «
lutio, vbi ſic ab iſtius hominis obedientia receſſus fatuè deplangitur! «
quaſi Chriſtianitas tota per antea ſub eius obedientia quietè permanſiſ- «
ſet: in eo nulla macula vitij-ve labes patuiſſet: in ſic agendo præcipitan- «
ter & inconſultè penitus proceſſum extitiſſet, & breuiter ſub vnico ver- «
bo eorum propoſitum concludendo, ac ſi B. Petro Apoſtolo rurſum «
ſummum Pontificium gubernante Eccleſia Gall. obedientiam denegaſ- «
ſet. Abſit, Rex inuictiſſime! à Regno veſtro Chriſtianiſſimo & Eccleſiæ «
Rom. hactenus, & in futurum Dei per gratiam fideliſſimo tantum faci- «
nus, vt perſequi D. Papam acerbè, ſuis iuribus Petri ſedem ſpoliare, «
claues Petri contemnere, poteſtatem à Papâ baculumque Paſtoralem à «
dicta ſede tentare ſubducere, Sacrilegi ſummi Pontificis etiam de ipſius «
Regni Concilio congregato, vt ipſi falsè ac proditoriè læſæ Majeſtatis «
multipliciter incidendo crimen imponunt, Iuriſdictionem eneruare ip- «
ſa Majeſtas vnquam intenderit. Pro cuius ſalute ſedis releuatione, ac «
exaltatione debita præ cæteris audemus dicere, mundi principibus ſpi- «
ritus anxietatis, corporis pœnas graues, à proprijs damnoſas diſtractio- «
nes, ac expenſas inerarrabiles à longinquis pertranſitis temporibus; à «
quibus tamen ſcribentes hij vos potius ſuperſediſſe curaſſent. Ægritu- «
dinem totam vniuerſalis Eccleſiæ ſicut præmiſſum eſt, inobedientiæ de- «
negatione, ac ſalutem omnimodam in eius Reſtitutione concipientes «
ſub qua per antea incraſſati, impinguati ac dilatati, quamplurimum con- «
tra Regiæ Majeſtatis famulum, cuius nondum experti ſunt aculeum, «
contumeliosè ſic recalcitrant. Et vnde ſic inuidi liberè etiam præſcri- «
ptum eiſdem facultas tanta conceſſa fuerit, admiramur; qui etiam vbi «
noſtrum alter remiſsè ſatis eos qui ad Reſtitutionem adſpirant, de pec- «
cato mortali notare generaliter contenderit, æquanimiter pati non no- «
runt; ſed ſic proferente, vt per experientiam conſtat dictum huiuſmodi «
tanquam erroneum, ac inſipidum in fide reuocare, niſibus totis labora- «
runt. Aduertat tantum Deus omnipotens ne ſerpentis aſtutia rurſum «
Adæ violet integritatem, fraus Dalilæ Samſonis fortitudinem, & fal- «
lax pulchritudo Pharaonis filiæ Salomonis ſapientiam, idolum patris ite- «
rum damnabiliter adorare compellat, ac à ſuo ſancto propoſito mulie- «
bris mollities bleſis ſermonibus verecundè deducat: néue & Iuuenum «

" & inexpertorum inſtinctu Regia grauitas alter vt Roboam ſenum Con-
1402. " ſilium in ſuæ confuſionem authoritatis contemnat. Nemo ſiquidem ma-
" num mittens ad aratrum & reſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei. Iſraël
" quippe filij Ægyptum quam exiuerant, ex vitioſa mollitie recolentes in
" deſerto mortui ſunt quorum tres in ſolidum promiſſionis terram pedibus
" calcare meruerunt. Loth vxor ciuitates euerſas prohibita retro reſpi-
" ciens in ſalis ſtatuam conuertitur. Apudque Poëtas vxor Orphei Ditis
" mandatum tranſgreſſa vnde egrediebatur infernum intuens, illuc ex con-
" ditione ſumpta reuertitur. Nec ſermonum alluſionibus improprijſque
" tranſſumptionibus ſeducamur; cum in huius obedientiæ denegatione
" riuulus à fonte, ramus ab arbore & radius à ſole ſeparari per eoſdem aſ-
" ſeritur; qui vtinam fons eſſet, in quem condeſcendens poſt iſtius mo-
" tionem aquæ ſanus efficeretur ab hac ſaltim infirmitate communi, & non
" iam fons Marath amariſſimus, de quo populus ſitiens bibere non valeat.
" Vtinam arbor eſſet quæ ex bonitate fructus cognita & non quæ propter
" ſterilitatem exſcindi & in ignem mitti Euangelica ſententia comminatur.
" Et rurſus vtinam facies eius lucidis meditationibus, operibus ſicut ſol
" ſplenderet in meridie. Et iam non ille ſol perhiberetur de quo ſcriptum eſt
" quod factus ſit niger vt ſaccus alienus. Quod autem iſtius Regni Præla-
" tos huius prætextu denegationis obedientiæ, ac libertatis priſtinæ reſti-
" tutæ circa proſecutionem vnionis tepidos, remiſſos ac incurios penitus
" in futurum contemnere videntur, ipſis Dominis quos ſic lepidè ad gratias
" eiſdem impertiendas prouocant, ſoluendum pro præſenti relinquimus
" quos ſuæ ſalutis eſſe non credimus immemores, parique modo in iacien-
" tes iaculum retorqueri valeret. Obedientiam ſiquidem reſtitui ſimilis
" ratio prohiberet, ne forſitan Dominus cui fieret, in ea voluptuosè quieſ-
" cens de vlteriori vnionis ipſius proſecutione factus incurius, tepidus &
" remiſſus omnino ſuperſederet.

" Profunda igitur attentione Regiæ mentis oculus puncta principalia
" libelli prædicti cautius indagare dignetur, vt quo aſpectu ducantur, quod
" medium pro vnione per eoſdem conſulitur, ac finis per eoſdem intentus
" cum digeſtione maturaque circunſpectione penſetur. Vt ſic an Patre qui
" in cœlis eſt, aut carne & ſanguine reuelantibus locuti ſunt non ſancti
" Dei homines cum diſcretione bona probetur; horum ſiquidem terram
" naturaliter aridam puteus altus aquas limpidas etiam à totius orbis cir-
" cunferentijs gurgite fugens ex eiſdem nimia præ multitudine ſuper ex-
" creſcentibus diſtantiæ propter propinquitatem præ cæteris irrigare ſo-
" lebat. Cuiuſque meatus ſolito plus præſentialiter obſtruuntur; inunda-
" tiones aſſuetas, in quibus propter exuberantiam tunc voluptuosè nata-
" bant ſenſibiliter nunc non percipiunt, arctationem moleſte ferunt; ergo
" vt veriſimiliter creditur, ad ſupradicta promenda, nunc ſic acriter impel-
" luntur. Qua propter nec immerito eorundem conſilium non bene ſoli-
" dum cenſendum eſt, quod in via pro vnione matris oblata ſicut præta-
" ctum eſt, multiplicem claudit errorem; de qua tamen alias hic, ac per
" Hiſpanos diſertiſſimè, ac punctualiter reprobata leuiter nunc pertran-
" ſimus. Vnum tamen ſcimus quod quidquid à Compromiſſarijs inibi tactis
" ſententialiter definiri contingeret, fidelium Conſcientias ad plenum
" non ſerenaret; homines enim eóque fallibiles & ſic erroneè pronuncia-
" re valerent: niſi pro quanto forſitan ab Eccleſia tota vis eligendi in eoſ-
" dem tranſlata foret; Parſque contra quam pronunciari contingeret, il-
" lico cedere teneretur: quæ tamen electionis poteſtas in eoſdem non in
" cideret. Cum ex ipſius tenore alterum DD. duorum contendentium ar-
" tarentur aſſumere, quam tamen ad certos limitationem Electionis viæ
" ſinceritas velut damnatam abijcit.

" Hæc prædicta, Princeps Chriſtianiſſime; ſimplici ac rudi ſtylo, etſi
" non per omnia fortaſsis aduerſantium tenuerimus reſpondendo ordi-
" nem, aut quam breuiter curaſſemus, exorata plura ſiquidem quam obje-
" ctum exigit circumloqui ſatisfaciens reſponſio Majeſtatis veſtræ genibus

flexis porrigimus, per cuius iuſtitiam malè acta, dictaque reparari, vt cæ- "
teris in exemplum cedat, dupliciter exoramus, & per cuius inuictiſſimam "
fortitudinem ſanctum propoſitum continuari & ad finem vſque deſidera- "
tiſſimam videlicet vnionem gloriosè perduci, Domino cooperante ſpera- "
ramus. Nec prædicta ſcripſerimus vt claritate ſolari Regis in ſolio per- "
ſpicuè refulgenti quantulum luminis, ſi vel modicum in nobis exiſtat, ſu- "
peraddere præſumamus. Sed attendentes ipſum etiam Omnipotentem "
vnico intuitu cuncta generaliter proſpicientem orationibus ſeruorum ac "
Fidelium ſuorum ſæpius velle palpari, in quibus etiam ineffabilis laus ſua "
& miſeria noſtra continua ſeriatim, ac ſi ab eius per impoſſibile pertran- "
ſiſſent memoria, ſalubriter enarrantur. Prædicta Serenitati veſtræ, quan- "
quam meliùs incomparabiliter agnouerit, reſcribendi reſumentes vires "
auſum pro nunc aſſumpſimus. Habenas tantùm in tam arduis vltra quam "
deceat, laxare meritò formidantes, quicquid hic ſcriptum inſeritur, Sacro- "
ſanctæ Rom. Eccleſiæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ, nec non Majeſtatis veſtræ "
totiuſque Franciæ Domus glorioſiſſimæ omniumque prælegere volen- "
tium correctioni, ac omnimodæ determinationi, per omnia humiliter ſup- "
ponimus, nihil ex eis niſi quanto rationabiliter affirmandum foret, aſſe- "
rendo, ab aduerſantibus quicquid in annotato libello ſcripſerint, per "
expreſſum aſſerentibus, etiam in hoc diſcrepantes. Veſtri ergo authori- "
tate prouidiſſima, Princeps inclytiſſime! approbetur quod hic verum eſt: "
ſuggilletur quod falſum eſt, & declaretur quod dubium eſt. Quod vt ſe- "
curiùs executioni valeat demandari, per Majeſtatis ſæpius dictæ proui- "
dentiam huius obedientiæ generale Concilium congregari conſulimus & "
inſtanter ſupplicamus. Illic ſiquidem præfatus Dominus actionem con- "
tra non obedientes; alterum interdictorum curiosè per hos ſcribentes "
deſignatorum eliciendo poterit intentare, qui vtinam ſic ſe tunc ſuper "
iam obiectis, aut obijciendis purgaret, vt in eo lapis quem reprobaue- "
runt ædificantes in caput anguli, mereretur effici. In quo Parietis diuiſa la- "
tera compaginarentur in vnum. In quo patet nos cæteris ne pro eo pre- "
ces effundant, vt falsò imponitur, minimè prohibere; qui etiam quo ad "
hoc vices noſtras pro viribus interponimus; an autem vt pro Papa pro "
eodem ſit deprecandum, nunc intactum, & ex cauſa pro præſenti relinqui- "
mus. Iſtudita que Rex Clementiſſime! Concilium à vobis Principibus in "
hoc conuenientibus facile congregabile, omnia dubia iſtam concernen- "
tia materiam, duce Domino, ſolidè poterit terminare; ad gloriam Dei "
totiuſque cœleſtis Curiæ, vnionem militantis Eccleſiæ, ad exaltationem "
domus veſtræ Regiæ, cæterorumque Principum ad id manus adiutrices "
viriliter porrigere curantium, totiuſque ſalutem & quietem militiæ Chri- "
ſtianæ, quam Deus dignetur nobis hîc concedere per gratiam, & in fu- "
turo per gloriam. *Amen.* "

1402.

Contra eandem Epiſtolam editus eſt doctiſſimus Tractatus à M. Guill. Ronacenſi Præpoſito ad Philippum Regis filium, Burgundionum Ducem ac Flandriæ & Artheſij Comitem; in quo Vniuerſitatem Pariſ. matrem ſuam non modò ab omni probro vindicat, ſed omni laude cumulandam eſſe contendit pro ſuis in extirpando Schiſmate laboribus; fusè verò de ſubſtractione agit, deque reſtitutione obedientiæ, an expediret fieri. Huius Tractatûs duas partes facit. In priore agit de materia Scriptorum ante ſecundam ſubſtractionem quam in octo capita diuidit. Primum eſt de cauſis ſcribendorum & de cauſa declinandi ad dictamen Vniuerſitatis Pariſ. Secundum de partibus Schiſmatis, de fundatione neutralitatis, & de fundatione ſtatus ſuſpenſiui. Tertium de intellectu viarum ab Vniuerſitate Pariſ. poſitarum. Nonnulla de via Ceſſionis, & de via Compromiſſi. Quartum de qualitate ſtatus Papalis & electionis Papalis. Quintum de ſubſtractione prima quare Eccleſia Gallicana ſubſtractioni primæ adhæſerit: & quare Eccleſia Italica diſſenſerit. Sextum de ſubſtractione non neceſſariò melius eligendi, nec ſemper animam pro Ouibus ponendam. Septimum cedere non eſſe abſolutè bonum; Prælatum ad cedendum

non teneri: & aliquot media quod Ceſsio non Iuridica cenſeatur.
1402. Septimum de reſtitutione circa ſtatum Papalem, Reſtitutionem admittendo: & præterea alium dicendi modum profert non admittendo Reſtitutionem.

In poſteriore parte, quæ eſt de ſubſtractione obedientiæ in ſpeciali, ſunt etiam octo Capitula. Primum de differentia inter Schiſma & hæreſim. Tres diſtinctiones de acceptione Schiſmatis & Schiſmatici, de hæreſi ſeu hoc termino hæreſis; de pertinacia, & quomodo Contendens de Papatu Schiſmaticus intelligatur. Secundum, conſiderationes aliquot circa materiam ſubſtractionis. Concluſio ſubſtractionis; aliqua certa & aliqua dubia circa ſubſtractionem. Tertium, quomodo ſubſtractioni non obſunt iura poſitiua. Quod ſubſtractio ratione & Canonum authoritatibus fundatur. Quartum quod non obſtat poſſeſsio ſubſtractioni. Hæreticum non eſſe Papam. In duobus aut tribus contendentem de Papatu hæreticum eſſe. De Papatu contendentem nunquam fuiſſe Papam. Quintum de dubietate circa ſtatum ſuperiorum; de dubietate ſtatus, contendentis de Papatu. Summo Pontifici potius quam Domino temporali obedientiam denegandam; de conditione requiſita pro debita generalis Eccleſiæ Reformatione. Sextum, ſecundum veræ dictamen intelligentiæ fore impoſsibilem reſtitutionem; quod Reſtitutio foret ſcandaloſa, quod irrationabilis foret reſtitutio. Septimum de intentione Vniuerſitatis Pariſ. de Præterito Concilio Pariſ. de Concilio futuro, ſeu quod futurum dicebatur. Octauum quod nullo intuitu Pariſienſe Concilium fuit irrationabile; quod ſubſtractio non fuit irrationabilis, quod ex ratione cauſæ ceſſantis non debet ceſſare effectus ſubſtractionis fieri reſtitutio. Hæc capita fusè tractata leguntur in MS. Bibliothecæ Vict. Not. hiſce Characteribus 686. In eodem MS. leguntur eiuſdem Vniuerſitatis Pariſ. quædam rationes facti contra reſtitutionem obedientiæ; quas infra referemus.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM. Eodem anno obtinuit Vniuerſitas Priuilegiorum ſuorum confirmationem quæ infringebantur à nonnullis temerè & maliciosè. Rex ergo ſic edixit, ex membrana Herouuallij.

„ CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV, ROY DE FRANCE, à Nos
„ Amez & Feaux, les Gens qui tiennent & tiendront noſtre Parlement
„ à Paris, & tous les Seneſchaux, Baillifs, Preuoſts, & Vicomtes, Gardes
„ des Portes & des Paſſages, Receueurs & autres nos Officiers de quelle
„ condition & eſtat qu'ils ſoient auſquels ces lettres ſeront montrées ou
„ leurs Lieutenans, Salut & dilection. Nos Amez les Recteur & Deputez,
„ de par noſtre chere & Amée fille l'Vniuerſité de l'Eſtude de Paris, Nous
„ ont fait expoſer en complaignant que jaçoit ce que ladite Vniuerſité &
„ les Maiſtres, Docteurs, Bacheliers, Eſcholiers & Suppoſts d'icelle ſoient
„ en noſtre ſauue-garde & protection & qu'ils ayent pluſieurs libertez,
„ franchiſes & Priuileges à eux octroyez, tant par Nous que par nos Pre-
„ deceſſeurs. Deſquels priuileges, libertez & franchiſes, ils ont ioüy
„ d'ancienneté. Et pour raiſon deſquels ladite Vniuerſité a eſté multi-
„ pliée & augmentée de moult grand nombre de Suppoſts, par leſquels
„ Nous & nos Predeceſſeurs auons eſté conſeillez & ſeruis, Noſtre Royau-
„ me & pluſieurs autres Pays & Nations honorez & enluminez des Scien-
„ ces & bonnes Doctrines. Neantmoins depuis peu de temps en ça aucuns
„ des Suppoſts de ladite Vniuerſité ont eſté moult greuez, troublez &
„ empeſchez en leurſdits priuileges, libertez & franchiſes, tant par au-
„ cuns de noſtre Royaume que par autres. Parquoy iceux Suppoſts ont
„ eſté diſtraits de leur Eſtude & le pourroient par ce plus eſtre, ou temps
„ auenir, ou grand dommage & preiudice de Nous & de la Choſe-publi-
„ que de noſtre Royaume, & en grande diminution dudit Eſtude, ſi par
„ Nous à ce n'eſtoit remedié, ſi comme ils dient, Suppliant que gratieu-
„ ment leur veillons faire pouruoir. C'eſt pourquoy conſiderans l'affection

que noſdits Predeceſſeurs ont eu de tous temps paſſez à ladite Vniuerſité, « ——
en quoy nous les auons touſiours voulu & voulons enſuir, & que aucu- « 1402.
nement ne voudrions la diminution d'icelle auenir en nos temps, ne pour «
les occaſions deſſuſdites, leſdits Suppoſts de l'Vniuerſité deſſuſdite ſe «
diſtraiſiſſent de ladite Eſtude, ne auſſi que les autres des Eſtranges Na- «
tions delaiſſaſſent par ce à y venir ainſi comme ils ont accouſtumé és «
temps paſſez. Euë conſideration aux choſes deſſuſdites, Voulons & vous «
mandons & eſtroitement enjoignons & à chacun de vous, ſi comme à luy «
appartiendra, que les Maiſtres Docteurs, Bacheliers, Eſcholiers & vrais «
Suppoſts de ladite Vniuerſité, & ceux qui ſont & doiuent eſtre compris «
ou corps & Colleges d'icelle, vous faites, ſouffriez & laiſſiez ioüir paiſi- «
blement de leurs priuileges, libertez & franchiſes deſſuſdites ſans les «
empeſcher, ne faire ou ſouffrir eſtre empeſchez par aucuns nos ſubjets, «
au contraire par telle maniere qu'ils n'en ayent cauſe d'en venir doreſ- «
nauant plaintifs par deuers nous. Car ainſi le voulons-nous eſtre fait & «
à noſtredite fille l'Vniuerſité & aux Suppoſts d'icelle qui ſont ou ſeront «
pour le temps à venir, l'auons octroyé & octroyons de grace eſpecial, ſe «
metier eſt, par ces preſentes nonobſtant quelconques Ordonnances, «
Mandemens ou defenſes & lettres ſubrepticesimpetrées ou à impetrer «
à ce contraires. Donné à Paris le dernier iour de Mars l'an de grace 1402. «
& le 20. de noſtre Regne. Ainſi ſigné par le Roy à la relation de ſon «
grand Conſeil où vous Meſſieurs les Ducs de Berry, & Bourgoingne & «
d'Orleans, le Conneſtable, vous le Grand-Maiſtre d'Hoſtel eſtiez. «
I. D'Eſſantis.

Eodem anno legitur facta quædam Declaratio à Cardinale Ambianenſi M. Ioanne de Grangia, quam hîc dabimus extractam ex ipſius Teſtamento quod integrum refert Dionyſius Godefroy, in Additionibus ad Annotationes Hiſtoriæ Caroli VI. pag. 764.

CVm Ego, inquit, ductus bona intentione ac iuſto & ſancto propoſi- «
to ab obitu felicis recordationis D. Gregorij Papæ XI. plura dixe- «
rim, fecerim, procurauerim & tractauerim fieri in facto Eccleſiæ, ſicuti «
mihi videbatur fore expediens ipſius vnioni, & prout mihi mea conſcien- «
tia dictabat & dictat, ne quod abſit, per aliquos æmulos vel alios mihi «
in poſterum impingatur quod malâ intentione hoc fecerim, ſentiens me «
adeo debilem & graui infirmitate detentum, quod niſi Deus aliter diſpo- «
ſuerit, ab ipſa euadere non potero; quinimo mortem potius inde quàm «
conualeſcentiam exſpecto, de hora in horam circa factum huiuſmodi, & «
illa quæ in ipſo per me, vt dictum eſt, dicta & facta ſunt ac fieri procu- «
rata, mentem meam & illud quod ſuper hoc habeo in conſcientia mea de- «
clarans ſub periculo animæ meæ atteſtor & iuro bona fide quod illa quæ «
in facto prædicto dixi, feci, tractaui & procuraui fieri, non dixi, feci, «
tractaui vel procuraui fieri odio, machinatione, dolo, inuidia vel ran- «
core alicuius perſonæ, ſeu aliâ malâ intentione, vel voluntate quacun- «
que, ſed ſolum & duntaxat ad delendum & ſedandum iſtud peſtiferum «
Schiſma; & vt citius vnicus Romanus & indubitatus Pontifex in Eccle- «
ſia haberetur, proteſtans quod paratus ſum obedire illi cui Eccleſia Ca- «
tholica & ſacrum Collegium fore decreuerint obediendum; & omnia «
quæ in hoc facto dixi, feci, tractaui & fieri procuraui, ſubmitto deter- «
minationi & correctioni Sacroſanctæ Rom. Eccleſiæ in cuius fide & vni- «
tate tanquam verus Catholicus volo viuere & mori, ac Deo ſpiritum red- «
dere, ſicuti quilibet bonus Chriſtianus de neceſſitate ſalutis facere tene- «
tur & debet. Hæc autem mea ſuprema voluntas quam valere volo & te- «
nere iure teſtamenti, & ſi non valeat iure teſtamenti, valeat & teneat, & «
eam valere & tenere volo iure Codicillorum ſeu cuiuſlibet alterius vlti- «
mæ voluntatis.... Acta fuerunt hæc Auenione in domo habitationis dicti «
D. Cardinalis & in Camera ſua, ſub anno, Indict. *die, menſe, & Electionis* «
anno quibus ſupra, id. an. 1402. Indict. 10. 12. menſis Aprilis, ab Electione «

» D. Benedicti vltimo in Papam Elect. an 8.

1402. Interim Benedictus qui in Arce Auenionenſi detinebatur, operâ cuiuſdam Robineti de Braquemont Normani Nobilis, deluſis cuſtodibus aufugit 12. Martij, & primùm ad Caſtellum Reginaldi, deinde Maſſiliam peruenit tribus tantùm familiaribus comitatus, nihilque ſecum auferens præter pixidem in qua corpus Dominicum continebatur, & litteras Caroli Regis quibus fides fiebat nunquam ſubſtractioni conſenſiſſe Regem. Mox igitur ad Regem, ad Duces & ad Vniuerſitatem dat litteras ſuæ libertatis Indices, polliceturque per ſe non ſtaturum, quominùs Eccleſiæ pax tranquillitaſque perfecta reſtituatur. Ad eum Cardinales, qui deſciuerant, obtentâ veniâ redeunt, ad eiuſque fatum plurimorum Principum animi, voluntateſque conuertuntur.

1403. Statim ergo fugâ iſtâ intellectâ, Populus Pariſienſis, quaſi præſagiens futuram obedientiæ reſtitutionem, Cereis Paſchalibus an. 1403. annos Benedicti veluti ſummi & legitimi Pontificis appingit, Tabellaſque Benedictum Papam exprimentes in Baſilicis reponit. At illæ ſtatim per ſatellites, ab ijs quibus res iſta diſplicebat, miſſos de Templis ſublatæ; Hinc factiones duæ. Altera Aureliani Ducis cui ſe adiunxerunt Epiſcopus Cameracenſis, & Vniuerſitatum Aurelianenſis, Andegauenſis, Monpeſſulanæ & Toloſanæ Legati obedientiam reſtitui volentes. Altera Ducum Bituriæ & Burgundiæ, quibus ſimiliter fauebant Cardinalis de Tureyo, Simon Cramaudus Patriarcha Alexandrinus & Vniuerſitas Pariſienſis: Et iſti Benedicto omnem obedientiam derogabant. Nec mora promulgantur rationes contra reſtitutionem, quæ tales ſunt in MS. Victorino.

Rationes facti contra Reſtitutionem obedientiæ.

„ CIrca materiam reſtituendæ vel non reſtituendæ obedientiæ præſup-
„ ponenda ſunt plura, quæ ſunt facti.
„ Et 1. quod quælibet pars eſt obſtinata ſine ſpe reductionis, licet mul-
„ tum & per plures annos ſit tentatum & ſine ſpe alicuius diffinitionis, vel
„ declarationis iuris alterutrius: quia non eſt Iudex, & facta ſunt contra-
„ ria, & teſtes, & inſtrumenta ſuſpecta, & opiniones variæ & diuiſæ firmatæ
„ ab vtraque parte iam à 22. annis & vltra.
„ Item præſuppohenda eſt bonitas viæ Ceſſionis; vide ad hoc Epiſtolam
„ Ceſſionis à Pariſienſi Vniuerſitate.
„ Item quod dictus Benedictus viam Ceſſionis commendabat Pariſius an-
„ te Papatum & in Curia, tempore Clementis; dicto Clementi, D. Burgun-
„ diæ & alijs DD. Cardinalibus; imò voluit tempore Clementis de Curia
„ recedere &, ire Arragoniam quia D. Clemens non acceptabat illam viam.
„ Item & poſt aliquos tractatus inter DD. Cardinales de periculis Schiſ-
„ **matis ſemper viam Ceſſionis approbantes & ſpecialiter Benedictus**, com-
„ poſuerunt Cedulam vbi de ea fit mentio, quam omnes & ſinguli iurauerunt & ſubſcripſerunt.
„ Item quod DD. Cardinales ſperantes de B. quod dictam viam ſequeretur provt iurauerat, & inter eos actum fuerat, vt per Ceſſionem plenè
„ vnio haberetur ſecundum communem inter eos deliberationem & iuramentum, dictum B. elegerunt illâ intentione, aliàs non facturi; cum etiam
„ ante ſuam aſſumptionem dictam viam commendauerat, vt dictum eſt.
„ Item ſtatim eo intronizato per Cardinales eadem die iterans dictum
„ iuramentum adhuc exiſtens in cathedra aſſeruit eiſdem Cardinalibus
„ quod eandem viam vniendi Eccleſiam per Ceſſionem proſequeretur diligenter. Iterum quod DD. Cardinales magis haberent cauſam reprimendi quàm accelerandi.
„ Item multis aſſeruit ſe cathedram ea mente aſſumpſiſſe vt eam dimitteret pro bono Eccleſiæ, cum opus eſſet; hoc ſignificauit D. Mediolanenſi, per Epiſcopum tunc Vrbeuetanum; nunc Archiepiſcopum Aquenſem;

Idem

Idem Florentiæ & Bononiæ & alijs locis Italiæ per Epiſcopum Aſſiſinum & per quendam Bethulinum. 1403.

Item notificauit Regi Franciæ, quod ſi apud eum mitteret nuncios, cum quibus poſſet concludere de aliquo modo, &c. ipſe nullam viam recuſaret, per quam vnio ſequi poſſet; vide Bullam.

Item ante aduentum Nuntiorum Regis Cardinales plures congregati cum B. deliberauerunt de via mutuæ Ceſſionis, tanquam magis ſedatiua, & ei conſuluerunt, & tunc fuerit purificata conditio iuramenti Conclauis, de quo ſuprà.

Item Ducibus à Rege miſſis dictus B. aperuit viam conuentionis & demum viàm Compromiſſi: & Duces obtulerunt viam Ceſsionis, offerentes laborare erga Intruſum pro eadem acceptanda. Et pro hoc inſtantiſsimè ſupplicauerunt cum pluribus rationibus & motiuis, in caſu quo àduerſarius ſimiliter faceret, & quod ex hoc haberetur vnio, nec aliàs petebatur.

Item pro reſponſione Bullam *Cum dudum*, &c. in qua reprobat Ceſſionem, quam ante laudauerat & viam ſuam corrorobat; vide eam.

Item omnes & ſinguli DD. Cardinales, exceptis duobus, quorum vnus erat abſens & infirmus à ducibus exiſtentibus apud Villam-nouam interrogati de via Ceſsionis, reſponderunt in Conſcientijs ſuis quod videbatur eſſe expedientior pro vnione Eccleſiæ, eamque conſulebant proſequendam.

Item iterum omnes Cardinales & dicti DD. Duces ſimul & ſigillatim inſtanter ſupplicauerunt B. pro hac via quam ſibi conſulebant, oſtendentes ei quod virtute iuramenti tenebatur, ipſe tamen recuſauit.

Item iterum infra triduum omnes Cardinales & dicti etiam DD. Duces pro eadem via ad quam tenebatur, ſupplicarunt; ſed renuit, imò ſtatim fecit legi Bullam quæ incipit, *Cum ad Noſtrum*, per quam monet DD. Cardinales ad proſequendum præcisè viam ſuam, additâ proteſtatione ſi aliud accordarent, haberetur pro infecto.

Item pòſt dicti DD. Duces ſupplicauerunt pro audientia publica in hac materia, ſed recuſauit. Idem etiam recuſauit Nuntijs Pariſienſis Vniuerſitatis, quod non eſt ſolitum, præcipuè in tanta materia.

Item quod fere per duos annos erga dictum B. per Cardinales & Regem facta eſt continua diligentia de eum inducendo adhanc viam, ſed ſemper recuſauit.

Item Rex Caſtellæ miſit ſimiliter ad eum pro via per eum aduiſata quæ tendit ad viam Ceſſionis, ſed etiam recuſauit.

Item DD. Cardinales videntes eius duritiam, ſupplicauerunt ſibi vt ſaltem offerret viam ſimplicis Conuentionis cum aduerſario, ſub ſpe alicuius boni exitus, ſed etiam recuſauit.

Item notetur quod in Reſponſione *Cum dudum*, facta DD. Ducibus pro explicatione viæ ſuæ, ponebatur clauſula, quod antequam Compromiſſarij haberent diſcedere ab inuicem ſine fructu, ipſe offerret vias, vel oblatas reciperet cum effectu tales per quas eſſet finis Schiſmatis. Hanc clauſulam remouet in via quam miſit Regi per Epiſcopum Zabulenſem per quod reddit ſe ſuſpectum de non quærendo vnionem; quia illa clauſula videbatur dare ſpem.

Item notetur quod in illa Bulla *Cum dudum*, dicebat ſe cum Fratribus eligere certas perſonas, &c. Sed in via ſeu practica per dictum Epiſcopum miſſa non ponitur illud verbum *de conſilio fratrum*.

Item in eadem Bulla ponitur de tenendo quidquid fuerit deliberatum per perſonas Electas vel earum duas partes & in dicta practica dicitur, *per perſonas Electas in Maiorem partem*, quod non caret ſuſpicione, attenta clauſula ſequenti in dicta practica, *Item vt optata vnio*, &c. quam clauſulam callidè fecit apponi ſub nomine Regis Arragonum, qui Rex etiam pro via Ceſſionis ſupplicauit; ſed nihil profuit, &c.

Item iterum Cardinales claris rationibus oſtendentes illam viam, aut

1403. practicam vltimò miſſam non expedire, B. ſupplicauerunt de via ſimplicis Conuentionis ſub ſpecie pacis, & quod iurarent ſibi aſſiſtere & fauere totis viribus, ita tamen quod ſi non proficerent, quod Ceſſionem acceptaret, ſed recuſauit.

Item illud idem obtulerunt dicti Legati Burgundiæ & Bituriæ, excepto iuramento per Priorem S. Martini, & ſimiliter recuſauit.

Item pluries etiam publicè dixit quod ſcedula Conclauis non poterat eum obligare: & quod ſi tota Chriſtianitas concluderet Ceſſionem, non acceptaret, etiamſi deberet comburi.

Item cum D. Cameracenſis & alter Epiſcopus pro Rege Romanorum coràm eo proponerent viam Ceſſionis, reſpondit quod ſi acceptaret, etiam cedente aduerſario, peccaret mortaliter: quod aliàs pluries dixit.

Item vltro hoc dixit, quod ſi minis vrgeretur ipſe in deſpectu, Eccleſiam in tali ſtatu poneret, quod poſt mortem ſuam reparari non poſſet: quod non videtur ſine ſcrupulo hæreſis.

Item Cardinalibus & alijs tenentibus viam Ceſſionis, aduerſatus eſt etiam minas inferendo: imò etiam Magiſtrum Palatij, quia die Paraſceue in ſermone viam Ceſſionis commendauerat, incarcerari fecit & teneri per biennium, nullo poſtea audénte coram eo de vnione prædicare: imò ſemper ante prædicationem per ſuum Confeſſarium, aut alium inhibebatur prædicare volens ne de facto vnionis mentionem faceret.

Item quod Rege mittente ad Principes pro hac via, B. mittebat ad contrarium ibidem, vt factum fuit in Caſtella, in Aragonia, Scotia, & Almania & alibi fouendo Schiſma & contra iuramentum.

Item ſummatus iterum per Legatos Franciæ & Caſtellæ de dando pacem per viam mutuæ Ceſſionis, vel aliter quomodocunque intra certum terminum, hoc facere recuſauit per os D. Bonifacij quem poſt fecit Cardinalem, viam ſuam iuſtificando: & licet dixerit ſe notificare intentionem ſuam dictis Regibus, tamen nihil fecit.

Item quod dictos Legatos Franciæ, Caſtellæ & Angliæ Romæ euntes pro eadem cauſa ad Intruſum, callidè retinuit in verbis: & hoc pendente, miſit ad eundem Intruſum ad impediendum factum eorum vt aduerſaretur de reſponſione danda: quæ omnino fuit ſimilis illi quam fecerat dictus B. ex quo præſumitur Colluſio, provt etiam miſerat Intruſus ad B. quendam vocatum Thomam Deſpina quem ſecretè audiuit & remiſit enceniatum valde, antequam Duces Franciæ, de quibus ſupra, ad dictum B. venirent. Miſit etiam B. ad Intruſum Italicum & quendam nomine Bethulinum etiam ſecretè. Poſtmodum Intruſus miſit ad eum D. Philippum Brancarij militem de Neapoli qui fuit in Palatio hoſpitatus: & inhibitum fuit ei ne cum aliquo Cardinale loqueretur, niſi cum vno de parentela ſua; finaliter appunctuatum fuit per B. cum dicto milite quod ei reuerentiam Papalem exhiberet, & ſui ſimiliter Intruſo facerent: ſic confingens duos ſummos Pontifices. Quod B. cum dicto milite iterum miſit ad Intruſum, Epiſcopum Tiraſonenſem cum alijs ſupra, qui dixit quod reuerentiam Papalem exhiberet Intruſo, & ita factum eſt. Quæ Colloquia ſecreta ſine ſcitu Cardinalium, an dent cauſam ſuſpicionis quod velint tenere Eccleſiam ſic diuiſam, notetur: Cum etiam dimiſerint proceſſus contra alterutrum fieri ſolitos cum Clauſula de qua ſupra.

Item exoptata vnio, &c. quam etiam miſit Intruſo & per quam Intruſus de hæreſi ſuſpectus, pertinax Schiſmaticus, impœnitens poſſet eſſe Papa de facili, notetur an incidit in Caſu C. Anaſtaſius 19. diſt.

Item fecit muniri Palatium victualibus & armis inuaſiuis aptis ad ædificia deſtruenda & hominibus armorum, eos oſtendendo Cardinalibus intra Palatium exiſtentibus, & clauſis portis Palatij, vt à ſua opinione deſiſterent & ſibi adhærerent.

Item anno 1398. in Martio, omnes Cardinales conuocauit, quibus impetuosè inhibuit ne de via Ceſſionis amplius tractaretur, ſed teneretur via ſua; nec de melioritate viæ Ceſſionis & viæ ſuæ tractaretur amplius; ſed

cum difficultate conſenſit quod tres pro parte ſua & tres pro parte Cardi- 1403.
nalium eligerentur ad diſcutiendum de via ſua præcisè, excluſa via Ceſ-
ſionis penitùs, qui videns confutationem viæ ſuæ, noluit niſi ſemel, aut
bis teneri verbum adhuc in via ſua perſeuerans.

Item Magiſter N. Ameryci Ordinis Prædicatorum, Inquiſitor in Ar-
ragonia fecerat proceſſum contra quendam Vincentium eiuſdem Ordi-
nis; & reſtabat concludere in cauſa; & communiter tenebatur Conui-
ctus de hæreſi; dixerat enim quod Iudas habuerit veram pœnitentiam
ſalutarem, qui vnice cum confugit ad domum & ſeruitium B. tunc Car-
dinalis in Arragonia exiſtentis, ab eo fuit receptus & factus Confeſſor
ſuus: qui factus Papa mandauit pro proceſſu & illum comburi fecit;
nec inde videri potuit veritas de illa hæreſi. Notetur an inciderit in *C.*
Anaſtaſius allegato.

Item poſt per iſtum Confeſſorem Vincentium fecit pluries publicè con-
futari viam Ceſſionis; dixit quod eam proſequentes & recedentes ab obe-
dientia, erant Schiſmatici & viam B. plurimùm commendabat.

Item quod propter tales obſtinationes an. 1398. in menſe Iulij per Re-
gna Franciæ, Caſtellæ, Patriam Prouinciæ, Delphinatum, Comitatum
Veneyſſinum ab eius obedientia facta eſt ſubſtractio: imò etiam DD. Car-
dinales ab eius communione receſſerunt.

Item audita ſubſtractione B. mandauit congregari populum Auenio-
nenſem in domo prædicta: ibi per dictum Vincentium tria fecit proponi. 1.
reprobationem mutuæ Ceſſionis pro vnione Eccleſiæ. 2. iuſtificationem
viæ ſuæ erroneæ. 3. quod propter quemcunque caſum etiam ſi fruſtatim
deberet incîdi, nunquam acceptaret dictam viam, ne à ſuo propoſito
deſiſteret, requirens omneſquod aſſiſterent viæ ſuæ.

Item quod iterùm ad tentandum ſi poſſet emolliri, fuit ex parte Col-
legij Cardinalium per 4. Cardinales requiſitus de acceptando viam Ceſ-
ſionis ad bonum vnionis & ſcandalis obuiandum; ſed totum recuſauit
expreſsè: cum tamen per acceptionem huius viæ ſcilicet mutuæ Ceſſio-
nis, oſtendiſſet ſe verum Paſtorem dolentem de diuiſione matris Eccle-
ſiæ, ſcilicet mater volens diuiſionem filij euitare, de quo in Capitulo af-
ferte 1. habuiſſet Cardinales, Reges, Clerum & populum in adiutorium,
ſcandalis obuiaſſet, iuramentum ſeruaſſet, & dediſſet humiliter exem-
plum, & aduerſarium coëgiſſet ad id faciendum; aut eo nolente alios
prouocaſſet ad eum deijciendum; ex hoc pax Eccleſiæ extitiſſet; nec
veniſſet contra illud quod publice laudauerat per hoc dans occaſionem
multis variandi & temerandi iuramentum.

Item patet qualiter à ſe abjecit conſilium Cardinalium quorum con-
ſideratio agere debet in arduis, conſilium Regum, Principum ac Cleri
Majoris partis obedientiæ ſuæ, qui poterant iuuare ad vnionem, per hoc
formans Schiſma & reddens aduerſarium obſtinatum.

Item videns receſſum prædictorum ab obedientia dictus B. muniuit
turrim magnam ſupra Pontem Auenionenſem Gentibus & armis, & por-
tam claudi fecit, vt non pateret ingreſſus vel egreſſus ex parte Regni
Franciæ, & Pontem ligneum comburi fecit, & ex caſtro in quo erat con-
tra Ciues per modum inſultus fecit proijci lapides viritones & ignem: ex
quibus multi ſunt interfecti; domus combuſtæ, ſpecialiter Eccleſia Ca-
thedralis S. Mariæ, propter quæ oportuit Ciues vi capere dictam turrim
& palatium reſtinguere.

Item per medium quorundum Ambaſſiatorum Regis Arragonum qui
illis temporibus ad dictum B. mittebantur & ſacri Collegij fuit inter di-
ctum B & inter ciues accordatum quod ceſſaret via facti. Et dum Cardinales
& Ciues crederent eſſe pacificè; dictus B. fecit Pillardos & Gentes armo-
rum intrare comitatum Venayſſini: deprædauerunt, homines occi-
derunt, infinita mala fecerunt, & per flumen Rhodani ſimiliter in galeis
fecit intrare homines armorum qui impediti ventis & tempeſtatibus Dei
miſericordia propoſitum non impleuerunt. Et ad eandem obſtinationem

1403. » declarandam videtur ſatis ſeruire illa dilatio grandis comæ atque barbæ » quæque à SS. Patribus in diuerſis Concilijs eſt prohibita, quam ipſe B. » continuè detulit ab ipſo tempore.

» Item prædictis non obſtantibus, periurijs, dilationibus, obſtinationibus » eſt & in eiſdem perſeuerans, nihilominus celebrat non dijudicans Corpus » Domini ex quo Eccleſiam ſcandalizat, credens videlicet aut demon- » ſtrans non eſſe peccatum in tali ſtatu celebrare: ex quo ſuſpicio de hære- » ſi multiplex inſurgit.

» Quibus viſis notandum quod lex diuina talibus comminatur Zach. 11. » Ecce ego viſitabo Paſtorem qui delicta non viſitabit, diſperſum non quæ- » ret, contritum non ſanabit, & quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium » comedet, & vngulas eorum diſſoluet. O Paſtor & Idolum derelinquens » gregem! gladium ſuper brachia eius, & ſuper oculum dextrum eius; bra- » chium eius ariditate fucabitur & oculus dextræ eius tenebreſcens obſcura- » bitur; ad quod concordat Ezech. 34. Ex quibus patet quod talis Paſtor etiã » Papa adſtrictus lege diuinâ dejectionem meretur, &c. Quia ergo Schiſ- » maticos ad vnitatem Eccleſiæ non reducit, ſed in Schiſmate fouet & fir- » mat, nec ſuos nutrit, ſed diſſipat & diuidit contra legem Euangelicam » Io. 17. vbi præcipitur, vt vnum ſimus, & Apoſtoli, ſeruare vnitatem ſpi- » ritus in vinculo pacis, meretur dejectionem à ſua dignitate ex legis diui- » næ diſpoſitione. Et hoc ſit 1. Concluſio. 2. Concluſio; Recuſando Ceſſio- » nem & alias vias oblatas pro vnione in Eccleſia Dei procuranda, incurrit » B. pœnam periurij, quod tam graue & enorme eſſe deprehenditur, quan- » tum ex hoc euidentius ſequitur animarum periculum quaſi irreparabile: » & ſic viſis circunſtantijs enormius crimen infidelitatis & idololatriæ, 24. » quæſt. 1. non auferamus quod notorium reputatur, &c.

» 3. Concluſio eſt quia B. recuſauit Ceſſionem & alia ſupradicta, Schiſ- » ma nutrit & firmat, obedientiam diuidendo: firmat Schiſma & facit non » ſolum negligendo, ſed cooperando & authoritatem præſtando & con- » tra Religionem multa faciendo, prædicando & pertinaciter aſſerendo, » faciens Chriſtianos diſcedere ab Euangelij veritate, quo præcipitur vni- » tas in Chriſto, & ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vt dictum eſt » omnes quoad ſe attinet, venire facit, contra Artic. VNAM SANCTAM, &c. » contra quam peccant Schiſmatici qui inueterati & firmati hæretici cen- » ſentur, &c.

» 4. Concluſio quia D. B. turbat & peruertit generalem Eccleſiæ ſta- » tum, ſecundùm quem debemus eſſe ſub vno capite quem repræſentat ve- » rus Papa, etiam eius vicem gerit ſecundum iura vulgata: etiamſi ex hoc » contra fidem non peccaret verus Papa, ſi ſit in hoc pertinax, à Concilio ac- » cuſari poteſt, & fortius vbi ſtatum Eccleſiæ peruertendo Fideles facit à » fide, aut Euangelij veritate diſcedere, vt in caſu noſtro; quia in talibus » Concilio Eccleſiæ ſubeſſe facit dictum Gregorij 16. diſt. &c.

» 5. **Concluſio quia Benedictus non obſtantibus reſponſionibus & ra-** » tionibus ſupra tactis quibus nullo modo acquieſcere voluit, viam tenuit, » prædicauit, tenet & aſſerit pertinaciter à qua corrigi, aut auelli non po- » teſt, per quam Intruſus, de Schiſmate & hæreſi damnatus, ab Eccleſia præ- » ciſus & impœnitens non reconciliatus in Papam aſſumi poterat, eidem- » que Intruſo ſine Eccleſiæ & Cardinalium Concilio communicauit, & re- » uerentiam Papalem exhiberi voluit errori & operibus ſuis malis com- » municando, &c.

» 6. Concluſio quia B. proceſſum prædictum contra ſuum Confeſſo- » rem Vincentium comburi fecit, nec pati fecit vt veritas videretur, & » miniſtraretur Iuſtitia, ipſumque vt prius tenuit & tenet in ſua familia- » ritate, fautor & defenſor hæreticæ prauitatis exiſtit: quod quantum cri- » men ſit & quæ præſumptio inſurgat, colligitur in C. Excommunicamus » §. Credentes de hæreticis, &c. Pertinacia autem ſua euidenter videtur » deprehendi. 1. quia licet fuerint factæ monitiones per Cardinales, pluri- » bus præſentibus & oſtenſæ rationes de inutilitate viæ practicæ ſuæ ad

vnionem habendam, de periculis, dilationibus, erroribus in fide ſi ad ef- « ——
fectum deducerentur; ac per ſuos modo, Schiſma nutriebatur & nouum « 1403.
inducebatur, errores oriebantur & ſcandala; in Eccleſiæ ſtatus & ani- «
marum ſubuerſionem, pertinacius tamen opinionem ſuam tenuit, & «
errores tactos pertinaciter defendit & omnes vias oblatas refutauit, &c. «

Nunc reſpondetur ad aliqua quæ videntur eum excuſare. 1. quia B. «
obtulit viam Iuſtitiæ vt videatur veritas quæ vincit & prævalet: & ſic «
non eſt in culpa C. conſuetudo. 8. diſt. licet Ceſſionem recuſet; quia de- «
bet eſſe vltima, ſcilicet cum aliter ſcandalum Schiſmatis ſedari non po- «
teſt. Etſi Cardinalis, aut Rex ſcandalizatur, quia Ceſſionem offerunt «
& ſe ſubſtrahunt, cùm hoc ſcandalum oriatur ex malitia quia veritatem «
nolunt amplecti, & ex quadam auctoritate hoc defendunt, non eſt ve- «
ritatis perſecutio; propter hoc omittenda, vt dicit S. Thom. 2. 2. q. 97. «
art. 1. Sed iſta ratio non obſtat 1. quia pro veritate habenda amplius «
20. annis laboratum eſt, & conſtat quod non profuit, ex quo cum alijs «
multis neceſſitas Ceſsionis per Cardinales & alios concluſa fuit, iuxta §. «
pro graui, &c. cum aliter debitè Schiſma ſedari non poſsit, &c. Præter- «
ea illa via non excuſat, quia eſt plena erroribus, vt eſt deductum, cum «
non per Concilium vniuerſale quod ſemper refutauit, ſed per Compro- «
miſſum per quod Ius non habenti conſtitui non poteſt, nec illo titulus «
dari, nec vitium purgari. Et quod vno contradicente cuius interſit pro- «
vt de multis conſtat, effectum habere non poteſt, obtulerit veritatis pro- «
ſecutio cum certis pactis & modis à Iure reprobatis, &c. Præterea etſi «
ſcandalum ex eorum malitia proueniret & ſe ſubſtraherent, vel ex mali- «
tia in diuiſione permanerent, adhuc Ceſsio locum haberet, per C. *Niſi* «
cum pridem §. *propter malitiam, &* §. *pro graui*. Et ſi dicatur, non habet lo- «
cum quando malitia defenditur ex authoritate velut licitè vt in C. final. «
de Pe. diſt. 5. Hîc dicitur dupliciter quod veritas, vel rigor iuris non ob- «
mittitur, quando malitia, &c. Nec multitudini eſt ſtandum: hoc verum, «
quando non eſt periculum ſtandi iuſtitiæ, aut veritatem proſequi & illâ «
vti. Et ſic procedit objectio. Vbi verò veritas Iuſtitiæ, vel rigor iuris, ſi ob- «
ſeruarentur, inducerent maius periculum, aut ſcandalum, etiam licet ma- «
litia authoritate defendatur, relinquitur veritas Iuſtitiæ, vel rigor iuris; «
Probatur 4. diſt. denique 13. d. cap. 1. & 2. No. gloſ. 6. diſt. cap. 1. ſuper «
verbo Reſcindendo. Modò ita eſt quod per viam B. quam dicit Iuſtitiæ «
quæ plena eſt erroribus, & per quam non poteſt dari pax, vt dictum eſt, «
ſequerentur & animarum pericula & ſcandala inaudita & perpetuatio «
Schiſmatis. Ideo poſito quod hoc eſſet malitia quæ ex authoritate etiam «
defenditur vt licita, obmittendus eſt rigor Iuſtitiæ & veniendum ad Ceſ- «
ſionem in qua nullum peccatum, aut ſcandalum, ſed ſummum bonum «
conſiſtit, teſte Paulo Oroſio vbi ſupra. Et quod pro periculo Schiſmatis «
vitando obmittatur, veritas Iuſtitiæ, eſt authoritas Hieronymi quam in- «
ducit S. Thomas 2. 2. quæſt. 42. artic. penult. 1. art. facit C. ponderet in «
fin. I. diſt vt conſtitueretur. «

Puta ſic. 2. ſolutio. ad veritatem & iuſtitiam pertinet quod illa vtamur «
inquantum per illam proficere poſſumus, peccata corrigere & errantes «
emendare: cum ad illum finem veritas iuſtitiæ dirigatur 4. diſt. *factæ ſunt* «
leges. 23. qu. 5. *prodeſt*. Vbi ergo proſecutio Iuſtitiæ non poteſt præmiſſa «
complecti, ſed potius executio maiora mala induceret, obmittenda eſt, «
etiam ſi malitia defendatur 4. diſt. *denique*. Et B. Thom. vbi ſupra. Ita «
quod in tali caſu ſincera charitas ſubueniat, rigor iuſtitiæ prodeſſe non «
poteſt. C. *ponderet*, &c. Quæ charitas in dicto B. fuiſſet ſi Ceſsionem ob- «
tuliſſet, quando videbat proſecutionem Iuſtitiæ prodeſſe non poſſe, ſed «
potius obeſſe. «

Per præmiſſa ſoluitur quod allegatur pro via D. B. quod de titulo Be- «
neficiali poteſt fieri Compromiſſum per modum amicabilis compoſitio- «
nis iuxta C. ſuper eo de tranſact. Quod autem allegatur quòd aliàs de «
Schiſmate fuit Compromiſſum in Regem..... Non obſtat quia ibi vtraque «

pars conſenſit. Hîc diſſentit aduerſarius & multi alij quorum intereſt. Præterea ibi interuenit Concilium Prælatorum propter hoc conuocatorum: hoc autem Concilium refutatur per B. & ita de illo caſu ad præſens argui non poteſt: & ſic nec dicta via, nec eius oblatio iuuat B. permaximè cum Collegium Cardinalium contradicat illi viæ ex iuſtis & rationabilibus cauſis ſupra tactis, ſine quorum conſenſu talem ſubmiſſionem facere non poteſt, &c.

1403. " Nec obſtat quod allegatur, aut allegari poteſt per B quod ex quo ipſe offert viam Iuſtitiæ, licet viam Ceſſionis non acceptet, contumax, periurus vel pertinax dici non poteſt, donec hoc fuerit determinatum per Concilium iuxtà Gloſ. C. ſi duo 79. diſt. Quia cum euidens ſit, quod via ſua eſt erronea & nullo modo procedit, maximè contradicente aduerſario & alijs quorum intereſt, maximè etiam quia maior pars fidelium illam non complectitur: Et quod B. in hoc ſe ſubmiſit arbitrio Cardinalium, de hoc referre non poteſt quæſtionem; cum viam Ceſſionis medio iuramento acceptauerit, ſi DD. Cardinalibus, vel maiori parti expedire videretur, quibus ita viſum eſt; & ideo contradicere, vel recurrere ad alterius cognitionem non poteſt, &c.

" Nec excuſant B. proteſtationes per eum factæ quod generaliter tenet, quod prædicat & tenet Eccleſia Catholica & quod ſemper eſt paratus veritati acquieſcere; quia per factum contrarium ſublata eſt iſta proteſtatio; nam frequenter monitus, quod recederet à prædictis erroribus: & ſibi oſtenſum eſt publicè & ſecretè per claras rationes; ſed reſpondere noluit, aut acquieſcere obſtinatâ mente & pertinaciâ; & ſic non excuſat poteſtatio propter factum proteſtatum contrarium, De Leg. Inſtitutis *Cum Martinus*, cum noſtro. 24. q. 3. dicit Apoſtolus. Quod autem poſſet allegari pro ſententia Papæ præfertur ſententiæ Eccleſiæ iuxta Gloſ. C. *quodcunque* 24. qu. 1. & ſic via D. B. debeat præferri viæ Cardinalium & aliorum quoruncunque. Nec obſtat quod B. hanc prærogatiuam à ſe abdicauit, ſubmittendo arbitrio DD. Cardinalium expreſsè de Ceſſione cum iuramento; ideo contra hoc venire non poteſt, &c.

" Adhuc dicunt aliqui quod iurauit renuntiare, ſi Cardinalibus videretur expediens: ſed non iurauit offerre, nec alias vias de quibus ſupra tactum eſt, & ſic non poteſt notari de periurio. Dic quod tenetur per tenorem ſcedulæ iurare, per quam patet quomodo iurauit proſequi per omnes vias rationabiles ſine impedimento & dilatione vſque ad Ceſſionem incluſiuè. Et ideo vias præmiſſas refutando, & etiam Ceſſionem & impedimenta præſtando contra iuramentum à ſe præſtitum temerè venit; & ita de hoc reſtat iudicandum, attento tenore ſcedulæ: quo attento non periurium, ſed plura periuria commiſit, iuxta C. *ſicut, de Teſtibus.*

" Non obſtat ad præmiſſa, ſi dicatur quod B. non tenetur niſi alio cedere volente, & cum aduerſarius Ceſsionem recuſet, B. non tenetur Ceſſionem offerre: quia talis oblatio non prodeſt iuxta C. cum Contingat de Off. deleg. &c. quia ſcedula iurata hoc non habet. Et poteſt eſſe quod alio non cedente ſeu Ceſsionem non acceptante, Cardinales poſſent dicere quod B. cedat pro bono vnionis. Et ſi propter pertinaciam ſuam, vel aliter ſe inutilem redderet ad vnionem habendam: quo caſu ipſe cedere tenetur & illud poſſunt dicere DD. Cardinales fore expediens pro bono vnionis, & ipſo remoto, alius vtilis ad hoc ſubſtitueretur facit *C. niſi pridem* §. *propter malitiam*, & §. *pro graui*, &c Et ſic cum denegando Ceſsionem ſeu obligationem Ceſsionis diuiſerit à ſe Collegium, ac principales ſuæ obedientiæ Reges, ſine quibus viriliter ad vnionem intendere non poteſt, de iure & per iuramentum prædictum, ſi DD. Cardinalibus videatur expedire, provt dicunt, renunciare tenetur. Aliter dicitur, quod etiam aduerſario recuſante facere Ceſsionem, ipſe B. teneatur eam offerre; cum per hoc colligaſſet ſibi Collegium ſuum, Reges & Principes obedientiæ ſuæ, & ſic fortiorem ſe reddidiſſet, & aduerſarium debilitaſſet, & ad vnionem Eccleſiæ procurandam bonum exordium

dediſſet, ac etiam ſcandalum ſuæ obedientiæ euitaſſet & diuiſionem; cum ad omnia vtilia vnionis per iuramentum obligatus exiſtat, qui ſi pro præmiſsis aſſequendis & euitandis tenebatur ſe morti exponere, multò fortiùs Ceſsioni. 1403.

Nec obſtat quod dicit Gloſ. in ſumma 24. quæſt. 1. *Didicimus* quod Schiſma non cadit in Rom. Pontificem, vt ex hoc dicatur hæreticus; nec propriè in Schiſma cadit: quia eo reſpectu quo quis ſe diuidens à Capite Schiſmaticus dicitur, Papa Schiſmaticus dici non poteſt, cum à ſe ipſo vt eſt Caput Eccleſiæ, vel vice capitis gerens diuidi non poſſet; ſed eo reſpectu quo facit, vel patitur quod membra à ſua recedant obedientia, & inter ſubditos inualeſcat diuiſio, vel iam diuiſos fouet in Schiſmate, vnioni impedimenta præſtando, & extirpationem Schiſmatis negligendo, tunc Schiſmaticus dicitur & Schiſma fouere cenſetur, & erga Eccleſiam fidem non obſeruare, vt dicit textus 24. q. 1. &c. Non obſtat quod allegatur quod Roboam cuius culpâ decem tribus diuiſæ ſunt à Regno, tamen Schiſmaticus non dicitur; ſed ipſæ decem tribus ſe diuidentes, vt 7. q. 1. Denique, quia culpa Roboam non fuit cauſa immediata illius diuiſionis, ſed potius culpa patris ſui idola adorantis, vt patet in eadem hiſtoria. Sed culpa B. eſt cauſa proxima & immediata diuiſionis nouiter exortæ & durationis antiquæ. Et ideo Schiſmaticus dicitur, & Schiſma fouere cenſetur: ita ſoluitur contrarium quod formatur circa finem C. *cum in cunctis de Electione.* C. *Quia Diuerſitatem & Conceſſ. præb.* Præterea eſt opinio Innocentij C. *Inquiſition.* de ſentent. excomm. quod ſi Papa præcipiat aliquid quod ſapiat hæreſin: vel ex quo timeatur ſtatus Eccleſiæ perturbari, vel multa mala ſequi, ei non eſt obediendum; ſed ſi conſiderentur ea quæ ſupra præmiſſa ſunt; ex hijs quæ fecit & facit B. dixit & aſſeruit ac paſſus eſt, notatur ne dum de hæreſi, imò & clarè de Schiſmate, ac turbatur ſtatus vniuerſalis, & mala quæ enumerari non poſſunt, ſequuntur, & ideo ab eius communione recedi potuit; ad hoc ne pluſquam oporteat ſint ſubditi, quia ſic compellerentur eius vitia venerari.

Et licet prædicta ſupradicta in facto veritatem contineant, tamen oportet quod de prædictis B. audiatur & conuincatur, quod fieri non poteſt ſine Concilio ſuæ obedientiæ, quod eſt iudex competens iuxta No. art. 1. in fidei de hæret. in 6. cum alleg. per quod patet quod eſt neceſſe quod Concilium declaret vtrum Papa eſſe deſierit, vel à Papatu veniat deijciendus, vel non; aliter enim ſi ex prædictis cauſis Papa eſſe deſierit ante declarationem, alius loco eius eligendus non eſt: Cum nihil aliud eſſet quàm nouum Schiſma in Eccleſia inducere in magnum Eccleſiæ & fidei ſcandalum, vt docet experientia ex principio iſtius Schiſmatis; licet ante dictam declarationem ſcientes veritatem præmiſſorum potuerint à ſuo conſortio, ſeu communione recedere, vt ſupra eſt tactum.

Rex Aureliano ſuadente Concilium conuocat Prælatorum ad diem 18. Maij, quorum prætentatis animis, Aurelianus fautores ſuæ Partis conuocat die 28. abſente Rege, abſentibuſque Biturigum & Burgundorum Ducibus, & intellectâ vnanimi omnium voluntate Regem quoque facile adducit ad reſtituendam obedientiam. Ergo eadem die hora 3. poſt meridiem, abſentibus Prælatis Rex pro ſe & ſubditis Regni reddit obedientiam plenariam D. Benedicto, vt legitur in vetere MS Victorino, præſentibus Cardinalibus, Preneſtino qui Pictauienſis dicebatur, & SALVCIARVM ob hanc rem à Benedicto ad Regem miſſis. Cumque die 30. conueniſſent Prælati & alij Clerici, Franciæ Cancellarius expoſuit & declarauit factam à Rege determinationem prædictam ſuper reſtitutione obedientiæ, *quodque*, vt legitur in illo MS. *D. Dux Aurelianenſis ſe fecerat fortem de habendo Bullas D. Benedicti ſuper aliquibus contentis in ſcedulâ, cuius tenor ſtatim ſequetur; propter quod petebatur ab eiſdem Archiepiſcopis & Epiſcopis præſentibus, ſi videretur eis aliquid dictæ ſcedulæ addendum, diminuendum, aut corrigendum, aliquibus dicentibus ſe velle obedire in omnibus prædicti Regis ordinationi: alijs petentibus deliberationem ſe habere de prædictis*

1403. *cum ſuis Epiſcopis Prouinciæ. Cumque ſic haberentur negotia, repente ex parte Regis mandatum eſt pro dictis DD. Ducibus ibidem præſentibus, quatinus ad eum accederent apud S. Paulum, omnibus omiſſis. Erat autem tunc hora vndecima; & iam erat Rex promptus equum aſcendere pro eundo ad Eccleſiam B. Mariæ Cathedralem Pariſ. Eccleſiam, ad quam ſtatim iuit, & dicti Domini Duces cum eo: ac magna multitudo Prælatorum & Cleri: & ibidem in dicta Eccleſia dictus Dominus Cardinalis Preneſtinus Miſſam celebrauit de S. Spiritu, & M. Petrus de Alliaco Epiſcopus Cameracenſis fecit ſermonem ad Populum; in quo publicauit dictam Regis determinationem de reſtitutione, ac etiam tenorem ſcedulæ, de qua ſupra mentio & cuius tenor ſequitur.*

S'enſuit la copie de la Cedule faite de la voulenté & conſentement de Monſeigneur le Duc d'Orleans & publiée par le Roy, ſi comme il eſt dit cy-deuant, en l'Egliſe Noſtre-Dame de Paris.

„ LA determination & declaration faite par le Roy noſtre Sire, le 28. „ iour de May 1403. ſauue & demourant en ſa vertu & le ſerment par „ luy fait, preſens, &c. le Roy eſtant à Noſtre-Dame le plus ſolennelle- „ ment que faire ſe pourra, fera publier ſon intention & declaration deſ- „ ſuſdites, preſens Noſſeigneurs les Ducs.

„ 1. Item Monſeigneur le Duc d'Orleans ſe fait fort d'auoir Bulles de „ noſtre S. Pere, de l'acceptation de la voye de Ceſſion en trois cas, ſça- „ uoir, *Aduerſario cedente, decedente, vel ejecto*; cas contenus en l'inſtrument „ que Mondit Seigneur d'Orleans a ſur ce.

„ 2. Item que mondit Seigneur d'Orleans ſe fait fort, comme deſſus, „ d'auoir Bulles de noſtre S. Pere, par leſquelles il reuoquera toutes pro- „ teſtations, ſi aucuns en a faites, contre la voye de Ceſſion; & reuoquera „ & annulera tous procés, ſi aucuns en a faits, ou fait faire par occaſion „ de ladite ſubſtraction & qu'il ne fera faire doreſenauant.

„ 3. Item que des aucuns articles contenus ou Traitté des Cardinaux „ entant qu'ils regardent le Roy & ſon Royaume, Mondit Seigneur d'Or- „ leans ſe fait fort d'auoir Bulles, comme deſſus, afin que le Roy & autres „ de ſon Royaume s'en puiſſent aider.

„ 4. Item que nulle diſcuſſion ne ſera iamais faite de la ſoubſtraction en „ Concile general, ne autre part, & toutes iniures qui ont eſté faictes ou „ dictes à cauſe d'icelle & empeſchemens donnez d'vne part & d'autre „ ſoient annullez & pardonnez: & Mondit Seigneur d'Orleans ſe fait fort „ d'auoir Bulles, comme deſſus.

„ 5. Item que le Roy noſtre Sire, ſuppliera à noſtre S. Pere qu'il veille „ moderer les charges qui ſont ſur l'Egliſe de France: & noſdits Seigneurs „ les Ducs, par le commandement du Roy, feront diligence de ſe pourſuir „ **par deuers noſtre S. Pere.**

„ 6. Item le Roy, ne l'Egliſe de France n'entendent point que aucune „ choſe ſoit innouée és Collations & promotions faites par les Ordinaires „ pendant la ſubſtraction. Toutesfois ſi aucunes deſdites Collations & Pro- „ motions eſtoient alleguées, eſtre nulles, ou non valables, ou annullées par „ Symonie ou autre cauſe raiſonable ſelon droit, non touchant la ſubſtra- „ ction, le Pape en fera ou pourra faire ce qu'il appartient de droit, Iuſtice „ & raiſon. Et auſſi il pourra confirmer leſdites promotions ou aucunes „ d'icelles, au profit & faueur de ceux qui les ont euës par leſdites Ordi- „ naires. Toutes voyes aucun empeſchement ny ſera mis pour quelſcon- „ ques Reſeruations, ne vacation en Cour de Benefices qui ont vaqué du- „ rant la ſubſtraction.

„ 7. Item le Pape celebrera vn Concile general de ſon obeyſſance de- „ dans vn an ſelon forme de Droit, le pluſtoſt que faire ſe pourra, ou quel „ ſera traitté & appointé de la pourſuite de l'vnion deſſuſdite & des Re- „ formations & libertez de l'Egliſe, & des ſubſides & charges quelſconques

qui

qui ſont par la Cour de Rome ſur l'Egliſe de France. Et le Pape mettra « 1403.
à execution ce qui ſera appointé & ordonné audit Concile. «

8. Item pour auiſer aucuns expediens ſur ladite nomination & ſur la « pourſuite de l'vnion, Reformation & bon regime de l'Egliſe, ſeront par « ſe Roy & l'Egliſe de France en cette aſſemblée commiſes aucunes bonnes « perſonnes de grande Science & de bonne Conſcience, afin que la matie- « re qui pourroit eſtre traittée oudit Concile, ſoit aucunement par eux ad- « uiſée & diſpoſée. Signé, CHARLES, IEAN, LOYS, PIERRE. «

Interim tamen incerta Vniuerſitas quam in partem ſe verteret, plura Comitia celebrauit, nec facile conſenſus haberi potuit: Theologica enim Facultas, Natio Gallicana & Picardica reſtitui volebant obedientiam, Facultates verò Decretorum & Medecinæ cum Natione Normanica refragari videbantur, conabanturque in ſuas partes Anglicanam adducere. At illa 23. Maij congregata concluſit neutrius ſe partis futuram, vt habetur in actis illius diei, ita ſcribente Procuratore Nation. Anglic. *Factæ fuerunt congregationes Facultatis Theologiæ, Nationis Franciæ, ac etiam Picardiæ ſuper materia Eccleſiæ quando ventilabatur reſtitutio: quas Congregationes adiuerunt Decanus Facultatis Decretorum, ac etiam Procurator Nationis Normaniæ: fui requiſitus ab omnibus adire cum prædictis Decano & Procuratore Congregationes illas ad ſupplicandum ex parte Nationis, quatenus ſtarent in aliàs deliberatis per Regem & Vniuerſitatem, nec attentaretur aliquid in oppoſitum. Quia verò neſciui intentionem Nationis ſuper iſtà materià, feci congregationem Nationis die memoratà ad ſciendum qualiter Natio vellet me debere facere in materia iſta, &c. Natio deliberauit ſuper iſtà materià, quod nequaquam deberem me facere partem pro reſtitutione facienda, vel pro laborantibus pro reſtitutione, nec etiam deberem me facere partem cum laborantibus ad oppoſitum: & voluit natio pacificè ſe gerere in iſta materia: & fui requiſitus à pluribus in Natione, quatenùs Ego non adirem aliquem Principem cum Rectore ad ſupplicandum in prædicto negotio: nec eſſem in particularibus Congregationibus ſiue Conuocationibus factis per Rectorem, vnde quouis modo oriri poſſet ſuſpicio: ſed Natio dixit ſe velle deliberare quando in Generalibus Congregationibus, aut Facultatis, aut Vniuerſitatis haberet dicere ratione ſuam.*

Natio iſta Anglicana conſtantiſſima ſemper fuit, & licet cæteræ Facultates & Nationes initio Schiſmatis Clementi VII. obedientiam præſtandam eſſe cenſuiſſent, illa, licèt non ſpretis Clementis beneficijs & fauore quem pollicebatur, nunquam adduci potuit vt comprobaret eius electionem, hocque à Rege impetrauit, ne cogeretur id facere; itaque cum Rex 30. Maij an. prædicti 1403. litteras ſuas ad Facultatem Artium & ad Vniuerſitatem direxiſſet, vt ſecum reſtitutionem Benedicto facerent, illa ſola Bonifacio conſtantiſſimè obedientiam præſtitit: vt legitur in Actis illius diei. *Anno 1403.* die verò 30 Maij, &c. *Rex miſit quaſdam litteras Facultati Artium, ac etiam Vniuerſitati, facientes mentionem de reſtitutione obedientiæ, quia Rex reſtituit eam, quòd etiam Vniuerſitas reſtitueret. Natio ſuper hoc deliberauit ſic, quod ipſa priuilegiata manſit Pariſius de gratia D. Regis ſub obedientia alia, ſcilicet D. Bonifacij, in immunitate ſua dixit ſe velle ſtare ſub obedientia eius, ſicut ante ſtetit & ſemper de particularibus reſpicientibus iſtam obedientiam Benedicti, Natio ſe non intromiſit, quia Rex & Regnicolæ, qui obediunt illi, ſciunt quid habent agere.*

Poſt multas tandem altercationes Vniuerſitas, vnâ illâ exceptâ Natione, Regi ſuffragata eſt, ea lege, vt Benedictus promiſſis ſtaret. Ergo die 30. Maij reſtituitur obedientia Benedicto, in eamque rem conficiuntur litteræ Regiæ, quæ non fuerunt tamen in Acta Curiæ relatæ ante menſem Iunium anni ſequentis; tales autem ſunt.

1403. *Reſtitutio obedientiæ facta Benedicto XIII. an.* 1403.

" KAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Summus omnium bo-
" norum diſpoſitor & Creator qui ſua miſeratione nos ad Regni faſti-
" gium ſublimare dignatus eſt, cuiuſque Imperio cuncta creata ſubiecta
" ſunt, ſicut ſibi placitum eſt, de his quæ inter mortales agitantur, ordi-
" nat; itaque quæ per ſapientiam huius mundi concluduntur, interdum
" mutari diſponit, hominum quoque mentes ad hæc aptat, vt prudentiæ
" virtutem inſequentes, provt rerum ac temporum varietas exigit, ſic ſe
" temporibus accommodent. Sane ſatis & meritò meminimus, noſtræque
" mentis acies continua lugubrique meditatione reuoluit quæ & quanta,
" quàm dura, quámque nefanda peſtis huius virulenti Schiſmatis, proh
" dolor! nunc & ab inueteratis diebus in Eccleſia ſancta Dei diſcrimina
" parturijt, quot etiam per illud periculorum labyrinthis Orthodoxorum
" animæ ſubactæ ſunt. Pro cuius extirpatione feruenti deſiderio charita-
" teque ſuccenſi quibuſcunque modis & vijs poſſibilibus, nullis parcendo
" laboribus aut expenſis, pluribus congregationibus, frequentatiſque con-
" ſultationibus Prælatorum, Magnatum, Cleri & procerum Regni Del-
" phinatuſque noſtrorum ſuper hoc habitis; nec non Ambaxiatis ſolemni-
" bus quamplurimis apud Reges multos & Principes Chriſtianitatis ob
" hoc factis, totis niſibus curauimus laborare; & tandem vſque ad hoc de-
" uentum eſt, quod dictis Prælatis & Clero dicti Regni & Delphinatus
" noſtrorum Pontifici Papæ Benedicto XIII. obedientiam ſibi iam exhi-
" bitam debere ſubſtrahi quia viam Ceſſionis non acceperat ſibi oblatam
" ſub illa ſpe quod pro hoc vnio ipſius Eccleſiæ velocius ſequeretur. Qua
" quidem Concluſione ad effectum deducta, etſi ad eam inducendam mul-
" tæ cauſæ & rationes appeterent; tamen fructus optatus, ac exinde ſpe-
" ratus minimè ſecutus eſt, intruſuſque; cuius pertinacia propter hoc per
" ſubſtractionem ſuorum ſequacium flecti credebatur, nedum in aliquo
" depreſſus eſt, ſed in ſua duritia pertinaciùs, vt aſſeritur perſeuerat, dicti-
" que ſui ſequaces non modò ſe à ſua obedientia minime ſubſtraxerunt,
" verùm in ſua obſtinatione magis, ac magis roborantur. Quamobrem ijs
" in interiore noſtra meditatione penſatis fructum illum à dicta ſubſtractio-
" ne ſperatum ſubſequi non videntes: attendentes etiam quod provt ad
" noſtras aures per inſtrumenta publica & Chariſſimorum amicorum no-
" ſtrorum Pręneſtini & Saluciarum Cardinalium, aliorumque fide dignorum
" relatus iam deuenit, præfatus ſummus Pontifex viam Ceſſionis ab eo re-
" quiſitam acceptauit, ad finem quod per hoc vera vnio in Chriſti Ec-
" cleſia ſubſequatur. Quam quidem viam Ceſſionis Intruſus ſuper hoc plu-
" ries cum Inſtantia maxima requiſitus acceptare pertinaciter recuſauit:
" quanquam Sacrum Collegium ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalium quos
" inter cæteros intrinſeca huius rei penetratio mentalis accuratiùs punge-
" re videtur, præcedentibus maturis, conſultiſque deliberationibus, provt
" tantorum virorum diſcretorum intereſt & opus eſt, tanto facto inter ip-
" ſum ſummum Pontificem & eos, & agitatis & concluſis à ſubſtractione
" per eos dudum facta omnimodè deſiſtentes Præfato ſummo Pontifici ſuam
" plenam obedientiam reſtituere decreuerunt, firmiſſimè confidentes, vt
" aſſerunt, quòd per hoc ad dictam vnionem citius poterit deueniri. Qua-
" propter præmiſſis permotus noſter animus quem ſemper ad ea quæ dictæ
" vnionis proficua viderentur promptiſſimum habuimus & habemus, veſti-
" gia Progenitorum noſtrorum imitantes, qui nunquam in factis vniuer-
" ſalis Eccleſiæ defuiſſe leguntur, ſed ſemper in hijs adeſſe veritati; Notum
" facimus vniuerſis præſentibus & futuris quod Nos in Domino cuius cau-
" ſa agitur, ſpem ponentes quod per reſtitutionem obedientiæ per Nos
" dicto ſummo Pontifici faciendam amœna pacis Eccleſiæ ſanctæ Dei ſola-
" tia, nobis cæteriſque Principibus huius obedientiæ inuicem in veræ fidei
" charitate vnitis, poterunt facilius & citius procurari; de conſilio & aſſenſu

Chariſſimorum Patruorum noſtrorum Ducum Bituriæ & Burgundiæ, Germanique noſtri Ducis Aurelianenſis & auunculi noſtri Ducis Borbonij, de conſilio præterea Prælatorum, *Vniuerſitatum Pariſienſis, Toloſanæ, Angedauenſ. & Monſpeſſul.* Procerum ac Nobilium plurimorum Regni noſtri ſuper hoc ex intentione à nobis euocatorum, in ipſius Dei nomine quem ſolum habemus præ oculis, ipſam ſubſtractionem in dictis Regno & Delphinatu noſtris de cætero ceſſare & nullius roboris in futurum eſſe decernentes, veram obedientiam Præfato ſummo Pontifici Benedicto Papæ XIII. pro nobis toto Regno & Delphinatu prædictis ſubditiſque noſtris quibuſque & cuiuſque ſtatus & conditionis exiſtant, de noſtrâ certâ ſcientiâ, maturâque deliberatione habitâ cum prædictis reſtituimus; eidemque ſummo Pontifici tanquam Papæ & vero Vicario D. noſtri Ieſu Chriſti deinceps per ipſos ſubditos noſtros obediri volumus, declaramus, ſancimus, præcipimus & mandamus; ſicut anteactis temporibus ſummis Pontificibus S. Rom. Eccleſiæ per eoſdem extitit obeditum; diſtrictius inhibentes cunctis ſubditis noſtris iam dictis, quatenus Sanctionem & declarationem noſtras preſentes nullatenus infringere præſumpſerint; ne indignationem noſtram cum graui animaduerſione ſe ſenſerint incurſuros. Mandamus inſuper & expreſſius iniungimus vniuerſis Iuſtitiarijs noſtris & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quatinus reſtitutionem huiuſmodi & omnia ſupraſcripta in cunctis locis famoſis & notabilibus Iuriſdictionum ſuarum, vt ad omnium notitiam deducantur, faciant ſolemniter ac etiam celeriter publicare, & quos contra facere repererint, grauiter ſic puniant, quod cæteris cedat in exemplum. Quod vt perpetuæ ſoliditatis robur obtineat, noſtrum præſentibus fecimus apponi ſigillum. Datum Pariſius, die penult. Maij an. Domini 1403. & Regni noſtri 23. Sic ſignatum per Regem, DD. Ducibus Bituriæ, & Burgundiæ, Aurelian. & Borbonij vobiſque & quamplurimis alijs de Magno Conſilio præſentibus. P. FERRON. lecta & publicata in Curia 19. Iun. 1404. Sign BAYE. 1403.

Hoc modo Reſtituta eſt Benedicto Obedientia: & quia ſubſtractionis tempore Ordinarij plurima Beneficia contulerant, Rex alijs literis notum eſſe voluit, eiuſmodi Collationes pro eo tempore factas valituras, deinceps verò Benedictum ſuo iure vſurum.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous ceux qui ces preſentes lettres verront, Salut. Sçauoir faiſons que comme à grande & meure deliberation, & par le Conſeil des Seigneurs de noſtre Sang & lignage, des Gens de noſtre grand Conſeil, les Prelats de S. Egliſe, Vniuerſitez & Clergié de noſtre Royaume, pour le bien & auancement de l'vnion de S. Egliſe & autres Cauſes iuſtes & raiſonables qui à ce nous meuuent. Nous & l'Egliſe de noſtre Royaume & du Dauphiné, nous feuſſions pieça fouſtraits de l'obeïſſance de noſtre S. Pere le Pape Benedict & euſſions ordonné queau Pape, à ſes Collecteurs, Procureurs & Officiers quelconques de quelque eſtat qu'ils feuſſent, ne ſeroit rien payé de Finances, prouffits, emolumens & charges quels qu'ils feuſſent & qu'ils ſouloient prendre & leuer parauant. Et que quand les Prelatures, Dignitez & Benefices Electifs ſeroient vacans, il y ſeroit pourueu par ceux auſquels l'élection en appartiendroit de droit & de couſtume. Et que les autres Benefices ſeroient conferez par les Ordinaires auſquels la collation en appartenoit, ſi comme il appert par nos lettres faites & publiées ſur ladite ſubſtraction. Et depuis pour pluſieurs cauſes & raiſons qui ſont ſuruenuës, & principalement en eſperance d'auancer le fait de l'vnion de l'Egliſe: Nous pour noſtredit Royaume & Dauphiné ayant rendu l'obeyſſance à noſtredit S. Pere pour le temps lors aduenir. Et faiſant ladite Reſtitution pour tenir les Egliſes & perſonnes Eccleſiaſtiques en paix & tranquillité, fut noſtre intention & ordonnaſmes entre autres prouiſions & ſeuretez que tout ce qui auoit eſté fait durant

le temps de ladite ſubſtraction tant de promotions comme de prouiſions
1403. » de Benefices & autrement ſelon la forme & teneur de noſdites lettres,
» demouraſt en ſa force & vertu, & ce nonobſtant quelconques Reſerua-
» tions de Cour de Rome qui puiſſent eſtre au contraire. Et ainſi le fiſmes
» publier en plein Sermon en l'Egliſe Noſtre-Dame de Paris, le iour que
» ladite Reſtitution d'obeyſſance fut publiée. Et il ſoit ainſi qu'il ſoit ve-
» nu à noſtre Cognoiſſance que noſtredit S. Pere, par importunité de re-
» querans ou autremẽt s'efforce ou veut s'efforcer d'empeſcher les Arche-
» ueſques, Eueſques, Abbés, Prieurs, Chanoines & autres Gens d'Egliſe
» qu aucuns d'icelles és Prelatures, Dignitez & Benefices auſquels ils ont
» eſté pourueus & qui leur ſont conferez par les Ordinaires durant le temps
» de ladite ſubſtraction par vertu de noſdites Lettres & Ordonnances, &
» entend de debouter leſdits Prelats, Beneficiers & perſonnes d'Egliſe ou
» aucuns d'eux de leurs Prelatures, Dignitez & Benefices par voyes de
» Priuations, de Tranſlations, de Suſpenſions ou autrement & les confe-
» rer à autres perſonnes à ſon plaiſir, ſous ombre deſdites reſeruations ou
» autrement: Et outre il a enuoyé Collecteurs & Commiſſaires par les
» Prouinces & Dioceſe de noſdits Royaume & Dauphiné, leſquels pour &
» ou nom de luy & de ſa Chambre, veulent exiger les ſeruices ou vacans des
» Prelatures, contreindre & ont commencé à contreindre les perſonnes
» d'Egliſe, tant Prelats comme autres par monitions, excommunications
» & autrement indeuëment à payer tres-grandes & exceſſiues ſommes de
» deniers pour les reſtes des vacans ou ſeruices du temps paſſé depuis 40.
» ans ou plus, & auſſi pour les reſtes des Procurations & dixieſmes qu'il
» demande pour le temps deſſuſdit, & par eſpecial veult exiger les ſer-
» uices ou vacans des Prelatures, Dignitez & autres Benefices qui ont
» vaqué & ont eſté conferez par les Ordinaires, comme dit eſt, le temps de
» ladite ſubſtraction durant: & venant directement contre la forme & te-
» neur de noſdites lettres de ſubſtraction d'obeyſſance, & auſſi contre les
» Prouiſions & ſeuretez par nous ordonnées & declarées quand nous auons
» rendu ladite obeyſſance à noſtredit S. Pere, qui ſeroit contre toute rai-
» ſon & contre l'honneur de nous, de ceux de noſtre lignage & de noſtre
» Conſeil, & du Conſeil de noſtre Royaume & Dauphiné à tous ceux qui
» ont eſté conſentans de ladite ſubſtraction, & ſeroit ſemer debats, diui-
» ſions & haines entre nos ſubjects, tant Clers comme Laïs; & auſſi par tel-
» les Exactions ſeroient vuidées les finances de noſdits Royaume & Dau-
» phiné, & les perſonnes d'Egliſe miſes à telle pauureté & confuſion par
» Sentence d'excommuniement & autrement, qu'il faudroit que le diuin
» ſeruice ceſſât & ſeroit tout empeſché le fait deſſuſdit de l'vnion de l'E-
» gliſe & s'en pourroient enſuiuir pluſieurs autres inconueniens. Pourquoy
» nous ces choſes conſiderées, & que nous ſommes Gardien & Protecteur
» des Egliſes de noſdits Royaume & Dauphiné, voulant obuier aux incon-
» ueniens deſſuſdits & garder les libertez, droits & franchiſes des Egliſes
» comme tenus y ſommes; par grande & meure deliberation auons ordon-
» né & ordonnons par ces Preſentes que tous ceux qui ont eſté pourueus
» à Prelatures ou autres Dignitez & auſquels aucuns Benefices ont eſté
» conferez par les Ordinaires, comme dit eſt, ladite ſubſtraction durant,
» ſuppoſé que leſdites Prelatures, Dignitez ou Benefices feuſſent aupa-
» uant reſeruées, demeurent pareillement en poſſeſſion & ſaiſine de leurs
» Prelatures, Dignitez & Benefices & qu'ils en iouyſſent ſans empeſche-
» ment quelconque, & qu'ils ne ſoient contrains à payer au Pape ou à ſes
» Collecteurs ou Commis ou autre quelconque; aucune finance pour occa-
» ſion de vacans, de ſeruices, de procurations, dixiemes ou autres redeuance
» de quelconque temps que ce ſoit. Et en outre que toutes autres Gens d'E-
» gliſe de quelconque eſtat qu'ils ſoient, qui ont eſté promeus à Prelatu-
» res, Dignitez ou autres Benefices quelconques auant le temps de ladi-
» te ſubſtraction, & auſſi ceux qui ont eſté promeus depuis le temps que
» nous auons rendu l'obeyſſance à noſtredit S. Pere, ne ſoient tenus payer

aucuns arrerages pour vacans, ſeruices, procurations, dixieſmes ou autres charges quelſconques aux Collecteurs, Commis ou autres Officiers de Cour de Rome, de tout le temps pendant ladite reſtitution d'obeyſſance & qu'ils en demeurent quittes & paiſibles. Et ſe és poincts deſſuſdits ou aucuns d'iceux le Pape, ſon Chambellan, ſes Commiſſaires, Iuges deleguez, ſes Collecteurs ou autres Officiers quelſconques de Cour de Rome du Pape, ou d'autre vouloient faire le contraire, nous ne voulons que aucunement y ſoit obey en noſdits Royaume & Dauphiné: & commandons & defendons eſtroittement à tous Archeueſques, Eueſques, Abbez, Prieurs, Chapitres, Conuens & autres perſonnes Eccleſiaſtiques ayans dignitez ou autres Benefices, qu'ils n'obeyſſent en aucune maniere à ceux qui voudroient aucune choſe attenter, deroger ou preiudicier à nos preſentes Ordonnances. Si donnons en mandement, &c. Donné à Paris le 19. iour de Decembre, l'an de grace 1403. 1403.

Entiere & pleine Reſtitution d'obeyſſance au Pape Benoiſt XIII.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE, A tous Ceux qui ces preſentes verront, Salut. Comme aprés ce que par grande & meure deliberation de noſtre Conſeil & en entention que pluſtoſt, plus aiſement, plus conuenablement feuſſent & ſoient trouuées voyes conuenables par leſquelles noſtre mere S. Egliſe qui longuement a eſté diuiſée, donc c'eſt grand douleur, peuſt eſtre reduite à vnion, nous euſmes rendu & reſtitué à noſtre S. Pere le Pape Benoiſt XIII. pleine & entiere obeyſſance par tout noſtre Royaume & en noſtre Dauphiné, eſquels par aucuns temps parauant en eſperance que par ce ladite vnion ſe deuſt pluſtoſt enſuir, elle luy auoit eſté ſoubſtraicte: nous euſſions ordené que noſtre tres-cher & tres-amé frere le Duc d'Orleans allaſt de par nous deuers noſtredit S. Pere pour luy requerir qu'il luy pleuſt octroyer ſes Bulles ſur aucuns articles contenus entre les autres en vne certaine ſcedule, laquelle fut leuë en plein Sermon, quand nous fiſmes publier ladite Reſtitution d'obeyſſance, deſquelles octroyer par noſtredit S. Pere, noſtredit frere s'eſtoit fait fort, & auſſi pour luy requerir qu'il luy pleuſt condeſcendre à certains autres articles declarez & ſpecifiez en ladite ſcedule leſquels auoient eſté aduiſez pour le bien de l'Egliſe vniuerſelle en faiſant ladite reſtitution. Comme auſſi pendant le temps que noſtredit frere a eſté deuers noſtredit S. Pere & aſſez toſt aprés ſon partement, pour ce que par aucuns fut dit & diuulgué que noſtredit S. Pere n'auoit mie entention de octroyer leſdites Bulles ne de condeſcendre auſdits Articles, & ainçois que l'on ne ſçeuſt, ne peuſt ſçauoir ce que noſtredit frere en auoit beſongné deuers noſtredit S. Pere, certaines lettres en noſtre nom & paſſées en noſtre Conſeil ayent eſté publiées en noſtre Parlement à Paris & ailleurs en pluſieurs lieux en noſtre Royaume par leſquelles peut ſembler a aucuns eſtre aucunement derogé à ladite Reſtitution d'obeyſſance par nous renduë & faite à noſtredit S. Pere comme dit eſt: deſquelles lettres l'en dit la teneur eſtre telle. CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV, &c. C'eſt la precedente du 19. Decembre 1403. Et depuis aſſez grand temps ladite publication deſdites lettres noſtredit frere ſoit retourné deuers nous de deuers noſtredit S. Pere; Et aprés qu'il Nous a fait ſa relation en noſtre Conſeil, où eſtoient lors noſtre tres-cher & tres-amé Couſin Loys Roy de Ieruſalem & de Sicile; Nos tres-chers & tres-amez Oncles, Freres & Couſins, les Ducs de Berry, d'Orleans & de Bourbon, les Comtes de la Marche d'Armagnac, le Sire d'Albret Conneſtable de France, pluſieurs Prelats, Barons, Cheualiers & autres Notables perſonnes de noſtredit Conſeil. *Le Recteur & pluſieurs Maiſtres & autres Suppoſts de noſtre Chere & amée fille l'Vniuerſité de l'Eſtude de noſtre ville de Paris* & pluſieurs autres en moult grand nombre, de ce que il a beſongné vers noſtredit S. Pere: en laquelle

1403. " relation faiſant il nous a dit & ſignifié la bonne & entiere volonté que " noſtredit S. Pere a de pourſuir à ſon pouuoir par toutes bonnes voyes & " manieres qui pourront eſtre aduiſées, ladite vnion de noſtredite mere " S. Egliſe, & le plus briefuement que faire ſe pourra; & nous a monſtré les " Bulles de noſtredit S. Pere faictes ſur les articles contenus en ladite ſce- " dule, deſquelles auoir il ſe eſtoit fait fort de noſtredit S. Pere comme " deſſus eſt dit, & auſſi certaines autres tant ſur aucuns des autres articles " de ladite ſcedule, comme ſur autres choſes faiſans au grand bien, & à la " reparation de ladite Egliſe vniuerſelle: leſquelles Bulles ont eſté leües " publiquement en noſtredit Conſeil & preſens les deſſuſdits. Et auec ce " Nous a dit & recité que noſtredit S. Pere à noſtre Requeſte ſe eſt con- " deſcendu à moderer les Charges de l'Egliſe de noſtredit Royaume & " Dauphiné, tant pour le temps paſſé comme pour le temps auenir, & " deſia a pour ce ordené & deputé certaines notables perſonnes, auec " pluſieurs autres grandes & notables paroles à luy dites par noſtredit S. " Pere touchant ces faits deſquelles mettre à effet, Noſtredit S. Pere eſt " en tres-bon & ferme propos & volonté, ſi comme noſtredit frere nous a " relaté publiquement en noſtredit Conſeil. Sçauoir faiſons que aprés ce " que ſur la Relation de noſtredit frere nous auons eu meure & grande de- " liberation, auec pluſieurs grands, ſages & notables, tant des plus prou- " chains de noſtre Sang, comme de noſtredit Conſeil, conſiderans ladite " affection que noſtredit S. Pere a, & les voyes qu'il offre pour venir le " plus briefuement que faire ſe pourra à ladite vnion, la diligence qu'il y " met & ſe offre à y mettre, & les bonnes manieres qu'il y veut eſtre tenuës, " comme noſtredit Frere nous a relaté, auquel nous adiouſtons en ce " pleine foy & pluſieurs autres choſes qui à ce font à conſiderer; en en- " ſuiuant la voye par nous priſe de ladite Reſtitution d'obeyſſance faicte & " renduë à noſtredit S. Pere, & en la confortant & corroborant, auons ren- " du & rendons graces à Dieu du bon propos auquel eſt noſtredit S. Pere, " comme eſtre le doit ou fait deſſuſdit & auons acceptables tant les reſ- " ponſes qu'il a faites à noſtredit frere, comme tout ce que noſtredit fre- " re a beſongné és faits touchant ladite Egliſe pour leſquels nous le auions " enuoyé deuers luy & en remercions noſtredit S. Pere de bon cuer. Et " leſdites Bulles apportées par noſtredit frere auons fait prendre & rete- " nir pour nous & en noſtre nom, par noſtre amé & feal Chancelier pour " icelles eſtre miſes & gardées en noſtre threſor; & auons ordené, vou- " lons & mandons que nos lettres faites ſur ladite Reſtitution ſoient pu- " bliées par tout noſtre Royaume & en noſtre Dauphiné, ſe elles ne le ont " eſté, & quelles ſoient tenuës & gardées ſelon leur forme & teneur. Et " pour ce que noſdites lettres deſſus tranſcriptes derogent aucunement, " comme il peut ſembler à ladite Reſtitution d'obeyſſance par nous faite " à noſtredit S. Pere, Nous par la deliberation de noſtredit Conſeil les " **auons reuoquées, caſſées & rappellées, & par ces preſentes les reuo-** " quons, caſſons & rappellons; Et voulons que les choſes & beſongnes " ſoient & demeurent en tel eſtre comme elles eſtoient auant le date deſ- " dites lettres deſſus tranſſcriptes & la Conceſſion, ou Confection d'icelles; " Et en outre voulons & mandons que nonobſtant icelles ſoit obey par- " tout noſdits Royaume & Dauphiné & par tous nos ſubjets, à noſtredit " S. Pere & à ſes Officiers, Collecteurs & autres, ainſi & par la forme & " maniere que es temps paſſez parauant ladite ſubſtraction, y a eſté à luy " & à ſes predeceſſeurs qui ont eſté pour le temps. Si donnons en man- " dement, &c. Donné à Paris le 9. iour de Iuin, l'an de grace 1404 & le " 24. de noſtre Regne.

Plurimi Hiſtorici accuſant Conſilium Regium leuitatis & imprudentiæ, quod Reſtitutionem obedientiæ concluſiſſet inconſideratius: cum in eo nihil cautum eſſet de Confirmatione Electionum, Conſecrationum, Collationum quæ tempore ſubſtractionis ab Ordinarijs factæ fuerant. Nam cum in eam rem miſſi fuiſſent ad Benedictum Legati Regij &

Vniuerſitatis, ille in ſuâ ferociâ perſeuerans, confirmationem quam petebant, omnino denegauit. Princeps Legationis Vniuerſitatis fuit M. Io. Gerſon Cancellarius; cuius ad Benedictum Orationem ſubijcimus. 1403.

Oratio Legatorum Vniuerſitatis ad Benedictum XIII.

BENEDIC hereditati tuæ, SANCTISSIME PATER BENEDICTE! Benedic, obſecramus, vt ſecundum nomen tuum ſit, & laus & operatio tua det benedictionem. Benedictus quoniam abſque benedictione præuia eloquium noſtrum prorſus eſſet inualidum, eloquium, inquam, quod ego ſeruus tuus pro parte & nomine hereditatis tuæ peculiaris quæ eſt VNIVERSITAS PARISIENSIS Præclariſſima abſque dubitatione & Primogenita ſtudiorum habiturus ſum cum iſtis Legatis ſuis præclariſſimis & probatiſſimis certè viris Sanctitati tuæ fideliſſimis, quibus aſſociatus ſum immeritus & dux verbi factus; & hoc te propitio PATER BEATISSIME, te benedicente, te benigno. Alioquin niſi tu Dominus dederis benignitatem, terra noſtra quæ eſt hereditas tua, quo pacto dabit fructum ſuum? Niſi benedictionem dederit Legiſlator, ſubditi quibus paſſibus ibunt de virtute in virtutem? Denique niſi tu Dominus iuſſeris benedicere, quo auſu auderet Paruitas mea coràm ſumma tuæ Beatitudinis Celſitudine in conſpectu huius celebris Conuentus indignum os aperire. IGITVR BENEDICTE PATER SANCTE! benedic tu mihi, benedic & hæreditati tuæ. Hanc ergo benedictionis gratiam reportare ſperans à Beneuolentiſſimo & Sereniſſimo Sanctitatis tuæ Spiritu, aperio rurſus fidenter os meum vtens compellatione ſingulari, non quidem pro indignitate, procul nefas tale, ſed pro ſingulari dignitate, ſicut tua ſingularis eſt dignitas, ne quis indignè ferat morem iſtum loquendi ad Deum & priſcam SS. Patrum & Oratorum conſuetudinem, & obſecrans dico Propheticâ imprecatione, *Benedic hereditati tuæ.* Hereditas hæc tua cuius benedictionem expetimus duplex inuenitur, Vniuerſalis & Partialis, iuxta quod Orationem noſtram in duos ſecernimus Articulos ſicut ad duo principaliter miſſi ſumus. Primum & hoc præcipuum eſt quærere pacem ſuper Iſraël hoc eſt ſuper Eccleſiam quæ eſt Vniuerſalis hereditas tua. Hereditas mea Iſraël, ait ille, cuius Vicarius es in terris, & à quo tu Paſtor illi, tu colonus & agricola ſupremus Prælatus es. Propterea ſanè cum B. Martino cuius inſtat Celebritas felicem hanc virtutum ſuarum conſummationem exiſtimare debes, ſi pacem Eccleſiæ integram reliqueris. Alter proinde noſtræ legationis articulus eſt benedictionem Gratiarum poſtulare pro altera hereditate tua quodammodo peculiari & quæ eſt Eccleſiaſticæ hereditatis pars quædam florentiſſima & præclariſſima & Electa, pace aliarum dixerim, de quo gloriari potes Prophetica exultatione, etenim hereditas mea præclara eſt mihi, hæc eſt humilis & deuota SANCTITATI TVÆ FILIA PARISIENSIS VNIVERSITAS quæ cum Iacob non dimittet te niſi benedixeris ei, conſurgente aurora benignitatis tuæ & ſerenitatis tuæ. Eget nimium vtraque hæreditas iſta benedictione tua, ne aperiente manum tuam, manum tuæ benedictionis omnia impleantur bonitate, & Domini ſit ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.

Inuaſit itaque hæreditatem Eccleſiæ aper de ſylua & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Oues quoque & cæteros armentorum greges hoc eſt populos ſimplices & omnes conditiones hominis miſerando more & execranda penitùs diuiſione diſperſerunt & hereditatem tuam vexauerunt; quam ego olim cladem Iuuenis Paſtorio carmine deplorans Etheus inquam.

1403.

Heu gregis impacata lues nimis! Heu graue ruris
Exitium experta! Heu pecoris pars altera ſemper
Aut perit externo inſultu, ſuffert vel acerbos
Hærentéſque cuti morbos, vicináve damna,
Qualia myſteria nunc patitur pecus, omnia poſtquam
Fato verſa malo tempus tulit, & fuit error
Rixáque Paſtorum ſub quem me & innocuus grex
Ductorem trepidat, fugiunt pars altera Tibrim
Pars Rhodanum, nullo incerto pars altera ſiſtit.

" Tuum verò eſt, Pater Beatiſſime, talibus hereditatis tuæ calamitati-
" bus obuiare, ſuæ deſolationi opem ferre; ſuum quoque maledictionis
" Schiſmaticæ opprobrium in Benedictionem pacis decoram & fortunam
" immutare. Oues in hac hæreditate tua diſperſæ ſunt, tu eas collige; con-
" fractæ ſunt, tu alliga: fauciæ ſunt, tu ſana; errantes ſunt, tu reuoca, per-
" ditæ ſunt, tu eas quæſitas & inuentas proprijs humeris & beatis benignus
" imponens gregi ſuo conſocia. Quod ſi aliquæ fortaſſis miſerabili viciſ-
" citudine mutatæ ſunt in lupos & belluas feroces & ſæuas, vt de ſocijs
" Vlyſſis per Circen Poëtica & moralis eſt narratio, tu eas non enecare,
" non perdere volueris. Bonis quidem & diſcholis debitor es, ſapientibus
" & inſipientibus; ſed potenti virtute benedictionis tuæ in miſericordia &
" manſuetudine tales rurſus in Ouium ſimplicitatem transformare ſtude:
" Si verſa eſt pars hæreditatis tuæ in amaritudinem & ſalſuginem, ob peſti-
" ferum Schiſma, in ſimilitudinem horrendi deſerti & vaſtæ ſolitudinis, ſi-
" cubi pro vuis labruſcæ, pro frugibus infelix lolium & ſteriles dominan-
" tur auenæ, vt Poëta loquitur: & vt ſcriptura ait, ſicubi terra maledicta
" ſpinas & tribulos germinat: Flabit Domine! ſpiritus tuus bonus & ſuauis,
" fluent aquæ gratiarum, pingueſcent ſpecioſa deſerti & tuæ benedictionis
" irroratione renouabitur facies terræ, facies vniuerſalis hæreditatis tuæ.
" Nam & matrem humoris Philoſophi Lunam vocant. At dices, magna
" ſunt iſta nimis. Magna ſunt, nec inficior, Pater Beatiſſime! imò maxima,
" ſed virtus Dei cui inniti te conuenit, immenſa eſt. Omnia poſſum, inquit
" Apoſtolus, in eo qui me confortat Chriſtus. Sed maledictus qui confi-
" dit in homine & ponit carnem brachium ſuum. Magna ſunt propterea,
" magno egent ſtudio, cura, ſolicitudine, vigilijs & labore. Nam vbi in-
" tenderis ingenium, valet, ait Iulius Cæſar apud Saluſtium. Magna ſunt,
" propterea deſerenda ſunt exigua, & diſpertienda linquendaque mino-
" ribus. In hoc opus vnum præcellentiſſimum figendi ſunt conſiderationis
" oculi, mittenda eſt manus ad fortia, tempus quoque res omnium rerum
" pretioſiſſima, in alijs non niſi parciſſima raritate diſpenſandum, alioquin
" tale aliquid fieret quaſi quis piſcaretur hamo aureo; iuxta verbum vnius
" **è Cæſaribus, aut quaſi vile aliquid quæreretur in tenebris** cum cereo 100.
" aureorum; alioquin præterea rediret illa inculpatio Hietro ad Moyſen,
" ſtulto labore conſumeris. Sic Petrus Clementem, ſic Bernardus Euge-
" nium, imò ſic Apoſtolus Diſcipulum ſuum chariſſimum monuerunt. *Ne-*
" *mo militans*, &c. *Secularia Iudicia*, &c. Et in Actibus Apoſt. *non eſt æquum*,
" &c. Notiora ſunt hæc quàm vt allegationibus indigeant. Magna deni-
" que ſunt iſta pacis vniuerſalis opera, quamobrem ea tecum à multis quæ-
" rere conuenit: Nam vulgato prouerbio quod à pluribus quæritur, citius
" inuenitur; & vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, &c. in-
" quit Chriſtus, &c. Et quis eſt, ô Deus æquiſſime! quis eſt ex Chriſtianis
" Eccleſiæ filijs, qui non inniti debeat pro ſua portione & vocatione tan-
" tis opitulari miſerijs? Quis tam luctuoſæ deſolationi? quis labefactioni
" tantæ hereditatis tuæ non condolebit & condolens quis pro viribus non
" obuiabit? Sed neque hoc prohibere quiſquam niſi mentis inops volue-
" rit, vt in communi periculo commune ſit auxilium. Quod ſi parum proſ-
" perè ſucceſſit hactenus labor plurimorum, non ideò deſperandum, non

ſuccen-

ſuccenſendum eis, non ſpernendæ prorſus operæ. *Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger. Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.* Neque enim qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Chriſtus. Et non mentiebatur qui dixit: *Timidæ ſunt & incertæ prouidentiæ noſtræ.* Si poſt primum naufragium Nauta nauem, & poſt prima vulnera miles aciem, & poſt vnam ſterilitatem Ruſticus agrum deſereret, adſcriberetur hoc non cautelæ, ſed ignauiæ; & qui ſic conſuleret, ageret inſulſè. Benjamitæ iuſſu Domini bis deſcenderunt in prælium, bis victi ſunt, vt primum purgati, humiliati & eruditi victoriam tertio prælio ſortirentur. Super omnia poſt opitulationem diuinam ſi pacem vniuerſalem quærimus, non inefficaciter perquiramus, quæratur neceſſe eſt concors vnio huius obedientiæ tecum Pater Beatiſsime & ſecum, hoc eſt in capite & membris præſertim in præclariſsimo, potentiſsimo, Chriſtianiſsimo Franciæ Regno, cuius laudes quia per ſe celebres ſunt, non enumero. Pax malè per Schiſma & contentiones quæritur: Nam vbi diuiſio perſeuerat, audiatur quod omne Regnum intra ſe diuiſum deſolabitur, & quia *conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe.* Abſint igitur procul omnes animoſitates odioſæ. Non fiat aſpectus retrorſùm in quibus periculis & procellis Nauis Eccleſiæ hactenus iactata ſit, ſed docti ab Apoſtolo extendentes nos & velum in anteriora, portum pacis optatum concordi laboris anniſu petamus. Docent nos hiſtoriæ Gentilium præſertim Romanorum Conſulum qui licet aliunde diſſiderent hoſtiliter, mox in amicitiam conueniebant, dum Reipub. pax & vtilitas quæreretur. Hoc T. Liuius, hoc Valerius exemplis docent, & vetere Græcorum inſtituto Chariſtia ſeu communis Gratia fiebat pro communi vtilitate, non prorſus diſsimiliter ab anno Iubilæo Iudæorum. Quod ſi filij Iſraël animo pacifico ibant ad prælium, filij Eccleſiæ quibus animis debent quærere pacis bonum? Si Herodes & Pilatus facti ſunt amici ad perſequendum Chriſtum, qualis debet eſſe pax ad eundem adorandum? His exemplis cum certa ratione permota humilis & deuota S. T. filia quamprimum vniuit ſe in ſe reuocans omnes perditos à ſuo conſortio vel gremio quomodolibet alienatos, & ad honores priſtinos reſtituens, monens inſuper & maternaliter iubens vt iniuriarum præteritarum nemo memor ſit amplius; ſed honori matris & vtilitati pacis omnia condonentur. Recedant vetera, noua ſint omnia, quatenus liberioribus animis eò pax vniuerſalis quæratur, quò nulla particularis obſtiterit diſcordia. *Concordiâ*, inquit Saluſtius, *paruæ res creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.* Quid quod Concordiam Fratrum Prædicatorum antea ferè deſperatam operata eſt, commemorans & literis ſuis inſerens zelum grandem quem pro eadem concordia dudum Pariſijs oſtenderas, ſtudens in hoc & ſperans filia tua tuæ Sanctitati non mediocriter complacere. Habes igitur, Pater Beatiſsime filiam Pacificam & Euangelicæ Beatitudinis participem, dignam inſuper quæ ad pacem vniuerſalis hæreditatis tuæ quærendam admittatur vt dicat ex ſententia; facta ſunt coram eo quaſi pacem reperiens. Scit ipſa quoniam tale eſt pacis bonum, vt multa propter eam tolerare, multa indulgere, diſsimulare plurima, quæ vel corrigi, vel ad regulam duci nequeunt oportet. Hoc SS. Patres ſcriptis ſuis, hoc exemplis docuerunt. Habentur in promptu dicta eorum in Decretis & alibi copioſè. Sed eorum dicta nunc allegare quotando, coram ſcientibus legem loquor, & vbi res in ſe perſpicua eſt, ſuperfluum, ne dicamus curioſum iudicamus & à SS. Patrum veſtigijs alienum, quia & oſtentationem redolet, & cicatricoſam fluidamque reddit orationem. Oritur ex præmiſſis conſequenter intellectus dicti illius ſaluberrimi & veriſſimi, ſi ſane capiatur, quod communis error facit ius, hoc eſt quod Prælatus dominante opinione, etiam erronea, in ſubditis, multa vel agere, vel omittere tenetur, qualia ſi faceret, aut diſſimularet, opinione huiuſmodi non extante, ipſe graui delicto teneretur obnoxius. Quæ doctrina præſenti negotio accommodatiſſima eſt, ſi

1403.

1403. „ iam eam dilatare liceret, ſed oratio noſtra certis coarctanda eſt limitibus
„ & ad alia deproperat. Attamen prætergredi vllo modo neque poſſum,
„ neque debeo, dum ad concordem huius obedientiæ vnitatem exhor-
„ tor ſuadens iniuriarum quarumlibet obliuiſci; quin ſummam tuæ
„ manſuetudinis & mititatis laudem admiror quæ exemplum manſuetu-
„ dinum Dauid inſecuta, caput ad maledictionem inclinauit, vt à Do-
„ mino benedictionem pro maledictione reportaret, & benedictione he-
„ reditatem poſſideret. Et cum Iuda Machabæo eſſet memoria tua in
„ æternum, in benedictione. Ecce Sathan accepta à Deo licentia (alio-
„ quin quid ipſe potuiſſet) percuſſit te plagis multis tribulationum &
„ anguſtiarum, iuſtiſſimè quidem in ordine ad prouidentiſſimam Dei diſ-
„ poſitionem, quoniam iuſtus eſt in omnibus vijs ſuis & ſanctus in om-
„ nibus operibus ſuis. Per cuius Prouidentiam fit vt diligentibus Deum
„ omnia cooperentur in bonum: Et qui ſecundum merita plebium diſpo-
„ nit vitam Rectorum, vt ait Gregorius: qui etiam proprio Filio non pe-
„ percit, quin eum ſaturaret opprobrijs. Demum nihilominus has com-
„ motiones peruerſiſſimo intentionis fine mihi ſuſcitaſſe videtur. Ad quid?
„ Nimirum vt eſſent pedibus tuis laqueus, & offenſiones, & ſcandalum.
„ Quo pacto ſic? Vt animus tuus generoſus in indignationem & de indi-
„ gnatione in impatientiam, & de hoc in odium & diffidentiam, & ſuſpi-
„ ciones anxias & trepidas quæ multos ſupplantarunt, laberetur, & in vin-
„ dicandi libidinem excandeſceret, & vt tandem abjectâ manſuetudine
„ dimiſſo omni conſilio, ad poſtremum omni ſtudio proſecutionis Eccle-
„ ſiaſticæ pacis ſpiritus tuus natura mitis & ſuauis ad ſolam vindictæ carni-
„ ficinam ſub zeli iuſti ſpecie caperetur, lactaretque oues proprias, prote-
„ reret, abijceret, diſſiparet, & propter ſuſpiciones & inſidias & turbidas
„ res omnes timidè, gelidéque miniſtraret, quali arte venatores apros in
„ propriam irritant necem, & lepuſculos per vanam pennæ volitantis for-
„ midinem in verum tradant periculum & laqueum. At Benedictus Domi-
„ nus & benedictus tu, quoniam laqueus iſte deſiderij vindictæ contritus
„ eſt. Tua quippe manſuetudo non ſolum, non ſublata eſt à SANCTITATE
„ TVA his fraudibus; ſed mira quadam effulgentia magis & magis emicuit
„ vſque ad quendam intuentium ſtuporem, vſque ad pias lachrymas au-
„ dientium & ad exemplum memoriale & verè Chriſtianum apud omnes
„ generationes poſterorum. Quæ exempla omnia ſi referre voluero, nitar
„ incaſſum, priùs tempus & lingua deficient. Vnum tamen ex innumeris
„ quod fideliſſimâ relatione didici; commemoretur exemplum quod dum
„ Pariſijs in ſermone publico Reſtitutionis pro parte Regis Feria 2. poſt
„ Pentecoſt. coram populoſiſſima & celeberrima vtriuſque Status fre-
„ quentia retuliſſem illud ſuis ſuſpirijs altis & ſubditis tacentes approba-
„ runt, & non pauci ad pias vſque lachrymas, nec mirandum, compuncti
„ **ſunt. Poſtquam ſæuientibus vndique intumeſcentibuſque procellis cir-**
„ ca nauem Eccleſiæ tu myſticus Ionas proiectus es in mare, hoc eſt in ama-
„ ritudinem tribulationis, non deſeruit te Deus, ſed mirabiliter in ventre
„ ſacri Palatij velut in ventre cœti conſeruatum eduxit ad littus liber-
„ tatis & facta eſt tranquillitas maior. Tota quippe obedientia iſta à tumul-
„ tu ſiluit, ex tunc venit ad verendam tuæ Celſitudinis præſentiam homo
„ quidam non infimæ fortunæ qui vltro confeſſus eſt te patrem & Domi-
„ num ſuum, imò noſtrum omnium te Chriſtum Domini nedum impiè
„ tangere, ſed crudeli inauditoque parricidio interficere ſemel & iterum
„ voluiſſe. Expauerunt, opinor, qui aderant quâ fronte vir tanti ſacrile-
„ legij, vir tam nefarij facinoris conſcius non ſolum hoc facere, ſed vel
„ comparere præſumpſiſſet. Multi cœperunt toruos in eum oculos flecte-
„ re, dentibus fremere, vix manus continere, niſi quod tuam exſpectabant
„ ſententiam, & qualem exſpectabant niſi vt diceres, Tollatur impius,
„ exturbetur ſacrilegus, ligatis pedibus & manibus trahatur ad carce-
„ rem vt tradatur in mortem. At vero tu nihil horum dixiſti PATER
„ CLEMENTISSIME! ſed miſericordiæ & manſuetudinis ſignum aperiens

& Clementiæ virgam extendens præoccupaſti confitentem reum, priuſ- « 1403.
quàm verba orationis compleſſet: Sereniſſimo quoque vultu, & verbis «
ſuauibus plenam præconcepti huius flagitij veniam indulſiſti, vincens in «
bono malum & cuius eſſet ſpiritus, cuius inſuper Vicarius, facto certiſ- «
ſimo palam docens. Hoc egiſſe nonne ſatis erat ad miſericordiam? Ad- «
dita eſt aſſecuratio trepidare vetans Iureiurando firmata. Nam ſit cui «
multum dimittitur, multum ingratus ſi de dimiſsione hæſitauerit. Di- «
xit namque ſpiritus tuus bonus & ſuauis: Hoc faciat mihi Dominus & «
hoc addat, ſi vllas vnquam aduerſum te odij, vel vindictæ reliquias apud «
me ſeruauero; imò ſi quam pœnam in te poſterius exercere voluero, «
illa in caput meum prior cadat. Ne indulgentiam tantummodo ego præſ- «
to, ſi deinceps bene te habueris, ſed & tibi tuiſque ſimilibus omnibus «
beneuolentiam polliceor ampliorem. O digniſsimam ſummo Pontifice «
vocem! ô Reſponſum diuino viro conuenientiſsimum! ô factum miſe- «
ricordiæ ſingularis quod Patrem & Paſtorem Euangelicum repræſentat. «
Qui poſt perſecutiones Paulum, poſt trinam negationem Petrum, & «
poſt portionem hæreditatis luxurioſæ conſumptam, iuniorem filium plus «
amauit. O Diuinum factum! quod vtinam omnes Populi, omnes qua- «
quauerſùm Nationes audirent, tum pro exemplo & imitatione, tum «
pro arguendo mendacij eos qui te rigidum & auſterum, aut iræ memo- «
rem criminari moliuntur. Hæc eſt planè victoria Chriſtiana iniurias & «
iras non iniurijs & irâ, ſed miſericordiâ & manſuetudine vincere, & imi- «
tari eum qui etiam in Cruce poſitus dixit! Pater ignoſce illis, &c. Sic «
Beatiſsimus Martinus cum vrgeretur vt Briccium ſibi contumelioſum ab- «
ijceret; ſi, inquit, Chriſtus Iudam, Martinus cur non Briccium tolera- «
bit? Sileant nunc hiſtoriæ Gentilium quæ ſuorum quondam Principum «
manſuetudinem ampliſsimis verbis extulerunt, vt Seneca Neronem «
in 2. voluminibus, Cicero Iulium Cæſ. in Orationibus, Suetonius Octa- «
uianum Auguſtum in hiſtorijs, & alij alios comparantes eos vel aſylo Ro- «
muli, vel Ciuitatibus Refugij, vel Templo miſericordiæ, quale deſcri- «
bit Statius Theba. Siquidem incomparabilis eſt iſtorum laus ad tuam «
Gloriam ſicut vmbra ad ſerenam lucem, fumus obſcurus ad paruum «
ignem, palea volatilis ad ſolidum granum, imò ſicut vitium ad vir- «
tutem. Ipſi enim talium manſuetudo non pro diuino honore & au- «
ctoritate quam ſpernebant, & tu colis vnicam; ſed inanem iactantiam «
quam tu calcaſti, anhelabant. Collaudabunt alij cruentas bellorum vi- «
ctorias, ambitioſos ex his triumphos mirabuntur; plus apud me valeat «
aſſertio ſapientis, quod melior eſt ſapiens viro forti, & qui dominatur «
animo ſuo, expugnatore vrbium; quam ſententiam alijs verbis Lyricus «
explicat. «

Latius regnes auidum domando,
Spiritum, quam ſi Lydiam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus,
Seruiat vni.

Quamobrem agnoſce Pater Beatiſsime cum quanta Conſcientiæ ſecu- «
ritate, cum quali ſerenitate cordis habet dicere Religioſiſsima deuotio «
tua, dum crebrò vel orat, vel Miſſam celebrat. Pater! *dimitte mihi debita* «
mea, ſicut & ego dimitto debitoribus meis. Et rurſus cum Propheta, *Domi-* «
ne Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, &c. Ita Pater «
Beatiſsime! imitaris Chriſtum qui cum malediceretur non maledicebat, «
qui tentatus eſt per omnia vt miſericors fieret, quem videmus propter «
paſsionem gloria & honore coronatum. Tantummodo non eripiat tibi «
blanda proſperitas miſericordiam illam, illam patientiam pænè diuinam «
quam ſæuiens aduerſitas & ſeruauit & reddidit clariorem. Da veniam ſi «
ſcrupuloſior ſim in hac parte: Nam fit aliquando ſuadente pacis inimi- «
co, nunc per ſe, nunc per adulatores, qui ſunt arma ſua & ſagittæ, vt «
homo qui calamitate preſſus æquanimiter omnia nedum tolerauerat, ſed «

» indulſerat, poſtmodum ſuccedentibus proſperis, repetit omnia à debi-
1403. » toribus ſuis cum rigore & fœnore, vt appareat indulgentiam priorem
» non ex virtute, ſed vindicandi impoſſibilitate natam, nec dimiſiſſe ex
» corde, ſed in tempus more ſimiarum diſtuliſſe. Non cadat in hanc expro-
» brationem vera & perfecta dilectionis tuæ manſuetudo, neque fallat eam
» ſimulacrum fictum Iuſtitiæ quaſi non melius ſit viciſſe mala per indul-
» gentiam quàm ſeueritatem, quaſi rurſus non ſit præclariſſima Iuſtitia in-
» dulſiſſe ſimplicibus, ſubditis peperciſſe. Sic miſericordiam & gratiam in-
» uenias in conſpectu tremendi Iudicij Dei, qui ſub Bullis patentibus pro-
» miſit miſericordiam miſericordibus, qui ſemel dimiſſa non repetit, qui
» iuſſit non eſſe memorem iniuriæ Ciuium ſuorum. Sic in oratione tuâ con-
» fitens Domino exaudiaris, & non audias horrendum illud improperium
» Domini iraſcentis. *Serue nequam! nonne omne debitum dimiſi tibi, &c.* Sic
» præterea cum Dauid conſequaris ſedem Regni in miſericordia & miti-
» tate, poſſideas terram, & delecteris in multitudine pacis ſuper eam. Tan-
» dem propter mititatem doceat te Dominus vias ſuas, vt abſque offendi-
» culo ad impatientiæ lapidem, dirigat pedes tuos in viam pacis. Quam à te
» pacem petimus PATER BEATISSIME dicentes; Benedic hæreditati tuæ.
» Non quaſi humana virtus quælibet hanc pacem præbere non ſufficiens
» ſit & infirma, niſi maior agat Deus vt apud Virgilium eſt, præſertim in
» tam deſperato & radicato Schiſmate, quod eſt quaſi cancer ęgreſcens
» medendo & inegreſsibilis Dædali labyrinthus & caput hydræ fabuloſæ
» ſuâ reſciſsione fœcundius, ita vt periſſe videatur Conſilium à ſapienti-
» bus, & dicere conueniat cum Ioſaphat Rege, Cum ignoramus quid age-
» re debemus hoc ſolum habemus reſidui vt oculos noſtros ad te dirigamus. Scimus nihilominus te poſt Deum cuius Vicarius es decere; ſcimus
» ad te Hierarcham ſupremum ſpectare benedictionem huiuſmodi hæ-
» reditatis Eccleſiaſticæ, vt fiat pax in diebus noſtris, & tu maximè inter
» montes ſuſcipias pacem populo. Quod ſi perficis, benedictus eris in om-
» nes generationes, & memoriam ęternam his qui poſt te futuri ſunt, re-
» linquis. Sin autem non perfeceris, inchoaueris tamen & elaboraueris
» bonâ & antiquâ fide, diligenti ſtudio, piâ & humili voluntate per te, ſi
» tuos (tui quippe ſunt omnes, non perdetur merces tua, non laus, non
» gloria, res ipſa condemnabit mendacij eos qui vel ignorantiâ, vel liuore
» criminantur ſummam Tuæ Sanctitatis dignitatem, tuam vigilantiam,
» tuam charitatem. Facis hoc ſeduló. Ita enim facere & me ſentire æquum
» eſt. Sed quò amplius ſtimularis ad agendum, adſcende frequenter ſu-
» blimem mentis tuæ lucem, leuando te ſuper te, vbi deſpectis è ſurſum
» terris, verſeris iugiter & acriter ante mentis oculos in lumine fidei, in ſu-
» blimitate ſpei, in latitudine Charitatis, cum illo qui ait, *Cogitaui dies an-*
» *tiquos*, &c. Videas, inquam acutè, quam nihil ſit omne illud quod mun-
» dus affert gloriæ, iocunditatis, potentiæ, quàm vanæ, quàm lubrica &
» vento ſomnioque ſimillima, imò quàm anxia, & amaritudinibus reſper-
» ſa, triſtiſsima ſint omnia. Ecce omnes morimur, & quaſi aquæ fluentes
» dilabimur ſuper terram, hodie Rex, cras Papa moritur. *Eheu fuga-*
» *ces Poſthume! labuntur anni*; deflet Horatius. Et Tragicus. Properat
» curſu vita citato. Et Naſo vocat irreparabile tempus, & nihil eſt annis
» velocius. Et eſt omnium horribiliſsimum quod dicitur quia in puncto
» ad inferna deſcendunt. Et, Ite, maledicti in ignem ęternum. Cæterum
» quid, quæſo, vſquam eſt tam altum, aut pretioſum pro quo vel adipiſcen-
» do, vel retinendo generoſus animus & diuinorum conſcius ſe perdere
» & alios turbare dignum ducat. Viderat hoc ex alto qui tam ſapienter
» exclamauit, *Vanitas Vanitatum & omnia vanitas.* Quam ſententiam ſi
» ſaperent, imò vt ſaperent, deberent omnes in poteſtatibus conſtituti,
» ſecundum Chryſoſtomi conſilium ſcriptum habere in ianuis ſuis, in pene-
» tralibus, in frontibus & maximè in cordibus ſuis. Amplius ſi filij huius
» ſeculi tam auidâ ſolicitudine curant peritura, adeo vt cum eis perire non
» formident, obſurdeſcentes ad illam increpationem Propheticam, *filij*

hominum vſquequo graui corde, &c. Filios igitur lucis, imò te patrem hu- «
iuſmodi filiorum quantam apponere decet curam, quot labores, quas « 1403.
vigilias, vbi de rebus ęternis agitur, vbi verum & vnice expaueſcendum «
pro animabus tractatur damnationis periculum. Non eſt iſta lis de pau- «
pere Regno, vt apud Statium ponitur; neque de lanâ caprinâ, vt Satyri- «
cus ait, de vitâ & morte perpetuis res verſatur, agitatur & quæritur. «
Quod ſi Paſtoralis præſidentiæ delectet aliquem honor volatilis & no- «
men inane, terreat eum diſtrictum Iudicis examen in reddenda de Ouium «
ſalute & numero ratione. Agnoſcat quoniam poſitus eſt non in deſtru- «
ctionem, ſed in ędificationem; non ad ocium, ſed laborem, & vt per eum, «
iuxta verbum maximi Regis Artaxerxis, ſecluſo ab vſu potentiæ, ſubditi «
optatâ cunctis mortalibus pace perfruantur, quoniam hic eſt finis omnis «
potentatus tam ſecularis quàm ſpiritualis. Sed ad te conuertor, PATER «
SANCTE! Fige precor in ipſâ ſublimitate meditationis tuæ ſponſam Ec- «
cleſiam talibus vtentem querulis plangoribus. Eheu quis conſolabitur «
anxiam? Et quis deſolatæ, quis plaga crudeli percuſſæ medebitur? In- «
ter has anguſtias quæ me circunuallarunt vndique, quale dabitur effu- «
gium? quis mei miſerebitur? Ego illa ſponſa Regis ęterni quam olim «
vidit vnus ex filijs meis nouam deſcendentem de cœlo quaſi ſponſam or- «
natam viro ſuo. Ego lota in ſanguine Agni immaculati, ego tot ſudori- «
bus & ſanguinibus martyrum innumerabilium ſtabilita, violis Confeſ- «
ſorum, lilijs Virginum coronata. Ego tanta deuotione Principum vſque «
ad inuidiam dotata, ornata, diues facta. Nunc heu! velut miſella & an- «
cilla deijcior, premor, deſpicior; Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem «
ſpreuerunt me, & facti ſunt hoſtes in capite. Pacem inſuper iocundiſſi- «
mum in cœlo & in terra bonum, qua me dotauerat Sponſus meus naſ- «
cens, prædicans, monens, reſurgens, & regnans conuerterunt in Schiſ- «
ma perniciosiſſimum, quod iam quinque luſtris me per omnes artus mi- «
ſeris modis depaſcitur & abſumit. Pro mea olim defenſione certamen erat «
vſque ad mortem, & modò nihil aliud agi vel quæri videtur à multis «
quàm vt corruam, & miſerabili labefactione deficiam, & hoſtibus meis «
ludibrium fiam. Ecce verſa ſunt omnia ferè in contrarium prioris meæ «
inſtitutionis diſciplinæ & decoris ornata ornamenta, dum pro corona «
humilitatis puluis, fœdus vanitatis & pro croceis ſpiritualitatis ſtercora «
ſola temporalitatis amplexantur, & erigitur ſuper me ſapientia anima- «
lis, & terrena, & diabolica, repudiata ea quæ deſurſum eſt pacifica & quie- «
ta. SI HIS TECVM ECCLESIA planctibus loqueretur PATER BEATIS- «
SIME! noui miſerationem animi tui, quæ ab vtero egreſſa eſt tecum, con- «
tinere non poſſes quin erumperent lachrymæ ab oculis tuis, quin ad ſuc- «
currendum inflammaretur totus zelus tuus iam ſuccenſus & diceret ex «
intimo cordis ſuſpirio. Domine ſuper hac deſolatione ante te omne de- «
ſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Succurre, «
fer opem, vt quid natus ſum videre mala gentis meæ? Rapidos Rector «
comprime fluctus, & quo cœlum regis immenſum, firma ſtabiles fœdere «
terras, & diſperſiones Iſraël congrega. Sed quid ego? Quorſum rapior? «
Quid Mineruam; vt dicitur, impudens doceo? præmeditata ſunt nam- «
que apud tuam conſiderationem aſſiduè & acriter talia ſalutis monita: «
Nihilominus patere PATER BEATISSIME! patere obſecro, commune «
facere te & orare pro parte deuotiſſimæ filiæ tuæ vt facias quod facis. «
Nam Equum etiam ſponte velocem calcar adiuuat; fac vt calcata ſeculi «
pompa & iniquis adulationibus eius, vt nullis retrahentibus vncis vi- «
tioſarum paſſionum, non irâ, non odio, non ſpe, non gaudio fallacibus «
(melioribus namque hoſpitibus digna eſt SANCTITAS TVA, abiectâ rur- «
ſus adulatorum peſte, omnia ad gratiam nihil veritatem loquentium & «
claudentium ianuam veritati, ac ſcrupulos varios, vt ſoli diligere vi- «
deantur, ingerentium, de quorum vno dixit Comicus, Hic profectò «
ex ſtultis inſanos facit. Et qui ſunt ſtulti? vtique vanè glorioſi pruden- «
tes in oculis ſuis prudentiæ ſuæ innitentes. His, inquam, procul pulſis, «

» tu totus cum pacificis qui non oderunt pacem cogites, ea quæ ad pacem,
1403. » cogites ea quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, totus inuigiles implere
» id quod pro matre Eccleſia petit à te FILIA vtriuſque velut altera Co-
» lumba Noë ferens ramum paciferæ oliuæ per nos humiles Nuncios cla-
» mitans piâ ſolicitudine, BENEDIC HÆREDITATI TVÆ vt nobis con-
» tingat illud Prophetæ, DOMINVS BENEDICET POPVLO SVO IN PACE.
» Sed quomodo & quibus vijs benedices populo tuo in pace? Si pergat
» aliquis particularius inquirere; iubet hic Humilis & deuota SANCTI-
» TATI TVÆ FILIA quieſcere ne ſuos Patres, te videlicet & Regem
» Franciæ Chriſtianiſſimum, aut Legatos ab eodem præuenire arrogan-
» tius videatur. Simul quia publicam & celebrem audientiam ſuper hac
» pacis materia, ſi ei dum tempus fuerit, beneplaciti tui ſupplicat & ſpe-
» rat obtinere exhortatura latius & forte particularius vt benedicas Ec-
» cleſiaſticæ hæreditati tuæ. Et tantundem dictum ſit de primo legationis
» noſtræ articulo.

DE VNIVERSITATE. " Supereſt & Poſtremus noſtræ Legationis articulus, cuius ideo longè
" breuior erit expeditio quàm prioris, quia licet neceſſarius exiſtat, eum
» tamen nequaquam tantæ dignitatis neque pacis difficultatis exiſtimo. Hic
» ſupplicamus vt benedicas hæreditati partiali & quodammodo peculiari,
» ſegregando pluuiam voluntariã huic hæreditati tuæ. Et quoniam infirma-
» ta eſt præ tenuitate & multis incommodis, tu perfice eam, quam tua tuo-
» rumque Prædeceſſorum dextera plantauit. Præueniſti Nos PATER
» BEATISSIME! in benedictionibus dulcedinis, heri in oſculo pacis, pridem
» in odore bonæ famæ manſuetudinis & liberalitatis tuæ, vt hanc à te bene-
» dictionem petere, hanc ſpe certâ præſumere auderemus. Denique iam
» præuentos ſubſequeris, dum aures tuæ ſanctitatis tam beneuolas orationi
» noſtræ præbet tua paſtoralis ſolicitudo, recogitans vt arbitror, quoniam
» filia tua Primogenita eſt Studiorum Vniuerſitas cuius primogenituræ
» ratione competit benedictio de rore cœli deſuper & de pinguedine ter-
» ræ hoc eſt in ſpirituali & temporali prouiſione. Rurſus quia exemplo,
» AXÆ FILIÆ CALEPH ſuſpirat ſedens ſuper aſinam, calcans ſcilicet om-
» nem brutalitatem, petens benedictionem à te Patre ſuo, vis eam à libe-
» ralitate paternitatis tuæ irriguum inferius & irriguum ſuperius exſpecta-
» re? Dic igitur verbum Booz ad Ruth. Benedicta es filia à Domino, quid-
» quid dixeris mihi, hoc faciam tibi. Et ita fac PATER BEATISSIME vt
» ſit ante te odor filiæ ſuæ ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.
» Et bene ager plenus eſt filia tua Pariſienſis Vniuerſitas, imò nihil erra-
» uero ſi eam appellauero Paradiſum voluptatis, in quo eſt lignum ſcien-
» tiæ boni & mali, & fons ſcientiæ in 4. Facultatum flumina condiuiſus ir-
» rigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Tu huius poſſeſſor es, tu Paſtor &
» cultor vt opereris & cuſtodias illam tanquam agriculturam viuam vt
» Ariſtot. loquitur in Polit. Vbi ſub myſterio nihil deeſt eorum quæ egre-
» gius Poëta Virgilius in Georg. & Palladius in de Agricult. de hæredita-
» te agraria conſcripſerunt, diſtinguentes agrum quadruplicem qualem
» figuraliter in hæreditate tua ſecundum quadruplicem facultatem repe-
4. AGRI IN VNIVERSITATE. » rimus. Vnus ager eſt apricus & florifer pro apibus figurans ſub quadam
» appropriatione Facultatem Theologiæ. Alius eſt paſcualis pro Ouibus
» & domeſticis animantibus figurans Facultatem Decretorum. Alter fru-
» gifer pro hominum cura figurans Facultatem Medicinæ. Quartus vi-
» tifer & pomifer in omni genere ſuo figurans typice ARTIVM FACVL-
» TATEM. Tuum igitur hęreditatem tuam hanc benedicere, colere & au-
» gere vt fructum ſuum det in tempore ſuo. Ecce ipſi Theologi velut apes
» intellectuales peruolitant in hęreditate tuâ, flores ſacrorum eloquio-
» rum de rore cœli roſcido compingunt mel in cellulas & fauos, vt ſit
» cera in illuminationem intelligentiæ & mel in oblectationem affectiuæ.
» Hanc hęreditatis tuæ portionem ſpectans dicere habes ex ſententia illud
» Eccleſ. hęreditas mea ſuper mel & fauum Nam eloquia Domini dulciora
» ſuper mel & fauum. Et præceptum Domini lucidum illuminans oculos,

in intellectu. Venerat in mentem laudes huiuſmodi tum augere, tum
ſuo modo deducere, de reliquis hereditatis tuæ partibus hoc eſt Facul- 1403.
tatibus quo magis animaretur S.T. ſibi benedicere, ſed negligentius
iſtud ago breuitati ſtudens, & ſciens nihil laudum harum te latere. Di-
cam verò te concedente id quod nuper in meditatione mea dum ſolus
offert & non ſolus, ſolus quidem corpore, non ſolus cogitatione verſa-
batur. Itaque poſita erat ante mentis oculos ſedes tua præclariſſima &
thronus ſicut ſol & luna perfecta, aſtitit Regina illa virtutum dilectio à
dextris tuis in veſtitu ſapientiæ deaurato, circundata varietate virtutum.
Nam ita iuſſit Rex optimus & maximus Chriſtus, vt ſedem Papalem
dilectio ſtabiliret, dum ait Petro interrogato ter, & ter reſpondente
quod diligeret eum, paſce oues meas, paſce agnos meos. Quæ dilectio
vna eſt in quadam Trinitate virtutum, in miſericordia & veritate quæ
cuſtodiunt Regem omnem duabus manibus hinc & inde portantes thro-
num eius, & in præclariſſima virtutum Iuſtitia, & neque Heſperus, ne-
que Lucifer ita admirabilis. Has ſub compendio numerauit Propheta
Reginas, eas paci conſocians. Miſericordia, inquit, & veritas obuiaue-
runt ſibi, Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Quarum officium alibi deſcripſit.
Propter veritatem (inquit de Chriſto cuius Vicarius es) & manſuetudi-
nem & Iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hæc præclara
dilectio ſeu Charitas vna in hac Trinitate virtutum, ſicut Apoſtolus in-
ſinuauit ad Corinth. ſcribens parabat orare pro filia tua Pariſienſi Vni-
uerſitate, vt ei modo quo dicimus benediceres, tanquam hæreditati tuæ.
Nam vbi adeſſet vel quando rogaret dilectio ſi inter patrem deeſt & fi-
liam? Nihilominus affuit & Sathan à ſiniſtris, ita mihi monſtrabat me-
ditatio mea. Aderat & infelix proles ſua æmulatio liuida per quam mors
intrat in orbem terrarum, monſtrum heu horrendum, informe, ingens.
Cui, quot in ſunt in dilectione virtutes, tot inſunt vitia, crudelitas, fal-
ſitas, iniquitas: Crudelitas contra miſericordiam, contra veritatem
falſitas & iniquitas contra Iuſtitiam. Agnoui ex deſcriptione Naſonis
quænam illa eſſet. *Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto*, &c.
Dum ecce terrifico boatu rabida ora laxans & dentibus frendens. Eheus
PATER SANCTE, caue benedixeris hæreditati huic tuæ, quæ facta eſt
tibi ſicut Leo in Silua, odi propterea eam & maledic. Caue benedixe-
ris ei in collatione Gratiarum. Nam & tardè venerunt & in multis à tua
ſententia defecerunt. Abijce eos potius à calcibus, protere & impera
vt diſcedant maledicti. Ita parabat portentum hoc horrificum magno
conatu contumelioſa nefandaque mendacia contra filiam tuam dela-
trare, dum tu PATER BEATISSIME hoc indignabundè ferens toruum
è latere vultum pauliſper in hanc æmulationem impiam, mendacem &
nequam viſus es declinare, & vt confeſtim abſcederet, imperare. Abi
hinc in malam horam & in crucem tuam peſtis horrida, fatrix diſcordiæ,
mater nequitiæ! Vide ne vltra mutire vel apparere præſumpſeris. At-
tende ne filiam criminari ſtudueris apud Patrem, cui etiam pro magno
peccato ſatis eſſet modicum ſupplicij. Falleris ſi te recipi, vel audiri
exiſtimas vbi in conſpectu meo paterna dilectio, verax & iuſta pro eis
decreuit orationem aſſumere. Dic tu, dilectio hac increpatione deteri-
ta, æmulatio triſtis abſceſſit & dilectio ſic orſa eſt. Facis PATER SANCTIS-
SIME! id quod te decet, te patrem erga filiam & talem filiam, te Vicarium
illius, qui accuſatorem fratrum deturbauit in ſtagnum ignis ardentis, qui
iuſſit Pontificem agere in ſpiritu lenitatis, quoniam & ipſe circundatus
eſt infirmitate, qui poſtremò propter decem Iuſtos toti Pentapoli pec-
catrici peperciſſet. Præterea me dilectionem iuſſit aſſiſtere à dextris tuis
quæ naturâ patiens ſum, benigna ſum, non æmulor, non ago perperam.
Age igitur PATER BEATISSIME! Age quod agis, ne vlla te vnquam ac-
cuſatrix æmulatio à meo conſortio diuulſerit. Non audiatur, precor, ad-
uerſum me crudelis hæc & maligna æmulatio. Abſit vt ponat hanc ma-
culam in gloria tua ſpreuiſſe hereditatem tuam, abieciſſe à te & pedibus

" tuis ſupplices tuos Cultores quoque in vinea Domini Sabaoth & Coad-
1403. " iutores tuos vacuos abſque vtili prouiſione, inglorioſque remiſiſſe, vbi
" tanta eſt tenuitas de bonis Eccleſiaſticis, vt vix pauci ex Doctoribus &
" Magiſtris etiam in Theologia ſine aliquo quæſtu valeant habere alimen-
" ta & quibus tegantur; & hic 17. annus agitur. *Hæc eſt hereditas tua pecu-*
" *liaris & electa, & præclariſſima ſtudiorum velit nolit æmulatio, vbi generatio*
" *præterit & generatio aduenit, ſed ipſa terra tua in æternum ſtat.*
" Tu ſupremus Paſtor & cuſtos inopiæ ſuæ prouidere, irrigare arida,
" ruinoſa reparare, non conquaſſare poſitus es, hoc miſericordia petit
" titulo filiationis, hoc veritas titulo ſtudij veritatis: hoc Iuſtitia titulo mi-
" litiæ & laboris. Porro Tarditas huiuſmodi poſtulationis Benedictionis
" tuæ per Rotuli præſentationem nunc & non antea non tarditatem me-
" retur exauditionis, vt accuſat æmulatio, ſed celeritatem; quatinus ſint
" nouiſſimi primi, quia bono intentionis fine fiebat dilatio, magno ſicut
" arbitrabantur zelo proſecutionis vnionis Eccleſiaſticæ mouebantur, nec
" ſoli mouebantur, Reges & regna cum ſuo Clero pariter ſentiebant.
" Nunc poſt experimenta plurima quid inculpandum ſi mutatis rebus mu-
" tauerunt ſententiam. Eſto rurſus fuiſſet in aliquibus diffidens eorum ſen-
" tentia à tua, Nonne potuit hoc fieri ſine mei læſione? quia ſine obſti-
" natione. Nonne Paulus & Barnabas tales viri ſic contenderunt vt diſce-
" derent ab inuicem? Et Paulus Petro reſtitit in facie? Et Princeps Per-
" ſarum bonus ſecundum Gregorium, reſtitit Michaëli, & vtrobique illæ-
" ſa me matre omnium Charitate?
" Aduenit ecce ſupplex & humilis deuota filia tua PATER BEATISSIME
" abſque vlla difficultate præcellentiſſima Studiorum, & ſuo nunc aduen-
" tu dat palàm intelligi quod nulla diffidentia iuris tui vt aduerſarij fal-
" ſò fingebant, nullâ indignatione peruerſâ ſuum differebat acceſſum ad
DE ROTVLO. " petendum ſibi benedici per præſentationem ROTVLI more ſolito, qua-
" liter nunc præſentat, reuerenter approbationem Iuſtitiæ tuæ, & in
" egregiam laudem manſuetudinis tuæ. Nequè enim peteret benedictio-
" nem gratiarum ab eo quem non crederet iuridicum largitorem, neque
" ab eo quem benignum exauditorem non ſperaret. Vnde in Capite Ro-
" tuli ſcriptum eſt. FIDVCIAM accepit BEATISSIME PATER nunc Rotu-
" lum iſtum ſupplicationum generalium & ſpecialium pręſentando apud
" S. V. CELSITVDINEM humilis & deuota SANCTITATI V. Filia Pariſien-
" ſis Vniuerſitas plus in paterna beneuolentiſſimæ liberalitatis veſtræ gra-
" tia quàm in meritis proprijs poſt Deum ſpem reponens, plus inſuper ſtu-
" dens ex hoc Rotulo inſeruire commodis Eccleſiæ quàm auaræ cupidi-
" tati, vt denique obedientiam ſinceram ac filialem dicta filia erga S. V.
" ſublimitatem non tantummodò verborum aut literarum aſſertione, ſed
" factorum ſoliditate monſtraret. Hæc ibi.
" **Nunc igitur, PATER SANCTE, per me Dilectionem Matrem omnium**
" bene viuentium exoratus perge per virtutes meas inclytas miſericor-
" diam, veritatem & juſtitiam, propter quam deducere habet te mirabili-
" ter dextera ſua; & ſi per quid vnquam de te bene meruimus apud Deum,
" apud homines iuſtificando te, exaltando, liberando te, & per ſpem fu-
" turi præmij ſi nobis perſeueranter inhæſeris, oramus, petimus, obſe-
" cramus vt benedicas huic hereditati tuæ, huic filiæ tuæ alumnæ noſtræ,
" concedendo talem in Gratijs ſuis ſignationem, aut certè vberiorem qua-
" lem petunt & ab initio dediſſes anno 1. Nam hic eſt annus benignitatis
" tuæ annus houenarius, ternario ter in ſe ducto coronatus. Benedices
" huic coronæ anni, huic anno coronato benignitatis tuæ, & campi tui
" replebuntur vbertate. Hanc de te tuaque affluentiſſima libertate ſpem
" conceperunt, hanc conceptam multis poſtmodum & magnis indicijs
" roboratam auctamque ſenſerunt etiam heri. Tu autem ſpem nunc in
" rem ipſam conuertito; tui quippe ſunt, ſed tu eos maiori tibi vin-
" culo conſtrinxeris, tu poſtremo non mediocriter illuſtraueris gloriam
" tuam & famam tuam; quæ ſicut non eſt ambitioſè quęrenda, ita non eſt

negli-

negligenda crudeliter. Et vbinam gentium poteſt famæ celebritas vel ſcriptis, vel viuis vocibus ampliori dilatione vulgari, quàm vbi confluunt & refluunt ex omni fere natione quæ ſub cœlo eſt, viri literis omnibus & ſtudijs eruditi, ita vt in obſcuro eſſe nequeat, ſi gratè, ſi benignè reſponderis, ſi benedixeris huic hereditati tuæ quemadmodum tu benedices, ſperamus & obſecramus, fiat, fiat. 1403.

Animaduertis PATER BEATISSIME! redeo enim & ad tuam Sanctitatem & ad meam paruitatem: animaduertis qualiter transfiguraui ſub nomine Paternalis dilectionis ſupplicationem pro humili & deuota S. T. filia. Et id quidem aptiſſimâ videor feciſſe ratione. Suam quippe ſedem vbi collocaret dilectio, vbi peroraret, ſi inter Patrem & filiam ſacratiſſima dilectionis nomina apud ipſos etiam Barbaros honoranda defuerit. At verò neque volo, neque æquum iudico quicquam adijcere, quanquam aliqua dicenda ſuperſint. Vereor enim iam multiloquium noſtrum minus ſit fauoris habiturum dum occupationes Tuæ Celſitudinis aliorsùm te vocant & trahunt. Quia poſtremo ſuper iſto & priore articulo audientias aliquas obtinere clam & palam ſupplicamus & ſperamus, vt non fruſtra ſpem hanc conceperimus de benigniſſimæ S. T. ſpiritu, PATER SANCTISSIME! Sic benedicat te Dominus ex Sion vt ſis re & nomine Benedictus. Sic videas bona Hieruſalem militantis ſponſæ tuæ & triumphantis illius quæ deſurſum eſt Mater noſtra, omnibus diebus vitæ noſtræ præſentis & futuræ. Sic præterea videas filios filiorum tuorum in ſpirituali propagine. Et tandem quod eſt omne bonum & benedictionis conſummatio & conſummationis finis, videas pacem ſuper Iſraël & Nos tecum hîc inchoatiuè per gratiam & beato complemento per gloriam in futuro; præſtante eo qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Eodem anno (more Gallicano) in die Circunciſionis idem Cancellarius ſermonem habuit Taraſcone coram Papa, multaque de Pace & via Pacis fortiter dixit: nihilominus tamen apud Regem & Vniuerſitatem accuſatus eſt multa ſubticuiſſe, aut aliter dixiſſe quam debuiſſet. Qua de re purgauit ſe apud Ducem Aurelianum, hoc modo.

AD D. AVRELIANVM.

SERENISSIMO PRINCIPI MILITI REGIS POLI D. AVRELIANENSI SVVS IOANNES Cancellarius Eccleſiæ Pariſ. indignus, obſequium humile, paciſque præſentis cum æternâ donum feliciter adipiſci. Multa hactenùs ſcripſi, Strenuiſſime Domine, plurima dixi quæ ad Eccleſiaſticam pacem vtilia videbantur, proſequens pacem exulantem latratu quo potui, ego de genere Catulus offerens inſuper pro virili portione ad opus tabernaculi Dei cum hominibus, ea quæ de manu ſua videbar ſuſcepiſſe. Nec ignoro poſſe ea à tot capitibus in varias facile traduci ſententias & forſan aduerſas; quæ tamen omnia ſi cum diſtinctione temporum, circunſtantiarum quoque ſe offerentium multiplicitate penſare dignati fuerint, arbitror ea inuenturos nexu concordi veritatis inter ſe iuncta eſſe, vt pote quæ circa idem centrum in eundemque cardinem pij deſiderij voluebantur. Viam itaque Ceſſionis bene practicatam ego breuiſſimam & optimam cenſui, iudicans ad eius receptionem ſecundùm præparationem animi ambos contendentes de Papatu iure diuino conſtrictos. Nec erat quod allegarent coactionem; Vellent itaque, cogebat nemo. Porro in Concluſione ſubſtractionis non affui, quam tamen concluſam impugnare pertinaci animoſitate non præſumpſi. Sed poſtquam Dominus noſter Benedictus viam Ceſſionis & alia quæ petebant accommoda pro pace & reformatione Eccleſiæ dictus eſt acceptaſſe, opponit ſe paruitas mea cum odijs & diſcriminibus non modicis, vt ipſi neque Papatum de facto irreuerſibilem amiſiſſe, neque hæreticus, aut Schiſmaticus iudicando eſſe cauſaretur. Placuit quoque Reſtitutio quam & prædicaui coram celeberrimo cœtu Apoſtolorum. Per hanc itaque ab ea noſtra ſecum vnita portum pacis generalis attingere facilius ſperabatur. Denique non tam miſſus quàm coactus legatus ad Dominum noſtrum

» ſuper hac materia. *Pro parte Vniuerſitatis præclariſſimæ ſtudiorum, cui ego*
1403. » *filius negare potui nihil, propoſui primò Maſſiliæ, de hinc Taraſcone, ſermo-*
» *nem hunc quem decorus præſentiæ veſtræ nobiliſſimæ fulgor illuſtrauit.* Hunc
» ſermonem ſicut & præſentem propoſitionem poſtulare dignata eſt Cel-
» ſitudo veſtra ab exiguitate mea: qualis autem ego ſum, vt vel hoc, vel
» aliud quippiam denegare præſumpſerim? Accipe itaque ſermonem qua-
» liſcunque ille eſt, vbi aliqua, ſed pauca ex dictatis in margine poſita
» ſunt, quæ breuitas præceps eripuit, ne proferrem. Bene valeat præclara
» Dominatio veſtra ad communem pacem & propriam ſalutem conſequen-
» dam. Scriptum Taraſcone an. D. 1403. in Vigilia Epiphaniæ.

Idem quoque ſcripſit in eandem rem ad M. Petrum de Alliaco Magiſtrum olim ſuum, tunc Epiſcopum Cameracenſem.

DOMINICANORVM REINTEGRATIO.

» Porro ex Oratione ad Benedictum patet Dominicanos hoc anno tan-
» tum fuiſſe Vniuerſitati reconciliatos: ab anno quippe 1387. ob opinio-
» nem Monteſonianam reſecati manſerant. Extat in Tabulario Academi-
» co huiuſce reconciliationis Inſtrumentum 21. Aug. 1403. notatum hiſce
» Characteribus B. 7. K. ſigillis munitum Dominicanorum & Facultatis
» Theologicæ. Et in MS. San-Victorino legimus Dominicanos hoc anno
» in Prouincia Carnotenſi Capitulum vt vocant, celebrantes è ſuis non-
» nullos ad Vniuerſitatem delegaſſe, qui reſtitutionem in integrum hu-
» millimè deprecarentur; quodque poſtulabant, obtinuiſſe. *In Capitu-*
lo Prædicatorum in Carnoto Prouincia Franciæ fuerunt dati Commiſſarij
per Prouinciam ad componendum cum Vniuerſitate ſuper Schiſmate Ordinis
& Vniuerſitatis, quod iam per 17. annos durauerat. Commiſſarij verò taliter
laborauerunt, potiſſimè F. Martinus Porrée pro tunc Confeſſor D. Comitis Ni-
uernenſis, quod infra menſem poſt Capitulum Ordo fuit cum Vniuerſitate refor-
matus, & pax totaliter & concorditer facta, nihil penitùs immutato de his quæ
Ordo per prius ante diſturbium habuerat.

M. Io. Gerſonius cauſam turbationis & ſciſſuræ quæ erat in Vniuerſitate præſertim verò in Theologica Facultate confert in reſecationem Dominicanorum qui plures annos Academiam vexarunt & graui vulnere afflixerunt.

PRO RECONCILIATIONE DOMINICANORVM

» Cogor, *inquit*, tum ex hoc, tum ex alijs quibuſdam illam deflere ſciſ-
» ſuram miſerabilem & mutilationem luctuoſam partis non modicæ Vni-
» uerſitatis Pariſ. præſertim à ſacra Theologica Facultate, cuius ſciſſuræ
» cauſam præbuerunt illius de Monteſono erroneæ, temerariæ & impiæ
» aſſertiones. Nolo putet aliquis me hoc loco iuſtificationem ſeu defen-
» ſionem partis illius quæ depulſa, vel auulſa eſt, ſuſcepiſſe. Fratres Præ-
» dicatores loquor: viderint ipſi quid egerunt: ego enim fidenter & con-
» ſtanter affirmo condemnationem errorum Præfati de Monteſono ratio-
» nabiliter & Catholicè factam, quæ dum referretur in Romana Curia,
» **Ego ipſe Bacalarius Curſor tunc exiſtens cum cæteris præcellentiſſimis**
» atque ſapientiſſimis viris ab Vniuerſitate legatis præſens interfui. Sed
» nunquid qui ceciderunt non adijcient vt reſurgant? quin etiam pia ma-
» ter Vniuerſitas hæc quæ hactenus filijs irata eſt, nunquid tandem miſe-
» ricordiæ recordabitur, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Nun-
» quid tot oues paſcuæ ſuæ ſi deliquerint aut errauerint, æternaliter abij-
» ciet? imò etſi redire contemnerent, Exemplum Chriſti pij Paſtoris imi-
» tandum erat vt quærerentur vt piâ quadam violentiâ ad ouile proprium
» obnitentes traherentur, quantò amplius dum id totis vt dicitur affecti-
» bus & votis expoſtulant & precantur? At videre mihi videor quoſdam
» non ſecundum ſcientiam zelum habentes, qui mox obijcient. *Parati*,
» inquiunt, *ſumus eos ſuſcipere, pacem reformare; ſed integritas fidei, ſed Vni-*
» *uerſitatis honor, ſed ipſius demum indemnitas à latoribus & expenſis præter-*
» *mitti nequaquam poſſunt.* At verò non ſic loquor vt talia iudicem negli-
» genda; nego tamen illâ tantâ ſeueritatis animoſitate requiri debere &
» ad ouium, vt dicitur, vulnus ſecari, quod in illo de Syllana victoria di-
» ctum eſt, *Exceſſit Medicina modum.* Chriſtiani ſumus & in Schola Charitatis

quotidie verſamur ſub illo qui ait; *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Et *Niſi remiſeritis peccata*, &c. Ceterum memoriter teneo, cur & qualiter primitus ab Vniuerſitatis conſortio viâ quadam indirectâ ſegregati ſunt fratres prædicti. Statutum enim & concluſum erat vt omnis Gradus & Honoris in Vniuerſitate expers fieret quiſquis non iuraret tenere condemnationem ſuper erroribus prædictis ab Vniuerſitate prius, deinde ab Epiſcopo Pariſ. factam. Diſtulerunt hoc agere Bacalaurij è fratribus prædictis tunc excipiendi, cauſantes à Superioribus ſuis licentiam ad huiuſmodi præſtationem iuramenti necdum petijſſe vel habuiſſe. Ex hac origine neque Gradus, neque Cathedram, neque Sermones poſterius adepti ſunt. Audiui tamen ex poſt, aut omnes, aut plurimos eorum ad præfatæ conditionis adimpletionem præſto fuiſſe. Quod ſi etiam nunc vellent, non viderentur penitùs non admittendi. 1403.

Attenderent ô vtinam omnes & benigna recogitatione ſecum tractarent quanta qualiſve jactura ſpiritualis eſt & fuit, tot hactenus ſermones, tot lectiones, tot ſalubres inſtructiones in Vniuerſitate & alibi exinde ceſſaſſe. Quin etiam naturalis pietas exigit vt mater filio aberranti & corpus membro ęgrotanti compaſſione moueatur. Deinde conſidera damnum proprium in Sermonibus, in proportionibus & alijs, tum audi monitionem metro comprehenſam. *Si non vis alijs parcere, Parce tibi.* Nec loquar vexationes, opprobria & carceres ab illis quos loquimur perlatas, quæ tamen manſuetos & benignos exiſtimatores ad miſericordiam velocius impendendam deflecterent. Paſſa eſt ex aduerſo, fateor, Vniuerſitas laborum & expenſarum damna plurima; ipſa tamen meo iudicio leuiter obliuiſcenda, aut contemnenda ſunt pro commercio pacis, pro fraterna reconciliatione, pro reintegratione tantæ partis abruptæ; tantummodò fidei ſuæ integritas & Vniuerſitati ſuus honor permaneant, vel fallor, vel ſatis eſt, &c. Pereant qui de matris, aut myſtici corporis fœda mutilatione gloriantur, qui non ſanationi ſtudent, ſed medelam quærentibus crudeliter iraſcuntur, & qui ad diuiſionem magis quàm pulcherrimam vnionem Dęmoniaca impietate pelluntur; quorum perſecutio, ſi pergunt in pacificos vnitatis amatores furere, ſpernenda eſt, & generoſæ virtutis pede calcanda; hoc prouiſo, ne damnoſius inde naſcatur in Vniuerſitate, vel Rep. ſcandalum.

Eodem anno 15. Kal. Iunias habuit Vniuerſitas Pragenſis Comitia frequentiſſima, in quibus 45. articuli Wicleffiani damnati ſunt tanquam hæretici, publicoque Rectoris Edicto vetitum propoſitâ pœnâ capitis, illos docere. Sed heu quàm parum illa conſtans fuit! Anno enim ſequenti Huſſius, illâ obmuteſcente, eoſdem ſpargere auſus eſt, vt ſuo loco referemus.

Legimus quoque eodem anno M. Ioannem Breuis-coxæ Doctorem **Theologum Orationem habuiſſe ad Regem, Vniuerſitatis & Ciuium Pariſienſium nomine**, vt leges à ſe nuper latas diligenter ſeruari curaret. Quam orationem nondum credo typis mandatam mihi benignè conceſſit ex MS. M. Iacobus Mentelius Doctor Medicus; & ita ſe habet.

Quædam Propoſitio & exhortatio facta in præſentia Regis Karoli VI. Pro Parte Vniuerſitatis, ac Præpoſiti & Ciuium Pariſienſium, vt certæ ordinationes tunc nouiter factæ ſeruarentur. Per M. Ioan. Breuis-Coxæ Doctorem Theol. & Oratorem Vniuerſitatis.

TRes-hault & tres-puiſſant Roy, mon tres-redouté & ſouuerain Seigneur: Voſtre tres-humble fille, Meſſeigneurs le Recteur & Maîtres de l'Vniuerſité, les Preuoſt des Marchands & Eſcheuins de voſtre bonne Ville de Paris vos tres-humbles & loyaux ſubjets m'ont chargé de vous expoſer aucunes-choſes leſquelles, s'il vous plaiſt, de voſtre benigne grace & pour contemplation de eux moy oyr, ie les diray aſſez

1403. » briefement & le moins mal que ie pourray ; Et en verité s'il leur euſt
» pleu moy deſcharger de ce, ils m'euſſent fait vne grant grace, meſmement
» que ie fais grant doute, que par mon non ſens ie preiudicie à la cauſe
» pour laquelle ie dois parler, parce qu'autre l'euſt trop mielx ſçeu
» faire que moy ; mais puiſque ainſi leur plaiſt & que en ſi vertueuſe vou-
» lenté qu'ils ont à l'onneur de vous & au profit de voſtre Royaulme nul
» preud'homme leur deuroit faillir, toutes excuſations oſtées que ie ne
» teigne temps en vain pour deſcendre au fait, ou ie veil venir, ie prens la
» parole du Prophete qui dit ainſi. *Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri*
» *& argenti.* Pſal. 106.

» Ie voudrois ſur toutes choſes ſe faire ſe pouoit, Mon tres-redouté &
» ſouuerain Seigneur, que vn chaſcun natif de voſtre Royaulme euſt telle
» amour & telle attention à accroiſtre & garder le prouffit commun & la
» choſe publique d'iceluy, comme il a à ſon priué & particulier prouſit,
» tous viurions en paix, en amour & en grant & plantureuſe habondance
» de tous biens temporels & autres que l'en peut & doit ſouhaitier en ce
» monde. Et certainement ſe vn chacun peſoit bien comment ſon prouffit
» particulier, ſon bien & ſon ſalut ſont comprins & contenus ou prouffit
» commun & que pareillement le grand detriment & la grant leſion d'ice-
» luy redunde & deſcent ou dommage de vn chacun, ie ne cuide mie que
» auiourdhuy on trouuaſt tant de Gens qui detrahiſſent du bien commun
» & publique, pour accroiſtre & eſleuer le particulier eſtat, comme l'en
» fait, car à peines trouueroit-on aulcun, ſe aueugle n'eſtoit, qui ne aimaſt
» mielx vn moyen eſtat en ſeurté qu'vn bien grant, en peril & en doubte
» dechoite & de ruine. Se vn chacun pille, prent & trait à ſoy à tort & à
» trauers ſans moderation, ſans meſure du bien commun de ce qu'il peut,
» que demourra il à la choſe publique ? Riens. De quoy ſe ſouſtenra-elle ?
» quant riens ne luy eſt demouré ? Il conuient finablement ſi ne luy eſt
» eſt pourueu par autres que elle chée, & que en celle ruine elle tire plu-
» ſieurs à ſoy & le plus ſouuent ceux qui en ce peril l'ont miſe. Mais les
» Sages du temps paſſé n'ont mie ſans cauſe appellée conuoitiſe aueu-
» gle, Car quant elle accueuſt fort aulcun, elle luy eſtaint les yeulx &
» ſon entendement qu'il ne voye les perils qui ſont aſſez prés & deuant
» luy, comme Flaccus qu'on appelle vulgairement Horace, le mon-
» ſtre par exemple de celuy qui met des gluons en vn arbre, pour pren-
» dre des oyſillons, s'aucuns ſaſſyent deſſus, il cuert haſtiuement l'œil
» tendu à l'arbre, ſans regarder à ſes piés, en ſon chemin ſi il treuue
» vne groſſe pierre ou vne foſſe il chet ; ainſi eſt-il, dit Orace, de ceulx
» qui trop ardemment conuoitent accroiſtre leur eſtat & auoir des
» biens de ce monde plus que à eulx n'appartient. Mais cette tres de-
» raiſonnable & deſordonnée voulenté que pluſieurs ont à leur prouf-
» **fit particulier mis & bouté arriere, le prouffit commun, n'eſt pas de**
» nouuel, mais de tres long-temps, ne ſeulement en ce Royaulme, com-
» bien que aucuns anciens Hiſtoriographes notent ſingulierement les
» François de conuoitiſe, neantmoins elle eſt és autres Païs & Nations,
» comme cy, & pour cette cauſe les Sages & preuds hommes du temps
» paſſé furent meuz de inſtituer & ordenner aucun ou aucuns qui auroient
» la cure & le ſoing de la choſe publique, c'eſt à dire du prouffit commun,
» comme dit Iuſtin, que quant les Lacedemoniens par la Victoire qu'ils
» eurent des Atheniens, orent la Seignorie deuers eulx, ils ordunerent
» 30. ſages hommes qui adminiſtreroient leur choſe publique. Romulus
» comme dit Tite-Liue en la 1. Dec. pour ſemblable cauſe orduna cent Se-
» nateurs, quels gens ? *quibus Corpus annis infirmum*, dit Saluſte, *ingenium*
» *ſapientia validum erat*, gens foibles de corps pour l'aage qu'ils auoient,
» mais forts & vertueux d'engin par leur prudence & grant experience:
» aux autres fut aduis que mielx valloit obeyr à vn ſeul que à pluſieurs
» & pourtant eſleurent aucuns & inſtituerent Roy ſur eulx, auquel vou-
» lontairement ils obeyroient, comme les habitans de Sichem prindrent

Abimalech, & les enfans d'Iſraël requirent à Samuel qu'il leur inſtituaſt vn Roy 1. Reg 8. Non mie que ie veille dire que tous les Roys ayent eſté eſleuz & inſtituez par le Peuple, mais ont eſté pluſieurs Roys de leur droit, comme dit *Ariſt. 3. Pol.* ou pour ce qu'ils ont eſté autheurs & commencement d'icelles Seignories, comme Romulus dont i'ay deſſus parlé, fut premier auteur de la Seignorie de Rome, ou pource qu'ils preſeruoient ou deliuroient le Peuple de ſeruitute, comme Codrus & Tirus, ou que par puiſſance ramenoient les Citez & Païs voiſins à l'obeïſſance d'vne Seignorie, comme fit Meronée premier Roy de France & pluſieurs autres, qui ſeroient longs à reciter. Et entre les adminiſtrations de la choſe publique la Seignorie Royale eſt la ſouueraine, la plus benigne & la plus durable. Einſy ledit Ariſt. *Harum Communicationum optima eſt Regnum.* Et rend tantoſt la cauſe, *quia patris ad filios communicatio Regni habet figuram*, telle doit eſtre la Seignorie du Roy à ſon peuple, comme du pere à ſon fils. Et pourtant Homerus appelloit Iupiter premier & appelloit Agamemnon Paſteur du Peuple, parce qu'il auoit principalement regart au prouffit de ſon Peuple pluſque à ſon prouffit, qui eſt Seignorie Royal: le Tyran tout au contraire tent plus à ſon prouffit que au bien de ſon Peuple. Ainſi ledit Ariſtote & tous les Sages qui ont parlé de cette matiere s'y accordent. Et à ce propos dit Salluſte des 100. Senateurs eſleuz pour l'adminiſtration de la choſe publique de Rome. *Curæ ſimilitudine Patres appellabantur.* 1403.

ſuper his factis, teneantur ſiue adhoc valeant æqualiter coërceri. Eandem quippe financiam ſeu tertiam partem propter hoc debitam, vel debendam ſeu aſſignandam, Nos ex vberiori gratiæ noſtræ dono ex dictis certa ſcientia, ſpeciali gratia & Regia autoritate ipſi Cambellano noſtro ex nunc litteris præſentibus donauimus, remittimus penitus & quittamus dilectis & fidelibus Gentibus Compotorum noſtrorum, ac Theſaurarijs Pariſienſibus ceteriſque Iuſticiarijs & Officiarijs noſtris, aut eorum loca tenentibus, præſentibus & poſteris & ipſorum cuilibet, provt ſpectauerit ad eundem dantes tenore præſentium in mandatis quatinus antedictos filiam & Cambellanum noſtros, ac etiam Capellanos prędictos præſentes & poſteros & ſingulos eorundem, in quantum ipſos tanget ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum dictis centum libris Pariſienſ. annui & perpetui reditus noſtriſque præſentibus conceſſione, admortiſatione & gratia vti & gaudere faciant & liberè patiantur, non faciendo aut ſinendo, vt contra præſentium continentiam eis, aut eorum alicui fiat ſiue detur compulſio, impedimentum, perturbatio, aut aliquod aliud moleſtamen, non obſtantibus dictis Ordinationibus & alijs quibuſcunque. Et vt hæc omnia ſtabilitate perpetuâ ſolidentur, noſtrum his præſentibus fecimus apponi ſigillum: Noſtro in reliquis & alieno in omnibus iure ſaluo. Datum Pariſius menſe Auguſto an. 1404. Regnique noſtri 24. Et plus bas ſur le reply eſt eſcrit, Per Regem in ſuo Magno Conſilio in quo Rex Nauarræ, DD. Duces Bituriæ, Aureliæ & Burgundiæ, DD. Petrus Nauarræ, Epiſcopi Atrebatenſis & Carnotenſis, Magnus Magiſter Hoſpitij, D. Guillel. Martelli, D. Oliuerius de Mauny & nonnulli alij erant. Età coſté viſa. Contentor N. FRERON. 1404.

Circa hæc tempora à Benedicto XIII. Ludouicus Aurelianus Dux Bullas ad Regem retulit, quibus ſe omnibus modis, etiam viâ ceſſionis ſi neceſſe eſſet, Eccleſiæ pacem procuraturum pollicebatur: in eamque rem ad Bonifacium Legatos miſſurum Romam, vti de ſuo certo conſilio eum facerent certiorem, atque ad idem propoſitum, ſi poſſent, adducerent. Lectæ ſunt litteræ Benedicti in Sanctiore Conſilio; adfuit Vniuerſitas, hincque labores ſuos non inanes futuros augurata eſt.

Benedictus Maſſiliæ tunc ſedens, vt exſolueret aliquo modo fidem, Legatos miſit Petrum Rabanum Epiſcopum S. Pontij Tomerienſis, & Petrum Zagarrigam Eccleſiæ Ilerdenſis Electum ad Bonifacium de vnione Eccleſiæ & extinctione Schiſmatis. Illi Romam adueniunt 10. Kal. Octob. ſed Bonifacius Kalendis Octobris obijt. In cuius locum ſuffectus Innocentius VII. 16. Kal. Nouemb. vir cunctis maximi & optimi Pontificis dotibus ornatus, vitæ integritate, egregijs moribus, humanitate, doctrina, pietate & liberalitate præſtantiſſimus. Ante Promotionem Coſmas Melioratus Sulmonenſis dicebatur. Nuncij autem Benedicti in arce S. Angeli à Præfecto Conſanguineo Bonifacij incluſi, nec niſi ſolutis 5000. florenorum auri dimiſſi. Cardinales autem abſentibus 4. numero octo Conclaue ingreſſi, ante omnia hoc ſe iuramento aſtrinxerunt vt quiſquis ipſorum Pontifex eligeretur, Pontificatu ſe abdicaret, quoties Benedictus idem facere vellet, Schiſmatis abolendi cauſâ.

Vniuerſitas autem Pariſienſis, auditâ creatione Innocentij X. ijs quæ in creatione acciderant, binas ad eum & ad Cardinales dedit litteras, quibus eos ad Schiſma extinguendum cohortabatur, deinde conquerebatur de captiuitate Nunciorum Benedicti. Quibus reſpondens Innocentius Bullâ datâ Romæ 13. Kal. Martij aſſerebat ſe toto animo Schiſma deteſtari, ſeque ad illud extinguendum paratiſſimum eſſe: quod verò ad Nuncios Benedicti attinet, eos nullam aliam viam extinguendi Schiſmatis obtuliſſe, quàm vt duo contendentes conuenirent; cumque morbis grauatus obijſſet Bonifacius, Cardinales ab ijſdem Nuncijs ſciſcitantes, num mandatum haberent ad cedendum ex parte Benedicti, quoniam ab ijs decretum fuerat, ſi id habuiſſent, non procedere ad aliam electionem, quouſque ſuper extinctione Schiſmatis prouiſum foret, audiſſe à

1404. Nuncijs ſe mandatum eiuſmodi non habere: ac proinde ipſos, ne Eccleſia Dei Rectore careret, proceſſiſſe ad Electionem Pontificis. Quod verò ad Captiuitatem Legatorum Benedicti attinet, illos eam ſibi imputare debere, qui mortuo Bonifacio noluiſſent in vrbe manere, inciditſe autem in manus Præfecti, ex quibus nec ipſe, nec Cardinales propter tumultus vrbis, potuiſſent eos eripere. Eadem paulo poſt an. ſcilicet 1405. 9. Kal. Maij, ſcripſit ad Ducem Bituricenſem Regis Patruum.

Anno eodem Guido Cardinalis Pictauienſis plurium aliorum Cardinalium exemplo declarationem edidit publicam in fauorem Clementis VII. legiturque in Codice membranaceo ex quo Fr. Bonauentura Bauduſius ſibi à Claudio Chantelou communicato tranſcripſit quæ ſequuntur, mihique copiam fecit.

" VNiuerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ peruenerint, Guido miſeratione diuina Epiſcopus Preneſtinus S. Rom. Eccleſ. " Cardinalis dictus vulgariter Pictauienſis ſalutem in omnium Saluatore & " fidem præſentibus adhibere. Cum vnigenitus Dei Filius in mundum ſe " veniſſe teſtetur vt perhiberet teſtimonium veritati, ipſi qui veritas eſt, " nos conformare obſequiumque præſtare credimus dum ea quæ ſcimus & " vidimus & præſertim quæ tangunt vnitatem Eccleſiæ & animarum ſalu- " tem, fideliter atteſtamur; ad quod etiam in caſu præſentis Schiſmatis " quod, proh dolor! annis pluribus viguit provt viget in Eccleſia ſancta Dei, " ſpecialiter ex debito Officij ac noſtræ dignitatis nos reputamus adſtri- " ctos. Ne igitur nobis qui tempore felicis recordationis D. Gregorij " Papæ XI. eramus in vrbe cum alijs DD. Cardinalibus qui tunc erant " ibidem, obeſſe valeat apud Deum taciturnitas noſtra, Vniuerſitati ve- " ſtræ tenore præſentium ſignificamus aſſerimuſque firmiter & fideliter " atteſtamur in conſcientia noſtra quod illa quæ poſt obitum dicti felicis " recordationis D. Gregorij in dicta vrbe nobis & alijs DD. Cardinalibus " prædictis præſentibus facta fuere de damnatæ memoriæ Bartholomæo " de Perienhano tunc Barrenſi Archiepiſcopo fuerunt facta per metum " iuſtiſſimum, comminationes, violentias & oppreſſiones notorias quem " & quas nobis fecerunt & intulerunt Romani; quodque per ea nullum " ius fuit eidem Bartholomæo attributum in Papatu; nec ipſe qui ſe Vrba- " num fecit nominari, fuit Papa, imò in ſede Apoſtolica per potentiam " & violentiam dictorum Romanorum, intruſus contra Deum, ac ſacro- " rum Canonum ſanctiones, & ſic ſtetit ac remanſit damnabiliter vſque ad " mortem ſuam non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus, Schiſmaticus & Intru- " ſus, provt & quemadmodum in alijs litteris patentibus dictorum DD. " Cardinalium numero vndecim atque noſtro ſigillis ſigillatis & manibus " noſtrum omnium ſubſcriptis ad quas nos referimus in hac parte & à qui- " bus deuiare non intendimus quoquo modo, ſed ipſas per præſentes po- " tius confirmare, præmiſſa latius continentur. Et ſubſequenter fuit in " dicta ſede Apoſtolica intruſus Perrinus de Thomacellis qui eidem Bar- " tholomæo ſucceſsit damnabiliter, & ſe fecit Bonifacium nominari. Te- " nemuſque, aſſerimus & affirmamus certiſsimè electionem felicis recor- " dationis D. Clementis Papæ VII. factam Fundis per nos & alios DD. " Cardinales, ad quos huiuſmodi ſpectabat electio, tunc extra locum me- " tus poſitos & plena libertate potitos fuiſſe rite, iuſtè, liberè, ac canonicè " celebratam, & ipſum D. Clementem ex tunc dum vixit fuiſſe verum S. " Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem & Paſtorem. Et " poſt eius obitum ſanctiſsimum D. noſtrum, D. Benedictum Papam XIII. " per nos & alios DD. Cardinales tunc venientes ad quos Electio perti- " nebat, fuiſſe ritè, iuſtè, liberè & Canonicè electum, eumque ex tunc " fuiſſe & eſſe verum Papam, ac dictæ Rom. & vniuerſalis Eccleſiæ ſum- " mum Pontificem & Paſtorem. Quapropter in ipſorum deuotione & obe- " dientia viximus & viuimus, & in hac fide & certitudine quando placue- " rit Altiſſimo, finire volumus dies noſtros. Et in huius fidelis aſſertionis,

& atteſtationis noſtræ teſtimonium & certitudinem præſentes litteras " ——
inde de mandato noſtro confectas ſigilli noſtri fecimus appenſione mu- " 1464.
niri, quas etiam ſubſcriptione noſtræ manus propriæ ad præſentium cer- "
titudinem & futurorum memoriam duximus roborandas. Datum Aul- "
nioni in domo habitationis noſtræ, die penultima menſis Octob. anno à "
Natiuitate Dom. 1404. Pontificatus dicti D. noſtri Papæ Benedicti an- "
no 11. Et Ego Guido Epiſcopus Preneſtinus S. Rom. Ecl Cardinalis "
hic manu propria me ſubſcripſi. P. GREGORII. "

Sigillum erat appenſum cum cordono rubeo cerâ rubeâ, cerâ albâ circunquaque circundata, & in ſigillo prædicto patenter erant deſcripta talia verba. S. GVIDONIS DEI G. EPISCOPI PRENESTINI S. ROM. ECCL. CARDINALIS. in medio verò dicti ſigilli erat ſculpta imago Crucifixi, & à parte dextra ipſius imaginis eſt ſculpta imago B. Mariæ Virginis. Et à parte ſiniſtra imago S. Ioannis Euangeliſtæ. Subtùs verò pedem Crucis eſt ſculpta quædam imago ad effigiem vnius Epiſcopi portantis mitram ſtantis flexis genibus & iunctis manibus; & ab vtraque parte ipſius imaginis ſunt ſculpta arma ipſius D. Cardinalis; videtur quædam effigies Leonis cum tribus ſtellis de ſuper.

Legitur & alia Declaratio Cardinalis Petri Epiſcopi Portuenſis dicti Florentini in fauorem Clementis eodem anno facta, eſtque talis.

IN NOMINE DOM. Amen. Serie & tenore huius veri & publici In- "
ſtrumenti, ſeu harum præſentium litterarum cunctis ſit notum quod "
nos Ramundus de Albigeſio Licentiatus in Legibus, Canonicus Rute- "
nenſis D. noſtri Papæ Capellanus, ipſiuſque & eius Camerarij, ac Curiæ "
Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor die datæ præſentium vidimus, "
tenuimus, palpauimus, legimus & diligenter inſpeximus quaſdam pa- "
tentes litteras à Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & D. D. Petro miſe- "
ratione diuina Epiſcopo Portuenſi & S. Rufinæ, S. Rom. Eccl. Cardina- "
li Florentino vulgariter nuncupato emanatas, ac ſuo magno ſigillo im- "
pendente cum cordono rubro ab extra in cera rubra ſigillatas (in quo "
quidem ſigillo videlicet in cera rubra circumcirca in litteris formata & "
legibili ſcripta ſunt hæc verba, ſcilicet *S. Petri de Florentia Portuenſis &* "
S. Rufinæ Epiſcopi Cardinalis. Et in parte ſuperiori eiuſdem ſigilli eſt ſcul- "
pta imago Virginis Mariæ tenentis imaginem filij ſui; & in medio ſunt "
tres imagines, quarum prima in ordine eſt imago S. Ioannis tenentis in "
manu Agnum Dei, 2. videtur eſſe imago S. Laurentij tenentis craticu- "
lam in manu, & 3. videtur eſſe imago S. Rufinæ, & ſubtus tres dictas "
imagines, eſt imago vnius hominis ſtantis iunctis manibus, induti caſulâ "
tenentis in capite vnam mitram, & in quolibet latere ipſius hominis ſunt "
ſculpta arma ipſius Domini Cardinalis ſub anno à Natiuitate D. 1404. "
die 8. menſis Septemb. Pontificatus D. noſtri, D. Benedicti Papæ XIII. "
anno 11. at in plica dictarum litterarum ab extra eſt ſcriptum hoc verbum, "
Diethelmus) ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in ali- "
qua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, "
quarum tenor ſequitur in hæc verba.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ peruenerint, Petrus miſeratione diuina Epiſcopus Portuenſis & S. Rufinæ, S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis vulgariter dictus Florentinus ſalutem in omnium Saluatore & fidem præſentibus adhibere. Cum vnigenitus Dei Filius in mundum ſe veniſſe teſtetur vt perhiberet teſtimonium veritati, ipſi qui veritus eſt nos conformare obſequium, præſtare credimus dum ſuper his quæ vidimus & in noſtra præſentia & Populi Rom. & per ipſum Populum Rom. notoriè facta & geſta fuerunt, fideliter atteſtamur. Ad quod etiam caſu præſentis Schiſmatis, quod proh dolor! annis plurimis viguit, prout viget in Eccleſia S. Dei, ſpecialiter ex debiti Officij noſtræ dignitatis nos reputamus aſtrictos. Ne igitur, &c. vt ſupra, vſque ad illa verba, *duximus roborandas*. poſtquæ verba, ſequuntur iſta. Datum

" Auinione in Domo habitationis noſtræ die 8. menſis Sept. an. à Natiui-
1404. " tate Dom. 1404. Pontificatus dicti D. noſtri Benedicti an. 11. Et nos Pe-
" trus Portuenſis Epiſcopus S. Rom. Eccl. Cardinalis prænominatus pro-
" pria manu ſubſcripſimus, *Diethelmus*. Poſt quarum quidem litterarum
" viſionem lectionem & inſpectionem Nos Auditor præfatus ad inſtantiam
" & requiſitionem venerabilis viri D. Iuliani de Loba Canonici Tiraſonen-
" ſis Baccalaurei in Decretis, præfati D. noſtri Papæ & Cameræ Apoſto-
" licæ Procuratoris, huiuſmodi Inſtrumentum publicum tranſſcribi & per
" Ioannem Iauelle Clericum noſtrum & dictæ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ
" Notarium infraſcriptum publicari, & in hanc formam publicam redigi
" mandauimus, confecimus, & huic viſioni, lectioni, inſpectioni, tranſ-
" ſumpto, alijſque præmiſſis etiam, omnibus & ſingulis noſtrum & dictæ
" Curiæ Cameræ Apoſtolicæ authoritatem ordinariam interpoſuimus &
" per præſentes interponimus pariter & Decretum, volentes & decernen-
" tes authoritate prædicta huiuſmodi Tranſſcripto ſeu Tranſſumpto publi-
" co tantam fidem vbique terrarum & locorum in iudicio & extra adhibe-
" ri, quanta adhiberetur Originalibus litteris, ſeu adhiberi poſſet & debe-
" ret, ſi ipſæ Originales litteræ exhiberentur. In quorum omnium & ſingu-
" lorum fidem & teſtimonium præſentes litteras, ſeu præſens publicum
" Inſtrumentum per eundem Ioannem Iauelle Notarium fieri & ſubſcribi
" mandauimus, ſigillique noſtri & dictæ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ feci-
" mus appenſione muniri. Datum & Actum Ianuæ vbi Romana Curia reſi-
" debat in Magno Tinallo FF. Minorum, præſentibus Bernardono de Au-
" rayca Domicello Hoſtiario D. noſtri Papæ & Petro Foyſſacij Clerico
" Nemauſenſis Diœceſis Notario publico teſtibus ad præmiſſa vocatis
" ſpecialiter & rogatis, ſub anno à Natiuitate Dom. 1404. indictione 13. &
" die 26. menſis Iunij Pontificatus eiuſdem D. noſtri Benedicti Papæ XIII.
" anno 11.

" Et Ego Ioannes Iauelle Clericus Pictauienſis Diœceſis publicus Apo-
" ſtolica & Imperiali autoritate, ac dictæ Curiæ Cameræ Apoſtoli-
" cæ Notarius qui viſioni, lectioni & inſpectioni litterarum præinſer-
" tarum; ac omnibus alijs, & ſingulis præmiſſis dum ſic agerentur & fie-
" rent, vnà cum prænominatis Teſtibus præſens fui, eaque ſic fieri vidi &
" audiui, in notam recepi & publicaui, de qua hoc præſens publicum In-
" ſtrumentum, ſeu præſentes litteras Tranſſumptum ſiue Tranſſcriptum
" litterarum prædictarum in ſe continentes, ſeu continens per alium à me
" alijs negotijs occupato extrahi, ſcribi, groſſari, & in hanc formam pu-
" blicam redigi feci; ſicque me ſubſcripſi, ac ſigno meo ſolito vnà cum ap-
" penſione ſigilli dictæ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ ſignaui rogatus & re-
" quiſitus in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

De Hvs-
sitis. Hoc anno vires reſumpſit Huſſitarum doctrina accedentibus ex An-glia **Pragam duobus Magiſtris, quorum alter nomine Iacobus in Theo-**logia Baccalaureus erat; alter Conradus Cantuarienſis, qui inter Alum-nos & Profeſſores Academiæ Pragenſis cooptati multas Quæſtiones in medium protulerunt, quarum hæ duæ fuerunt præcipuæ.

1. *An Papæ* major ſit poteſtas quàm alterius Sacerdotis?

2. *An Panis* Euchariſticus, aut ſumptum Corpus Domini in Papæ quàm in alterius Sacerdotis Miſſa efficacior ſit. Has & ſimiles quæſtiones ef-fundebant: interrogatique quamobrem? id ſe fidei ſuæ firmandæ cauſâ facere reſponderunt: ſed cum id ſæpius & deditâ operâ facerent, M. Leo-nardus Duha Rector ſic eos compellauit, vt habetur in lib. de Huſſij Doctrina & rebus Geſtis. *Filij mei cuiates eſtis?* Angli inquiunt, *ſtudiorum cauſâ huc venimus. Quibus ille. Quoniam inde eſtis, vbi multos eſt reperire hæ-reticos, metuimus ne eiuſdem farinæ homines ſitis, id quod argumenta veſtra ſatis ſuperque probant. Ideoque pro authoritate publicâ, quâ in præſentia fun-gor, vobis ſeuerè præcipio vt de eiuſmodi erroribus in Auditorio noſtro taceatis. Quod niſi feceritis, ſcitote cunctos hæreticos docentes, aut credentes ex Caro-li IV. F. M. Conſtitutione etiam Studioſos exuri poſſe.* Illi quanquam inuiti

ſilentium

ſilentium ſpondent; ſed clam nonnullis accedentibus Magiſtris, & viribus atque animis reſumptis, programma, ſeu Decretum Vniuerſitatis Oxonienſis de laudibus Wicleffi protulerunt; erat autem huiuſmodi. 1404.

OXonienſis Academiæ Cancellarius cum omnibus Liberalium Artium Magiſtris, omnibus & ſingulis S. Chriſtianæ Eccleſiæ fidelibus filijs felicitatem & ſalutem. Quoniam res rectæ atque laudabiles vltra decus meritumque bonorum, commemorationem aſſiduam merentur, nec ſilentio obruendæ; ſed tum teſtimonio tanquam exempla rerum verè geſtarum multis etiam longiſſimè à nobis diſſitis ſignificanda & indicanda ſunt, tum naturâ quam nemo vnquam ſatis perſcrutari valuit, ſingulari ſtudio ſcripta hæc teſtimonia acerrimis Calumniatorum honeſtam bonorum famam crudeliter ſæpè lædentium, telis clypeum opponendum effinxit, quo nos viuis teſtibus deſtitutos protegamus: hac promoti ratione, ſinguli fauore, quo huius Academiæ noſtræ hactenus filium Ioannem Wicleffum Sacroſanctarum litterarum Profeſſorem proſequimur, talem eum eſſe corde, ore ſcriptoque fatemur, faterique cogimur, id quod honeſta ipſius conſtanſque vita poſtulat, quod & ipſa veritas rei teſtatur, volumuſque vt ſuauiſſimi ipſius mores, ars ſubtiliſſima, nominiſque celebritas eò citius omnibus Chriſtianis magis magiſque innoteſcant, ipſius labores ſtudiumque ad Dei opt. Max. laudem proximique ſalutem vltra incrementum propagationemque Chriſtianæ Religionis vergere paſſim conſtet. Omnibus itaque publicum hoc ſcriptum noſtrum inſpecturis Notum facimus Ioannis Wicleffi memoriam vitamque à primis annis vſque ad vitæ ſuæ finem honeſtiſſimè ſanctiſſimèque actam eſſe, quæ nec vlli vllius criminis quodcunque quis dixerit, ſuſpicioni locum dederit: verum tum in Prælectionibus, Reſponſionibus, Concionibuſque & ſyllogiſmis ſiue ratiocinationibus ita prudens, ſedulus, doctuſque & acutus fuit, vt ceu impiger orthodoxæ fidei propugnator; omnes eos qui voluntaria paupertate puram Chriſti doctrinam calumniarentur, Diuini verbi teſtimonijs expugnaret & euerteret. Nec verò vnquam Clariſſimus hic Doctor vllius hæreſeos conuictus, nedum ſepulchro effoſſus aut Religioſorum Procerum iuſſu exuſtus eſt. Abſit ei longè Gentium, vt ita ſanctus probatuſque vir à noſtris ſacrorum Antiſtibus hæreſeos damnatus fuerit, qui Dialectica, Philoſophica, Theologica vt & Ethica ita ſcribens tradiderit, vt nullus, quod nos quidem arbitramur, ipſi par inueniri; nedum haberi queat. Quæ omnia ijs quibus hoc teſtimonium noſtrum obtigerat, ſummo ſtudio ſummaque cupiditate cupimus innoteſcant, vt ita clariſſimi ſimul cariſſimique nobis Domini Doctoris bona exiſtimatio vindicetur & gloria amplificetur. Oxonij 3. non Octob. an. 1403.

OXONIENSIS ACADEMIÆ DE VVICLEFO TESTIMONIO.

Hoc perlecto diplomate cœpit maiori in commendatione eſſe Wicleffus. Huſſius & Hieronymus Pragenſis addunt ſe Anglis ſocios, palam laudant Wicleffum: renituntur tamen multi Magiſtri & in Huſſium tanquam Wicleffo deteriorem inuehuntur: apud Imperatorem de eo conqueruntur. Sed ille ignauus hoc tantum dixit, *Vah! ſinite ipſum. aurea anſer iſte mihi oua pariet*; quo audito Huſſius maiores animos ſumit, & è ſuis ſectatoribus quoſdam ad alias Academias mittit, Heidelbergenſem, Colonienſem & Pariſienſem. Hieronymus Lutetiam venit & Wicleffi doctrina imbutus multos è Sorbonicis expugnaſſe dicitur; quanquam neminem, quod ſciam, notat hiſtoria iſtius temporis, qui ei adhæſerit.

Anno 1405. duo mala turbarunt Eccleſiæ qualemcunque pacem & Regni. Atque vt à Regni turbis incipiamus, Ioannes Burgundionum Dux Philippi *Boni Ducis* anno ſuperiore defuncti filius & heres nonnihil inteſtinæ ſimultatis fouens cum Aureliano Regis fratre ſecedit in Flandriam, hereditatis paternæ partem illam aditurus, vbi feſtiuè exceptus & exultantibus ſubditorum animis, poſtquam eos ſibi Sacramento adegit, Tributi onere quod paulo ante Regis Edicto dato Pariſijs 1405.

impoſitum fuerat, eos immunes eſſe voluit. Quæ res Aurelianum offendit,
1405. cuius erant in Regni adminiſtratione ſupremæ partes. Nec parcit forte verbis durioribus. Hinc ſuadent Burgundioni familiares redire in Franciam, ne in Conſilio Regis res ſuæ fiant deteriores; redit multis comitantibus. Quo comperto Aurelianus Reginam & Delphinum Melodunum educit, vt eorum autoritate fultus (Rege quippe non ſano) Regni habenas moliretur. Vix exierant, ecce Burgundio aduenit eoſque ſine mora aſſecutus Corbolio Pariſios reducit; hinc iam non obſcura inter Burgundionem & Aurelianum odia, quorum erit funeſtus exitus.

Aliunde Benedictus toto animo videri volens ad pacem propenſus, Genuam contendit, vt per Internuncios cum Innocentio tunc Viterbij commorante facilius agat. Interim Eccleſiaſticis Bonis Decimam imponit, exigique iubet geminam penſionem, ferijs nempe Paſchalibus & Remigialibus. Et id onus fuit multis graue, viſumque ferri non debere. Rector Vniuerſitatis magno comitatu Regni Rectores adit, ſed irrito conatu. Ergo ad Benedictum Legatos deſtinat, eximique poſtulat, atque in eam rem Collectam facit bis mille aureorum teſte Iuuenale de Vrſinis.

Die autem 21. Aprilis cum haberentur Vniuerſitatis Comitia apud Bernardinos, traditæ ſunt Rectori M. Dominico Chaillon geminæ litteræ, à M. Petro de Bruxella, qui Romam cum Legatis Regijs miſſus fuerat, vt Cardinales à ſubſtituendo in locum Bonifacij Pontifice dimouerent. Retulit ergo ille reſponſorias litteras Innocentij & Cardinalium, quas priuſquam aperiret Rector, eas iuſſit Decanis & Procuratoribus ſingulis porrigi inſpiciendas, num ſanæ eſſent & integræ; idque factum Notarijs præſentibus, vt patet ex hoc Inſtrumento.

Anno Dom. 1405. die verò 21. April. in Congregatione Generali Almæ Matris Vniuerſitatis Studij Pariſ. videlicet Magiſtrorum, Doctorum 4. Facultatum, ſcilicet Theologiæ, Decretorum, Medicinæ & Artium, Regentium & non Regentium præfatam Vniuerſitatem conſtituentium & in ipſorum perſonis repreſentantium nobis Notarijs & teſtibus infra ſcriptis præſentibus, fuerunt quædam Pergameneæ litteræ clauſæ tribus rubeis ſigillis ſigillatæ venerandæ circunſpectionis viro M. Dominico Chaillon præfatæ Vniuerſitatis Rectori *per M. Petrum de Bruxella* Magiſtrum in Artibus & Baccalarium in Theologia, de Roma, vt dicebat, venientem publicè preſentatæ: & antequam de illis fieret apertio, *cuilibet Decano & Procuratori ſingularum Facultatum & Nationum* exhibitæ ad videndum & examinandum, ſi dictæ litteræ eſſent ſanæ & integræ atque clauſæ. Qui Decani & Procuratores illas ſanas eſſe & integras retulerunt, quæ poſtmodum apertæ palam & publicè fuerunt atque lectæ, hæc verba continentes.

„ INNOCENTIVS Ep. S. S. D. Dilectis filijs Rectori, ac Vniuerſitati Studij Pariſienſis Sal. & Apoſt. bened. Duas veſtras litteras nuper, primam 9. ſecundam 26. diebus menſis Nouemb. proximè præteriti datas Pariſius vidimus per legentes, quas per dilectum filium *Petrum de Bruxella* in Artibus Magiſtrum & ſacræ Theologiæ Baccalaureum pro parte veſtra præſentare feciſtis. Ac intelleximus gratâ mente per ipſum Petrum pro eadem parte elegantiſſimè nobis, ac fratribus noſtris illum eundem finem inferentia circa remotionem peſtiferi horrendique Schiſmatis noſtro & eorundem Fratrum noſtrorum cordibus inſidentem exactiſſimè reſerata, cui quæ ad pacem & vnionem decerent vt noſtis, intimauimus. Et quia veritatis alumnos anterior ętas vos glorioſiſſimè & digniſſimè prędicat, pro veritate conſtantiſſimè ſatagere & exponere vos decet. Nam & de Tobia in præconium ſcriptum, *Viam veritatis non deſeruit, quoniam magna eſt veritas & præualet*, vt alibi ſcriptum eſt, ad quam vos exhortamur ex viſceribus Charitatis, & ad deteſtabile Schiſma, quod proh dolor! tantis retrolapſis temporibus in Chriſtianorum Eccleſia damnabiliter perdurauit & durat) vijs & modis debitis, congruentibus & iuſtis

autoritate Domini extirpandum: ad illud etiam ſubmouendum, dum eramus in minoribus conſtituti, ſummis deſiderijs aſpirabamus, nuncque vt tam fructuoſiſſimum in præfata Eccleſia bonum fiat, dirigimus & extendimus curas noſtras. 1405.

Et vt eò efficacius atque conſultius illo de throno ſuæ ineffabilis clementiæ, inſpirante cuius res agitur, ſicut in deſiderijs gerimus noſtri cordis, hoc fieri valeat, iampridem per Nuncios veſtros & litteras circa extirpationem tam deteſtabilis Schiſmatis, incommutabile mentis noſtræ, ac præfatorum Fratrum noſtrorum propoſitum tam Regibus, Prælatis, quàm Principibus & Vniuerſitatibus, Populiſque nobis & Eccleſiæ Rom. deuotis, quos & præſens tangit negotium, declarare prouidimus exhortantes, ac etiam requirentes totis affectibus huc vſque ad feſtum omnium Sanctorum proximè futurum ad præſentiam noſtram venire, vel ſolemnes eorum Oratores dirigere vellent ad conſulendum ſuper vijs & modis huiuſmodi debitè & iuſtè circa remotionem præfati Schiſmatis autore Altiſſimo per nos ſoluendam, ad quod (nouit ſcrutator almus cordium) finalis intentio noſtra tendit. Veruntamen non intendimus obliterare ſilentio, quod Oratores qui ad præſentiam fel. record. Bonifacij Papæ IX. prædeceſſoris noſtri circa extirpationem huiuſmodi Schiſmatis, vt aſſerebant, modico interiecto ſpatio ante Domini Prædeceſſoris obitum fuerant de Auinione, ſiue aliunde tranſmiſſi, viam conuentionis ad certum locum perſonaliter Prædeceſſori noſtro omnes alias vias intercluſuram, nullamque eorum iudicio incluſuram principaliter obtulerunt, aſſerentes quod ratione habitâ ſuper viâ Conuentionis huiuſmodi ad aliqua particularia deuenirent eidem Prædeceſſori gratiſſima. Quam quidem Conuentionis viam poſt plures exactos dies idem Prædeceſſor noſter multiplicium ægritudinum acerbiſſimarumque ſtimulis quibus per longa priùs tempora etiam fuerat, pluſquàm exprimi valeat, anxiatus, ipſumque ad extrema trahentibus: nam die 3. tunc ſuæ debitum mortalitatis exſoluit, moribundâ grauitate depreſſus adimplere non poſſe concernens, reſpondendo eiſdem & declarans ex ſui infirmitate impoſſibile, poſtulauit obnixè vt ad alia particularia, iuxtà oblata per eos, deſcenderent, qui nihilominus dictæ viæ Conuentionis innitentes nihil effectualiter inferebant.

Poſtea verò eodem Prædeceſſore ab huiuſmodi vita mortalitatis ſubſtracto, antequam ſacrum Collegium Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, pro futuri electione Pontificis in Conclaui iuxta morem intraret, Oratores præfatos quorum etiam in caſu mortis antedicti Pontificis, ſpecialia ad idem Collegium habere vnus aſſerebat, fecit euocari, quamuis nihil noui obtulerit; Nam vnum erat in omnium noſtrûm intentione propoſitum, vt ſi mandatum haberent ſufficiens ad reſignandum & credendum, accederent illius nomine qui eos, vt dicebant, tranſmiſerat, ſimili electione futuri Pontificis non procedere ceſsione peracta, ſed exſpectare quo vſque diuinâ ſuperilluceſcente Clementia ſuper emotione præfati Schiſmatis in forma debita & ſalubri, Domino autore qui iuſtas ſemper proſequitur actiones, prouiſio facta foret, vt inconſutilis Chriſti tunica (quam dolentes referimus) hactenus deſciſſa lateribus, per Spiritus ſancti gratiam redintegrationem ſuſciperet exoptatam. Et quoniam Oratores ipſi ſe expreſſerunt ad id mandatum ab eorum Domino non habere, obtulimus affectione ſincera requirentes obnixè vt aliqui ex eis ad præfatum eorum Dominum pro conſecutione Mandati huiuſmodi remearent, reliquis hîc manentibus, vt tam ſalutaris Concluſio ſequeretur. Ad quod reſponderunt quod eundem arbitrabantur viam Ceſsionis nullatenus conceſſurum, cum via huiuſmodi ſecundùm eorum iudicium iuri, ac æquitati conſona non extaret. Ob hoeque, ne præfata mater Eccleſia in terris Chriſti maneret Vicario deſtituta, Conclaue huiuſmodi omnes Cardinales præfati intrauerunt in nomine omnium Saluatoris. Tandemque effectum eſt poſt multos & exquiſitos ſuper

1405. » huiuſmodi futuri creatione Pontificis tractatus habitos, vt ijdem Cardi-
» nales ad humilitatem noſtram reſpicientes de communi concordia, Spi-
» ritus ſancti gratiâ aſſiſtente propitiâ, nos in patrem elegerunt & Paſtorem.
» Poſtremo plurimorum auditu percepimus eoſdem Oratores fuiſſe in
» Alma vrbe per Caſtellanum S. Angeli detentos & ad redemptionem gra-
» uiſſimam coarctatos. Quod ſi vera, vt credimus, profiteri voluerint, de-
» bent equidem id eorum diffidentiæ aſcribere, nec indignè; nam flu-
» ctuantibus peſtiferis motibus in ipſa vrbe poſt præfati Prædeceſſoris obi-
» tum, & ipſis à Collegio huiuſmodi Cardinalium licentiam ab eadem vr-
» be recedendi poſcentibus, cum abſque vitæ vel rerum diſcrimine ab vr-
» be ipſa, forenſi maximè tutus non pateret abſceſſus, ipſis perſuaſum ex-
» titit, vt nullâ ratione diſcederent, ſed cum plena (quæ tunc eis oblata
» fuit & ſeruata fuiſſet indubiè) ſecuritate manerent, qui eos..... præ-
» buerunt; de quo doluimus & dolemus. Nam in illius manus eorum mo-
» tus perduxit eos, de quo poſt huiuſmodi Prædeceſſoris obitum nec Col-
» legium ipſum, aut nos potuimus, aut poſſumus quomodolibet diſponere,
» aut aliter ordinare. Et antequam Conclaue ipſum intraremus, pro illo-
» rum liberatione ad Caſtrum ipſi cum nonnullis alijs Cardinalibus acceſ-
» ſimus, ſed incaſſum. De quo tamen præfati Caſtellani conditione pen-
» ſatum certiſſimi fuimus, quod ſemper ita contingeret, vt emerſit; ita-
» que ipſis illud venit procul dubio imputandum. Super quo tam nos
» quàm Collegium ipſum poſſumus rationabiliter excuſare: & hæc omnia
» cupimus tam ad veſtram quàm aliorum quorumlibet notitiam perueni-
» re. Rex autem pacificus qui præfatam Eccleſiam ſuo pretioſiſſimo fun-
» datam ſanguine inſeparabili fœdere copulauit, ſuâ miſeratione corda fi-
» delium ſic viuificet & illuſtret & illuſtrata conſeruet, vt depulſis erro-
» ribus in eadem Eccleſia per ſanctiſſimæ vnionis huiuſmodi myſterium in
» Angelico corde & opere canatur, *Gloria in excelſis Deo, & in terra Pax*
» *hominibus bonæ voluntatis*; provt humanæ fragilitatis conditio indiget,
» animarum ſalus & corporum iuxta diuinæ beneplacitum voluntatis, cui
» nos & reliquos decet & expedit in omnibus conformare. Datum Romæ
» apud S. Petrum 13. Kal. Martij Pontif. noſtrian. 1.

Cardinales ſimiliter ſuas ad eandem Vniuerſitatem dederunt litteras, quarum hæc erat ſuperſcriptio: *Venerabilibus viris & dilectis nobis in Chriſto Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſ.* initium verò tale. *Miſeratione diuina Epiſcopi, Presbyteri ac Diaconi ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales Venerabilibus viris & dilectis nobis in Chriſto Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſ. Sal. in Do.*

Hæ litteræ porrectæ ſunt Biturigum Duci; & ille protinus alios Legatos ad Innocentium mittit; atque ex ijs & ex multiplicibus litteris agnoſcitur Benedictum non ſatis ſincerè proceſſiſſe; quippe pollicitum ſtatim poſt recuperatam libertatem, ſe miſſurum Romam Legatos, qui viam ipſam Ceſſionis proponerent; illis non aliud mandaſſe, niſi vt cum Bonifacio de loco Conuentus agerent: quâ in re ludificari videbatur. Ergo res ipſius in Francia incipiunt eſſe deteriores. Quod vt intelligit, ad Ducem Biturigum legat Cardinalem de Challanto Sabaudum, mandatque ne propoſitis ab vniuerſitate vijs nimis inſiſtat; ipſam enim varijs ſtudijs diſtrahi; & quod ſemel animo concepit & concluſit, ſeu bene, ſeu malè, velle pertinaciter tueri. Non tulit Dux talia dicentem Legatum, nec deſiſtit vniuerſitas, habens animum ſemper intentum ijs quæ ab vtroque Pontifice agebantur, apud Regem inſtare, donec iterum obedientiæ ſubſtractio facta, vt ad annum ſequentem dicetur.

Porro cum Innocentius videretur bono animo ad pacem tendere, varij à varijs compoſiti & oblati ſunt Tractatus de modis ſedandi Schiſmatis; inter alios Petrus Anchoranus Iuris vtriuſque Doctor Bononienſis Epiſtolam cuidam Cardinali direxit, multas vias complectentem: Probabat verò potiſſimum *Ceſſionis viam* ab Vniuerſitate Pariſienſi propoſitam.

Vniuerſitas ad iſtius negotij proſecutionem Legatos Romam deſtinat, hiſque litteris eos indemnes eſſe cupit, quæ habentur in Tabulario Academico ſub hiſce Characteribus A. 1. 1. 1405.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, *Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium*, Sal. in Dom. Notum facimus quod Nos attendentes, quæ circa Legationem quam ad præſens ad vrbem pro facto vnionis S. Matris Eccleſiæ deſtinamus; videnda ſunt vt Legati noſtri ibidem pro facto illo progreſſuri ſecuriores ſint, & pericula quæ eminere in congreſſu poſſunt, audacius ſubire & rem ſibi commiſſam perficere valeant, ſicut & quemadmodum aliàs & maximè tempore Rectoriæ Vener. Viri M. Poncij Simoneti concluſum fuerat, nunc ex integro tenore præſentium concludimus quod ſi dictos Legatos videlicet MM. Petrum Plau ſacræ Theol. Profeſſorem, Io. Guioti Decretorum Doctorem, Henricum Doigny Magiſtrum in Medicina, Guill. Pulcri-Nepotis & Arnoldum Wtwit Magiſtros in Artibus & Baccalarios formatos in Theologia, aut eorum aliquem, ſeu alterius eorum familiarem in corpore, aut bonis capi per quoſcunque contingat, incarcerari, aut arreſtari, illorum & cuiuſlibet eorundem liberationem & expeditionem diligenter proſequi, & eos & eorum quemlibet, indemnes reddere volumus & promittimus, etiam ſi eis, aut eorum alicui quæcunque tam terra quàm mari inferantur iniuriæ, illas Nobis factas & illatas reputamus, quas quantum poterimus, omnibus vijs atque modis contra quoſcunque proſequemur & ex nunc, provt ex tunc, cauſam noſtram facimus & conſtituimus. Quæ omnia & ſingula præmiſſa exequi, agere & perficere pro dictis Legatis & eorum quolibet, ac cuiuſlibet eorundem familiari tam coniunctim quàm diuiſim promittimus ſub omnium & ſingulorum hypotheca & obligatione dictæ Vniuerſitatis bonorum præſentium & futurorum, quæ dictis Legatis & eorum cuilibet hypothecamus per præſentes & obligamus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri magni vnà cum Notarij noſtri, ſeu Scribæ infra ſcripti & Notarij publici ſubſcriptione iuſſimus roborari. Datum Pariſius in noſtra congregatione Generali apud S. Math. celebrata die 20. menſis Septemb. præſentibus venerandis viris MM. Io. Luquet, Petro Wart. Magiſtris in Theologia, Decanis Facultatum Decretorum & Medecinæ cum pluribus Magiſtris in Artibus & alijs ad præmiſſa vocatis & rogatis an. Dom. 1405.

Et Ego Ioannes de Rinello Clericus Tullenſis Diœceſis publicus autoritate Apoſtolica & Imperiali, & *Vniuerſitatis Pariſienſis Notarius & Scriba*, quia præmiſſa omnia & ſingula dum vt ſupra ſcribuntur, agerentur & fierent, vnà cum præfatis teſtibus fieri vidi & audiui, idcirco de mandato dicti D. Rectoris præſentes litteras magno ſigillo Vniuerſitatis Pariſ. ſigillatas ſigno meo publico ſignaui hîc me ſubſcribens in teſtimonium veritatis præmiſſorum. Sig. I. DE RINELLO.

Eodem anno M. Ioannes Gerſonius Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis, & Parochus, ſeu Curio S. Ioannis de Grauia Sermonem habuit ad Regem Carolum accepto Themate *Viuat Rex*, nomine Vniuerſitatis de Regimine Regni, quæ oratio Gallicis verbis conſcripta prodijt in lucem Pariſijs an. 1561. apud Vincentium Sertenas, cum Priuilegio Regis dato die 25. Ian. an. 1560. ſic autem incipit.

VIVAT REX, VIVAT REX, VIVAT REX. 3. Reg. 1. *Viue le Roy, viue le Roy, viue le Roy. Viue Corporellement, viue Spirituellement & Ciuilement. Viue ſpirituelement, perdurablement & raiſonablement. Cy offre & propoſe cette belle ſalutation*, LA FILLE DV ROY, LA MERE DES ESTVDES, LE BEAV CLAIR SOLEIL DE FRANCE, VOIRE DE TOVTE LA CHRESTIENTE' L'VNIVERSITE' DE PARIS, *de par laquelle nous ſommes icy enuoyez en la preſence tres-honorable de vous, Tres-nobles Excellens Rois, Princes, & vous tous Meſſeigneurs & tres-ſage Conſeil, où eſt repreſentée la dignité, magnificence & Majeſté Royale, &c.*

1405. Non tulit hoc æquo animo Aurelianus, qui tunc cum Regina Meliduni morabatur; licet enim teſte Monſtreletio miſſis ad ipſam Vniuerſitatem litteris & Nuncijs, rogaſſet æquis ſententijs diſcuti & examinari diſſidium quod ſibi cum Burgundione intercedebat; atque adeo conſtituiſſet illam arbitram & Iudicem, putauit tamen factam ſibi iniuriam, quod illa de Regni regimine ad Regem peroraſſet: itaque cum adipſum Ducem ſuos deſtinaſſet Legatos. 1. Vt delati honoris gratias ageret. 2. Vt palam faceret, ſibi periucundam eſſe Regni reformationem. 3. Denique vt ſe omnem ſuam operam impenſuram polliceretur, quò diſſidium omne inter Duces extingueretur, non abſtinuit tamen Aurelianus verbis durioribus & reprehenſione, quod Burgundioni paulo magis fauere videretur, multaque ab eo contra ſe dicta malè non confutaſſet: Non enim 1. ignorare Vniuerſitatem, quin cum ipſe filius fraterque Regis ſit, ad ſe quoque Regni regimen pertineat, Rege non ſano, impubere Delphino. 2. Cum ipſa ex omnigenis ſuppoſitis conſtet, non debere de Regni moderamine iudicium ferre, ſed eam curam ſolicitudinemque Principibus conſanguineis relinquere. 3. Nec ſibi placere, vt de pace cum Burgundione agat, ſibi enim cum eo nullam ſimultatem eſſe, aut diſcordiam.

Diſſimulare ſic voluit; paucis tamen poſt diebus ipſe & Regina multis militibus comitati Meliduno Pariſios rurſus tendunt. Hinc tumultus in vrbe: non ingrediuntur tamen: ſed inter eos pactum conuentumque per Internuncios, vt Reges Siciliæ & Nauarræ; item Borbonius & Biturix Duces diſſidij cauſas examinent & dijudicent; quò tandem compoſito, Aurelianus Pariſios redijt, & cum Burgundione animum coniungere viſus eſt.

1406. Anno 1406. rurſum inſurrexit aduerſus Benedictum Vniuerſitas ob tergiuerſationes & ludificationes: nam cum Antonius de Chalanto Cardinalis Diaconus à Benedicto miſſus ad Regem, ſuum Papam nimis extolleret, in aduerſarium Innocentium multa congereret, nec parceret ijs qui ſubſtractionem obedientiæ ante moliti fuerant ipſumque Benedictum ad cedendum adducere imò compellere voluerant, Vniuerſitas non paſſa fieri ſibi, Regno & Eccleſiæ Gallicanæ talem iniuriam, repreſſit hominem ſuperbientem, colluſionemque & ludificationem Pontificum oculis omnium ſubiecit.

Petijt ergo audiri Cardinalis, & auditus eſt ſtatim à Paſchate; Latinis verbis perorauit præſentibus Ducibus, Rectore & ſelectis Vniuerſitatis; petijt quoque audiri Vniuerſitas & obtinuit, quanquam non ſine reluctamine. Die autem 13. Maij, M. Ioannes Parui Normanus Doctor Theologus eius nomine dixit fortiter contra tricas & ludificationes Benedicti, rationeſque à Cardinale prolatas apertiſſimè confutauit: & tandem concluſit non poſſe ipſum aliter adigi ad cedendum, quam ſi nunc, vt ante, ſubſtrahatur ei obedientia: ſimulque poſtulauit Academiæ Toloſanæ Epiſtolam lacerari & flammis mandari, Regi, Regno, Eccleſiæ Gallicanæ, omnibus bonis iniurioſam. Variæ dicuntur ſententiæ. Demum placuit litis diſcuſsionem ad Curiam Pariſienſem remitti.

Huiuſce cauſæ duæ fuerunt partes, vna aduerſus Vniuerſitatem Toloſanam; altera aduerſus Benedictum. die 17. Maij conceſſa audientiâ M. Petrus Plaoul Doctor Sorbonicus Vniuerſitatis Pariſ. nomine priorem partem aggreſſus eſt. M. Ioannes Parui alteram, nempe contra Benedictum & pro ſubſtractione inſtauranda, & ea die nihil actum præterea.

Poſtridie Ioannes Iuuenalis de Vrſinis Aduocatus Regius vehementer probauit quæ ab Vniuerſitate dicta fuerant tam contra Epiſtolam prædictam, quàm contra Benedictum; demumque Epiſtolam igni addixit, eiuſque Autores grauibus pœnis quod in Regem, in Concilium, in Eccleſiam Gallicanam à quibus ſubſtractio concluſa fuerat, audacter nimis dixiſſent & ſcripſiſſent. Subſtractionem quoque promulgari voluit, quòd Benedictus promiſsis non ſtetiſſet, quòd ludificaretur & vt

olim fecerat, moras ſubinde ſemper varias necteret. Subſtractionem, inquam, non omnimodam; qualem nec optabat fieri Vniuerſitas, ſed partialem tantum, vt aiebant, nempe quoad impoſitiones Decimarum, Annatarumque exactiones: quibus importune vexabatur Regnum contra libertates antiquas. 1406.

A Benedicto voluerunt nonnihil qui ipſius partes tuebantur, dicere; ſed quia longas moras optabant, inſtabatque Vniuerſitas vt tandem ius diceretur, die 17. Iulij Senatus pronunciauit; quo verò ordine res iſta peracta ſit, ex ipſius Actis intelligimus.

Du Mercredy dernier Iuin audit an 1406. Ce iour Meſſieurs du Parlement eſtant au Conſeil aſſemblez où eſtoit M. l'Archeueſque de Tours, le Procureur du Roy & l'Vniuerſité de Paris, requirent que l'Epiſtre de l'Vniuerſité de Thoulouſe enuoyée dés l'an 1400. au Roy, & contre laquelle ceans a eſté propoſé par l'Vniuerſité & par les Gens du Roy, *vt ſine exſpectatione, ſeu procraſtinatione iudicetur*, attendu qu'elle eſt damnable de ſoy, & fuſſent les Compoſiteurs ou Compoſiteur mandez ou mandé. A quoy la Cour leur a dit que pour ce que l'Vniuerſité auoit requis defaut contre M. Guignon Flandrin que l'en dit Compoſiteur de ladite Epiſtre, a adiournement, attendoit à iuger l'vn auec l'autre. A quoy ont dit ceux de l'Vniuerſité que attendu que ladite Vniuerſité de Paris a groſſes beſongnes entrepriſes pour le bien public, & ne peut pas vacquer à tant de choſes enſemble, comme pourſuiure ledit Guignon, qui ſe defait & rend fuitif. Et ſi eſt fait..... *Si volent.* Et requierent attendu ce que dit eſt, le Iugement ſur ladite Epiſtre. Et puis aprés à leur bon temps & loiſir pourſuiuront leur defaut & ce qu'ils ont à pourſuiure à l'encontre dudit Guignon; pourquoy a eſté ordonné que Vendredy prochain s'aſſembleront les Chambres & Prelats eſtans du Conſeil, & ſera rapporté la beſongne au Conſeil pour iuger.

Du Vendredy 2. Iuillet 1406. Ce iour enuiron 8. heures ſe ſont aſſemblez au Conſeil en la grand' Chambre de Parlement, ſur ce qu'auoit eſté requis par l'Vniuerſité de Paris & le Procureur du Roy ſur ledit jugement de certaine Epiſtre enuoyée au Roy par l'Vniuerſité de Toulouſe en 1400. contre les Ordonnances faites ſur la ſubſtraction que auparauant auoit eſté faite au Pape Benedic XIII. ceux qui s'enſuiuent. Meſſire H. de la Marthe. Meſſire Pierre Boſchet, Meſſires Yues de Boiſſy, le Patriarche d'Alexandrie, l'Archeueſque de Tours, l'Eueſque de Tournay, l'Eueſque de Meaux, l'Eueſque de Seez, l'Eueſque de Xaintes, & 56. Conſeillers tant de la grand' Chambre, que des Chambres des Enqueſtes & Requeſtes du Palais à conſeiller ſi l'on iugera l'Epiſtre de Toulouſe deſſuſdite ſans appeller ceux de l'Vniuerſité de Toulouſe, attendu que en icelle s'offrent à la ſoutenir enuers tous & contre tous. **Dit a eſté & conclud que l'Epiſtre deſſuſdite**, les lettres de la reſtitution d'obeyſſance & tout ce qu'il appartiendra à la matiere ſera veu. Et puis les Seigneurs diront & delibereront ce que bon leurſemblera.

Le Samedy 3. Iuillet 1406. furent au Conſeil Meſsire H. de la Marthe, M. P. Boſchet, M. Yues de Boiſſy, &c. & Meſsieurs du Parlement au nombre de 54. à conſeiller ſur la deſſuſdite Epiſtre de Toulouſe; ſur quoy n'a eſté conclud.

Le Mercredy 7. Iuillet 1406. furent au Conſeil Meſsire H. de la Marthe..... & Meſsieurs du Parlement au nombre de 50. à conſeiller ſur ladite Epiſtre de Toulouſe. *Non eſt concluſum.*

Le Vendredy 9. Iuillet furent au Conſeil, &c. & n'a eſté conclud.

Le Samedy 10. Iuillet 1406. furent au Conſeil Meſsire H. de la Marthe, &c. & Meſsieurs du Parlement aſſemblez à conſeiller le jugement ſur l'Epiſtre de Toulouſe. Veus les propos de l'Vniuerſité de Paris, du Procureur du Roy, des Ducs de Berry & de Bourgongne du 28. May & de Iuin enſuiuant dernier paſſé, *& tout conſideré, il ſera dit que ladite*

1406. " *Epiſtre apportée par M. Guignon Flandrin, ſoy diſant Meſſager de Toulouſe,*
" *eſt iniurieuſe & difamatoire du Roy & de ſa Majeſté Royale & de ceux de ſon*
" *Sang, de ſon Conſeil, du Clergé de France & de l'Vniuerſité de Paris, & com-*
" *me telle ſera deſpecée en pieces en la Cour de ceans, & les ſemblables à Toulouſe*
" *& ſur le Pont d'Auignon. Et ſera fait commandement à ſon de Trompe par tous*
" *les Railliages, Seneſchauſſées & Iugeries Royaux de ce Royaume quelconques*
" *ayans la Copie ou double d'icelle, qu'icelles ils apportent ou enuoyent en la Cour*
" *dedans trois mois après ladite publication, ſur peine de cent marcs d'argent &*
" *de..... il ſe pourra méfaire enuers le Roy en ſadite Cour.*
" Le Mercredy 14. Iuillet 1406. eſtans au Conſeil Meſsire H. de la Mar-
" the. M. Pierre Boſchet, M. Yues de Boiſſy Preſidens, le Patriarche d'A-
" lexandrie, &c. & Meſsieurs du Parlement a eſté ordonné que l'Arreſt
" ou jugement de l'Epiſtre de Toulouſe ſera prononcé Samedy prochain.
" *Igitur die Sabbati 17. Iulij publicatum eſt Senatuſconſultum contra prædictam*
" *Epiſtolam.*

Arreſtum Curiæ Pariſienſis, contra Epiſtolam quandam Vniuerſitatis Toloſanæ à Guigone Flandrin eiuſdem Nuncio allatam, qua dicebatur ſubſtractionem obedientiæ ſcandaloſam & Impiam eſſe.

" KAROLVS D. G. F. R. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalu-
" tem. Notum facimus quod cum nuper in viridi Aula noſtri Regalis
" Palatij Pariſius inter cætera noſtræ S. Matris Eccleſiæ vnionis pro-
" ſecutionem tangentia & concernentia in noſtrorum Chariſsimorum Pa-
" trui, Fratris & Conſanguineorum Ducum, Baronum Aurelianenſis &
" Burgundiæ & aliorum plurimorum de noſtro Regali ſanguine & magno
" Conſilio præſentia, *Cariſſima filia noſtra Pariſienſis Vniuerſitas*, querulosè
" propoſuiſſet, quod durante tempore ſubſtractionis obedientiæ Benedi-
" cto Papæ XIII in menſe Iulij, anno ab Incarnatione Domini 1398. per nos
" grandi & maturâ deliberatione Conſilij & aſſenſu Cardinalium ſacri
" Rom. Collegij tunc Auinioni exiſtentium, necnon Principibus de Pro-
" ſapia ſupradicta, Prælatorum, Vniuerſitatum & Cleri noſtrorum Regni
" & Delphinatus Viennenſis vniuerſalem Eccleſiam eorundem Regni &
" Delphinatus repræſentantium, & propter hoc in noſtra prædicta Pari-
" ſienſi Ciuitate congregatorum facta & ad finem celeriùs perueniendi ad
" vnionem dictæ S. noſtræ Matris Eccleſiæ, *ab Vniuerſitate ſtudij Toloſani*,
" aut aliquibus de ipſius ſuppoſitis certa fuerat ſcriptura diffamatoria per
" modum Epiſtolæ confecta in noſtri, ac Regiæ Majeſtatis dictorumque
" Principum nobis Regali cognatione coniunctorum, *nec non filiæ noſtræ*
" *Vniuerſitatis Pariſienſis* inſtantiam, & ſupplicationem & requeſtam hu-
" milem noſtræ Parlamenti Curiæ mandaſſemus, ac ſpecialiter & expreſſè
" iniunxiſſemus, quatenus ipſa Curia noſtra noſtro Regali Procuratore,
" ac ipſa Filia noſtra auditis in omnibus quæ dicere & proponere, contra
" eandem ſcripturam per modum Epiſtolæ confectam & aliàs in eadem
" Curia noſtra vellent, ac ipſa ſcriptura Epiſtolari viſâ & diligenter exa-
" minatâ, de iniurijs, opprobrijs & alijs in eadem contentis delictis & ex-
" ceſsibus cognoſceret, ac ſummariè & de plano determinaret, eandem
" ſcripturam ſi de ratione damnanda eſſet, damnando, ipſiuſque Confe-
" ctores, ſeu Compoſitores & alios occaſione huius culpabiles, ac delin-
" quentes puniendo, ac bonum & breue Iuſtitiæ complementum admini-
" ſtrando, provt hæc & alia ex noſtrarum ſerie & tenore litterarum ſuper
" hoc conceſſarum luculentius apparere poterant & debebant.
" Conſtitutis igitur propter hoc in noſtra Curia præfata *memorata filia*
" *noſtra Vniuerſitate Pariſ.* noſtroque Generali Procuratore pro nobis, nec
" non dicto Patruo noſtro in partem cum dictis filia & Procuratore noſtris
" prædictis ad ſui requeſtam & inſtantiam admiſſa pro parte eiuſdem filiæ
" noſtræ poſtquam ab ipſius proponentis ſua, vt dicebat, ſuper facundiæ
imperitia,

imperitia, ac ſermonis imbecillitate, more maiorum factorum & egregiorum Patrum Moyſis & Ieremiæ, putà & illius Eloquentiæ Principis Ciceronis excuſatio præſuppoſita fuerat, extitit propoſitum, ſub tamen proteſtationibus & confidentiæ tutamine & ſolamine perſpicuè intelligentium, coram quibus erat cauſam acturus, & cauſæ ipſius aduerſus Eccleſiæ oppugnantis pia fœdera, pacis vnionemque potentiæ & authoritatis, cuius erat paci imponere morem, *parcere ſubiectis & debellare ſuperbos*, pacis ipſius ſubſidium ab eadem noſtra Curia verbis illius S. Prophetæ Ieremiæ. *Quærite pacem Ciuitatis & orate pro ea efflagitando atque obſecrando*, Quippe cum eadem Curia noſtra Majeſtatem noſtram Regiam ſupradictam repræſentans eſſet in eadem, vt dicebat Filia noſtra, & vigeret potentia ac ſcientia, & Iuſtitia ſeu clementia, per tres illos proſpiciebat Liliorum flores, ſubintellectæ & deſignatæ in noſtro Regno etiam ab antiquis & Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Incarnationem antecedentibus, præſertim Iulij Cæſaris temporibus, ac dudum excelſæ in Gallica gente & Iuſtitiæ exercendæ tunc in Regno noſtro propoſitæ ſunt inuicem concomitantes & perneceſſariæ ad pacem quærendam, inueniendam atque ſeruandam, vt ex Philoſophorum, Prophetarum & Apoſtolorum liquebat authoritate. *Hi enim tres virtutum præclariſſimi, ac nitidiſſimi flores erant, qui Regnum noſtrum in ſublime prouectum gratà ſibi tranquillitate per felicia ſecula cuſtodirent*, à non parua imò grandiſſima, ac excellentiſſima diuinæ Prouidentiæ viciſſitudine quæ nunquam de cæteris & externis, non etiam de illis 4. maximis Regnis à Daniele commemoratis legebatur Ciuitatem, aut cuius pro pace & vnitate, tranquillitate in verbis Ieremiæ præmiſſis interueniebat, eadem Filia noſtra Sacroſanctam matrem noſtram Eccleſiam prætendebat tanquam ſpiritualem Ciuitatem Dei & Electorum, cuius fundamentum dicebat amorem Dei vſque ad contemptum ſui, quemadmodum ab auerſo ſpiritualis Diaboli & Reproborum ab amore ſui vſque ad contemptum Dei à Beato fundabatur Auguſtino. Cuius quidem Ciuitatis ſpiritualis ſicut & materialis Ieruſalem quam figurabat, 4. figurabat ſtatus in monte Sion, id eſt omnium fidelium in Charitate exiſtentium congregationem inexpugnabilem, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, pro qua D. noſter I. C. ipſius Eccleſiæ cauſa efficiens ad Patrem ante ſuam benedictam Paſſionem orauerat, quod Fideles eſſent vnum, ſicut Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus vnum erant & ſunt, cum dicebat, *Pater ſancte, ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut Nos vnum ſumus*: ex quo apparere poterat quàm pretioſum quid eſſet Eccleſia prædicta, ad cuius augmentum & conſeruationem requirebatur & requiritur Spiritus ſanctus, & conſequenter Miniſtros Eccleſiæ qui Eccleſiam repræſentabant adminiſtrandum & debitè ſeruiendum Eccleſiæ, quo loco ponebatur Iuriſdictionis ordo, cuius ſupremum tenebat ſummus **Pontifex locum. Demum vltimam** partem Ciuitatis bona temporalia, quæ ſunt in Eccleſia fæces, repræſentantia. Vnde videbatur quis in præmiſſis ordo tenendus erat, quia licet omnia prædicta valerent ad Eccleſiæ conſeruationem, poteſtas tamen Iuriſdictionis valebat, & erat ad conſeruandum Eccleſiam & ſibi ſeruiendum, in qua nihil eſſe debebat, neque debet eſſe turbatiuum pacis, aliàs excederet ſuum debitum finem: quia omnis actus ad pacem requiſitus cadit ſub præcepto Officij Papalis & Sedis Apoſtolicæ; & omnis actus turbans pacem ſub prohibitione, inde ſubijciebat eadem Filia noſtra quod præſidentia Papalis Eccleſiam lædebat, ſi oppoſitum pacis & vnionis Eccleſiaſticæ prædictæ exercebat, ſicut proficiebat, ſicut bene erat, ſi ad debitum ipſius vnionis Eccleſiæ attendebat finem. Quare cum Præſidentia Papalis iam dicta quæ ad vnitatem Eccleſiæ ſeruandam erat ordinata, ſi eà Papa abutebatur, Eccleſiam lædebat, non erat eidem per conſequens acquieſcendum; conſtabat autem non tantum Ordinis, ſed Iuriſdictionis ipſius Eccleſiæ eſſe poteſtatem, ſed & ipſi Eccleſiæ Præfectum, ſeu Præſidentem, quin etiam bona ipſius Præſidentis.

1406.

» Quid enim aliud prætendebant duo illi M. Æmilius Lepidus bis Conſul
1406. » & Pontifex Max. Siluius Max. & Siluius Flaccus (de quibus Valerius Max.)
» ante inimici, occiſores facti inter ſe priuatis inimicitijs certantes, cum
» iam ſui non eſſent, vt aſſerebant, ſed Reipub. Quidve aliud prædicti Au-
« guſtini ſententia in libro Geſtorum, dicentis fructuoſitatem eſſe Paſto-
» ralem dignitatem ſi..... quàm ſi retenta diſpergat, *quia Præpoſiti ſu-*
» *mus ad id quod vtilitas publica requirit*, inquit alibi. Ex quibus dicebat ſe-
» qui liquidè eadem noſtra filia, quod Ceſſio, ſeu Renuntiatio ſub regulis
» Iuris diuini cadebat, imò qualis fidelis & ſtrictiori ratione Eccleſiæ præ-
» ſidens vitam propriam exponere pro dictæ noſtræ S. Matris Eccleſiæ de-
» bebat vnione; conſequenter inferendo quod contendentes de Papatu,
» ac ſuas retinentes Præſidentias, Eccleſiamque ſcindentes, ac diuiden-
» tes officio ſuo in fidelium periculum atque præiudicium abutebantur,
» nec eis tanquam veris Pontificibus obediendum erat. Duo enim diuinæ
» legis tangebantur præcepta Euangelica ex quibus tota lex pendebat, ac
» pendent & Prophetæ Dei, videlicet *dilectio*, quod eſt primum; & ſecun-
» dum poſt primum & maximum præcipuumque, *dilectio proximi*, quibus
» Papalis obedientia ſubordinabatur, & in quantum erat poſsibile, ſe ab
» eiſdem conformari tenebatur. Nam ſi præceptum Papæ ſecundo præ-
» cepto diſcreparet prædicto, quod ad pacem & vnitatem tendebat, eidem
» obediendum tanquam animali homini non eſſet. Idcirco duobus con-
» tendentibus, vnde dilectio inter fideles ſpectabatur, nunquam eſſet
» obediendum. Suppoſitis itaque habitudinibus duabus, vnâ Officij, al-
» tera perſonæ cum ſupradictis, quia ſubtrahens obedientiam Papæ verè
» eſſet obediens Apoſtolicæ Sedi & eius Officio, nec eſſet obediens eidem
» Sedi, qui ipſi Papæ obtemperaret aut obediret, erat ſanè & rectè intelli-
» genti conferendum. Ex his, aut alijs nos adducti rationibus & Regiæ
» noſtræ Majeſtatis debito adſtricti, eiuſdemque iniunctæ nobis, ac ſacra-
« tæ allecti, dignitate alligati, puta Iuriſiurandi noſtræ Coronationis vin-
» culo & conſummatim omnium rerum naturaliter nobis iuxta B. Grego-
» rium in quadam Homilia, inſita lege, quâ res omnis non tam in regimine
» naturali, quàm Politico & ſpirituali ad concordiam & pacem, diſcor-
» diam atque Schiſma horrens & diffugiendum tendit, & eam proſequitur,
» inducti; abhorrentes inſuper imminentem inueterati Schiſmatis ruinam,
» ac ipſius cruentam perniciem execrantes; excitati inter cætera à Boni-
» facio tunc Antipapa Rege Romanorum, ac Electoribus Rom. Imperij;
» ſed & admoniti à Benedicto Papa ſupradicto, ad quem ipſius hortatu &
» inſtantia poſt eius coronationem chariſsimos noſtros Patruos, & Germa-
» num Bituriæ, Burgundiæ & Aurelian. Duces cum ingenti copia & exer-
» citu Procerum, Baronum, militum & aliorum ſtrenuorum & illuſtrium
» virorum, Conſiliariorum noſtrorum & Nunciorum Auinionem tranſmi-
» ſeramus, qui ibi longè exacto, certo & conſumpto tempore, ſupplicibus
» precibus, ac ſupplicationibus humillimis ſæpè & multum eidem Bene-
» dicto exhibitis, & quibus humiliores vix erat poſsibile Deo fieri, vſque-
» quaque reſumptis, vt ad viam Ceſsionis per nos electam, viam vtique
» faciliorem, expedientiorem & apertiorem atque toti Chriſtianitati ac-
» ceptabiliorem condeſcenderet, ac eam acceptare vellet, nihil gratio-
» ſum, nihil dulce, nihil acceptum, nihil, inquam, præter tædia & im-
» penſas legationum, graues labores, diſpendia, moleſtias, vexationes,
» faſtidia, angarias, curas, aliarumque incommoditatum varia confecti
» retulerant genera. Tandem verò requiſiti cum inſtantia non quærentes
» quæ noſtra erant, ſed quæ Ieſu Chriſti, & capiti proprio, aut ſingulari
» prudentiæ non innitentes; quin magis habito ſacri Cardinalium Collegij
» tunc Auinioni exiſtentium conſilio, deliberatione & aſſenſu, *Prælatos,*
» *Vniuerſitates, viros deuotos, Principes, inſuper Duces, Barones, milites, &*
» *cætera dictorum noſtrorum Regni & Delphinatus vtriuſque brachij ſuppo-*
» *ſita accitos ad Concilium conuocari & congregare feceramus*; in quo diſcuſſio-
» ne & diſceptatione rationum hinc inde per ſummos noſtri & alienorum

Regnorum Doctores communiter habita pro ſubſtractione Benedicto Præfato facta, ſubſtractioni 320. concorditer de numero 347. congregatorum aſſentientibus, vnaquaque Vniuerſitate ſtudentium pro vno ſuppoſito acceptâ & computatâ, concluſum demum fuerat: communiter & ſancte, piè fideliter & iuſtè penſatis & attentis charitate quam tanquam filij ad matrem habere compellimur, & fidelitate quam nos Anteceſſoreſque noſtri ad eandem S. matrem Eccleſiam ſemper coluimus & colimus: vnde prodierat illud SALICÆ legis, quod Regnum hoc ab omni hæreſi liberum ſemper & mundum fuerat, adſtruente B. Hieronymo *ſolam Galliam monſtra non habere*, vulneris inſuper atrocis ſanie & tabe cruentâ Schiſmaticæ ſciſſuræ eiuſdem S. Matris Eccleſiæ quæ iam proh dolor! per 28. annorum curricula durauerat & inualuerat: Nam ſi Eccleſia prædicta perſecutiones in Abel, in Iſraëlitico populo, in Chriſto proprij corporis ſuſpendium & mortem vt ſuum myſticum viueret, proferente in martyribus & ab hæreticis ſuſtinuerat. Hoc perfectum & augmentum ipſius S. Matris ſucceſſerat Eccleſiæ, at verò perſecutio Schiſmaticorum quantò maior, tantò erat deterior; ducenti enim & quinquaginta cum Dathan, Core & Abiron, aliquo etiam tempore & Apoſtoli, quorum vnus ego ſum Pauli, dicebat, alius ego ſum Apollo; ſed non tot erant quot nunc, vt etſi S. Mater Eccleſia dicere hactenus potuerat: *Sæpè me expugnauerunt à iuuentute mea; etenim non potuerunt mihi.* Nunc etiam enim potuerunt, mihi erat dicere neceſſe. Quibus cauſis, rationibus & occaſione ſupradictis cum affectu animi & conſcientiæ ſinceritate, & ad finem tanti tamque neceſſarij vnioni S. Matris Eccleſiæ boni, licet nos ac Regnum noſtrum ſupra tactis modis ab obedientiâ dicti Benedicti Papæ ſubtraxiſſemus: nonnulli nihilominus, vt ſibi præſumptâ temeritate in magnis ambulantes & ſeipſos efferentes in mirabilibus ſuper ſe, falſis ſuffulti ratiunculis, ignorantiæ tenebris ſuffocati & expertes lucis intelligentiæ diuinæ & humanæ rationis, vt videntes non viderent, & intelligentes non intelligerent, adulatione ſeducti mendoſâ, & ſuâ pertinaciâ exaſperati opus bonum quod tanto labore, tantâ diligentiâ, tempore tanto, tam præclaris & inclitis artificibus ſtruxeramus, in momento diruere machinati fuerant; materiam ignominiæ in nos, noſtram Regiam Majeſtatem, Proceres noſtræ Regalis proſapiæ, ac Vniuerſalitatis Præfatæ filiæ noſtræ, Prælatorum & totius Regni, ac Delphinatus noſtrorum Clerum, relinquere molientes, ſcripturam quandam diffamatoriam ſupradictam, quam Epiſtolam dicebant nobis & Curiæ noſtræ præmiſſæ pluribuſque alijs obtulerant & tradiderant eam per diuerſas Regni noſtri, imò & Orbis partes & climata propalantes & publicantes: in qua aſſerere & alias diſſeminare non erubeſcebant, vt pauca de quampluribus coaceruatis perſtringeret & perſequeretur. Eadem filia noſtra, eorum opprobrijs calumnioſis, *dictam ſubſtractionem ſcandaloſam & tenebroſam, ſpinoſam, leoninam, ferocem, cruentam, mali cauſam, erroneam, periculoſam, diſpendioſam, irrationabilem, fallacem, perfidam, præuaricatricem, ſophiſticam, pernicioſiſſimam, violentam, rabidam, viperinam, iniuſtam, monſtruoſam, maculoſam, inuiſam, perſecutricem, Eccleſiaſtici ſubuerſiuam ſtatus, Schiſmatis & hæreſis genitiuam, à Patre mendacij procuratam, exortam ex proceſſu reprobo, ſubſtractiuam Iuſtitiæ Legis diuinæ obligatiuam; & nos ipſius authores infames, ipſiuſque Procuratores crudeles, pernicioſos, Schiſmaticos, notoriè criminoſos, malicioſos, ignorantes, ambitioſos, ignominioſos, furibundos, dogmatiſantes, auaros, puſillanimes, viperarum progeniem, ſemen cuculi, à fide deuiantes hæreticos, parricidas, & per eam legem ſuperbiùs os in cœlum erigentes falſis ſuis interpretationibus decipientes, non recipientes Canones, conſtitutiones reijcientes approbatas Principum, ex ſubſtractioneque prædicta viam nobis & alijs Principibus inobediendi aperiri ſubiectis:* & vt fundamentum ipſius tam ſolemniter celebratæ ſubſtractionis confunderent, nullum Concilium id, in quo prædicta concluſa fuerat ſubſtractio, aut Conuenticulum ſeu Conciliabulum fuiſſe, ſummo Pontifice nequaquam id

1406.

1406. „ approbante, cum ad nos non pertineret, aiebant & ſuppoſito quod Con-
„ cilium dici potuiſſet, audientia tamen contrarium opinantibus turbaba-
„ tur. Et ex illis qui per nos ad Concilium conuocati fuerant, & Papæ non
„ eſſe ſubtrahendum conſulebant, Pariſius non ſine perſonarum diſcrimi-
„ ne eſſe non poterant, quia quidam etiam ex Epiſcopis inter preſſuras
„ quorundam poſiti, niſi *fuiſſet ipſorum Patruorum & Germani noſtrorum præ-*
„ *ſidentia* per eos qui opprimebantur letaliter, vt qui iure, ratione & ve-
„ ritate vincere non poterant, ſaltem in impiâ & ſacrilegâ pugnorum pu-
„ gna & inſultuoſis clamoribus obtinuerunt. Sed & Legatus à latere à præ-
„ fato Papa Bened. miſſus repulſus, ab Antipapa gratanter admiſſus nun-
„ cius, provt idem Epiſtolantes dicebant, fuerat. Quorum calumniam &
„ mendacium cunctis notum, non magis rationibus, cum facti eſſent quàm
„ experientiæ oculatâ veritate tantorum & tot, ac tam excellentium te-
„ ſtium, qui dicto Concilio aderant, refellere leuiſſimum eſſe dicebat filia
„ noſtra. Nos verò **Antipapæ Nuncium gratanter admiſiſſe cum etiam**
„ apud Ethnicos ſanctum, inuiolatum & ab omni iniuria imminutum, di-
„ gnum muneribus & gratia ſemper fuiſſet legatorum genus, laus potius
„ ſequebatur quàm culpa adijciebatur. Iterum in eadem Epiſtolari ſcriptu-
„ ra, provt eadem proponebat Filia noſtra, quod pertinaciùs, ac extre-
„ mæ, ac verius hęreticæ dementiæ exiſtere compertum videbatur, quod
„ etiamſi ex dicta ſubſtractione vnio in S. Matre Eccleſia ſequutura eſſet,
„ ſubſtractionem tamen ipſam non eſſe faciendam, quinimo eam facientes
„ dignos eſſe pœna ſeuerâ. Ad quorum confutationem cum ſuperius dictis
„ ipſa noſtra filia ſupponebat omnem rem mundi inclinationem & tenden-
„ tiam naturalem habere ad vnionem & pacem, & ad hoc omnem legem
„ tendere, ordinem tamen eſſe inter leges: Nam omnium prima lex omni
„ Creaturæ data eſt, vt Deo vniretur & coniungeretur: at doctrina Boëtij
„ clarum erat; & hanc legem habebat, homo quilibet omni rei communi-
„ cabat. Nam etiam per primum legis pręceptum, per amorem ipſi Deo,
„ quam legem communem ipſe Boëtius appellabat, coniungi & vniri de-
„ bebat. Deinde res adeo inter ſe vnitatem & amorem habere debebant
„ in ordine ad Deum, & ad eum tanquam ad finem tendentiam; ex qui-
„ bus conficiebatur Eccleſia. Vnde ſequi dicebat eadem filia noſtra iniun-
„ ctam eſſe & pręceptam omni lege & omni pręcepto, & pręſertim duo-
„ bus primis pręceptis, ipſam Eccleſiæ ſanctæ vnitatem & pacem; ex qui-
„ bus tanquam ex duabus radicibus omnia alia pręcepta ortum habebant.
„ Ex quo apparet, inferebat; quod nullum iuramentum, nulla promiſſio,
„ nulla obligatio, nulla conuentio, & per conſequens nulla conſtitutio,
„ ſtatutum vel ordinatio, quarum obſeruantia erat pacis turbatio, valida
„ dici debebant, hiſque vti vel obtemperare erat abuti, & non obedire
„ mandatis. Quo tamen modo Conſtitutiones & iura ſcripta carnalem &
„ beſtialem & non ſpiritualem ſectantes intellectum & illud quod in mini-
„ **ſterium datum erat à Domino, attribuentes allegabant hij qui dubiam**
„ ſcripturam Epiſtolarem ediderant; ſupponebant enim quod vnitas Ec-
„ cleſiæ ſupradicta ſtabat in habitudine ad ſummum Vicarium; quod non
„ eſſe dicebat eadem Filia noſtra, imò in habitudine ad Chriſtum, qui vi-
„ uificat Eccleſiam S. ſuam per charitatem Spiritus ſancti. Staret autem
„ quod Papa non eſſet caput Eccleſiæ per peccatum. Et eos nimium de-
„ ficere dicebat, quia quod proprium eſt Deo, creaturæ attribuentes, ipſi
„ Deo non reddebant quæ Dei, & Cæſari quæ Cęſaris erant; Ipſam etiam
„ S. Eccleſiam in diuitijs, honoribus & potentia dicebat ipſos concipere,
„ ipſam introducendo quemadmodum temporalem poteſtatem, ſuper eo
„ quòd ipſi Epiſtolantes ſubiungebant nobis & alijs Principibus ad noſtri
„ cautionem in exemplum fieri, ne à nobis ſubditis obedientia ſubſtra-
„ heretur, errore ſeductis; quam aliam eſſe noſtri ad ſubditos nobis habi-
„ tudinem & aliam ſummi Pontificis ad eandem S. Eccleſiam minime du-
„ bitandum eſſet: hinc illud Chriſti ad Apoſtolos & Diſcipulos ſuos, *Om-*
„ *nes autem vos Fratres eſtis & Patrem nolite vocare ſuper terram: vnus eſt enim*

veſter Pater, qui in cœlis eſt. Et paulò poſt. *Qui maior eſt veſtrum, erit minister veſter.* Ex quibus innuebat Chriſtus Papalem dignitatem, quamuis maior eſſet, miniſterialem eſſe. Nec diuiſio Regnorum quæ principaliter corporalia & temporalia concernebat, tanti diſcriminis erat quanti quæ animas & ſpiritualia Eccleſiæ ſupradictæ horrendum Schiſma, ad quod ſedandum longè præſtantius erat Deo quàm hominibus, ſedi Apoſtolicæ quàm ſummo Pontifici Rei & paci publicæ quàm Patri obedire. Nam crudelior erat qui Rempub. lædebat quàm qui non obediebat Patri, authore Cicerone contra Catilinam. In cuius rei & pacis, ſeu vnionis publicæ Eccleſiaſticæ fauorem, Conſilium ac Proceſſum ſupra poſitum feceramus, provt rationabiliter & authoritatibus SS. Patrum & exemplis facere poteramus, Imperatoris Conſtantini, qui Nicenum congregauerat ſuper ſummis fidei noſtræ artieulis Concilium in quo multi diſcordauerant; Theodorici qui Symmachum in ſede S. Romana repoſuerat; & Honorij qui duos expulerat de Papatu contendentes. Sicque de pluribus. Et vt ſaltem memoratorum Epiſtolantium, qui lucem tenebras, & tenebras lucem dicebant, bonum malum, & malum bonum, necquicquam vibrata tot calumniarum ſuarum jacula ſolo ictu reijceret, & ſcuto bonæ voluntatis & rectæ Intelligentiæ eadem Filia noſtra confunderet ſuas quas tam diſpendiosè in medium ijdem Epiſtolantes iactitabant, Conſtitutiones, ac Decreta Patrum, Principum leges & ſtatuta, ac Iuſtitiæ, aut ſubdolè emitti & allegari per eos tanquam vnicus ſummus Pontifex nullo alio contendente eſſet, quod verum non erat. Proponebat prædicta filia noſtra cum ſupradictis Filio & Patruo noſtro, nec non generali noſtro Procuratore prædictas rationes intentioni ac propoſito adaptantibus & dicentibus neminem de ratione contra Conſilium, aut deliberationem Generalem, per Principem, ſeu Ciuitatem, Municipium vel villam, corpus & communiam habentes, de conſenſu omnium, ſeu duarum partium, aut mediæ partis in qualitate, communiſve boni * & pręſtantioris factum, ſeu factam venire, cum pars à ſuo toto diſcrepare non debeat, neque à parte, nec occultè tragędias, ſeu Epiſtolas diffamatorias contra Principem, vel Iuſtitiæ miniſtros facere, neque Principi ſiue Conſilio ſuo iniuriari, ſiue conuiciari, aut contumeliasirrogare: Nam qui talia agebant digni erant morte.

Ex Prędmiſſis omnibus non tam humanis quàm diuins & pluſquam Philoſophicis, & alijs pluribus & elegantibus abſtractis ſibi rationibus dicti noſtri, ac Prædictorum Patrui & filij noſtrorum Procuratores concludebant, quatinus dicta Epiſtola per eandem noſtram Curiam hæretica, peruerſa, falſa & mala, & ſimiles Pariſius, ſupra Pontem Auinionenſem, Toloſæ, Montiſpeſſulani, Carcaſſonæ & pluribus alijs locis cremarentur. Quam ſi non haberent concluſionem, dicta ſaltim Epiſtola tanquam peruerſa, mala, & infidelis Pariſius, & copia ipſius, ſeu aliæ ſimiles alibi publicè lacerarentur; fierentque Cridæ, ac proclamationes ad ſonum tubæ, & publicè ſub magnis & maximis pœnis, quatinus quicunque copiam ipſius Epiſtolæ haberet, penès eandem Curiam noſtram afferret, vel mitteret lacerandam; & vbique in Regno noſtro huiuſmodi condemnatio ad perpetuam rei memoriam & * locis incutiendam regratiaretur, ac inſcriberetur, aliaſque ſibi fierent tales quales ipſæ noſtræ Curiæ de iure & ratione adiudicando viderentur Concluſiones; proteſtantes de proſequendo contra Compoſitores dictæ Epiſtolæ & alios Iniuriatores iuxta informationes ſuper hijs factas, provt ſibi rationabiliter & ſecundum caſus exigentiam videretur. Tandem auditis ad plenum partibus adiunctis in omnibus quæ circa præmiſſa dicere, perorare ac proponere publicè & per dierum interualla voluerunt, & ad ponendum penès eandem Curiam noſtram in ſcriptis, ſicque ſua propoſita concernentia & pertinentia haberent, & in Conſilio & Arreſto appunctatum, requiſitoque poſtmodum à Procuratore ſupradicti Conſanguinei noſtri Burgundiæ Ducis, qui ſupradicta tanquam per eum propoſita & concluſa

1406.

„ ſupponebat, eaque intentioni adaptando, quatinus in partem cum præ-
1406. „ fatis Procuratore noſtro, Filia, & Patruo admitteretur: & ipſo in par-
„ tem prædictam admiſſo.

„ Viſis igitur per eandem noſtram Parlamenti Curiam ſolemniter tam
„ ex pluribus Regni noſtri Prælatis quàm alijs de noſtro magno Conſilio,
„ & varijs ac pluribus diebus congregatam diligenter & maturè, lectis, in-
„ ſpectis & reuolutis ſupradictis, Epiſtola ſeu Epiſtolari ſcriptura, literis
„ noſtris Regijs, alijs quibuſcunque actis & munimentis agitatis, inſuper
„ & diſcuſſis diuerſis, ac multifarijs rationibus præmiſſis, an expediret aut
„ oporteret prius dictæ Epiſtolaris ſcripturæ Compoſitores ſe dicentes in
„ eadem Curia noſtra aduocari & audire, quàm adiudicandum ſuper præ-
„ miſſis procedere. Conſideratis etiam curiosè omnibus circa præmiſſa
„ conſiderandis, & attendentes ea quæ eandem Curiam noſtram in hac
„ parte mouere poterant & debebant, per Arreſtum dictæ Curiæ dictum
„ fuit & determinatum, *quod dicta Scriptura per modum Epiſtolæ facta, quæ ad*
„ *nos & eandem Curiam noſtram per Guigonem Flandrin ſe Vniuerſitatis Toloſa-*
„ *næ dicentem Nuncium, allata erat, eſt diſtinanda,* & noſtri illorumque de no-
„ ſtra Regali proſapia & illorum de Conſilio noſtro, nec non Cleri Regni
„ noſtri & præfatæ filiæ Vniuerſitatis Pariſ. iniurioſa ac difamatoria, & vt
„ talis Pariſius in eadem Curia noſtra & vna de ſimilibus Toloſæ, & alia ſu-
„ pra Pontem Auinionenſem publicè & fruſtatim lacerabuntur, fierque
„ præceptum ſub Crida & publicatione ad ſonum tubæ per primum Curiæ
„ noſtræ Oſtiarium in omnibus Bailliuijs, ſeu Præpoſituris, Seneſchalijs
„ & Iudicaturis Regijs Regni noſtri, quod quique cuiuſcunque conditio-
„ nis ſit vel fuerit, copiam vel tranſcriptum dictæ ſcripturæ habuerit, eam
„ intra trium menſium ſpatium à die dictæ publicationis ſub pœnâ centum
„ argenti marcarum nobis applicandarum & dictæ noſtræ Regiæ Majeſta-
„ tis indignationem incurrendi, penes eandem Curiam noſtram afferat,
„ ſeu mittat vel afferri faciat. Et per idem Arreſtum eadem noſtra Curia
„ ſupradictis Procuratori noſtro Generali, *Filiæ noſtræ Vniuerſitati Pari-*
„ *ſienſi* & Patruo & Conſanguineo noſtris de proſequendo contra eiuſdem
„ ſcripturæ per modum Epiſtolæ factæ Confectores & Compoſitores &
„ alios quoſcunque, & eiſdem Compoſitoribus & alijs in contrarium ſuas
„ defenſiones reſeruauit & reſeruat. In cuius rei teſtimonium Præſenti-
„ bus litteris noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parla-
„ mento noſtro, die 17. menſis Iulij, anno Dom. 1406. & Regni noſtri 26.
„ Per Arreſtum Curiæ, ſignatum BAYE.

Neque his contenta Vniuerſitas inſtitit ſubſtractioni, quoad pecu-
niarum ſubuentionem, Decimarum exactionem & Gratiarum Expecta-
tiuarum conceſſionem. Quod vt intellexit Cardinalis qui à Benedicto
venerat, ad Benedictum redijt. Rex verò, ne toties importunis querelis
vexaretur, ſtatuit quod ſuperreat, exequendum eidem Curiæ demanda-
re. **Mandatum attulit Carolus Sauoiſius probè ſigillatum, & hoc pacto**
Vniuerſitatis gratiam recuperauit: Volebat autem Rex primùm agi de
ſubſtractione partiali de qua ſupra; ad agitandum verò ſubſtractionem
omnimodam & generalem, Eccleſiæ Gall. Comitia voluit haberi. Actum
ergo tantùm de Partiali in Curia, de qua auditus eſt M. Ioannes Parui
Doctor Theologus. Et de ea re ſic habetur in Actis.

„ Du Lundy 6. Septemb. 1406. Cedit iour a eſté propoſé par le Roy,
„ le Duc de Berry, l'Vniuerſité de Paris, par vn Maiſtre en Theologie ap-
„ pelle M. Iean Petit, & puis par le Procureur du Roy & par ſon Aduocat,
„ contre le Pape Benedict preſent, afin de ſoubſtraction des finances que
„ ledit Benedict exige & leue en ce Royaume, preſens les deux Chambres,
„ pluſieurs Prelats de ce Royaume, comme l'Archeueſque de Tours, l'E-
„ ueſque de Paris, &c. l'Vniuerſité de Paris & pluſieurs autres publique-
„ ment en la grand' Chambre de Parlement, par vertu d'vn certain Man-
„ dement Royal, comme appert en eſpecial au Regiſtre des plaidoyeries
„ de ce preſent iour.

Le Mercredy 8. Sept. 1406. furent au Conſeil Meſſieurs le Chancelier, Meſſire P. Boſchet, &c. & Meſſieurs du Parlement à conſeiller la requeſte le Procureur du Roy & Duc de Berry, & de l'Vniuerſité de Paris d'vne part, & le Pape Benedict & ſes Officiers d'autre part, ſur le propos par les parties du 6. de ce mois. *Non eſt concluſum.* Mais ont eſté leuz par le Greffier les propos ſeulement. 1406.

L'onze Sept. 1406. furent au Conſeil aſſemblez Meſſire P. Boſchet, &c. & Meſſieurs de Parlement à conſeiller l'arreſt d'entre le Procureur du Roy, du Duc de Berry & de l'Vniuerſité de Paris d'vne part, & les Officiers du Pape, de la Chambre Apoſtolique & les Cardinaux ſur le propoſé par les parties du 6. de ce mois. Et tout Conſideré, il ſera dit en obtemperant aux lettres Royaux obtenuës par ladite Vniuerſité, que BENEDICT Pape deſſuſdit & ſes Officiers ceſſeront au Royaume & Dauphiné d'exiger les premieres années des fruits & emolumens de Prelatures & autres Benefices quelconques vacans, ou qui ont vaqué ou vaqueront, tant pour les premieres années que auſſi des fruits & emolumens que du temps de ſoubſtraction autrefois faite audit Benedict & de la vacation des Prelatures, Dignitez & autres Benefices qui ſont eſcheuz ou eſchient en aucune maniere. Et auſſi ceſſeront les Exactions des Procurations qui ſont deuës pour les viſitations & des arrerages quelconques deües pour raiſon des choſes deſſuſdites ou d'autres Exactions & pourront prendre les Prelats, Archidiacres & autres Ordinaires icelles Procurations quand ils viſiteront. Et ceſſeront auſſi les Cardinaux & Chambelan de perceuoir prendre & exiger ce qu'ils prenoient & exigeoient deuant ce preſent Arreſt pour cauſe des premieres années & des arrerages quelconques deuz pour l'occaſion deuant dite en quelque maniere que ce ſoit. Et ſe aucune choſe de ce qui eſtoit leué pour occaſion des choſes deſſuſdites eſt deuers les Collecteurs ou Sous-Collecteurs ou autres quelconques, ſera arreſté ſous la main du Roy & leur ſera defendu audit Benedict ne à quelque autre n'en baillent ou deliurent aucune choſe. Et auſſi ſera defendu à ceux qui doiuent audit Benedict ou à la Chambre Apoſtolique ou aux Cardinaux deſſuſdits qu'ils ne payent ou baillent aucune choſe. Et ordonne la Cour que ceux qui pour l'occaſion deſſuſdite ſont excommuniez, ſeront relaſchez iuſques à ce que autrement en ſera ordonné.

Sequitur in hanc rem Regis Edictum, quo Curiæ Decretum confirmatur, legiturque in MS. Victorino & in 2. vol. Libertatum Eccleſiæ Gall. fol. 571.

Priuatio Prouiſionis Beneficiorum & Annatarum.

KAROLVS **Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras** inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod cum nuper pro parte quamplurimorum numero grandi Regni noſtri Prælatorum Pariſius tunc exiſtentium, necnon *Filiæ noſtræ dilectæ Vniuerſitatis ſtudij Pariſ.* nobis querulosè fuiſſet expoſitum, quod Eccleſiæ noſtrorum Prædicti Regni & Delphinatus Viennenſis præ magnitudine grauium exactionum & onerum eiſdem Eccleſijs tam per Benedictum Papam XIII. quàm ſuos Anteceſſores contra communis diſpoſitionem Iuris impoſitarum oppreſſæ, atque grauatæ in tantum hactenus fuerant & erant, quod eoſdem in magnam pauperiem & ruinam corruebant, & in deſolationem vndequaque vergebant, niſi per nos de remedio ſubleuarentur. Financiæ etiam ſupra eiſdem Eccleſijs exactæ de eodem Regno noſtro in magnum & irreparabile Reipub. Regni eiuſdem noſtri præiudicium exportabantur. A nobis quibus Eccleſiam præſertim ſupradictorum Regni ac Delphinatus noſtrorum ab omni oppreſſione præſeruare incumbebat, & vnde ſpecialiter adſtricti & obligati Deo Creatori noſtro rationem eramus reddituri, humiliter ſupplicando, quatenus Eccleſijs memoratis ſuper

1406. „ præmiſſis exactionibus & grauaminibus, eas ceſſare faciendo, prouidere
„ dignaremur, vt Miniſtri & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ Diuinis inſiſtentes
„ & famulantes Eccleſias ſibi commiſſas regere, earum ędificia in bono &
„ decenti ſtatu tenere, alioſque actus ſuam profeſſionem & fundatorum
„ ſuorum diſpoſitionem concernentes exercere valerent. Et ob hoc non-
„ nulli & plures de noſtro magno Conſilio ad videndum & deliberandum
„ ſuper his & alijs Eccleſiam prædictam tangentibus, quid rationabiliter
„ fieri poſſet deberetque, dudum commiſſi ac deputati aliqua nobis ſuper
„ dictis exactionibus referenda vidiſſent & aduiſaſſent ſeu deliberaſſent.
„ Quia tamen Prælatis & Filiæ noſtræ præfatis videbatur dictam delibera-
„ tionem largius declarandam fore, ijdem Prælati & Filia noſtra aliquas
„ declarationes & additiones cum deliberatione & aduiſamento ſupra-
„ dictorum noſtrorum Conſiliariorum feciſſent, eaſque noſtræ Parlamen-
„ ti Curiæ cum nominibus dictorum noſtrorum Conſiliariorum, qui dictæ
„ deliberationi præſentes affuerant, in quadam ſcedula ſub noſtro contra-
„ ſigillo miſiſſemus, & per litteras noſtras Patentes eidem Curiæ noſtræ
„ mandaſſemus, & eidem poteſtatem & authoritatem impartiendo expreſ-
„ sè iniunxiſſemus, quatinus ad eandem Curiam aduocatis & accerſitis de
„ noſtro magno Conſilio & Requeſtis Hoſpitij noſtri tot & talibus provt
„ eidem Curiæ noſtræ bonum videtur, ipſa noſtra Curia Eccleſiæ prædi-
„ ctorum Regni ac Delphinatus noſtrorum ſuper contentis in dicta ſcedu-
„ la prouideret, ſecundum quod nobis eſſe faciendum conſuleret, provt
„ hæc & alia latius & luculentius ex ipſarum noſtrarum ſerie ac tenore li-
„ terarum liquebant. Conſtitutis propter hoc in eadem noſtra Curia Pro-
„ curatoribus noſtro Generali, necnon chariſſimi noſtri patrui Ducis Bitu-
„ ricenſis, *Et ipſa filia noſtra Vniuerſitate Pariſ.* pro parte eiuſdem filiæ noſtræ
„ ſub his Apoſtolicis verbis, *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordi-*
„ *natè*, propoſitum fuit quod ſancta Mater noſtra Eccleſia Entium adinſtar
„ naturalium & policiarum, macrocoſmi videlicet & microcoſmi, qui ſunt
„ maior & minor mundus, in pondere, numero & menſura à ſummo om-
„ nium Creatore, Philoſophis atteſtantibus conditorum, dirigi debebat
„ atque regi. In ordine quorum elementis 4. primam diſtribuerat mate-
„ riam idem Creator omnium in ſuam grandem naturæ portionem eorum
„ cuilibet totali conferendo, quantum alteri; Et ijſdem ex ſe inuicem
„ viciſſitudinem ſui alimenti, ac ſuſtentamenti referendo, adeo vt quod
„ vnum ipſorum ſub Æquinoctiali, vel polis per alterius conuerſionem
„ deperdidiſſet, de alio recipere & ſibi reſtaurare ipſius Naturæ mu-
„ nere & inſtinctu, & increatæ ſapientiæ prouidentia dignoſcitur; ſic
„ Regalis, ſic Ariſtocrachiæ, ſic & Thymocrachiæ Politiarum, nullius qua-
„ rum Rectorem, nutrimentum ſeu ipſius maiorem partem omnium ſub-
„ iectorum, aut inferiorum abſorbere vllus vſque ſufferret, quemadmo-
„ dum in Microcoſmo, ſi ad expreſſum alterum membrorum alimoniam
„ **cæteris egentibus ſumeret, vnde corpus ipſum in languorem & exina-**
„ nitionem vergere contingeret medio quodam ſubſtractiuo, ſeu reſtricti-
„ uo huiuſmodi ſuperabundanti membro eſſet occurrendum.
„ Sed Benedictus ſupradictus neque modum, neque pondus, neque men-
„ ſuram in Eccleſia & Eccleſiæ ſubiectis obſeruare conſueuerat: quin ma-
„ gis ipſos iugis ac ſeruitutibus importabilibus à nonnullis defunctorum
„ ſucceſſoribus ſpolia auferendo; ab alijs Prælaturarum & Beneficiorum
„ Eccleſiaſticorum vacantias extorquendo, à quibuſdam exigendo arre-
„ ragia tanquam debita præteritorum & incognitorum temporum: à Be-
„ neficiatis ſuorum quæ de nouo obtinebant Beneficiorum primam expe-
„ tendo & præcipiendo Annatam. Ab his qui tempore ſubſtractionis obe-
„ dientiæ dudum ſibi per nos & Clerum, Regni ac Delphinatus noſtro-
„ rum prædictorum factæ ad Prælaturas, ſeu Dignitates, aut alia Eccleſia-
„ ſtica Beneficia promoti fuerant, fructus quos dictæ ſubſtractionis tem-
„ pore male fuiſſe perceptos dicebat, recipere enitendo & procurationes
„ capiendo Prælatis, Archidiaconis & alijs Ordinarijs pro viſitatione
debitas,

debitas, alijſque exactionibus, ac extorſionibus indebitis adegerat; af- "
fecerat, & contorſerat; adigebat & contorquebat contra iura non tam " 1406.
Chriſticolarum quàm Ethnicorum quorumcumque, apud quos & ab om- "
ni tempore, Clerum ab omni munere & ſeruitute fuiſſe liberum, comper- "
tum erat. Eos enim non ancillæ filios, ſed liberæ, quâ libertate Chriſtus "
eos liberauit teſte Apoſtolo; ipſoſque ſub his adhortante verbis; *State* "
& nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Nam vt eadem filia noſtra dice- "
bat, in politia ſeculari quis non Principem tam à nobili quam ignobili "
annatas primas omnium hereditagiorum, in aliquem quoquo titulo tranſ- "
latorum excipere & extorquere ſatagentem, non tyrannum aut ſuæ po- "
liciæ euerſorem cenſeret; & talem rectorem ſuſtinere valeret? quanto- "
minus erat idem Benedictus, qui miniſter & non Dominus Eccleſiæ ab "
Euangelica veritate aſſerebatur, primarum Annatarum fructus ſibi ty- "
rannicè approprians beneficiorum, tolerandus? illud parui pendens Sa- "
muelis in Regum libro populum alloquentis & dicentis: *Loquimini de* "
me coram Domino & coram Chriſto eius, vtrum bouem alicuius tulerim aut aſinum, "
ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus "
accepi, & dixerunt: Non es calumniatus, neque oppreſſiſti nos, neque tuliſti de ma- "
nu alicuius quidquam. Exemplo tamen cuius inſtrui & terminis rationabi- "
libus contentari, non exactioni & concuſſioni pecuniarum tyrannicè in- "
clinare debebat, Euangelio exhortante neminem concutere, neque ca- "
lumniam facere, & contentum eſſe debere ſtipendijs ſuis ipſius Apoſtoli "
exemplo in Apoſtolorum Actibus dicentis, *Argentum & aurum nullius* "
cupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum "
ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ: Ego, inquit Apoſtolus, *ſcio quoniam poſt diſ-* "
ceſſum meum intrabunt ad vos Lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Quam "
rapacitatem ſpiritu Prophetico clarè prænunciaſſe proponebat ipſa filia "
noſtra Prophetam Ezechielem ſuis ſub his verbis, *Facti ſunt greges mei* "
in rapinam & oues meæ in deuorationem, eo quod non erat Paſtor. Neque enim "
quæſierunt Paſtores gregem meum, ſed paſcebant Paſtores ſemetipſos & greges "
meos non paſcebant; Propterea, inquit Propheta, *ceſſare eos faciam & vltra* "
non paſcent gregem meum & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit "
eis vltra in eſcam. Ex qua clarum erat Prophetiâ Benedicto ſupradicto "
qui tanta confuſione & inordinatione cupiditatis debacchabatur ſubſ- "
tractionem nedum financiarum ſupradictam ſibi fieri debere, ſed plena- "
riam quamuis ipſam aliter & dudum ſibi factam, & iure & facto durare ac "
tenere cenſeret; & in eadem ſe permanere profitebatur. "

Eadem noſtra filia ex eo præſertim quod reſtitutionem obedientiæ "
per nos eidem Benedicto factam, nullam eſſe, quia ſub conditione "
non impletâ & ſub cauſâ cuius nullus ſubſequebatur effectus, factam; "
provt per ſcedulas quaſdam in ipſâ reſtitutione contentas, appa- "
rere dicebat. **Eccleſiæ etiam Regni ac Delphinatus noſtrorum ſupra-** "
dictorum autoritate dictam reſtitutionem minimè factam; & per conſe- "
quens ipſam ſubſtractionem durare, ſeu ipſam aut ſaltem dictarum pe- "
cuniarum & financiarum eidem Benedicto fieri debere, cum idem Bene- "
dictus ad deſtruendum Eccleſiam poteſtatem non habens Apoſtolo teſte "
contra ſanctæ Synodi definientis nullum Epiſcopum expetere debere au- "
rum & argentum à Patribus, vel Clericis, vel Monachis qui ſub eo ſunt, "
nec non Gregorij, Bernardi & aliorum SS. Doctorum; imò Euangelij "
authoritatem, dictas Financias in Eccleſiæ prædictæ ſubuerſionem & exi- "
tium extorqueret. Eandem autem ſubſtractionem per eandem noſtram "
Curiam & Prælatorum, & dictæ filiæ noſtræ conſilio faciendam eſſe "
dicebat ipſa Filia noſtra exemplo Regis Ioas qui conſilio Ioiadæ Sacer- "
dotis, pecunijs ad templi reparationem deſtinatis, quibus Sacerdotes "
ſui temporis abutebantur, manum appoſuerat, & earum partem, ad ne- "
ceſſitatem Diuinis famulantium, partem ad mercedem lathomorum, "
partem ad Architectorum ſalarium partiebatur. Vnde dictum in ipſius "
laudem prodierat, quod Rex Ioas rectum fecerat coram Domino omnibus "

1406. „ diebus, quibus eum docuerat Ioiada Sacerdos: per quem eadem Filia
„ noſtra ſummos Doctores intelligi dicebat, & quod eiuſdem Eccleſiæ op-
„ preſſioni prouidere nobis, aut eidem Curiæ noſtræ incumberet, & au-
„ thoritate & naturali ratione, & proprij iuriſiurandi debito & Anteceſ-
„ ſorum noſtrorum exemplo apparere.

„ Eadem noſtra filia oſtendebat autoritate Ambroſij in libro de Patriar-
„ chis neceſſitatem defenſionis Eccleſiarum Regi pertinere aſſerentis.
„ Recto præterea rationis dictamine quo Gentes etiam quæ legem non
„ habent eidem Benedicto dictarum financiarum exactionem eſſe ſubtra-
„ hendam definirent, ad quod proprij vinculum Iuramenti noſtræ Coro-
„ nationis, in qua vnicuique de Prælatis & Eccleſijs ſibi commiſſis Cano-
„ nicum priuilegium & Iuſtitiam ſeruare & defenſionem pro poſſe contra
„ oppreſſores adhibere promiſeramus, nos adigebat ac ſpecialiter ad-
„ ſtringebat. In exemplum erant Rex Ioas prædictus, Prædeceſſoreſque
„ noſtri temporibus Bonifacij, Clementis, Gregorij & aliorum quorum-
„ dam ſummorum Pontificum. Per huiuſmodi enim iniuſtas exactiones piæ
„ fundatorum Beneficiorum fraudabantur intentiones, & à ſua ſalute &
„ gloria defunctorum animæ morabantur captiuæ Quod ſi earum hoſtes &
„ veritatis ſuppreſſores hanc perſecutionem & inobedientiam eſſe præ-
„ tenderent, cum Deo magis quàm hominibus eſſet obediendum, hæc ho-
„ minum vaniloquia Papa Pelagio aſſerente, nos nequaquam retardare de-
„ bebant. *Errant*, inquit, *huiuſmodi rumoris fabulatores, non perſequitur, qui*
„ *malum iam factum punit, aut prohibet ne fiat, ſed diligit.* Ex quibus confor-
„ miter ad ſui thematis verba, eadem Filia noſtra requirendo conclude-
„ bat, quatinus ſubſtractio fieret eidem Benedicto obedientiæ, aut ſaltem
„ dictarum financiarum & pecuniarum exactionis, quæ quidem pecuniæ
„ in manibus Collectorum, aut Subcollectorum exiſtentes, in noſtra ar-
„ reſtarentur manu, & his quibus eidem Benedicto occaſione prædicto-
„ rum debere im ponebatur, ne ſoluerent, inhiberetur. Procuratores Ge-
„ neralis noſter, ac dicti noſtri Patrui ſub excuſatione proteſtantes ſe non
„ affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere velle, & ſi quid notæ, aut
„ reprehenſionis dignum duceretur, debitæ correctioni ſubmittentes; ac
„ vlterius proponentes *quod Eccleſiæ fuerant & erant per Principes temporales*
„ *fundatæ ac dotatæ, quarum dos ſeu Patrimonium Prælatorum autoritate capi*
„ *nequibat neque debebat.*

„ Licet enim Conſtantinus Eccleſiæ Rom. ſecundùm prçeminentiam,
„ quam ſibi dari Conſtantinopolitana Alexandrinaque & aliæ nonnullæ
„ Eccleſiæ contendebant, tribuiſſet, ratioque ſuaderet & vellet, vt Præ-
„ lati qui fidem publicarent, diuinis inſiſterent, Eccleſiaſtica frequentarent
„ officia, & Sacramenta miniſtrarent, neceſſaria referrent ſui ſtatus & vitæ,
„ non tamen ipſi exactiones imponerent, nulla præſertim vrgente neceſ-
„ ſitate. *Nam & Archiepiſcopos*, quo nomine Romanæ Vrbis Epiſcopum
„ ſcripta ratio nuncupabat, ſuper ſuis ſuffraganeis, ſeu eorum ſubiectis
„ exactiones imponere iura vetabant.

„ Quod ſi Eccleſia Rom. cæterarum caput & principalis exiſtens, vt
„ ſunt ſeculi varietates & viciſſitudines temporum, & mentium & animo-
„ rum malitia, in aut à ſuo quod maius & auctius Regno noſtro poſſidebat
„ patrimonio, forte aliqua diſturbabatur, quamuis ipſo liberè vteretur,
„ ceteras monere debebat Eccleſias, excitare, adhortari & requirere de
„ ſubſidio Charitatiuo, quod eidem Rom. Eccleſiæ annui poſſet ac debe-
„ ret, cum tamen conſilio, moderamine, iuſta cauſa, abſque præiudicio,
„ culpâ non prçcedente, durante neceſſitate, ac de conſenſu & benigni-
„ tate Principum, Patronorum & aliorum Prçlatorum, & non cum gra-
„ uamine aſſiduo & indiſtincto ceterarum Eccleſiarum quas vtique & prç-
„ ſertim horum noſtrorum Regni & Delphinatus ſupradictus Benedictus
„ paſſim & Phariſçorum more qui decimas indifferenter de plantulis, her-
„ bis, baccis & omnis generis fructibus extorquebant, cum graui compul-
„ ſione ſubſidijs & exactionibus inſolitis & contra libertates Eccleſiæ

exagitabat & premebat. Quibus cum ſecularis Iuſtitia Eccleſiaſticæ ſubſidio & iuuamini ſemper fuiſſet; alterum enim alterius ſemper egebat auxilio, neceſſitas occurſandum impellebat, ſuadebat æquitas, exigebat ratio, ac totius clamor populi incutiebat, intereſſeque præterea noſtrum huic ruinæ impendens nos ſtimulabat, ne venerabilium huius noſtri Regni Eccleſiarum tanto charitatis ardore extructarum, & quarum fundatores & authores dicebamur, tam miſera, tam flebilis & tam neglecta deſtructio ſurreperet, Exemplisque inſtrueremur egregijs Theodoſij, Honorij, Conſtantini, Caroli Magni, aliorumque Anteceſſorum noſtrorum qui corruptelis contra Eccleſiam ipſam quandoque attentatis ſolerter obuiauerant & ſuccurrerant liberaliter. Subſidium autem quod Eccleſiæ eidem conferre poteramus & debebamus, erat eidem Benedicto in eiuſmodi abuſionibus non obedire, obedientiamque ſubtrahere. In quo nullatenus iuxta B. Thomæ de Aquino & aliorum Eccleſiæ Doctorum authoritatē peccabamus. Ex quibus & alijs pluribus aſtructis rationibus concludebant, ac requirebant quatenùs eadem noſtra Curia iuxta noſtras Mandatarias litteras inhibendo dicti Benedicti Officiarijs, ne quas ratione præmiſſorum exigerent in dictis Regno, ac Delphinatu noſtris, pecunias, ac exactas & penès eoſdem Officiarios exiſtentes arreſtari vſque ad Prælatorum Congregationem faciendo prouideret.

1406.

Pro Parte ipſius Benedicti & ſuæ Cameræ Officiariorum ab aduerſo extitit requirendo propoſitum quod cum materia prægitata grandis & alta, Iura ſedis Romanæ, cuius erat ipſe Benedictus caput, ſuamque Cameram & antiqua Deueria ſua ac Cardinales concerneret & tangeret, ijdemque Benedictus & Cardinales nullo in eadem noſtra Curia Procuratore fulcirentur, quo cauſa præſens deduci, foueri poſſet, aut defenſari, & Prælati Regni noſtri ad proximum feſtum omnium SS. congregandi dicerentur, In cuius temporis interſtitio nullum vertebatur periculum, Eadem noſtra Curia ſuperſedere vellet provt tenebatur, Præfata Filia noſtra in contrarium proponente ac dicente quod Radix pro parte ipſius Benedicti propoſitorum inualida cenſeri debebat, eo quod eadem Filia noſtra proceſſum ſubire ordinarium non intendebat, ſed ſibi ab ipſa noſtra Curia prouiſionem fieri, quam abſque mora referre debebat. Nam quantuſcunque eſſet Papa ſeu Prælatus, non erat ſuus; ſed & omnis eius pietas ſiue dignitas, & alius cuiuſlibet, magis Eccleſiæ quàm perſonæ. De Iure igitur Benedicti, ſeu Eccleſiæ Rom. faciendum erat quod ad profectum pertinere videbatur Eccleſiæ, & non in ipſius præiudicium teſte Apoſtolo Eccleſia ſuppoſita ſub his appellante verbis, *Templum Dei eſtis vos, & Spiritus ſancti habitat in vobis, & ſi quis illud violauerit, diſperdet illum Dominus.* Subdit, *Non glorietur quis in hominibus, omnia enim veſtra ſunt, ſiue Cephas, ſiue Paulus, ſiue Apollo.* Pecuniæ autem ſeu Financiæ, quas idem Benedictus exigebat, non ad Eccleſiæ profectum, ſed ad ipſius, & animarum tendebant interitum, cuius interitus & præſentis horridi Schiſmatis erant medium & fomes. Quare à nobis & eadem noſtra Curia quibus Iuſtitiam miniſtrare erat neceſſe huiuſmodi peſtiferæ peſtilentiæ non tam reijciendæ quàm penitùs & abſque morâ tollendæ, erant: Cum & vnumquemque iure Gentium gladium de manu Interfectoris confeſtim eruere & vim vi repellendo interficere liceret. Ex his provt ſupra requirendo dictis noſtro & Patrui noſtri Procuratoribus ſuam requeſtam fieri requirentibus, attento quod per notorias exactiones ſæpè dictas Reſpublica ex defectu Prædicationum & ſubiectorum Viſitationum & correctionum & aliàs vt ſupra multipliciter contra Sacrorum Canonum ſanctiones grauabatur, quodque querelas ſuas non proceſſum inituri; ſed remedio, aut prouiſioni innitentes intentabant, nec erat qui contrarium opponeret, ad hoc & vt ſupra concludentibus Officiarijs ipſius Benedicti in contrarium contendentibus, & vt negotium abſque præcipitatione protelaretur, quando pro abſentibus ſupplicari fas erat, provt ſupra inſtantibus, & ne quicquam innouaretur, requirendo

" concludentibus; Tandem auditis hinc inde ad plenum Partibus antedi-
1406. " ctis in omnibus quæ dicere ac proponere circa præmiſſa voluerunt & in
" Arreſto appunctatis.

" Congregatisigitur eiuſdem noſtræ Parlamenti Curiæ Cameris, con-
" uocatiſque & adſtantibus in magno numero de Gentibus noſtri Magni
" Conſilij, ac viſis ſupradictis literis & ſcedula, Conſideratis inſuper & at-
" tentis diligenter & cum maturâ & longâ deliberatione omnibus circa hæc
" attendendis & conſiderandis, & quæ eandem noſtram Curiam in hac par-
" te poterant & debebant mouere. Per Prefatæ Curiæ noſtræ arreſtum
" prædictis obtemperando literis *Per eandem Filiam noſtram*, à nobis obten-
" tis, Dictum fuit quod dictus Benedictus & Officiarij ſui ceſſabunt in no-
" ſtris Regno & Delphinatu ab exactionibus Annatarum, Primitiarum, fru-
" ctum & emolumentorum, Prælaturarum & aliorum Beneficiorum quo-
" rumcumque vacantium; ſeu quæ vacauerint, tam pro primis annatis,
" quam etiam fructuum & emolumentorũ, qui tempore ſubſtractionis aliàs
" eidem Benedicto factæ, & vacationis Prelaturarum, Dignitatum & alio-
" rum Beneficiorum obuenerunt, ſeu obuenerint qualitercunque, nec-
" non Procurationum pro viſitationibus debitarum & arreragiorum quo-
" rumcumque ratione premiſſorum, vel aliarum exactionum debitorum,
" ipſaſque procurationes poterunt Prelati, Archidiaconi & alij Ordinarij,
" quando ipſos ſuos ſubiectos viſitare contigerit, capere & lacerare. Ceſ-
" ſabunt etiam Cardinales & Camerarius Collegij à perceptione illius par-
" tis quam in vacationibus Prelaturarum pro primis Annatis, vel aliàs an-
" te preſens arreſtum percipiebant; & arreragiorum quorumcumque oc-
" caſione premiſſa quomodolibet debitorum. Et ſi aliquid ex his exacta
" ſeu leuata fuerunt occaſione prædictorum apud Collectores, ſeu Suc-
" collectores, aut alios quoſcunque exiſtit ſeu remanet, ſub manu noſtra
" arreſtabitur. Et id arreſtauit & arreſtat ipſa Curia noſtra, ipſiſque ne
" aliquid eidem Benedicto, ſeu cuicunque alteri tradant, ſeu deliberent,
" Et illis qui Benedicto, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, vel Cardinalibus præ-
" dictis debere reperientur, ne eis quicquam tradant ſeu ſoluant, inhibebi-
" tur & inhibet eadem Curia noſtra. Et per idem Arreſtum eadem Curia
" noſtra ordinauit & ordinat quod Excommunicationis ſententiâ præmiſ-
" ſorum occaſione illigati relexabuntur. Et hæc quouſque aliàs per ean-
" dem Curiam noſtram extiterit ſuper præmiſſis ordinatum. In cuius rei
" teſtimonium præſentibus litteris noſtrum apponi iuſſimus Sigillum. Da-
" tum Pariſius in Parlamento noſtro 11. die Sept. an. Domini 1406. Et Re-
" gni noſtri 27.

Reſtabat è tribus capitibus ab Vniuerſitate propoſitis tertium, quod erat de ſubſtractione omnimoda, qualis antè concluſa fuerat. Sed hæc materia, quia difficilior & periculoſior, Eccleſiæ Gallicanæ Conuentui propediem celebrando relicta eſt, vt infra dicetur. Interim moritur Innocentius, ſcilicet 8. idus Nouemb. eiuſdem anni, cui Cardinales Romani numero 14. pactis conditionibus de via Ceſſionis ſubſtituerunt M. Angelum Corarium Venetum Patricium, Doctorem Theologum; is Gregorij XII. nomen aſſumpſit; qui antequam infulas Pontificias acciperet, ſcripſit ad Benedictum Lunenſem de vnione, hoc titulo; Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Petro de Luna quem nonnullæ Gentes in hoc miſerabili Schiſmate Benedictum XIII. appellant, pacis & vnionis affectum, &c. Scripſit quoque ad Vniuerſitatẽ Pariſienſem de Electione ſua, ſpemque fecit reconciliationis. Interim conueniunt Lutetiam Prælati Eccleſiæ Gallicanæ ad Concilium, provt Rex edixerat, nempe 64. tam Archiepiſcopi quàm Epiſcopi, Abbates quamplurimi, Nuncij Vniuerſitatum complures. Et cum alij Benedicto ſubſtrahendam eſſe obedientiam totalem & omnimodam contenderent, alij contrà, electi ſunt è toto numero 12. ex vtraque parte Doctores, quorum ſex vnam partem, ſex alij alteram propugnarent. Sub finem menſis Nouembris aperta eſt Synodus; & factæ duæ propoſitiones ſeu conciones, prima à

GREGORIVS XII. PAPA.

SYNODVS GALLICANA.

M. Petro ad Boues Franciſcano Pariſino qui pro Themate aſſumpſit hæc verba. *Adeſtis omnes filij Iſraël, decernite quid facere debeatis.* Altera à M. Ioanne Parui Doctore Theologo, qui aſſumpſit hoc Thema. *Recedite à tabernaculis Impiorum hominum & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Illi verò plurimis rationibus & exemplis demonſtrarunt non modò licitam eſſe nonnunquam obedientiæ ſubſtractionem, ſed & expedire quandoque, Vt impij & indigni Pontifices de Papatu deijciantur. Die Sabbati 1. Aduentus Petrus Cramaudus Patriarcha Alexandrinus ſimiliter contra Benedictum perorauit, aſſumpto hoc Themate, *Congregati ſunt filij Iſraël & Iuda, vt ponant ſibi caput vnum.* Deinde admonuit Cancellarius Regni, vt qui pro Benedicto futuri erant, die Lunæ proximâ dicere parati accederent; qui moram vnius menſis poſtulantes, bidui tantùm obtinuerunt. 1406.

Ergo die Mercurij pro Papa dixit Guillelmus Fillaſtre Legiſta, Decanus Eccleſiæ Remenſis cum hoc Themate, *Manete in dilectione*; orauitque præſente Rege, præſentibus Bituricenſi & Borbonio Ducibus & Petro Nauarræo. Die Sabbati Amelius de Brolio Archiepiſcopus Turonenſis dixit ſimiliter pro Benedicto, *Principes Populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, quemadmodum dij fortes vehementer elenati ſunt.* His acceſſit 11. Decemb. Petrus de Alliaco Epiſcopus Cameracenſis, *Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras.* Horum vterque orauit vehementiſſimè; Fillaſter quidem extollendo Pontificiam autoritatem Regiamque deprimendo; qui deinde temerè dictorum veniam petijt: Alliacenſis verò contra Vniuerſitatem, cuius conſilia conatuſque coarguit, vt pote quæ cauſa eſſet nouæ iſtius de Subſtractione deliberationis; quamobrem aduerſus eum poſtridie decreuit Vniuerſitas tanquam in membrum corpori ſuo non cohærens; Queritur ille, ſeque audiri petijt in Conſilio Regis, & Ioannes Parui Vniuerſitatis nomine poſtulatis illius libenter acquieuit; qua de re ſic legitur in MS. Puteanorum.

Cambray. i'ay entendu qu'il fut hier Congregation de l'Vniuerſité pour proceder contre moy & fut deputé M. Iean Petit pour parler encontre mon eſtat. Mes Compagnons deputez pour cette partie (du Pape) n'oſeront plus parler. Ils ont deliberé de moy pourſuiure. Ie vous prie que vous leur defendiez qu'ils ne procedent encontre moy, ſinon deuant le Roy, & en cas qu'ils voudront proceder ailleurs, ie fais proteſtation d'appeller. Or ſe leue M. Iean Petit pour l'Vniuerſité & diſt qu'il eſtoit vray de l'Aſſemblée de l'Vniuerſité, pource que ſon honneur auoit eſté touché & qu'il la falloit iuſtifier & pria, de l'oüir en ſa iuſtification & a dit, Voire Mr. de Cambray, qu'il en ſoit cogna deuant le Roy, l'Vniuerſité ne demande pas autre choſe. Cambray reſpond. Si ainſi eſt, i'en ſuis content.

Die 14. eiuſdem menſis Petrus Regis Abbas S. Michaëlis pro Vniuerſitate & ſubſtractione Thema ſumpſit iſtud. *Da nobis Domine auxilium de tribulatione; quia vana ſalus hominis.* multa dixit pro Concilijs Generalibus, quibus Papam ſubiecit; contra Exactiones Pontificias & alia id genus.

Excepit Simon Cramaudus Patriarcha Alexandrinus reſponditque ad ea quæ Fillaſter & Amelius Turonenſis contra Vniuerſitatem dixerant.

Die 15. M. Petrus Plaoul Doctor Theologus & Socius Sorbonicus item pro Vniuerſitate dixit ſumpto hoc Themate. *Conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion*; dixit verò Papam errare poſſe, Eccleſiam non poſſe. Diœceſim Romanam non aliter eſſe Diœceſim quàm Pariſienſem? & eum qui Epiſcopatum obtinet Romanum, toti Eccleſiæ præſidere. Poſtridie diluit Aduerſariorum Objecta, probauitque fuſiſſimè & clariſſimè Regem poſſe Concilia conuocare in negotijs etiam fidei; poteſtatem Papæ miniſterialem eſſe tantummodò, Regiam autoritatiuam & poteſtatiuam; multaque alia eiuſmodi.

Rurſus auditi Fillaſter & Archiepiſcopus Turonenſis, negaruntque Regem poſſe Concilia celebrare, in quibus ageretur de negotio fidei;

ſolius Papæ eſſe ea conuocare, aut conuocandorum poteſtatem facere.
1406. Auditi quoque Patriarcha Alexandrinus Eccleſiæque Gallicanæ libertates Regiamque autoritatem & iura extulit: & Ioannes Parui pro Vniuerſitate.

Die 20. Decemb. Auditus Ioannes Iuuenalis de Vrſinis Aduocatus Generalis pro Regia autoritate dixit, proque ſententia Vniuerſitatis concluſit Regis eſſe conuocare Synodos, ijs præſidere & ex ſententia Synodali concludere; ſequuntur ipſiſſima eius verba.

" *Le Chancelier de France diſt, Lundy parleront les Aduocats & Procureur du* " *Roy, par la bouche de M. Iean Iuuenal des Vrſins premier Aduocat du Roy, le-* " *quel à la iournée montra deux choſes.* L'vne la Puiſſance du Roy de France, " qui eſt le bras dextre de l'Egliſe & qu'il luy loiſt & doit Aſſembler les " perſonnes Eccleſiaſtiques de ſon Royaume, touchant le fait de l'Egliſe " pour auoir conſeil, & en iceluy preſider, comme Chef, quand il en eſt re- " quis, & ſans aucune requeſte de perſonne, ſi bon luy ſembloit, *comme au* " *cas qui ſuffioit où il auoit eſté requis par l'Vniuerſité & aucuns Prelats & per-* " *ſonnes Eccleſiaſtiques. Et que ſans ſupplication de perſonne quand il verroit* " *eſtre expedient, le pouuoit faire & en iceluy* conclurre & faire executer ce qui " ſeroit conclu & aduiſé en iceluy Conſeil.

His actis dictæ ſunt tandem ſententiæ de duobus Capitibus. In primo quidem conformes, ſcilicet ad obtinendam Eccleſiæ pacem opus eſſe Concilio Generali. In altero diſcordes; concluſam tamen Subſtractionem eſſe promulgandam; Beneficiorum Eccleſiaſticorum collationes & diſpoſitiones penès Prælatos remanſuras vtante, dum prior ſubſtractio vigebat.

Poſt Prælatam Concluſionem aduenerunt Legati Gregorij & Cardinalium Romanorum expoſueruntque Innocentij obitum, Gregorij promotionem certis legibus, nimirum præcauiſſe Cardinales vt *electus qui foret, procuratione potius ad deponendum Pontificatum munitum, quàm Pontificem ſe factum intelligere poſſet*; demum electam vnanimiter *viam Ceſſionis*. Placuit hoc Regi Regiſque Conſilio. Lectæ litteræ plurimæ ad Regem, ad Ducem Biturigum, ad Vniuerſitatem quadruplices. Gregorij cum hac ſuperſcriptione. *Dilectis filijs Vniuerſitatis Studij Parienſis.* Cardinalis Aquilegienſis cum hac, *Venerabilibus & egregijs viris Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Baccalaureis & alijs Studentibus ſacræ Vniuerſitatis Pariſ.* Cardinalis Leodienſis. *Venerabilibus & Egregijs viri Rectori & Vniuerſitati Studij Pariſ.* Amicis ſincerè dilectis. Denique Cardinalis de Thureyo cum hac ſuperſcriptione, *Venerabilibus & Egregijs viris Rectori & Vniuerſitati Studij Pariſ. Socijs & Fratribus noſtris Cariſſimis.* Litterarum Gregorij legitur apud Monſtreletium verſio, dura & incompta quæ conſulatur, ſi lubet.

Ne autem Eccleſiæ Gallicanæ ſanctio de via Concilij Generalis deque Subſtratione foret irrita, iuſſa eſt Vniuerſitas ſuas Propoſitiones & Concluſiones Concilio tradere: & tradidit die 3. Ianuar. cum his ad Regem litteris.

" CHRISTIANISSIMO & Orthodoxæ Religionis zelantiſſimo Principi " Carolo Dei gratia Regi Francorum illuſtriſſimo, *Deuota ſuæ Regiæ* " *Majeſtati filia Vniuerſitas ſtudij Pariſ.* Deuotum in Beneplacitis obſe- " quium atque filialis obedientiæ ſinceritatem. Sperabamus ſinceriſſime " & illuſtriſſime Princeps: noſtri luctus, ac diuiſionis Eccleſiæ finem pro- " ximum factum. Cum olim diuina gratia via pacis procurandæ ſanctiſſi- " ma Chriſtianis illuxerit, iam reſpiraſſe homines videbantur, nondum re, " ſed ſpe pacis recuperandæ, cum viam Ceſſionis apertam ac velut à Spiritu " ſancto reuelatam intelligerent, nec cadebat in mentem hominum quod " viam ſanctiſſimam, viam Spiritus S. conſcientiarum omnium ſedatiuam " Dominus Benedictus, qui primus ad hanc cauſam obligatur, collaudare, " probare & accipere quouiſmodo differret. Oblata eſt hæc via per DD. " Cardinales, per Principes, Prælatos & alios ſuæ obedientiæ, oblatam

non tantùm refutauit, ſed tanquam pernicioſam repulit atque ſcandaloſam, inducens quoſdam qui eam pro viribus confutarent. 1406.

Nihilominùs Chriſtianiſſime Princeps! quamuis concepto dolore multo ſibi perſuadere, ipſum excitare vt ſaltem viam aliquam Schiſmatis ſedatiuam aperiret, non ceſſauiſtis; ad ipſum etiam ſæpenumero fecit præſcripta filia veſtra zelo Chriſtianæ Religionis accenſa, & nonnunquam veſtris precibus inducta. Cumque varia ſubterfugia quæreret, & reprobatas Conuentiones atque malefidas inire cum ſuo contendente ſuſpicaretur, nec videretur in viâ pacis & veritatis ambulare, congregatis Principibus, Prælatis, Clericis ac probis viris Regni veſtri, reuolutis legibus Decretis & ſacris fidei ſcriptionibus, vt credimus, Vos ac cæteros diuinus Spiritus induxit, obedientiam quam ſibi prius exhibebatis, tanquam à Schiſmatico ſubſtrahere, ſic enim in veſtra litterâ de ambobus Contendentibus concluditur. *Quoniam perperam & notoriè Schiſma faciunt, & quantum in eis eſt, cauſam perpetuationis præbent crimen Schiſmatis incurrentes, &c.* in hanc ſententiam, Cumque in illa ſubſtractione ſteriſſemus aliquantulo tempore, iam prope erat, vt inde fructum aliquem Eccleſia ſuſciperet. Quod non ignorans D. Benedictus, nonnullos donis impulit, alios fraude, alios precibus ſubornauit. Vos autem, inclyte Rex ac Principes veſtri ſanguinis! verbis atque pollicitis alliciebat & tandem ita mouit, vt ad obedientiam priſtinam intercurrentibus 4. conditionibus, rediretis; quarum 1. in quâ maximè D. Benedicti ſiniſtrum propoſitum fuit, & ſæpiſſimè deprehenſum erat, vt altero contendente mortuo, cedente, vel deiecto, exploſâ quacunque verborum captioſitate, Papatui renunciando ſe ſe Papam oſtenderet, alio verò etiam ad deſideratam pacem tenderet; Has autem conditiones & prædicari piè feciſtis, & ſub his in reſtitutionem obedientiæ cum aliquibus Prælatis conſenſiſtis. O incertam hominum prouidentiam! ſi in priori ſtatu manſiſſemus, fortaſſis non longè abfuiſſet quin altero Contendente mortuo, pacem habuiſſemus: ſed proh dolor! illo tempore de propoſito deſtitimus, cum permaximè fuiſſet continuandum. Si noſtrum fuiſſet futura clarè proſpicere, ac D. Benedicti tanta pollicentis latebroſæ mentis intentionem penetrare; quid ita? quia illa cauſa ex quo fuerat ſubſtractio profecta, permanebat; cur tunc reſtitutio? quia apparentis boni propoſiti D Benedicti tam litteris quam hominibus grandia teſtimonia tunc afferebantur, diuinumque fuiſſet in tantâ Religione verſutam perpendere malignantium calliditatem. Exſpectauimus poſtea vt aliàs pollicita adimpleret ac iuramentorum ſuorum memoraretur; ſed iuramenta frangens, pollicita contemnens, rapiens Eccleſiarum temporalia, ſpirituale negligens hactenus quærentibus pacem inhibens obſtinatâ fronte reluctatur. Patent hæc omnia atque vocibus hominum celebrantur. Et tamen audent quidam ſuorum ad erroris ſui defenſionem aſſurgere; audent, imò confidenter proferunt rationi veritatique diſſona; Et quod periculoſius, inducunt Doctrinarum Principia quibus ſtatim omnis politia labefactaretur. O mores! ô tempora, quæ tandiu parent Eccleſiæ quandiu fortunæ poſcit libido; ruit Orbis perenniter, aut Religio Chriſtiana concutitur. Vident hæc Principes, tacent Prælati & interim Contendentium pernicioſiſſimi ſatellites flagitant & moliuntur quotidie fraudes aſtutiarum ad explendas ſuorum dominorum cupiditates. Hæc & alia maiora ſuis locis & temporibus explicanda, Chriſtianiſſime Princeps! animaduertens *humilis Filia veſtra conuocatis omnibus ſuis ſuppoſitis*, poſt multa ſcripta, multas etiam diſceptationes grauiter & maturè ad honorem Dei & Eccleſiæ, ac totius Regni veſtri deliberauit & quantum in ſe erat, concluſit D. Benedictum non amplius ſummandum; & ſicut aliàs eum reputauerat Schiſmaticum & de hæreſi vehementer ſuſpectum, ſic adhuc reputauit & reputat. Nam ſi quandoque D. Benedictus Schiſmaticus fuit rationabiliter reputatus, proſpicientes ea quæ geſſit ex illo tempore, non reuocamus in dubium quin in ea obduratus

1406. „ ſententia, & de hæreſi maximè ſit ſuſpectus. In hoc etiam omnes Facultates atque Nationes iuramentis requiſitæ, vt ſicut conſcientiæ dictarent, „ ad laudem Dei, bonum Eccleſiæ & honorem Chriſtianæ Religionis deliberarent, conſenſerunt atque concorditer dixerunt ſuis pollicitis, Bullis vel & Ambaxiatis nullam fidem adhiberi debere, quin potius quæcunque pro ſuis excuſationibus gereret, pro ſuſpectis haberi. Nam qui nos totiens fefellit in materia fidei & Eccleſiæ, quonam modo fides illi adhibebitur? qui monitus & informatus vnitati Eccleſiæ, ac ſuæ ſaluti non conſulit; quomodo eſt apud alios fidem habiturus? non poteſt venire nobis in mentem vt is diabolicam obſtinantiam non ſubierit, ac ſuſpicione graui ſit hæreſeos inculpandus, qui dum Eccleſiæ vulneribus mederi poteſt, non tantùm negligit, ſed etiam dolo vias aperit, quibus lethifer morbus ſerpat altius. Cum igitur hæc ſit nata lex hominibus vt ſalute publica in periculum adducta quiſque propriæ memor inſtitutionis potius vitæ ſuæ diſcrimen ſubeat, quàm patriæ deſit proximè perituræ, liberos interimat, rem familiarem perdat, ac mortem acerbiſſimam potuis oppetat, quàm ipſo inſpectante communis ſalus periclitetur, quæ tanta Chriſtianos amentia tenebit, vt aliorum ſalute iam tempeſtatibus actâ ac prope ad ſummum periculum ducta, Rectorum negligentiâ imò conniuentiâ obſtinatam perniciem ferant? Non ſumus Chriſtianiſſime Princeps! non ſumus talibus rationibus inſtituti, vt in hac totius Eccleſiæ cauſa ex qua ſalus tot Gentium pendet, naturæ legibus, ac Religioni noſtræ non pareamus, quibus edocemur illis obſiſtere qui dum tenent Eccleſiarum gubernacula, negligentiâ, ambitione, Schiſmate, hæreſi ſunt penè omnibus miſerabilem peſtem allaturi. Itaque quoniam D. Benedictus in hac materia de veritate pertinaciter renuit informari, & ſufficienter informatus eam impugnauit & impugnari fecit: cum etiam non tantùm VOS CHRISTIANISSIME PRINCEPS, ſed vobiſcum tota Eccleſia Gallicana, quoniam perperam & notoriè Schiſma faciebat, & quantùm in ipſo erat, crimen Schiſmatis incurrens cauſam diuiſionis perpetuam præbebat, obedientiam ab eo ſubſtraxit: Cùm denique non ſolum in negligentia, ſed cum hoc periurijs debilitatus, & fraudulentis pollicitis irretitus ex nulla parte purgatus in ſua perſeuerauit pertinacia, hæreſis non modicam ſuſpicionem incurrens, non poſſumus ſibi obedire & Chriſto ſeruire. Ideo quantum in nobis eſt, ab eo nos ſubſtrahimus ne Schiſmatis eadem maculâ contaminemur. Et quia luce clarius intelligimus tali Schiſmatico neminem ſufficienter informatum licitè poſſe obedire, vobis ex noſtrarum conſcientiarum ſinceritate conſulimus, Chriſtianiſſime Princeps! vt omnem obedientiam ab eo ſubſtrahatis, nec permittatis, quantum in vobis erit, aliquem Regni veſtri hoc euidens Schiſmatis ſcelus incurrere; periculoſum enim putamus & magnopere pertimeſcendum, ne quod abſit, ſi Schiſmatico & de hæreſi vehementer ſuſpecto faueatis, illibata gloria veſtra maculam conſequatur. Aſſurgite ergo Rex inclyte! & nomen illud glorioſum Chriſtianiſſimi Principis quod iam habetis ex veſtris Progenitoribus partum, per voſmetipſum procuretis. Conuocaſtis Concilium Eccleſiæ Gallicanæ ad ſuccurrendum deſolationi Matris fidelium, videte ne Medecina iam propius admota paucorum verſipellis aſtutia ſperatam ſanitatem impediat. Iam graues labores pro pace militantis Ieruſalem ſuſcepiſtis, cauete ne dum vos vocat maior temporis opportunitas remiſſionem animi gerere videamini. Diſcedite igitur Chriſtianiſſime Princeps, diſcedite ab his hominibus qui chariſſimam Chriſti ſponſam tam crudeliter & impiè diuidunt & lacerant, & affectæ Matri filiorum poſcenti auxilium manum porrigite. Non enim ſubſtrahendum eſt, vt ſemper ſine capite maneamus; ſed à viro peſtifero recedere oportet ne coinquinemur, & vt etiam adepta vnitate vero capiti adhæreamus; Subtracta verò obedientia, viæ ſalubres procurandæ pacis aperientur quas ſiue metu, ſiue periculis ſuis excluſis corruptionibus Sycophantarum captioſitatibus exequerentur Pacis amatores.

In

In hoc denique, ſereniſſime Princeps, filia veſtra de veſtro, ac Regni veſtri honore ſollicita vos hortatur in Chriſto vt cum in hac re vniuerſa Chriſtianitas ad Conſilium veſtrum oculos admoueat, taliter in eo concludatis, vt finem nullum veſtræ celebritatis ſit habiturum. Summa Trinitas pedes veſtros in viam pacis dirigere dignetur SERENISSIME ATQVE ILLVSTRISSIME PRINCEPS. Datum in Congregatione noſtra generali apud S. Bernardum Pariſ. ſolemniſſimè celebrata die. 1406.

Concluſiones autem eiuſmodi oblatæ fuerunt Concilio Gallicano aduerſus Benedictum XIII.

1. Concluſio. quod quicunque Prælatus etiam Papa, etiamſi non jurauerit cedere, pro vnione tamen Eccleſiæ & pro tam graui ſcandalo vitando ſicut eſt Schiſma præſens, nec aliàs ſedari poteſt, tenetur cedere etiam inuitus.

2. Concluſio, quod Papa qui iurauit pro vnione Eccleſiæ cedere quotieſcunque videtur Collegio DD. Cardinalium vel maiori parti eorum, obligatus eſt Deo propter iuſiurandum, quia iſtud iuramentum dirigitur in Deum principaliter, & Deo Principaliter obligatur & Eccleſiæ militanti, in cuius fauorem vnio fienda eſt. Nec tale iuramentum per hominem eſt remiſſibile; ſicque Eccleſia aliam viam admittere non tenetur, cum per præmiſſa ſit ius in Papam & Chriſto & Eccleſiæ.

3. Concl. quod Papa qui iurauit cedere pro vnione Eccleſiæ, quotieſcunque videtur Collegio DD. Cardinalium vel maiori parti, hoc viſo & deliberato per eoſdem Cardinales, tenetur cedere & expreſsè recuſans periurus eſt, & infidelis Deo & hominibus, & malè ſentiens de fide, & tanquam de fide ſuſpectus poteſt de hæreſi accuſari, & niſi cedat recuſans pertinaciter tanquam hæreticus per Concilium Prælatorum declarandus.

4. Concl. quod electus in Papam eâ intentione quod cedet quandocunque, & ſine quo non aliàs fuiſſet electus, de quâ intentione apparet per iuramentum ipſorum Cardinalium; ſi ex poſt pertinaciter contradicit, cedere requiſitus ſolemniter, ex tunc talis non eſt reputandus Papa, ſed ab eius obedientiâ libere recedi poteſt etiam ſine declaratione.

5. Concl. quod Papa notoriè faciens contra iuramentum ſuum proprium, eſt notoriè criminoſus crimine peſſimo, & per conſequens contumax & rebellis; ſicque quia contumacia notoria ſuper crimine tam notorio eſt hæreſis, eſt tanquam hæreticus habendus & perſequendus.

6. Concl. quod quia periurium reſpicit directè Dei irreuerentiam quæ propriè eſt Chriſtianæ religioni contraria, principes ſeculares qui periuria punire poſſunt, conſurgentes contra Papam, vt præmiſſum eſt, notoriè delinquentem, aut cogentes eum cedere, merentur apud Deum, & ſunt duntaxat iurium executores, ac iuramenti violati proſecutores; nec reſiſtit perſonæ qualitas cum per præmiſſa reddiderit ſe indignum priuilegio Clericali & dignitate Papali.

Quid autem ſtatutum fuerit in illo Concilio iuxta propoſitiones & Concluſiones prædictas patebit ex ſequenti inſtrumento, in quo continetur Decretum Eccleſiæ Gallicanæ eiuſque Confirmatio per literas Regias aduerſus eos qui Viam Ceſſionis ad Schiſma tollendum ineffacem eſſe dicebant, ſubſtractionemque obedientiæ criminabantur.

Decretum Eccleſiæ Gallicanæ pro via Ceſſionis & ſubſtractione Obedientiæ.

7. Ian. 1406.

CAROLVS Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes Literas inſpecturis, ſalutem. Notum facimus quod nos ſupplicationem dilectorum & fidelium noſtrorum Archiepiſcoporum, Metropolitanorum, Epiſcoporum, Abbatum, Exemptorum & non Exemptorum Vniuerſitatum ſtudiorum, Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, Priorum, Collegiatarum Eccleſiarum & quamplurimarum Notabilium

1406. „ perſonarum Eccleſiarum Regni & Delphinatus Viennenſis noſtrorum, „ in Concilio Pariſius nuper de mandato noſtro celebrato conuocatorum „ Eccleſiam Gallicanam dictorum Regni & Delphinatus meritò repræſen- „ tantium ſuper facto vnionis Eccleſiæ congregatorum recepimus conti- „ nentes: Quod quamuis nuper ſuper facto vnionis Eccleſiæ in ſancta Dei „ Eccleſia habendæ cum maturâ deliberatione plures ordinationes & de- „ clarationes per nos & Eccleſiam Gallicanam, Clerum Regni noſtri & „ Delphinatus factæ fuerint, provt in literis ſubſtractionis obedientiæ ha- „ ctenus factæ Benedicto XIII. & in literis Declarationum, Ordinationum „ ex poſt ſubſecutarum & publicatarum plenius continetur: Nihilominus „ tamen præfatum Concilium, ſeu Eccleſia prædicta Gallicana Regni & „ Delphinatus perpetuò conſeruanda, & vt obuietur periculis & ſcan- „ dalis quamplurimis, occaſione ordinatorum, tempore ſubſtractionis „ obedientiæ dicto Benedicto hactenus factæ orituris & iam ortis de fa- „ cto, provt multorum querimonia manifeſtauit & manifeſtat: Propter- „ rea conantes viam Ceſſionis, ſeu renunciationis de Papatu per tot Reges „ & Principes, ſtationes & ſpecialiter per nos & Regnum noſtrum pro „ vnione in ſancta vniuerſali Eccleſia habenda, electam, approbatam, col- „ laudatam & per dictum Benedictum dum fungebatur Officio Legationis „ in partibus Franciæ ſummis laudibus exaltatum impugnare aut damnare, „ necnon conantes contra ſubſtractionem obedientiæ eidem factæ hacte- „ nus dogmatiſare, volentes de facto irritare, annullare & deſtruere facta, „ acta & ordinata eiuſdem ſubſtractionis tempore ſecundum formam lite- „ rarum eiuſdem valeant & teneant inuiolabiliter; & quod facta in contra- „ rium quomodocumque reparentur, & reducantur omnia ad ſtatum priſti- „ num & debitum provt in quodam inſtrumento, cuius tenor ſequitur, „ plenius continetur.

„

„ IN NOMINE DOMINI, Amen. Vniuerſis & ſingulis præſens pu- „ cum Inſtrumentum inſpecturis pateat euidenter & ſit notum; quòd „ anno eiuſdem Domini 1406. Indictione 15. more Gallicano, die ve- „ rò menſis Ianuarij 7. Pontificatus D. Papæ Benedicti XIII. anno 13. „ In Concilio Reuerendiſſimorum Patrum DD. Archiepiſcoporum, „ Epiſcoporum, Abbatum, Priorum Conuentualium, Deputatorum Vni- „ uerſitatum ſtudiorum Pariſien. Aurelian. Andegauen. & Montiſpeſſul. „ Procuratorum aliquorum Prælatorum, & aliorum virorum Eccleſiaſti- „ ſticorum abſentium, Capitulorum Metropolitanorum & Cathedralium „ Eccleſiarum Regni Franciæ & Delphinatus Viennenſ. per ſereniſſimum „ & Chriſtianiſſ. Principem D. noſtrum Karolum Dei gratia Francorum „ Regem ſuper facto & materia vnionis S. Matris Eccleſiæ, bono ſtatu & „ regimine Eccleſiaſtico dictorum Regni & Delphinatus, meritò vi dice- „ **batur, facientium & repræſentantium in aula alta ſupra Sequanam Rega-** „ lis Palatij conuenientium & ſolenniter congregatorum celebrato retulit „ Reuerendiſſimus in Chriſto Pater D. Simon miſeratione diuina Patriar- „ cha Alexandrinus, Adminiſtratorque Eccleſiæ Carcaſſonenſis perpetuus, „ quod ſedente nuper præſenti Concilio vnanimiter fuit per Prælatos & „ alios in eodem Concilio exiſtentes, matura deliberatione præhabita, de- „ liberatum & concluſum quod tam pro pace inter Eccleſiaſticos huiuſ- „ modi Regni & Delphinatus perpetuò conſeruanda, quàm pro prouiden- „ do periculis & ſcandalis quamplurimis, occaſione ordinatorum, tempore „ ſubſtractionis obedientiæ eidem D. Benedicto quondam factæ orituris & „ iam ortis de facto, provt multorum querimonia manifeſtat, Rex Domi- „ nus noſter præfatus ex parte dictorum Prælatorum cum inſtantia requi- „ rendus eſt, vt omnibus ſuis tam in Regno quàm in Delphinatu ſubditis „ inhibeat, & ſub magnis & grauibus pœnis per ſuas Patentes literas ſo- „ lemniter faciat inhiberi pariter & proclamari, promulgari & publicari, „ nec digniſſimam Ceſſionis viam per tot Reges & Principes, Nationes & „ Populos, & ſpecialiter per hoc Regnum & alia huius obedientiæ Regna,

prædicatam, laudatam & approbatam dicto D. Benedicto per plures & Principes, per DD. noſtros Cardinales præſentatam & oblatam, & per ipſummet, dum Cardinalis de Luna vulgariter nuncupatus ad Partes Franciæ legationis fungebatur officio, collaudatam & ſummis ad cœlum laudibus exaltatam; poſteà ipſo ad Papalem dignitatem aſſumpto per aliquot annos tribus caſibus, ſcilicet Aduerſario mortuo, cedente, vel ejecto..... ipſam ſuâ manuali teſtante ſcripturâ iuratam & promiſſam quiſque mortalium in Regno & Delphinatu Prædictis impugnare præſumeret aut damnare, nec contra ipſam viam & dictam ſubſtractionem cum tantâ deliberatione factas & concluſas dogmatiſare auderet directè, vel indirectè quouis modo. Quodque ordinata & facta eiuſdem ſubſtractionis tempore ſecundum formam literarum eiuſdem & ordinationum ac declarationum ſubſecutarum valerent, tenerent & inuiolabiliter ſeruarentur, & omnia in contrarium quouis modo facta repararentur, & ad priſtinum ſtatum & debitum reducerentur. Et quia de hac Concluſione aliàs vt præfertur, concorditer in dicto Concilio habita, authenticum Notariorum publicorum abſentia cauſante, non habetur documentum, neceſſarium multis, & expediens videbatur vt iterum ſuper præmiſſis in Notariorum publicorum præſentia deliberaretur, vt inde per ipſos publica inſtrumenta confici poſſent atque dari: Et vt res clarior & ſecurior appareret, idem D. Patriarcha Concluſionem prædictam aliàs factam per modum ſcedulæ in ſcriptis redegit cum quodam articulo de *reſtitutione obedientiæ* factæ dicto D. Benedicto mentionem faciente per quoſdam Prælatos dictæ ſcedulæ adhibito & adiuncto: cuius quidem ſcedulæ Concluſionem & articulum prædictum continentis tenor ſequitur in hæc verba. 1406.

Deliberatum eſt per omnes quod ſupplicetur Regi quòd ipſe prohibeat & faciat prohiberi omnibus Regnicolis & ſubditis ſuis in Delphinatu, quod nullus audeat impugnare, aut damnare VIAM CESSIONIS, vel dogmatiſare contra eam, nec etiam contra ſubſtractionem aliàs factam directè vel indirectè, & quod facta & ordinata tempore ſubſtractionis prædictæ ſecundum formam literarum eiuſdem valeant & teneant inuiolabiliter: & ſupplicetur etiam Regi quod facta quomodocunque in contrarium reparentur, & reducantur omnino ad ſtatum priſtinum & debitum. Item & quod Eccleſia Gallicana & Delphinatus per hoc non eſt intentionis quin facta à tempore reſtitutionis citra, dum tamen facta non ſint contra Ordinata tempore ſubſtractionis, & deliberata tempore reſtitutionis prædictæ, valeant & nullo modo violentur. Et adhoc ſe determinat prędicta Regni & Delphinatus Eccleſia, ſupplicando Regi pro executione præmiſſorum.

Quâ quidem ſcedulâ lectâ publicè & auditâ, omnes vnanimiter vno tantum excepto, **requiſitione votorum per eundem D. Patriarcham** priùs publicè factâ, deliberauerunt; & eidem ſcedulæ conſenſerunt, ac modo & forma in eadem ſcedula contentis concluſerunt & ſe determinauerunt. De & ſuper quibus omnibus ſingulis & præmiſſis præfatus D. Patriarcha & quamplures alij petierunt à nobis Notarijs publicis infra ſcriptis publicum fieri inſtrumentum vnum vel plura. Acta fuerunt Pariſius ſub anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu, ac loco prædictis, præſentibus Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus DD. Archiepiſcopis Rhemenſi, Turonenſ. Bituric. & Tholoſ. Syluanect. Beluacenſ Catalau. Antiſſiodor. Abrincenſi. Aurelian. Electenſ. Xanton. Meldenſ. Lodouen. Sagien. Niuern. Laudun. & Tornacenſi Epiſcopis. S. Michaëlis in periculo maris, S. Petri in Valleya, Carnoten. de Serizeto, de Beſlayo, S Vedaſti Atrebatenſ. S. Leonardi Monaſteriorum Abbatibus, Gauando de Pompedorio & Raymundo de Perucia Regis Conſiliarijs, & quam plurimis alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego Ioan. Bourilleti Preſbyter Eduenſis Diœceſis, Magiſter in Artibus & Licentiatus in Decretis publicuſque Apoſtolica & Imperiali

" authoritatibus Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic vt præ-
1406. " præmittitur, dicerentur, agerentur, concluderentur, determinarentur
" & fierent, præſens fui vnà cum prænominatis teſtibus, & ideo præſenti
" publico inſtrumento alterius manu fideliter ſcripto ſignum meum ma-
" nuale ſolitum apposui, me etiam propriâ manu ſubſcribendo vnà cum
" Iacobo de Bertherijs, & Io. de Rinello Notarijs publicis ſubſcriptis in
" teſtimonium requiſitus & rogatus.

" Et Ego Io. de Rinello Clericus Tullenſis Diœceſis publicus authori-
" tate Apoſtolica & Imperiali & *Vniuerſitatis Pariſienſ. Notarius & Scriba*,
" quia præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic vt præmittitur, dicerentur,
" agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus & Notarijs infra-
" ſcriptis præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audiui; idcirco præſens publi-
" cum inſtrumentum alia manu me aliorum legitimè occupato ſcriptum, ſi-
" gno meo publico ſignaui, hîc me propria manu ſubſcribendo requiſitus
" in teſtimonium veritatis omnium & ſingulorum præmiſſorum. Ego vero
" Ioan. Iacobus de Bertherijs Preſbyter Eduenſis Diœceſ. publicus Apo-
" ſtolica, &c.

" Supplicantes nobis quatenùs omnia & ſingula deliberata, concluſa &
" contenta in dicto inſtrumento per dictam Eccleſiam Gallicanam Regni
" & Delphinatus noſtrorum prædictorum & omnes Promotos & Benefi-
" ciatos tam in Prælaturis quam in Beneficijs iuxta formam & tenorem li-
" terarum ſubſtractionis declarationum & ordinationum ſubſecutarum in
" præmiſſis omnibus & connexis, ac annexis & dependentibus manu te-
" neremus & defenderemus. Nos igitur optantes vtilitatem & commo-
" dum Eccleſiarum Regni noſtri & Delphinatus; & cupientes fouere pacem
" & quietem inter Regnicolas & ſubditos noſtros, volentes amputare om-
" nem diſceptationem, ambiguitatem & materiam Quæſtionis, deſiderantes
" obuiare periculis & ſcandalis, quæ exinde veriſimiliter euenire poſſent, de-
" ſiderantes fomenta Schiſmatis, proh dolor! vigentis in Dei Eccleſia, ex-
" pellere, omnia & ſingula contenta in prædictâ Requeſtâ, ſeu Inſtrumento
" ſuperiùs inſerto & determinatione Præfati Concilij Eccleſiæ Gallicanæ
" Regni noſtri & Delphinatus tanquam iuri conſona & rationabilia lauda-
" uimus & approbauimus: ac de noſtris certâ ſcientiâ, gratiâ ſpeciali &
" plenitudine noſtræ poteſtatis Regiæ laudamus & approbamus: & pro-
" hibemus omnibus & ſingulis ſubditis noſtris, ac Incolis Regni & Delphi-
" natus prædictorum tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus quacunque
" etiam Pontificiali dignitate, vel quouis alio titulo, ſeu nomine cenſean-
" tur; & eorum cuilibet, ne viam Ceſſionis, ſeu renuntiationis de Papatu
" audeant impugnare aut damnare, vel dogmatiſare contra eam, nec etiam
" contra ſubſtractionem obedientiæ aliàs factam dicto Benedicto directè,
" vel indirectè; quæcunque facta & ordinata tempore ſubſtractionis prædi-
" ctæ ſecundum formam literarum eiuſdem, volumus inuiolabiliter teneri
" & obſeruari; inhibentes inſuper ne præfato Benedicto, ſeu ſuis Commiſſa-
" rijs, proceſſibus, fulminationibus ſententiarum, ſuſpenſionum Excom-
" municationum & interdicti latis & conceſſis ſub quacunque forma ver-
" borum, aut in poſterum ferendis & concedendis contra quoſcunque pro-
" motos & Beneficiatos tempore ſubſtractionis in præiudicum & contra te-
" norem & effectum literarum dictæ ſubſtractionis, Ordinationum & De-
" clarationum ſubſecutarum aliquatenùs obediatur in prædictis Regno &
" Delphinatu noſtris.

" Nec aliquis in contrarium attentare præſumat quomodolibet, ſed
" pœnas graues noſtra authoritate & Concilij præfatæ Eccleſiæ Gall. Re-
" gni noſtri & Delphinatus cupit nobis ſubire. Et inſuper mandamus & in-
" iungimus eorundem præſentium authoritate vniuerſis & ſingulis Iuſti-
" tiarijs & Officiarijs noſtris infra limites prædictos conſtituris, vel eorum
" loca tenentibus, ac eorum cuilibet, quatenus tenore præſentium ſer-
" uato, provt ad eorum quemlibet pertinebit, præmiſſa omnia & ſingula
" inuiolabiliter obſeruent, obſeruarique faciant & publicari: quemcunque

verò his deprehenderint, aut nouerint aliqualiter contraire, taliter puniant quod cedat cæteris in exemplum, dictoſque Prælatos, Promotos & cæteros Beneficiatos, durante dicta ſubſtractione modo & forma in literis dictæ ſubſtractionis, & declarationum & Ordinationum ſubſecutarum contentis, authoritate noſtra manuteneant & defendant in eorum Prælaturis & Beneficijs, iuribus & poſſeſſionibus: quos authoritate præſentium manutenemus & defendimus, &c. Datum Pariſius die 14. Ian. anno Domini 1406. & Regni noſtri 27. ſic ſignatum per Regem, D. Iacobo de Borbonio, &c. Lectæ & publicatæ fuerunt in Curia literæ præſcriptæ 23. die Martij an. Dom. 1406. BAYE. 1406.

Porro Rex, vt tam ſanctum tamque neceſſarium vrgeret negotium, quanquam iuxta prædictum Eccleſiæ Gallicanæ Decretum ſubſtractionem publicare conſtituiſſet, ſuper ſedendum tamen aliquandiu ratus, vt vtriuſque Pontificis mentem iam toties tentatam, poſtremo tandem quæ de vnione Eccleſiæ foret, experiretur, ſolemnem ad vtrumque Legationem deſtinat. Princeps Legationis fuit Simon Cramaudus Patriarcha Alexandrinus. Et Theologis noſtris MM. Dominicus Parui, Ioannes Breuis-coxæ, Ioan. Gerſonius, Petrus Plaoul, Io. Parui. E Decretiſtis MM. Godefridus de Pompadour, Radulphus de Refugio, Io. Guiot, Robertus de Queſneio. è Medicis MM. Ioan. Voignon olim Facultatis Decanus nempe an. 1394. & Henricus Doigny annis 1400. & 1401. eiuſdem quoque Facultatis Decanus. Ex Artiſtis MM. Petrus Cauchon, Euſtachius de Fauquemberg in Iure Canonico Licentiati, Guill. Pulcri-nepotis, Iacobus de Nouiano, Io. Franciſci, aliàs Bourilleti.

Edictum autem de ſubſtractione, dat Rex 18. Feb. legatiſque tradit ea mente, vt qui Benedicti animum prætentaturi erant, illud comprimerent, ſi viderent eum ad viam Ceſſionis paratum, ſi tergiuerſari comperiretur, denunciarent; eſt autem tale.

CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, Vniuerſis Chriſti Fidelibus ſalutem integerrimam & ex Schiſmatis nefandi tenebris in ſplendorem veræ pacis celerem regreſſum. Quoties propenſiori ſtudio Progenitorum noſtrorum egregia facta recolimus, & illos ſingulari quadam curâ publicis vtilitatibus Eccleſiæ Sacroſanctæ priuatas ſemper poſthabuiſſe perſpicimus, adeo vt non tantùm eam preſſuris, aduerſitatibus, ærumnis, diſcordijſque liberauerint, verum etiam Infidelium ceruice confractâ multos mortales ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubegerint, miro quodam ardore glorioſis illorum veſtigijs inhærendo, Schiſma peſtiferum quod in Chriſtiana Gente iam nimis inueterauit, quantum in Nobis fuit, penitus ſepelire & afflictis Eccleſiæ lapſiſque rebus maturè ſuccurrere deflagramus, ſicuti ſemper ſincero corde flagrauimus, nihil prius aut antiquius habentes, quàm vt conceſſam Nobis diuinitùs poteſtatem in Eccleſiæ ſuæ ſalutem conferamus. Vnde norunt Chriſtiani penè omnes, quantos labores, quàm graues impenſas, quantas ſolicitudines adhibuerimus, vt in Conuocationibus varijs Eccleſiæ Regni noſtri, ac Principum de noſtro ſanguine cauſâ quærendæ viæ, quâ Schiſmatis ac temporum qualitate penſatâ ſalubrius, celerius ac facilius ad pacem veniretur. Et poſtea, quod ſatis exploratè perſpectum eſt, viam Ceſſionis Amborum contendentium ad ius verum vel prætenſum in Papatu longè cæteris omnibus tranſmiſſis, vt huius viæ facilitate breuitateque cognitâ, per eam Vniuerſi pacem peterent concorditer. Poſtremâ verò hieme, quia Nos tam ſancto labore deſiſtere Charitas non ſinebat, conuocari rurſum iuſſimus Concilium Eccleſiæ Regni noſtri, vt quoniam ſuperioribus laboribus obſiſtente temporum malicià minus promouiſſe videbamur, etiam atque etiam ſcrutaremur, qua ratione impedimenta noſtri laboris & fomenta Schiſmaticæ prauitatis amputare valeremus. In hoc autem Concilio dum humana tarditas in Expedientium inuentione laboraret, dum variatis ſententijs alius aliud negotio conuenire iudicaret; dum

" Conclusioni tractu temporis adiungeretur, præter spem humanam
1406. " noua lux sicut... affulsit, incredibilique celeritate diuina sapientia su-
" peruenturæ mox vnionis fundamenta collocauit. Nam & Papa Bene-
" dictus & Angelus Romæ nuper pro defuncto substitutus, vno nisi falli-
" mur, S. Spiritus afflatu tacti prædictam viam Cessionis, in cuius prose-
" cutione tanto tempore desudauimus, litteris suis acceptarunt, obtule-
" runt atque præsentarunt, & se inuicem ad accelerationem Executionis
" eius vehementer hortati sunt. Quibus rebus certiùs cognitis, exultanti
" alacritate ingentes gratias Patri luminum retulimus, quod nunc tandem
" rigore Iustitiæ temperato misericordi oculo Ecclesiæ suæ calamitosis
" acerbissimisque languoribus medelam idoneam incipiat adhibere, no-
" bisque viam aperiat, quam vlterius prosequi debeamus. Quare ne si
" Deum iter monstrantem minus sequimur, ingrati reperiamur, & nostro
" tempore tantâ misericordia digni fiamus, ex tempore consilium capien-
" tes concordi omnium & Concilij consensu præhabito decreuimus ad
" Papam Benedictum & illum qui se Romæ Papam appellat, solemneſque
" nostros & Ecclesiæ Regni nostri Ambassiatores confestim mittere, qui
" ambos collaudent magnificè, quod in hanc viam Cessionis à nobis tanto
" ardore procuratam, Ecclesiæ verò ipsi fructuosissimam descenderent. Pa-
" pam verò Benedictum omni precum instantia requirunt, vt ex abundan-
" ti ad declarationem suæ intentionis planè & clarè viam Cessionis, semotis
" ambagibus & conditionibus acceptet, & eam exequi omni viâ aliâ &
" omnibus alijs vijs postpositis promittat, Bullasque intra terminum in-
" ferius præfigendum decem scilicet dierum à summatione sua super his
" tradat. Et nihilominus ambos adhortentur, obsecrent & obtestentur,
" quatinus ad euitandam difficultatem itinerum, pericula personarum,
" querelas litium, tractatus præparationum, occasiones aliarum viarum
" tractandarum & alia pleraque discrimina formidanda quæ pacem odiosè
" possent differre, velint absentes cedere, vtque in loco suo aut in mani-
" bus suorum Collegiorum, aut per literas exhibitas aut Procuratores con-
" stitutos, prouisionibus tamen congruis ita prudenter exhibitis vt alteri de
" altero nullus metus fraudis insit. Qui si preces has exaudierint, mox ambo
" Collegia ruptis moris, summa celeritate in locũ vnum conuolent, & vnici
" Rom. Pontificis electionem celebrent. Quia verò Ambasiatores Præfati
" Papam Ben. primò sunt adituri, ne forte occasionem quærendo dicat,
" non antea certum responsum se daturum quàm illius Romani animum
" perspexerint, per eos instanter requiretur vt propter accelerationem
" negotij moras non admitteret in casu quo Romanus ille sine Conuentio-
" ne personali vellet cedere pari formâ nisi expectando se ex tunc cessu-
" rum offerat. Quod si amborum voluntates à nobis in hac parte dissen-
" serint, noluerintque nisi in Conuentione personali cedere, hoc eorum
" propositum nullatenus impediendum, sed potius adiuuandum duximus
" **sperantes eundem Saluatorem qui iam eorum mentibus tam salubrem**
" sententiam inspirauit, horum Conuentionem ad pacem faciendam aspla-
" turum. Sed si Papa Benedictus, quod prohibeat Deus, subterfugia quæ-
" sierit, viam aut vias alias Cessioni prætulerit, negocium quouis modo
" trahere, ac protelare conatus fuerit, aut illo Romano, cuius litteræ con-
" uentionis personalis nullam faciunt mentionem in absentia locoque suo,
" aut per Procuratores cedere volente obfirmata sententia extra Conuen-
" tionem personalem cedere nullo pacto voluerit, ex nunc prout ex tunc
" conformiter ad Concilij Ecclesiæ Regni nostri sententiam *& charissimarum*
" *filiarum nostrarum Vniuersitatum Parisiensis, Aurelianensis & Andegauensis*
" *deliberationem*, nisi ante finem decem dierum ab eius summatione com-
" putandorum, de via Cessionis sine ambiguitatibus petita concesserit, &
" ante finem decem aliorum dierum proximè succedentium de circunstan-
" tijs eiusdem viæ executionem respicientibus Ambasiatoribus præfatis
" satisfecerit, ab eo veluti à Schismatico & ab Ecclesia præciso recedi-
" mus, nec ei obedientiam vlteriùs præstandam censemus, vt pote in quo

ſteterit quominus Schiſmate diuulſo pax deſideratiſsima lugenti Eccle- "
ſiæ reddita ſit; ſimile quoque pœnè ſi qui ex ſuo Collegio in tam duro " 1406.
propoſito & Eccleſiæ ſupra modum inimico ſibi fauerint, apud Nos "
ſubiacebant Deinde Cardinales qui nobiſcum in veritate perſtiterint "
apud quos poteſtas eligendi integra permanſerit cum altero Collegio "
ad vnici Romani Pontificis electionem faciendam conuenirent. Si vero "
tabes miſerabilis per Cardinales omnes, quod Deus auertat, prorepſe- "
rit, noſtri Ambaſiatores noſtrâ Eccleſiæque Regni poteſtate fruentes "
cum altera parte procedent ad vnionem Eccleſiæ tractandam & facien- "
dam his modis, ac legibus quas latius in ſuis inſtructionibus à nobis com- "
probatis exprimi volumus, prout in deliberationibus poſtremi *Concilij Ec-* "
cleſiæ Regni noſtri, ac Chariſſimarum filiarum Vniuerſitatum præſcriptarum "
ſuper quibus inſtrumenta publica confecta ſunt, extitit ordinatum. In "
quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, robur ac fidem, ſigillum "
noſtrum his præſentibus duximus apponendum. Datum Pariſ. die 18. "
Feb. an. Domini 1406. & Regni noſtri 27.

Et quia Benedictus Beneficiorum diſpoſitionem ſibi arrogabat, tur- "
pemque eorum nundinationem exercebat, Rex Edicto ſolenni de anna- "
tis & grauaminibus per Papam impoſitis cauit eadem die & anno quibus "
ſupra, binaſque litteras dedit; quarum prior incipit, *ſi dotare vel dotari* "
nouas Eccleſias. Altera. *Notum faciens, &c.* quæ leguntur in Libert. Eccl. "
Gall.

Anno 1407. conueniunt Maſſiliam ad Benedictum Legati Gregoriani "
& noſtri. Noſtrorum Princeps Patriarcha Alexandrinus ſermonem ha- " 1407.
bet die 10. Maij ad Benedictum frequentiſſimo Populi concurſu apud S. "
Victorem; ſed dubia fert reſponſa. Conſecutis diebus ſæpè cum eo de "
via Ceſsionis agunt; aſſerit eam ſe quoque accipere. Bullam ab eo po- "
ſtulant in eam rem; negat ſe daturum vt planè inutilem, quod de ea cum "
Gregorio conueniſſet. Conferunt ſe noſtri Aquas-Sextias; vbi alij de- "
nunciandam ſubſtractionem putant; propterea quod moras nectere & lu- "
dificari videbatur Benedictus. Alij malunt differre, donec à Gregorio "
reditum fuerit. Ergo pars Romam contendunt; pars Lutetiam redeunt: "
Pauci cum Benedicto Maſsiliæ commorantur, vt occaſione datâ, Regem "
faciant certiorem. Agitur per Legatos de loco Conuentus, quo vter- "
que Pontifex commodè & ſecurè poſsit ſe conferre. Interim Benedi "
ctus, quia audit de ſubſtractione muſsitari, Bullam fulminatricem edit "
19. Maij in Authores qui forent facinoris. Et eſt talis in MS. San-Victo- "
rino, nuper edita in 6. Tomo Spicilegij Dacheriani. "

"

BENEDICTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei me- "
moriam. In dierum ſucceſſu creſcente malitia ſic videmus mundum "
in deteriora iugiter prolabi, ſic hominum mentes aſſuetâ deprauante ne- "
quitiâ malis paſsim cumulum ſuperaddi, vt & boni qui aliàs odirent vir- "
tutis amore delinquere, interdum cum peruerſis admixti, eorum infi- "
ciantur maliciâ & errore. Eſt igitur compeſcenda Præſumptorum auda- "
cia, vt ſaltem pœnæ formidine retrahantur à noxijs: ſic quod boni ſe- "
ctando virtutes, meliores effecti non inducantur perire cum illis. Ad "
noſtrum ſiquidem auditum fama publica notorietatis peruenit, quòd "
nonnulli Prædictorum filij tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares dum altiora "
ſe petunt, dum præpoſteris & turbatis gradibus citius ruituri in magnis "
& mirabilibus ſuper ſe ambulare conantur, illius deluſi fallacijs, qui ſe "
vt alios decipiat in lucis Angelum transfigurat, ſibi ruinam, infirmio- "
ribus ſcandalum, ſolidioribus autem vexationis materiam parauerunt, "
pro viribus ſatagentes Catholicam Eccleſiam iteratis Schiſmatibus no- "
uiter lacerando impedire eius ſacratiſsimam vnionem: Nam licet poſt "
aſſumptionem noſtram ad apicem ſummi Apoſtolatus, & etiam ante dum "
nos minor ſtatus haberet ad extirpationem huius horrendi Schiſmatis in "
Dei Eccleſia à 30. ferè annis, proh dolor! nunc vigentis, & procurandam "

" pacem in Eccleſia ipſa tantò accuratius & ardentius quantò rem ipſam
1407. " ad nos peculiariùs ſpectare cognoſcimus, debitam, Deo ac conſcientia
" teſtibus operam adhibuerimus & intendamus indefeſſis ſtudijs adhibere.
" Et poſt varios tantoſque labores & incaſſum peccatis exigentibus quan-
" doque deductos, poſt oblatam per nos Angelo Corario in Sede Apoſto-
" lica intruſo, qui adhærentibus ſibi in hoc pernicioſo Schiſmate ſe facit
" Gregorium nominari, viam renunciationis per nos faciendam purè, li-
" bere & ſimpliciter, provt in literis noſtris Apoſtolicis datis Maſſiliæ 5 Kal.
" Feb. Pontific. noſtri anno infraſcripto plenius continetur. Ad executio-
" nem eorum quæ pro præmiſſis gerendis reſtant fienda de loco Conuen-
" tionis perſonalis noſtræ, ſcilicet & dicti Angeli, & tempore ac numero
" perſonarum ab vtraque parte ad Conuentionem huiuſmodi ducenda-
" rum, ac de alijs circunſtantijs ad rem pertinentibus inter nos & venerabi-
" les fratres noſtros S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales cum Nuncijs dicti An-
" geli & ſui prætenſi Collegij eorum ſcilicet, qui apud partem ſuam Car-
" dinales nuncupantur, ſic facta & concluſa concordia in certo termino
" præſtante Domino execranda provt in publicis inſtrumentis plenius
" continetur: Tamen præfati iniquitatis filij nos & dictos fratres noſtros
" nituntur totis conatibus, modiſque exquiſitis & illicitis, ac quibuſdam
" fraudibus, ac fuſcatis coloribus in hac ſalubri proſecutione & executio-
" tione dictæ vnionis impedire. Et ſub quodam vnionis ſimulato zelo Ec-
" cleſiaſtica vincula contemnentes non abſque temeritatis audacia ſtabi-
" lem firmamque fidei Chriſtianæ compaginem reſcindere moliuntur, ac
" ſe à noſtra & Eccleſiæ Rom. obedientia temere ſubtrahendo à nobis,
" & quod de iure non licet, de facto ad defenſionem ſui erroris appella-
" tiones varias interponunt. Nos autem licet aliquandiu cum patientia to-
" lerando præmiſſa diſſimulauerimus, vt ſaltem timor Dei & pœnæ iam
" contra tales à nobis & ſacris Canonibus inflictæ eos ad pœnitentiam pro-
" uocaret & faceret ad ſinum piæ matris redire, videmus tamen eos adhuc
" in maioris præſumptionis audaciam proſilire. Quamobrem zelus fidei &
" fauor compaſſionis animarum merito nos inducunt, vt contra iſtorum
" audaciam quaſi contra publicam peſtem per Apoſtolicæ prouiſionis
" remedium occurramus. Idcirco habita ſuper his deliberatione matu-
" râ, hac conſtitutione perpetuò duratura in omnes & ſingulos qui præ-
" fatam Eccleſiæ vnionem ſcienter & perſonam noſtram & perſonas di-
" ctorum venerabilium fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardi-
" nalium in executione præmiſſorum. Per nos oblatorum & Concorda-
" torum cum dicto Angelo & ſuis nuncijs impedierint, aut turbauerint &
" à nobis, ſeu à ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Canonicè de-
" terminantibus appellare præſumpſerint, ſeu à noſtra & ipſorum ſucceſ-
" ſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Canonicè Intrantium obe-
" dientia receſſerint, aut ſe ſubſtraxerint, vel in præmiſſis ſubſtractione,
" **aut appellatione perſeuerauerint, ſeu perſeuerent**, vel eis in præmiſſis
" impedimentis, appellationibus, ſubſtractionibus & prouocationibus
" ſcienter per ſe vel alium, ſeu alios quauis occaſione, ſeu colore quæſito
" dederint auxilium, conſilium & fauorem, & qui pertinaciter aſſeruerint
" illos qui præmiſſa committunt per noſtras ſententias non ligari cuiuſ-
" cunque ſtatus, gradus, dignitatis & conditionis exiſtant, etiamſi Cardi-
" nalatus, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Imperiali, Regali
" aut alia quacunque Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate,
" ex nunc authoritate Apoſtolica Excommunicationis ſententiam pro-
" mulgamus à qua nullus præterquam à Romano Pontifice niſi duntaxat
" in mortis articulo poſſit abſolutionis beneficium obtinere. Et ſi forſan
" eorum aliquem in dicto articulo à dicta Excommunicationis ſententia ab-
" ſolui contigerit, volumus & authoritate prædicta duximus declarandum,
" Quod toraliter abſolutus ſi quàm citò commodè poterit poſt reſumptam
" conualeſcentiam ſe coram Apoſtolica Sede obmiſerit præſentare, man-
" datum ipſius ſuper præmiſſis humiliter recepturus & ſatisfacturus, provt

Iuſtitia

Iuſtitia ſuadebit, in eandem Excommunicationis ſententiam reincidat " ——
eo ipſo. Quam quidem ſententiam ſuperiùs per nos latam ſi per 20 dies " 1407.
ſuſtinuerit animo indurato, ſi Laïcus quicunque & cuiuſcunque ſtatus "
gradus, conditionis & dignitatis, etiamſi de ſuperiùs nominatis Princeps "
& alia ſecularis perſona fuerit, terras, villas, Ciuitates & Caſtra, ac lo- "
ca quæcunque quæ obtinet & obtinebit, Eccleſiaſtico ſupponimus in- "
terdicto. Si verò Vniuerſitas fuerit, ſimili ſubiaceat interdicto. Et quia "
meritò Beneficia plerunque propter ingratitudinem reuocantur, ſupra- "
dictos omnes & quemlibet ex eis tam Clericos quàm Laïcos, ſeu ipſis, "
ſeu præmiſſis quomodolibet adhærentes, aut præſtantes auxilium, conſi- "
lium & fauorem, vt præfertur, ſi per dies dictos 20. immediatè ſequentes "
ſententias ſuſtinuerint antedictas, eoſdem omnibus priuilegijs, gratijs, "
indulgentijs, libertatibus & immunitatibus realibus & perſonalibus ipſis "
communiter & diuiſim ſub quacunque formâ & expreſſione verborum "
ab Apoſtolica ſede conceſſis, dictoſque Clericos omnibus Beneficijs Ec- "
cleſiaſticis, dignitatibus, perſonatibus & officijs cum Cura, & ſine Cura, "
etiamſi Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, Patriarchalis, Cardinalatus, ſeu "
quæuis alia dignitas forſan extiterit, ex tunc Apoſtolica duximus autho- "
ritate priuandos, & de plenitudine poteſtatis ipſo facto & ex certâ ſcien- "
tiâ priuamus, & priuatos eſſe decernimus. Prædictorum omnium tam Ec- "
cleſiaſticorum quam ſecularium & cuiuſlibet ipſorum vaſſallos & homines "
à Iuramento & fidelitate & alia quacunque obligatione quibus eis tene- "
tur, ſeu tenebitur, quomodolibet abſoluentes. Feuda quoque, iura, ho- "
nores, officia & alia bona immobilia eorundem quæ vbilibet à dicta Ro- "
mana tenentur Curia, confiſcamus: alijs verò feudis, iuribus, honoribus, "
officijs & alijs immobilibus bonis quæ à quibuſvis alijs habent & habe- "
bunt Eccleſijs, ſint ipſo iure priuati, quæ ſic libere ad eaſdem reuertantur "
Eccleſias quæ de illis & earum Rectores pro ſua valeant diſponere volun- "
tate, nec cauſa quæcunque ad eorum & alterius ipſorum, aut aliàs præ- "
miſſorum ſcelerum patratorum audientiam perferatur, nec ipſorum va- "
leat ſententia & proceſſus & iuſtitia confecta per illos. Ex eis qui Ta- "
bellionatus obtinebunt officium nullam habeant roboris firmitatem. Et "
inſuper omnes & ſingulos qui cum prædictis, aut eorum aliquo, ipſorum "
contumacia perdurante, confœderationem, ſocietatem, colligationem, "
ſeu ligam fecerit, & ipſos iuuerit, aut qui dederint auxilium, conſilium "
& fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè in rebellione & "
alijs prædictis, ſi perſonæ ſingulares fuerint, etiamſi Epiſcopali, Patriar- "
chali & Cardinalatus, Imperiali, Regali, ſeu quauis alia fulgeant, vt præ- "
mittitur, dignitate Eccleſiaſtica & mundana, anathematiſamus. Si verò "
Ciuitas, Caſtrum, locus aut villa, Vniuerſitas Eccleſiaſtica mundana & "
Communitas aut Collegium fuerit, quibuſcunque priuilegijs, aut gratijs "
à nobis & Prædeceſſoribus noſtris conceſſis ſint ipſo facto priuati, & ni- "
hilominus Eccleſiaſtici ſubiaceant Interdicti ſententijs; à quibus nullus "
præterquam ab eodem Rom. Pontifice abſolutionem, ſeu relaxationem "
poſſit, niſi duntaxat in eodem mortis articulo ab eadem Anathematis, ſeu "
Excommunicationis ſententia, ſicut in Caſibus exprimitur antedictis, ob- "
tinere; prædictas & quaſvis alias Confœderationes, ſocietates, colli- "
gationes & Ligas quaſcunque inter prædictos huiuſmodi exceſſuum pa- "
tratores & quaſvis alias ſingulares perſonas quacunque dignitate ful- "
gentes, ſeu Communitates & Vniuerſitates ſub quauis forma verborum "
factas & quas in poſterum fieri continget, etiamſi fuerint iuramentis, "
promiſſionibus, obligationibus, pœnarum adauctionibus & alia quacun- "
que firmitate vallatæ, annullamus, caſſamus, irritamus, & vacuas viribus "
nunciamus & nullam habere decernimus roboris firmitatem, pœnis alijs "
contra tales à nobis & Prædeceſſoribus noſtris quandolibet inflictis in "
ſuo robore duraturis; Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, "
Ordinationibus, priuilegijs, libertatibus, gratijs, indulgentijs & im- "
munitatibus Apoſtolicis à nobis & Prædeceſſoribus noſtris Romanis "

1407. » Pontificibus editis & conceſſis quibuſcunque & qualitercunque, & ſub
» quacunque forma verborum, etiamſi de illis & toto eorum tenore, de ver-
» bo ad verbum ſpecialis & expreſſa eſſet mentio facienda, & qualemcun-
» que clauſulam derogatoriam contineat: quam & quas de certa ſcientia
» & plenitudine poteſtatis, tenore præſentium, reuocamus in quantum poſ-
» ſent prædictorum effectum ſuſpendere, impedire & ſibi in aliquo dero-
» gare, ſeu ſi aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum quod excommuni-
» cari, ſuſpendi & interdici nequeant per literas Apoſtolicas non facien-
» tes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto prædicto, ac
» eorum perſonis & locis, nominibus proprijs, Ordinibus & dignitatibus
» mentionem, & alijs quibuſcunque contrarijs. Nulli ergo hominum liceat
» hanc paginam noſtræ promulgationis, priuationis, confiſcationis, de-
» clarationis, ſuppoſitionis, annullationis, caſſationis, irritationis, nun-
» ciationis, Conſtitutionis & voluntatis infringere, & ei auſu temerario
» contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem
» omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit in-
» curſum. Datum Maſſiliæ apud S. Victorem 14. Kal. Iunij Pontificatus
» noſtri anno 13.

Bullam hanc exemplo Caroli noſtri non ſtatim emittit Benedictus, ſed manu tenet ad terrorem, ne fiat ſubſtractio, aut ne pacem prior turbaſſe videatur. Interim negotiantur noſtri Romæ; alij redeunt ad Regem, referuntque à Benedicto promiſſa fidemque, non Bullam de via Ceſſionis; quæ res Vniuerſitatem commouit aduerſus Nuncios ſuos, quod verſipelli homini fidem adhibuiſſent toties aliàs deluſi: Veniſſetque ad ceſſationem à Sermonibus & Scholis, niſi Rex impetum cohibuiſſet factâ ſpe felicis negotiationis ac prope peroptati ſucceſſus, quem ipſi quoque Gregoriani Legati qui cum noſtris Regem conuenerant, pollicentur. Reuera eorum Legatione auditâ Rex Gregorium per litteras hortatur, vt conſtans ſit in proſecutione vnionis; ſimiliterque Collegium Cardinalium illius Obedientiæ, quæ litteræ extant in 6. Tomo ſpicilegij Dacheriani fol. 175. Quo pacto aliquandiu ſatis pacatè fluunt res Eccleſiaſticæ.

Verùm dum exſpectatur negotiationis ſucceſſus, ecce duplex malum Vniuerſitatem & Regnum turbat. Vniuerſitatem quidem grauis iniuria à Præpoſito Pariſienſi illata, qui duos Scholares menſe Septembri, vt ſcribit Gillius, quod hominem occidiſſent, præcipitanter & de nocte, patibulo damnatos affigi iuſſit, nullâ habitâ ratione appellationis ad Epiſcopum Pariſienſem & ad Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum. Ergo læſam ſe dolens Vniuerſitas Præpoſito litem intentat apud Curiam, adeóque proſequitur, vt ipſe tandem Senatus Decreto iuſſus fuerit affixos refigere, oſculari & Epiſcopo Pariſ. ac Vniuerſitati reſtituere.

Hanc Hiſtoriam breuiter deſcribit Meyerus l. 14. **ſed eam malè refert ad an. 1403.** Eandem ſic Gaguinus; *Quo tempore duos ex Schola Pariſiaca Scholaſticos propter cædem à ſe factam cum Guill. Tignonvillus Pariſianus Præſes ad patibulum noctu appenſos ſtrangulare iuſſiſſet, ne ſi ſegnius feciſſet, homicidæ liberarentur, coactus eſt* (SCHOLA, *apud Iudices ſuam ignominiam perſequente*) *Scholaſticos Patibulo depoſitos oſculo mortuis exhibito & lectice impoſitos Eccleſiæ reſtituere; aurigante Carnifice, qui equo inſidens lineam inſtar Sacerdotis veſtem induerat. Eorum Scholaſticorum etiam nunc Sepulchrum in porticu D. Mathurini cum Epigrammate viſitur.* In quodam Reg. quod eſt *de Temporalitatibus* ita legitur fol. 28.

» MESSIRE Guillaume de Tignonville Cheualier Preuoſt de Paris,
» fit pendre au Gibet de Paris, Ligier du Moncel & Oliuier Bour-
» geois Eſcholiers à Paris, Clercs non mariez par procez qu'il fit contre
» eux & qu'ils eſtoient expieurs de chemins. L'Eueſque de Paris à la re-
» queſte de ſon Promoteur & du Procureur de l'Vniuerſité de Paris, fit

admoneſter ledit Preuoſt & le mit en procez en la Cour auec autres Conſeillers & Officiers du Roy. Et pour ce par mandement du Roy, ſon Temporel fut ſaiſy par vn Huiſſier de la Cour de Parlement, celuy de l'Official, Promoteur & autres ſes Commiſſaires qui furent Commiſſaires ordonnez à le gouuerner. Toutefois parties oyes au grand Conſeil du Roy, fut ordonné par le Roy, que le Temporel dudit Eueſque & de ſes Officiers leur ſeroit recreu. Et auſſi que les procez commencez en ladite Cour de l'Eueſque pource ceſſeroient, iuſques à ce qu'autrement en fuſt ordonné, comme il appert par lettres enregiſtrées entre les lettres du Parlement le 10. de Nouemb. 1407. 1407.

Monſtreletius rem ſic narrat. Guillaume de Tigouville Preuoſt de Paris fit executer deux des Clercs de l'Vniuerſité. Eſt à ſçauoir vn nommé Legier de Montilhier qui eſtoit Normant & l'autre nommé Oliuier Bourgeois qui eſtoit Breton, leſquels eſtoient chargez d'auoir commis pluſieurs larcins en diuers cas. Et pour cette cauſe nonobſtant qu'ils feuſſent Clercs & qu'en les menant à la Iuſtice criaſſent haut & clair, CLERGIE, afin d'eſtre recoux, neantmoins furent executez & mis au gibet: & depuis par le pourchas de l'Vniuerſité, fut iceluy Preuoſt priué de tout Office Royal. Et auec ce fut condamné de faire faire vne Croix de pierre de taille grande & éleuée aſſez prés du gibet, ſur le chemin de Paris où eſtoient les images d'iceux deux Clercs entaillées. Et outre les fit dependre d'iceluy gibet & mettre ſur vne Charette couuerte de noir drap: & ainſi accompagné de ſes Sergens & autres Gens portans torches de cire allumées, furent menez à S. Mathurin & là rendus par le Preuoſt au Recteur de l'Vniuerſité, qui les fit enterrer honorablement au Cloiſtre de ladite Egliſe: Et là fut derechief fait vn Epitacle à leur ſemblant pour perpetuelle memoire.

Epitaphium autem tale eſt.

Hic ſubtus jacent Leodegarius du Mouſſel de Normania & Oliuerius Bourgeois de Britania oriundi, Clerici Scholares quondam ducti ad Iuſtitiam ſecularem, vbi obierunt, Reſtituti honorificè & hic ſepulti anno Domini 1408. die 17. menſis Maij. Reſpicias noſtrum Epitaphium vt ores pro nobis Deum.

Ad parietem verò affixa eſt lamina ærea, cui inſculpta legitur cauſa mortis & ſepulturæ his verbis.

Cy-deſſous giſent Legier du Mouſſel & Oliuier Bourgeois, jadis Clercs Eſcholiers eſtudians en l'Vniuerſité de Paris, executez à la Iuſtice du Roy, noſtre Sire, par le Preuoſt de Paris l'an 1406. le 26. iour d'Octobre, pour certains cas à eux impoſez, leſquels à la pourſuite de l'Vniuerſité furent reſtituez & amenez au Paruis de Noſtre-Dame & rendus à l'Eueſque de Paris, comme Clercs & au Recteur & aux Deputez de l'Vniuerſité, comme Suppoſts d'icelle, à tres-grande ſolemnité. Et de là en ce lieu-cy furent amenez pour eſtre mis en Sepulture l'an 1408. le 17. iour de May. Et furent leſdits Preuoſt & ſon Lieutenant démis de leurs Offices à ladite pourſuite, comme plus à plain appert par lettres Patentes & inſtrumens ſur ce cas. Priez Dieu qu'il leur pardonne leurs pechez. Amen.

Hoc eodem anno, menſe Nouembri Ioannes Burgundio Philippi Audacis filius Ludouicum Aureliæ Ducem Regis fratrem immiſſis 18. ſicarijs, quorum Dux erat Rauletus quidam Octonvillæus Normanus à Ludouico depoſitus olim de publico munere quod obtinuerat, nefariè & ſceleratè interfici curat. Poſtridie Corpus eius in Cœleſtinorum ædem elatum; & ipſe Burgundio funeri intereſt mœſto ſimilis, ne parricidij reus habeatur, cuius adhuc Autor ignorabatur. At cum cœpiſſent Principes inquirere in Autores criminis, prodidit ſeſe, faſſuſque eſt ingenuè & cauſas prætexuit. Fugâ nihilominus ſaluti conſuluit & in Flandriam ſeceſſit; vnde poſt aliquot menſes mali maioris metu in Aulam reuocatus in ſpem impunitatis, ita procurante Duce Biturigum, ne peior malo vltio foret, ſi ſumeretur. MORS DVCIS AVRELIAN.

Redijt ergo & 8. Martij præſentibus Delphino, Rege Siculo,

1407. Cardinale Barrenſi, Biturigum, Britanniæ, Lotharingiæ Ducibus alijſque Regni Proceribus, Prælatis plurimis & Deputatis Vniuerſitatis crimen purgare aggreſſus eſt, conducto ad eam rem M. Ioanne Parui Doctore Theologo, magni quidem nominis viro & eloquenti, ſed ventoſo, vænali & fumi captatore.

Dicebat verò Aurelianum à Pontifice Benedicto contendiſſe, vt ius Regni abiudicaretur Regi fratri, quod is non magis Regno dignus foret quàm Childericus fuiſſet, à quo ius regnandi, Zacharia Pontifice Autore, ad Pipinum tranſlatum fuiſſe dicebat; aiebat quoque mentem Regis ab eo magiâ tentatam. Veneficij quoque Valentinam ipſius vxorem, ipſum tyrannidis incuſabat; hæc & plura Æmylius. Addidit Ioannes Parui octo rationes quibus intendebat probare licere tyrannum occidere: quæ leguntur apud Monſtreletium. Exitus cauſæ talis fuit. Non placuit cædes, Reo tamen remiſſa culpa, & ad ſecuritatis certitudinem expeditæ litteræ ſigillo Regio munitæ; quibus acceptis in Flandriam reuerſus eſt. Non placuit quoque Vniuerſitati ſermo Ioannis Parui; optabat illa quidem ignoſci Burgundioni ne malo grauior foret vltio, ſed rationes à Doctore prolatas non probauit, vt infra dicetur.

Iam ad res Eccleſiæ redeamus. Auditum eſt à Legatis noſtris Gregorium nihilo minus ludificari quàm Benedictum, de loco Conuentus nolle cum Aduerſario conuenire, varias ſemper ſubinde rationes moræ proferre; cæterum ad ceſſionem non videri valde inclinatum; immò videri ambos colludere & Regem & Vniuerſitatem cæteroſque qui Pacem optabant, deludere: ſed quod malo remedium! præit Vniuerſitas, pluribuſque in Comitijs rem agitat, tandem decernit ſibi videri promulgandam ab vtroque ſubſtractionem neutrique Parti fauendum. In eam rem litteras, vt vocant, Circulares, probante Regis Conſilio, conſcribit cum rationibus multiplicibus, quibus neutri parendum eſſe ſuadet; conficitur ea res Rectore M. Pontio Simoneti, 16. Decemb. electo. verum non ſine controuerſia & difficultate, cum muniendæ fuerunt ſigillis litteræ.

Optabat Vniuerſitas Decretum iſtud ſingularum Facultatum Nationumque vnanimi conſenſu factum videri; atque idcirco litteris ſuis appendi voluit cum magno ſigillo omnium illarum ſigilla, vt factum fuerat an. 1398. proindeque illarum exemplaria ſingulis tradi voluit, vt illas priuatim examinarent. Placuerunt omnibus; nec vlla Facultas aut Natio præter Anglicanam, ſigillum ſuum appendere detrectauit. Anglicana habitis apud Mathurinenſes die 26. Decemb. Comitijs *Ad audiendam Minutam cuiuſdam litteræ quam Vniuerſitas aliàs concluſit debere ſigillari ſigillo Vniuerſitatis, ac etiam ſigillis ſingularum Facultatum & Nationum*, animaduertens vtrumque Pontificem Schiſmatis inſimulari, illudque conſultò fouere, ſigillo ſuo munire detrectauit, niſi verba illa corrigerentur, Schiſmatiſque crimen in vnum Benedictum, non verò in Gregorium Innocentij ſucceſſorem conijceretur; quippe Gregorium Papam, Benedictum Antipapam agnoſcebat. Et quia præcipitanter tantùm prædictam Minutam legerat, in poſterum diem Comitia remiſit.

Ergo poſtridiè, quæ dies erat 27. eiuſdem menſis, iterum conuenit. Rector pluribus aliarum Facultatum & Nationum Proceribus comitatus ad ea Comitia venit, *oſtendens Nationi quandam litteram* ſigillis ſingularum Facultatum ac Nationum *præfatæ Vniuerſitatis (ſigillo tamen Nationis Anglicanæ prædictæ ſeclusò ſeu dempto) ſigillatam*. Eam rogat Rector ſuo quoque muniri; in ea quippe nihil contineri quod ſuis votis aduerſetur; nec eam cogi ad deferendum eum quem pro Papa agnoſcebat. His dictis, recedente Rectore Procurator eiuſdem Nationis rem ſuis exponit, & tandem à maiori numero concludit Nationem ſuum quoque ſigillum appoſiturum; atque hoc pacto litteræ Academicæ fuerunt omni parte munitæ.

Rex cum Eccleſia ſua Gallicana eidem propoſito inſiſtendum ratus vtrique Pontifici dat litteras 10. Ianu. ad ſeruandum de via Ceſſionis Iuramentum exhortatorias: ſecus admonet ſe ab vtroque diſceſſurum.

Extant in 6. tomo ſpicilegij Dacheriani ad Gregorium, in quarum fine hæc verba leguntur. *Veſtra promiſſa, immò iuramenta, immò vota, facta, ſcripta & publicata cum omni integritate celeriter obſeruate, quatenus redeat nobis pax & vobis ſalus & gloria conferatur. Alioquin decreuimus nos & etiam Regni & Delphinatus noſtrorum in ea concluſione Neutralitatis ita perſiſtere, ſicut ex cauſis rationabilibus & motiuis in alijs Patentibus litteris noſtris poteritis, ſi libeat, latius intueri; ad eam ſimiliter eligendam & aſſumendam cæteros Principes & fideles vtriuſque obedientiæ totis vicibus inducere & hortari.* 1407.

Ne ergo inconſtantiæ argueretur, quod primùm Clementi, deinde Benedicto obedientiam præſtitiſſet: tum ſubſtraxiſſet, poſtea reſtituiſſet; poſtremo vtrique Papæ ſubſtrahere conſtituiſſet, publicis litteris cauſas edidit ſubſtractionis & reſtitutæ obedientiæ, denique & Neutralitatis quam obſeruare intendebat; tales ſunt apud Gerſonem.

Epiſtola Chriſtianiſſimi Regis Franciæ iuſtificatiua ſubſtractionum factarum à Petro de Luna, non obſtante obedientia ſuo Prædeceſſori & ſibi quandoque præſtita.

CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino, & ad eam quam ſummopere deſideramus, Eccleſiaſticam vnionem vnanimiter aſpirare. Pax Eccleſiaſtica quæ ſub vnico & certo Chriſti Vicario coniungere debet vniuerſa membra populi Chriſtiani, ſecundùm ipſius Chriſti & Apoſtoli ſui documentum, dum olim poſt mortem felicis recordationis Gregorij Papæ XI. conturbari cœpiſſet, dumque Schiſma pernicioſum, monſtrum horrendum, ingens in eadem Eccleſia ſuboriri cerneretur ex cauſis toto orbe notiſſimis, Chriſtianiſſimus tunc ac præclariſſimæ memoriæ progenitor noſter Carolus V. ſuaſus multis vehementibuſque rationibus deliberauit adhærere & obedientiam præſtare illi quem Collegium Cardinalium iureiurando aſſeruit in vitâ & in morte atque publicauit ſe Canonicè in ſummum Pontificem & verum Chriſti Vicarium ſponte & concorditer elegiſſe. Arbitrabatur namque veriſimiliter idem Progenitor noſter vt erat totus feruens in zelo Domus Dei & ex ſua fide piâ alios dijudicans, quod cæteri Principes ac Prelati cum vniuerſo clero & Populo protinus obedirent; conſimiliter dum Electionem eiuſmodi per Collegium præfatum Cardinalium ſufficienter eis innoteſceret, rite fuiſſe celebratam; ſed aliter eueniſſe dudum iam deploramus: neque enim potuerunt vſque hodie dicti Cardinales hoc ipſum. Nos idcirco cernentes, experientiâ tempore docentibus quod hæc obedientia præſtita inualida erat ad tollendum funditùs Schiſma peſtiferum quod in exilium grauiſſimum pacem deſideratiſſimam & optimam detruſerat, deliberamus eandem pacem ad **proprium cubile ſuum quod eſt Eccleſia**, velut ad ſuam regionem per alias vias totis conatuum viribus reducere; hinc Concilia crebra: hinc Legationes laborioſiſſimæ ac ſumptuoſiſſimæ per omnes penè Chriſtianitatis Regiones frequentatæ, tandem adſpirante Deo via Ceſſionis vtrique Contendentium pro reuerſione Pacis turpiter exulantis inuenta eſt compendioſior & abſque vlla dubitatione expedientior iudicata. Hanc proinde viam cum omni ſolemnitate præſentari fecimus ſucceſſori illius cui progenitor noſter, ſicut diximus, obedientiam præſtiterat: quam obedientiam ideò poſtmodum maximè ab eodem ſucceſſore pro tempore ſubſtraximus quia non ſatis apertè per viæ Ceſſionis compendium videbatur velle pacem reducere, poſtpoſitis diſceptationum interminabilium anfractibus & inegreſſibilibus aliarũ viarum labirinthis. At vbi viſus eſt nobis ad ſalubriora ſe conuertiſſe conſilia, rurſus abſque omni mutabilitatis culpabilis notâ obediuimus eidem, ita tamen animo noſtro gerentes, ſi & quandiu hæc obedientia noſtra non obſtaret Eccleſiaſticæ vnioni, quemadmodum in Concilio vltimo Eccleſiæ Regni

" noſtri meminimus, ſatis datur intelligi. Neque enim voluimus vnquam
1407. " ſcienter, neque fas eſſe credimus, obedientiam præſtare cuiquam mor-
" talium in pacis vniuerſalis præiudicium, in Schiſmatis fomitem, in diſ-
" cordiæ inſtrumentum. Et ô ſalutifer Chriſte Princeps Pacis quandiu
" iam quæſiuimus pacem & non venit: Exſpectauimus tempus medelæ,
" tempus, ſcilicet iuratæ conuentionis vtriuſque contendentium pro Ceſ-
" ſione celebrandâ, & ecce turbatio. Animaduertite hæc DD. Principes
" Chriſtiani quibus eſt dolor talis, tantæque matris diſſipatio; attendite in-
" ſuper vobis & vniuerſo populo Chriſtiano vos ſacri Pontifices in quo po-
" ſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſi-
" uit ſanguine ſuo. Attendite quæſumus, nolite diſſimulanter agere, vbi
" depopulatur gregem Chriſti miſeris modis tempeſtas hæc grauiſſima hor-
" rendaque vorago. Exurgat in vnum populus vniuerſus tollere de medio
" ſui deformiſsimum hoc portentum, vnde fit in opprobrium hoſtibus in-
" credulis proprijſque animabus damnationis æternæ diſcrimen apertum.
" Decidat vel inuitus vnus aut alter, imò vtrique Contendentium ab oc-
" cupata ſede Petri potius quàm vnitas eorum contentione depereat. Nam
" dum neutri populus obediet, neuter amplius de primatu, vel fruſtra
" contendet, neque audietur vlt[illegible] vox illa crudeliſsimæ fœminæ, nec mi-
" hi, nec tibi, ſed diuidatur; ſed illius piæ Matris, date illi infantem viuum.
" Nos verò qui nihil ita poſt animæ ſalutem deſideramus quàm videre ſe-
" reniſsimam Pacis faciem noſtris effulgere temporibus, iudicamus ex
" præmiſſorum & ſimilium conſideratione nullum ad præſens patere vali-
" dius in tam deſperato malo remedium quàm quod neuter contenden-
" tium, aut ſibi forte ſucceſſorum, præſtetur deinceps obedientia à Populo
" Chriſtiano. Deficiente ſiquidem fomento, tantus ignis iſte infernalis
" in ſe tandem deficiens dante Deo, collabetur. Qua propter præceden-
" tibus & habitis ſuper hoc vicibus repetitis, magnis & maturis delibera-
" tionum Concilijs cum ſapientibus, peritis & deuotis hominibus & eo-
" rum ſalutem gerentibus præ oculis; Nos vt Eccleſia Regni noſtri, ac
" Delphinatus Viennenſis pro nobis & ſubditis noſtris eorundem Regni &
" Delphinatus decreuimus talem amplecti Neutralitatem in feſto Aſcen-
" ſionis proximè venturo, niſi interea nobis Pax vltro aduenerit, proceſ-
" ſuri nihilominus vlterius aſsidua ſolicitudine cum alijs Principibus & Ca-
" tholicis omnibus, donec euulſo Schiſmate Pax plantetur. Quod ſi mi-
" rabuntur forſan aliqui ex aliter affectatis vnde nobis iſta licent, atten-
" dant potius quod hanc nobis legem facit ipſa quæ legem neſcit dura
" neceſsitas, imò & filialis Pietas quæ per medios etiam ignes & gladios
" matrem talem ita collaborantem eripere conaretur. Ecce morbus in-
" ueteratus & putridus qui ex fomentis leuioribus in deteriora quotidie
" velut Cancer ſerpit, ſi ergo ferramentum cauterizans adhibeatur, nullus
" rectè culpauerit. Demum cum pro hac neutralitate in vnum tractanda
" Principes ac magnates vtriuſque obedientiæ commodâ celeritate con-
" gregari non poſſent, nullus ſuo quæſumus contemptui deputet ius par-
" tis noſtræ quam probabiliſsimâ ratione Prælibatus Progenitor noſter &
" nos hactenus fuimus inſecuti; in hac Neutralitate condemnatum vel de-
" preſſum, cum nunc non de iure huius vel illius, ſed de cedendo iuri vero
" vel prætenſo pro vnione conſequenda res agatur. Quamobrem vos om-
" nes & ſimiles hortamur in Chriſto & per eam quam de immaculatæ ſpon-
" ſæ ſuæ Eccleſiæ laceratione fæda compaſſionem geritis, obteſtamur, ar-
" ripite nobiſcum validum hoc & efficax, ſicut exſpectamus in Dei virtute,
" peſtis huius exterminium, vt denegatio hæc obedientiæ vtrique Con-
" tendentium afferat nobis tandem perpetuam vnanimemque obedien-
" tiam ſub vno & certo Chriſti Vicario quatenus ſeruiamus Deo in pul-
" chritudine pacis & requie opulenta. In quorum omnium fidem & teſti-
" monium præſentes literas noſtri ſigilli fecimus munimine roborari. Da-
" tum Pariſius die 12. Ian. an. 1407. & Regni noſtri 28.

" Sequuntur aliæ litteræ quibus Rex neutrarum Partium ſe fore declarat.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE: A tous Ceux qui ces preſentes lettres verront, Salut. Comme depuis qu'il a pleu à Dieu, de ſa tres-benigne grace, nous appeller à la Couronne & au gouuernement de noſtre Royaume pour la tres-grande compaſſion, triſteſſe, douleur & deplaiſir que nous auons touſiours eu & auons au cueur de la diuiſion & tres-douloureux & pernicieux Schiſme qui eſt & ſi longuement a eſté en l'Egliſe de Dieu par le debat des Contendans à la dignité du Papat en grand eſcandale de toute la Chreſtienté, meſmement des Roys & des Princes auſquels appartient plus de y trauailler, & à l'eſiouyſſement des Ennemis de la Foy Catholique, auons en enſuiuant nos predeceſſeurs Roys de France tres-Chreſtiens qui pluſieurs fois ont ſecouru à l'Egliſe en cas ſemblables & autres, tres-diligemment & continuellement vaqué, entendu & labouré aprés pluſieurs Roys, Princes & autres deuots Chreſtiens à trouuer voyes & manieres conuenables pour oſter & extirper du tout ledit Schiſme, ſi que nous puiſſions voir à nos iours paix & vnion en noſtre Mere ſainte Egliſe, & pour y proceder plus meurement & ſeurement auons par pluſieurs & diuerſes années & grands interualles fait aſſembler par deuers nous en noſtre ville de Paris, les Prelats & le Clergié, & pluſieurs des Princes de noſtre Sang, Barons, Vniuerſitez des Eſtudes & autres Sages & preud'hommes de noſtre Royaume en tres-grand nombre, pour auoir ſur ce leur aduis & Conſeil & fait faire Legations & Ambaſſades tres-notables & ſolennelles tant deuers leſdits Contendans du Papat & chacun d'eux, comme deuers pluſieurs Roys & Princes de l'vne & l'autre des deux obeyſſances, en les exhortant de labourer & de faire chacun en ſon endroit, tant & en telle maniere que nous puiſſions briefuement auoir ladite paix & vnion, ſi comme ces choſes ſont aſſez notoires en pluſieurs Royaumes de la Chreſtienté. Sçauoir faiſons que Nous les choſes deſſuſdites conſiderées & autres pluſieurs qui ſont ſur ce à conſiderer, veans & connoiſſans euidemment que pour les prouffits, plaiſirs temporels & honneurs que leſdits Contendans y ont eus par l'obeyſſance, qui depuis le commencement dudit Schiſme a eſté & eſt donnée, faite & preſtée auſdits Contendans, ils ont eſté & ſont remis & negligens à reuenir à ladite vnion, & pourroient encore eſtre plus à l'aduenir, ſe pourueu n'y eſtoit en grand' deſolation de noſtredite mere ſainte Egliſe & de toute la Chreſtienté, voulans y obuier de noſtre part, auons par tres-grand' & meure deliberation de Conſeil de pluſieurs de noſtre Sang & lignage, Prelats, Barons, Docteurs, & autres ſages & preud'hommes de noſtre Royaume à ce appellez par deuers nous, ayans Dieu ſeulement & leur ſalut deuant les yeux, conclud & determiné, & par la teneur de ces preſentes de noſtre certaine ſcience concluons & determinons qu'ou cas que dedans le iour de la feſte de l'Aſcenſion de noſtre Seigneur prochain venant, n'auons vnion & noſtredite Mere ſainte Egliſe, & vn ſeul vray & ſans doute Pape & Paſteur de l'Egliſe vniuerſelle: Nous le Clergié & autres Gens de noſtredit Royaume & auſſi de noſtredit Dauphiné de Viennois ſerons Neutres, ne ferons, preſterons ou donnerons, ne ſouffrirons par aucuns de nos Subjets, eſtre donné deſlors en auant aucune obeyſſance à l'vn ne à l'autre d'iceux Contendans, qui tiegne ou occupe ledit Eſtat iuſques à ce qu'il y aye vn ſeul, vray & ſans doute Pape & Paſteur de l'Egliſe vniuerſelle, comme dit eſt, & ainſi l'entendons faire ſignifier & ſçauoir par nos autres Patentes auſdits Contendans & à leurſdits Colleges, & à pluſieurs Roys, Princes, Prelats, Barons & communitez de l'vne & de l'autre deſdites obeyſſances. Si donnons en mandement par ces preſentes à nos Amez & Feaux les Gens de noſtre Parlement à Paris & à tous nos autres Iuſticies & Officiers, à leurs Lieutenans & à chacun d'eux qui ſur ce ſera requis, que cette preſente Concluſion & determination, publient & facent publier incontinent ces lettres veües, & icelles

1407.

" tenir & garder ſelon leur forme & teneur, par tous nos ſubiets de noſ-
1407. " dits Royaumes & Dauphiné, tant d'Egliſe, comme Seculiers de quel-
" que authorité qu'ils vſent en puniſſant les Tranſgreſſeurs: & ſi par telle
" maniere que ce ſoit exemple à tous autres. Donné à Paris le 12. Ianu.
" l'an 1407. de noſtre Regne le 28. &c.
" Lecta in Curia, & publicata, die 26. Ian. an. 1407. item lecta & publi-
" cata in Curia die 25. Maij, an. 1408. Craſtina feſti Aſcenſionis Domini.

Præter ſuperiores literas dat Rex alias 18. Feb. quibus proteſtatur ſe receſſurum ab vtriuſque Papæ obedientia, niſi intra tempus præfinitum viam Ceſſionis ineant, de qua toties interpellati fuerant; videantur ſi lubet in lib. Libertat. Eccleſ. Gall.

Anno 1408. cum vterque Pontifex procurandæ vnionis extinguendique Schiſmatis ſpecie, alter Lucam, alter Portum Veneris appuliſſent
1408. ſub finem Ianuarij, vt de loco commodo conuenirent, propiuſque de pace Eccleſiæ agerent, Cardinales Gregorij irati, quod ille contra fidem promiſſi nouos Cardinales creaſſet, ab eo defecerunt: quorum intellecto Conſilio Gregorius primùm vetuit, ne ſine licentiâ, vel Lucâ abirent vel inter ſe conuenirent; deinde ne cum alterius obedientiæ, vel Regis Francorum, vel Vniuerſitatis Pariſienſis Oratoribus quoquomodo agerent. At illi captatâ occaſione, Piſas ſecedunt & primus omnium 11. Maij Ioannes Ægidius Natione Normanus, Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani, Leodienſis vulgò dictus à præpoſitura eius Eccleſiæ, quam olim geſſerat; cæteri, vt potuerunt fugere, ſecuti: exceptis 4. nouæ creationis, qui cum Gregorio remanſerunt. Tum minis eos Gregorius terret; & illi aduerſus quaſcunque comminationes & proceſſus appellationem interponunt datam Piſis die Dominicâ 13. Maj. Ita irritus fuit Pontificum congreſſus.

Quod verò ad Benedictum attinet, cum eſſet apud Portum Veneris in ditione Genuenſi, redditæ ſunt ei litteræ Regiæ datæ Pariſ. 12. Ian. quibus Rex Carolus ſignificabat, niſi vnio ad diem Aſcenſionis quæ tunc incidebat in 24. Maij, facta eſſet, ſe cum Regno ſuo neutralitatem amplexurum. Quibus acceptis, Benedictus dat Bullam 14. Kal. Maij, quâ queritur, quod cum per ſe non ſtaret, quominùs vnio fieret, eſſent tamen qui ſe impiè calumniarentur: deinde Regem rogat ab incepto deſiſtere: poſtremò, nî faciat declarat, ſe ſententias excommunicationis promulgaturum. Quæ Bulla ſic incipit. *Vtinam, fili chariſſime.*

Dedit ijſdem Curſoribus ſuis alias litteras, quibus ſub anathemate prohibebat promulgationem ſubſtractionis; dans eis in mandatis, vt non ſimul, ſed diuerſo tempore eas traderent; illis verò traditis, velociter ſe ſubſtraherent. Quod cum illi fideliter præſtitiſſent 14. menſis Maij, poſt multas conſultationes in Conſilio Regis, in Parlamento, & in Vniuerſitate habitas, tandem præſente Rege, Principibus, Antiſtitibus, **Deputatis Vniuerſitatis, perorante eximio Doctore Theologo** M. Ioanne Curtacoxa Normano, & concluſiones Vniuerſitatis porrigente, decretum eſt, litteras Benedicti iniquas & iniuſtas eſſe, eaſque lacerandas & comburendas; quod ſtatim factum eſt. Præterea Duo Nuncij, aut Agentes in rebus Benedicti in carcerem compacti, omni poſtea contumeliæ genere affecti ſunt; ſed præſtat rem, ordine quo geſta eſt, authoritate ſcriptorum iſtius temporis confirmare.

Bullæ igitur Benedicti duæ ſimul Regi traduntur, vna data ſuperiori anno 14. Kal Iunij, quam ſupra retulimus; altera hoc anno data apud Portum Veneris 18. April. quæ talis eſt.

"
" BENEDICTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto
" filio Carolo Regi Franciæ illuſtri, Sal & Apoſt. ben. vtinam Fili cha-
" riſſime ad plenum tibi pateret noſtræ ad tuam magnificentiam ſinceritatis affectus. Vtinam plenè intelligeres noſtri erga te animi puritatem.
" Etenim profectò cognoſceres, Nos tanquam Patrem beneuolum more paterno

paterno de tam chari filij gaudere profectibus, & de ſiniſtris euentibus condolere. Inde proceſſus noſtros ſinceræ dilectionis interpretes calumnioſo non admiſſo ſuſurro, filiali benevolentiâ extimares, & obſtruerentur ora apud ſe loquentium iniqua, locus amplus detractioni non eſſet; detractoribus clauderetur aditus, nec præſtaretur auditus: ſed in Regno tuo aduerſus S. Eccleſiam matrem tuam proſecutionum turbines iam ceſſarent: noſti enim, inclyte Princeps, & fama publica operibus comprobata ad tuam notitiam ſæpè deduxit quantos labores ſimus perpeſſi, quantâ ſollicitudine, quantâve inſtantiâ per nos pax Eccleſiæ fuerit procurata. Inſtitimus vtique diligenter apud illos qui Sedem Apoſtolicam vitio intruſionis temere occupantes, plurimos iam per annos Schiſma peſtiferum nutrierunt, & præſertim apud Angelum Corario qui ſe Gregorium appellat, qui modernis temporibus in hac parte aduerſatur Eccleſiæ & qui poſt ablatam ab vtroque viam ceſſionis & concordiam habitam de Conuentione in Ciuitate Saonæ & poſt oblationes alias de conueniendo in locis etiam ſuæ obedientiæ, nihil eorum deducere voluit ad effectum, ſed per fruſtratorias dilationes negotium Dei duxit & ducit, vt manifeſte cernitur, cautelosè. Et quanquam adeo notorium ſit quod nulla poteſt tergiverſatione celari, quod per nos non ſtetit, nec ſtat quin Schiſmate depulſo, vera vnio in Dei Eccleſia celeriter habeatur, ecce non deſinunt, vt audiuimus, qui apud Excellentiam tuam contra nos ſine cauſa, non tamen ſine malitia, ſubmurmurent famæ noſtræ puritatem maledicis lacerare conuiciis ſatagentes, non deſunt qui tuam & aliorum Principum de ſanguine tuo deuotionem turbare ſtudentes, actus noſtros calumniantur iniuſtè aſſerentes licet minus verè quod circa conſequendam Eccleſiaſticam vnitatem quam ipſi exquiſitis modis turbare nituntur, diligentiam ſolitam non præſtamus. Verum etſi talibus veritas ipſa pro nobis reſpondeat, & ipſius euidentia tales falſitatum figulos & ipſorum figmenta manifeſtè confringat, ipſis, vt exiſtimamus, ſuggerentibus Actum eſt quod cum per tuam Magnificentiam à cuius Progenitoribus memoriæ recolendæ præſertim circa ſedanda Schiſmata Eccleſiæ, magnificè adiuta in ſuis neceſſitatibus reſpirauit, crederemur inter anguſtias huius temporis releuari; vnde præſtolabamur quod ſperatæ quietis nobis ſerenitas arrideret inde in oppreſſorum inquietos anfractus mergimur. Et ne de iuribus noſtræ cauſæ ad proſecutionem præfatæ vnitatis & vitæ noſtræ ſuſtentationem neceſſarijs nobis reſpondeatur, à tua Curia emanauit Edictum, cuius prætextu, biennio iam exacto Iura ſunt nobis ipſa ſubſtracta: prouiſionibus de nonnullis Eccleſijs in dicto Regno Canonicè per nos factis non paretur, nec permittunt earum Prælati ipſarum poſſeſſione gaudere; quanquam nonnulli Catholicæ veritatis æmuli qui contra Romanam Eccleſiam rebellionis calcaneum erigere præſumpſerunt, **à nobis quod eſt contra Canonicas Sanctiones, appellationes** interponere non verentes, multa etiam in tua præſentia contra veritatem Catholicæ partis & noſtræ publicè dogmatizant, varios errores contra ſinceritatē fidei effundentes, permittuntur Concluſiones nefarias falſa intermiſcendo pro veris, procaciter ſuſtinere. Sed adhuc quod referimus diſplicenter, venerunt in hac villa ad noſtram præſentiam dilecti filij nobiles viri Ioannes de Caſtro-Morandi & Ioan. de Toyſeyo Ambaſiatores tui qui Nobis pro parte tua quaſdam literas tuo ſigillo munitas præſentarunt per quas in effectu nobis ſignificas quod niſi vſque ad feſtum Aſcenſionis Domini proximè futurum præfata ſit vnitas ſubſequuta, & vnus verus ſolus & indubitatus Papa & Paſtor Eccleſiæ Vniuerſalis habeatur, tu Clerus & aliæ Gentes Regni tui, & etiam Delphinatus Viennenſis, vt tuis verbis vtamur, eritis neutrales, & non facies, præſtabis, aut exhibebis per alios de tuis ſubditis à tunc in antea nobis, nec alicui qui teneat ſtatum noſtrum, obedientiam aliquam exhiberi. Ex quibus, fili chariſſime ſi noſtra commota ſint viſcera, ſi iuſtus nos dolor affligat, conſidera. Sunt ne iſta Indicia, Care fili, veræ dilectionis

1408.

" ad Patrem? Ex his namque vltrà alia multa, inconuenientia hæc ſequun-
1408. " tur: Nam qui tibi & alijs Principibus de ſanguine tuo venenata conſilia
" præbent, conantur te & alios cum eis in præcipitium trahere; fama in-
" clytæ domus tuæ non ſine graui macula læditur, omnipotentiæ diuinæ
" detrahitur cum eius numine qui certis regulis à præfinitionibus tempo-
" rum non artatur, cum præfigitur, vnio de directo impeditur & duratio
" Schiſmatis procuratur, cum aduerſarios & ſequaces ſui ex his in ſuper-
" biam eleuati ad Concordiam flecti non poſſint, ſed duriores efficiantur,
" ſperantes nobis de proximo & parti noſtræ continuatâ ſubſtractione obe-
" dientiæ & ſubdiuiſionis ſcandala prouentura, quibus noſtræ partis Ca-
" tholicæ veritas offuſcata deprimitur, & ſuæ tyranicæ intruſionis vio-
" lentia quæ viribus iam ferè nudata languebat, noſtris oppreſſionibus
" roboratur. Verum, dilectiſſime filiinos cui Dominici gregis cuſtodia com-
" miſſa eſt talia quæ in diuinæ Majeſtatis offenſam & animarum periculum
" & præfatæ vnitatis turbationem, ac tui & inclytæ domus tuæ læſionem
" famæ redundare videntur, amplius ſuſtinere æquanimiter non valentes,
" Serenitatem tuam quam per varias ſuggeſtiones decipi grauiter dolere-
" mus, rogamus & hortamur in Domino te in eius vero ſalutari requiren-
" tes quatenus aures Regias non accommodes maleuolis qui forte quęrunt
" in noſtra & Eccleſiæ, ac tuâ & tuorum turbatione in alienis diſpendijs
" ſua lucra venari. Sed noſtrorum proceſſuum de quibus per ea quæ tibi
" per nos ſcripta ſunt, plenè conſtat cauſas & ordinem, ac pura procede-
" re intentione, tuo prouidenti Conſilio & ſpiritu tuo diſcutias, & inde re-
" ctum ſequendo iudicium omnis turbationis malitia ſubmotâ prædicta &
" alia nobis & Eccleſiæ in Regno & terris tuis illata grauamina & attenta-
" ta in præiudicium Eccleſiæ libertatis reuoces & annulles, ac reducas &
" reduci facias ad ſtatum debitum & primæuum. Et inſuper ad ea quæ ſcri-
" bas, nullatenùs procedas cum non expediat tuæ excellentiæ & honori;
" ſi enim in hoc paternis acquieueris monitis, vltra humanæ laudis præ-
" conium æternæ retributionis tibi præmium accreſces & Apoſtolicæ Sedis
" & noſtram beneuolentiam ad tua beneplacita inclinabis. Nec te aliquis,
" amantiſſime fili! vano errore decipiat: ſcire enim te volumus vltra pœnas
" & ſententias à iure prolatas & homine, alias per quandam Conſtitutio-
" nem à nobis dudum editam promulgatas quam ſub Bulla noſtra tibi cum
" præſentibus mittimus, te & alios talia committentes, quod abſit, incur-
" ſuros. Quod ideo feciſſe fatemur & tibi voluiſſe præſentibus intimare,
" vt erga te & cæteros Catholicos Principes & Chriſti populum tibi com-
" miſſum paternæ dilectionis & Curæ Paſtoralis debitum perſoluentes, &
" te ac cæteros Catholicos Principes & cæteros Fideles à tam graui diuinæ
" Majeſtatis offenſa quantum in nobis eſt, præſeruemus, & ne in extremo
" Iudicio prædictarum animarum ſanguis, ſi talia diſſimulando conniuen-
" tibus oculis tranſiremus de noſtris manibus requiratur. Datum apud
" **Portum Veneris Ianuenſ. Dicit. 13. Kal. Maij Pontific. noſtri an. 14.**

Delatus ad Vniuerſitatem M. Nicolaus Clemangius qui tunc erat Benedicto à ſecretis, quod Bullam illam conſcripſiſſet. Ille verò ſequentibus litteris ad Matrem ſuam miſſis ſe vt potuit excuſatum optauit.

Nicolai de Clemangijs ad Collegium ſtudij Pariſ. Purgatio ſuper literis Excommunicationis in Regem Franciæ, Regnumque editis.

" NOvum quidem, Patres, ac Magiſtri venerabiles, & ante hanc diem
" mihi omnino inexpertum nunc agere compellor, neque enim vn-
" quam me memini, ex quo vitales cœpi auras in lucem editus haurire, vt
" de obiectis publicè criminibus reſponderem, in cauſam iudiciumque vo-
" cari; ſed vna me res maximè conſolatur, meritóque debet conſolari quod
" apud vos meam ſum defenſurus innocentiam, cum quibus à puero vixi,
" maioremque meæ ætatis portionem peregi, quos etiamſi apud alienos
" accuſarer, meæ vitæ, meæ conuerſationis, meorum morum ac ſtudiorum

poſſem certiſſimos teſtes magis quàm cæteros mortales adhibere. Nam quando primùm ad vrbem illam præclariſſimam atque à laribus patrijs ad illud veſtrum inclytum perueni ſtudium, 1408.

Alter ab vndecimo nondum me ceperat annus.

me tenellum mater illa græmio excepit, ſinu fouit, vlnis geſtauit, ſuauiſſimis denique aluit vberiribus. Me primà præterea penè docuit Elementa me ad honorem illum quem ampliſſimum habet, inuitum licet ac renitentem extulit; me denique ex illo tempore vſque ad hanc propè ætatem doctrinâ ſimul ac moribus erudijt. Et ſi parum exinde cupi fructus aut eruditionis, meæ vtique aut culpa fuit negligentiæ, aut forte etiam tarditas intelligentiæ. Illud tamen, quantulumcunque eſt, ſi quid tamen eſt, quod in veſtro didici conſortio, in veſtris potiſſimum Eccleſiæque negotijs, aut ſeruitijs rectè quidem iuſtiſſimèque hactenus impenſum eſt. Quò enim illa commodiùs refundere poteram quàm ad Eccleſiæ ſubuentionem de qua agitabatur. Extant apud vos mei illius obſequij, ac ſeruitij crebra monimenta, nec apud vos ſolos extant, ſed quacunque Chriſtiana Religio per orbem diffunditur, non ad veſtri honoris attenuationem diſſeminata ſunt. Meo itaque iure videor à vobis exigere poſſe, & non immeritò imperare debere, vt meum ſtylum quem veſtris obſequijs voluptatibuſque ſeruientem læti ſæpius gaudenteſque audiſtis, nunc pauca pro ſe apud vos dicturum æquis at propitijs auribus audire velitis. Arguor à nonnullis apud vos, ſicut accepi, aut confeciſſe literas illas in Regem, ac Regnum Franciæ anathema ferentes, aut non inſcius ſaltem illarum fuiſſe, ſed antequam producerentur in medium, aliquid inde præſenſiſſe. Super diluendo crimine confectionis non neceſſe eſt me diutius immorari: multa ſunt quæ eo crimine me apertiſſimè liberant; ſignum, nomen, manus, litera, ſtylus auctoris. Quod ſi diuerſa ac aliena ſunt, quid ibi relinquitur quod meum dici poſſit, aut quod meæ fabricæ argumentum proferatur? Notum eſt ſatis ſignum meum, nota manus, noti characteres apicum, notus ſtylus vel dictatus, apud vos quidem præcipuè vbi tam vulgata ſunt ipſius ſtyli veſtigia, vt non facile quis illic, niſi ignarus, poſſit in illo errare aut falli. Imò ſi alieni in illo fallerentur, vt meum eſſe contenderent qui meus non eſſet, vel meum eſſe negarent qui meus eſſet, nullos ſcirem teſtes certiores pro illius approbatione adducere, quàm de veſtro Collegio. Si qui igitur ſunt inter vos in talibus dignoſcendis minus edocti qui ſuper hoc hæſitent, aut aliquo dubietatis ſcrupulo pulſentur; neque enim omnes idonei ſunt de ſtylis iudicare, Cœtum illi veſtrum conſulant doctiſſimum qui aptiſſimus fideliſſimuſque Iudex erit, & quo nullum alium magis ipſe vellem eligere quemque huius rei definitorem, quantum quidem ad me ſpectat, conſtituo. Sed forte aliqui æmulatores dicturi ſunt ſtyli formam conſuetam me conſultò mutaſſe, aliamque ſtyli ſpeciem quæ mea eſſe non agnoſceretur, illic tenuiſſe. Quaſi in arbitrio vel poteſtate hominis ſit ſtylum ſuum more Protei in quas voluerit formas conuertere, proque placito quoties volet, variare, alienumque ita imitari vt pro ſuo agnoſci non poſſit. Qui ita poſſe fieri credunt, de re iudicant, cuius naturam non intelligunt, quare ſuæ non magna fides eſt habenda ſententiæ. Sicut enim alienum morem, alium animum, ingenium homo inducere non poteſt, ita nec profectò alienum ſtylum. Denique quis impreſſum longo vſu & conſuetudine penitus habitum poſſit ſuo nutu repente exuere, nonnunquam aſſumere; cum de natura habitus ſit & tardè acquiri & difficile moueri. Qui autem longo vſu atque exercitio certum ſibi aliquem ſtylum comparauit, nonne certum & conſtantem & quaſi indelebilem habitum ſibi acquiſiuit, in quo nec alter poſſit ipſum imitando aſſequi, nec ipſe alterum. Vultus eſt, vt ita dicam, ſtylus animi; & ſicut exterior homo facie agnoſcitur; ita quantum ad conceptiones animi homo interior ſtylo. Quemadmodum non eſt reperire duas effigies hominum,

1408. „ ita ſimiles, quin acutus Iudex magnam in illis inueniat diſtantiam; ita nec
„ duos ita pares ſtylos, ſi ſolidi ſunt, quin peritus examinator multum in-
„ ter illos agnoſcat intereſſe. Sentiat quiſque de meo ſtylo & de illo alte-
„ ro quod voluerit, meum ipſe non debeo ſtylum extollere: ſed hoc ſine
„ arrogantia mihi licet dicere, ſi meus ille fuiſſet, profectò alius fuiſſet
„ tanquam apud me impoſſibile fuit illo ſtylo quàm illi qui eum effudit,
„ meo vti; ſed nimis diu in re aperta lucéque clariori tempus terimus. Ad
„ reliquam reſpondeamus accuſationem quæ me literarum illarum conſ-
„ cium fuiſſe criminatur. Pars autem iſta accuſationis ſoli innititur ſuſpi-
„ cioni, ex qua fallax & minus fundata ſæpe ſolet accuſatio prouenire.
„ Sed concedamus vt ex ſola ſuſpicione quenquam accuſare liceat, & vi-
„ deamus quàm ſolidis ex radicibus iſta de me poſſit oriri ſuſpicio. Ex al-
„ tera autem niſi fallor duarum rerum illam proficiſci oportet; aut ex per-
„ ſonæ meæ moribus & vita anteacta, aut ex titulo Officij ac familiarita-
„ tis; non enim video ex qua alia poſſit radice conſurgere. Primam ergo
„ diſcutiamus originem; ſolet in illos leui ex cauſa criminum atque flagi-
„ tiorum inſurgere ſuſpicio, qui aut ſæpé ſunt de ſimilibus notati, aut in
„ illis etiam deprehenſi; facile quippe ad conſueta relabi pronus eſt ani-
„ mus, & cito aliquem ſuſpicamur ab illo non abhorrere quod frequenter
„ geſſit. Quamuis autem homini liceat dum accuſatur ibidem ad criminum
„ depulſionem atque purgationem ſuas laudes commemorare, & ſi qua
„ egregia habet, in medium proferre, ne tamen mea odioſa ſit ingrataque
„ oratio, ſi quid laudabile habeo, non multum volo de mea laude loqui,
„ quæ ſolet in ore proprio plerumque ſordeſcere, imò ad vos totam par-
„ tem reijcio, qui me, vt ſupra dixi, à paruulo noſtis. Conſiderate itaque
„ vobiſcum vtrum ex vita anteriori temporibuſque tam diuturnis vobiſ-
„ cum per me exactis talem me exiſtimare debeatis qui Patriæ, Reipub.
„ Regiæ Majeſtatis violator fieri vellem. Veſtra enim, ſi verum audiui,
„ ſententia eſt illos omnes Regni indigenas tuis criminibus implicari qui
„ de literis illis aliquid exploratum habuerunt, nec patefecerint. Repetite
„ ab exordio atque à prima origine, vitam meam percurrite, vniuerſa acta
„ illos interrogate cum quibus ſum verſatus, mores meos, verba, opera
„ perquirite: ſi quid vnquam me tale egiſſe; ſi quid molitum eſſe ſimile re-
„ pereritis, nullum ſupplicium recuſo. Si autem ab his nefandis crimini-
„ bus ſemper innocentem, integrum, inſontem fuiſſe deprehenderitis, eſt-
„ ne obſecro veriſimile ita me nunc alienatum, diſſimilemque à me ipſo
„ effectum, ita conuerſum in arcum prauum, imò datum in reprobum ſen-
„ ſum, vt talia mecum ipſe cogitare, aggredi, moliri atque perpetrare
„ non exhorruerim? Non talem me natura genuit, non his artibus paren-
„ tes imbuerunt, non veſtra educatio atque diſciplina talia docuerunt.
„ Non poſtremo vſque adeo me gratia Dei, vt arbitror vnquam deſeret,
„ aut ita inimici ſæuitiam in me prævalere permittet, vt ad talia non dico
„ **agenda, ſed cogitanda me pertrahat.** Itane amorem patriæ, barbaris
„ etiam mentibus à natura ingenitum, ita ne parentis patriæ, optimi Re-
„ gis mei charitatem, quâ ſemper maximè flagraui, exuiſſe atque abieciſſe
„ credendus ſum vt tali me parricidio commaculare voluerim? Non ſinat
Deus vitam vſque ad illa produci tempora quibus hæc tractem.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Palantes vmbras Erebi noctemque profundam
Ante pati, quàm te violem, aut tua iura reſoluam.

„

„ Non puto ita me geſſiſſe vobiſcum vt facile talis de me opinio veſtros
„ deberet animos ſubire, nec proculdubio veſtræ grauitatis eſt, ſi aliqui
„ obtrectatores inuidiæ facibus agitati talia aduerſum me ficta diſſemi-
„ nant, illis aurem præbere, aut fidem commodare, præſertim cum

nullum valeant probabilis coniecturæ indicium demonſtrare. Nam quod pro radice altera ſuſpicionis affertur, quod familiaris eram ac Secretarius, confiteor Secretarium me fuiſſe, ſed ita Secretarium vt à maioribus eſſem Secretis ſequeſtratus. Mihi in parte iſta credi non poſtulo, à fidis grauibuſque perſonis verùm ne an falſum dico, licet exquirere. Si igitur à multis & magnis ſecretis tum ego, tum alij Galli arcebamur, quis ad illud artiſſimum ſecretum nos admiſſos eſſe crediderit, quæ intra cellulas clauſis diligenter oſtijs, ne aliqua poſſet ratione ad nos vſque peruenire, inter pauciſſimos arbitros Secreti illius participes agitabatur, non ſine maxima vt puto formidine, ne foràs efferretur. Quid quod domeſtici & Compatriotæ aderant Secretarij, quibus talia committebantur. Quidquod etiam Itali aderant, quibus, ſi externis eſſent committenda, longe potiùs committerentur quàm Gallis contra quos fiebant. Sane potiùs crediderim à rubro mari, aut extremis Indiæ finibus petendum fuiſſe Secretarium, ſi de alia propinquiori Natione inueniri non poſſet, quàm talia in Gallos Edicta Gallo alicui Secretario mandarentur. Atque vt apertiùs agnoſcatis quam aduerſùs me in hac re ſuſpicionem habere debeatis, audite necdum decurſo anno quid contigit. Mandauerunt mihi viuo organo duo ex Cardinalibus Pontificis, vt aiebant, ex mandato, vt in quadam controuerſia quæ diu fuerat in Regio Parlamenti Prætorio ventilata in fauorem illius literas conficerem qui in dicto fuerat Prætorio condemnatus. Cœpi multa onus refugiendo, obtendere, quod Francus erat, & Regni indigena, quod Regem Regiamque Curiam offendere non vellem, quod externi abinde ſuppetebant Secretarij qui hoc poſſent facere. Rogaui itaque vt non meis, ſed illorum potius ceruicibus onus imponerent. Cumque alter Cardinalium ſatis acquieſceret, & æqua poſtulare me diceret, alter ad onus ſuſcipiendum me pertinaciter vrgeret, nequaquam me facturum planiſſimè reſpondi: Et cum adhuc ille addidiſſet per Papam mihi præcipiendum; ſi, inquam, ille præcipiat, ſcio quid acturus ſim, ſuo vtique potius renunciabo ſeruitio quàm mandatum exequar. In hoc verbo illi abierunt, nec poſtmodùm ſuper re illa verbum mihi fecerunt. Huius rei teſtes mihi tunc ambo Cardinales etiam nunc ſuperſtites. Si igitur in paruâ & perſonali cauſâ quia Curiam Franciæ tangebat, tam pertinaciter onus ſubire mandatumque exequi recuſaui, quis viri ſimile poſſit credere in totius Regni Anathemate, aut me Scribam quæſitum eſſe, aut tam graue onus amplecti voluiſſe? Et quoniam nihil maius eſt quo meam apud vos valeam fidem adſtruere, Deum teſtor & Sanctos omnes, & quicquid æternæ ſalutis à Deo exſpecto, ſicque Deum propitium in extremo examine experiar, quod nunquam viſu, nunquam auditu, nunquam verbo, aut vllo ſcripto, fama vel rumore aliquo, alióve quolibet notitiæ ſigno, quicquam de literis illis antea præſenti, quam per literas à veſtris profectas illas in Franciam prolatas eſſe, in publicumque prolatas accepi: nec famæ quamuis vulgatiſſimæ paſſimque per ora omnium volitanti ante temere credendum putaui, quàm de illarum apud vos publicatione per talium literas certior ſim factus, de quorum fide dubitare non poteram, hoc apud vos pro meæ innocentiæ patrocinio eſſe credidi, quam ſi apud extraneos agerem mei moris ignaros, pluribus poſſem verbis defendere. Cæterum in calce orationis veſtras Dominationes obteſtor, vt ſi quid de veſtro cœtu benè vnquam merui, mea apud vos innocentia, quam ſatis ex ſuperioribus perſpicere poteſtis, præſidium non opprobrium inueniat, nec pro meritorum mercede, gratis & ſine cauſa calumniam reportet atque ignominiam, quatenùs in me cæteri diſcant qui pro veſtris ſunt vigilaturi honoribus quid ipſi à vobis debeant exſpectare. Dominationes veſtras feliciter valere lætoque florere ſucceſſu ſemper opto. Datum Auinione. 1408.

Scripſit etiam ad amicos literas complures quibus diluere conabatur quæ ſibi ab aduerſarijs obijci audiebat. Rex verò prædictis Benedicti

1408. Bullis offenſus conſilium habet cum Regni Proceribus, cui & nonnulli ab Vniuerſitate interſunt; placuit rem iſtam accuratè examinari, imprimis verò in eos inquiri qui Bullas illas attulerant; rem, quo modo geſta ſit, habemus ex veteri Codice.

Proceſſus factus contra Bullam Benedicti per R. Franciæ & Dominos de ſanguine ſuo & Conſilio.

ANNO Domini 1408. die 14. menſis Maij de mane, Pariſius captatâ horâ, qua nullus ex Dominis de ſanguine Regio eſſent cum domino Franciæ Rege, fuit præſentata domino Regi quædam bulla clauſa per Sanctium Lupi, ex parte domini Benedicti, quæ quidem dirigebatur domino Regi, & omnibus Dominis de ſanguine & Conſilio. Quâ præſentatâ dixit Dominus Rex dicto Sanctio, quod de præſenti non erant ibi illi, quibus dirigebatur dicta Bulla, ſed ipſe vocaret eos, & aperirent Bullam & in craſtinum ſibi facerent reſponſum. Tandem coadunatis Dominis in præſentia Regis, videlicet Rege Ludouico, Ducibus Bituricо, & Burgundiæ, Petro fratre Regis Nauarræ, Comite Niuernenſi, fratre Ducis Burgundiæ; & fratre Reginæ, aperta dicta in effectu iſta Continens erat.

1. Quod dominus Benedictus excommunicabat omnes illos, cuiuſcunque conditionis exiſterent, ſiue eſſet Imperator, ſiue Rex, ſeu Princeps, ſeu Comes, aut Vniuerſitas, qui viam conuentionis impugnarent, damnarent.

2. Illos omnes, qui viam ceſſionis approbarent, & commendarent.

3. Illos omnes, qui eſſent de opinione contraria.

4. Omnes illos qui eidem ſubſtraherent obedientiam, & pecunias, & collationem beneficiorum citra ſui voluntatem.

5. Quod in caſu quod contrarium per alium attemptaretur, niſi infra 20. dies ad priſtinum ſtatum iuxta contenta in tenore Bullæ ipſe reduceret, ponebat interdictum generale, & omnes Beneficiatos ſuſpendebat, & omnes de homagio dicti domini Regis, & aliorum Principum & Prælatorum oppoſitum attemptantium, à fidelitate & legalitate, & Iuramento ipſorum abſoluebat.

Quibus perlectis 21. die menſis Maij, in Palatio magno Regali Pariſius, & in prato viridarij eiuſdem iuxta ſequanam fuerunt factæ quamplures *Cadefauz*. In altiori ſtabat dominus Rex ſedens pro Tribunali. In ſecundo non ita alto, & à parte dextra ſedebat Rex Ludouicus. In tertio minus alto ab eadem parte ſedebant Duces Bituriæ, & Burgundiæ, Comes Niuernenſis, dominus Petrus de Nauarra, & frater dominæ Reginæ. In quarto minus alto, & ab eadem parte ſtabat Cancellarius Franciæ cum Magiſtris de Parlamento, & Requeſtarum.

In quinto vero, & à parte ſiniſtra Regis, erant Epiſcopus Pariſienſis, & alij Prælati, *Rector & Vniuerſitas Pariſienſis*. In medio verò ipſorum, & coram domino Rege, erat vna cathedra alta, in qua ſtabat pedes *M. Ioannes Curtacoxa magiſter in Theologia ſecularis*, & in pede cathedræ circumquaque innumerabilis Populi multitudo, tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium. *Quiquidem M. Iohannes in ſua propoſitione recepit pro Themate: Conuertetur dolor eius, in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet: concepit dolorem, & peperit iniquitatem*, Petrus de Luna nominatus Benedictus.

Demum poſt dictus M. Iohannes poſuit ſequentes quæſtiones nomine ſuæ Vniuerſitatis Pariſienſis, quas probauit prolixè per ius diuinum pariter & poſitiuum. Prima conſtat notoriè, quod Rex, nec Domini de ſanguine in negotio & proceſſu vnionis ſanctæ matris Eccleſiæ procurandæ abſque conſilio & determinatione Prælatorum, & aliorum Eccleſiaſticorum atque Vniuerſitatum ſui regni Delphinatus, nunquam proceſſerunt. Imò quidquid fecerunt in dicto negotio, & conſilio, & ordinatione

prædictorum fecerunt. 2. Ex geſtis & peractis per dictum Petrum de Luna manifeſtè apparet, ipſum conueniſſe cum ſuo aduerſario, ne via ceſſionis exequeretur & teneretur. 3. Ex tenore ſcedulæ juramenti per dictum Petrum in conclaui præſtiti, & ex geſtis per ipſum conſtat euidenter, ipſum in materia fidei deieraſſe pertinaciter. 4. Ex tenore verborum publicè per dictum Petrum de Luna in Conſiſtorio coram DD. Cardinalibus, & alijs Prælatis, videlicet quod credebat peccare mortaliter, ſi pro vnione fienda in Dei Eccleſia Papatui cederet, notoriè conſtat dictum Petrum hæreſim expreſſam pertinaciter dogmatizaſſe. 1408.

5. Ex proceſſibus geſtis, & actis per Petrum de Luna notoriè apparet ipſum propoſſe, proſequi illos, qui bono corde, & bona intentione euidenter laborarunt pro vnione fienda in dicta Eccleſia, & viam ceſſionis inſecuti ſunt. 6. Ex geſtis & peractis per D. de Luna apparet euidenter, viam Ceſſionis approbaſſe, & commendaſſe, & tanquam Eccleſiæ vtilem, & ſanctam prædicaſſe. 7. Ex geſtis & peractis per dictum Petrum de Luna apparet euidenter, quod ipſe, & ſui fautores conantur ponere nouum Schiſma in Dei Eccleſia. 8. Ex omnibus ſupra dictis, & alijs loco & tempore, vbi de iure oportebit, explicandis, euidenter apparet Petrum de Luna fore Schiſmaticum pertinacem, & non ſolum Schiſmaticum, ſed hæreticum & perſecutorem & perturbatorem pacis & vnionis Eccleſiæ. 9. Petrus de Luna non eſt nominandus Benedictus, nec Papa, nec Cardinalis, nec nomine alterius cuiuſquam dignitatis, nec ſibi eſt obediendum tanquam Paſtori Eccleſiæ, ſub pœna fautorij Schiſmatis. 10. Collationes, dicta, & facta & prouiſiones ſiue proceſſus à tempore dictæ litteræ quæ fuit tertio die menſis Maij anni elapſi, ad modum Bullæ factæ, & quæcumque per eum temporales & ſpirituales, explicitè vel implicitè in dicta littera contentæ, nullæ ſunt. 11. Dicto Petro, nec ſuis litteris, aut mandatis nullus poteſt, nec debet obedire, imò tenetur non obedire ſub pœna fautoriæ hæreſis & Schiſmatis. 12. In fautores, Receptores & defenſores dicti Petri ſuorumque & ſuarum litterarum eſt procedendum ſicut & contra dictum Petrum. 13. Quicumque fauorem, conſilium, & auxilium in Regno Franciæ & Delphinatu, & dominio Franciæ, dicto Petro pręſtauerint, euidenter crimen incurrunt læſæ Majeſtatis.

Quibus peroratis, ſurrexit magiſter vnus, & fecit ſequentes Requeſtas Regi, & Conſilio pro bono vnionis Eccleſiæ, & conſeruatione vnitatis regni & coronæ honore. Prima fiat informatio diligenter: circà iſtam litteram, capiantur & detineantur omnes reperti ſuggeſtores, & Receptores dicti Petri ſuorumque, & litterarum eiuſdem, pro puniendo & corrigendo iuxta exigentiam cauſæ, de quorum numero plures ſunt in iſto regno, quos Vniuerſitas loco & tempore, nominabit Regi. 2. Quod Rex nullam litteram recipiat à dicto Petro de Luna. 3. Præcipiatur Pariſienſi Vniuerſitati, vt prędicet per totum regnum in iſto facto. 4. Reuocentur Epiſcopus ſancti Flori, Decanus S. Germani Altiſiodorenſis & etiam Lupi, de Courcella, & puniantur iuxta tangens. 5. Declaretur prędicta littera iniurioſa, ſeditioſa, & Regis Majeſtatis offenſiua, cum proteſtatione, ad maiora procedendi, & explicandi coram illis, quibus de iure, loco, & tempore oportebit.

Quibus requeſtis, ibidem factis, illico fuit captus dictus Decanus, & iterum pręſentata dicta littera ad modum Bullæ facta, Domino Regi per vnum militem; quo facto ibidem Dominus Rex miſit eam Cancellario ſuo, pręcipiendo quod faceret illud quod iuris erat. Demum poſt idem Cancellarius prędicto militi, vt eam diuideret in duas partes. Quo facto, dictus Dominus Cancellarius in pręſentia omnium ibidem vnam partem tradidit D. Regi Ludouico & DD. de Sanguine & Conſilio qui erant à parte dextra Regis & aliam Partem tradidit DD. Prelatis, *Rectori & Vniuerſitati Pariſienſi*, qui erant à Parte ſiniſtra Regis eis dicendo; faciatis quod iuris eſt. Quo audito dicti DD. Partes dictæ literæ in fruſta minutatim diuiſerunt.

1408. » Demum poſt aliquod tempus ſeu aliquos dies Collegium Dominorum » Cardinalium ſcripſit Regi, & Dominis quod ipſi non conſenſerant in di- » cta Bulla, nec factum auoabant, imò deſauoabant & quantum in eis erat, » contradicebant. Demùm poſt fuit ordinatum per Regem & Conſilium » quod prima die Iulij immediatè futuri fiat & celebretur Pariſius Conci- » lium Generale Prælatorum, Vniuerſitatum & Principum totius Regni & » Delphinatus.

Prædicta igitur Bulla die 14. Maij porrecta; die 16. in Parlamento lecta, ſic enim legitur in Regeſtis.

Le Mercredy 16. May 1408. furent ceans publiées & leuës trois Lettres Royaux, par leſquelles le Roy veut tenir & maintenir les Egliſes & Prelatures de ſon Royaume en leurs franchiſes & libertez, en recours au liure des Ordonnances. Et à l'occaſion deſdites lettres a eſté preſenté au Roy vne Bulle par laquelle le Pape Benedic qui eſt l'vn des Contendans du Papat excommunia le Roy & Meſſieurs ſes Parens & adherens. Et le 21. ont eſté aſſemblés entre la ſalle du Palais.

Die nempe 21. menſis Maij eiuſdem anni Vniuerſitas obtulit Curiæ ſuas Concluſiones per M. Ioan. de Curta-coxa Doctorem Theologum, vt patet ex inſtrumento ſequenti è Curiæ Regeſtis extracto.

Du 21. May 1408.

» CE iour ont eſté aſſemblez entre la Salle du Palais & la Chambre du » Parlement & les grandes Galeries par bas ou grand Preau-parterre, » le Roy de Secile, Duc de Berry, Duc de Bourgongne & pluſieurs autres » Seigneurs, Ducs, Comtes, Barons, Cheualiers, Eſcuyers, Bourgeois, » Archeueſques, Eueſques, Abbés, Prelats, Religieux & Clergé & par » eſpecial L'VNIVERSITE' DE PARIS; & propoſa M. Iean Courte-cuiſſe » Maiſtre en Theologie publiquement en prenant pour Theme contre le » Pape Benedic qui auoit enuoyé vne mauuaiſe Bulle par laquelle il ex- » communioit le Roy, ſon Clergé & ſon Conſeil, qui auoient peine & pei- » noient & pourſuiuoient l'vnion de l'Egliſe, tant par ſubſtraction d'o- » beïſſance que de pecunes & de n'obeïr à luy ne à l'autre des Conten- » dans, *Conuertetur dolor eius in Caput eius.* Et aprés que ledit Maiſtre eut » propoſé 12. raiſons de la negligence dudit Benedic à l'vnion pourſuir & » auoir, & du mal & vice deſdites Bulles excommunicatoires, en mettant » conſequemment ſix Concluſions, a eſté requis par l'Vniuerſité que leſ- » dites Bulles fuſſent déchirées. Et à ladite Requeſte a eſté pris & empri- » ſonné Meſſire Guillaume de Gaudiac Docteur, Conſeiller du Roy ceans » & le Doyen de ſaint Germain de l'Auxerrois.

Concluſiones Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis præſentatæ per Magiſtros in Theologiâ.

1. PEtrum de Luna fore non tantùm Schiſmaticum pertinacemque habendum, verum etiam hæreticum, perturbatorem pacis & ſanctæ vnionis Eccleſiæ.

2. Petrus de Luna non eſt nominandus Benedictus, nec Papa, nec Cardinalis, nec nomine cuiuſcunque Dignitatis, nec ſibi obediendum eſt tanquam Paſtori, ſub pœnis fautorum Schiſmatis.

3. Facta, dicta, Concluſiones, prouiſiones ſiue proceſſu à tempore datæ litteræ ad modum Bullæ confectæ, inſuper pœnæ quæcunque ſpirituales, vel temporales explicitè, vel implicitè in dicta littera contentæ nullæ ſunt.

4. Dicto Petro, aut ſuis litteris, aut Mandatis nullus poteſt obedire, imò tenetur ſibi non obedire, ſub pœna fautorum Schiſmatis.

5. Dicta littera eſt de ſe iniqua, ſeditioſa & doloſa, fraudulenta, turbatiua pacis & offenſiua Regiæ Majeſtatis.

6. Contra Fautores & Receptores dicti Petri & ſuorum ſuarumque, litterarum

litterarum procedendum eſt, ſicut & contra dictum Petrum.

Sequuntur requeſtæ. 1408.

1. Quod laceretur & frangatur dicta littera ad modum Bullæ confecta, tanquam iniurioſa, ſeditioſa, fraudulenta, ac Regiæ Majeſtatis offenſiua, cum proteſtatione ad maiora procedendi fidem tangentia, ad explicandum prædicta coram quibus oportebit, loco & tempore.

2. Fiat informatio circa iſtam litteram; capiantur & detineantur omnes Suggeſtores, Fautores, Receptores, pro puniendo, corrigendo ſecundum Canones; de quorum numero plures ſunt in iſto Regno quos Vniuerſitas nominabit loco & tempore.

3. Quod à Rege præcipiatur Vniuerſitati filiæ ſuæ vt veritatem prædicet in iſto facto per totum Regnum.

4. Reuocetur Epiſcopus S. Flori à legatione & detineatur: inſuper detineatur M. Petrus de Courcella, Sancius Lupi & Decanus S. Germani Antiſſiodorenſis, & puniantur iuxta demerita. *Sigillatum ſigillo Vniuerſitatis prædictæ.*

Bullæ autem prædictæ traditæ ſunt Rectori & ab ipſo laceratæ: Continuoque captus Decanus S. Germani & carceribus mancipatus. Capti quoque Abbas San-Dionyſianus & alij nonnulli. Guido de Roya Archiepiſcopus Remenſis, Petrus Alliacenſis Epiſcopus Cameracenſis & alij Doctores iuſſi venire Lutetiam, venire non auſi ſunt timore periculi, metuque carceris. Scilicet ijs omnibus impingebatur crimen hoc, quod Benedicti mentem agnouiſſent de Excommunicando Rege, nec Regem admonuiſſent.

Inter ſuſpectos non legitur fuiſſe Gerſonius Cancellarius Vniuerſitatis Pariſienſis, quanquam ipſe palàm improbaſſe videatur, Facultatis Theologicæ Decretum ſupra relatum, in eo præſertim quod Benedictum Schiſmaticum & hæreticum vocet; vnde ille ſolemniter declarauit ſe prædictæ Facultati non adhærere, quò pertinere videtur ſequens eiu declaratio.

IN NOMINE S. & indiuiduæ Trinitatis, Ego IOANNES CANCELLARIVS indignus Eccleſiæ Pariſienſis, compellente me ſcientia mea abſque ſingularitatis præſumptione temeraria, ſed ex præuiſione periculorum veriſimiliter futurorum in fide & Chriſtiana Religione, ſi fierent aliqua de quibus eſt fama & formido probabilis; Dico & proteſtor coràm hac ſacra Theologiæ Facultate ea quæ ſequuntur.

1. Quod volo procedere ad vnionem Eccleſiæ in vniuerſali & particulari tanquam filius eiuſdem Eccleſiæ licet nouiſſimus. Et hoc non innitendo propriæ prudentiæ, ſed inſequendo Conſilium Regis & Regni pro mea facultate & vocatione, ac etiam deliberationem Generalis Concilij **huius obedientiæ finaliter exſpectando.**

2. Quod nolo reuocare in dubium, vel diſputationem ea quæ hactenùs facta ſunt maturo Conſilio Regis & Regni, tam ſuper adhęſione ad D. Clementem, & conſequenter ad D. Benedictum, ſicut inobedientes & Neutrales faciunt etiam in hac Vniuerſitate, quàm ſuper electione viæ Ceſſionis & ſuper ſubſtractione, an bene, vel male fuerit inſtituta.

3. Quia fama publica eſt quod aliqui *volunt deducere materiam præſentem ad hæreſim, vel Schiſma*, imponendo talia crimina D. Benedicto, & tendendo his medijs ad eius depoſitionem & forte conſequenter ad perſecutionem omnium ſibi adhærentium & adhæſurorum. Ego coactus conſcientiâ ſignifico quod iſtud nunc & aliàs apparuit mihi non neceſſarium, ſed penitùs inexpediens. Nam per hoc ſecundum videre meum & ſub correctione illius, vel illorum ad quos ſpectat autoritas, Schiſma præſens multiplicaretur & irremediabiliter, vt Schiſma Græcorum atque Latinorum radicaretur; diuiſio crudeliſſima & pernicioſiſſima in hoc Regno inter ſe & contra alios veriſimiliter oriretur. Periculum mutationis Regni & aliarum Dominationum ſuſcitaretur, ſubſtractio cum

1408. „ multis quæ hactenus factæ ſunt per Regem & Regnum in periculum ex-
„ probrationis ſaltem de facto reduceretur. Accuſatio multiplex odioſiſ-
„ ſima, turpiſſima & infamis per Accuſatos contra Accuſatores ſaltem fa-
„ cto reuerteretur. Et hæc latius offero me deducturum.

„ 4. Si fiat Accuſatio prædicta nomine Vniuerſitatis, vel Facultatis
„ Theologiæ, Ego minimus inter eos, ſed fidelis filius & zelator ſui hono-
„ noris, quia obligor ex officio prouidere ne Errores in Vniuerſitate pul-
„ lulent, proteſtor quod hoc neque fuit, neque eſt de conſenſu meo; quia
„ etiam nunquam fui præſens vbi hæc materia præ Facultate tractaretur,
„ cum tamen deberet, vel non proponi, vel ante propoſitionem cum ſum-
„ ma maturatione & diuturna deliberatione ventilari, multo amplius quàm
„ approbatio, vel reprobatio vnius dicti Scholaſtici; pro cuius tamen diſ-
„ cuſſione apponitur quandoque tractus anni vel biennij, quandoque to-
„ tum dimittitur indiſcuſſum. Asſerto denique quod dicitur pluries fuiſſe
„ ex parte Regis inhibita talis diſcuſſio per Facultatem facienda, & ſi op-
„ poſitum fuerit, quod auertat Deus, Ego pro liberatione animæ meæ in
„ in hoc ſeculo & in futuro apud Deum & homines, pro me & meis adhæ-
„ rentibus, & ad obuiandum prętactis inconuenientibus, quantum fas ha-
„ beo, proteſtor de opponendo me tempore & loco & medijs opportunis.

Factâ Neutralitatis promulgatione Rex vtriuſque obedientiæ Cardinales ſuis litteris rogat, vt locum eligant diuturno Schiſmati finem impoſituri. Tales autem ſunt litteræ datæ 21. Maij.

„ CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Egregiarum Circun-
„ ſpectionum viris & amicis noſtris Chariſſimis Cardinalibus ſe in Roma
„ gerentibus ſalutem & miſerandæ lachrimantique Matri omnium Eccle-
„ ſiæ condolere. Cognoſcitis abunde, ſi non fallimur, Dilecti & fideles
„ Amici Chariſſimi, quod in grauibus doloribus & anxietatibus ob duo-
„ rum nefandam ambitionem, qui diu de Papatu contenderunt, ſacro-
„ ſancta Eccleſia in dies magis affligitur, magis laceratur & concutitur. Vi-
„ dentes nunc miſerabilem ac horrendam, atque ex alto, niſi Deus perſpe-
„ xerit, ſubuerſionem, inde gemebundi & anxij viſcere tenus commoue-
„ mur, eius deſolationi piè condolentes, & eo magis quo ad conſolatio-
„ nem eius procurandam magis ex debito obligamur: ad quam rem per-
„ agendam quantos labores, quantas ſolicitudines in Concilijs celebran-
„ dis & Legationibus per Chriſtianum Orbem tranſmittendis poſtea ab
„ ineunte adoleſcentia Deo & vobis teſtibus adhibuimus, ſatis & ſæpè po-
„ tuiſtis attendere. Vt igitur vetera vobis notiſſima omittamus & nouiſ-
„ ſima capiamus, poſt multos varioſque labores circa viam mutuæ Ceſſio-
„ nis tentatos, poſt obitum illius qui apud vos Innocentius dicebatur, An-
„ gelum Corarium quem nunc Gregorium appellatis, in veſtrum Papam
„ ſub votis & juramentis de renunciando & cedendo Papatui elegiſtis; quo
„ electo ab eodem litteras accepimus continentes quod Petro de Luna, cui
„ tunc Papæ obediuimus, mortuo vel cedente, erat pro vnitate Chriſtia-
„ norum paratus iuri ſuo peruerſo renunciare & dictum Petrum de Luna,
„ vt ſimiliter ageret, per ſimiles literas hortatus eſt, cui ſuper hoc ſuas Bul-
„ las miſit. Tunc profectò magno & ineffabili gaudio exſultauimus quan-
„ do ambos de Papatu contendentes in eandem ſententiam in viam Ceſ-
„ ſionis conuenire; & totum mundum inde gaudere, & in noſtra proſecu-
„ tione eſſe vnanimem videbamus. Et vt à nobis conſolarentur, ſolemniſ-
„ ſimos noſtros & Eccleſiæ & Regni noſtri Ambaſſiatores in magno nume-
„ ro & notabili de noſtra intentione & voluntate ad plenum edoctos, pri-
„ mò ad dictum Petrum de Luna; deinde ad dictum Angelum tranſmiſi-
„ mus. Et quanquam apud eoſdem Contendentes per magna tempora
„ vnionem noſtro nomine proſequentes permanſerint, nihil tamen quod
„ Deo gratum, quodque mundo vtile eſſet, reportarunt ab eiſdem: ſed
„ annum & pluſquam annum in legationibus vnionis ad alterum deſtinan-
„ dis, in locis difficultandis, in coloribus, quibus pro ſua parte ad ſui

excuſationem quærendis conſumpſerunt, nec in orbe toto locum inue- " 1408.
nire valuerunt, vbi ſua vota ſuaque iuramenta adimplerent, vbi lugen- "
ti & deſolatæ Eccleſiæ pacem darent. Quis autem eorum malitiam, frau- "
dem, & iniquitatem clare non videat? Quis eoſdem turbatores pacis & "
impeditores vnionis non accipiat? Quis talibus de cætero obediret? Vio- "
lauerunt fidem, fregerunt votum, promiſſum non tenuerunt, & ſpon- "
ſam Chriſti ante pedes eorum videntes proſtratam, eidem manus eleua- "
trices quas faciliter exhibere poterant, denegarunt. O magnum & ſce- "
leſtum facinus! ô nefanda temeritas! ô talibus viris ad pacem Eccleſiæ "
dandam inter mortales obligatis indigna macula nunquam eorum de- "
lenda de frontibus, qui dum opportunitatem aſſequendæ pacis proſpe- "
xerunt quaſi pauidi, & vt exiſtimamus, ſuorum ſcelerum conſcij, ſe mu- "
tuò in præſentiâ ſuorum Collegiorum videre auſi non ſunt: verentes for- "
ſitan ne voluntas Altiſſimi quæ mentes hominum ſcrutatur & cuius ma- "
jeſtati manifeſta ſunt omnia, eorum fraudes & colluſiones, & errores "
longis incognitos temporibus in eorum pertinacia clareſcere faceret. "
Hæc & alia maiora vos ſcire arbitramur, & quantum zelum ad pacem Ec- "
cleſiæ habuerint, qualitérve proceſſerint, vnde elicere potuiſtis. Etenim "
ambo obſtinati ſunt & dura ſententia obfirmati vt Eccleſiæ pacem dare "
recuſent. Vos quibus ſpes obtinendæ pacis ob defectum & vitium eorun- "
dem relicta eſt, cogitamus, & cum inſtantia per Deum verum & immor- "
talem, per eius apperſionem ſanguinis, per eius ſi qua eſt vobis, fidei & "
Chriſtianæ Religionis integritatem & ad matrem Eccleſiam, miſericor- "
diam & pietatem requirimus & hortamur, vt dimiſſo dicto Angelo, vos "
in vnum locum conferatis & conuentionem cum noſtris Cardinalibus "
procuretis. Nam ſi locum in vnum conuenietis, non dubitamus quin in "
ipſorum contendentium contumacia & abſentia, attentâ rei neceſſitate, "
quæ in quantum ſubeſt legibus & Decretis Eccleſiæ prouiſum ſit, nec "
Decretis tantum & legibus, imò miſerandum neceſſitatis oculum ha- "
beatis. Quoniam cunctis caſibus futuris, & maximè tanto caſu inopina- "
to inſperatoque non valuerunt Decreta, ſi opus eſſet, prouidere. Nec "
exiſtiment aliqui quod propter longas dilationes & diras fatigationes "
reſilire ac à noſtro propoſito deſiſtere debeamus; qua in re perficienda "
eò feruentiores efficimur, quò magis res eadem in longas moras & dila- "
tiones protrahitur. Si verò huiuſmodi noſtræ rogationi pariter & requi- "
quiſitioni adquieueritis, noſtrum auxilium, conſilium, noſtras opes, no- "
ſtrum Regnum, noſtraque omnia vobis non denegabimus: imò vos om- "
nes & vos ſingulos omni honore gratiæ & fauore & Eccleſiam Sacro- "
ſanctam obſequio, adiutorio & honore amplectemur. De ceteris verò "
quæ circa hæc gerenda ad caſum veſtræ conuentionis & noſtram volun- "
tatem atque affectionem continent, Dilectos & fideles Conſiliarios & "
Ambaſiatores noſtros, **Patriarcham Alexandrinum & alios Collegas** "
ſuos, nunc apud vos gratia perſequendæ pacis Eccleſiæ exiſtentes, in- "
ſtruiad plenum volumus, quorum dictis fidem velitis indubiam adhibe- "
re, & requeſtis per eos vobis pro parte noſtra faciendis totis conatibus "
attendere. Datum Pariſijs an. Domini 1408. die 22. Maij. "

Ad idem Collegium ſcripſit etiam Vniuerſitas Pariſ. vt patet ex litte-
ris ſequentibus.

Littera Vniuerſitatis directa Collegio Cardinalium.

REVERENDISSIMIS Patribus ſe pro cœtu Cardinalium gerentibus ſa- "
lutē. Cum iam prope eſſet, Reuerendiſſimi Domini, vt ex miſerrima "
calamitate Eccleſia mater emergeret, ab ipſis de Papatu contendentibus "
orta ſunt, vel difficultatis, vel impoſſibilitatis obſtacula, & in homines "
aut veros, aut fictos mox irrupit fœda defectio. Vnde tam graues "
rumores excitati ſunt vt iam nihil veri, nihil ſancti, nullus Dei metus, "
nullum Iuſiurandum, nulla Religio ineſſe contendentibus de Papatu "

1408. „ prædicaretur. Concluſiones etiam inter ſe mutuò habitæ clamant, quod „ ſiue pro tanto ſcelere ſit ſatis compertum, ſiue adhuc aliqui hæſitent, „ nullus tamen apud Nos in dubium reuocat, quin ambo contendentes „ peruerſa & ambitioſa mente diuiſionem hanc peſtiferam hactenus pro- „ duxerunt. Idcirco ad vos hoc modo tota cauſa redit vt conuenientibus „ Collegijs relictiſque Contendentibus vnum ſummum Pontificem toti „ mundo cum optata pace donetis: ſuper quo ſacro Collegio Cardinalium „ Partis noſtræ modo ſequenti ſcripſimus. Quod fuit optandum maximè, „ Reuerendiſſimi Patres! & quod vnum ad Schiſma peſtiferum & Eccleſiæ „ deſertionem ſedandam maximè pertinebat, id non humano conſilio, ſed „ propè diuinitùs datum & oblatum nuper fideli populo oblatum videba- „ tur: tum propter vota Angeli Corrarij, iuramenta, promiſſaque, tum „ quod ea nobis vrgentibus, Petrus de Luna recuſare poſſe non videretur. „ Itaque iam dies pacis & lætitiæ dicebatur affulſiſſe: audiebamus labores „ veſtros & diligentias; & pacem animis complecti iam apparebant. Sed „ dilationibus, verbis, & diſceptationibus ſuis duo de Papatu contenden- „ tes, vt non ab ambitioſo potentatu diſcederent, huc vſque diuiſionem „ S. Matris Eccleſiæ & ignominioſam deſolationem produxerunt, vt du- „ bium eſſe non arbitrentur Petri Cathedram prope Eccleſiam, non Ec- „ cleſiam propter ipſius principandi rationem diuinitùs ordinatam. Ne- „ que adducere volumus in diſceptationem quod diſtricta ratione pro qua- „ litate temporis ſic contendentes ad pacem dandam viâ Renunciationis „ obligati videantur; ſed potius quomodo diuini Iudicij ſeueritatem pote- „ runt effugere, qui neque naturalis, neque humani, neque diuini Iuris „ rationi obtemperarunt, ſed pro votis proprijs, iuramentis & palliationi- „ bus toti requirenti mundo & poſcenti Eccleſiæ ſatisfacere noluerunt. „ Eos itaque de vnitate militantis Eccleſiæ malè ſentire iudicabit poſteri- „ tas. Hîc Reverendissimi Patres, ſuperfluum putaremus referre „ quoties requiſitæ fuerunt dilationes, refutationes & illuſiones quibus „ iam orbem fatigauerunt, quod vos ibi ea cognouiſtis. Nullus in Europa „ locus aptus, nullaque dies anni conueniens ipſius viſa eſt ad pacem Ec- „ cleſiæ dandam. O vehementem pertinaciam! ô fidem, ne dicatur debi- „ litatem, ſed tandiu deperditam! membra ſe dicunt Eccleſiæ, vel capita „ quam hoſtili gladio perſequuntur. Abſit vt hoſtes Eccleſiæ dicantur pars „ Eccleſiæ; inimicus Chriſti dicatur Vicarius Chriſti. Credimus neminem „ tam improbum, tam proditum, tamquam eorum ſimilem inueniri poſſe „ qui poſt hoc eos defendendos arbitraretur, niſi forſitan is fuerit quem „ eadem infauſti Schiſmatis cogitatio in damnatam hæreſim demerſerit. „ Idcirco Reuerendiſſimi Patres, Eccleſia tota clamitans ſuis querelis „ emiſſis vos hortari videtur, eſſe veſtrarum Inſtitutionum memores, nunc „ magno & conſtanti animo viam ſumere ad amborum Collegiorum con- „ uentionem: vos rogat etiam viros illos dimittere, qui nedum ipſam di- „ miſerunt, **ſed plagam ſibi ſuper plagam appoſuerunt.** Alterius Collegij „ Domini perſuaſi ſunt conuenire vobiſcum, nolite recuſare S. Matri, „ quia ſalus veſtra clauditur. Hunc extremum laborem exhibere non ſeue- „ rè, non acerbè petit Eccleſia quod petere poſſet. Nam videte quibus „ dicit Eccleſia, vos enim pacem ademiſtis, pacem reddite: in diuiſionibus „ me laceraſtis, & creſcit in dies ſingulos dolor meus: reducite vnitatem „ & conſolationem & eritis alumni: ſi filij vultis appellari, præbete ſub- „ ſidium alumnorum & filiorum obſequium; nec ſceleratiſſimos hoſtes „ ſectamini, quoniam qui eos ſecuti ſunt, aduerſarij mei ſunt effecti. Ama- „ ra eſt hæc precatio, ſed certè pro morbo & veritate non incongrua: „ multò tamen mitius Reuerendiſſimas Paternitates obſecrat & obteſtatur „ pia mater: ſupplex enim pandit morbum, panditque vulnera ſua: rogat „ tam tetram tamque horribilem, ac tam ſibi infeſtam peſtem derelinqui „ & expelli, atque eius fautores protinus euerti: obteſtatur vos per aſper- „ ſionem Sanguinis Chriſti Ieſu, ſui miſereri, & indilatè ſuccurrere. Nos „ verò in eaſdem preces mittentes vota noſtra, qui nihil intentatum

relinquere debemus quod cauſæ Dei ſuffragari credimus, veſtras Re- " 1408.
uerendiſſimas Paternitates hortamur & hortando ſupplicamus, vt reli- "
cto Petro de Luna cum DD. alterius Collegij conueniatis, pacem & "
vnum ſummum Pontificem fideli populo daturi & Contendentium indi- "
gnitatem, duritiem & pertinaciam declaraturi: ferte nunc opem qui "
ipem dediſtis: & penſetis quanti pondus Negotij ſuper vos deſcendit. "
Nam ſpes omnis pacis abunde in vobis poſita eſt: agite igitur vt à vobis "
primum decus exeat: non exſpectetis donec alterius Collegij Domini "
glorioſiſſimis meritis vos pręueniant: non enim eſt obſcurum quoniam in "
tanta re vos prædicet & ſequatur vniuerſus orbis: nec ex hoc deerunt "
vobis auxilia, dum tamen aſſit animi curæ diligentia. In hoc etiam pol- "
licemur graues & aſſiduos labores noſtros, in quo Legatos noſtros pro "
nobis audire dignemini. Denique media ex medijs inueniemus quibus "
pernicies Schiſmaticorum poterit coërceri, & per vos compoſita pace, "
vel præſto priſcum laborem reſumere poſſit Eccleſia. Beatæ Pacis au- "
ctor dirigat Reuerendiſſimas Paternitates veſtras. Cum igitur veſtris "
laboribus Pax Eccleſiæ plurimum prouecta ſit, vltimò cauſâ præmij vos "
hortamur obteſtantes per fidem Chriſtianam vt relictis contendentibus "
qui huic rei ſuper animi corporiſque vires adeſſe deberent cum DD. "
Cardinalibus noſtræ partis celeriter conueniatis ad vnum ſummum Pon- "
tificem populo concorditer eligendum: ſuper quo legatos noſtros etiam "
pro nobis audire dignemini quæ aſſeuerauerint, aut pollicitauerint, in "
dubium non reuocantes. Altiſſimas Paternitates veſtras dirigere digne- "
tur in viam pacis. Scripta Pariſius in Congregatione noſtra Generali "
apud S. Mathurinum ſuper hoc ſpecialiter congregata die 29. Maij, anno "
Domini 1408.

Veſter Rector & Vniuerſitas
ſtudij Pariſienſis.

Præterea Rex neutralitatem quam anno ſuperiori diximus fuiſſe concluſam, patentibus litteris confirmauit, quæ tales ſunt.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY, &c. A tous Ceux, &c. " NEVTRA-
Comme par Nos autres lettres deſquelles la teneur s'enſuit, Char- " LITAS
les, &c. Comme depuis qu'il a pleu à Dieu, &c. vt ſuprà. Nous voyans " PROMVL-
& connoiſſans euidemment que pour les grands prouſits, plaiſirs & hon- " GATA.
neurs temporels que les deux Contendans du Papat & leurs Predeceſ- "
ſeurs, & dont en noſdites precedentes lettres eſt fait mention, ont eu par "
l'obeyſſance qui depuis le commencement du Schiſme a eſté donnée, "
faite & preſtée auſdits contendans, ils ont eſté & ſont remis & negligens "
de mettre Paix & vnion en noſtre Mere S. Egliſe, ainſi que faire le de- "
uoient pour le bien de la Chreſtienté. Et Voulans à ce obuier de noſtre "
part euſſions par tres-grand' & meure deliberation de conſeil de plu- "
ſieurs de noſtre ſang & lignage, Prelats, Barons, Docteurs & autres ſa- "
ges & prud'hommes de noſtre Royaume à ce appellez par deuers Nous, "
ayans Dieu ſeulement & le ſalut de leurs Ames deuant les yeux, con- "
clud & determiné que ou cas que dedans le iour de l'Aſcenſion de noſtre "
Seigneur derrain paſſée, n'auons vnion en noſtredite Mere ſainte Egliſe, "
& vn ſeul, vray, & ſans doute, Pape & Paſteur de l'Egliſe vniuerſelle, "
Nous, le Clergié & autres Grands & Subjets de noſtre Royaume, & auſſi "
de noſtre Dauphiné de Viennois, ſerions Neutres & ne ferions, preſte- "
rions & donnerions, ne ſouffririons par aucuns de nos ſubiets eſtre don- "
née dés-lors en auant aucune obeyſſance à l'vn ne à l'autre d'iceux deux "
Contendans qui tiegnent & occupent ledit Eſtat, iuſques à ce qu'il y ait "
vn ſeul vray & ſans doute Pape & Paſteur de l'Egliſe vniuerſelle, comme "
dit eſt. Et ſoit ainſi que ladite feſte ſoit paſſée, ſans ce que nous ayons "
ladite vnion en noſtredite Mere ſainte Egliſe. Sçauoir faiſons que nous "
conſiderans les choſes deſſuſdites & autres pluſieurs cauſes & conſide- "
rations qui ſur ce ſont à conſiderer, & voulans & deſirans ſur toutes "

» choſes comme vn vray Catholique & bon Chreſtien le doit faire, l'auan-
1408. » cement & abregement de ladite vnion, & oſter, à noſtre pouuoir, les em-
» peſchemens continuels. Euë ſur ce tres grande & meure deliberation
» de Conſeil auec pluſieurs de noſtre Sang & lignage & Sages & Notables
» perſonnes, tant de noſtre grand Conſeil comme autres, & tant Clercs,
» comme Laïs: Et en approuuant & corroborant noſdites autres lettres cy-
» deſſus tranſcriptes, & toutes & chacunes les choſes en icelles contenuës:
» Auons auiourd'hui cõclud & determiné, & par la teneur de ces preſentes,
» de noſtre certaine ſcience & pleine puiſſance, concluons & determinons
» que Nous & tout noſtre Peuple & ſubiets de noſdits Royaume & Dau-
» phiné eſtre neutres & que doreſnauant ne ferons ou donnerons, ne ſouf-
» frirons par aucun de noſdits Subiets eſtre fait ou donné ores ne ou temps
» aduenir aucune obeyſſance à l'vn ne à l'autre deſdits deux Contendans,
» ne autre de leurs Succeſſeurs qui tiegne ou occupe ledit Eſtat, iuſqu'à
» ce qu'il y ait vn ſeul, vray & ſans doute Pape & Paſteur de l'Egliſe vni-
» uerſelle, comme dit eſt. Si donnons en mandement par ces preſentes:
» A nos Amez & Feaux les Gens tenans Parlement à Paris, & qui tien-
» dront ceux auenir, & tous nos Baillifs, Seneſchaux, Vigniers, Iuges,
» Preuoſts & autres Iuſticiers & Officiers ou à leurs Lieutenans & à cha-
» cun d'eux qui ſur ce ſera requis, que nos preſentes Concluſion & Deter-
» mination publient ou faſſent publier incontinent ces lettres veuës, par
» tous leurs Sieges & Auditoires & ailleurs par toutes les Villes & lieux
» notables de noſdits Royaume & Daulphiné où l'on a accouſtumé és
» temps paſſez faire publications & cris ſolemnels, & ce à voix de Trom-
» pe & autrement en la meilleure forme & maniere que faire ſe pourra:
» & tellement que de ce nul ne doye ou puiſſe pretendre ignorance. Et
» icelle Concluſion & Determination faſſent tenir & garder de point en
» point ſelon leur forme & teneur ſans infraction aucune par tous nos
» ſubiets & autres demourans en noſdits Royaume & Daulphiné, de quel-
» que eſtat & condition qu'ils ſoient, & tant d'Egliſe que Seculiers. Et
» les Tranſgreſſeurs ou venans à l'encontre directement ou indirectement
» en quelque maniere que ce ſoit ou puiſt-eſtre, puniſſent ou faſſent punir
» en corps & en biens ou autrement ſelon exigence des Cas, & tellement
» que noſtre honneur y ſoit gardé & que tous autres y preignent exemple.
» De ce faire vous donnons pouuoir, authorité & mandement eſpecial,
» Mandons & commandons à tous nos Subiets tant d'Egliſe, comme Se-
» culiers demourans ou Beneficiez en noſtredit Royaume & Daulphiné,
» ſur peine de corps & de biens & de banniſſement de noſdits Royaume &
» Daulphiné, que à noſdits Officiers & à chacun d'eux & à leurs Commis
» & Deputez és choſes deſſuſdites, circonſtances & dependances d'icelles,
» obeyſſent & entendent diligemment comme à nous & donnent conſeil,
» confort & aide ſe métier eſt & requis en ſont: Car ainſi le voulons & nous
» **plaiſt eſtre fait, nonobſtant quelconques oppoſitions ou appellations**
» faites ou à faire, lettres impetrées ou à impetrer à ce contraires. En
» teſmoin de ce auons fait mettre noſtre ſéel à ces preſentes. Donné à
» Paris le 25. iour de May, l'an 1408. Et le 28. de noſtre Regne, ainſi ſigné
» par le Roy, &c.

Et quia Benedictus aduerſus Vniuerſitatem Pariſ. Bullas nonnullas emiſerat, quibus falſò eam criminabatur, ſeditioniſque accuſabat, Rex eam ab omni probro & contumeliâ literis patentibus vindicauit, palamque ſignificatum voluit, ſuo iuſſu omnia præſtitiſſe Vniuerſitatem quæcunque in præſentem materiam deliberaſſet. Sequuntur igitur litteræ.

» CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A nos
» Amez & Feaux Conſeillers, les Gens tenans noſtre preſent Parle-
» ment & qui pour le temps auenir le tiendront, Salut & dilection. Com-
» me pour cauſe & occaſion de la pourſuite que Nous de tout Noſtre
» pouuoir faiſons & entendons faire pour l'vnion de noſtre Mere ſainte

Egliſe qui tant longuement a eſté & demoure en Schiſme & diuiſion. " —
Pierre de Lune derreinement éleu en Pape euſt enuoyé & fait n'agueres " 1408.
preſenter à Nous & à aucuns de noſtre Sang & lignage aucunes fauſſes "
& iniurieuſes & damnables Eſcritures en maniere de Bulle par leſquel- "
les il s'eſtoit efforcé & enhortoit de fulminer Sentences d'excommunie- "
ment & autrement à l'encontre de Nous, de ceux de noſtre Sang & li- "
gnage & de noſtre Royaume. En ſoy efforçant de nous, nos deuant dit "
Sang, lignage & Royaume iniurier, vituperer & deshonorer; Et pour "
icelles fauſſes iniurieuſes & damnables Eſcritures reprimer & annuller "
Noſtre tres-chere & amée Fille l'Vniuerſité de Paris, euſt fait publiquement "
propoſer en la preſence de Nous & de nos tres-chers & tres-amez oncles "
& couſins le Roy de Sicile & Ducs de Berry & de Bourgogne, les Com- "
tes de Mortaing & de Neuers & pluſieurs autres de noſtre Sang & ligna- "
ge, Prelats, Barrons, Cheualiers & autres Gens notables, pluſieurs gran- "
des Concluſions concernant & regardant le bien & honneur de noſtre- "
dite Mere ſainte Egliſe, de Nous & de noſtredit Royaume. Entre leſ- "
quelles euſt eſté dit & montré, que Nous & Ceux de noſtredit Royaume "
& Dauphiné, ne deuions ne ne pouuions obeïr aucunement à quelcon- "
ques Bulles ou lettres que ledit Pierre de Lune euſt faites ou fait faire "
pour dons de Prelatures, Dignitez, Benefices ou autrement depuis la "
date deſdites fauſſes iniurieuſes & damnables Eſcritures qui auoient "
eſté données le 19. May 1407. ſi comme l'on dit. Et leſquelles choſes "
euſſent eſté aduiſées & encores nous aient eſté & ſoient remonſtrées & "
conſeillées par pluſieurs de noſtredit Sang & lignage & de noſtre Con- "
ſeil que ainſi faire le deuons. Sçauoir, vous faiſons, que Nous voulans du "
tout eſcheuer à noſtre pouuoir les maux, eſclandres & inconueniens qui "
pource pourroient enſuir en faiſant le contraire des choſes deſſuſdites, "
mais icelles tenir & garder entierement: Vous mandons, commandons "
& expreſſement enioignons que à quelconques Bulles ou lettres don- "
nées depuis la date deſdites fauſſes, iniurieuſes & damnables Eſcritures, "
qui doreſnauant vous ſoient preſentées & enuoyées, Vous ne obtempe- "
rez ou obeyſſiez ne ne les receuiez; ſoit pour Prelatures, Dignitez, Be- "
nefices ou autrement, ne ne ſouffrez eſtre obey ou obtemperé en aucu- "
ne maniere: Mais cette preſente noſtre ordenance voulenté & man- "
dement faites obſeruer & garder ſans enfraindre. Et s'il y a aucuns qui "
ſe ingerent ou veulent ingerer de preſenter ou vouloir preſenter aucu- "
nes Bulles ou lettres d'iceluy Pierre de Lune pour les vouloir mettre au- "
cunement à execution contre noſtre preſente voulenté que en ce cas "
incontinent vous dechiriez icelles Bulles ou lettres qui vous ſoient pre- "
ſentées, en vous tenant ſaiſis des perſonnes de Ceux qui icelles Bulles "
ou lettres vous auroient preſentées. Et en les puniſſant tellement que "
ce ſoit exemple à tous autres. Donné à Paris le 6. iour de Iuin, l'an de "
grace 1408. & de noſtre regne le 28. "

Et Quia Buſicaldo Gubernatori Genuæ mandatum à Rege fuerat, vt ſi commodè poſſet, Benedictum comprehenderet, nec alio ſe conferre permitteret, ille his auditis clam & inexpectatâ fugâ è Portu Veneris vbi commorabatur ad Illiberitanum Catalauniæ appulit, & relictâ Galliâ deinceps in Hiſpania ſedit; antequam verò abiret, Gregorium menſe Iunio monuit per litteras, ſe quanquam recederet, inque locum tutiorem ſeſe recipere cogeretur, nihilominus ſemper fore paratum ad vnionem perficiendam. Gregorius, his litteris acceptis, 20. Iunij alias quoque excuſationes publicauit. Quas vtriuſque Pontificis fugas & colluſiones cum viderent Cardinales vtriuſque partis, inter ſe inuicem per litteras collocuti conſtituunt celebrare Concilium & vtrumque deponere. Itaque Gregoriani Cardinales Liburni in Etruriâ tunc commorantes excitati litteris Regis & Vniuerſitatis datis menſe Maio, quas ſupra retulimus, ſuas ad vniuerſos Chriſti fideles dant 1. die Iulij, ſignificantque ſuum de celebrando Concilio conſilium. Cardinales Benedictini

eodem loci conueniunt, & omnes communicato Conſilio edicunt pu-
1408. blicis litteris datis 14. Iulij Concilium celebrandum Piſis ad feſtum An-
nunciationis B. Virginis, ſcilicet 25. Martij an. 1409. inuitantque ad il-
lud omnes Prælatos, & Doctores, Reges quoque ac Principes. Quarum
litterarum inſcriptio hæc erat.

„ MISERATIONE diuina Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi S. R. E.
„ Cardinales nunc in loco Liburni Piſanæ Diœceſis commorantes,
„ vnà cum Collegio Reuerendiſſimorũ in Chriſto Patrum in parte alia Car-
„ dinalium Nominatorum, pro Nobis & alijs Reuerendiſſimis in Chriſto
„ Patribus DD. Cardinalibus pro nunc abſentibus Nobis adhærentibus,
„ & adhærere volentibus in hac parte, Venerabili Patri, &c. vel Sereniſ-
„ ſimo Regi. vel *Vniuerſitati ſtudij Pariſ.* Salutem & promptum habere af-
„ fectum ad pacem & Eccleſiæ Vnitatem procurandam, &c. Similiter ad
vtrumque Pontificem ſcripſerunt, hortatique ſunt vt vel ipſimet ſe ſiſte-
rent, vel ſuos Procuratores ad Concilium mitterent.

Tales vero ſunt ad Vniuerſitatem litteræ.

„ MISERATIONE diuina Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi P. S. Rom.
„ Eccleſiæ vtriuſque Collegij Cardinales venerabilibus & Doctiſſi-
„ mis viris *Rectori cæteriſque Magiſtris ſacræ Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis*,
„ ſalutem. Super ſtatu atque conditionibus præſentium rerum & ſpe iam
„ iam infirma parte repoſita Reipub. reformandæ tollendique diſſidij de
„ medio Campo Orthodoxæ fidei, Scribimus quantum pro nunc velocitas
„ rerum patitur, Chriſtianiſſimo D. Regi Francorum in hæc verba.

„ CHRISTIANISSIMO ac Sereniſſimo Principi D. Carolo Francorum
„ Regi, veſtri Epiſcopi, Preſbyteri & Diaconi S. Romanæ Eccleſiæ
„ vtriuſque Collegij Cardinales ſalutem in eo per quem Reges regnant &
„ diſperſiones Iſraëlis congregare. Certi ſumus deuotionem veſtram non
„ latere progreſſum amborum Dominorum Contendentium de Papatu,
„ neque ignorare ex veſtris accuratiſſimis ſtudijs, quibus oſtenſionibus,
„ palliationibus, quibuſve operibus aut affectibus, & ad quem exitum
„ cauſa vnionis Eccleſiæ ſanctæ Dei ab eiſdem Contendentibus finaliter
„ ſit perducta, imò quod non ſine dolore reuoluimus, niſi de medio oc-
„ curratur, nunquam magis prope in exitium coarctata. Nos itaque quo-
„ rum ex vtraque parte præ cæteris maximè in hac rerum vertigine &
„ ſupremo animarum periculo intereſt rebus tam grauibus obuiare, v-
„ trinque decreuimus Spiritu ſancto dictante in vno loco pro ſummo re-
„ medio conuenire, vt ſicut iam mutua noſtrorum vota in vnum aſpira-
„ bant, illud palàm cum expreſſione operis atque pro viribus demon-
„ ſtraremus. Eo igitur Spiritu ſancto agente, annuit Deus pijſſimis votis
„ noſtris, vt quod mente conceperamus, repente cum multorum admira-
„ tione impleremus; venimus namque ad hanc terram Celſitudinis veſtræ,
„ & in ſumma pauculis diebus intermiſſis, ita in omni agendorum materia
„ dictæ vnionis attingendæ conuenimus, ita concordes tanquam ex vna
„ mente per omnia ad rem ipſam perficiendam percuſſi, vt diuinum potius
„ quàm humanum fuerimus arbitrati. Rebus autem, Sereniſſime Princeps,
„ ſic ſtantibus vt præfertur, litteras veſtras Regales cuilibet noſtrum Col-
„ legio directas accepimus gaudenter; tum quia ex illis cognouimus circa
„ cœpta veſtram laudabilem perſeuerantiam huic ſancto operi non deeſſe,
„ tum etiam potiſſimè quia noſter affectus cum veſtro non diſcrepat. Et
„ quod Regia Majeſtas nobis per ſuas litteras ſuadebat, iam fere opere
„ com pleuiſſe, provt per ea quæ D. Patriarcha Alexandrinus Conſilia-
„ rius veſter, qui abhinc infra breue recedet, particulariùs explicabit, ve-
„ ſtra Regia Majeſtas agnoſcet quam ille conſeruare dignetur, cuius, &c.
„ Et quia ex præmiſſis licet pauculis pro præſenti attendere poteritis,
„ quantum materiæ de qua agitur, ad ſummum eius diuinis potiùs quàm
humanis

humanis conſilijs dirigatur, & per dictum D. Patriarcham alioſque Collegas redeuntes ad propria ob eandem cauſam poteritis informari. Nihilominus quia interea poſſunt multa ad opus dictæ materiæ vobis ſollicitantibus procurari, hortamur igitur vos, quatenus circa illa velitis pro viribus inſiſtere, iuxta quod per litteras Ambaſſiatorum Regiorum hîc exiſtentium eritis medullitus informati. Datum in villa de Liburno Piſanæ Diœceſis, ſub ſigillis noſtrum ſex vtriuſque Collegij Prioris, vltima die menſis Iunij an. Domini 1408. 1408.

Accepit quoque Vniuerſitas circa id temporis litteras à Rege Hungaro, quarum exemplar Gallicè verſum legitur apud Monſtreletium his verbis.

A Venerables, Saiges & Prudens hommes le Recteur & Vniuerſité de l'Eſtude de Paris, nos Deuots & Amez, Nobles hommes & tres-renommez en Sciences, &c.

Interim Cardinales qui à Gregorio defecerant, litteris ad vniuerſos Chriſti fideles datis certum faciunt ſe neutrius partis deinceps fore, donec vterque Pontifex ceſſerit. Idem præſtant Cardinales Benedictini, ſuis litteris patentibus datis ſimiliter 1. Iulij. Poſtea vtrumque Collegium ſigillatim ad ſuum Pontificem ſcripſit die 14. eiuſdem menſis, & ad Concilium Piſanum vocauit. Item dant ad ſuæ obedientiæ Prælatos litteras, vt ſimiliter Piſas ſe conferant Concilium celebraturi & de vnione Eccleſiæ ſimul acturi. Id vero factum, dum Legati Regij & Vniuerſitatis Liburni adhuc commorabantur; ſic enim Collegium Cardinalium Benedictinorum in fine litterarum ſcribit. *Datum & Actum in loco Liburnij ſupradicto, in Clauſtro Eccleſiæ dicti loci, præſentibus R.R. in Chriſto Patribus DD. Dei gratia Simone Patriarcha Alexandrino, Adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Carcaſſonenſis, Petro Epiſcopo Meldenſi, ac venerabilibus & circunſpectis viris MM. Roberto de Queſneyo Doctore, Ioanne Franciſci Licentiato in Decretis, & Ioanne Petri Magiſtro in Medicina teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Fulminat vterque Pontifex. Benedictus auditis ijs quæ in Francia geſta fuerant & gerebantur, Perpinianum ſe confert cum pauculis ſuorum. Rex protinus dat ad Regem Arragonum litteras, rogatque ne patiatur prædictum Benedictum vllibi in Regno ſuo Concilium celebrare: quæ litteræ leguntur in 6. tom. Spicilegij Dacheriani.

Porro cum idem Rex ſubſtractionem promulgari paulò antè curaſſet, conuocauit deinde Prælatos Eccleſiæ Gallicanæ ad Concilium, cum ijs acturus de modo diſponendarum & adminiſtrandarum Eccleſiæ rerum, pendente & durante neutralitate. Conueniunt ergo ex omni Regni parte Prælati Lutetiam & ab 11. Auguſti ad 5. Nouembris variæ rationes agitantur. **Huic Concilio præſedit Ioannes de Montagu Archiepiſcopus** Senonenſis. Miſſam celebrauit Archiepiſcopus Toloſanus, vt ſcribit Monſtreletius. Quâ celebrata, concionem habuit, ſeu ſacrum ſermonem M. Ioannes Breuis-coxæ Doctor Theologus, aſſumpto hoc Themate *Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.* Ad Rom. 4.

Die 20. Auguſti Sanctius Lupi & Nuncius Benedicti qui Bullas Regi Regnoque iniurioſas attulerant, quique in carceribus Luparæis detinebantur, adducti ſunt ad Palatium Forenſe, ingenti nominis ſui infamiâ; rem ſic narrat Monſtreletius.

Entre temps que ces choſes eſtoient dites & faites M. Sauſſien & le Meſſagier de Pierre de la Lune qui auoit apporté les Lettres deſſuſdites au Roy, tous deux Arragonois, mitrez & vétuz d'habillemens où eſtoient figurées les Armes d'iceluy Pierre de la Lune reuerſées, furent amenez moult honteuſement & deshonneſtement ſur vn bannel du Louvre en la Cour du Palais; & preſtement emprés le marbre au pied des degrez fut vn Eſchauffaudis leué, ſur lequel tous deux furent mis & montrez moult longuement à tous ceux qui veoir les vouloient, & auoit eſcrit eſdites mitres CEVX SONT DESLOYAVX A L'EGLISE ET AV ROY,

1408. *& après furent ramenez au Louvre ſur ledit Bannel comme deſſus. Et le lendemain s'aſſembla le Conſeil au Palais où eſtoit preſent, ou lieu du Roy, le Chancelier de France. Auquel lieu M. Vrſin Tailleuande natif de Normandie Docteur en Theologie tres-renommée propoſa pour l'Vniuerſité de Paris & prit ſon Theme du 100. Pſalme*, Fiat pax in virtute tua. In Actis Curiæ ſic quoque legitur ad diem Lunæ 20. Aug.

AVioud'huy entre dix & onze heures, les Prelats & Clergé de France aſſemblez au Palais ſur le fait de l'Egliſe, ont eſté amenez Maiſtres Sance-Loup né du pays d'Arragon, & vn cheuaucheur du Pape Benedic, qui fut né de Caſtille, en deux Tombereaux, chacun d'eux veſtus d'vne Tunique de toile peinte, où eſtoit en bref effigiée la maniere de la preſentation des mauuaiſes Bulles, dont eſt mention le 21. May cy-deſſus, & les armes dudit Benedic renuerſées, & autres choſes, mitrez de Papier en leur teſte, où auoit eſcritures du fait, depuis le Louvre, où eſtoient Priſonniers, auec pluſieurs autres Prelats de ce Royaume, & autres gens d'Egliſe, qui auoient fauoriſé auſdites Bulles, comme l'on dit, iuſques en la Cour du Palais, en moult grande Compagnie de gens à trompes: & là ont eſté eſchaffaudez publiquement, & puis ramenez audit Louvre par la maniere deſſuſdite.

Sed tota hæc hiſtoria fuſius deſcribitur in ſequenti Excerpto ex Hiſtoria quadam ſpeciali quam Monachus San-Dionyſianus de vita Caroli VI. compoſuit, quique huic ſpectaculo præſens interfuit.

„ IN Regali Conſilio cum de Regio ſanguine procreati triduo delibe-
„ raſſent ſuper oblatis literis, *ex Vniuerſitate Pariſ. affuerunt nonnulli Do-*
„ *ctores excellentes & Magiſtri*, qui latores, conſultores & Conditores ipſa-
„ rum dignum ducentes perquiri, vt noxij læſæ Majeſtatis Regiæ, eas re-
„ putauerunt iniquas & reprobandas, poſcentes vt id rationibus publicè
„ demonſtrarent in diem ſequentem Lunæ audientia conceſſa ad Came-
„ ram Minorem Regalis Palatij, cum Cleri innumerabili ferè multitudine,
„ ſicut Condictum fuerat, conuenirent, & in præſentia Regum Franciæ,
„ & Siciliæ, & Bituriæ, Burgundiæ, & Borbonij Ducum, Comitum ac
„ Baronum in dextra, ac Prælatorum in Læua Conſidentium, cum *Rector*
„ *in Eminenti Pulpito in medio Curiæ, & ante faciem Regis Conſtitutus* Magi-
„ ſtrum Ioannem Breuis-coxæ euocaſſet, ſibi inſtantis negotij commiſit
„ propoſitum. *Qui contra Petrum de Luna ætherej Citharistæ verbum ſumens.*
„ *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcen-*
„ *det*, Bullas eius iniquas & damnabiles vocans, inualidas quoque, nec ali-
„ cuius roboris, imò condemnatione, & laceratione dignas, multis me-
„ dijs probauit. Et ſi per ipſas delere & ſpoliare nomen & authoritatem
„ Regis atque Regni nitebatur, & perpetuare Schiſma, vt hac vſque im-
„ pediat ſanctam proſecutionem vnionis Eccleſiæ ſanctæ Dei, non Paſtor,
„ ſed diſſipator eiuſdem & inimicus totius Chriſtianitatis poterat reputa-
„ ri. Addidit pluries Petrum de Luna dixiſſe, quod ſi mentem mutaret,
„ nec ipſam acceptaret, & ſi inde ſubſtractio ſuæ obedientiæ ſequeretur,
„ tantum taleque ſcandalum Regno Franciæ inferret, quod in centum an-
„ nis non repararetur. Nec reticuit Proponens ipſius Petri apices regibus
„ Caſtellæ, & Bohemiæ directos ſeſe vidiſſe in quibus notabat primo, nec
„ ipſos, neque Hiſpanos Regem Franciæ colere, niſi quantum eorum au-
„ xilio indigebat. Alteri verò ſcribebat dictum Regem ad Imperium, quod
„ ſibi iure ſpectabat, modis omnibus aſpirare, vt ſic eis Regem redderet
„ exoſum, & in viam Ceſſionis quam elegerant, penitus declinarent. Ipſi
„ etiam Petro Regem dixit obedientiam alias reſtituiſſe, ſub certis con-
„ ditionibus per Iuramentum firmatis, quæ tamen præmiſſa, & iuramenta
„ parui pendens poſt modum renuit adimplere ſemper impediendo ſanctæ
„ Matris vnionem. *Hic*, inquit, *Schiſmaticus, & hæreticus eſt cenſendus vni-*
„ *uerſis Chriſticolis*, cum eidem adhærentibus vniuerſis, & non modo à Pa-
„ patu, ſed omni ſtatu Eccleſiaſtico meritò eſt priuandus, attento quod

notorium eſt, cum ipſe ſit cauſa principalis huius deflendi Schiſmatis, quod etiam cum mortuis eius duobus aduerſarijs renuit pertinaciter terminare. 1408.

Et ſi votum emiſerit Sacramentis vallatum, & litteris vbique diuulgatum de via Ceſſionis procuranda, nihilominus ſperandum quod hoc efficaciter debeat implere, & tempus terens in vanum, cùm iam trium menſium ſpatio aduerſarium ſuum habuerit in vicino, ad quem legationes fruſtratorias mittit, quæ omiſſo Principali, cum eo diſceptent ſolùm de loco conuentionis amborum, ad continuationem, inquit, nefandiſſimi Schiſmatis, tam dignum perfugium quærens de malignorum conſilio, ſeu obſtinatione indurata, velut vnicus in Sede Petri præſidens, totum Imperium ſtatuit ſub obedientia ſua coactè retinere, timore Bullarum ſuarum tranſmiſſarum. Quas tamen, vt ſuperius dictum eſt, nullius vigoris, ſed falſas & iniquas duximus reputandas, nec à quocumque viro magni pendendas Catholico, tumquod Vniuerſitas ab ipſo appellauit, quod licitè feciſſet cum Vicario Chriſti, ſi contradixiſſet Eccleſiaſticæ vnioni: tumquod ſcripto illo iniquo intendit Regnicolas lædere, ac Majeſtatem Regiam, qui meritò parui pendentes poſſunt dicere de ipſo quod priùs allegatum eſt. *Conuertetur dolor eius & in verticem, &c.*

Quod peroratum Rex & ſibi coaſſiſtentes Principes gratis auribus audierunt. Vnanimi quoque horum omnium conſenſu per Cancellarium Franciæ, qui quod in eundem Petrum atque Bullas prolatum fuerat, dixit eos gratum, & ratum habere; quas cum idem Cancellarius iniquas & condemnandas authoritate Regia reputaſſet, mox Secretarij Regij ipſas altè eleuatas, duplicatas & cùm cultello inciſas *Rectori* proiecerunt, qui tunc eas inuerecundè in fruſta dilacerauit minuta. Poſt hoc quod veraciter, membris meis & multorum tunc aſſiſtentium fremorem attulit & horrorem; Iubente iterum Cancellario, Decanum ſancti Germani Autiſſiodorenſis, virum vtique notabilem, & iam vergentem in ſenium, qui poſt Prælatos ſedebat, Miniſtri regij turpiter apprehenderunt & eum ignominiosè ad Palatium Regale, incarcerandum duxerunt, condolentibus inde Dom. Cameræ Regij Parlamenti, cùm de Collegio eorum exiſteret. Sic ſoluto Regali Conſiſtorio, luce adueniente proxima, & quatuor ſucceſſiuis, Rex *ad Vniuerſitatis inſtantiam*, vel vt verius fatear, fide mea, *quorundam Doctorum & Magiſtrorum* de gremio eius, quorum conſilio in præſenti negotio vti ſtatuerat, multa ſcribenda decreuit. Primo namque gubernatori Ianuæ D. Io. le Maingre aliàs Bouſſicaudo, litteris ſub celeritate iuſſit, vt ſi poſſibile eſſet, Petrum de Luna quem infractorem vnionis Eccleſiæ ducendum & reducendum ſuſceperat, donec tractaſſet de Pace cum aduerſario ſuo, apprehenſum ſollicitè cuſtodiret, ne vltra dominationem ſuam ſe transferret: Epiſcopum etiam S. Flori in vtroque iure Doctorem conſpicuum, eloquentiâ clarum, memoriâ in repetendis argumentis ſingularem, quem ad Regem Hiſpaniæ miſerat, vt ſibi perſuaderet neutralitatem amborum contendentium, reuocauit. Et quia ſcripſiſſe ſciebant Conſiliarij, quod contrarium intendebat, ipſi Regi litteris intimare ſtuduit, ne ipſi Epiſcopo aliqualiter aſſentiret. iterum Archiepiſcopum Remenſem, Epiſcopum Cameracenſem, Dom. Petrum de Alliaco, pluresque alios circunſpectos & eminentis ſcientiæ viros, quos prænominati Conſiliarij aſſerebant Petro de Luna adhæſiſſe, euocauit; qui forſitan carcerem metuentes minimè comparuerunt: Sicque ex eis qui euocati fuerant, venerabilis Epiſcopus de Gap, & Abbas ſancti Dionyſij cum quibuſdam Canonicis Pariſienſ. & alijs notabilibus viris ſimiliter apprehenſi, contra quos iure ordinis non ſeruato, nec litis conteſtatione vel informatione, primo in Palatio Regali, & inde Caſtro Luparæ diu incarceratos tenuerunt. Abhinc culpam incarceratorum aggrauando, ac vbique Exoſos eos reddiderunt: diſſeminabatur ipſos fautores Schiſmatis crimen Majeſtatis Regiæ incurriſſe, cum non Regi reuelaſſent litteras à Petro de Luna mittendas. Attendentes

1408. » iterùm Regem & Duces Franciæ iam in ergaſtulis detentorum & ad-
» huc capiendorum, etiamſi familiares eorum exiſterent crimen commi-
» ſiſſe, obtinuerant, *Vniuerſitate mediante*, vtexpertis canalibus in æquali
» numero cum deputatis ab ea iungerentur, ſed reuera, vt liberiùs laxa-
» rent habenas ſæuitiæ in iam captos, cum pars & iudices eſſent. *Huius*
» *concionis maior pars erant Theologi & Artiſtæ in diſputationibus, magis quàm*
» *in Proceſſibus examinandis experti, qui ſic fulti authoritate Regia inde plures*
» *incarcerauerunt*, quos poſt modum Innocentes abire permiſerunt. Vnde
» inter eos pluries orta fuit verbalis diſcordia Commiſſionis tempore per-
» durante, diu etiam diſtulerunt in captorum iudicio cauſæ procedere, &
» tempus terentes in vanum, nec monitis Cancellarij Franciæ, nec præce-
» ceptis, conſentire voluerunt eorum liberationi; ſemper addentes in ſuis
» oppoſitionibus quod crimen læſæ Majeſtatis commiſerant conſulendo,
» offerendo, aut reticendo litteras Petri de Luna, cum criminis iam dicti
» Magiſter Sanctio Lupi, & prædictus equitator ſoli noxij ſint reperti. Su-
» per his quæ ſibi obijci poterant, iudicio curiæ Parlamenti, & Epiſcopi
» Pariſ. pluries ſe ſubmiſerunt, quod Regi, & Ducibus Regni iuſtiſſimum
» videbatur: & id penitus renuerunt, cupientes vt affecti tædio diuturnæ
» incarcerationis, ſententiæ ipſorum penitus ſeſe ſubmitterent, & ſine co-
» gnitione cauſæ, & hoc euidentiſſimum ſignum fuit, quod tantus vindi-
» ctæ appetitus ex odio inexpiabili procedebat. Vt autem fidem faceret
» vniuerſis, quod hoc de quo id cunctis ſummæ authoritatis Principibus
» Chriſtianis ſignificare intendebat, paginam inde editam ſuo ſigillo robo-
» ratam, quam tunc in manu tenebat, intelligibiliter legit, hunc tenorem
» continentem.

» CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, Vniuerſis Chriſti fi-
» delibus ſalutem in Domino, & ad eam quam ſummopere deſideramus,
» Eccleſiaſticam vnionem vnanimiter aſpirare. Pax Eccleſiaſtica, quæ ſub
» vnico Chriſti Vicario coniungere debet vniuerſa membra Populi Chri-
» ſtiani ſecundum ipſum Chriſti & Apoſtoli ſui documentum, dum olim
» poſt mortem felicis recordationis Gregorij Papæ XI. deficere cœpiſſet,
» dumque Schiſma pernicioſiſſimum, monſtrum horrendum, ingens in ea-
» dem Eccleſia cerneretur ſuboriri, ex cauſis toto orbe notiſſimis Chri-
» ſtianiſſimus tunc præclariſſimæ memoriæ progenitor noſter Carolus V.
» ſuaſus vehementibus rationibus adhærere deliberauit, obedientiamque
» præſtare illi quem Collegium Cardinalium iureiurando aſſeruit in vita &
» in morte, atque publicauit ſe canonicè ſummum Pontificem, & verum
» Chriſti Vicarium ſponte & concorditer elegiſſe. Arbitrabatur namque
» veriſimiliter idem progenitor noſter, vt erat totus feruens in zelo domus
» Dei, & ex ſua fide pia alios dijudicans, quod cæteri Principes ac Præla-
» ti, cum vniuerſo clero & Populo protinus obedirent conſimiliter, dum
» per Collegium eiuſmodi præfatum Cardinalium ſufficienter eis innoteſ-
» ceret fuiſſe celebratam. Sed aliter eueniſſe dudum iam deploramus: ne-
» que enim potuerunt vſque hodie iſti Cardinales perſuadere parti Chri-
» ſtianitatis, quod volebant, quodque memorato progenitori noſtro per-
» ſuaſerant. Nos idcirco cernentes experientia temporeque docentibus,
» quod hæc obedientia præſtita inualida erat ad tollendum penitus Schiſ-
» ma peſtiferum, quod in exitium grauiſſimum pacem deſideratiſſimam &
» optimam detruſerat; deliberauimus eandem ad proprium cubile ſuum,
» quod eſt Eccleſia, velut ad ſuam regionem per alias totis conatuum vi-
» ribus reducere: Hinc Conſilia crebra, hinc legationes laborioſiſſimæ ac
» ſumptuoſiſſimæ per omnes pene Chriſtianitatis regiones frequentatæ.
» Tandem aſpirante Deo, via Ceſſionis vtriuſque Contendentium pro re-
» uerſione pacis turpiter exulantis, inuenta eſt compendioſior, & abſque
» vlla dubitatione expeditior iudicata. Hanc proinde viam cum omni
» ſolemnitate præſentari fecimus ſucceſſori illius, cui progenitor noſter,
» ſicut prædiximus, obedientiam præſtiterat: quam ideo maximè poſt
» modum ab eodem ſucceſſore pro eodem tempore ſubſtraximus, quod

non ſatis apertè per viæ Ceſſionis Compendium videbatur velle pacem " ——
reducere. Poſtpoſitis diſceptationum inextricabilium anfractibus, & " 1408.
inegreſſibilibus aliarum viarum labyrinthis. At vbi viſus eſt nobis ad ſa- "
lubriora ſe conuertiſſe conſilia, rurſus abſque omni mutabilitatis culpa- "
bili nota, obediuimus eidem, ita tamen animo noſtro gerentes, ſi & "
quamdiu obedientia noſtra non obſtaret Eccleſiaſticæ vnioni, quem ad- "
modum in Concilio vltimo regni noſtri meminimus ſatis datum intelli- "
gi. Neque enim voluimus vnquam ſcienter, neque feciſſe credidimus, "
obedientiam præſtare cuicumque mortalium in pacis vniuerſalis præiu- "
dicium, in Schiſmatis fomitem, in diſcordiæ nutrimentum. Et, ô ſaluti- "
fer Chriſte, Princeps pacis! quandiu quæſiuimus pacem, & non venit? "
expectauimus medelæ tempus, ſcilicet Iuratæ Conuentionis vtriuſque "
Contendentium pro ceſſione celebrandæ, & ecce turbatio. Animaduer- "
tite hoc, Principes Chriſtiani, quibus eſt dolori talis tantaque matris Ec- "
cleſiæ turbatio, attendite quæſumus, & nolite diſſimulanter agere, vbi "
depopulatur legem Chriſti miſeris modis tempeſtas hæc fœuiſſima, hor- "
rendaque vorago. Exurgat in vnum Populus vniuerſus tollere de medio "
ſui hoc portentum deformiſſimum, vnde ſit in opprobrium hoſtibus in- "
credulis, proprijſque animabus in damnationis æternæ diſcrimen aper- "
tum, decidat vel inuitus vnus, aut alter, imò vterque Contendentium, "
ab occupata Sede Petri, potius quam vnitas, eorum contentione, depe- "
reat. Nam dum neutri Populus obedierit, neuter amplius de primatu, "
vel fruſtrà contendet, neque audietur vltra vox illa crudeliſſima fœmi- "
næ, *nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur*, ſed illa piæ matris, *date illi infantem* "
viuum. Nos verò qui nihil ita poſt animæ ſalutem deſideramus; quàm "
videre ſereniſſimam pacis faciem noſtris effulgere temporibus, judica- "
mus ex præmiſſorum & ſimilium conſideratione, nullum ad præſens pa- "
tere validius in tam deſperato malo remedium, quàm quod neutri Con- "
tendentium, ac ſibi forte ſucceſſuris, præſtetur deinceps obedientia à "
Populo Chriſtiano; deficiente ſiquidem fomite ignis iſte Infernalis do- "
nante Deo collabetur. Quapropter præcedentibus & vicibus repetitis, "
maturis deliberationum Conſilijs cum ſapientibus, peritis & deuotis ho- "
minibus Deum & eorum ſalutem gerentibus præ oculis, Nos & Eccleſia "
regni noſtri & Delphinatus Viennenſis pro nobis & ſubditis noſtris eo- "
rundem regni, & Delphinatus decreuimus talem amplecti neutralita- "
tem in feſto Aſcenſionis proximè venturo, niſi interea nobis publica pax "
aduenerit, & prædicta fiat vnio, proceſſuri nihilominus aſſiduâ ſollici- "
tudine cum aliis Principibus & Catholicis omnibus, donec euulſo Schiſ- "
mate, pax plantetur. Quod ſi mirabuntur forſan aliqui ex aliter affe- "
ctatis, vnde nobis iſta licent, attendant potius quod hanc nobis legem "
facit ipſa, quæ legem neſcit, dura neceſſitas: immò & filialis pietas, quæ "
per medios ignes & gladios matrem laborantem eripere conaretur. Ec- "
ce morbus inueteratus & putridus, qui ex fomentis leuioribus in dete- "
riora quotidie velut cancer ſerpit. Demum cùm pro hac neutralitate in "
vnum tractanda, Principes ac Magnates vtriuſque obedientiæ commoda "
celeritate Congregari non poſſent, nullus ſuo, quæſumus, contemptui "
deputet, ſi conuentionem, neque expectauimus, neque attentauimus: "
neque inſuper exiſtimet ius partis noſtræ, quam probabiliſſima ratione "
prælibatus progenitor noſter, & nos hactenus fuimus inſecuti, ex hac "
neutralitate. Condemnatum vel depreſſum, cum nunc non de iure huius "
vel illius, ſed de cedendo Iuri vero, vel prętenſo, pro vnione Conſe- "
quenda res agatur. Quamobrem vos omnes & ſingulos hortamur in Chri- "
ſto, & per eam, quam de immaculatæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ laceratione, "
fœda compreſſione geritis obteſtamur: arripite nobiſcum validum & "
hoc efficax, ſicut expectamus in Dei virtute, peſtis huius remedium, vt "
denegatio obedientiæ vtrique obedientiam ſub vno & certo Chriſti Vi- "
cario, quatinus ſeruiamus Deo in pulchritudine pacis, & requie opulen- "
ta; in quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes litteras noſtri "

» ſigilli fecimus munimine roborari. Datum Pariſius die 12. Ianuarij anno
1408. » Domini 1407. & regni noſtri 28. per Regem in ſuo Conſilio, Dominis
» Rege Siciliæ, Ducibus Bituriæ, Borbonij & Bauariæ, Comitibus Mon-
» tonenſi & Vindocinenſi, nec non Conneſtabulario, vobis ac ſuperiore
» Magiſtro hoſpitij alijſque præſentibus.

» Quod igitur huc vſque Rex diſtulerat, ad ſummæ authoritatis Princi-
» pes Chriſtianos nuntios deſtinauit, qui ex parte ſua hanc Compendio-
» ſam ſemitam ad vnionem tendentem declararunt: qui poſt menſem 3.
» redeuntes retulerunt Allemanos, Hungaros & Bohemos neutralita-
» tem accepiſſe cum Gallicis, donec vnicus ſummus Paſtor electus ritè &
» canonicè fuiſſet.

Non defuerunt eo tempore qui Proceſſum contra Bullam Papæ factum omnino damnarent: & inter cæteros Petrus de Alliaco, quem Vniuerſitas vt peruicacem comprehendi curaſſet, niſi ille Regem appellaſſet, vt patet ex hoc fragmento Hiſtoriæ Caroli VI. nondum editæ.

» HÆc & multa alia ſtatuerunt (loquitur de Concilij Pariſ. ſtatutis
» durante neutralitate) non ſine quorundam circunſpectorum ſcan-
» dalo, qui ea velut temeraria reprobabant. Quod etiam ſolus Archiepi-
» ſcopus Rhemenſis D. Guido de Roya calumniari auſus eſt. Eiſdem nam-
» que reſcripſit Neutralitatem quam promulgauerant, ineptam, prote-
» ſtando quod illam non acceptabat, nec credebat aliquid firmitatis ha-
» bere quod Concilium ſtatuebat, quòd non eſſet authoritate Romanæ
» Eccleſiæ inchoatum; monebatque vt euntes ad Perpiniacum in Conci-
» lio quod ibi Petrus de Luna conſtituerat celebrare, compararent. Apices
» Archiepiſcopales qui congregati fuerant, impatienter audierunt: &
» quamuis Pariſ. Vniuerſitas obtinuiſſet erga Regem vt arceſſeretur pro-
» perè, venire contempſit, allegans ſe Parem Franciæ, Pariumque Ec-
» cleſiaſticorum Decanum, nec in quocunque delicto tangente perſonam
» ſuam Superiorem non cognoſcebat niſi Regem. Obtinuerat etiam Vni-
» uerſitas erga Regem vt Epiſcopus Cameracenſis D. Petrus de Alliaco
» qui Petro ſemper fauerat, per Comitem S. Pauli caperetur & adduce-
» retur Pariſius: quam tamen præuenire ſtuduit prius ſaluo conductu à Rege
» impetrato; & ſi ſibi aliquid imponeretur, cognitio huius cauſæ deuolue-
» retur ad Palatium Regale.

» Magiſter Sanctio-Lupi, & Equitator Papalis altius memorati, qui
» ſoli reperti fuerant ſententias excommunicationis in Regem & Regnum
» à Petro de Luna latas reticuiſſe & occultaſſe ſcienter, antequam ipſas
» Regi & Bituriæ Duci obtuliſſent, per Commiſſarios Regales menſis
» Aug. die 20. adiudicati ſunt hanc pœnam pro culpa ſubire. Ad maiorem
» eorum ignominiam primò mitris papyreis coronati, nigris Dalmaticis
» lineis, militaribus ſignis Petri Characteribus, ſcripturis quoque varijs,
» **quæ ipſos falſarios, proditores & à proditore miſſos deſignabant**, indu-
» cuntur. Inde in vehiculis quibus lutum & ſordes efferebantur ex vrbe,
» impoſiti ad Curiam Regalis Palatij perducuntur, dum tunc ſecularis,
» vel Eccleſiaſticus præco defuit qui promulgaret à quibus, vel qua de
» cauſa tam ignominioſa multa procedebat. Sequenti autem die Domini-
» ca cum de ſe ſpectaculum Populo in paruiſio noſtræ Dominæ præbuiſ-
» ſent; vnus ex Commiſſarijs Ordinis S. Trinitatis Magiſter in Theologia
» collationem iniurijs & contumelijs plenam contra Petrum de Luna &
» reos præſentes faciens, inter cætera verba recitatione indigna, & quæ
» viliſſimi hominum abhorruiſſent; cumque famam ipſius multis oppro-
» brijs denigraſſet, ipſum crimen læſæ Majeſtatis hæreſis atque Schiſmatis
» irretitum publicè diuulgauit, & omnes fautores ſuos quotquot in erga-
» ſtulis tenebantur, obque huiuſmodi crimina reos tunc præſentes dixit
» condemnatos, & primùm ad carceres perpetuos: Equitatorem verò ad
» Triennium Commiſſariorum memoratorum iudicio. Hoc autem vlti-
» mum contra reliquos detentos agere nequiuerunt: nam cum trium

menſium ſpatio à Rege Lilia defendentibus à Cancellario moniti, recuſaſſent ad expeditionem eorum procedere, & ſuper hoc antedicti pluries conqueſti eſſent; tandem Regina & Dux Guiennæ vera relatione ſcientes quod tarditas ex malitia & odio quorundam procedebat, iſta die antequam Caſtrum Luparæ intrarent, eos Epiſcopo Pariſ. iuſſerunt reſtitui, commiſſionem prædictorum friuolam reputantes & cognitionem Schiſmatis dicto Epiſcopo relinquentes, cognitionem criminis læſæ Majeſtatis quod dicebantur incurriſſe, commiſerunt Iudicio Curiæ Parlamenti. Sub cuſtodia Epiſcopi per menſem integrum remanſerunt: quo ſpatio qui erant de Collegio Eccleſiæ Pariſ. liberantur. Regina verò, Dux Guiennæ, Duces Bituriæ & de Borbonio videntes quod aliqui de Vniuerſitate liberationi ſe opponebant Abbatis & Epiſcopi, nec aliud ad propoſitum allegabant, per D. Cardinalem Barrenſem eoſdem euocauerunt, & abire liberos permiſerunt. 1408.

Porro ad faciliorem eorum determinationem quæ ad Beneficiorum diſpoſitionem ſpectabant, Conſulta quędam à ſelectis viris Concilio tradita ſunt, quibus in MS. San-Victorino hic titulus præfigitur.

Aduiſamenta Eccleſiæ Pariſius facta ſuper Prouiſione Beneficiorum.

1. AD Epiſcopatum & ſupra eligantur & aſſumantur Doctores in Theologia, iure Canonico vel Ciuili; aut in alterâ ſcientiarum prædictarum cum rigore examinis in ſtudio generali Licentiati; & nulli alij niſi eſſent de Regali, aut Ducali progenie, antiquorúmve Baronum filius, frater aut Nepos, in quibus ſcientia competens requiratur.

2. Ad Abbatiales autem Dignitates capita Ordinum facientes, videlicet Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Pręmonſtratenſis, Grand-montis & S. Antonij aſſumantur, qui vt præmittitur, Graduati fuerint & nulli alij.

3. Similiter ad Exemptas Abbatiales Monachorum nigrorum, S. Benedicti & Regularium S. Auguſtini aſſumantur, qui vt præmittitur fuerint Graduati & non alij, niſi eſſent de genere militari cum competenti ſcientia.

4. Ad cæteras verò Abbatias & Prioratus Conuentuales electiuos diſponant illi ad quos pertinet de perſonis idoneis & in Regula ſufficienter inſtructis & ſecundum ſtatuta & obſeruantias ſuorum Ordinum.

5. Item ad Dignitates maiores poſt Pontificales in Cathedralibus & Principales in Eccleſijs Collegiatis admittantur in Iure Canonico vel Ciuili Licentiati & in Theolog. Baccalarij formati & non alij, niſi eſſent de antiquo militari genere filij Fratres & Nepotes in quibus ſcientia requiratur.

6. Ad alias autem dignitates, perſonatus & Officia Eccleſiaſtica, quæ Canonicis duntaxat aſſignari conſueuerunt, in Cathedralibus aſſumantur Licentiati in Iure Canonico vel Ciuili, vel etiam in Medicina & in Theolog. Bacalarij, & nulli alij niſi eſſent de nobili genere cum ſcientia competenti.

7. In Eccleſijs verò Collegiatis ad alias Dignitates, Perſonatus & Officia Eccleſiaſtica conſueta Canonicis aſſignari, aſſumantur qui vt præmittitur, graduati fuerint, *aut Magiſtri in Artibus, qui per quinquennium in ſtudio generali in aliqua prædictarum Facultatum poſt Magiſterium ſtuduerint, vel in Artium Facultate per triennium rexerint*, & non alij.

8. Item ad Præbendas Cathedrales admittantur in Theol. Iure Canonico vel Ciuili Magiſtri & etiam in Medicina Bacalarij *& Magiſtri in Artibus qui per triennium in aliquo ſtudio generali poſt Magiſterium ſtuduerint*, & non alij.

9. Ad Præbendas verò Collegiatas excedentes in valore annuo ſupra locum ſummam 50. lib. Turon. admittantur duntaxat qui, vt præmittitur, graduati fuerint & Magiſtri in Artibus indifferenter, & non alij niſi de nobili genere nati in quibus aliqua ſcientia requiratur.

1408. 10. In cæteris autem prębendis Collegiatarum Eccleſiarum non excedentibus dictam ſummam, admitti poterunt non Graduati, videlicet nutriti in ipſis Eccleſijs in cantu & ſeruitio inſtructi.

11. Item ad Eccleſias Parochiales cæteraque Beneficia Curata vbicunque fuerint valoris in portatis 100. libr. Turon. & vltra: & in Ciuitatibus & locis inſignibus valoris 60. libr. in portatis, & ad Capellanias vbicunque fuerint, cęteraque Beneficia ſimplicia ſine Cura extra Eccleſias Cathedrales & Collegiatas valoris 50. libr. in portatis admittantur duntaxat Doctores Magiſtri & Licentiati in Theol. Iure Canonico vel Ciuili, & etiam in Medicina cum rigore examinis *& Magiſtri in Artibus qui per quinquennium poſt Magiſterium in aliquo ſtudio generali ſtuduerint, vel per triennium in dicta Artium Facultate rexerint*, & non alij.

12. Ad Parochiales autem Eccleſias valoris 40. libr. & vltra vſque ad ſummam 60. libr. Pariſ. & ad Capellanias vbicunque fuerint, cæteraque Beneficia ſimplicia ſine cura extra Eccleſias Cathedrales & Collegiatas valoris 20. lib. & vltra vſque ad ſummam 40. lib. excluſiuè in portatis, admittantur qui vt præmittitur, graduati fuerint & Magiſtri in Artibus indifferenter & etiam in altera 4. ſuperiorum Facultatum Prædictarum Baccalarij & non alij.

13. Ad alias verò Parochiales & Capellanias vbicunque fuerint cæteraque Beneficia ſimplicia ſine cura extra Eccleſias Cathedrales & Collegiatas admitti poterunt graduati & non graduati aliàs idonei provt inferiùs dicetur.

14. Viſum fuit Deputatis datis ad aduiſandum quod Concilium Eccleſiæ Gallicanæ ſtatuere poteſt quod Beneficia cæterarum qualitatum & cæterorum valorum aſſignentur per Ordinarios perſonis Graduatis nobilibus & alijs, provt in præcedentibus articulis in melius, provt opus erit, reformandis & modificandis continetur, & non alijs, & decernere prouiſionem aliter, ſeu alteri attentatam contra præmiſſa, inualidam & nullam, & quod ita ſtatui poterat iuridice.

15. Item & quia præmiſſa pro debita & conuenienti diſtributione Beneficiorum non videntur adhuc ſufficere, aduiſabitur per dictos Deputatos quod de Beneficijs vacantibus & vacaturis, certis duntaxat exceptis provt in ſequentibus declarabitur alternatiuè *tertia pars eſſet pro ſuppoſitis ſtudiorum Generalium huius Regni ſecundum obſeruantiam & limitationem Articulorum prædictorum, alia tertia eſſet pro Officiarijs familiaribus & ſeruitoribus Regis & Reginæ D. Delphini & aliorum Principum de genere Regali, etiam ſecundum limitationem & obſeruantiam præmiſſorum articulorum. Et altera tertia pars vna cum Beneficijs quæ ſub alijs tertijs non debet comprehendi provt infra dicetur, eſſet pro Ordinarijs ad prouidendum ſuis & D. Papæ & Cardinalium familiaribus huius Regni, obſeruando tamen in omnibus limitationem præcedentium articulorum.*

16. Item quod in primis Turnus alternatiuè eſſet pro ipſis Ordinarijs, 2. prædictis Officiarijs, familiaribus & ſeruitoribus Regis, &c. *Et 3. pro Vniuerſitatibus ſtudiorum huius Regni.* Et quod inter dictas Vniuerſitates quoad hoc inter ſe ſeruaretur iſte ordo, *quod Pariſius primo, Aurelianis 2. Andegauenſi 3. Tholoſæ 4. & Montis peſſulani 5. prouideretur.*

17. Item aduiſabitur quod per Concilium Eccleſiæ Gallicanæ deputarentur probi viri, ſcientes & experti qui provt viderent in conſcientijs, ordine & loco debitis nominarent & collocarent Graduatos nobiles & alios idoneos Beneficiandos de domibus Regis, Reginæ, &c. *Et de ſtudijs generalibus* ad ſingulas Collocationes & præſentationes Regni & Delphinatus, quibus ſic nominatis & collocatis & ſecundum ordinem ſuarum Collocationum & obſeruantiam Regularum ſupra & infra poſitis Ordinarij prouidere tenerentur.

18. Item etſi Beneficium vacans in Turno nominatorum primo nominatus nolit, aut non poſſit habere; 2. ſi velit habere, poterit; & ſi non velit, aut poſſit, tertius ſuccedet: & ſi tertius nolit, quartus veniet & ſic deinceps.

deinceps. Et ſi nullus nominatorum illius tertiæ, in cuius turno Beneficium vacauit, nolit habere, tranſibit facultas habendi ad nominandos ſequentis tertiæ per ordinem, vt ſupra tangitur, tenebunturque omnes & ſinguli nominati ad Collationem, ſeu præſentationem in qua Beneficium vacauit, declarare infra 40. dies à tempore notæ vacationis in loco Beneficij computandos, ſe velle Beneficium huiuſmodi vacans in Turno nominatorum habere. Et poterit fieri declaratio huiuſmodi per primò Nominatum purè, & per ſequentes conditionaliter. Si verò nullus Nominatorum huiuſmodi Beneficium habere voluerit, aut ſe habere velle infra dictos 40. dies non declarauerit, Ordinarius ſuo arbitrio conferet cui volet, ſeu ad verum præſentabit, abſque conſumptione ſui Turni & ſine præiudicio Nominatorum in Beneficijs vacaturis. Fiet autem huiuſmodi declaratio ad perſonam, ſeu perſonas illius vel illorum, ad quem vel ad quos de iure, aut conſuetudine talis Beneficij collatio pleno iure, ſeu præſentatio ſpectat, ſcilicet ſi præſentes ſint in loco, ſeu locis principalibus ſuarum dignitatum, aut Beneficiorum, ratione quarum, ſeu quorum ad eos ſpectat dicta Collatio pleno iure, ſeu etiam præſentatio & in eorum abſentia ad perſonas ſuorum Vicariorum, aut Procuratorum principalium ſi quos habent præſentes in locis prædictis, & eorum copia haberi poſſit. Sin autem in Eccleſijs, aut in domibus Principalibus dictarum Dignitatum & Beneficiorum, & ad quemcunque fiat declaratio prædicta, ſemper fieri debebit in præſentia Notarij publici, & palam. 1408.

19. Item quod ſi in Turno Ordinarij Beneficia vacent curata valoris 20. libr. Turon. tantùm in portatis & infra, & non Curata decem libr. Turon. tantùm in portatis & infra, non facient ſibi turnum; quin imò abſque conſumptione turni ſui poterit illa conferre quibus volet, ſeu ad eadem præſentare arbitrio ſuo.

20. Item Beneficia cuiuſcunque qualitatis & valoris fuerint, facient ad inuicem turnum; dùm tamen talia ſint pro quibus turni conſumi debeant ſecundùm Ordinationem præmiſſorum articulorum & de quibus nominati, vel aliqui eorum ſe contentare velint, provt in præcedentibus exprimitur.

21. Item quod Beneficia vacantia ex cauſa permutationis, vel per ſimplicem reſignationem in fauorem certæ perſonæ factam non facient turnum.

22. Item ſi nominatus ad Collationem, vel præſentationem alicuius in turno ſui Collatoris vel Patroni beneficium obtinuerit, poterit poſtea nihilominus in turno ſuæ nominationis beneficium vacans virtute eiuſdem obtinere, ſed ſi Ordinarius prouiſionem nominati ad ſuam Collationem vel præſentationem accelerare tantùm deſiderans Beneficium vacans in turno ſuo, ſcilicet Collatoris, vel Patroni ipſi nominato conferre velit, vel præſentare, ita vt Beneficium in turno dicti nominati poſtea vacaturum ſuo arbitrio cui voluerit, conferre poſſit, hoc fieri poterit, ſi conſentiat nominatus.

23. Item ſatis videbatur præmittendum, quod quis duabus nominationibus ſi eas obtinere meruerit, non tamen in eadem quota, ſeu tertiâ gaudere poſſit & vtriuſque fructum aſſequi, dum tamen per hoc non aſſequantur Beneficia vltra valorem & pluralitatem limitatam per articulos infra poſitos.

24. Item & ſimiliter quod Officiarij & familiares Regis, de quibus viſum fuerit quod nominationes habere debeant, poſſint loco ſui ſubſtituere, & quod eorum ſubſtitutus prouideatur, attentis gradibus & qualitatibus eorum, obſeruando ordinationes præſentium articulorum.

25. Item quod extranei Regni ad Beneficia Regni non admittantur, niſi ſint oriundi de Regnis aut terris nobis confœderatis, & ſint in Theologia, altero Iurium vel Medicina licentiati in aliquo ſtudio Generali huius Regni, & in eodem ſtudio per decennium manſerint: Prouiſo etiam quod ad dignitates Archiepiſcopales, Epiſcopales, Abbatiales & ad

1408. maiores in Cathedralibus Eccleſijs poſt Pontificales, & ad principales in Collegiatis, & ad alia Beneficia de quibus contingere poſſet periculum, puta quæ habeant adminiſtrationem & regimen populi, non admittantur.

26. Item quod habentes in Beneficijs 300. libr. Turon. in portatis, non nominentur niſi ſint de genere Regali, Ducali, aut Comitum, vel antiquorum Baronum filius, frater aut nepos, aut Licentiati in Iure Canonico vel Ciuili, vel in Theol. Bacalarij formati, aut Magiſtri in Medicina, qui tamen omnes & ſinguli in exceptione contenti ſi nominentur & habeant 500. libr. Par. in portatis aſſequi non poterunt Beneficia virtute ſuarum nominationum, niſi prius habita, vel de prius habitis & pacifice poſſeſſis æquiualens Beneficium illi quod virtute ſuarum nominationum aſſequentur, purè & ſimpliciter dimittant, beneficium autem eo caſu æquiualens intelligitur reſpectu valoris in portatis, & in eadem qualitate Beneficiorum. Dimiſſionem verò prædictam declarare tenebuntur in acceptationibus virtute ſuarum nominationum faciendis, & ad perſonam Collatorum, vel Patroni ad quem talis Beneficij dimiſſi Collatio pertinebit, ſcilicet infra 40. dies à tempore dictarum acceptationum, ipſamque declarationem mox ad effectum perducere, poſtquam fuerint Beneficiorum virtute nominationis acceptatorum poſſeſſionem adepti pacificam; ita tamen quod ſi poſt ea dicta Beneficia virtute nominationum accepta euincerentur, eo caſu ad Beneficia dimiſſa libere reuocentur; ad prædictam tamen dimiſſionem faciendam minimè adſtringendi videntur de genere Regali, Ducali, aut Comitum exiſtentes.

27. Item habentes 4. prębendas Cathedrales, non nominabantur, niſi ſic quod per aſſecutionem alicuius Beneficij virtute ſuarum nominationum, alteram de dictis præbendis dimittere teneantur, ſecundùm modum dimiſſionis in articulo præcedenti declaratum.

28. Item quod in Requeſtis tradendis pro Nominationibus obtinendis fiat mentio per ipſos nominandos de Beneficijs quæ obtinent, de qualitate & valore eorundem & de defectu Natalium & alio quocunque, aliàs nominatio conceſſa ſit nulla.

29. Item quod de triennio in triennium fient nominationes & quod nominati in 2. nominatione non præiudicent nominatis in primâ nominatione, ſeu quoad primam nominationem de qua adhuc non fuerint prouiſi.

30. Item viſum fuit dictis Deputatis datis ad aduiſandum, quòd Concilium Eccleſiæ Gallicanæ poteſt validè ſtatuere Collationem & præſentationem alteri, ſeu aliter factam quàm ſecundum Collationum Ordinem inualidam fore & nullam, & vna cum hoc poteſt & debet vniuerſos Collatores & Patronos Iuramento aſtringere, quod ſic facient & obſeruabunt. Et inſuper creare Commiſſarios ſiue Executores Pariſius quibus per Concilium prædictum detur poteſtas, attentata de Sacramento, contra tenorem præſentium articulorum per quoſcunque Collatores, ſiue Patronos reparandi & ea reparando cognitione ſummaria præmiſsâ Collationem & Præſentationem nominatis & Collocatis ſecundum Ordinem ſuarum Ordinationum & Collationum faciendi.

31. Item vt præmiſſa magis & ſine vllâ violatione teneantur, videtur quod Concilium prædictum poteſt & debet conſentire quod Rex cunctos Patronos & Collatores per captionem ſuarum temporalitatum ad obſeruationem præmiſſorum arceantur, ac mandet Curiæ Parlamenti cæteriſque ſuis Iudicibus quòd ſecundum obſeruantiam præſentium articulorum, caſus Beneficiales decidant & terminent. Et ipſos articulos faciant ſuis Curijs & Regiſtris regiſtrari.

32. Item & vt celeriùs valeant præmiſſa fieri & ad effectum perduci, videbatur neceſſarium quòd quantocyus poſſet commodè, D. noſter Rex conuocaret Pariſius Prælatos & Capitula huius Regni ad Concilium Eccleſiæ celebrandum. Et videbatur quod congregari poſſet intra duos

menſes à tempore pacis firmatæ, vt præmiſſi articuli modificati & additionati provt dicto Concilio videretur, concludantur. 1408.

33. Item & quia interim plura poterunt vacare Beneficia de quibus ſecundùm tenorem præſentium articulorum eſſet prouiſio perſonis Graduatis, Nobilibus & alijs idoneis facienda; aduiſabatur quod ex nunc Rex ſatis poſſet maximè ad rogatum *Vniuerſitatis Pariſienſis*, Epiſcoporum & Cleri Pariſ. exiſtentium mandare vniuerſis Collatoribus & Patronis quod Beneficia interim vacantia conferrent dictis Nobilibus Graduatis & alijs, obſeruando tenorem dictorum articulorum, de quibus eis copia mittetur, ſignificando, quod ſi ſic fiat, complacebunt; ſin autem, diſplicebunt, & prouidebit taliter contra venientes in contrarium quòd cæteris cedet in exemplum, ne ſint occaſio recuperatam perdendi libertatem. Videbatur etiam aliquibus quod ſi contra tenorem præſentium articulorum etiam interim antequam per Concilium eſſent moderati, approbati & concluſi, quod Rex poſſet & deberet Temporale Contrauenientis tam Patroni, ſeu Collatoris, quàm etiam illius qui contra præmiſſa acciperet Beneficium, ad manum ſuam ponere, inhabilitando illos ad quæcunque Beneficia in Regno ſuo & Delphinatu, quouſque Beneficium reſignaſſet, & ſecundum tenorem articulorum Collatum extitiſſet, & quod eo ipſo quod Beneficium aliter conferretur, ſtatim poneretur ad manum Regiam, & ad eius regimen committeretur per modum prouiſionis aliquis talis provt conferri debebat, qui Commiſſarius errore correcto teneretur reddere compotum & reliqua illi cum Collatio fieret ſecundum regulas præmiſſas.

34. Item vt omnis vitetur ſcrupulus & magis appareat de humili obedientia erga D. noſtrum Papam, aduiſabitur quod in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ ad præmiſſa concludenda congregato ordinaretur ſolemnis Ambaxiata ad D. noſtrum prædictum tam ex parte dicti Concilij quàm ex parte Regis pro confirmatione præmiſſorum articulorum, ſic vt præmittitur pro neceſſitate & vtilitate huius Regni per Concilium Eccleſiæ Gallicanæ ſub confidentia approbationis & confirmationis dicti D. noſtri Papæ aduiſatorum.

Iam verò ſequuntur articuli in eam rem à Concilio conditi, in MS. San-Victorino notato P. 9. 685.

Articuli Communes ſuper Prouiſionibus quoad modum aſſignandis.

PRimus articulus. In omnibus & ſingulis aſſignationibus intelligatur ad Collationem, prouiſionem, præſentationem, nominationem & quamuis aliam diſpoſitionem vbique habeant conferre, præſentare, nominare, ſeu quouis modo diſponere etiamſi communiter vel diuiſim, niſi per aſſignationes factas ſit aliter prouiſum. *Placet omnibus.*

Item quod in ſingulis aſſignationibus ad Præbendas & Dignitates Eccleſiæ Cathedralis etiam comprehendantur Perſonatus, Adminiſtratio, Præpoſitura vel Officium, & cætera huiuſmodi quocunque nomine nuncupentur, acſi ſimul, vel ſucceſſiuè vacauerint, niſi vt ſupra. *Placet omnibus.*

Item & conſimiliter intelligatur de aſſignationibus ad Præbendas & Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum. *Placet omnibus.*

Item omnes & ſinguli qui aſſignati ſunt ad Collationem Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum ſine prębenda & dignitate Eccleſiæ Cathedralis habeant, etiam ſi in Eccleſia Cathedrali exiſtat. Et idem intelligatur de aſſignatis ad Collationem Decani & Capituli ſingulorumque Canonicorum ſaluis ſpecialibus & particularibus aſſignationibus quæ generalibus debeant præferri. *Placet omnibus.*

Item omnes aſſignati generaliter ad Collationem, &c. ſine Præbenda & Dignitate Eccleſiæ Cathedralis habeant etiamſi Præbenda extra Eccleſiam Cathedralem, Adminiſtratio, Vicariatus, Archiepiſcopatus,

1408. „ vel Officium conſuetum Clericis ſecularibus aſſignari; & conſimiliter „ de illis qui aſſignati ſunt ad Collationem Decani & Capituli ſingulorum- „ que Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ Cathedralis, vel alicuius alterius „ Eccleſiæ Collegiatæ, ac Abbatum, Abbatiſſarum, Priorum, Prioriſſa- „ rum, Officiariorum & cæterorum quorumcunque: quodque ſub tali „ conceſſione generali cadant alia Beneficia, hoc tamen ſaluo quod Con- „ ceſſio ſpecialiter facta de Præbendis & Beneficijs alicuius Eccleſiæ ſingu- „ laris debeat derogare conceſſioni Generali, quantum ad ea quæ cadunt „ ſub conceſſione ſpeciali, niſi ex certa ſcientia fuerit aliter ordinatum. „ P*lacet omnibus.*

„ Item & quod huiuſmodi aſſignati ad Collationes Decanorum & Capi- „ tulorum, ſingulorumque Canonicorum, Abbatum & Conuentuum, „ Epiſcoporum, &c. habeant clauſam, etiamſi ratione dignitatis, Præben- „ dæ, Adminiſtrationis, Præpoſituræ, Perſonatus vel Officij dicta Bene- „ ficia conferre, præſentare, nominare, aut de ipſis quoquo modo diſpo- „ nere. P*lacet omnibus.*

„ Item qui primo loco aſſignatus fuerit, ſi Beneficium vbi aſſignatus eſt, „ dum vacauerit, recipere vel acceptare noluerit, ſecundus illud ſine præ- „ iudicio primi aſſignati acceptare poſſit. Et ſi etiam ſecundus illud acce- „ ptare noluerit, tertius qui illud idem voluerit, ſine præiudicio primi & „ ſecundi illud idem accipere poſſit. Et ſic conſequenter de omnibus. P*lacet* „ *omnibus.*

„ Item quandocunque aliqui aſſignati ad Collationem Archiepiſcopi, „ Epiſcopi, Decani & Capituli, vel alterius eorum ius habentis Prębendam „ conferre cum hac Clauſa, *etiamſi Præbenda* ad eandem Eccleſiam ſine „ Prębenda qui aſſignati per hanc formam *etiamſi Præbenda*, ſi Benefi- „ cium aliud quàm Præbendam recipere voluerint, quoad hoc præferan- „ tur ſignatis ſiue Præbendis, quotacunque loci aſſignatione non obſtante, „ niſi ex certa ſcientia aliud fuerit ordinatum. P*lacet omnibus.*

„ Item Alternatiua incipit currere à die Natiuitatis Domini anni præ- „ ſentis. P*lacet omnibus.*

„ Item quod ſine præiudicio alicuius collocati poſſit in poſterum re- „ formari aſſignatio de aliquibus facta, puta ſi alicui ſua aſſignatio videa- „ tur inutilis propter pluralitatem aſſignatorum, poſſit alibi collocari „ ad aliquam collocationem, ad quam nullus ſit aſſignatus, aut etiamſi „ ſint aliqui iam aſſignati poſſint dictam collationem aſſignare per DD. „ Commiſſarios, aut aliquos ab eis ſubſtitutos etiam poſt Rotuli ple- „ nam expeditionem. P*lacet omnibus & quod hoc fiat infra menſem compu-* „ *tandum.*

„ Item quod nullus niſi fuerit Neutralis, gaudeat præſentis Rotuli aſ- „ ſignatione. P*lacet omnibus.*

„ Item primus Turnus, vel prima Pars Alternatiuæ primum concer- „ nens **Beneficium vacaturum poſt Natale nouiſſimè** præteritum ad libe- „ ram pertineat diſpoſitionem Prælati. Secunda perſonæ quam eligere vo- „ luerit. 2. Verò Pars alternatiuæ Prouiſionum quoad 2. Beneficium va- „ caturum obſeruetur pro Collocatis ſecundum Ordinem eis per DD. „ Commiſſarios intimandum, ſeu ordinandum & ſub pœna Decreti. P*lacet* „ *omnibus.* Ita tamen, quod ſi Prælatus vel Patronus contulit, vel præſen- „ tauit ad plura Beneficia citra Natalem Domini ante intimationem ſibi „ factam de aſſignatione vel Collocatione, omnia illa Beneficia habeantur „ pro vnico; ita quod neceſſe habeant prouidere de proximo vacante. „ P*lacet omnibus.*

„ Item iſti turni alternatiuæ prefatæ Prælatorum ad Collocatos debent „ ſeruari in quinque ſtatibus Beneficiorum ſequentium, ſcilicet in Præben- „ dis-Cathedralibus, in Dignitatibus, in ſingulis Eccleſijs Collegiatis, Præ- „ bendis, in Curis & in alijs ſimplicibus Beneficijs: dum tamen Beneficia „ illa ſimplicia valeant 15. libras Pariſ. in portatis. Ita quod primam Præ- „ bendam Cathedralem vacaturam, primam etiam dignitatem, primam

etiam Præbendam Collegiatam, primam Curam & primum Beneficium ſimplex vt præfertur, habeat conferre Prælatus ad libitum. 2. verò Præbenda vacatura, 2. Dignitas, 2. Præbenda Collegiata, 2. Cura & 2. Beneficium ſimplex applicetur pro Collocatis. *Placet omnibus.* 1408.

Item 1. 2. vel 3. Collocatus, & ſi deinceps Beneficium cadens in turno ſuo noluerit acceptare, per hoc ſibi non præiudicatur, quoad alia Beneficia. *Placet omnibus.*

Item Prælatus & Collocati purmutare poſſint de Turnis ſuis, ſaluo Turno Prælati ſequente, &c. etiam ſaluo iure præcedentium Collocatorum. *Placet omnibus.*

Item nullus collocetur pro præſenti prouiſione qui habeat 400. libras Pariſienſes in Portatis, cuiuſcunque fuerit ſtatus, conditionis, gradus, Et ſi collocatus fuerit, non gaudeat, niſi ex certis cauſis & conſiderationibus pro aliquibus perſonis ſingularibus aliter duxerint concedendum, de quo in ipſorum litteris fiat mentio ſpecialis. *Placet omnibus.*

Item nulli aſſignetur Beneficium quod cum iam habito illam excedat ſummam. *Placet omnibus.*

Item Magiſtri in Theologia, Doctores in Iure, Domini de Parlamento, Magiſtri Requeſtarum Ordinarij, Dominorum Regis Siciliæ & Ducum Confeſſor & Eleemoſynarius, primuſque Medicus, Domini inſuper Cameræ Computorum ſingulariter pro ipſis poſſint vſque ad dictam ſummam habere prouiſionem. *Placet omnibus.*

Item Magiſtri in Medicina, Baccalarij formati in Theologia, legentes ſententias, Licentiati in Iure aliàs non titulati habentes 300. libras Pariſ. in portatis non aſſignentur, nec eis vltra illam ſummam prouideatur: quod ſi factum fuerit, non gaudeant. *Placet omnibus.*

Item *Magiſtri in Artibus & Baccalarij ſimplices in alijs Facultatibus habentes* 200. libras Pariſ. in portatis non aſſignentur, nec eis vltra illam ſummam prouideatur. Idem de Capellanis etiam Dominis continuè ſeruientibus. *Placet omnibus.*

Item Magiſtri in Theologia, Doctores in Iure, Domini de Parlamento, Licentiati in Theologia & in vtroque Iure, ac Officiarij prædicti Dominorum pro ſe ipſis habeant ad Dignitates & Præbendas: ita tamen quod vnico contententur illorum, niſi ſpecialiter aliter fuerit ordinatum. Et *idem de Magiſtris in Artibus, qui ſunt Baccalarij formati in Theologia vel Licentiati in altero Iurium.* Placet omnibus.

Item Ordinatum eſt quod collocatis, ſeu aſſignatis ad Dignitates quaſcunque vel perſonatus, non poſſit opponi ad impediendum collationem dignitatum dictarum, &c. exceptio defectus Canonicatus, ſed quod reputentur adhoc habiles & idonei, ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio cuiuſcunque Eccleſiæ non obſtante. *Placet omnibus.*

Item ſi in turno Prælati occurrat aliquod Beneficium Curatum, vel non Curatum, cuiuſcunque ſit valoris computandum, & illud ſimpliciter non offerendo, ipſum nominatis, ſeu Collocatis conferat, provt voluerit, debebit computari in turno ſuo, ſic quod proximâ vice veniant Collocati ſeu aſſignati. Quod ſi forſan propter aliquam cauſam motus ipſum præſentauerit, & obtulerit dictis Collocatis, & nullus ipſorum ipſum acceptare voluerit Prælatus vel Patronus, poterit de ipſo liberè diſponere cui voluerit abſque præiudicio turni ſui, cum hoc habeat neceſſe facere; ex quo nullus prædictorum ipſum vult acceptare. *Placet omnibus.*

Item ad amputandum difficultates quæ poſſent eſſe in prædictis, præſentatione, oblatione ſeu inthroniſatione, Prælatus vel Patronus neceſſe ipſam intimationem, ſeu oblationem habebit facere ſolemniter bis in Eccleſia vel Beneficio de quo agitur, ſic quod veriſimiliter poſſit deuenire ad notitiam dictorum Collocatorum, & habebit differre prouiſionem dicti Beneficij per menſem poſt huiuſmodi publicationem infra quem collocatus poterit dictum Beneficium acceptare, & hoc Prælato, vel Patrono tenebitur infra idem tempus intimare. *Placet omnibus.*

1408. » Item quod præmiſſæ Regulæ, ſiuè Ordinationes, collocationes & aſ-
» ſignationes, & alia quæcunque facta & ordinata circa materiam præſen-
» tem ſic intelliguntur, quod pro iſta vice valeant, & per hoc nullum
» præiudicium fiat pro tempore futuro Vniuerſitatibus, Monaſterijs, Ec-
» cleſijs Collegiatis, ſeu Communitatibus quibuſcunque, quoad eorum
» libertates, ſtatuta, & Priuilegia, vel Indulta, Prærogatiuam & hono-
» res. *Placet omnibus.*
» Item quod vbi *ſuppoſita Vniuerſitatis Pariſienſis concurrent cum ſuppoſitis*
» *aliarum Vniuerſitatum, ſuppoſita Vniuerſitatis Pariſ. præferentur ſuppoſitis*
aliarum Vniuerſitatum, cæteris paribus. Et Vniuerſitatis Aurelianenſis ſup-
poſita præferentur Andegauenſi, niſi ex certa ſcientia aliud fuerit ſpe-
cialiter ordinatum.

Iuxta articulos prædictos qui Concilio Eccleſiæ Gallicanæ hoc anno 1408. habito Pariſijs præſentati fuerunt, confectum eſt Inſtrumentum Publicum, ſuper eadem Prouiſione beneficiorum, quod ſimiliter legitur in eodem MS. poſt hunc titulum. *Inſtrumentum Prouiſionis Beneficiorum quoad poteſtatem Commiſſariorum.* Eſt autem huiuſmodi.

» IN NOMINE DOMINI, Amen. Nouerint vniuerſi præſens publicum
» Inſtrumentum inſpecturi quod anno Domini 1408. Indictione 1. die 1.
» menſis Octob. ab Electione Petri de Luna, qui dudum Benedictus XIII.
» appellabatur anno 15. cum in ſacro Concilio Generali, ſeu Congrega-
» tione Reuerendiſſimorum Patrum DD. Patriarchæ Alexandrini, Ar-
» chiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, ac per Vniuerſitates, Metro-
» politanas & Cathedrales Eccleſias Regni Franciæ & Delphinatus Vien-
» nenſis Deputatorum per Dominum noſtrum Regem mandatorum ad
» intereſſendum perſonaliter Pariſius die 1. menſis Auguſti anni præſentis
» Concilium Eccleſiarum Gallicanæ & Delphinatus celebraturum & ten-
» turum ſuper vlteriori proſecutione vnionis S. Matris Eccleſiæ & regi-
» mine dictarum Eccleſiarum pendente neutralitate pro nunc in dictis Re-
» gno & Delphinatu currente, cum continuatione dierum, vſquequò in
» deliberatione proponendis receptæ & factæ eſſent certæ & finales Con-
» cluſiones, provt de vocatione & ordinatione nobis Notarijs infra ſcriptis
» fuit facta fides per organum Magnifici & Potentis Domini D. Arnoldi de
» Corbeia Militis & Cancellarij Franciæ, qui pluribus diebus præſedit in
» Concilio ſupradicto, præſidente tamen pro nunc Reuerendiſſimo in
» Chriſto Patre D. Simone miſeratione diuina Patriarcha Alexandrino
» Adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Carcaſſonenſis per ordinationem di-
» cti Domini noſtri Regis, vt per litteras Patentes ſigillo ſuo in cera alba
» ſigillatas nobis Notarijs infra ſcriptis apparuit ipſis Archiepiſcopis,
» Epiſcopis, Abbatibus, Vniuerſitatibus & alijs Deputatis, qui tunc ad-
» erant & intereſſe volebant Concilium Eccleſiæ Gallicanæ & Delphina-
» tus Viennenſis celebrantibus & ipſas Eccleſias facientibus & meritò re-
» præſentantibus fuerit tam ex parte D. noſtri Regis, D. Reginæ eius Con-
» ſortis, Illuſtriſſimi Principis D. Ludouici Aquitaniæ Ducis eius Primo-
» geniti, aliorum DD. Ducum de ſanguine Regali & DD. Parlamenti,
» quàm Matris VNIVERSITATIS STVDII PARISIENSIS & aliarum Vniuer-
» ſitatum & ſtudiorum Regni Franciæ expeditum, dictum & narratum at-
» que ſupplicatum, quod prænominati Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates
» & alij dictum ſacrum Concilium celebrantes vellent, & ſaltem iſto Neu-
» tralitatis tempore pendente, aduiſare, ſtatuere & ordinare, modum per
» quem prouideretur conuenienter de beneficijs Eccleſiaſticis VIRIS
» GRADVATIS ET LITTERATIS, ac notabilibus de Domibus Regis, Re-
» ginæ, Ducum & dictorum Dominorum, de Vniuerſitatibus Regni, ne
» propter defectus prouiſionis in præiudicium vniuerſalis Eccleſiæ & fidei
» Orthodoxæ potiſſimè huius Regni contingeret ſtudia diſſipari. Qua ma-
» teria pluribus vicibus, ac diebus in dicto Concilio diſcuſſa & appara-
» ta hinc inde, ac ſolemniter examinata tandem die datæ huius publici

inſtrumenti, votis & opinionibus per dictum Præſidentem perſcrutatis & petitis, ipſum ſacrum Concilium deliberauit, concluſit, voluit, conceſſit & ordinauit quod viri litterati de Domibus dictorum Regis, Reginæ & Ducum familiarium continuè ſeruientium, Domini Officiarij, Conſiliarij Regis in ſuo Parlamento volentes beneficiari ac Vniuerſitates Pariſienſis, Andegauenſis, Aurelianenſis, Toloſana & Montiſpeſſulana ſuas ſupplicationes more ſolito fieri ad Rom. Pontificem inrotulentur cum expreſſione ſuorum Ordinum, Graduum ac Prærogatiuarum, ac cum numero & valore ſuorum Beneficiorum, & Rotulos eiuſmodi tradent & præſentabunt Reuerendiſſimis Patribus & DD. Patriarchæ Alexandrino, Turonenſi, Toloſano & Senonenſi Archiepiſcopis, Pariſienſi, Lexouienſi, Albienſi, Beluacenſi, Appamiarum, Tornacenſi, Anicienſi, Ambronenſi, Lodouenſi, Nemauſenſi, Mirapicenſi, Trecenſi, Ebroicenſi & Conſtantienſi Epiſcopis, S. Ægidij & S. Michaëlis in periculo maris Abbatibus & Priori S. Martini Pariſienſis; quibus ſeptem, aut quinque ex eis, alijs tamen non excluſis, cum intereſſe voluerint & poterunt, dictum ſacrum Concilium longa materia & concordi deliberatione ſuper hoc habita, dedit poteſtatem, authoritatem, & mandatum dictos Rotulos viſitandi, & dictos ſeruitores & Graduatos Vniuerſitatum in eis inrotulatos, ſuis Ordinibus, Gradibus, laboribus, meritis & prærogatiuis, ac Facultatibus & valore Beneficiorum cæteriſque circunſtantijs ponderatis eos præſentatoribus & Collatoribus Beneficiorum in Regno Franciæ & Delphinatu nominandi, aſſignandi & collocandi, modo quo eorum conſcientiæ videbitur faciendum; qui Præſentatores & Collatores Beneficiorum cuiuſcunque ſtatus, Gradus, aut Ordinis exiſtant, tenebuntur ſecundum Ordinem nominationis & collocationis huiuſmodi de Beneficijs vacantibus ad ipſorum præſentationem, vel collationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantibus, diſponere, præſentare, conferre & prouidere. Eiſdem dedit etiam Concilium prænominatum poteſtatem aduiſandi & ordinandi ſecuritates iuridicas, ſeu poſſibiles reperiri de iure ad hoc vt præmiſſa omnia inuiolabiliter obſeruentur. Demum verò præfati Reuerendiſsimi Patres & Domini Patriarchæ Alexandrinus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & alij modo præmiſſo ad dictum Concilium tenendum die 9. dicti menſis Congregati nolentes præmiſſam ordinationem eſſe illuſoriam, dubiam, vel incertam remanere ſicut nec decet, ſed effectum habere efficacem, materia ſolemniter, ac longa & matura deliberatione, diſcuſſâ & examinata, concluſerunt, ſtatuerunt & ordinauerunt, ac tenore præſentis publici Inſtrumenti ſtatuunt, conſtituunt & ordinant, quod præſentationes & collationes, ſeu quæuis aliæ diſpoſitiones Beneficiorum quæ fierent in futurum, quod abſit, contra Ordinem & aliter quàm ſic nominatis, **collocatis & aſſignatis in præiudicium dictæ nominationis** & aſſignationis, ſeu collocationis, in rotulatorum gratiam reputentur & ſint irritæ, caſſæ & nullæ ipſo facto. Quas etiam authoritate huius ſacri Concilij caſſant & annullant tenore præſentium & per præfatos Dominos Deputatos, ſeu Commiſſarios quibus ſuas vices commiſerunt circa præmiſſa & ea tangentia conuenerunt, irritas & caſſas atque nullas, ſeu nullius valoris declarari voluerunt atque volunt. 1408.

Poſtmodum autem die 16. dicti menſis Octobris prædicti ad Concilium celebrandum congregati ad tollendum difficultates quæ poſſent haberi in congregando prænominatos Prælatos Deputatos, vt præmittitur, per ipſum Concilium ad collocandum Inrotulatores, ſeu Inrotulandos Reuerendiſſimi Patres D. Archiepiſcopus Narbonenſis, vel M. Ioannes de Teſta eius Vicarius, Epiſcopi Nemauſenſis, Appamiarum, Mirapicenſis & Anicienſis, in quantum tangit Suppoſita ſtudiorum Toloſani & Montiſpeſſulani, videlicet pro quolibet ſtudio tres vel duo ex tribus: ac ad euitandum vexationes tam ipſorum Prælatorum quàm Inrotulandorum, voluerunt, concluſerunt & ordinarunt quod Reuerendiſſimi

1408. » Patres Simon Patriarcha Alexandrinus, Pariſienſis, Tornacenſis, Ebroi-
» cenſis Epiſcopi, & Montis S. Michaëlis in periculo maris Abbas autho-
» ritate dicti Concilij premiſsi conſiderantes huiuſmodi Inrotulandos col-
» locent, nominent & aſsignent Preſentatoribus & Collatoribus, ſeu quam-
» uis aliam diſpoſitionem habentibus modo & ordine quibus eorum quili-
» bet eorum conſcientiæ videbitur faciendum, & omnia & ſingula præ-
» miſſa executioni debitæ demandent, alijs tamen prænominatis qui in-
» tereſſe voluerint & poterunt, non excluſis. Inſuper vt huiuſmodi con-
» ceſsio & ordinatio inuiolabiliter ad effectum deducatur. Die 19 dicti men-
» ſis iterùm modo ſimili congregati ſtatuerunt & ordinauerunt quod præ-
» nominati quinque Prælati vel duo ex ipſis facient nominationes, præ-
» ſentationes & collocationes prædictas ſecundum Decreti prædicti ſe-
» riem, ac modum, etiam ordinem ipſorum inuiolabiliter obſeruari. Si
» verò, quod abſit, contra tenorem huiuſmodi Ordinationis, nominatio-
» nis, aſsignationis & collocationis contingeret attentari, & inter nomi-
» natos ex vna & Collatores, ſeu Patronos parte ex altera quæſtionem
» oriri, præfati quinque Deputati, aut duo ex ipſis attentata reparabunt,
» & omnes & ſingulas querelas & quæſtiones audient, decident & termi-
» nabunt. Et ſi præſentatores & collocatores attentata contra præmiſſa
» moniti charitatiuè & ſummariè noluerint, neglexerint, aut plus debito
» diſtulerint reparare, ipſi quinque, aut duo ex ipſis, quidquid fuerit in
» contrarium factum, ſeu attentatum reparabunt, & Beneficium de quo
» fuerit contentio authoritate huius ſacri Concilij ipſi collato, nominato
» ſeu aſsignato conferent & aſsignabunt, & in poſſeſsionem recipi, ac ei-
» dem de fructibus integraliter reſponderi facient cum effectu, Contra-
» dictores quoſcunque authoritate huius ſacri Concilij cenſurâ Eccleſia-
» ſtica compeſcendo, & auxilium brachij ſecularis, ſi ſit opus, inuocando.
» De & ſuper quibus videlicet ſingulis præmiſsis præfatus Reuerendiſsi-
» mus Pater & plures alij petiuerunt à nobis Notarijs & quolibet noſtrum
» ſibi fieri publicum Inſtrumentum, ſeu publica Inſtrumenta, vnum vel
» plura. *Acta fuerunt hæc Pariſius in Aula Regalis Palatij ſuper Sequanam an-*
» *no, Indictione, diebus & menſe & locis prædictis, præſentibus venerabilibus &*
» *circunſpectis viris DD. & MM. Ioanne Breuis-coxæ, Henrico de Bragella*
» *ſacræ Theol. Profeſſore, Petro Cauchon, Ioan. Warini Magiſtris in Artibus*
» *& Licentiatis in Decretis, Berengario de Alpagione, Præpoſito Eccleſiæ Belli-*
» *montis, Ioanne de Teſta Vicario Narbonenſi Io. de Mornayo, cum Archiepiſ-*
» *copis, Epiſcopis & Abbatibus & alijs plurimis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpe-*
» *cialiter & rogatis.*

Extant alia quædam Capita deliberationis & conſtitutionum eiuſdem Concilij in eodem libro ſub hoc titulo. *Aduiſamenta ſuper regimine Eccleſiæ Gallicanæ, durante neutralitate & concluſa Pariſius per Concilium Eccleſiæ prælibatæ 5. Nouemb. an. Dom. 1408. quorum vnum eſt de diſpenſationibus; alterum de Miniſtratione Iuſtitiæ; tertium de Appellationibus, quartum de Prouiſione Beneficiorum, ſeu circa modum prouidendi in Beneficijs & circa diſtributionem eorundem.*

Edixit quoque Rex aduerſus Fautores Benedicti die 13. Octob. Item & circa Exemptos die 15. quæ inſtrumenta leguntur in libert. Eccleſ. Gall. ſimiliter & iſtud 20. eiuſdem menſis datum, quo conſtat Vniuerſitatem in Concilio Pariſienſi conqueſtam fuiſſe, quod Fautoribus Benedicti liceret impune vagari in vrbe, poſtulaſſeque vti nominatim excommunicarentur. Eſt autem illud tale.

» IN NOMINE DOMINI, Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti
» cunctis pateat euidenter, quod anno eiuſdem Domini 1408. Indict. 2.
» menſ. Octob. die 20. horâ 10. ante meridiem, ab electione Petri de Luna
» vltimò in Papam electi qui dudum Benedictus 13. nuncupabatur anno 15.
» In Concilio ſiue Congregatione Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum
» DD. Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, ac piæ Vniuerſitates,

Metropolitanus,

Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias Regni Franciæ & Delphinatus Viennenſis Deputatorum per D. noſtrum Regem mandatorum ad intereſſendum perſonaliter Pariſius die 1. menſis Aug. anni præſentis & Concilium Eccleſiæ Gallicanæ & Delphinatus celebrandum & tenendum ſuper vlteriori proſecutione vnionis S. Matris Eccleſiæ, ac Regimine dictarum Eccleſiarum pendente neutralitate pro nunc in dictis Regno & Delphinatu currente cum continuatione dierum, vſquequò ſuper omnibus in deliberatione proponendis receptæ & factæ eſſent certæ & finales Concluſiones, provt de vocatione & ordinatione nobis Notarijs infraſcriptis fuit facta fides per organum magnifici & potentis D. D. Arnaldi de Corbeya militis *& Cancellarij Franciæ qui pluribus diebus præſedit in Concilio ſupradicto; præſidente tamen pro nunc Reuerendiſſimo in Chriſto Patre D. Symone miſeratione diuina Patriarcha Alexandrino*, adminiſtratore perpetuo Eccleſiæ Carcaſſonæ per Ordinationem dicti D. noſtri Regis Francorum, provt nobis Notarijs publicis infraſcriptis per litteras patentes ſigillo ſuo in Cera alba ſigillatas conſtabat, ipſis DD. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Vniuerſitatibus & alijs Deputatis qui tunc aderant & intereſſe volebant Concilium Eccleſiarum Gallicanæ & Delphinatus Viennenſis celebrantibus & ipſas Eccleſias facientibus & merito repræſentantibus, vt dicebatur: & Præfatus Reuerendiſſimus in Chriſto Pater D. Symon Patriarcha Alexandrinus ad dictam D. *Rectoris, Deputatorum Vniuerſitatis Pariſienſis* requiſitionem inſtantem pluribus ante diebus in præſentia totius Concilij iteratis vicibus repetitam & vt aduerſus credentes, fautores, participes & defenſores manifeſtè notorij expreſſis & explicatis nominibus dici debeant & vocari. Et quia in præſentia & conſpectu præfati Concilij, Eccleſiæ Gallicanæ & Delphinatus per eundem D. Rectorem quædam patens ſcedula lecta fuit quæ continebat nomina & cognomina omnium illorum quos dicta venerabilis Vniuerſitas ſtudij Pariſienſ. ſuper hoc ſolemniter congregata in dicta Congregatione generali eiuſdem repræſentauit indicijs euidentioribus, & tunc repræſentabat veros Credentes, fautores, participes, defenſoreſque notorios & manifeſtos ipſius Petri de Luna, quæ etiam pluribus antè diebus fuerat repetita. Idem Reuerendiſſimus Pater volens ſingulorum ſuper hoc exquirere ſingulariter votum, opinionem & mentem, in deliberatione & opinionum interrogatione poſuit & ſigillatim expreſſit petens qui de nominatis & cognominatis prædictis in eadem ſcedula & ſcriptura pro manifeſté notorijs, credentibus, fautoribus, participibus, adhęrentibus & defenſoribus ſæpè dicti Petri de Luna Schiſmatici & hæretici tenendi ſint, ex tunc & legitimé reputarentur. Quorum omnium intentione, opinionibuſque diſcuſſis, Ioannes qui ſe fecit Archiepiſcopum Auxitanum nominari, Petrus qui ſe S. Poncij Epiſcopum fecit appellari, Ioannes quondam Cabilonenſis Epiſcopus, nunc dictus Aginnatenſis, Abbas S. Saturnini Toloſani dictus Condomenſis, Bertrandus de Dyaumont nuper Vaurenſis dictus Biterrenſis, Guigo Flandrini lator & in parte Compoſitor damnati libelli ſub nomine Epiſtolæ Toloſanæ præſentati Pariſius, Cardinales quondam Auxitanus, de Fliſcho, de Chalanto, Generales Prædicatorum & Minorum in Pręfatâ ſcedulâ & deliberatione *Vniuerſitatis Pariſienſis* annotati ſuis exigentibus demeritis & culpis vrgentibus, actibuſque perperàm pręfatis criminibus perſeuerantiæ longioris, à præfato Eccleſiæ Gallicanæ Concilio reputati ſunt ipſius Petri de Luna Schiſmatici & hæretici, Credentes, fautores, participes, & defenſores notorij manifeſti & pro talibus habiti atque tenti, ab ipſoque Concilio & Domino Patriarcha collectis opinionibus omnium declarati. De & ſuper omnibus & ſingulis præmiſsis præfatus D. Patriarcha & alij complures à nobis Notarijs publicis infra ſcriptis ſibi fieri petierunt publicum inſtrumentum, vnum vel plura. Acta fuerunt hæc in aulâ altâ ſuper Sequanam Regalis Palatij Pariſ. ſub hora, menſe, &c. prædictis; præſentibus venerabilibus & diſcretis viris MM.

1408.

» Guillelmo Benedicti Nic. de Mornayo, Gaufrido de Peruſia, Guill. de
1408. » Broſſio, Nic. Gehe, Nicol. de ſancto Elario & Guill. Rouſſelli, tam Do-
» ctoribus in Iure quàm Magiſtris in Artibus, cumque pluribus alijs teſtibus
» ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego Ioan. Bourilleti Preſbyter Eduenſis publicus authoritate Apoſtolica Notarius, &c.

Et Ego Amiſius Gouberti publicus authorit. &c.

Et Ego Io. Beauſamis publicus, &c.

Cum autem in Concilio Pariſienſi prædicto ſtatutum fuiſſet inter cætera, vt ſublatis omnibus Gratijs expectatiuis veri Collatores deinceps conferrent Beneficia præſertim viris doctis & litteratis atque in celebri Vniuerſitate Graduatis, Vniuerſitas Pariſienſis, in cuius gratiam maximè ſtatutum eiuſmodi factum fuerat, ſupplicauit Regi per illuſtriſsimos Duces Bituriæ, Burgundiæ, Aureliæ & Borbonij, vt id autoritate ſuâ ſanciret. Igitur publicis literis ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, alioſque Collatores datis, ſignificauit eam eſſe mentem ſuam, mandauitque id ſine fraude fieri, vt patet ex hocce diplomate.

» CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous
» nos Amez & Feaux les Archeueſques, Eueſques, Abbez & autres
» Collateurs Eccleſ. de Benefices, &c. Salut, &c.
» Nous auons entendu par la complainte *de noſtre Amée fille l'Vniuerſité*
» *de l'Eſtude de noſtre ville de Paris*, que jaçoit ce que vous ne puiſsiez & ne
» doyiez ignorer que au Conſeil aſſemblé & tenu par noſtre Ordonnance
» en noſtredite Ville, des Prelats, Gens d'Egliſe & autres notables per-
» ſonnes du Clergé de noſtre Royaume & de noſtre Dauphiné, pour auoir
» & prendre aduis & deliberation pour pluſtoſt venir à aucune bonne
» Concluſion ſur le fait de l'vnion de noſtre Mere S. Egliſe. Aprés ce que
» pour les cauſes, qui lors furent deliberées & aduiſées, Concluſion fut
» priſe de faire ſoubſtraction d'obeïſſance à Benedic dernierement éleu
» en Pape, Nous pour Nous, leſdits Prelats & ceux à qui appartiennent
» les Collations & preſentations deſdits Benefices de noſtredit Royaume
» & Dauphiné fuſmes requis tres-inſtamment par nos Tres-chiers & Tres-
» Amez Oncles & Frere les Ducs de Berry, de Bourgogne, d'Orleans &
» de Bourbon, *que aux Suppoſts de noſtredite fille l'Vniuerſité, qui pour la grande ferueur qu'ils auoient de pourſuiure le fait de ladite vnion, n'auoient voulu demander ou requerir aucunes Graces dudit Benedic à ſa creation*, quand il fut
» premierement éleu en Pape ne aprés, afin que par ce n'euſſent occaſion
» de eſtre moins émeus à pourſuiure ledit fait, pourueiſſent des Benefices
» appartenans à leurs Collations ou preſentations, & que par vous & les
» autres Prelats & perſonnes dudit Clergié, lors aſſemblez audit Conſeil,
» fuſt deliberé qu'il ſeroit pourueu auſdits Suppoſts de noſtredite fille iuſ-
» ques au nombre de mille Benefices. Iaçoit ce auſsi que quatre deſdits
» Prelats qui furent ordonnez pour diſtribuer ledit nombre deſdits Bene-
» fices à mille Suppoſts de noſtredite Fille par les preſentations & Colla-
» tions, ſelon leur diſtinction, les ayent diſtribuez & ordonnez & eſcrit par
» leurs lettres à chacun deſdits Prelats & autres Collateurs ou Preſenta-
» teurs en certaine ſomme lors ordonnée ſur ce, Et que Nous meſmes
» ayons ſemblablement eſcrit à pluſieurs d'eux pour aucuns des Suppoſts
» deſſuſdits de noſtredite Fille: Neantmoins combien qu'il ait vaqué de-
» puis pluſieurs Benefices en pluſieurs Dioceſes de noſtredit Royaume &
» Dauphiné, toutes voys la deliberation lors prinſe audit Conſeil n'a mie
» ſorty en pluſieurs lieux ſon effet; ainçois par les Collateurs deſdits Be-
» nefices ou ceux qui ont droit de preſenter à iceux, a eſté pourueu d'au-
» cun deſdits Benefices à pluſieurs perſonnes moins idoines & ſuffiſantes
» & qui ne leur eſtoient mie nommées par leſdits quatre Prelats, reiettez
» & mis arriere leſdits Suppoſts de noſtredite Fille qui auoient eſté collo-
» quez par iceulx quatre Prelats auſdites Collations ou Preſentations.

Et pour ce noſtredite Fille voyant la grande faute & negligence deſdits Prelats & autres Collateurs & Preſentateurs auſdits Benefices & qu'ils n'obtemperoient point à la deliberation prinſe audit Conſeil, ne aux lettres à eux enuoyées par les quatre Prelats deſſuſdits, ne aux moins que pour aucuns deſdits Suppoſts ayant pource eſcrit comme dit eſt, par pluſieurs fois enuoyé deuers Nous ſes Deputez pour requerir que ce ſur ce leur fuſt faite aucune prouiſion, *Et pource que encore n'y eſtoit pourueu, a ceſſé de leçons & Sermons & de tous faits d'Eſtude, dont pluſieurs eſcandales ſe ſont deſia enſuis & ſe pourroient encore enſuir plus grands à l'Egliſe vniuerſelle,* & à toute Chreſtienté, ſe remede n'y eſtoit mis, pourquoy Nous voulans obuier auſdits inconueniens eu ſur ce grande & meure deliberation auec noſdits Oncles & Frere & pluſieurs de noſtre grand Conſeil, auons voulu faire voir & viſiter *le Roule fait & ordonné* PAR NOSTRE FILLE L'VNIVERSITE' *& preſenté auſdits quatre Prelats, & la Collocation par eux faite deſdits mille Suppoſts d'icelle noſtredite Fille pour eſtre pourueus deſdits mille Benefices comme deſſus eſt dit, pour ſçauoir comme iceluy Roule a eſté mis à execution.* Et pour qu'il a eſté trouué par noſtredit Conſeil que à moult grande quantité deſdits Suppoſts n'a mie eſté encore pourueu, ſi comme par la deliberation euë audit Conſeil deſdits Prelats a eſté aduiſé, dont tres-fort nous deplaiſt & non ſans cauſe. Meſme que les Benefices doiuent eſtre donnez & diſtribuez à ceux qui en ſont dignes & non à autres: Nous par l'auis de nos Oncles & Frere & autres deſſuſdits, auons ordonné requerant encore chacun des Prelats & autres Collateurs & Preſentateurs de noſdits Royaume & Dauphiné qui n'ont obtemperé à ladite deliberation que entant comme en eux eſt, ils accompliſſent ce que ainſi vnanimement & ſaintement fut deliberé en ladite Aſſemblée en pourueant de Benefices appartenans à leurs Collations ou Preſentations quand ils eſcherront, à ceux qui ont eſté colloquez à icelles par les quatre Prelats deſſuſdits. Toutes-foys, pource que nous auons aucuns nos Conſeillers, Chappellains & autres Officiers, & auſſi en ont noſtre tres-chere & tres-amée Compagne la Roine, noſtre tres-chier & tres-amé fils le Daulphin & noſdits Oncles & Frere pour leſquels nous & eux auons eſcrit auſdits Collateurs & Preſentateurs & que pour ce pourroit en ce fait interuenir diſſenſions, Nous pour pourueoir à ce, auons ordonné par la deliberation de noſtredit Conſeil, & voulons que les deſſuſdits & leſdits Suppoſts nommez par leſdits quatre Prelats ſoient pourueus l'vn aprés l'autre, & auſſi l'vns de Conſeillers Chappellains ou autres Officiers de Nous, de noſtredite Compagne, de noſtredit Fils & de noſdits Oncles & Frere, pour leſquels par Nous, ou par eux aura eſté eſcrit, le premier pour la premiere fois, & l'vn deſdits Suppoſts de noſtredite Fille le ſecond: Et pour la ſeconde fois par ordre ainſi que les Benefices eſcherront, par telle maniere toutes-voys que **ſe aucuns deſdits Conſeillers, Chappellains & autres Officiers de Nous,** de noſtre Compagne, de noſtre Fils, de noſdits Oncles & Frere, pour leſquels eux ou Nous auons eſcrit, comme dit eſt, a eſté pourueu d'aucun Benefice appartenant à la Collation ou Preſentation des aucuns deſdits Collateurs, ou Preſentateurs, le Suppoſt de noſtredite Fille ſoit pourueu le premier du Benefice qui aprés premierement eſcherra, & ainſi par ordre iuſques à ce que les Suppoſts d'icelle noſtre Fille, ainſi colloquez par leſdits quatre Prelats ſoient pourueuz ſelon l'ordre contenu és lettres des quatre Prelats deſſuſdits.

1408.

Laquelle deliberation ainſi meurement prinſe en noſtredit Conſeil & laquelle nous voulons ſortir ſon effet, Nous voulons, notifions par ces preſentes & vous requerons tres-inſtamment que conſideré que ladite premiere deliberation de pourueoir ainſi auſdits Suppoſts de noſtredite Fille qui tant ont trauaillé pour l'effet de ladite vnion, fut faite par tout ledit Conſeil des Prelats & Clergié, ainſi notablement aſſemblez comme dit eſt & qu'elle fuſt fondée ſur grande raiſon, Vous les accompliſſiez

" par la maniere deſſuſdite, entant comme en vous eſt, ſans nulle contradi-
1408. " ction, en quoy vous nous ferez tres grand plaiſir Sçachans certainement
" que ou cas que vous ne le accompliſſiez affectueuſement ſans faire aucu-
" ne enqueſte, en tant comme touche leſdits Suppoſts de noſtredite Fille,
" Nous y prendrons tres grand déplaiſir; & en ce cas ne entendons vous
" faire, ne Nous vous ferons doreſnauant aucunes graces de vous donner
" dilations, ainſi comme de noſtre liberalité auons fait au temps paſſé,
" tant de bailler voſtre denombrement des graces que vous tenez de Nous
" comme de tenir les terres, rentes & reuenus que vous tenez non amor-
" ties, ne obtiendrez aucunes autres de Nous de ce dont vous nous
" auez à requerir, & autrement y pouruoiront par toutes voyes deuës &
" raiſonables, comme nous voirons qu'il ſera à faire. Si en faites tant à cet-
" te fois que noſtredite Fille n'ait plus cauſe de s'en complaindre & que
" nous y doyons prendre plaiſir & de la reception de ces preſentes & auſſi
" de ce que faire en vouldriez. Nous Certifions à plain par le Porteur d'i-
" celles. Et en outre afin que cette Noſtre ordonnance ſoit plus ferme-
" ment tenuë & gardée: Nous auons voulu que d'icelle ſoient faites nos
" lettres Patentes qui ſont demeurées deuers noſtre Amé & Feal Chance-
" lier, afin que elles ſoient excutées contre ceux qui ne le accompliront,
" & qui aucunement feront au contraire. Donné à Paris le 20. iour de
" Mars l'an 1408.

Eodem anno menſe Octobri Duciſſa Aureliana vidua cum filio Lutetiam venit & apud Regem Regnique Proceres conqueſta eſt de impia cæde Ludouici coniugis ſui. Aderant Regis Conſilio apud Luparam inter alios Rector & Deputati Vniuerſitatis. Tum Abbas S. Fiacri ipſius Duciſſæ & filij nomine libellum porrexit, in quo omnia argumenta quæ pro ſe Burgundus attulerat, confutata legebantur. Sic autem incipiebat teſte Monſtreletio.

ROY TRES-CHRESTIEN, PRINCE TRES-NOBLE, SOVVERAIN SEIGNEVR ET CHEF DE IVSTICE: *A toy ſont mes paroles addreſſées, car à toy compete de monſtrer Iuſtice à tous les ſubjets du Royaume de France, auquel non mie tant ſeulement les Païs & Regions voiſines, mais auſſi les Eſtranges Nations, ou Gens prennent exemple & tiennent la droite ſentence de ta Iuſtice, à laquelle partie de Toy & ton renommé Conſeil, comme à la fontaine de raiſon & verité, ie vueil addreſſer mes paroles en la perſonne de ma tres-honorée & tres-noble Dame, Madame la Ducheſſe d'Orleans & de Meſſeigneurs ſes Enfans, qui tous déconfortez preſentent leur plainte en lamentations & larmes veans eux aprés Dieu nul recours auoir fors en ta pitié & compaſſion.*

Et quia M. Ioannes Parui Doctor Theologus occiſi Ducis memoriam onerauerat inter cætera quod fautor fuiſſet Schiſmatis, Benedictumque contumacem ſemper defendiſſet, ad hoc ita reſponſum.

Et afin que ie monſtre euidemment l'affection de Monſeigneur d'Orleans, auoit reſté ſur toutes choſes à l'vnion de l'Egliſe, ie vueil raconter vne choſe par luy offerte à l'Vniuerſité de Paris trois ſepmaines deuant ſon Treſpas. C'eſt à ſçauoir comment Monſeigneur d'Orleans voyant qu'iceluy Romain ne vouloit pas venir à Genes ne à Sauoye, & ne vouloit pas receuoir pour hoſtaige ceux que luy auoit preſentez le Mareſchal Boucicault, & qu'autre choſe n'empeſchoit l'vnion de l'Egliſe, comme Pierre de la Lune fuſt prés d'aller eſdits lieux, adonc diſt les paroles enſuiuantes. O RECTEVR ET VOVS TOVS MES BONS AMYS, *voyez que bien briefuement par la grace de Dieu nous aurons l'vnion de l'Egliſe, mais que nous puiſſions aſſeurer iceluy Romain, afin qu'il vienne au territoire de Genes. I'ay propoſé à luy faire offrir vn de mes Fils pour hoſtage, lequel qu'il voudra eſlire & ſuis preſt de l'enuoyer à mes deſpens à Veniſe ou ailleurs. Sur ce faites telles lettres qu'il vous plaira & ie les ſigneray. Dites ce à l'Vniuerſité en rapportant à moy leur opinion. Adonques les Seigneurs de l'Vniuerſité le regracierent de ce tant qu'ils peurent, diſans que plus ne pouuoit offrir; & en ce il demonſtroit ſa bonne affection, & viuent encore ceux qu'il auoit ordonnez à cette*

beſongne à aller perſonnellement demonſtrer aux Romains & aux Venitiens icelle preſentation. 1408.

Tunc aberat Burgundus & Leodienſes oppugnabat; nec dubitatum quin Francia in nouas calamitates relapſura eſſet; præuidit hoc Vniuerſitas: Et quanquam Ioannis Parui malè conſultum Sermonem, nec tunc probaret, nec ante probauiſſet, exiſtimauit tamen è re publica eſſe, Pacem fouere qualemcunque: itaque per M. Ioannem Gerſonium ad Proceres orationem habuit, aſſumpto hoc Themate *Veniat Pax*, Eſaiæ 55. « deinde ſubiungit. *Veniat Pax*, dicit & precatur cum S. Propheta Eſaia, « *Filia Regis, veritatis doctrix, Mater & fons omnium ſtudiorum, pulcrum lumen* « *& clarum Nobiliſſimi & Chriſtianiſſimi Franciæ Regni à tota laudatum Chri-* « *ſtianitate.* Veniat pax, inquit ipſa, & iurè quidem petit pacem, deſide- « rat pacem, vocat pacem, ſpiritualem ſcilicet pacem & temporalem; pa- « cem quidem ſpiritualem in ſancta Eccleſia contra Schiſma & diuiſionem. « Et pacem temporalem nobili Regno Franciæ veluti timens afflictionem. « Nullus admirari debet hoc. Officium enim huius ad iſtud eam compel- « lit, &c. Habuit & aliam orationem eodem nomine & anno de iuſtitia; « cuius hoc fuit Thema. *Diligite Iuſtitiam, &c.* «

Idem eodem anno, cum Vniuerſitas Oxonienſis Legatos ſuos ad proximè celebrandum Concilium Piſanum delegaſſet, ad eos Pariſijs tranſeuntes Orationem habuit Vniuerſitatis Pariſ. nomine cuius hoc fuit exordium. *Congratulatur veſtræ Dilectioni, veſtro zelo feruenti, veſtræ laborioſiſſimæ, ſed laudabiliſſimæ legationi. Congratulatur & applaudit ô Reuerendiſſimi & præclariſſimi Patres, ô doctiſſimi & ſapientes viri, Fratres in dilectione Chriſti cariſſimi! Congratulatur, inquam, & congaudet amatrix & admiratrix & cultrix bonorum omnium Pariſienſis Vniuerſitas.*

Circa idem tempus redierunt ex Italia Legati Regij & Academici, Simon Cramaudus & Petrus Plaoul, eorumque reditus Eccleſiæ Gall. Prælatis tunc congregatis gratiſſimus acceptiſſimuſque fuit, vt narrat Monſtreletius. *Deſquels grandement deſiroient la venuë les Prelats aſſemblez au Conſeil deſſuſdit, afin qu'ils fuſſent plus Saiges par iceulx d'aucunes beſongnes qu'ils auoient à faire. Lequel M. Pierre Plaoul Docteur en Theologie cheuauchoit tres-ſouuent en habit de Docteur auec ledit Cardinal parmy Paris, tout d'vn coſté, comme cheuauchent les Nobles femmes. Deuant lequel Cardinal & Docteur deſſuſdit l'Abbé de Gaudebech de l'Ordre de Ciſteaux Docteur en Theologie propoſa de par l'Vniuerſité pour l'vnion de l'Egliſe, & auſſi feit l'Abbé de S. Denys, & vn autre Docteur en Theologie propoſant de par l'Vniuerſité pour l'vnion de l'Egliſe vniuerſelle. Et aprés iceluy Cardinal, luy partant de Paris par Boulongne ſur la Mer, s'en alla à Calais, & lors l'Abbé de S. Denys & vn autre Docteur en Theologie qui eſtoient en priſon au Louure par le commandement du Roy, furent mis dehors à la requeſte du Cardinal de Bar, & furent du tout deliurez contre la voulenté de l'Vniuerſité de Paris, & pareillement M. Pierre d'Ailly excellent Docteur en Theologie Eueſque de Cambray, lequel eſtoit arreſté à l'inſtance de ladite Vniuerſité, pourtant qu'il n'eſtoit pas à elle fauorable, fut auſſi deliuré par le pourchas du Comte Waleran de S. Pol & du grand Conſeil du Roy.*

Eadem Vniuerſitas per Facultatem Theologicam damnauit quaſdam Propoſitiones & dogmata M. Ioannis de Gorello Minoritæ: qua de re confectum eſt ſequens Inſtrumentum.

ERRORES M. IOANNIS DE GORELLO DAMNATI.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Vniuerſis præſens publicum Inſtru- « mentum inſpecturis pateat euidenter quod anno eiuſdem Domini 1408. « more Gallicano, Indictione 2. menſis Ianuarij die 2. ab Electione Petri « de Luna vltimo in Papam Electi qui dudum Benedictus XIII. nuncupa- « tus, an. 15. in Congregatione venerabilium & circunſpectorum virorum « DD. & MM. ſacræ Facultatis Theologiæ ſtudij Pariſienſis in Aula Theo- « logorum Collegij de Nauarra multùm ſolemniter congregatorum, & « *more ſolito dictæ Facultatis Theologicæ Congregationem ibidem celebrantium,* «

1408. » de mandato Reuerendi Patris D. Cancellarij Pariſienſis, tam Regentium quàm non Regentium & Religioſorum, ac ſecularium ad infra » ſcripta ibidem vocatorum, ſpecialiter propter hoc perſonaliter conſtitutus præfatus Cancellarius Pariſienſis dicens & proponens quod M. » Ioannes de Gorello Ordinis FF. Minorum Licentiatus in Theologia poſt » Veſperas ſuas fuerat delatus apud ipſum & conſequenter apud dictam » Facultatem Theologicam, tanquam dixiſſet ea quæ ſequuntur ſicut » etiam ſcripta ſua exhibita de propria manu ſonare videbantur, formam » quæ ſequitur, continentia.

» 1. Quod Sacramentum Pœnitentiæ nihil agit in habente gratiam virtute Sacramenti; fundatur, quia Sacramentum Pœnitentiæ non reſpicit » principaliter niſi expulſionem culpæ.

» 2. Quod debitè confeſſus non poſſit obligari, vt iterum confiteatur » eadem peccata. Et hoc ex radice præcedentis dicti.

» 3. Curatis non competit, vt tales ſunt, prædicare, confeſſare, extremam vnctionem dare, ſepulturas dare, decimam recipere; Fundatur in » hoc quod Curati non ſint de inſtitutione Chriſti & Eccleſiæ primariâ, ſed » per Dionyſium Papam fuerunt ordinati. Item quia ſtat Curatos eſſe qui » non ſunt Sacerdotes. Item quia locus Parochialis non eſt ille quem elegit Dominus & cæteri ſecundum figuram antiquæ legis, alioquin debe» ret illic comedi.

» 4. Fratribus competit principaliùs, vel eſſentialiùs prædicare & » Confeſſiones audire quàm Curatis. Fundatur, quia Fratribus competit » ex Regula. Et hoc eſt principalius, vel eſſentialius quàm ex ſtatuto Dionyſij. Item quia ſtat quod non ſint Sacerdotes. Item quia hæc autoritas: *Agnoſce vultum Pecoris tui*, non intelligitur de Confeſſione.

» 5. Curatis habentibus ſufficienter aliunde non licet recipere Decimas ad vſum proprium; imò ſacrilegium committerent.

» Quæ Propoſitiones, ſeu dicta pluries per Deputatos eiuſdem Facultatis diligenter examinata iudicabuntur eſſe reparanda, *præſertim cum D. Rector & multi de Vniuerſitate talem reparationem requiſiſſent in præſentia dictæ Facultatis*. Tandem præfatus D. Cancellarius ex matura, diligenti » ac concordi deliberatione Magiſtrorum dictæ Facultatis, tam Regentium quàm non Regentium, & tam ſecularium quàm Religioſorum præhabitâ, concluſit quod prædictus Frater Ioan. de Gorelle Ord. Fratrum » Minorum, qui tunc & aliàs auditus fuit ad longum, & cuius intentio » ſcita fuerat, qui etiam ſubmiſerat ſe dictæ Facultati Theol. diceret in die » Aulæ ſuæ ante receptionem Bireti ſub hac forma.

» Ex Veſperijs meis quidam fuerunt ſcandalizati ſicut mihi ſignificatum » eſt per matrem meam Facultatem Theologicam, tanquam intellexerint » quod voluerim inter alia detrahere ſtatui DD. Curatorum, & quorundam aliorum Eccleſiaſticorum, propterea volens quantum in me eſt, » **tollere omne ſcandalum & eſſe filius obedientiæ & pacis, & aſſertor ve**» ritatis, dico nunc ex ordinatione eiuſdem matris meæ & vltronea voluntate, veritates quæ ſequuntur.

» 1. DD. Curati ſunt in Eccleſia minores Prælati & Hierarchæ ex primâ inſtitutione Chriſti, quibus competit ex ſtatu ius prædicandi, ius » Confeſſiones audiendi, ius Sacramenta Eccleſiaſtica ſecundum exigentiam ſui ſtatus Parochianorum miniſtrandi, ius ſepulturas dandi, ius in» ſuper decimas, & alia iura parochialia recipiendi.

» 2. Item quod ius prædicandi & confeſſandi competit Prælatis & Curatis principaliter & eſſentialiter; & Mendicantibus per accidens ex pri» uilegio: quoniam ſunt introducti, vel admiſſi ex conceſſione & bene» placito DD. Prælatorum.

» 3. Item quod eadem peccata poſſunt licitè & meritoriè pluries confiteri in multis caſibus; & quod virtute S. Sacramenti poterit eis prodeſſe » quælibet talis reiterata confeſſio.

» 4. Item quod iſta authoritas, Agnoſce vultum Pecoris tui, benè &

aptè intelligitur de cognitione in foro pœnitentiæ.

5. Quod locus Parochialis eſt congruus & ordinarius, vt Sacramenta Eccleſiaſtica recipiantur in eo. 1408.

6. Dum poſui quod Curatis habentibus ſufficienter vnde viuerent aliunde quàm de Decimis, non licet recipere Decimas ad vſum proprium; imò Sacrilegium committerent; nolui per hoc dare occaſionem Laïcis, vel alijs quominùs Decimas ſoluerent: ſed volui condemnari abuſus, & non iuri DD. Curatorum detrahere ſuper receptione & vſu licito Decimarum, ſicut arbitror SS. Doctores quos allegaui, intelligere voluiſſe. Denique ſi aliqua protulerim, vel ſcripſerim quæ videantur prædictis contraria, vel quæ aliter accepta ſint, nolo in eis ſtare, ſed volo & ſupplico haberi pro non dictis vel ſcriptis, & alia quæcunque quæ viderentur præbere occaſionem ſcandali vel erroris. De & ſuper qua Concluſione per electum D. Cancellarium facta, & per dictum F. Ioannem de Gorello licentiatum acceptata, idem D. Cancellarius petijt à me Notario publico ſuſcripto ſibi fieri & confici publicum inſtrumentum, vnum aut plura, præſentibus ad hæc venerabilibus, & circunſpectis viris DD. & MM. Petro Vbart, Gaufrido Lattache, Guill. de Beuilla, Ioan. d'Acheri, Io. Mathee, Mathęo Rœdor, Iordano Moria, & Io. de Vaſmeſnillo; nec non venerabilibus & Religioſis viris DD. & MM. Amelfo de Fonte Ordinis FF. Minorum, ac Guillelmo de Sanctis Ordinis FF. Eremitarum S. Auguſtini & Iacobo de Liffodio eiuſdem Ordinis, omnibus Sacræ Theologiæ Profeſſoribus teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego Ioannes Mancyon Pariſienſis publicus authoritate Apoſtolica Notarius, principaliſque Bedellus Facultatis Theologiæ ſtudij Pariſienſis. Quia præmiſſæ Concluſioni ſic per Reuerendum Patrem. D. Cancellarium Pariſienſem factæ, ac omnibus alijs & ſingulis, dum vt ſupra ſcribuntur, agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſentibus interfui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Idcirco huic præſenti publico Inſtrumento manu mea ſcripto ſignum meum ſolitum, appoſui in teſtimonium veritatis præmiſſorum requiſitus.

LEGATIO AD CONCILIVM PISANVM.

Hiſce diebus ſæpius actum eſt de Legatione ad Concilium Piſanum deſtinanda. Hi autem è noſtris ſelecti; è Theologorum Ordine MM. Dominicus Parui, Petrus Plaoul, è Decretiſtis MM. Robertus de Queſneyo & Petrus de Pruuino. E Saluberrima Facultate M. Ioannes Petri; ex Artiſtis MM. Euſtachius de Focquembergue in Artibus Magiſter & Licentiatus in Decretis, Poncius Simoneti in Artibus Magiſter & Licentiatus in Theologia. Guillel. Carpentarij in Artibus Magiſter & Baccal. formatus in Theol. Arnoldus Wintwit, in Artibus Magiſter & Licentiatus in Theol. Ioannes Bourilleti aliàs Franciſci in Artibus Magiſter & Licentiatus in Decretis.

Porro vt Legatio iſta foret auguſtior, ipſius Rector inſtitutus eſt M. Poncius Simoneti vir Rectorius, eique ſuæ dignitatis hæ litteræ traditæ, quæ ſeruantur in Tabulario publico ſub hiſce characteribus A a. P.

NOuerint Vniuerſi nos Ioannem Warini Rectorem Vniuerſitatis Pariſ. inſtituiſſe die 21. Feb. an. 1408. M. Poncium Simoneti Magiſtrum in Artibus & Licentiatum in Theologia Nuncium Vniuerſitatis ad Concilium Piſanum in Rectorem Ambaſſiatæ dictæ Vniuerſitatis ad dictum Concilium, & recepiſſe iuramentum ſuum in plena Vniuerſitate propter hoc ſpecialiter celebrata de fideliter exercendo ibidem Officium dictæ Rectoriæ & Inſtructiones ſuas pro poſſe, tenendo & adimplendo. In cuius rei teſtimonium ſigillum Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ præſenti ſcedulæ duximus apponendum an. Domini 1408. die 26. menſis Febr.

Extant quoque eiuſdem Vniuerſitatis litteræ ad Legatos aliarum octo Vniuerſitatum qui ſacro Concilio erant interfuturi, vt ſuos pro veris Legatis & Nuncijs haberent.

1408. « Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum ſtudij Pariſ. Clariſſimis & diſcretiſſimis Oratoribus & Legatis ſtudiorum S. amicitiam & ſinceram dilectionem. Quanquam viri Clariſſimi, propenſa ratio quærendæ pacis Eccleſiaſticæ nos coniunxit, tamen vnum habemus propinquitatis vinculum ſingulare. Nam cum nobis ſanctorum ſtudiorum veritas quâ nihil in terris clarius, vnam profeſſionem dederit, non tamen humanæ ſocietatis fœdus, ſed quaſi diuini nexus glutinum ſortiamur, neceſſe eſt: Ita vt proprium illud nobis veritatis ſtudio vindicemus; vnde veſtra cum noſtris ſincerior debebit eſſe communicatio. Mittimus ad hoc ad ſacrum Generale Concilium ſolennes & probatos viros MM. Dominicum Parui, Petrum Plaoul ſacræ Theol. Profeſſores, Robertum de Queſneyo, Petrum de Pruuino Decretorum Doctores, Henricum Doigny in Medicina, Pontium Simoneti, Euſtachium de Foquembergue, Guill. Carpentarij & Arnoldum Witwith in Artibus Magiſtros; quos optamus animis veſtris his & alijs de cauſis eſſe acceptos. Idcirco vos rogamus, viri doctiſſimi, eis in dicendis pro parte noſtra fidem adhibere & in omnibus fauorem præbere atque directionem. Tueatur vos ſumma Trinitas & pedes veſtros in viam deducat veritatis. Datum Pariſius ſub ſigillo noſtro in Congregatione noſtra Generali, apud S. Math. propter hoc ſpecialiter celebrata die .

Veſtri Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſ.

1409. Consilium Pisanum. Die autem 25. Martij celebrata eſt Concilij prima ſeſſio. Et die 24. Aprilis anni ſequentis 1409. Simon Cramaudus Patriarcha Alexandrinus Legationis Gallicanæ Princeps & Nuncij Academici Piſas ſubierunt; quo die celebrata eſt Seſſio IV. Cæterum quid aduerſus hæc ſcripſerit Clemangius ſi ſcire vis, conſulo diſputationem quam cum quodam Scholaſtico Pariſienſi inſtituit ea de re.

Porro rerum in eo Concilio geſtarum ſeriem perſcripſerunt Vniuerſitati Legati ſui datis litteris 29. Maij: quas quia non habeo Latinè conſcriptas, Gallicè verſas referam ex Monſtreletio; tales autem ſunt.

Reverends Peres, Seignevrs et Maistres, *honorables, humble recommendation premiſe. Plaiſe vous ſçauoir que nous eſcriuons par deuers vous les faits & copies des Traittez faits au Concile General aſſis par 13. fois ou quel en effet ont eſté faites les choſes qui s'enſuiuent.*

Les deux Contendans à la Papalité attenduz par pluſieurs iours furent declarez contumax & en fait de Schiſme & de la Foy. En leur contumace furent données pluſieurs articles contr'eux contenans grands Eſcritures & le Libelle de la contumace. Si furent donnez Commiſſaires à examiner les teſmoins contre leſdits Contendans.

Item par ledit Concile General fut approuué l'vnion des Colleges des Cardinaux, la citation deſdits Contendans & Commotion dudit Concile par les Cardinaux comme en temps & en lieu conuenable, ſeurs & affermans. Et que ledit Concile eſtoit Iuge ſouuerain en terre à connoiſtre ſur leſdits Articles propoſez ſur leſdits Contendans, il fut ainſi prononcé, *par le ſaint Senne, qu'à ce auoit eſté choſe licite de ſe departir de l'obeyſſance d'iceux depuis le temps qu'ils auoient promis d'eux demettre de la Papalité & que les procés, Conſtitutions & Sentences faites par leſdits Contendans, contre ceux qui ſe ſont ſoubſtraits de leur obeyſſance, ſont de nulle valeur.*

Aprés furent les Atteſtations publiées & la Sentence Interlocutoire fut loüée par le ſaint Concile ſur les notoires pechez deſdits Contendans. Et auiourdhuy M. Pierre Plaoul en plein Concile diſt tres-ſomnellement voſtre opinion & prit ſon Theme, Congregabuntur filij Iuda & filij Iſraël & facient ſibimet Caput vnum. *C'eſt à dire que les Enfans de Iudée & d'Iſraël s'aſſembleront & feront à eux-meſmes vn Chef. Ce ſont ceux proprement aſſemblez, venuz & auſſi ceux à venir à ce S. Concile qui feront vn ſeul & vray Pape. Et pardeuant auoit auſſi*

auſſi parle tres-ſolemnellement M. Dominique le Petit, en la preſence de tous les Cardinaux, & fut ſon Theme, Principes Populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. *Les Cardinaux & Prelats de ſainte Egliſe, ſont appellez les Princes des Peuples.* 1409.

Aiourdhuy pareillement les Theologiens ont dit leur opinion, qui ſont en nombre 123. deſquels les 80. ſont vos Suppoſts & ſoubmis.

Item aiourdhuy a eſté ordonné que les deux Contendans ſoient citez aux portes des Egliſes au Mercredy 5. iour de Iuillet, à oüir Sentence definitiue.

Errons a enuoyé vne Bulle aux Anglois en leur priant qu'ils vueillent eſtre de leur party, auec Rupert Roy des Romains 2. éleu pour muer le lieu du Concile, & qu'il leur plaiſe à eſtre à ſon Concile, mais il labeure en vain. Car les Anglois, Allemans, Bohemiens, ceux de Poulemie, de France, de Cypre, de Rhode, d'Italie ſont ſi ſolemnellement concordables, excepté Rupert: duquel les Ambaſſadeurs ſont partis.

Peu de Prelats ſont venus de la Seigneurie & domination de Laudiſlas Roy de Hongrie, lequel a eſcrit qu'il a entention d'eſtre audit Concile, mais il a eu grand' occupation pour maintenir la guerre contre les Meſcreans: Pierre Maſtin, dit de la Lune a enuoyé vne Bulle moult terrible, par laquelle il admoneſte les Cardinaux qu'ils retournaſſent par deuers luy, & s'ils ne veulent retourner, il leur defend à traitter d'élection, & ou cas qu'ils n'obeyront, il les excommunie, & prononce moult d'autres choſes contre leſdits Cardinaux & leurs conſentans.

REVERENDS PERES, SEIGNEVRS ET MAISTRES REDOVTEZ; *autre choſe pour le preſent ne vous eſcriuons, fors que toutes Nations tendent à la Reformation de l'Egliſe à laquelle ſera obligé & tenu de reformer le nouuel Pape, qui au plaiſir de Dieu ſera éleu; s'il vous plaiſt aucune choſe mander, preſts & appareillez ſommes d'obeyr ſelon noſtre pouuoir comme tenus y ſommes. En vous ſuppliant tres-humblement qu'en toutes nos beſongnes il vous plaiſe nous auoir pour recommandés. Le Tres-ſouuerain vous ait en ſa garde. Eſcrit à Piſe le 29. iour de May. L'infraſcription. Dominic le Petit,* Pierre Plaoul, *de Queſnoy, Iean le* Pere, Ponce, *Vincent, Euſtache de Fauquemberge, Arnoul Vibrant, Iean Bourlet dit François. M.* Pierre de Poigny *& M. Guill. le Charpentier ne ſont point cy-deſſous eſcripts, parce qu'ils ſont abſens.*

Die 1. Iunij habita eſt 14. Seſſio & auditi teſtes. Die 5. præſidente Simone Cramaudo Patriarcha Alexandrino, vocati duo Contendentes, & conuicti Criminum quæ eis obeijciebantur, declarati Schiſmatici *& Antiquati Schiſmatis Nutritores* & fautores, hæretici & à fide deuij, & ob hoc ab Eccleſia præciſi, deiectique proinde ab omni honore Papali. Præterea Decretum, Proceſſus per eos factos, aut eorum alterum contra aliquos Cardinales, Sententias, Cenſuras, aut Priuatiores eſſe irritas & inanes, creationem Cardinalium à 15. Iunij & 3. Maij anno 1408. nullam.

His & alijs multis peractis, die 15. Iunij Conclaue ſubierunt Cardinales, & 26. elegerunt in Pontificem M. Petrum de Candia, Cardinalem Mediolanenſem dictum, Profeſſione Minoritam, Doctorem Theologum Pariſienſem. Ille autem ſtatim poſt electionem ſoluit à Cenſuris Eccleſiaſticis per Antipapas promulgatis quaſcunque perſonas, Communitates, Vniuerſitates & Collegia, & nomen Alexandri V. aſſumpſit.

Quod vt intellectum eſt Pariſijs, indictæ ſunt ſupplicationes ſolemnes ad B. Genouefæ, vt ex Actis Curiæ patet.

Le Ieudy 11. Iuillet 1409. s'eſt leuée la Cour à 9. heures & eſt allée aux Proceſſions generales à S. Geneuiéve ſur ce que aprés le Schiſme qui a duré 30. ou 31. an entre deux Contendans du Papat, *l'vn par delà les Monts, l'autre par deçà, & qui longuement & par eſpecial puis la creation de* Pierre de la Lune *derrainement eſleu en* Pape *par deçà les Monts, appellé Benedict* XIII. *euſſent laboure le Roy, les Seigneurs de ſon Sang, l'Vniuerſité de* Paris *& le Clergé de France à l'vnion de l'Egliſe à ce que leſdits Contendans vouliſſent prendre la*

1409. *voye de Ceſſion. Et pour ce que ledit Benedict ne vouloit entendre, & luy euſt eſté fait ſoubſtration, & puis luy euſt eſté reſtituée l'obeyſſance, & aprés euſt accepté le Pape de Rome la Ceſſion par ſa Bulle, laquelle n'euſt voulu accepter ledit Benedict, puis celuy de Rome par maniere de Colluſion qu'il euſt fait auec ledit Benedict, euſt nié qu'il euſt pris ladite voye de Ceſſion, au moins ne l'euſt voulu pourſuiure, & ſe fuſſent ſes Cardinaux ſoubſtraicts, & le Roy & ſon Clergé ſe fuſſent renduz neutres, dudit Benedict, & s'en fuſt allé à Arragon; & ſur ces choſes euſt eſté celebré Concile General des deux obeyſſances, les Clergez, Princes temporels ou les Commis d'eux le 26. Iuin dernier a eſté éleu en Pape, aprés que les deux Contendans ont eſté declarez notoires Schiſmatiques, Heretiques & ayans eſté priuez de toute dignité Papale & autre quelconque en ait eſté ordonné de executer la Sentence contr'eux ſelonce cas, M. Pierre de Candia Maiſtre en Theologie de l'Ordre des Freres Mineurs, qui parauant auoit eſté Cardinal à Milan, dont les nouuelles vindrent Lundy à Paris par toute la Ville.*

Reſcripſerunt quoque ad Vniuerſitatem Legati ſui, & die 7. Auguſt. Comitia habita ſunt *ad viſitandum Articulos miſſos de Piſis*, vt legitur in Actis Nat. Gall. Item die 17. eiuſdem menſis, vt ibidem legitur, *facta fuit Congregatio Vniuerſitatis in S. Bernardo ſuper facto Rotuli. Et ibi concluſus fuit Rotulus concorditer per omnes Nationes & Facultates mittendus D. noſtro Papæ.* Ibidemque legitur prædictam Nationem Gallic. die 20. eiuſdem menſis conueniſſe apud S. Mathurinum *ad taxandum ſummam Nuncij deferentis Rotulum & ſummam Decanorum recipientium ſupplicationes Magiſtrorum.* Ibidem taxatam ſummam Inrotulandorum præſentium 4. aſſibus, Abſentium 8. Decanis attributos pro ſingulis præſentibus 8. denarios, 16. pro abſentibus.

Non fuerunt tamen tam citò expediti & miſſi Rotuli. Orta eſt in prædicta Natione Gall. controuerſia inter MM. Geruaſium Clerici & Ioan. de Caſtellione contendentes de iure deferendi Rotuli, quæ in Comitijs 26. Aug & 7. Septemb. agitata eſt, ſed tandem deciſa per Vniuerſitatem 7. Septemb. in gratiam M. Geruaſij.

Neque verò in Natione Gall. duntaxat interuenit diſcordia ob Rotulum, verum & in Facultate Medicinæ inter Regentes & non Regentes. Nam ad electionem Nuncij contendebant Regentes nullum ius, nullumque ſuffragium habere non Regentes: iſti verò contra. Vicerunt tandem Regentes, vt patet ex hac ipſius Facultatis Concluſione.

» Die Mercurij quæ fuit 4. Septemb. an. 1409. fuit facta Congregatio
» Facultatis ad eligendum Nuncium ſummo Pontifici ſuum Rotulum cum
» alijs Nuncijs Vniuerſitatis laturum. Et quia non Regentes ad iſtam Con-
» gregationem vocati non fuerant, ipſi antea congregati, vt retulit M.
» Oliuerius Gambelin pro tunc non Regens, proteſtati fuerunt de appel-
» lando in caſu quo ad electionem Nuncij Rotulum Facultatis laturi non
» vocarentur. Ea propter Facultas Nuncij electionem vſque ad diem Sab-
» bati ſequentis diſtulit, me Decanum requirens vt illo die ſolos Regentes
» vocarem, vtrum non Regentes in dicti Nuncij electione vocem habere
» deberent, deliberaturos; & ad dicti Nuncij electionem, ſi opus fuerit,
» proceſſuros. Die verò Sabbati quæ fuit 7. eiuſdem menſis inſtantibus
» Magiſtris Regentibus vocatis vt prius, deliberatum fuit & fuit concluſum
» non Regentes, non debere habere vocem in Nuncij electione & elege-
» runt dicti Regentes M. Henricum Doigny in Nuncium Rotulum latu-
» rum. Agebantur hæc anno, diebus quibus ſupra præſentibus MM. Tho-
» ma de S. Petro, Guill. Boucherij, Io. de Bellomonte Comitis, Petro de
» Auſonia, Petro Miotte & pluribus alijs.

Paulo poſt nempe 9. Nouembr. fuit electus Nuncius, ſeu Portitor Rotuli M. Petrus Cardonelli actu Regens in eadem Facultate. In confectione verò Rotuli interuenit alia controuerſia. Quippe confectores de Regentibus verba facientes, ſcripſerant, vt illi *non Regentibus* præferrentur, *cæteris paribus*; nolebant autem Regentes hanc clauſulam *cæteris paribus* apponi; & in hanc rem bina habuit Comitia Facultas prædicta.

Die Sabb. quæ fuit vltima dies Nouemb. fuit facta Congregatio Facultatis in Capitulo S. Mathurini poſt Miſſam, vt moris eſt, ſuper 3. art. 1. ſuper controuerſia illius art. *Regentes non Regentibus præferantur, cæteris paribus.* 2. Ad refundendum. 3. Super ſupplic. & iniurijs; de primo fuit habita talis Concluſio, quod iterum vocaretur Facultas ſolemniter circa ſecundam horam poſt prandium in eodem loco & eodem die ſuper eodem art. 2. fuit ibi concordia pro illa hora, quod irent ſolemnes Magiſtri Deputati ex parte Facultatis ad D. Rectorem, ad ſupplicandum ſibi quòd nihil vellet innouare circa illum art. & ad explicandum ſibi quod illa Clauſula *Cæteris paribus*, erat noua & addita per Petrum de Luna. Et ideo volebat Facultas quod illa Clauſula remoueretur; & ita factum eſt per Organum M. Guill. Pelliparij, præſentibus MM. Ioanne Deens, Petro Mioti, Guill. Fabri, Ioan. de Piſis, Guill. de Gauda & Decano. Contra fuit celebrata Congregatio Facultatis poſt prandium ſuper eadem materia, vt præfertur, vbi habita fuit iterum talis Concluſio, ſcilicet quod facultas nolebat quod illa Clauſula *Cæteris paribus* maneret in articulo; immò opponebat ſe Facultas clauſioni Rotuli, niſi illa Clauſula remoueretur, & ad dandum iſtam Concluſionem D. Rectori in illo loco, illa horâ ſuperuenienti fuerunt dati Deputati ex parte Facultatis: & fuit data per M. Ioan. Comitis, præſentibus pluribus Magiſtris Facultatis. Et reſpondit D. Rector quod ipſe nihil vellet innouare, & quod vocaret Deputatos ſuperiſta materia. Et in iſtis Congregationibus fuerunt bene 18. Magiſtri vel 20. qualibet vice; ſed totus articulus poſtea per Vniuerſitatem fuit remotus. 1409.

Die 23. Decemb. tum Rectore M. Hugone Fabri, Natio Gallicana virgam ſuam argenteam ad Curiam Rom. deferendam conceſſit Vniuerſitati; Vniuerſitas verò eam ſe reddituram obligauit publico Inſtrumento per Ioan. Teſtard minorem eiuſdem Nationis Apparitorem & Notarium confecto. Præterea idem Rector, Decani & Procuratores Vniuerſitatis nomine ſuum Nuncium Procuratoremque ſpecialem conſtituerunt M. Guill. Guignon apud Alexandrum Pontificem; quam in rem extat hocce Procuratorium Inſtrumentum in Tabulario Vniuerſitatis notatum hiſce Characteribus. A a 9.

VNIVERSIS præſentes litteris inſpecturis, Nos Hugo Fabri Rector Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. Nicolaus Cap. Theologiæ, Io. Gi. Decanus Facultatis Decretorum, Iuo Leuis, Decanus Facult. Med. Gaufridus de S. Cirico Franciæ, T. Picardiæ, Radulphus Magni Normaniæ, Io. Haras *Angliæ Nationum Procuratores, tam nomine Facultatum quàm Nationum prædictarum*, per Nos Rectorem dictæ Vniuerſitatis Pariſ. in Congregatione Generali ipſius Vniuerſitatis in S. Math. pro certis negotijs prædictam Vniuerſitatem tangentibus pertractandis per iuramentum & more ſolito celebrata congregati, aſſiſtentibus nobiſcum ibidem Theologiæ, Decretorum, Medicinæ & Artium Regentibus & non Regentibus Magiſtris & Doctoribus, & facientibus totam Vniuerſitatem ſeu maiorem & ſaniorem partem eiuſdem, nomine Vniuerſitatis & pro ipſa & nomine omnium & ſingulorum Doctorum, Magiſtrorum, Regentium & non Regentium, Licentiatorum, Baccalariorum & Scholarium ſeu ſtudentium, ac Suppoſitorum eiuſdem, ac omnium ſibi adhærentium & adhærere volentium, adhæſurorum & ſucceſſurorum tam coniunctim quàm diuiſim melioribus via, modo, iure & forma, quibus potuimus & poſſumus, fecimus, conſtituimus, nominauimus & ordinauimus, & tenore præſentium facimus, conſtituimus ac etiam ordinamus noſtrum & dictæ Vniuerſitatis Generalem Procuratorem, Actorum, factorum, negotiorum Geſtorem & Nuncium ſpecialem venerabilem virum M. Guill. Guignon Ebroicen. Diœceſis Magiſtrum in Artibus Licentiatum in legibus & Baccalarium in Decretis, videlicet ad comparendum & ſe repreſentandum nominibus noſtris & dictæ Vniuerſitatis coràm

» Sanctiſſimo in Chriſto Patre, ac D. noſtro D. Alexandro Sacroſ. Rom.
1409. » ac vniuerſalis Eccleſiæ diuina prouidentia ſummo Pontifice, & ſacro ac
» Reuerendiſſimo Collegio Reuerendiſſimorum Patrum & DD. Sacroſ.
» Rom. Eccleſiæ Cardinalium, Auditoribus, Vice-Auditoribus, aut qui-
» buſcunque Iudicibus, Deputatis ſeu Deputandis, aut Commiſſis, ſeu
» Committendis ab eiſdem, ſeu altero eorundem tam in Curiâ Rom. quàm
» alibi vbi D. noſter Papa cum ſua Curia reſidebit, ac totiens & quotiens
» fuerit opportunum, quaſcunque ſupplicationes, ſeu requeſtas facien-
» dum & impetrandum & eas præſentandum & proſequendum, crimina &
» defectus opponendum, allegandum, proponendum, & ſi neceſſe fuerit
» probandum, nec non pro præmiſſis omnibus & ſingulis & quibuſcunque
» alijs noſtris & dictæ Vniuerſitatis cauſis & negotijs, a calijs in Curia Ro.
» motis & mouendis Nos & dictam Vniuerſitatem, ac ſuppoſita eiuſdem
» tangentibus contra quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares, co-
» ràm quibuſcunque Iudicibus Eccleſiaſticis & ſecularibus quacunque au-
» toritate fungentibus & quocunque nomine cenſeantur, agendum, noſ-
» que & dictam Vniuerſitatem, ac ſuppoſita eiuſdem defendendum, Li-
» bellum ſeu libellos & petitiones quaſcunque dandum & recipiendum,
» excipiendum, replicandum, proponendum, duplicandum, triplicandum
» & quadruplicandum, lites ſeu litem conteſtandum, de calumnia, mali-
» cia & veritate dicenda in animas noſtras iurandum & præſtandum quod-
» libet aliud Iuramentum quod in cauſis requiritur & poſtulat Ordo Iuris
» ponendum & articulandum, poſitionibus & articulis reſpondendum, te-
» ſtes, litteras, inſtrumenta & alia quæcunque probationum genera in mo-
» dum probationis producendum, teſtes jurare videndum contra teſtes
» & eorum atteſtationes dicendum, litteras & inſtrumenta contra nos no-
» minibus quibus ſupra productis & exhibitis impugnandum, expenſas pe-
» tendum, ſuper ipſis Iurandum, ac eas taxare, iurare & adiudicare viden-
» dum, ipſaſque recipiendum & de eis quittandum, &c. & generaliter om-
» nia alia & ſingula faciendum, gerendum & exercendum quæ circa præ-
» miſſa & ea ac nos & dictam Vniuerſitatem tangentia neceſſaria fuerint,
» ſeu etiam opportuna, etiamſi mandatum exigatur magis ſpeciale: pro-
» mittentes bona fide nominibus quibus ſupra, nos ratum, gratum atque
» firmum habere & perpetuò habituros totum & quidquid per dictum Pro-
» curatorem noſtrum actum, dictum, factum, geſtumve fuerit, Iudicatum
» ſolui & iudicio ſiſti, ipſumque ex nunc ab omni onere ſatiſdandi rele-
» uantes. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium
» ſigillum Vniuerſitatis prædictæ præſentibus apponi fecimus.

Commune gaudium ſpemque pacis turbauit eiuſdem Pontificis Bulla in gratiam Medicantium emiſſa, quâ illis licebat vbique Euangelium Chriſti prædicare, Confeſſiones peccatorum audire, Sacramenta miniſtrare, cæteraque obire munia quæ Curiones ſolent. Et licet eâ Bullâ **nihil detractum Vniuerſitati videretur, quia tamen inde Hierarchicum** Eccleſiæ Ordinem turbari intellexit, generosè fortiterque interceſſit quominùs executioni demandaretur. Hinc ergo & inde magni tumultus. Bulla erat eiuſmodi.

Bvlla contra Cvratos » ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fra-
» tribus, Vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis
» filijs Electis Sal. & Apoſt. Bened. Regnans in Excelſis triumphans Eccle-
» ſia, cui Paſtor eſt Pater æternus, cuique Sanctorum miniſtrant agmina &
» laudis gloriam Angelorum chori decantant, in terris ſibi Vicarium con-
» ſtituit, Eccleſiam militantem vnigenito Filio Dei viui Domino noſtro
» Ieſu Chriſti ineffabili commercio copulatam: in hac quidem ipſe Chri-
» ſtus à Patre progrediens per illuſtrationem Paracleti qui ab vtroque
» procedit, ſtatuit fidei Sacramentum vt ab ea velut à primitiuo fonte ad
» ſingulas Othodoxas Nationes eiuſdem fidei riuuli deriuentur; ad huiuſ-
» modi autem Eccleſiæ regimen voluit Chriſti clementia Rom. Pontificem

deputare miniſtrum, cuius inſtructionem, ac doctrinam eloquio veritatis Euangelicæ traditam cuncti renati fonte baptiſmatis teneant & obſeruent. Qui enim ſub hac doctrina curſus vitæ non peregerint, aut errores contra illam tenuerint, damnationis ſententiâ ferientur. Sane dudum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter in conſtitutione ſua quæ incipit, Super Cathedram, quam piæ memoriæ Clemens V. etiam prædeceſſor noſter poſtea Viennenſi Concilio innouauit ſuper prædicationibus fidelium Populis faciendis, audiendis eorum Confeſſionibus, pœnitentijs iniungendis eiſdem & tumulandis defunctorum corporibus qui apud Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratrum Eccleſias ſeu loca ſuam eligerent ſepulturam. Quæ quidem Conſtitutio etiam ſucceſſiuè ad Eremitarum S. Auguſtini & B. Mariæ de monte Carmelo Ordinum Fratres per Sedem Apoſtolicam extenſa fuit, authoritate Apoſtolica ſtatuit & etiam ordinauit vt dictorum Ordinum Fratres in Eccleſijs & locis eorum, & in plateis communibus liberè valeant Clero & Populo prædicare & proponere verbum Dei, horâ illâ duntaxat exceptâ in quâ vellent Prælati Eccleſiarum coràm ſe facere ſolemniter prædicare, in qua Fratres ipſi prædicare ceſſarent, præterquàm ſi aliud de ipſorum Prælatorum conſenſu procederet ex licentia ſpeciali. In ſtudijs autem Generalibus, vbi ſermones ex more fieri ſolent diebus illis quibus prædicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum & in feſtis ſpecialibus, ſeu etiam peculiaribus eorundem Fratrum poſſent ijdem fratres & liceret eis prædicare libere, niſi forſan in illâ horâ quâ ſolet ad Clerum in prædictis locis, ſeu ſtudijs proponi verbum Dei, Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior Clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione, vel cauſa vrgente Clerum ipſum duceret congregandum.

1409.

In Eccleſijs autem parochialibus fratres illi nullatenùs auderent, nec deberent prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres ipſi à Parochialibus Sacerdotibus inuitati, vel vocati fortaſſis exiſterent, vel de ipſorum placito, vel aſſenſu petita licentia, vel obtenta foret, niſi Epiſcopus, vel Prælatus per eoſdem fratres prædicari mandaret. Statuit etiam & ordinauit idem Bonifacius Prædeceſſor authoritate prædictâ vt in ſingulis Ciuitatibus & Diœceſibus in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere noſcerentur, ac in Ciuitatibus & Diœceſibus & locis ipſis vicinis, in quibus locis huiuſmodi non habentur Magiſtri, Priores Prouinciales Prædicatorum & eorum Vicarij, ac Generales, ac Prouinciales Miniſtri, ac Cuſtodes Minorum & Prædicatorum Ordinum præfatorum ad præſentiam Prælatorum eorundem locorum ſe conferrent per ſe, vel fratres quos ad hoc idoneos fore putarent, vt fratres qui ad hoc electi forent, in eorum Ciuitatibus & Diœceſibus *Confeſſiones ſubditorum ſibi confiteri volentium audire valerent*; & **huiuſmodi Confitentibus, provt ſecundum** Deum cognoſcerent, imponerent pœnitentias ſalutares & eiſdem beneficium abſolutionis impenderent, gratia & beneplacito eorundem, ac deinde Præfati Magiſtri, Priores Prouinciales & Miniſtri Ordinum prædictorum eligere ſtuderent perſonas ſufficientes idoneas, vita probatas, diſcretas atque peritas ad tam ſalubre Miniſterium & Officium exequendum, quas ſic ab ipſis electas præſentarent, vel facerent præſentari Prælatis antedictis, vt de eorum licentia & beneplacito in Ciuitatibus & Diœceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones ſibi confiteri volentium audirent & eis imponerent pœnitentias ſalutares, ac beneficium abſolutionis impenderent, provt ſuperiùs eſt expreſſum. Et alia rationabilia & vtilia dictus Bonifacius Prædeceſſor ordinauit & ſtatuit, provt in eadem Conſtitutione plenius exprimitur. Poſtea verò ad Piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. etiam Prædeceſſoris notitiam deducto quod quondam Ioannes de Poliaco in ſacra Theologia Magiſter in quibuſdam articulis tangentibus Pœnitentiæ Sacramentum, non ſobriè, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos continentes

1409. „ errores doceret publicè in ſuis prædicationibus & in Scholis. Primum ſi-
„ quidem aſtruens quod confeſſi fratribus habentibus licentiam genera-
„ lem audiendi confeſſiones teneantur eadem peccata quæ confeſſi fue-
„ rant, iterum confiteri proprio Sacerdoti. 2. Quod ſtante ſtatuto: *Omnis*
„ *vtriuſque ſexus*, in Concilio generali Rom. Pontifex non poteſt facere
„ quod Parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno pro-
„ prio Sacerdoti confiteri, quem dicebat eſſe Parochialem Curatum; nec
„ Deus poſſet hoc facere; quoniam vt dicit, implicat contradictionem. 3.
„ Quod Papa non poſſet dare tum generalem poteſtatem audiendi Confeſ-
„ ſiones, imò nec Deus, quin Confeſſus habens generalem licentiam, te-
„ neatur eadem iterum confiteri ſuo proprio Sacerdoti, quem dicit eſſe, vt
„ præmittitur, Parochialem Curatum. Prædictus Ioannes prædeceſſor
„ volens ſcire ſi ſuggeſta ſibi in ea parte veritatem haberent, præfatum
„ Ioannem de Poliaco de Fratrum ſuorum conſilio euocari, atque vincu-
„ lorum ſuorum copiam eidem Magiſtro Ioanni tradi fecit, & ad defen-
„ ſionem ſuam audientiam plenam ſibi præbuit, tam in ſuâ dictorumque
„ fratrum præſentiâ & in Conſiſtorio, quàm alibi coràm aliquibus fra-
„ tribus ipſis per eum ad hoc deputatis, ſi præfatus Magiſter dictos arti-
„ culos & contenta in ipſis defendere niteretur. Qui quidem Magiſter
„ Ioannes aſſerebat ſe paratum credere & tenere in præmiſſis & alijs quæ
„ credenda & tenenda fides Apoſtolica definiret, præfatuſque Ioannes
„ prædeceſſor attendens quod dictorum articulorum aſſertio, prædicatio
„ & doctrina redundare poterat in multarum perniciem animarum, ipſos
„ per plures Magiſtros in Theologia examinari fecit diligenter, & ipſe
„ etiam cum dictis fratribus ſuis Collationem ſolemnem habuit ſuper præ-
„ miſſis. Per quas quidem Collationem & examinationem ſuper hoc præ-
„ habitas comperit prædictos articulos doctrinam non ſanam, ſed pericu-
„ loſam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos om-
„ nes & ſingulos idem M. Ioannes veris ſibi rationibus opinioni ſuæ dudum
„ habitæ contrarijs demonſtratis in eodem Conſiſtorio reuocauit aſſerens
„ eos non veros; ſed contrarium verum eſſe, cum diceret ſe neſcire ratio-
„ nibus ſibi factis in contrarium reſpondere. Ideóque ne per aſſertionem,
„ prædicationem & doctrinam huiuſmodi in errorem, quod abſit, animæ
„ ſimplicium prolaberentur, omnes prædictos articulos & quemlibet eo-
„ rum tanquam falſos & erroneos & à doctrina ſana deuios idem Ioannes
„ prædeceſſor authoritate Apoſtolica damnauit & reprobauit, de fratrum
„ ſuorum conſilio prædictorum doctrinam ipſis contrariam veram eſſe &
„ Catholicam aſſerens, quòd illi qui prædictis fratribus confiterentur, non
„ magis tenerentur eadem peccata iterum confiteri quàm ſi aliàs illa con-
„ feſſi fuiſſent eorum proprio Sacerdoti, iuxta dictum Concilium Genera-
„ le optans veritatis vias notas etiam fidelibus & cunctis erroribus aditum
„ præcludere felicis recordation. Alexandri Papæ IV. & Clement IV.
„ Rom. Pontificum prædeceſſorum veſtigia imitando vniuerſis & ſingulis
„ diſtrictiùs inhibuit ne quiſquam dictos articulos per eundem Ioan. prede-
„ ceſſorem damnatos & reprobatos & contenta in eis, vel aliquo ipſorum
„ vt pote à Catholicis mentibus reſpuenda tenere auderet, ac defenſaret;
„ ac vniuerſis & ſingulis Patriarchis Archiepiſcopis, Epiſcopis & Electis
„ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo, mandauit vt in Ciuitatibus & Dioe-
„ ceſibus eorum, conuocato Clero communiter præmiſſa omnia & ſingula
„ per ſe vel alios publicaret ſolemniter: nec non eidem Ioanni mandauit vt
„ ipſe in Scholis, vel ſermone Pariſius prædictos articulos & contenta in
„ eiſdem tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo & aſſertione
„ conſtanti publicè deberet reuocare: Et etiam ſe facturum illud dictus
„ Ioannes de Poliaco efficaciter repromiſit. Cum autem ſicut nuper fra-
„ trum Prædicatorum & Minorum prædictorum, ac etiam Eremitarum S.
„ Auguſtini & B. Mariæ de monte Carmelo Ordinum lamentabilis quere-
„ la ad noſtrum perduxit auditum, nonnulli Clerici & Eccleſiaſticæ per-
„ ſonæ ac vtriuſque ſexus homines, nedum prædictos damnatos articulos

prorſus erroneos & ſacris Canonibus contrarios etiam publicè non ve- "
rentur aſtruere; & per illos proprias & multorum ſimplicium animas inſi- " 1409.
cere, illoſque à deuotione eorundem fratrum Ordinum prædictorum "
auertere, & ne Chriſti fideles ſua peccata fratribus ipſis confiteantur, "
damnabiliter detrahere ſatagant, etiam contra eandem Conſtitutionem "
Bonifacij prædeceſſoris ſuper hoc editam, vt præfertur: qui quidē adiecti "
erronei articuli ſequuntur per ordinē, in hæc verba. Primus vt videtur "
articulus talis eſt. *Confeſſus fratri admiſſo in forma, Dudum, tenetur eadem,* "
peccata in numero iterum Curato confiteri! damnatur per Ioannem Pa- "
pam XXII. in ſtatuto quod incipit, Vas Electionis. 2. *Concluſiones Ioannis* "
de Poliaco damnatæ per Ioan. 22. ſunt ſatis veræ, & à quocunque litterato ſuf- "
ficienter poſſunt teneri. Statutum Ioannis XXII. editum, Vas Electionis, eſt "
irritum & inane, quia cum illud fecit, erat hæreticus, & per conſequens "
quidquid fecit prædictus Ioannes ſiue Mendicantibus, ſiue alijs ante re- "
uocationem, inane fuit. Stante ſtatuto *Omnis vtriuſque ſexus*, nec Deus, "
nec Papa de potentia ſua poteſt facere quin confeſſus fratri mendican- "
ti admiſſo, iterum teneatur confiteri ſuo Curato. *Confeſſio fratribus* "
admiſſis facta eſt dubitabilis & incerta: quapropter omnes tenentur dimit- "
tere incertum; & ſic ſolum confiteri ſuis Sacerdotibus curam animarum "
habentibus ſub pœna peccati mortalis. *Quamuis fratres admiſſi habeant* "
authoritatem abſoluendi & audiendi Confeſſiones, tamen Populus ſubiectus "
non habet poteſtatem accedendi ad Mendicantes admiſſos ſine licentia "
proprij Sacerdotis; & fratres petentes priuilegia pro confeſſionibus au- "
diendis & ſepulturis habendis, ſunt in peccato mortali & excommunica- "
ti: & Romani Pontifices talia priuilegia concedentes Mendicantibus, aut "
eiſdem confirmantes, ſunt in peccato mortali & excommunicati. *Fratres* "
non ſunt, aut fuerunt Paſtores, ſed fures, latrones & lupi. Sacerdos Curatus "
dans licentiam mendicantibus audiendi Confeſſiones, magis diſpenſat "
cum ſtatuto, *Omnis vtriuſque ſexus*, quàm Papa fratribus dans licentiam "
iuxta formam decretalis *Dudum.* Nos verò attendentes quod minus per- "
nicioſum eſſet antiquos, dudum vt præmittitur, per eundem Ioannem "
prædeceſſorem cum tantâ ſolemnitate & maturitate damnatos & re- "
probatos & etiam huiuſmodi nouos articulos per nos veluti erroneos "
& etiam eiſdem Canonibus contrarios ſeuerè adſtruere, vel docere, nec "
non in hac parte ſalubriter prouidere volentes, eoſdem nouos articu- "
los, & quos Nos etiam vna cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus "
maturè, provt tanti negotij qualitas exigit, vidimus & examinauimus, "
nec non etiam per pleroſque in ſacra Theol. Magiſtros, ac quoſdam Do- "
ctores in iure Canonico recenſeri fecimus diligenter; perquam quidem "
examinationem reperimus etiam ipſos nouos fuiſſe & eſſe falſos, confi- "
ctos & erroneos, ac eiſdem Canonibus contrarios, & propterea ipſos, "
vt tales de eorundem fratrum conſilio demnamus & reprobamus. Vo- "
lentes quod ſi quis deinceps prædictos articulos aſſerere, aut in Scholis "
vel alibi gloſſare, defendere ſeu tenere, aut prædicare præſumpſerit, "
tanquam hæreticus ſit cenſendus, & excommunicationis ſententiam in- "
currat ipſo facto, à qua niſi per ſummum Pontificem, præterquam in mor- "
tis articulo, non poſſit abſolui. Quo circa Vniuerſitati veſtræ mandamus, "
quatenus vniuerſi & ſinguli veſtrum conuocato Clero Ciuitatum & Dioe- "
ceſon veſtrarum, eis præmiſſa omnia & ſingula per vos, vel alios, vbi & "
quando ſuper hoc per eoſdem fratres, ſeu eorum aliquem, aut aliquos "
requiſiti fuerint, authoritate noſtra ſolemniter publicetis, ac etiam per "
Rectores ipſarum Parochialium Eccleſiarum, Ciuitatum & Dioeceſeon "
præfatarum in huiuſmodi parochialibus Eccleſijs publicari faciatis. Et "
ſiquos forſan huiuſmodi damnatos articulos nouos & veteres, aut eorum "
aliquem, ſeu aliquos aſtruere, vel tenere, ſiue prædicare repereritis, "
contra illos communiter, vel diuiſim tanquam hæreticos, ſeu de Catho- "
lica fide ſuſpectos procedere, nec non ipſos & eorum quemlibet iuxta "
tantorum exceſſuum qualitatem per Cenſuram Eccleſiaſticam & alia "

» Iuris opportuna remedia, authoritate prædicta compeſcere, nec non ad
1409. » obſeruandam dictam conſtitutionem præfati Bonifacij prędeceſſoris iux-
» ta eius tenorem compellere ratione pręuia ſtudeatis. Contradictores, &c.
» Non obſtantibus prædictis quæ incipit, *Omnis vtriuſque ſexus*, ac alijs
» Conſtitutionibus contrarijs quibuſcunque. Datum Piſis 4. id. Octob.
» Pontif. noſtri an. 1.

TVRBATIO VNIVERSITATIS PROPTER BVLLAM.

Hæc, inquam, cum intellexiſſet Vniuerſitas, grauiter commota eſt, & conqueſta de Mendicantibus, qui ſubreptitiè & dolo malo Bullam eiuſmodi impetrarant, quâ ſtatus primitùs à Chriſto inſtitutus de Prælatis & Curatis ſubuertebatur. Dominicani factum excuſarunt publicéque teſtati ſunt ſe inſcijs, huiuſmodi Conſtitutionem impetratam fuiſſe, ſatiſque ſibi eſſe gaudere Priuilegijs ab Eccleſia conceſſis: atque ideo humillimè ſupplicarunt Matri Vniuerſitati, ne ſibi ſuccenſeret eam ob rem, vtque Ordinem commendatum haberet. Eorum Exemplum ſecuti Carmelitæ, non cæteri Mendicantes; Franciſcani verò omnium inſolentiſſimè ſe geſſerunt, vt poſt Niemum refert Meyerus lib. 15. vbi de Alexandri V. Franciſcani creatione verba faciens. *Eius*, inquit, *creatione adeo lætati ſunt Fratres Franciſcani, vt cateruatim curſitarent per vias & vicos Ciuitatis, inquit Theodoricus Niem, veluti eſſent mente capti. Ipſe per nimiam ſuam liberalitatem & turpes abuſus, haud abſque macula ſuæ famæ multa multis conceſſit. Quatuor Ordines FF. Mendicantium veniunt Lutetiam Pariſiorum, cum Bullâ ab ipſo acceptâ ad Regem Carolum & Magnates: quâ quidem conantur Bullâ obtinere Decimas Eccleſiarum Parochialium, dicentes ſe præcipuos eſſe Paſtores, ſe verbum prædicare Dei & populum docere, ſibi Confeſſiones licere Laïcorum audire, nec teneri Laïcos peccata illa rurſus Curionibus ſuis confiteri: id ſe obtinuiſſe apud Papam Alexandrum. Hæc per Quadrageſimam Ieiuniorum concionantur Lutetiæ per omnes Eccleſias. Magna oritur turbatio.* Schola Pariſienſis, quam contra quæcunque monſtra veritatem ſemper defendiſſe video, huic ſe Nouitati magno conatu obijcit, prædicatque per ſuos omnibus in Eccleſijs contrarium. *Diploma videlicet, ſeu Bullam malè impetratam, ſurreptitiam omnino eſſe, fratreſque illos Scholâ excluſit, & priuilegijs Scholæ priuauit. Quod vt viderunt Dominicani cæteris ea in re prudentiores, accedunt ad Conuentum à Scholâ congregatum, ibique publicè reuocant ſuam Bullam, & gratiam ab Alexandro acceptam, promittentes nunquam vltra ſe vſuros gratiâ & priuilegio illius Bullæ. Ita ſopita diſcordia & quies parta.*

Renitentibus verò cæteris Interdictum Regium obtinuit Vniuerſitas, quo publicâ Præconis voce prohibitum Curatis & viris Eccleſiaſticis ſub pœnâ amiſſionis, ſeu priuationis bonorum temporalium, ſinere Franciſcanos & Auguſtinianos in ſuis Eccleſijs conciones habere, Confeſſiones audire, aut Sacramentum abſolutionis adminiſtrare.

Illa verò cum Dominica 3. Quadrageſimæ ad Baſilicam D. Virginis ſupplicationem ſolemnem inſtituiſſet, M. Ioannes Gerſon Cancellarius **contra eandem Bullam Sermonem habuit**, qui inter eius opera legitur: ex quo quæ ſequuntur, exſcerpſimus. *Quoniam*, inquit, *viſum eſt compluribus S. Eccleſiæ Prælatis, præcipuè D. Pariſienſi, viſum eſt filiæ Regis Vniuerſitati, hunc Hierarchicum Ordinem Prælationis aliquo modo in perturbationem aut impedimentum caſurum, voluit & vult vt poteſt obſiſtere & obuiare. Hæc turbatio accidit propter ſcripturam quandam in forma Bullæ, quam aliqui Ordinum 4. Mendicantium impetrarunt, aut vt verius dicatur, extorſerunt, vel per cautelam, vel per inaduertentiam S. Patris noſtri..... ſed propter importunitatem 4. Ordinum Mendicantium, aut ſaltem aliquorum Principalium impetrata eſt aut malè obtenta ſcriptura quædam quam Vniuerſitas cenſuit intolerabilem & non ferendam pro S. Eccleſiæ ſtabilitate. Ideo vult hanc ſcripturam eorum procuratione quaſſari, priuſquam permittantur vti priuilegijs, aut libertatibus dictæ Vniuerſitatis; non quod ſemper priuentur, abſit vt hoc facere oporteat, ſed rationabile eſt quod in laqueo quem abſconderunt, comprehendatur pes eorum. Bene in generali dicere poſſumus, ſi ſcriptura hæc admitteretur, ipſa perturbaret Hierarchicum Ordinem Prælatorum S. Eccleſiæ, magnos, mediocres & paruos qui ſunt Curati, &c.*

Apparet

Apparet, inquit idem ibidem, *quod ad Vniuerſitatem Pariſ. filiam Regis ſpectat ſecundum Doctrinam de S. Eccleſiæ iudicare gubernamine, ſpecialiter quoad Facultatem Theologiæ & diuerſimode quoad aliàs, ad Artes ſecundum Philoſophiam Moralem quæ conformis eſt Theologiæ, ad Decreta ſecundum quod principaliter fundamentum eorum in ſanctâ eſt ſcripturâ, & in quantum nimis vti vident legibus, excederent eorum terminos.* 1409.

In MS. San-Victorino notato hiſce Characteribus p. 10. 686. fol. 346. legitur iuſſam ab Vniuerſitate Theologiæ Facultatem deliberaſſe die 5. Martij in Capitulo Eccleſiæ Pariſienſis, in prædictam Bullam, quæ ſequuntur.

Videtur eis quod eſt intolerabilis, præſertim ex modo condemnationis & adactionis pœnarum & non obſtantiarum, & ſtando in terminis Theologiæ.

Videtur 2. quod eſt totius ſtatus Eccleſiaſtici turbatiua, præſertim propter eos qui hanc Bullam poſſent aſſumere; in Inſtrumentum malitiæ & perſecutionis Prælatorum, Curatorum & Populorum propter horrorem pœnarum & inuolutionem tot articulorum.

Videtur 3. quod obuiandum eſt talibus Machinationibus & videlicet quorundam Fratrum Mendicantium qui nituntur ſupplantare ſtatum primitus à Chriſto inſtitutum de Prælatis & Curatis: & hoc fiat tam apud Prælatos quàm apud Vniuerſitates iſtius Regni.

Videtur 4. quod non expedit determinare nunc per modum Facultatis an Confeſſi fratribus teneantur, vel non iterum eadem peccata confiteri proprio Sacerdoti cum cæteris difficultatibus circa materiam hanc emergentibus, ſed agat quilibet ad indagationem veritatis, provt videbitur.

Sequuntur ea quæ facta ſunt per modum Aduiſamentorum, vel Prouiſionum. 1. Quod in ſolemni conuocatione Prælatorum & aliorum Sapientum & Prudentum tam de Conſilio Regis quàm de Parlamento & Caſtelleto & aliorum, fiat Iuſtificatio Proceſſus Vniuerſitatis contra hanc Bullam.

Item poſtmodum fiat hoc coram Principibus & deinde coram Populis ſecundum Inſtructionem dandam Prædicatoribus.

Item pro ſalute plebium & pro acquiſitione Conſcientiarum apud Prælatos & Curatos & Ceſſationes obloquutionum videtur expediens, quod in qualibet Parochia tam in Ciuitatibus quàm extra Ciuitates in villulis habeantur parui Tractatuli in Gallico continentes in generali tenorem præceptorum & enumerationem & numerum Articulorum vt vel legendo, vel recitando poſſint Curati quantumcumque ſimplices docere diebus Dominicis & feſtiuis plebem ſuam.

Item quod diligenter obſeruetur vt nullus Curatus, aut Vicarius eius ſuſcipiat deinceps aliquem fratrem priuilegiatum, niſi habeat litteras ſui Prælati propter abuſus qui quotidie fieri memorantur per eos qui ſe non miſſos ingerunt contra intentionem Decretalis *Dudum*, vel *ſuper Cathedram* quæ certos & certo modo eligendos eſſe determinat, & ſuper hoc viderentur etiam Parochiani commonendi ne irent ad tales, niſi certi bene eſſent de ſua Miſſione.

EXPEDIRET *poſtremo quod Determinatio Facultatis Theol. nouiſſimè facta contra Ioannem* GORREL *approbaretur per Vniuerſitatem & publicaretur, quatenus viderent populi* & cæteri melius errores, quos aliqui conceperunt contra ſtatum Prelatorum & Curatorum & veritas contraria noſceretur.

Certum eſt prædictam Bullam ab Alexandro olim Minorita fuiſſe à Minoritis præſertim impetratam inſtante & vrgente M. Ioanne Gorello cuius theſes nonnullæ ad jus Parochorum, ſeu Curatorum ſpectantes damnatæ fuerant à Theologica Facultate, vt ſupra retulimus.

Huius quoque rei meminit Monſtreletius & ait Mendicantes fuiſſe è Societate Academica expulſos, aliamque ſubdit cauſam turbarum in Vniuerſitate propter exactiones Pontificias quas Cardinalis de Turreyo

ſuadere conabatur; rem ſic narrat.

1409. *Le Cardinal de Thury vint à Paris & feit requeſte audit Conſeil & à l'Vniuerſité qu'on voulſiſt faire à noſtre S. Pere le Pape Alexandre deux de dix ſur l'Egliſe Françoiſe pour les grandes affaires qu'il auoit: laquelle requeſte ne luy fut pas accordée, pour ce que ceux de l'Vniuerſité s'oppoſerent à l'encontre pour toute ladite Egliſe. Et pour y obeïr plus amplement, requirent & obtindrent vn mandement Royal, par lequel il eſtoit commandé à tous Officiers Royaux que toutes Gens venans és mettes de leurs Offices faiſans telles & pareilles requeſtes fuſſent expulſez & deboutez hors du Royaume.*

Les Mendians pareillement auoient impetré vne Bulle, laquelle ils apporterent à Paris contenant moult de nouuelletez, deſquelles ils n'auoient pas accouſtumé d'vſer. Et eſtoit la Concluſion telle; finalement que les dix & autres choſes, comme les Oblations des Egliſes leur deuoient mieux appartenir qu'aux Curez & que proprement ils ſont Curez; parce que ceux qui ſe confeſſent à eux, ne ſont tenus d'eux confeſſer à leurſdits Curez & ce preſcherent publiquement parmy Paris.

Et les autres de ladite Vniuerſité preſcholent le contraire, & par ainſi fut audit lieu de Paris en temps de Kareſme grand diſcord & diſſenſion entre icelle vniuerſité & leſdits Mendians & tant qu'ils furent deboutez & priuez de l'Vniuerſité. Mais aſſez brief aprés les Iacobins, comme les plus Saiges des autres, renoncerent à ladite Bulle & iurerent & promirent que iamais n'en vſeroient, ne auſſi des autres Priuileges *à eux concedez, & par ainſi furent reconſeillez auec ladite Vniuerſité.*

COLLEGIVM REMENSE. Eodem anno fundatum eſt Collegium Remenſe, ſeu de Roya ex bonis quæ teſtamento legauerat Guido de Roya Archiepiſcopus Remenſis, obtentis in hanc rem à Fratre Matheo de Roya & Simone Cramaudo Archiepiſcopo ſucceſſore litteris à Rege Carolo datis Pariſijs die 23. Sept. & Actis Curiæ inſertis die 24. eiuſdem menſis.

Triennio poſt emptio Domus Burgundicæ in vſum formamque Collegij conuertendæ, à Præfecto Pariſienſi confirmata eſt Inſtrumento publico, dato 12. Maij anno 1412. ex quo conſtat Scholares qui tum erant Diœceſis Remenſis emiſſe domum iſtam à Philippo Comite Niuernenſi bis mille libellis Turonenſibus. *Vn grand Hoſtel fermé de hauts murs de pierre de taille, cour, jardin, pourpris, appartenances & dependances, ſi comme tout ſe comporte & eſtend de toutes parts, appellé d'ancienneté l'Hoſtel de Bourgongne, appartenant à M. le Comte de ſon propre heritage, & par partage fait entre Meſſieurs ſes Freres & luy, ſeant à Paris & au deſſus de S. Hilaire, en la ruë de Bourgongne, & d'autre part au long de la ruë Chartiere, aboutiſſant de l'vn des coſtez au long de la ruë des 7. voyes, & aboutiſſant par dehors à la ruë du Clos Brunel, &c.*

Porro Scholares qui tunc ſtudebant in Vniuerſitate Pariſienſi ex Diœceſi Remenſi, iſti numerantur in litteris Regijs ſupradictis. Ioannes de Gerſon, Io. Roland, Simon de Borelis, Radulphus de Iuſtine, Girardus Macheti, Pontius d'Erpis, Petrus Choaque, Io. Campani, Simon Simonet, Nicol. Gomault, Rob. Guenyn, Io. le Moine, Io. l'Hoſte, Io. Rimart, Io. Norant, Io. Preud'homme, Steph. Warneſſon, Thomas Petit, Nicol. Seraine & Io. Perin, *Tous Eſcholiers de la Nation du Dioceſe de Reims eſtudians en l'Vniuerſité de* Paris, *&c.*

Hoc anno tandem diſſipatum eſt ſtudium Pragenſe ortâ inter Nationes graui contentione; cum enim Carolus IV. Imperator Vniuerſitatem ſuam condidiſſet more & exemplo Pariſienſis ex 4. Nationibus, ſingulis ſuum ſuffragium conceſſerat: ita vt in Comitijs 4. ſuffragia pro numero 4. Nationum ferrentur; at Ioannes Huſſius Nationis Bohemicæ Magiſter, videns ſe doctrinam ſuam non poſſe pro libito ſpargere & Vniuerſitatis calculo comprobare, renitentibus cæteris magiſtris 3. Nationum, celeberrimi illius ſtudij ruinam artificioſè commentus eſt, hac ratione: dicebat nempe Academiam debere tantùm conſtare duabus Nationibus, Bohemicâ ſcilicet & Germanicâ: Nomine autem Germanicæ tres alias, quæ

exterorum erant & peregrinorum debere comprehendi, & ità ad vnam redigi, aut ſaltem vnico debere ſuffragio gaudere, Bohemicam verò, quippe in ſuo fundo, tribus ſuffragijs. Sic ſperabat fore, vt prævalente Bohemicâ, in qua plurimum poterat, autoritate Vniuerſitatis Doctrinam ſuam pluralitate ſuffragiorũ confirmaret. Erant autem tum è 3. Nationibus 4400. ſtudioſi, teſte Hagero ex Albo Academico ſeu matricula. Itaque frequentes erant altercationes: à verbis ſæpè ad verbera ventum eſt, vt contigit anno 1406. in foro pomario, in quo Bohemi plurimi vulnerati, ſpectante Wenceſlao & ridente. Impares igitur iſti nihil non tentarunt, vt Germanos expellerent: quod anno tandem 1409. accidit. Hac autem de re ſic legitur in lib. de Huſſij Doctr. & rebus geſtis. 1409.

CAROLVS IV. Imperator Germanis (quo nomine omnes Exteri dicebantur) ſingulari fauore 3. ſuffragia in Electione ferenda, Bohemis vnum dederat. Hinc aut Rector, aut Decanus ſemper Germanus fuit, per quem fere ſtabat, quominus Huſſius Doctrinam ſuam, vel diſputando, vel multo magis docendo propagaret: tum verò Exteros ſtudioſos licentia deteriores reddere, id quod domeſticos valde malè habere cœpit, ita vt conuenirent, deque via, qua abſque ſeditione Germanis liberari poſſent, ineunda conſilium caperent. Varijs in eam ſententiam actis, placuit ipſis à Rege ſuo petere, vt de Academiarum Bononienſis in Italia, & Pariſienſis in Gallia, vt Pragenſis matrum more Bohemis tria, Germanis verò vnum ſaltem ſuffragium ferendum tribueretur. Quid fit? anno 1408. dum 5. idus Maij officijs diſtribuendis atque aſſignandis, electionique habendæ in Collegium Caroli conuocati frequentes adſunt, M. Ioannes Huſſius aſſumptis M. Hieronymo Pragenſi, M. Zuico Vecio alijſque pluribus quod hactenus diu conceperant, iam parere, Huſſius ſurgens præſentibus Germanis in hanc ferè ſententiam Latinè dicere, CAROLVS IV. clariſſimæ ſanctiſſimæque memoriæ Imperator Academiam hanc condens voluit atque ad tempus decidit, vt Teutonici Magiſtri hîc peregrinantes in eligendo Rectore, vt & in cæteris actionibus, tribus; Bohemi verò vno ſaltem ſuffragio ſententiam ferrent. Hoc autem laudatiſſimus Imperator hac ſaltem de cauſa fecit, quia Bohemi qui alibi in literarum ſtudijs verſati, Gradumque Magiſterij aſſecuti fuiſſent, pauci numero erant. Iam verò, Deo laus, nos numero multi, iure 3. vocibus: vos Germani verò vnâ ſaltem ſententiam dicetis. Poſtea Regem adeunt, ſed fruſtra: ſuæ enim Culinæ præfectum Rectorem creauit ſummo omnium dedecore & dolore. DE NVMERO SVFFRAGIORVM IN ACAD. PRAG.

Ergo hoc anno fit ſeceſſio: tres enim Nationes, vt vident ſe à Bohemica, conniuente Rege Wenceſlao vexari, atque ad vnicum ſuffragium redigi, relictâ Pragâ Lipſiam ſecedunt: in eamque rem Senatuſconſultum factum eſt pridiè idus Nouemb. & primum Rectorem crearunt M. Othonem Muſtenbergium, qui antea Pragæ Decanus fuerat. Bohemi verò ſoli relicti Rectorem ſuum creant *M. Ioannem Huſſium*, qui ſtatim cum ſocijs & adiutoribus ſuis quanquam ſecretò, doctrinam ſuam dilatant audentius. M. Hieronymus à Rege Poloniæ Cracouiam euocatur Academiæ conſtituendæ gratia; Suinco Leporemontanus, vulgò Haſeinbergius Archiepiſcopus Pragenſis Capitulum ſeu Conuentum habet, Huſſium conuocat cum cæteris, de fide interrogat, rogatque ne nouitatibus eiuſmodi velit Eccleſiam turbare; promittit ille, & diſcedit; interim de conſenſu Capituli comburuntur in ſede Archiepiſcopali. quidam Huſſit. libri, Ioannis Miliccij, M. Hieronymi Pragenſis & M. Mathiæ Pariſienſis & aliorũ, pluſquam 200. Volumina. Hac de re queruntur Huſſitæ & per M. Ioannem Geſenicenſem Academia Bononienſis ſuper exuſtione librorum conſulitur: illa autem 7. Kal. Decemb. an. 1410. hoc reſponſi dat, propterea quod Academia Oxonienſis Anglicana & Pragenſis Bohemica fœdus inter ſe feciſſent, non fuiſſe exurendos, ne quid aliud quod fortaſſis ex hac contumelia pertimeſcendum eſſet, oriretur. DE HVSSITIS.

Catholici verò rem Romam deferunt: & id negotij à Papa committitur
1409. Cardinali Columnæ. Huſſitæ ad Regem Wenceſlaum confugiunt, qui Sophiæ Reginæ ſuaſu, cuius peccata audire ſolebat Huſſius, illis fauet; Academici quoque Regem adeunt: eo tandem res deducitur, vt Rex Romam ſuos quoque Legatos miſerit, rogaritque vt M. Ioannes Huſſius pro Catholico haberetur; citatur Huſſius, non comparet. Suinco Archiepiſcopus de Wenceſlao apud Imperatorem Sigiſmundum conqueritur, qui remedium attuliſſet, ſi bello Turcico non fuiſſet impeditus. Interim Suinco vir religionis aſſertor acerrimus moritur. Albicus vir auariſſimus ſuccedit, qui omnia cuiuſcumque generis dogmata recipit, dum auro potiatur. De hac porro ſeceſſione Nationum exterarum ex Academia Pragenſi ſic legitur in lib. 23. Hiſt. Bohem. *Lata ſententia ſecundum Anſerem* (id. Io. Huſſ.) *cum tanta Germanorum indignatione, vt pluſquàm viginti quatuor millia Scholaſticorum intra 8. dies Pragâ exceſſerint, deteſtantibus Artificum Collegijs Anſerem, cuius opera fieret, vt labor eorum recideret ad tenue precium, cum non adeſſent emptores. Hac re tam inſigni deſignatâ vertit hinc roſtrum inquietum Hus ad vellicandas Iubilæi condonationes quas Indulgentias vocant, taxandoſque Sacerdotes de auaritia, luxu, &c.*

Anno 1410. Alexander V. obijt die 5. Maij, menſe Pontificatus ſui de-
1410. cimo, an. ætatis 71. ſepultuſque eſt Bononiæ in Eccleſia FF. Minorum. finitis de more exequijs Cardinales Conclaue ingreſſi die 14. Maij poſt triduum eligunt M. Balthaſarem Coſſam, olim in Academia Bononienſi Iuris vtriuſque Doctorem; iſque Ioannes XXIII. appellari voluit.

Ille ſub finem menſis Iunij Bononiæ reuocauit Bullam ſui deceſſoris de Priuilegijs Mendicantium propter turbas inde exortas, voluitque in eodem omnia ſtatu remanere, in quo fuerant ante prædictam conſtitutionem. Legitur iſta reuocatio in Codice San-Victorino notato P. 8. fol. 88. his verbis.

REVOCATIO BVLLÆ ALEXANDRI V. PRO MENDICANTIBVS.

„ IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.
„ In Apoſtolicæ ſedis ſpeculâ licet immeriti diſponente Domino con-
„ ſtituti ad procurandum cunctis Chriſti fidelibus pacis commoda libenter
„ intendimus, eorumque ſcandalis quantum poſſumus, obuiamus. Dudum
„ ſiquidem cum querela Dilectorum filiorum Fratrum Ordinum Prædica-
„ torum & Minorum, nec non Eremitarum S. Auguſtini, ac B. Mariæ de
„ Monte Carmelo ad felicis recordationis Alexandri Papæ V. Prædeceſ-
„ ſoris noſtri perueniſſet auditum, quod nonnulli Clerici & Eccleſiaſticæ
„ perſonæ ac vtriuſque ſexus homines certos articulos quos ijdem fratres
„ dicebant erroneos tangentes materiam Clementinæ *Dudum* in præiudi-
„ cium ipſorum fratrum aſtruere publicè præſumebant, præfatus Alexan-
„ der prædeceſſor 4. Id. Oct. Pontificatus ſui an. 1. per ſuas certi tenoris
„ litteras quæ incipiunt, *Regnans in excelſis* certo modo ſuper hoc prouidit,
„ ac diſpoſuit prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem pro-
„ vt nuper nobis qui dicto Alexandro prædeceſſore ſicut Domino placuit
„ ſublato de medio, fuimus diuinâ fauente Clementia, ad apicem ſummi
„ Apoſtolatus aſſumpti, non ſine graui mentis turbatione innotuit in di-
„ uerſis mundi partibus inter alios Chriſti fideles, ac Epiſcopos fratres oc-
„ caſione publicationis dictarum litterarum magna ſcandala ſint exorta,
„ & niſi ſuper his de opportuno remedio celeriter prouideatur, maiora
„ veriſimiliter timeantur in poſterum exoriri. Nos ſuper his prout ex de-
„ bito nobis injuncti paſtoralis tenemur Officij ſalubriter prouidere &
„ ſcandalis huiuſmodi obuiare cupientes, volumus, & autoritate Apoſto-
„ lica de fratrum noſtrorum conſilio, tenore præſentium decernimus pro
„ partibus ipſis, nec non rebus, iuribus & cauſis, de quibus in eiſdem lit-
„ teris fit mentio, in eodem ſtatu per omnia remanentibus prout erant ante
„ confectionem dictarum litterarum, prædictæ litterræ ac proceſſus habi-
„ ti per eaſdem, & quæcumque inde ſecuta ex nunc in antea, perinde ha-
„ beantur ac ſi litteræ, ac proceſſus huiuſmodi nullatenus emanaſſent.

Diſtrictius inhibentes ne quis in poſterum dictis prædeceſſoris noſtri litteris vti, aut earum autoritati, vel vigori inniti præſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. Datum Bononiæ 5. Kal. Iulij Pontificatus noſtri anno 1. 1410.

Eodem anno propoſita eſt Vniuerſitati inſignis Quæſtio ad examinandum, an liceat homini in ære alieno conſtituto Monaſticam vitam amplecti; quæ Quæſtio mota eſt occaſione cuiuſdam Ioannis Militis in Ordinem Cartuſianorum paulo ante adſcripti; legitur apud Gerſonem in eam rem confecta ſequens ſcedula.

VNIVERSIS præſentes literas inſpecturis *Ioannes de Bello monte Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium* ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus quod anno Domini 1410. 28. die Maij præſentata eſt nobis ex parte D. Cancellarij Eccleſiæ Pariſ. ſcedula quędam Papyrea continens caſum quendam cum Reſponſionibus & declarationibus ſuper dicto caſu per eundem Cancellarium & alios infraſcriptos ſacræ Theologiæ dictæ Vniuerſitatis Profeſſores, cum ſubſcriptionibus eorundem per eorum manus proprias. Cuius quidem ſcedulæ & ſubſcriptionum tenor ſequitur in hæc verba. *Quidam olim Miles ſecularis, multis obligatus debitis poſt Ceſſionem omnium bonorum ſuorum,* quam fecit in præſentia Domini ſui, ac Principis terræ, à reſignando in manus Fratris ſuis germani ad opus & vſus Creditorum ſuorum, ipſis licet ignorantibus, ſic quod acceptâ à præfato fratre ſuo cautione promiſſi ſub ſigillo præfati Principis & ſui, quod de præfatis bonis ſoluere deberet & ſatisfacere creditoribus eius videlicet Militis quondam præfati, ipſe & Coniux eius abſtractioris, vt aſſeruit, vitæ deſiderio, pari ſe voto licentiantes religionem petierunt: hæc in Monaſterio Sanctimonialium vbi recepta & ſolemniter profeſſa per 9. fere annos hactenus manſit; ipſe quoque in Monaſterio Carthuſienſium vbi ſecundum formam ſtatutorum Ordinis Carthuſ. & in hæc verba interrogatus, ſi liber es, ſi abſolutus, ſi abſque incurabili morbo, ſi denique de querelis ſatisfeciſti?

Reſpondit ad ſingula ſigillatim quod ſic; ſed adiuncto ad vltimam interrogationem modo ſatisfactionis vt dictum eſt ſupra, videlicet via Ceſſionis præfatæ; Ad quod Prior Monaſterij reſpondit in hæc verba *Scias quod ſi aliquid horum de quibus interrogatus es, celaueris, poteris etiam poſt profeſſionem expelli.* Poſt hæc ſecundum formam Ordinis & Statutorum tanquam nudus & pauper ſuſceptus & ſolemniter profeſſus eſt, minimè reclamantibus Creditoribus ſuis quibus pro tunc vel interim non fuerat ſatisfactum, & hinc per 7. ferè annos in monaſterio perſeuerauit. Intereà contingit fratrem præfati quondam Militis in infortunium quoddam incidere, **vt videlicet ab hoſtibus ſuis caperetur, vnde impotens videbatur** factus ad exequendum quod promiſerat de ſatisfactione pro fratre ſuo Milite præfato. Poſt hæc autem mortuus eſt ſocer ipſius quodam Militis, videlicet olim Pater vxoris ſuæ; vnde perſuadentibus quibuſdam Conſanguineis eius, ac propinquis occaſione vt eis videbatur, aliquali iam habita tanquam iure propinquitatis ac legitimæ ſucceſſionis ex parte vxoris ſuæ quondam præfatæ, Monaſterium ſuum contra prohibitionem Prioris ſui ad petendum bona quondam ſoceri ſui defuncti, vt inde ſolueret debita ſua, exiuit, & ad ſeculum reuerſus habitum ſuum dimiſit, carnes comedit, & vota profeſſionis ſuæ multipliciter violauit. Et notandum quod in Patria illa, ſcilicet in terra Hollandiæ, Geldriæ & Brabantiæ Religioſi tales ſuccedunt parentibus, vel Monaſteria pro eis.

Sequitur in ſcedula memorata præſuppoſita veritate Caſus ſicut præmiſſum eſt, quem caſum ſub alijs terminis quidam aliàs *apud multos de Vniuerſitate Pariſ.* variauerunt, dum eorum opiniones inquirerent, propter quod non eſt mirandum ſi tunc vno modo quidam reſponderunt, &

" nunc aliam dant reſponſionem : quia eiectis interim allegationibus dicun-
1410. " tur ea quæ ſequuntur & quæ vera reputamus Doctores infraſcripti.
" 1. Quod Miles olim de quo fit ſermo inconſultè ſatis Religionem in-
" greſſus & incautè receptus eſt. Ex hoc præſertim quia Ceſſio bonorum
" ſuorum fuit incauta neque ſufficiens pro liberatione ſua à manu Credi-
" torum ſuorum, licet debuiſſent citius reclamaſſe.
" 2. Quod profeſſio quam ſolemniter fecit, non obſtante quod inconſul-
" te ingreſſus & incautè ſuſceptus ſit, ligat eum de iure tam poſitiuo quàm
" diuino ad vota Religionis.
" 3. Quod neuter Coniugum Præfatorum poteſt alterum poſt diuor-
" tium ex mutuo conſenſu & approbatione Ordinarij celebratum, ac poſt
" profeſſionem deſuper ſolemniter factam, repetere.
" 4. Quod ſicut neuter poteſt alterum repetere poſt diuortium ac pro-
" feſſionem, ſic nec bona quæ alteri eorum ſiue Monaſterio ex parte per-
" ſonæ interim acquiſita ſunt, ſeu acquiri contigerit in futurum, debent
" alteri ſeu monaſterio eius tanquam alterius coniugis cohæredi deſeruire.
" 5. Quod Præfatus olim miles nimis inconſultè & inordinatè & illicitè
" ſic è Monaſterio ſuo receſſit, peiuſque ac periculoſius reiecto habitu ſuo
" foris remanet, & quod de neceſſitate ſalutis omni tergiuerſatione poſt-
" poſita, quantocyus reuerti tenetur ad Monaſterium & ſumpto habitu ſub
" diſciplina quam profeſſus eſt, degere regulari. Attento præcipuè quod
" manendo extra Monaſterium non eſt idem miles habilior ad ſoluendum,
" imò minus quàm intra manendo.
" 6. Et vltimò quod attentis præmiſſis profeſſio olim Militis præfati
" quam fecit in Religione non obuiat directè & de per ſe obligationi prio-
" ri quâ ante Creditoribus extitit obligatus & per conſequens manet eis
" obligatus vt ante. Sic quod ſi ipſe tempore receptionis ſuæ ad Ordinem
" aliquid ſecum apportauerit, aut interim, aut in futurum Monaſterium
" præfatum de bonis eius perceperit, pro tanto ſaltem ſemel tenebitur ſa-
" tifacere Creditoribus Monachi ſui, donec plenariè eis fuerit ſatisfactum.
" Sequitur in ſcedula.
" Sic ſentio Ego Ioan. de Gerſono Cancellarius Pariſ. indignus, in cuius
teſtimonium me ſubſcripſi in præſenti ſcedula propria manu, attentis
etiam additionibus circa prædicta quas eadem mea manu ſcripſi, anno
Domini 1410. 21. Maij.
" Ego Petrus de Dyrreyo Magiſter in Theologia conformiter ad D. Can-
" cellarium in hac materia ſentio, in cuius rei teſtimonium me hîc ſub-
" ſcripſi.
" Ego Iordanus Morini Magiſter in Theologia conformiter ad D. Can-
" cellarium in hac materia ſentio. In cuius teſtimonium hîc me ſub-
" ſcripſi.
" Ego Ioannes Dacheri Magiſter in Theol. conformiter ad D. Cancel-
" larium in hac materia ſentio. In cuius rei teſtimonium hîc me ſubſcripſi.
" Mihi Fratri Gilberto de Bunula ſacræ Theologiæ immerito Profeſſo-
" ri videtur quod dictus miles ſit verè Profeſſus, nec poteſt vxorem repe-
" tere, quin imò cogendus redire ad Monaſterium & ibidem viuere ſub
" diſciplina regulari. In cuius rei ſignum hîc me manu propria ſcripſi.
" Ego M. Guillelmus de Xantis ſacræ Paginæ Profeſſor fateor per præ-
" ſentes quod dictus miles de quo caſus ſupra ponitur, verè & realiter eſt
" profeſſus, & obligatur ad obſeruantiam regularem ſui Ordinis & cenſen-
" dus eſt Religioſus, nec poteſt amplius repetere vxorem licitè: ſi quæ ta-
" men debita, ante ingreſſum religionis dictus miles, vel eius vxor contra-
" xerit, dico quod ſi ſit poſſibilitas ſoluendi, ipſe vel ipſa tenentur, vel ma-
" nualiter laborando in Monaſterio, vel ex hæreditate paterna quæ alicui
" eorum poſſit ſuccedere per mortem alicuius parentum ſoluere prædicto-
" rum. ſuper hac materia multa poſſunt allegari, ſed dimitto breuitatis
" cauſa. In cuius rei teſtimonium hanc determinationem propria manu
" ſcripſi.

Ego Petrus Baardi Doctor in Theol conformiter ad D. Cancellarium & ad alios MM. in Theol. qui in hac materia deliberauerunt idem omnino ego ſentio. 1410.

Ego frater Stephanus ſacræ Theol. Profeſſor, ac Miniſter S. Mathurini Pariſienſis Ordinis S. Trinitatis & redemptionis Captiuorum conformiter cum opinione M. Io. de Gerſono Cancellarij Pariſ. Eccleſiæ delibero in cuius rei teſtimonium ſignum meum manuale hîc appoſui. anno 1410.

Ego Petrus de Nogento Magiſter in Theol. ſentio debitum & ſalubre vt miles olim Profeſſus rediens ad religionem ſub obſeruantia regulari manens nihilominus creditoribus vt præmittitur, vel conuentus pro eo ſatisfaciat hæc propria manu.

Ego Petrus de Arrath Magiſter in Theol. conformiter ad D. Cancellarium præfatum in hac materia ſentio ſtante veritate caſus eo modo quo poſitus eſt in folio præcedenti, vna cum quibuſdam circunſtantijs mihi per fide dignos ore tenus expreſſis, vt pote quod Ceſſio bonorum, ingreſſus Religionis amborum coniugum, & diuturna eorum manſio in præfatis religionibus non latebant creditores, ſed eis nota erant hæc omnia, neque pro tunc reclamabant, quodque etiam bona dictorum Coniugum ſi fuiſſent debitè collecta, conſeruata & diſtributa videbantur ſufficere ad ſatisfaciendum Creditoribus infra ſatis competentes terminos.

Mihi Dominico Parui ſacræ Theolog. indigno Profeſſori videtur ſaluâ omni correctione ac dicti olim Militis reuerentia, quod ipſi militi nunc aſſerenti ſe fictè intraſſe Religionem ad finem talem, vel talem non eſt credendum: nec ipſe licitè illam religionem ſic egredi potuit ſicut de facto egreſſus eſt, & vltra quod nec etiam vxorem & bona ſucceſſionis ſuperius tacta poteſt licitè repetere, ſeu retinere nomine proprio. Scriptum manu propria.

Ego Mathæus Rœdor ſacræ Theol. Profeſſor indignus ſuppoſita veritate caſus præmiſſi & circunſtantiarum eiuſdem in forma quâ ponuntur ſentio conformiter ad deliberationem D. Cancellarij ſupra poſitam. In cuius rei teſtimonium hanc deliberationem meam propria manu ſcripſi & nomine meo ſignaui.

In quorum teſtimonium *Nos Ioannes Rector Vniuerſitatis* prædictæ præſentes literas ſigilli Rectoriæ dictæ Vniuerſitatis appenſione duximus muniendas; anno & die quibus ſupra.

Domus San-Victorina Collegium Vniuerſitatis.

Die 10. Septemb. congregatâ apud Mathurinenſes **Vniuerſitate M. Ioannes Bullengerus Doctor Theologus** & Canonicus San-Victorinus Collegij ſui nomine ſupplicauit, vt Domus San-Victorina Collegium cenſeretur Vniuerſitatis, quò priuilegijs ipſius gauderet, eximereturque à tributis quæ tunc temporis exigebantur. Vniuerſitas conſultis Annalibus & Faſtis, ſupplicationi annuit: agnouit quippe id ſe olim prædictæ Domui conceſſiſſe quod tunc petebat, nempe an. 1308. vt patet ex hiſce litteris, quæ in inſigni illo Collegio ſeruantur.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino ſempiternam. Vt ait Seneca, non ſolum amicitiæ reddere teſtimonium, ſed etiam veritati. Et huic conſonat verbum Philoſophi 1. Eth. dicentis, quòd *Sanctum eſt præhonorare veritatem.* Inde nouerint Vniuerſi, quod Nos non ſolùm amicitiâ moti, ſed etiam veritate coacti verum teſtimonium perhibemus, quod Abbas & Conuentus S. Victoris iuxta Pariſius Ordinis ſancti Auguſtini ſunt boni & etiam legitimi Scholares Pariſienſes in Theologicâ **Facultate ſtudentes**: propter quod ipſos & eorum bona ſub

1410. „ protectione Priuilegiorum noſtrorum ponimus, & etiam fore plenius
„ reputamus. In cuius rei teſtimonium ſigillum Vniuerſitatis noſtræ præ-
„ ſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius in noſtra Con-
„ gregatione Generali apud S. Mathurinum die Martis poſt feſtum Purifi-
„ cationis B. Mariæ Virginis an. 1308.

„ Idem patet ex duobus alijs inſtrumentis hoc anno 1410. datis quorum
„ prius ſic habet. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Henricus Statler Re-*
„ *ctor Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium.* Notum
„ facimus quod anno eiuſdem Domini 1410. die 10. Sept. Vniuerſitate Pa-
„ riſ. apud S. Mathurinum horâ ſeptima de mane ſolemniter congregata,
„ & ſpecialiter per iuramentum, vt moris eſt, conuocata ad deliberandum
„ ſuper 2. art. quorum 1. erat ad audiendum litteras patentes tranſmiſſas ei-
„ dem Vniuerſitati per DD. Duces Bituriæ, de Aureliano, de Borbonio Co-
„ miteſque Alençonij, & Armeniaci, ſigilliſque ipſorum ſigillatas. 2. erat ſu-
„ per ſupplicationibus & iniurijs: in quo quidem articulo pro parte venera-
„ bilium & Religioſorum virorum Abbatis & Conuentus Monaſterij S. Vi-
„ ctoris iuxta Pariſius, per organum venerabilis & circunſpecti viri M Hen-
„ rici Piſtoris ſacræ Theologiæ Profeſſoris dicti Monaſterij Religioſi, fuit
„ humiliter eidem Vniuerſitati ſupplicatum, *quod cum prædictum Monaſte-*
„ *rium fuiſſet ab antiquo de gremio Vniuerſitatis prædictæ reputatum tanquam*
„ *vnum de ſuis Collegijs*, & hoc certis & rationabilibus de cauſis quampluri-
„ mis, quarum aliquæ fuerunt per Organum dicti Magiſtri expreſſatæ &
„ declaratæ, cum etiam in prædicto Monaſterio viguerint & floruerint
„ quam plures ſolemnes Doctores Theologi, vt puta Hugo, Richardus,
„ Adam, Brito & plurimi alij qui ſua doctrina & libris ab eis editis prædi-
„ ctam Vniuerſitatem multipliciter decorauerunt & illuſtrauerunt: quod-
„ que per D. noſtrum Regem & eius conſilium fuiſſet conceſſum quod om-
„ nia Collegia dictæ Vniuerſitatis perſoluerentur de omnibus arreragijs
„ ſibi debitis vſque ad quartamdecimam diem menſis Maij vltimò elapſi.
„ De qua conceſſione multi de Collegijs præfatæ Vniuerſitatis ſpecialiter
„ Religioſi dicti Collegij, ſeu Monaſterij S. Victoris obtinuerunt litteras
„ Regias datas dicta 14. die menſis Maij directiuas Theſaurarijs mentionem
„ facientes, quod eiſdem de S. Victore indilatè perſoluatur de omnibus
„ arreragijs ſibi debitis, ac etiam per dictum D. noſtrum Regem circa fi-
„ nem menſis Iulij vltimò elapſi dictis Collegijs Vniuerſitatis fuiſſet aſſi-
„ gnata ſumma decem & octo millium librarum Pariſ. Et de hoc fuiſſent
„ datæ litteræ executoriæ, quatenus placeret dictæ Vniuerſitati prædi-
„ ctum Monaſterium, videlicet Abbatem, Conuentum & prædictos S. Vi-
„ ctoris benignè recipere; & in caſu quod reperiretur quod ſumma totalis
„ ſcedularum traditarum Theſaurarijs Regijs per alia Collegia dictæ Vni-
„ uerſitatis nominata in dictis vltimis litteris Regijs Executorijs non aſcen-
„ deret ad ſummam **decem & octo millium librarum Pariſ. eiſdem de S.**
„ Victore aſſignare totam ſummam exiſtentem dictis alijs Collegijs de-
„ bitam, placeretque dictæ Vniuerſitati ipſos Religioſos iuuare, & pro
„ eis pro poſſe laborare erga dictum D. noſtrum Regem & eius Conſilium
„ & Officiarios, quouſque dictis de S. Victore perſoluatur totalis ſumma
„ arreragiorum eis per D. noſtrum Regem debitorum, ſicut efficaciter la-
„ borauit & laborare intendit proalijs Collegijs; & dicti Religioſi Deum
„ orarent pro ſtatu felici dictæ Vniuerſitatis Pariſ. Quam quidem ſuppli-
„ cationem vt ſupra dictum eſt, factam dicta Vniuerſitas concorditer per
„ ſingulas *Facultates & Nationes* fauorabiliter annuit & conceſſit in forma;
„ ſuper quo fuit dictæ Vniuerſitati multipliciter regraciatum per Organum
„ dicti Magiſtri ſupplicantis. Et hæc omnia ſupradicta tenore præſentium
„ omnibus quorum intereſt, notificamus. In cuius teſtimonium ſigillum
„ Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ litteris præſentibus duximus apponen-
„ dum. Anno & die prædictis. Sign. Ioan. Mancyon cum ſyng.

„ Alterum eiuſdem Vniuerſitatis in eandem rem Inſtrumentum tale eſt.
„ *In nomine Domini, Amen.* Nouerint vniuerſi præſens publicum Inſtru-

mentum

mentum inſpecturi quod anno eiuſdem Domini 1410. Indict. 3. menſis Sept. die 10. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac D. noſtri Ioannis diuina prouidentia Papæ 23. an. 1. Alma Vniuerſitate ſtudij Pariſ. videlicet *Magiſtrorum & Doctorum 4. Facultatum Theologiæ, Decretorum Medicinæ & Artium Regentium & non Regentium præfatam Vniuerſitatem conſtituentium* & in ipſorum perſonis ſolito more repræſentantium & per ſua Iuramenta vocatorum Congregata in Capitulo S. Mathurini Pariſius ſuper pluribus articulis pro negotijs magnis & arduis ipſam Vniuerſitatem tangentibus. Inter quos articulos fuit vnus ſpecialis articulus ſuper ſupplicationibus & iniurijs ſicut hactenus conceſſum eſt fieri in ſingulis Congregationibus ipſius Vniuerſitatis. Et dum tractaretur ille articulus, fuit expoſitum pro parte venerabilium & Religioſorum virorum DD. Abbatis & Conuentus Monaſterij S. Victoris iuxta Pariſius per organum venerabilis & circumſpecti viri M. Henrici Piſtoris Religioſi dicti Monaſterij & ſacræ Theologiæ Profeſſoris & eidem Vniuerſitati per eundem, nomine quo ſupra, humillimè ſupplicatum, quòd cum dictum Monaſterium eſſet de præſenti & fuiſſet ab antiquo tempore de gremio Vniuerſitatis prædictæ reputatum vnum de ſuis membris ſeu Collegijs propter certas & rationabiles cauſas quamplurimas, quarum aliquæ fuerunt pro tunc per organum dicti M. Henrici expreſſatæ & declaratæ; tum etiam quia in prædicto Monaſterio floruerunt plures ſolemnes Doctores Theologi, vt puta Hugo, Richardus, Adam Brito & plures alij Doctores qui ſua doctrina & libris ab eis editis prædictam Vniuerſitatem multipliciter decorauerunt & illuſtrauerunt, &c. (vt in Priori Inſtrument. vſque ad illa verba *pro ſtatu felici Vniuerſitatis Pariſ.* tum ſubiungitur.) *Quibus* ſic expoſitis & ſupplicatione facta magnæ circunſpectionis & ſcientiæ vir Henricus Stacter Rector almæ Matris Vniuerſitatis prædictæ iſta poſuit in deliberatione dictæ Vniuerſitatis. Quibus in deliberatione poſitis & Magiſtris ſe trahentibus ad partem *per Facultates & Nationes*, vt moris eſt, habitaque longa & matura, ac concordi deliberatione inter eos, & iterum ipſis more ſolito conuenientibus, *auditis deliberationibus ſingularum Nationum & Facultatum*, præfatus D. Rector almæ Vniuerſitatis prædictæ in Teſtium ſubſcriptorum meique Notarij publici ſubſcripti præſentia concluſit quoad iſtum articulum, quod Vniuerſitas præfata annuebat & concedebat ſupplicationem factam pro parte DD. Abbatis & Conuentus dicti Monaſterij S. Victoris modo & forma quibus fuerat facta ſine præiudicio aliorum Collegiorum & offerebat ſe laboraturam pro eiſdem omnibus vijs & modis poſſibilibus. Super qua Concluſione fuit tunc multipliciter regraciatum per dictum M. Henricum nomine dictorum Abbatis & Conuentus. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præfatus M. Henricus petijt à me Notario publico ſibi fieri publicum Inſtrumentum vnum, aut plura. Acta fuerunt hæc ſub anno, indictione, menſe, die, Pontificatu & loco prædictis, præſentibus ad hæc venerabilibus & circunſpectis viris D. Ioanne Vicini & Petro de Roſeyo Decretorum Doctoribus Ioanne Petri & Philippo de Piſis Magiſtris in Medicina, Girardo Emengart & Nicolao de Belloramo Magiſtris in Artibus & Baccalarijs in Theologia teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. 1410.

Et Ego Ioannes Mancyon Pariſienſis publicus Apoſtolica authoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis dum vt ſupra ſcribuntur, agerentur & fierent, vnâ cum prænominatis teſtibus præſens interfui eaque ſic fieri vidi & audiui. Idcirco huic præſenti publico Inſtrumenta manu mea ſcripto ſignum meum ſolitum appoſui in teſtimonium veritatis præmiſſorum requiſitus. Sig. Mancyon cum ſyng.

Anno 1428. neſcio quamobrem ijdem Cœnobitæ poſtularunt patrocinium & protectionem, quæ vltro eis indulta eſt ijſdem planè verbis quibus concepta eſt protectio anni 1308. quam ſupra retulimus. Sic autem habet.

1410. » VNIVERSIS preſentes litteras inſpecturis Vniuerſitas Magiſtrorum
» & Scholarium Pariſius ſtudentium Sal. in Dom. ſempit. vt ait Se-
» neca, *non ſolum amicitiæ reddas teſtimonium, ſed etiam veritati:* & huic con-
» ſonat verbum Philoſophi 1. Eth. dicentis quod *ſanctum eſt honorare verita-*
» *tem.* Inde nouerint vniuerſi quod nos non ſolum amicitia, ſed etiam ve-
» ritate coacti verum teſtimonium perhibemus quod Abbas & Conuentus
» S. Victoris iuxta Pariſius Ordinis S. Auguſtini, ſunt boni & etiam legi-
» timi Scholares ſtudentes in diuerſis Facultatibus, propter quod ipſos &
» eorum bona ſub protectione priuilegiorum noſtrorum ponimus, & etiam
» fore plenius reputamus. In cuius rei teſtimonium, ſigillum Vniuerſita-
» tis noſtræ preſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius in
» noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum, die Martis poſt fe-
» ſtum B. Luciæ Virginis & Martyris an. 1428. ſig. Hebert.

Extat aliud Inſtrumentum anni 1497. quo conſtat Vniuerſitatem protexiſſe & protegendos ſuſcepiſſe Canonicos & Scholares eiuſdem do-
» mus. VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Petrus de Mota *Rector*
» *Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium*, ſal. in Dom.
» ſempiternam. Vt ait Seneca, *non amicitiæ teſtimonium reddas ſed veritati.*
» Et huic conſonat verbum Philoſophi 1. Eth. dicentis quod *ambobus ami-*
» *cis exiſtentibus ſanctum eſt præhonorare veritatem.* Hinc eſt quod nos non
» ſolum amicitia moti, ſed etiam veritate verum teſtimonium perhibemus,
» quod dilecti noſtri & venerabiles Religioſi viri Abbas & Conuentus S.
» Victoris prope & extra muros Pariſ. Ordinis S. Auguſtini, fuerunt provt
» adhuc ſunt de preſenti, ac eſſe intendunt veri & continui Scholares Pa-
» riſius ſtudentes, provt nobis conſtitit legitimè facta fides. Quare nos eoſ-
» dem Scholares eorumque Procuratores, Nuncios & familiares occaſio-
» ne eorum & omnia bona ſua quæcunque & vbicunque ſunt, ſub noſtra &
» dictæ Vniuerſitatis protectione, tutela, cuſtodia & ſalua-gardia ponimus
» per præſentes; ipſoſque Scholares priuilegijs, franchiſijs & libertatibus
» dictæ Vniuerſitatis vti & gaudere volumus, ac defendi quocunque ſe du-
» xerint transferendos. In cuius rei teſtimonium ſigillum Rectoriæ Vniuer-
» ſitatis prędictæ præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pari-
» ſius ann. 1497. die 17. Ian.

» Porro Ioannes Pontifex miſit in Galliam Archiepiſcopum Piſanum, ad exigendum Decimas & vacantias, vt vocant, Beneficiorum Eccleſiaſticorum, procurationes & ſpolia Sacerdotum defunctorum, quæ iure diuino, naturali, Canonico & Ciuili deberi ſummo Pontifici & Cameræ Apoſtolicæ contendebat. Sciebat Pontifex durum hoc & graue fore Eccleſiæ Gallicanæ: Sciebat quoque magnam eſſe in Comitijs autoritatem Vniuerſitatis, ac proinde eo facilius ſe votorum ſuorum executionem aſſecuturum, ſi eam ſibi poſſet demereri: quare 6. Id. Iulij eiuſdem anni illius priuilegia amplificat quoad Beneficia, Rotulumque concedit, vt legitur in Codice Victorino MS. vbi hic titulus præfigitur *Copia Prærogatiuæ conceſſæ Magiſtris Vniuerſitatis Pariſ.* quod inſtrumentum referimus infra ad an. 1411.

DE DECIMARVM EXACTIONE. Cum Lutetiam acceſſiſſent Legati Pontificij, petierunt ab Vniuerſitate ſibi audientiam dari: & in eam rem 13. Nouembris apud Bernardinos Comitia Centuriata omnium Ordinum celebrata ſunt; adfuerunt Legati, & quid haberent in mandatis, expoſuerunt: quæ ſunt eiuſmodi, vt legitur in Actis Germanicæ Nationis. *Anno Domini 1410. die 13. menſis Nouemb. facta fuit Congregatio Vniuerſitatis apud S. Bernardum ad audiendum Legatos D. noſtri ſummi Pontificis videlicet Archiepiſcopum Piſanum, & Epiſcopum Syluanectenſem, qui fecerunt per modum Collationis Legationem ſuam tangentes qualiter D. noſter Papa nos ſalutauit, miſitque Apoſtolicam Benedictionem. 2. Deinde commendauerunt perſonam & electionem Canonicam ſummi Pontificis. 3. Tangebant qualiter alma Vniuerſitas Pariſ. fuit potiſſima cooperatrix ad ſacroſanctæ Eccleſiæ vnionem. 4. Quia adhuc licet caput eſſet vnum,*

tamen membra plura erant diſjuncta: & quia Papa totis viribus conabatur extirpare duos hæreticos, & reſarcire ſponſæ Chriſti tunicam, imò hortabatur nos quod illi vellemus aſſiſtere dando-auxilium, conſilium & fauorem, attento præſertim quod de proprio non haberet vnde ſufficeret omnia quæ hactenus ſuperſtant, mandare executioni. Demum Archiepiſcopus Piſanus petiuit ſolemnes; Deputatos ex ſingulis Facultatibus ac Nationibus *cum quibus poſſet loqui familiarius circa prædicta. Item circa Bullam nobis allatam ſuper facto Mendicantium. His itaque peractis Vniuerſitas deliberauit concorditer gratias agendo primò D. noſtro ſummo Pontifici de ſpiritualibus ſuis donis, item de bonâ affectione quam prætendit habere erga nos. Dabat inſuper Deputatos notabiles ad audiendum duntaxat & ad referendum quæ Archiepiſcopus nobis vellet aperire.* 1410.

Datis igitur Deputatis, iterum habita ſunt Comitia eodem loco, die 17. Nouembris, & auditâ relatione eorum quæ Legati Pontificij habebant in mandatis; item lectâ & auditâ Bullâ circa priuilegia mendicantium, quâ Pontifex Deceſſoris ſui Conſtitutionem temperabat quidem, at non omnino abrogabat iuxta petitionem Vniuerſitatis, reſponſum eſt vnanimiter iſtam Bullam non placere: vt patet ex Actis illius diei. *Anno Domini 1410. die 17. Nouemb. fuit facta Congregatio Vniuerſitatis ſuper quadam Bullâ nobis deſtinatâ circa factum Mendicantium, quæ nullatenus placuit: tum primò quia alia Bulla* (Alexandri ſcilicet) *continebat multa puncta omnino contra rationem: tum 2. quia iſta Bulla non interimit primam: tum quia nulla imponitur pœna in 2. Bullâ contra publicantes primam Bullam: tum 4. quia dicitur in primâ Bullâ quod ipſa proceſſit de Conſilio fratrum; in 2. minime. tum 5. quia Papa Alexander ſimiliter & Cardinales dicere ſolebant palam quod nunquam de mente D. Papæ, aut Fratrum ſuorum proceſſit illa nequiſſima prima Bulla. Et miratur Vniuerſitas quare Papa dubitat illam Bullam annullare & irritam declarare. Vnde propter hoc & ſimilia motiua ambæ Bullæ diſplicent. Vnde vlterius dicebatur, quatenus ambæ Bullæ multiplicarentur per Facultates & Nationes ad finem quò profundius circa tenorem ipſarum valerent ſpeculari. Inſuper requiſitus fuit Rector publicare, multiplicaréve inſtrumentum circa iſtam materiam nuper ab Anglia tranſmiſſam.*

Tandem vt Legatis Pontificijs fieret ſolemne reſponſum circà exactiones Decimarum ſpoliorum Eccleſiaſticorum, provt petierant, ſolemnis indicta eſt congregatio ad 23. Nouemb. in ædem Bernardinorum: quæ vt ſolemnior frequentiorque fieret, miſſæ ſunt à Rectore Vniuerſitatis M. Rolando Ramerio ſcedulæ die 22. ad Prælatos qui Pariſijs erant, ad ipſaſmet Curias ſupremas, vt quicunque nomen aliàs Vniuerſitati dederant, adeſſent poſtridie apud Bernardinos hora 8. matut. Et circa hanc Comitiorum Indictionem, hoc animaduertere conuenit quod legitur in Actis Parlamenti; Cum enim Bedelli qui ſcedulas Rectorias deferre ſolent, ad ipſammet Curiam detuliſſent, non ad ſingulos **Senatores priuatim, qui nomen Academiæ** dederant, provt fieri debebat & conſueuerat, reſponſum eſt non placere eiuſmodi agendi rationem inſolitam. Sic enim in Regeſtis Curiæ legitur.

Le Samedy 22. Nouembre 1410. a enuoyé ceans le Recteur de l'Vniuerſité de Paris vne Scedule, ſcellée du ſcéel dudit Recteur, contenant ce qui s'enſuit.

NOs Rolandus Ramerij Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium, requirimus per Sacramentum & ſub pœnâ omnes Magiſtros dictæ Vniuerſitatis, ac omnes & ſingulos in Iure Canonico vel Ciuili licentiatos dictæ Vniuerſitatis, cuiuſcunque ſtatus fuerint quatenus cras de mane hora octaua matutina, compareant in Congregatione Generali dictæ Vniuerſitatis in S. Bernardo, annuente Domino, celebranda. In cuius teſtimonium ſigillum Rectoriæ huic ſcedulæ appoſuimus. Datum, &c. *Par vertu de laquelle vn Eſcholier ou Bedel a ſignifié que les Iurez de ladite Aſſemblée eſtans ceans fuſſent à ladite Aſſemblée.*

1410. *A quoy la Cour a reſpondu que ce n'eſtoit point la maniere de venir ceans ſignifier les Aſſemblées, attendu l'Eſtat de la Cour qui n'eſtoit ſubiecte ne iugée que du Roy, mais s'il y auoit aucuns ſinguliers qui euſſent fait ſerment à ladite Vniuerſité, deuoient eſtre & à part requis d'aller en ladite Aſſemblée & non pas en la Cour par ladite maniere, & fut enioint audit Meſſager, que le diſt audit Recteur que plus ne fiſt ainſi. A quoy a dit qu'à la maniere de la Cour eſtoit l'entention du Recteur, mais que pour breueté auoit eſté fait par ledit Recteur par cette maniere.*

Die igitur 23. habita ſunt Comitia apud Bernardinos, frequentiſſimo conſeſſu, circa ſubuentionem & exactionem Decimarum. Sed Vniuerſitas tum, & menſibus Ianuario & Februario ſequentibus, legatorum conatibus obſtitit; imò deliberauit prouocare ad Concilium Generale, omneſque Magiſtros priuare qui ſubſidiorum ſolutioni quoquo modo conſentirent, ac denique cœteras omnes Vniuerſitates in auxilium aduocare, ſimulque Prælatos omnes & Eccleſiaſticos omnium Ordinum; hac de re ſic legitur apud Monſtreletium.

Le 23. iour de Nouembre (1410.) fut à S. Bernard à Paris fait vne Congregation Generale par l'Vniuerſité à laquelle furent euoquez & appellez l'Eueſque du Puy en Auuergne, & pluſieurs aultres Prelats, & generalement tous les Maiſtres, Bacheliers & Licentiez tant en Droict Canon comme Ciuil, iaçoit ce que autrefois n'eſtoit point accouſtumé d'appeller les Licentiés, ne les Bacheliers, mais tant ſeulement les Maiſtres. Et fut faite ladite Congregation ſur les demandes & requeſtes par l'Archeueſque de Piſe & aultres Légauls de N. S. Pere, qui furent pareillement ſur le dixiéme & vacant, ſur les Procurations & deſpoüilles des Treſpaſſez. Mais premier en ladite Congregation fut leüe vne Ordonnance ſolemnelle autresfois faite du temps de Pierre de la Lune, par le Conſeil de l'Egliſe Françoiſe, ſur les Libertez & Franchiſes de ladite Egliſe de par le Roy, ſon grand Conſeil & par le Parlement, roborée & confermée l'an 406. laquelle contient en effet eſtre telle. C'eſt à ſçauoir que ladite Egliſe ſoit maintenuë & confermée en ſon ancienne franchiſe, & par ainſi quitte de tous Dixieſmes, Procurations & aultres Exactions & Subſides quelconques. Et parce que leſdits Legauls en demandant viennent contre leſdits Conſtitutions & Arreſts, fut conclud que ladite Ordonnance ſeroit gardée, ſans enfraindre. Et pour meilleure Obſeruance l'Vniuerſité mit & ordonna ſolemnellement hommes deuers le Roy, ſon Conſeil & deuers le Parlement, auſquels appartient ledit Arreſt à defendre & eſcheuer les inconueniens qui s'en pourroient enſuiure par l'infraction deſdites Ordonnances & Conſtitutions.

Item, *fut conclud que ſi le Pape ou les Legauls veulent aucun compeller ou contraindre par Cenſure Eccleſiaſtique ou aultrement payer leſdits tributs, qu'on appelle d'eux au Concile general de ladite Egliſe.*

Item, *s'il y-a aucuns Collecteurs ou Sous-Collecteurs vueillans auoir ou exiger leſdits ſubſides, qu'ils ſoient punis par priſe de leur temporalité, s'ils en ont point, & ſinon qu'ils ſoient mis en priſon. Et outre fut conclud qu'à pourſuiuir ledit fait ſoit requis en aide le Procureur du Roy & des aultres Seigneurs qui ſe veillent adioindre auec ladite Vniuerſité. Finablement fut conclud qu'en cas que le Pape allegueroit neceſſité euidente en l'Egliſe, que le Conſeil de l'Egliſe ſoit euoqué, & là ſeroit aduiſée vne maniere d'aide par maniere de ſubſide charitable. Et ſeroient leuées & recueillies leſdites pecunes par certains bons prudhommes éleus par ledit Conſeil qui les diſtribueront à ceux qui ſeront ordonnez par ledit Conſeil.*

Item, *le Lundy enſuiuant fut fait vn Conſeil Royal où fut preſent le Duc d'Aquitaine, l'Archeueſque de Piſe & aultres Legaux du Pape, auſſi le Recteur de l'Vniuerſité & pluſieurs aultres de ladite Vniuerſité. Et audit Conſeil propoſa ledit Archeueſque, que ce qu'il demandoit, eſtoit deu à la Chambre Apoſtolique, tant en droit Diuin, Canon, Ciuil comme naturel; & que c'eſtoit ſaint & iuſtice, & quiconque denieroit à le payer, n'eſtoit mie Chreſtien. Deſquelles Paroles l'Vniuerſité malcontente dict que leſdites Paroles eſtoient proferées en le deshonneur & opprobre du Roy & de l'Vniuerſité & par conſequent de tout*

le Royaume. Pour leſquelles choſes fut derechef le Dimanche enſuiuant 30. iour de Nouembre, faite vne Congregation generale, où elle auoit eſté faite le Dimanche deuant, où il fut conclud que l'Vniuerſité enuoyeroit deuers le Roy certains Legaux pour luy expoſer les Paroles par les Legaux du Pape dites & proferées, en luy requerant que publiquement ſoient reuoquées par eux & rappellées, & en cas qu'ils ne voudront reuoquer & rappeller, les Facultez de Theologie & Decret, eſcriront contre eux ſur les Articles de la Foy & ſeront punis ſelon l'exigence des cas. 1410.

Item, *fut conclud que ladite Vniuerſité de Paris eſcriroit à toutes aultres Vniuerſitez, Prelats & Chappellains qu'ils s'adioignent à l'Vniuerſité de Paris en la pourſuite dudit fait. Moult d'aultres choſes furent touchées audit Aſſemblement, leſquelles pour cauſe de briefueté ſont delaiſſées icy à eſcrire. Toutesfois la Concluſion fut telle pour bailler reſponſe que le Pape n'aura point de ſubſide, ſi ce n'eſt par la forme deſſuſdite.*

Item, *fut conclud que l'Vniuerſité de Paris requerra, l'Archeueſque de Rheims & les aultres du grand Conſeil du Roy qui ont fait ſerment à l'Vniuerſité, qu'ils s'adioignent en la pourſuite deuant dite, ou aultrement ils ſeront priuez. Et eſt à ſçauoir qu'aprés toutes ces choſes, leſdits Legaux doutans s'en allerent & partirent de Paris ſans dire Adieu, comme on diſoit communement à Paris. Noſtre S. Pere le Pape enuoya ſes Ambaſſadeurs deuers le Roy pour le payement du Dixieſme impoſité ſur l'Egliſe Françoiſe. Et en contant de leur legation fut dit au Conſeil du Roy, preſent le Duc d'Aquitaine, que non mie l'Egliſe Françoiſe ſeulement fuſt obligée ou tenuë à ladite ſolution dudit ſubſide; mais toutes Egliſes quelconques ils fuſſent à la volonté du Pape, premier par le droit diuin, par le Leuitic où il dit en la Sentence que les Diacres payeroient au Souuerain Pontife le dixieſme Dixime. 2. de droit naturel & poſitif: Et quand ces choſes ſe faiſoient, l'Vniuerſité vint à eux. Et le lendemain fut faite vne Congregation ou Colliege des Bernardins, & là fut deliberé que la maniere de demander ce ſubſide étoit à reprouuer, comme iniqne & contraire à la Loy ou Decret par le Roy ou ſon Conſeil fait l'an 406. & de la conſeruation de liberté & franchiſe. Et voulut l'Vniuerſité que cette Loy fuſt conſeruée & gardée ſans eſtre corrompuë. Et fut dit oultre que ou le Pape ou ſes Legaux voudront ce demander & contraindre aucun à le payer par Cenſure d'Egliſe, que ladite Vniuerſité appellera au Conſeil general de l'Egliſe. Et là où les nouueaux Gouuerneurs du Roy & du Royaume voudroient ou pourſuiuroient attenter aucunement contre ladite Loy, icelle Vniuerſité appelle au Roy & Seigneurs de ſon Conſeil. Et où il y auroit aucuns de ladite Vniuerſité qui laboureroient pour la ſolution dudit Dixime, ils ſeront priuez. Et s'il en aduenoit d'aucuns Labourans à ce qui euſſent temporel, l'Vniuerſité requeroit au Roy que leur temporel fuſt mis en la main du Roy. Et au cas qu'ils n'en auroient point, fuſſent empriſonnez. Et ſe par maniere de voye Charitatiue noſtre S. Pere le Pape eſleue ſubſide, il pleuſt à l'Vniuerſité & au Roy que les Prelats ſoient huchez par le Royaume pour deux choſes.*

1. Pour aduiſer quelles choſes ſeront traictées au Conſeil general de l'Vniuerſelle Egliſe prochainement à tenir. 2. à deliberer de ce ſur le contenu és requeſtes deſdits Ambaſſadeurs ſur ledit Dixime. Et s'il eſtoit deliberé que N. S. P. le Pape ait led. ſubſide, l'Vniuerſité veut que ſoit deputé aucun Prud'homme de ce Royaume qui receuroit l'argent pour la Paix & vnion des Grecs & des Latins, & du Royaume d'Angleterre pour la queſte de S. Terre & Predication de l'Euangile à toute Creature: car ce ſont les fins pour leſquelles N. S. P. le Pape eſlieue ledit ſubſide, comme dient les Legaux. L'Vniuerſité ſur ce requit à Meſſeigneurs de Parlement qu'ils s'adioigniſſent auec eux; car cela eſt leur arreſt, & auſſi le fait des Procureurs du Roy, à la proſecution deſquels ladite Loy fut faicte.

Item, *fut deputé Maiſtre Vrſin à propoſer deuant les Seigneurs & à reſpondre aux raiſons deſdits Ambaſſadeurs. Et enfin ledit Archeueſque de Piſe conſiderant qu'aultrement ne pouuoit venir à ſon intention, s'humilia deuers ladite Vniuerſité; & parla particulierement & à aucuns des Principaux, afin qu'ils tinſſent la main à la beſongne. Neantmoins le 28. Ianuier enſuiuant fut par eux conclud, que de leur conſentement ne ſeroit baillé au Pape nul ſubſide, ſans auoir premier l'accord, le conſeil & octroy de l'Egliſe Françoiſe. Et ſur ce furent priſes*

1410. *nouuelles iournées au 16. Feb. à laquelle furent euoquez pluſieurs Prelats pour auoir leur aduis ſur cette matiere. Mais finablement par la diligence & ſolicitude de l'Vniuerſité, ils ne peurent venir à concluſion que nulles pecunes fuſſent données, n'octroyées au Pape par quelque maniere que ce fuſt, nonobſtant que la plus grande partie des Seigneurs & par eſpecial les Princes en eſtoiene aſſez contens.*

Hæc acta ſunt Rectoribus MM. Rolando Ramerij & Nicolao Amantis. Rolandus quidem electus eſt 10. Octob. Amantis verò 16. Decemb. eiuſque Electores fuerunt 4. Nationum Procuratores; nam ſcribit M. Petrus de Remigneyo, Procurator Nat. Gall. ſe cum alijs ingreſſum Conclaue elegiſſe prædictum M. Nicol.

DISCORDIA PRINCIPVM. Paulo ante ea tempora rurſus in apertum erupit diſcordia Principum, Reſque Francica exitio propinqua fuit. Defuncto Duce Borbonio, filius eius ad partes Aurelianenſium tranſijt, item & Dux Biturigum: qui ſic multorum Militum Nobiliumque ac Magnatum acceſſione corroborati ſcripſerunt ad Regem, ad Vniuerſitatem, ad Vrbes & Communitates, conſiliumque ſuum aperuerunt. Iam montem-Lehericum occuparant; vnde vrbe Pariſienſi territâ, Rex ad Ducem Aurelianum eiuſdemque partis Duces Legatos miſit, & ſuos quoque Vniuerſitas cum ſequenti Inſtructione ad D. Biturię, quæ legitur in Charta Tabularij Academici notata hiſce Characteribus A. 1. z.

Ex parte Vniuerſitatis mittenda eſt Ambaſſiata ſolemnis ad D. Biturię & ad alios Dominos cum ipſo exiſtentes in honeſta & honorabili Comitiua.

» 1. Proponens habebit præſentare litteras Credentiæ Vniuerſitatis, &
» tunc proponet coram eis inducendo & hortando ad pacem pro honore
» & vtilitate Regis & Regni, ſtando in terminis generalibus, non deſcen-
» dendo ad aliqua particularia quæ viderentur quomodolibet irritatiua,
» vel offenſiua alicuius partis, ſed ſemper alliciendo ad bonum pacis.
» Item inducantur ad præmiſſa, Autoritates, rationes, colores & moti-
» ua, oſtendendo Inconuenientia, ſcandala & pericula ineuitabilia & dam-
» na irreparabilia quæ veriſimiliter euenirent tam in iſto Regno quàm in
» tota Chriſtianitate ſi procederetur ad viam facti: quæ omnia vitabuntur
» per Tractatum pacis & innumerabilia bona inde ſubſequentur.
» Item coloretur qualiter Vniuerſitas Pariſ. tanquam Legalis filia Re-
» gis in iſta diſſenſione inter Dominos Domus Franciæ nuper exorta non
» fuit, nec eſt, nec eſſe intendit partialis, ſed vult ſemper tenere medium,
» hortando ad bonum pacis ab vtraque parte.
» Item dicatur qualiter Vniuerſitas offert ſe ad laborandum totis viri-
» bus ad hanc pacem procurandam & obtinendam, hortando, conſulen-
» do, prædicando & orando & aliter quantum Deus ſibi miniſtrabit, pro-
» vt ex ſua profeſſione ſibi incumbit, & provt ſemper facere conſueuit.
» Item nullus loquatur ad partem cum aliquo Dominorum, nec niſi ma-
» iori parte Ambaſſiatorum conſentiente & præſente.

Princeps Legationis Academicæ Natalis Abbas de Poigny Doctor Theologus, cuius oratio Principibus confœderatis placuit quidem, ſed remiſſus cum hoc reſponſo, mentem eſſe incepta proſequi. Nec amplius quidquam profecit Regina ad eos quoque à Rege miſſa. Ad Burgundionem quoque miſſus fuerat M. Rolandus Ramerij vir Rectorius, nec plus profecerat.

Ergo Rex dimicare tandem conſtituit: ad quem die 24. Septemb. cum in procinctu eſſet, Rector habuit verba de miſerando Vniuerſitatis ſtatu ob deprædationes Militum vtriuſque partis, conuenientiuſque videri ſaluti Regis Regnique Pacem qualemcumque cum Confœderatis paciſci quàm omnia Martis aleæ committere. Placuit Regi conſilium ſuadente quoque Nauarro; & confectæ oblatæque Pacis conditiones, atque illæ tandem admiſſæ die 2. Nouemb. Sed nec ijs adeo Aurelianus acquieuit, vt non vlciſci conſtitueret impiam Patris cædem. Et quia memoriam

eius malè onerarat M. Ioannes Parui, Vniuerſitatem rogauit per litteras, vt eius dogmata & propoſitiones examinaret. 1410.

Ergo Vniuerſitas Theologis & Decretiſtis examinis curam demandat; qua de re ſic ſcribit M. Ioannes de Lothey Nationis Gall. Procurator, durante dictâ Procuratoriâ nihil expoſuit ipſe Procurator, exceptis ſex « ſolidis quos cœpit à Receptore pro ſolutione publici Inſtrumenti, quod « Natio voluit habere de Concluſione quam ipſa in Vniuerſitate cepit ſu- « per Requeſta quam per ſuas litteras clauſas fecit D. Dux Aurelianenſis « Vniuerſitati & Nationi: quæ quidem Concluſio talis fuit. Quod cum ipſe « D. Dux dictis ſuis litteris aſſereret propoſitionem nuper per M. Ioan- « nem Parui contra defunctum Patrem ipſius Domini coram DD. Rega- « libus & Regis Conſilio continere multos errores intolerabiles in mori- « bus & fide, cum omni inſtantia *requirendo Vniuerſitatem & exhortando tan-* « *quam Religionis Catholicæ zelatricem & defenſatricem veritatis, quatenus* « *præmiſſos errores vellet detegere, damnare, damnatoſque & intolerabiles præ-* « *conizare: deliberauit Natio, quod prædicta propoſitio per Facultatem Theologiæ* & alios ſolemnes Deputatos Facultatis Decretorum viſitaretur maturè & digeſtè; & ſi aliquos tales errores contineret, quos ipſi Theologi & Iuriſtæ cenſerent intolerabiles, *quod Vniuerſitas, quantum ad eam ſpectat, ſcilicet autoritate Doctrinali ipſos damnaret, veritates Catholicas eis contrarias prædicando, & publicè quemadmodum errores fuerunt prolati, præconizando.* Et huiuſmodi deliberationem voluit Natio ſuis litteris clauſis dicto D. Duci intimare.

Sub finem eiuſdem anni Rex edixit in gratiam Vniuerſitatis, ne eius Magiſtri qui Beneficia ſtante Neutralitate obtinuiſſent, vexarentur à nonnullis Apoſtolicæ Curiæ Miniſtris, voluitque Conſtitutiones olim editas in eam rem ad amuſſim obſeruari, vexatores & turbatores ad Senatum Pariſienſem vocari; tales ſunt eius litteræ.

Prouiſion faite ſur les Benefices donnez à ceux de l'Vniuerſité durant la Neutralité.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous « ceux, &c. Noſtre tres-Chere & amée Fille l'Vniuerſité de Paris, « Nous a fait expoſer que joint que par le Concile par Nous & l'Egliſe « de nos Royaume & Dauphiné de Viennois, tenu & celebré en la Con- « cluſion de la Neutralité faite par Nous en noſdits Royaume & Dauphi- « né, contre les deux Contendans de la Papauté de l'Egliſe vniuerſelle, « ayent eſté faits pluſieurs Statuts & Ordonnances pour l'exhauſſement « de ladite Egliſe & entre les autres, ſur les Collations & Prouiſions des « Benefices, afin que leſdits Benefices fuſſent diſtribuez & conferez par « **les Ordinaires à perſonnes dignes & bien meurs, tant de nos Seruiteurs** « & familles *comme des Eſtudians & Suppoſts de noſtredite Fille l'Vniuerſité* & « d'autres Eſtudians, pour leſquelles Ordonnances tenir en leurs termes « & garder qu'elles ne fuſſent enfraintes par leſdits Ordinaires, euſſent « eſté trouuez par ledit Concile aucuns qui à ce pouruoiroient en deffault « d'iceux Ordinaires & aux Seruiteurs & Familles, & auſſi auſdits Eſtu- « dians & Supoſts de noſtre Fille l'Vniuerſité de Paris & d'autres Eſtudes, « ayent eſté particulierement faites & diſtribuées Aſſignations, pour ſe- « lon leſdites Ordonnances leur eſtre pourueu deſdits Benefices par leſ- « dits Ordinaires & Collateurs d'iceux Benefices, ſur leſquels chacun « d'eulx eſtoit aſſigné. Depuis laquelle Concluſion de ladite Neutralité « pluſieurs d'eux nos Familles & Seruiteurs, *& deſdits Eſtudians & Suppoſts* « *de noſtre Fille l'Vniuerſité de Paris & dautres Eſtudes* ayent eſté deüment & « Canoniquement pourueus de Benefices ſelon leſdites Statuts & Ordon- « nances du Concile deſſuſdit, & en ayent eſté deüment & Canonique- « ment mis & inſtituez en poſſeſſion & ſaiſine, neantmoins par inaduer- « tance ou autrement, aucuns Iuges Apoſtoliques & autres perſonnes ont «

1410. „ iceux moleſtez & empeſchez & s'efforcent de troubler, moleſter ou „ empeſcher pluſieurs de noſdits Seruiteurs & Familles & deſdits Eſtu- „ dians & Suppoſts de noſtredite Fille l'Vniuerſité de Paris, & d'autres „ Eſtudes, & ce pour raiſon deſdits Benefices à eux, ainſi que dit eſt, don- „ nez & conferez, & deſquels ils ont eſté deüement mis en poſſeſſion & ſai- „ ſine, qui a eſté & eſt en venant directement contre leſdites Ordonnances, „ & en grande perturbation de noſdits Royaume & Dauphiné: & de plus „ ſeroit, ſe par Nous n'eſtoit ſur ce pourueu de remede conuenable, ſi „ comme dit noſtredite Fille en humblement requerant iceluy. Pourquoy „ Nous ces choſes conſiderées, & que Nous qui ſommes Gardien, Pro- „ tecteur & Deffenſeur des Egliſes de noſtredit Royaume & Dauphiné, „ & que les Statuts & Ordonnances deſſuſdites, faites audit Concile, auons „ ratifiées & approuuées, appartient iceux & tout ce qui s'en eſt enſuy, „ faire tenir & garder, ſans enfraindre, & pour obuier aux inconuenients „ deuant dits: Auons ordonné & ordonnons par ces preſentes, que tous „ ceux à qui il aura eſté ainſi pourueu ſelon leſdits Statuts & Ordõnances de „ poſſeſſions & ſaiſine d'iceux Benefices, dans leſquels on les trouuera eſtre, „ & que tous troubles & empeſchements qui en ce leur ſont mis, en ſoient „ oſtez par le premier de nos Iuſticiers qui requis en ſera; Et tous les per- „ turbans, empeſcheurs & autres qui pour ce ſeront à contraindre, con- „ traincts à eux deſiſter deſdits troubles & empeſchemens, & à rendre, „ bailler & mettre réellement & de fait és mains de noſtredit Iuſticier, „ comme en la Noſtre, toutes citations, procez, & manieres par vertu ou „ ſoubs ombre deſquels ils ſe ſont efforcez ou efforcent de faire iceux „ empeſchemens, & auſſi à rappeller, reuoquer & mettre du tout au neant „ tous les Procez qu'ils auront ſur ce fait, ou fait faire par la priſe des tem- „ porels qu'ils tiennent & tiendront en noſdits Royaumes & Dauphiné, à „ quelque tiltre & cauſe que ce ſoit ou autrement par toutes voyes „ deuës & raiſonnables. Et ſi aucuns en y auoit qui n'euſſent temporel en „ iceux nos Royaumes & Dauphiné & qu'ils fuſſent refuſans d'obtempe- „ rer à noſdits Mandements, inhibitions & deffenſes, que iceux & tous „ ceux qui procureroient les empeſchemens & qui s'entremettront ou „ ſont entremis de leur aider à ce faire & ſouſtenir, ſoient pareillement „ contraints par priſe & empriſonnement de leurs perſonnes, & par arreſt „ & detemption de leurs biens, iuſques à ce qu'ils ayent deuëment ob- „ temperé & obey aux choſes deſſuſdites & chacune d'icelles. Si donnons „ en mandement à nos Amez & Feaux Conſeillers, tenans & qui tiendront „ Parlement: au Preuoſts de Paris & à tous nos Seneſchaux, Baillys & au- „ tres Iuſticiers & Officiers & leurs Lieutenans, à chacun d'eulx, que nos „ preſentes Ordonnances ils faſſent tenir & garder entierement, ſans en- „ fraindre, en contraignant ou faiſant contraindre à ce tous ceux qui à „ contraindre y ſont, vigoureuſement & ſans déport par les manieres de- „ uant dites; & en cas d'oppoſition, les biens deſdits Perturbateurs & em- „ peſcheurs tenus en noſtre main: quant à ceux qui ont temporel: & les „ perſonnes des autres qui n'ont temporel, arreſtées & detenuës & les „ procez de Iuges Apoſtoliques contre leſdits Statuts & Ordonnances „ faits & à faire, & tout ce qui s'en eſt & ſera enſuy, tenu en ſuſpens, atten- „ du que la cognoiſſance & interpretation d'icelles Ordonnances & les „ debats qui en naiſſent, appartiennent à noſtre Cour de Parlement, ad- „ iournent ou faſſent adiourner les oppoſans & auſſi leſdits perturbeurs „ & empeſcheurs & autres contrediſans & dilayans, d'obtemperer les „ choſes deſſuſdites ou aucunes d'icelles, à comparoir perſonnellement „ ou autrement, comme les cas le requereront à temps & competant iour „ ordinaire ou extraordinaire de noſtredit Parlement, nonobſtant qu'ils „ ſoient de nos autres Parlements aduenir, nonobſtant que les Parties ne „ ſoient pas des iours dont l'on plaidera lors, pour dire les cauſes de leur „ oppoſition, & reſpondre à noſtre Procureur general, à noſtredite Fille „ l'Vniuerſité & à tous ceux qui s'en veulent faire partie, pourtant que

chacun

chacun pourra toucher à tout ce qu'ils leur voudront demander & contr'eux propoſer & requerir, les circonſtances & dependances, & aller auant & outre ſelon raiſon, en certifiant ſur ce ſuffiſamment audit iour noſdits Conſeillers auſquels nous Mandons que aux Parties ouyes faſſent paix. Et pour ce que parauanture les perſonnes de ceux qui ont fait ou feront leſdits empeſchemens, refus ou contredits, ne pourront eſtre apprehendez en noſdits Royaume & Dauphiné pour faire à leurs perſonnes adjournemens & commandemens, inhibitions & defenſes; Nous voulons qu'icelles Ordonnances commandemens, inhibitions & defenſes qui ſeront faites aux perſonnes de leurs Procureurs aux lieux domiciliez deſdits Benefices, au cas que ne pourront eſtre apprehendez, vallent & ſoient d'autant d'effet & de valeur, comme s'ils fuſſent faites à leurs propres perſonnes. Et outre pour ce que de ces preſentes l'on pourroit auoir à beſongner en diuers lieux, & qu'elles ſe pourroient deperir & perdre ſur les chemins, Nous voulons qu'aux vidimus, *&c.* Donné à Paris le 17. iour d'Avril 1410. 1410.

Anno 1411. die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Dominicus Chaillon Nat. Gall. tunc Procurator, eique in Procuratorio munere ſubſtitutus eſt M. Ioannes Pulcri-Patris: quo Procuratore condita ſunt ſtatuta Collegij Trecorenſis, iuxta mentem voluntatemque fundatoris M. Guill. de Cœtmochan, vt patet ex Inſtrumento 13. Aug. an. prædicti, cuius eſt initium eiuſmodi. 1411.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, viſuris & audituris Nos Ioannes Pulcri-Patris Procurator venerabilis Nationis Franciæ in Vniuerſitate Pariſienſi, & cæteri Deputati ſuper facto & regimine Scholarium ſeu Burſariorum Collegij Trecorenſis prope & ante portam Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani Pariſius ſituati & per bonæ memoriæ *M. Guill. de Coetmochan quondam Eccleſiæ Trecorenſis Cantorem* fundati, pro & ex parte dictæ Nationis matris noſtræ ad id commiſſi & ordinati, Notum facimus quod eadem Natio mater noſtra ad hoc zelo Charitatis & ſincera dilectione ducta in laudem Dei & ad honorem, ac commoditatem dicti Collegij ſpecialiter attendens, noſtra relatione circa prædictum regimen ipſius Collegij primitùs audita & attentius conſiderata duxit & deliberauit ea quæ ſequuntur & ſubſcribuntur ſtatuenda & ordinanda. COLLEGIVM TRECORENSE.

Inſtrumentum iſtud ſeruatur in Tabulario prædictæ Nationis. In Actis verò Procuratorijs legitur, ad diem 26. menſis Aug. Magiſtrum & Scholares dicti Collegij Iuramenta præſtitiſſe de obſeruandis ſtatutis ſibi traditis.

Idem verò Procurator die 10. Octob. ſuffectus eſt M. Dominico Chaillon Rectori, qui quia difficillimis temporibus Rectoratum geſſerat, quibus nempe totus Regni ſtatus bellorum inteſtinorum turbinibus pene conuulſus iacebat, petijt à prædicta Natione ſibi de ærario ſuo pecuniæ ſummam aliquam ſuppeditari; eique triginta aurea ſcuta tradita, vt ſcribit M. Dominus Franciſci ad diem 28. Nouemb.

Quoniam verò in Regni calamitatum mentionem incidimus, ex hiſtoria Gallicana patet totum hunc annum abijſſe in funeſtos exitus, hincque & inde à Burgundis & Aurelianenſibus collectos exercitus, captas vrbes, direpta oppida, Regem ipſum non fuiſſe ſui ſtatus ſecurum; præſertim verò eo tempore malè audiebant Aurelianenſes dicti vulgo *Armeniaci*, quibuſcum paulo ante pax compoſita fuerat; minabantur enim ſe Regem ipſum, vt pote ſemper fere mente & corpore infirmum de ſolio deturbaturos. Vnde Rex ad omnes Regni vrbes litteras dedit, præſertim verò Vniuerſitatem Pariſienſem ſibi addictiſſimam eſſe voluit, eique mandauit, vt Bullam quandam ab Vrbano V. contra ſimiles Turbatores olim editam publicari & executioni mandari curaret. Hac de re ſic ſcribit Iuuenalis de Vrſinis. TVRBÆ REGNI.

1411. *En ce meſme temps le Roy eſcriuit lettres à ſa Fille l'Vniuerſité de Paris & eſtoit en forme de Mandement patent. Eſquelles eſtoit narré que les Seigneurs deſſuſdits le vouloient debouter & deſtituer de ſon Eſtat & Autorité & le détruire de ſa dignité & faire vn nouueau Roy de France, & qu'ils auoient pris la ville de ſaint Denys, le Pont de S. Cloud, deffié le Duc de Bourgongne, bouté feux, pillé, derobé, forcé femmes & fait maux ſans nombre. Et leur prioit & requeroit que ces choſes ils fiſſent preſcher & publier, & qu'ils luy vouluſſent donner aide & confort. Leſquelles choſes l'Vniuerſité de Paris en voulant obeïr à leur Pere & Seigneur ſouuerain, firent executer de leur pouuoir. Et en outre leur fit montrer certaines Bulles du bon Pape Vrbain V.* (créé en 1362.) *par leſquelles il excommunioit tous ceux qui faiſoient telles Aſſemblées & leurs Adherans & Complices & qu'on ne les peuſt abſoudre, ſinon à l'article de la mort. Et les priuoit de Fiefs, Terres & Seigneuries qu'ils tenoient. Et mettoit interdit en leurs Terres & Seigneuries, & abſoluoit les Vaſſaux des ſermens, foy & homage qu'ils auoient à eux. Et ſous ombre deſdites Bulles eſcriuoient ceux de l'Vniuerſité par tout les choſes deſſuſdites, affin que par tout on veiſt les œuures deſdits Seigneurs qu'on tenoit pour traiſtres au Roy & en outre pour Excommuniez. Et outre feirent & enuoyerent par eſcrit les choſes qui ſont defenduës au temps de l'Interdit general & auſſi permiſes. Et pource que leſdit. Lettres ou Bulles s'addreſſoient aux Archeueſques de Reims & de Sens, & aux Eueſques de Paris & de Chartres, leſquels on tenoit pour Armaignacs, leſdites Bulles ne furent aucunement executées.*

Hanc Bullam Vrbani retulimus in 4. noſtro volumine ad an. 1367. voluit autem Vniuerſitas iuxta illam, Proceſſum quendam contra Armeniacos factum libris ſuis inſcribi, vt intelligitur ex ijs quæ ſcribit M. Dominicus Franciſci Procurator Nationis Gall. ait enim *ſe inſcribi feciſſe in libro Nationis Proceſſum factum contra Armeniacos virtute illius Bullæ, de qua eſt facta mentio ante & pro iſto expoſuiſſe tres ſolidos.*

Regis litteras ad Vniuerſitatem habemus in Tabulario Academico hiſce notatas Characteribus. A 1. K.

„ CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A noſtre
„ tres-Chere & amée Fille l'Vniuerſité de Paris, ſalut & dilection.
„ Pource qu'il eſt venu pleinement & clairement à noſtre connoiſſance &
„ nous tenons pour deuëment & ſouffiſamment informez, tant par cer-
„ taines lettres qui ont eſté n'aguieres trouuées & apportées en nos mains
„ & de noſtre Conſeil, comme par les fais & œuures que nous auons veu
„ çà en arriere & veons chacun iour, combien que pieça ait eſté ſoubçon-
„ née & que longuement la choſe ait eſté couuerte, palliée & diſſimulée,
„ que Iean noſtre Oncle de Berry, Charles noſtre Neueu d'Orleans & ſes
„ freres, Iean de Bourbon, Iean d'Alençon, Charles d'Albret nos Cou-
„ ſins, Bernard d'Armaignac & leurs Aidans, Confortans, Adherans, Al-
„ **liez & Complices, meuz & induits de mauuais, inique, peruers & dam-**
„ nable propos, ont entrepris & ſe ſont efforcez & efforcent de nous de-
„ bouter, demettre & deſtituer de noſtre Eſtat & autorité Royal & dé-
„ truire du tout à leur pouuoir Nous & noſtre lignée que Dieu ne vueil-
„ le, & faire nouuel Roy en France, qui eſt choſe abominable à oüir dire
„ & reciter à tous les cuers de nos bons, vrays & loyaux ſubjets: Nous
„ voulons à ce pourueoir & obuier en toutes manieres à l'aide de Dieu &
„ de nos bons & loyaux Vaſſaux & Subjets; Eu ſur ce tres-grant & meure
„ deliberation de Conſeil, auec pluſieurs de noſtre Sang & Lignage & au-
„ tres ſaiges & preudes hommes de noſtre grant Conſeil, Nos Officiers &
„ autres Eſcriuons par deuers vous, comme auſſi faiſons deuers pluſieurs
„ autres nos bons ſubjets, & vous prions, requerons, tres-inſtamment &
„ neantmoins mandons ſi expreſſement que plus pouuons ſur la foy, obeïſ-
„ ſance, loyauté & amour que vous auez à noſtre Seigneurie, & au
„ bien commun de la choſe publique de noſtre Royaume, que pour nous
„ aider, conſeiller & conforter, ainſi que vous verrez en vos conſciences
„ qui ſe deura faire ſelon la neceſſité que vous voyez & l'oppreſſion qui

s'efforcent de nous faire les deſſuſdits qui déja ſont moult prés de nous & ont ſi auant procedé que par force ſont entrez en noſtre ville de S. Denys en France, en laquelle ſont pluſieurs Reliques & Corps S. nôtre Corone, noſtre Oriflambe & pluſieurs autres pretieux & riches ioyaux: ſont auſſi entrez & ont pris le pont de S. Cloud & parauant auoient prins ſur nous & ſur nos ſubjets, nommément ſur noſtre tres-Chier & tres-Amé Couſin le Duc de Bourgongne, lequel auoient deffié & non pas nous, pluſieurs autres villes, bouté feux, derobé Egliſes, rançonné, tué, mutilé & forcé femmes mariées, violé pucelles & fait tous maux que ennemis pourroient faire, vous publiez & preſchez & faites publier & preſcher ſolemnellement par vos notables Suppoſts és Egliſes & ailleurs par noſtre Royaume où bon vous ſemblera, les choſes deſſuſdites, & autrement Nous donnez conſeil, confort & aide comme vous ſçaurez bon aduiſer & que vous auez touſiours accouſtumez de faire en toutes choſes touchant noſtre honneur & l'vtilité de noſtredit Royaume, en prenant, deboutant ou puniſſant, ainſi comme le cas le requierra, tous ceulx de vos Suppoſts que vous verrez & ſçaurez eſtre aidans, confortans & fauoriſans aux deſſuſdits, en telle maniere que ce ſoit exemple à tous autres. Donné à Paris le 14. iour d'Octobre l'an de grace 1411. & de noſtre Regne le 32. 1411.

Dum bellorum turbinibus Francia circumuoluitur, in Vniuerſitate exſurgit quoque materia diſcordiæ. Cauſa hæc fuit; quandiu certabatur de Papatu, ita in Conuentu Eccleſiæ Gallic. ſtatutum fuerat, vt donec vnus eſſet, certus ſi dubitatuſque Pontifex, Ordinarij penes ſe retinerent Beneficiorum diſpoſitionem & Collationem, quam ſummi Pontifices longo iam vſu ſibi vindicauerant. Immò ipſis Ordinarijs reſtitutum quodammodo fuerat planè antiquum ſuum ius, & vetuſta conſuetudo. Poſtquàm verò recreari cœperunt certi Pontifices, Vniuerſitas Rotulos ſuos, quemadmodùm ante Schiſma, mittere ad eos non deſtitit, & Beneficiorum Collationes obtinuit. Ioannes verò 23. vt illius ſibi gratiam demereretur, eam ſpeciali Bulla cæteris Vniuerſitatibus præferri, eiuſque Magiſtros & ſuppoſita quibuſcunque priuilegiatis anteponi voluit, quos in ſuis litteris enumerauit. Tales autem ſunt litteræ & litterarum exemplaria ex MS. Bibliothecæ San-Victorinæ.

Copia Prærogatiuæ conceſſæ Magiſtris Vniuerſitatis Pariſienſis.

SAnctiſſimus Dominus noſter Ioannes Papa XXIII. VI. Id. Iulij Pontif. ſui an. 1. in fauorem & pro incremento Vniuerſitatis Pariſienſis ſtudij declarauit, ſtatuit & ordinauit quod hac vice duntaxat in Theologia, ac Decretis Doctoribus, Medicina, & Artibus Magiſtris in Rotulo Vniuerſitatis Pariſ. ſtudij per eum ſignato deſcriptis, & in ipſo ſtudio tempore Datæ ipſius Rotuli actu & ſine fraude per Vniuerſitatem præſentibus reputatis, & qui in eadem huiuſmodi gradum & gradus receperint, in aſſecutione Beneficij ſeu Beneficiorum, quod, ſeu quæ vigore Gratiarum eis in eodem Rotulo factarum expectant, nulli alij ſeu alius ſub quacumque Data pari, aut maiori qui ab eodem ſub quacunque verborum forma Gratias expectatiuas obtinuerint, vel in poſterum obtinebunt, præiudicare valeant quouiſmodo, nec præferri debeant, *&c. vt infrà.*

Alterum Inſtrumentum ſic habet pro titulo. Prærogatiua Conceſſa Vniuerſitati Pariſ. ſuper 5. artic. Rotuli eiuſdem. Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. *Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſ.* ſalutem & Apoſtolicam bened. In ſupremæ Dignitatis ſpecula licet immeriti diſponente Domino conſtituti, ad vniuerſas fidelium Nationes noſtræ vigilantiæ creditas earumque profectus & commoda tanquam vniuerſalis Dominici Gregis Paſtor commiſſæ nobis ſpeculationis aciem quæ nobis ex alto permittitur, extendentes Fidelibus ipſis, illis præſertim quos in agro

militantis Eccleſiæ virentes plantas irriguoſque fontes ſplendore rutilantis ſcientiæ emittentes plantaſſe, rigaſſe, ac pro pace & vnione vniuerſalis gregis Fidelium in præfata Eccleſia curis vigilibus elaboraſſe innumerabilium operum ab effectu, ac pro ſtatu & honore dignitatis Apoſtolicæ ſedis & noſtris, ac iugiter inſudare cognouimus ad quærendum literarum ſtudia per quæ diuini nominis fideique Catholicæ cultus protenditur, Iuſtitia colitur, tam publica quam priuata res vtiliter geritur, omniſque proſperitas humanæ conditionis augetur, æquum ab iniquo ſecernitur, fauores noſtros impendimus & per futuræ commoditatis auxilia impartimur liberaliter. Sane attendentes præclara & ſaluberrima ſtudia quæ actionibus indefeſſis, nullis parcendo laboribus, periculis aut impenſis quæ circa ſalutarem effectum vnionis, ac pro dignitate, ſtatu & honore huius hactenus laudabiliter impendiſtis, ac impendere iugiter non ceſſatis, ac fructus vberrimos qui ex plantis vniuerſis toto terrarum orbe hactenus prouenerunt, ac proueniunt inceſſanter, dignum cenſuimus & cenſemus vt nos & ſedem ipſam in prærogatiuis & ſpecialibus Gratijs inueniatis fauorabiles & etiam gratioſos. Hinc eſt quod nos præmiſſorum intuitu, & quia ſperamus indubiè quod erga tam laudabilia ſtudia propenſioribus curis & actionibus ſedulò inſiſteris, ac vniuerſis in hac parte ſupplicationibus inclinati, Declarationes, Prærogatiuas, Regulas ſeu Ordinationes, ac ſtatuta per nos dudum in fauorem veſtrum & dilectorum filiorum Magiſtrorum & aliorum de Vniuerſitate veſtra prædicta & in Cancellaria noſtra de ſpeciali mandato noſtro poſtmodum ſub diuerſorum dierum datis ſolemniter publicata, & in quodam libro Cancellariæ prædictæ, in quo nonnullæ Conſtitutiones & Ordinationes noſtræ inſertæ de verbo ad verbum Reducta præſentibus ad conſolationem veſtram duximus annotanda, quorum tenor ſequitur, & eſt talis. Sanctiſſimus D. noſter Ioannes Papa 23. 6. Id. Iulij Pontificatus ſui anno 1. in fauorem & pro incremento Vniuerſitatis Pariſ. ſtudij declarauit, voluit, ſtatuit & ordinauit pro hac vice duntaxat in Theologia ac decretis Doctoribus, Medicina & Artibus Magiſtris in rotulo Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, per eum ſignato deſcriptis & in ipſo ſtudio, tempore datæ ipſius Rotuli actu & ſine fraude per ipſam Vniuerſitatem præſentibus reputatis, & qui in eadem huiuſmodi gradum & gradus receperunt, in aſſecutione Beneficij ſeu Beneficiorum, quod ſeu quæ vigore Gratiarum eis in eodem Rotulo factarum expectant, nulli alij ſeu alius ſub quacumque data pari, vel maiori qui ab eodem ſub quacumque forma verborum Gratias expectatiuas obtinuerint, vel in poſterum obtinebunt, præiudicare valeat quouis modo, nec præferri debeant ipſius Domini noſtri familiaribus Domeſticis continuis Commenſalibus fel. Record. Alexandri Papæ V. Prædeceſſoris ſui & S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium in ipſorum Alexandri & Cardinalium principalibus Rotulis inſcriptis ſimilibus familiaribus, tunc eis in Curia perſonaliter ſeruientibus, ſingulis duabus perſonis Eccleſiaſticis in Rotulo Conclauis inſcriptis qui in Conclaui in quo idem Dominus noſter fuit aſſumptus, eidem & ſingulis alijs in eo exiſtentibus perſonis Dominis Cardinalibus ſeruierunt, Protonotarijs, ac Contradictarum Auditore, Correctore, Referendarijs, Subdiaconis tribus, Acolytis, Auditoribus Palatij Apoſtolici, Scriptoribus literarum Apoſtolicarum vſque ad numerum, & in Cancellaria nominandis Nepotibus D. Cardinalium, fratribus, filijs, ac nepotibus Regum, Ducum, Marchionum & Comitum, ac etiam Nuncijs Vniuerſitatum Generalium ſtudiorum ad ipſum deſtinatis, qui Ambaxiatores Nuncij perſonaliter ſe conſpectui Domini noſtri & primos Rotulos principales ipſorum eidem præſentauerint & in poſterum præſentabunt. Et quibus Ambaxiatoribus per eundem D. noſtrum de Beneficijs vacantibus, aut certo modo vacaturis non extitit prouiſum, aut mandatum prouideri & gratia ſortita fuit effectum, ipſorum Regum, Reginarum Delphini & ſingulis ſingulorum Ducum videtur Bituricenſis, Burgundiæ,

1411.

Aurelianenſis, Britanniæ, Turoniæ & Borbonij procuratoribus in Romana Curia continuè reſidentibus familiaribus Domeſticis actu & continuè ſeruitijs inſiſtentibus Regum & Ducum præfatorum, ac vxorum eorundem in principalibus ſuis Rotulis inſcriptis, & quoad Beneficia quæ in Regnis, Ducatibus & Dominijs ſuis expectant & expectabunt in futurum, tenentibus Parlamentum Regium Pariſius potioribus in datâ, & qui omnes & ſinguli ſupra ſpecificati ſingulariter ſinguli, actu ſuis ſeruitijs & officijs inſiſtebant, ac qui familiares veri, Domeſtici continui, Commenſales expreſſorum erant tempore Datæ Rotuli prædicti Beneficiorum capacibus & pro ſeipſis tantummodo & duntaxat exceptis illis Ambaxiatoribus & nuncijs prædictis & quibuſvis alijs perſonis ſuperius expreſſis; quibus forſan idem Dominus noſter fecit Gratias Expectatiuas ad duo vel plura Beneficia, ad vnam vel diuerſas Collationes, ſiue virtute vnius & eiuſdem gratiæ; ſiue virtute diuerſarum Gratiarum quoad vnum Beneficium duntaxat per ſingulos vigore Gratiæ, vel Gratiarum huiuſmodi aſſequendum: quo autem ad aliud vel alia, etiam ſi alias eſſent Doctoribus & Magiſtris prædictis præferendi, noluit idem Dominus noſter eiſdem Doctoribus & Magiſtris præiudicari, nec quod eis præferantur. 1411.

Item declarauit & voluit quod Magiſtris in Artibus qui per ſeptennium ſtuduerint in ipſo ſtudio poſt Magiſterium liceat Bullas expedire ad dignitates in Eccleſijs Cathedralibus, ſi ad dignitates petierint in ſupplicationibus eorum.

Item voluit idem Dominus noſter & ordinauit quod ſi alicui, aut aliquibus per importunitatem petentium, aut aliàs conceſſerit, vel in futurum concederet prærogatiuam, ſeu Clauſulam derogatoriam ſub quauis forma verborum, per quam in aliquo præiudicium generaretur vt derogari poſſet Doctoribus & Magiſtris præfatæ Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. ſeu alicui ex eis ad quos extenditur prærogatiua per quam conceſſit vt Priores eis in Data, certis perſonis exceptis non præiudicetur illis; nullum præiudicium eis afferre poſſint nec valeant. Sed quoad ipſos ſint ipſo facto caſſæ & irritæ.

Item voluit obſeruari in gratijs per eum conceſſis & concedendis quibuſvis perſonis de pluribus Beneficijs aſſequendis in vna Ciuitate, Diœceſi, vel Prouincia, aut pluribus, ſiue ad plurium Collationes vſque ad certam taxam, ſiue valorẽ etiamſi de perſonis in Prerogatiua dictis de Vniuerſitate conceſſa exceptis, quod per hoc nullum præiudicium eis, nec alteri ipſorum generetur, aut in aliquo derogetur, niſi quo ad vnum Beneficium tantum, ſi de perſonis exceptis fuerint Canonicatu, Præbenda, Dignitate, Perſonatu vel Officio in eadem Eccleſia pro vno Beneficio computetur. Cæterum volumus & authoritate Apoſtolica declaramus quod præſentes literæ ad probandum plenè declarationes & prærogatiuas, Conſtitutiones & Ordinationes, ac ſtatuta prædicta vbique ſufficiant; nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Decernimus etiam ex nunc irritum & inane quidquid in antea contra Declarationes, Prærogatiuas, Conſtitutiones, Ordinationes ac ſtatuta huiuſmodi à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 7. Id. Ian. Pontif. noſtri an. 2.

His acceptis litteris contentio ſuboritur in Vniuerſitate ob Conſtitutiones Regias, quibus aliqui deferri volebant, ſubſtractionemque collationis Beneficiorum Papæ ſignificari. Alij contra: aientes Pontificum Gratias & fauores certiores eſſe quàm Prælatorum: quippe Vniuerſitatem experientia propriâ didiciſſe, ſpretis ſuis Suppoſitis Epiſcopos alioſque Beneficiorum Collatores & Patronos conferre ſolitos famulis ſuis & illiteratis hominibus. Facultas Artium appellat ab eiuſmodi conſtitutione in gratiam Ordinariorum condita, eiuſque ſententiæ & appellationi ſubſcribit Vniuerſitas vnanimi cæterarum Facultatum conſenſu: vt patet ex hoc Inſtrumento per M. Iacobum Iſambardum ſcribam ipſius

Generalem confecto, quod in Tabulario publico ſeruatur. Eſtque
1411. eiuſmodi.

„ IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, Amen. Nouerint
„ vniuerſi præſentis ſcripti paginam, ſeu præſens publicum Inſtrumen-
„ tum inſpecturi, quod an. eiuſdem Domini 1411. ſecundum morem Ec-
„ cleſiæ Gall. Indict. 5. die verò 7. menſis Martij Pontificatus ſanctiſſimi in
„ Chriſto Patris & D. noſtri Ioannis diuina prouidentia Papæ 23. an. 2. In
„ Congregatione generali almæ Matris Vniuerſitatis Pariſ. ſuper 2. articu-
„ li infra ſcripti deciſione apud S. Bernardum Pariſius eadem die ſolemni-
„ ter & principaliter celebrata adſtantibus quamplurimis ſacræ Theolo-
„ giæ & Decretorum Doctoribus, in Medicina & in Artibus Magiſtris,
„ necnon Licentiatis & Baccalarijs vtriuſque Facultatis iuratis ad hoc ſpe-
„ cialiter euocatis meque Notario & Teſtibus præſentibus infraſcriptis
„ propter hoc perſonaliter conſtitutis, venerabilis & circunſpectus *vir M.*
„ *Guill. Rouſſelli eiuſdem venerabilis Vniuerſitatis Rector* in ipſa Congregatio-
„ ne præſidens eis ſic Congregatis ſeriosè expoſuit verba ſubſequentia, vel
„ conſimilia in effectu, videlicet, DD. & MM. mei præſtantiſſimi feci vos
„ conuocare ſuper 3. articulis, quorum ſecundus eſt ſuper aliquibus ma-
„ xime tangentibus ſtatum & honorem totius Vniuerſitatis. Quibus ſic
„ expoſitis, fuerunt in ipſa Congregatione per Organum venerabilis & cir-
„ cunſpecti viri M. Geruaſij Clerici in Artibus Magiſtri & Baccalarij for-
„ mati in Sacra pagina nonnullæ proteſtationes, necnon inſtrumentum ap-
„ pellationis nouiſſimè per venerabilem Facultatem Artium interiectæ de
„ verbo ad verbum perlectæ, quas & quod propter earum prolixitatem
„ enarrare prætermitto. Poſt quarum ſeu cuius lecturam præfatus D. Re-
„ ctor ſubiunxit hæc verba. Domini mei! requiro veſtrum quemlibet per
„ ſuum iuramentum vt in iſto facto deliberet ad honorem Dei & veram
„ concordiam Vniuerſitatis, nec recedat aliquis quouſque deliberauerit,
„ adijciens nihilominus. Vos eſtis notabiles & prudentes viri, benè ſcietis
„ ſuper hac materia deliberare. Et tunc quælibet Facultas poſt nouellas
„ ſupplicationes in dicta Congregatione verbo tenus factas ad loca vbi in
„ arduiſſimis cauſis & negotijs deliberandis hactenus congregari conſueuit
„ ad deliberandum ſuper articulo præfato abijt & receſſit, facientes ſin-
„ guli in eiſdem locis ſeſſionem ſolitam. Poſt quarum quidem Facultatum
„ maturam, diuturnam & ſolenniſſimam deliberationem, ipſiſque delibe-
„ rationibus in prædicta Congregatione propius, vt eſt fieri ſolitum, re-
„ petitis & explicatis, tandem ex deliberationibus huiuſmodi Facultatum
„ præ dicta Mater noſtra Vniuerſitas Pariſ. per organum præfati D. Recto-
„ ris ſuper 2. art. ſupraſcripto formaliter & poſitiuè ſub his verbis conclu-
„ ſit. Quoad 2. art. *Concors eſt Vniuerſitas per omnes Facultates quod non ve-*
„ *niant ſeu deuoluantur Collationes Beneficiorum ad Ordinarios*, & tres Facul-
„ tates adhærent appellationi interiectæ per Facultatem Artium. De &
„ ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, prælibatus D. Rector vice &
„ nomine almæ Matris Vniuerſitatis Pariſ. prædictæ, necnon M. Petrus
„ Guigonis Procurator ſubſtitutus venerabilis Facultatis Artium petie-
„ runt, & quilibet eorum petijt ſibi fieri per me Notarium infraſcriptum
„ publicum Inſtrumentum vnum vel plura. Acta fuerunt hæc ſub anno, Indi-
„ ctione, die, menſe, loco & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus vene-
„ randæ circunſpectionis & magnæ prudentiæ viris DD. & MM. Ioanne de
„ Trelon Cantore Eccleſiæ Pariſ. Reuerendo Patre D. Abbate Monaſterij
„ S. Germani de Pratis extra muros Pariſ. Dominico Parui, Io. Manchon,
„ Io. Breuis coxæ, Mathæ. Roël, Io. Dachery, Mathæ. Micerij, Nicolao
„ de Dumo ſacræ Theol. Profeſſoribus, Io. Vicini, fratre Io. de Fargis,
„ Priore de Nemeto Leodienſis Diœceſis Ordinis Cluniacenſis Decreto-
„ rum Doctoribus, Ioanne de Piſis, Petro Mioti, Io. Tanquardi, Oliuerio
„ Chambelin, Io. Gaſſon in Medicina Magiſtris, Guill. Martini, Geruaſio Clerici, Io. de Landiſſono, Nicolao Poiſiere, Nicol. de S. Hilario,

Ægidio Salomonis, Io. Bouueti, Dionyſio Feüillart, Io. la Dorée, Michaële de Riuo, Ioa. Cambier, Rolando Ramier, Simone Pinardi, Ioa. Dulcis, Guill. Emeroyſe, Io. Aiſe, Iacobo de Haërlem & Guill. Bloc Franciæ, Picardiæ, Normanniæ & Anglicanæ Nationum ſuppoſitis cum aliorum Doctorum & Magiſtrorum vniuſcuiuſque Facultatis multitudine copioſa teſtibus ad promiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. 1411.

Verum quia Ego Iacobus Yſambardi Clericus Metenſis publicus Apoſtolica & Imper. autoritatibus Notarius in Legibus Baccalarius, ac almæ Matris Vniuerſitatis prædictæ Scriba, præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic vt ſupra ſcribuntur, fierent & agerentur, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, & ea ſic fieri vidi & audiui, ac in notam recepi. Ideo exinde confecto pręſenti publico Inſtrumento alterius manu fideliter ſcripto, præmiſſa publicando ſignum meum appoſui hîc me ſubſcribens manu propria requiſitus in teſtimonium præmiſſorum & rogatus.

Prædicto M. Guillelmo Rouſſeli, qui menſe Decembri fuerat in Rectorem electus & M. Ioanni Puleri Patris ſuffectus, ſucceſſit die 23. Martij Iacobus de Harlem, iſque curauit à ſingulis Nationibus duo ſcuta perſolui Notarijs ad confectionem Inſtrumentorum *ſuper facto appellationis* prædictæ: vt patet ex tali eius ad Quęſtorem, ſeu Receptorem Nationis Gallicanæ.

NOS IACOBVS DE HARLEM RECTOR VNIVERSITATIS MAGISTRORVM ET SCHOLARIVM PARISIVS ſtudentium. Dilecto noſtro M. Ioanni de Nantolio venerabilis Nationis Franciæ ſalutem. Cum nuper per vener. Facultatem Artium ſuper hoc congregatam binà vice deliberatum extiterit duo ſcuta per Receptorem cuiuſlibet Nationis eiuſdem Facultatis tradi & deliberari pro Notarijs qui Inſtrumenta ſuper facto appellationis pro parte dictæ Facultatis contra omnes & ſingulos Subſtractionem Collationis Beneficiorum D. noſtro Papæ Moderno facere volentes interiecta confecerunt, exſoluendum, vobis mandamus quatenus duo ſcuta pro & nomine dictæ Nationis Franciæ Latori ſcedulæ præſentis exſoluatis. Datum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis pręfatæ an. Dom. 1411. die Mercurij 30. menſis Martij.

Ipſe autem Receptor inter rationes expenſæ pecuniæ numerat 36. aſſes vltima Martij traditos Ioanni Adrieu & Maſſard *pro Notarijs qui fecerunt Inſtrumenta pro appellatione Facultatis.*

DE MAGISTERIO COLLEG. NAVARRICI.

Eidem Nationi Gallicanæ ſupplicauit M. Radulphus de Porta Doctor Nauarricus, quatenùs ipſa vellet ſibi auxilium opemque polliceri ad conſecutionem Magni Magiſterij eiuſdem Collegij propediem vacaturi. Sic enim ſcribit M. Dominicus Chaillon tunc Procurator. *14. Martij an. 1411. fuit Congregatio Vniuerſitatis apud S. Maturinum...* & in eadem Congregatione ſupplicauit venerabilis & circunſpectus, vir M. Radulphus de Porta in ſacra Pagina Magiſter, quod cum Magiſterium Principale vener. Collegij de Nauarra eſſet in proximo vacaturum, quatinus dicta Natio vellet ſibi aſſiſtere & adiungere in proſecutione dicti Officij, etiam ſupplicare & laborare totis viribus apud D. noſtrum Regem, Dominos de Sanguine ſuo, Dominos de Conſilio, DD. Burgenſes huius villæ, D. Confeſſorem Regis & apud quoſcunque alios vſque ad poſſeſſionem pacificam dicti Magiſterij. Cui ſupplicationi dicta Natio annuit, conſideratâ notabilitate perſonæ dicti ſupplicantis in ſcientia & moribus. Et cum hoc ex tunc deliberauit dicta Natio iſtud proſequi tanquam factum proprium, & maximè quia Statuta & Ordinationes dicti Collegij canunt, qualiter iſtud Officium ſolum debetur Magiſtris Nationis Franciæ, quemadmodum eſt dictus Magiſter Radulphus, & etiam totus nutritus in dicto Collegio.

Paulò poſt vacauit iſtius Collegij pręfectura, eamque Confeſſor Regis M. Reginaldo de Fontanis contulit; hinc prædictus Radulphus ad Nationem pręfatam recurrit: illa verò die 11. Aprilis congregata,

reſpondit nunquam ſibi in mente fuiſſe, ita vni fauere, vt alteri nocere
1411. vellet, ſed id ſolummodo ſpectaſſe, vt ſtatuta Collegij obſeruentur; rem ſic exponit M. Ioannes Campani nouiſſimè Procurator electus, ad diem 11. April. an. 1412.

" Pro parte M. Radulfi de Porta per Organum M. Martini de Bruerijs
" eſt facta vna ſupplicatio, quod cum Natio aliàs deliberaſſet & conclu-
" ſiſſet ipſum iuuare & aſſiſtere in proſecutione Magiſterij de Nauarra, &
" nunc haberet Competitorem M. Reginaldum de Fontanis, quod nihil
" vellet Natio accipere in præiudicium ipſius de Porta. Qua ſupplicatio-
" ne porrecta ſic deliberauit Natio, quod nunquam fuit ſua intentio ſup-
" plicare ſic pro vno quod alius huius Officij capax ſecluderetur. Item
" nunquam fuit intentio Nationis impedire Confeſſorem D. noſtri Regis
" in Collatione Burſarum & Officiorum dicti Collegij, dum tamen iuxta
" Statuta conferat; ſed ipſum vult iuuare, vijſque exquiſitis boni Collegij
" perturbatiuis obuiare pro poſſe, & reſiſtere. Item quod nunquam inten-
" dit Natio ſupplicare D. noſtro Regi quod ſuſpenderetur pro iſta vice
" Officium D. Confeſſoris, quia multa incommoda & inconuenientia ſe-
" qui poſſent veriſimiliter. Item dedit Deputatos ad videndum ſi Confeſ-
" ſor, conferendo Officium præfatum M. Reginaldo de Fontanis, bene con-
" tulerit iuxta ſtatuta Collegij præfati, & qui coram Rege proponant &
" alijs Dominis vel Communitatibus pro bono Collegij & ipſarum par-
" tium concordia.

Dum ferueret adhuc iſta contentio, M. Nicolaus Clemangius, Socius quoque Nauarricus ſcripſit ad M. Reginaldum de Fontanis, eumque ad pacem cum ſocio & amico adducere conatur. legitur inter Epiſtolas ipſius iſta ordine 94. his verbis.

" De tua & Radulphi concertatione iam famâ nunciante nonnihil acce-
" peram quæ meum pergrauiter animum multiplicibus ex cauſis perturba-
" uit. 1. quidem, quia Partes ambas ſincero beniuolentiæ ſinu ample-
" ctor; difficile autem eſt illum non anxiari, qui inter ſuos cernit chariſſi-
" mos talia interuenire diſſidia. Altera quia nexu alterno mutui amoris am-
" bo inuicem colligati eratis. *Turpius autem nihil eſt*, Cicerone teſte, *quàm*
" *cum illo inimicitias, aut bellum gerere, cum quo familiariter vixeris.* 3. Quod
" ex gradu *& profeſſione quos ſortiti eſtis*, ad vos maximè ſpectat ambitioſos
" arguere, contentioſos compeſcere, diſcordes pacificare, *&c.*

1412. " Anno 1412. Vniuerſitas alias obtinuit à Rege litteras, quibus ſtare volebat Beneficiorum Collationem quæ Neutralitatis tempore facta fuerat à Patronis & Collatoribus.

" *Pour l'Vniuerſité de Paris, que les Suppoſts d'icelle ſoient tenus paiſibles és*
" *Benefices à eux donnez par les Patrons & Collateurs*
" *d'iceux durant la Neutralité.*

" CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A nos
" Amez & Feaux Conſeillers, les Gens tenans & qui tiendront noſtre
" Parlement à Paris, au Preuoſt de Paris, & à tous Nos autres Iuſticiers &
" à leurs Lieutenans, ſalut & dilection. De la partie de noſtre Fille l'Vni-
" uerſité de Paris, Nous a eſté en complaignant expoſé. Que combien
" que pieça par le Conſeil des Prelats & autres gens d'Egliſe de noſtre
" Royaume & Dauphiné, aſſemblez en cette noſtre Ville de Paris, pour
" l'auancement de l'vnion de noſtre Mere ſainte Egliſe euſt eſté faite Neu-
" tralité, durant laquelle il fut ordonné, que les Patrons & Collateurs
" donneroient les Benefices aux Clercs idoines: ainſi que à eux appar-
" tient de droict commun reſignez & non reſignez, & en quelque maniere
" qu'ils vaquaſſent, laquelle Ordonnance fut par Nous en noſtre grand
" Conſeil où eſtoient pluſieurs de noſtre Sang, authoriſée & approuuée:
" Et depuis par le Concile general furent deiettez les deux Contendans
" du Papat. Et fut éleu en Pape ſeul & vnique, feu de bonne memoire
Alexandre

Alexandre le Quint, qui de l'authorité dudit Concile confirma & ap- "
prouua toutes Preſentations, Collations & Prouiſions faites par ceux " 1412.
qui auoient puiſſance de le faire durant ladite Neutralité, & vouluſt qu'el- "
les fuſſent fermes & valables, & qu'elles ſortiſſent leur effet, & en outre "
pour oſter toutes manieres de debat & procez de ladite authorité ordon- "
na que les Poſſeſſeurs paiſibles deſdits Benefices en ioüiſſent paiſible- "
ment, ſans que aucuns les inquietaſſent, troublaſſent ou empeſchaſſent. "
Et voulut & ordonna que par quelque perſonne que ce fuſt, les deſſuſ- "
dits poſſeſſeurs paiſibles ne fuſſent inquietez ny empeſchez ne en la pro- "
prieté ne en la poſſeſſion deſdits Benefices, neantmoins pluſieurs depuis "
le ſont efforcez & efforcent de iour en iour de impetrer les Benefices "
ainſi donnez & paiſiblement poſſedez, & par le moyen de leur ſubrepti- "
ces impoſitions s'efforcent de vexer, trauailler & empeſcher leſdits poſ- "
ſeſſeurs par certains adiournemens & audience deuant diuers Iuges & en "
diuerſes manieres, nonobſtant que par nos autres lettres nous euſſions "
octroyé à noſtre Fille que aucuns de ſes Suppoſts pour occaſion de ce "
ne faſſent trauailler ailleurs que en noſtredite Cour de Parlement à la- "
quelle nous en auons donné la connoiſſance. Si nous a ſupplié tres-hum- "
blement que nous y voulions pouruoir de remede conuenable & de tel "
que leſdits poſſeſſeurs ioüiſſent paiſiblement de leurs Benefices, & par "
égard les Suppoſts d'icelle ſelon les ordonnances dudit Concile de l'E- "
gliſe de noſtre Royaume & Dauphiné, du Concile general tenu à cauſe "
de noſtre S. Pere le Pape Alexandre le Quint & la noſtre; pourquoy "
nous ces choſes conſiderées qui voulons touſiours la paix & tranquilité "
de nos ſubjets & par ſpecial des Suppoſts de noſtredite Fille & auſſi que "
toutes les ordonnances deſſuſdites ſoient tenuës & obſeruées ſans en- "
fraindre par tous en noſdits Royaume & Dauphiné: Vous Mandons, "
Commandons & eſtroitement enjoignons & à chacun de vous, ſi que "
il vous appert deſdites Ordonnances faites audit Concile de l'Egliſe "
de France & confirmées par luy noſtre ſaint Pere au Concile general "
d'Egliſe, comme dit eſt, leſdits Poſſeſſeurs & par ſpecial les Suppoſts "
de noſtredite Fille, mainteniez & gardiez & faites maintenir & gar- "
der paiſibles, ſelon leſdites Ordonnances & de iceux & des fruits d'i- "
ceux ioüir & vſer paiſiblement, ainſi que faiſoient au temps des Or- "
donnances de noſtredit ſaint Pere, en deffendant ſur certaines & groſ- "
ſes peines Apoſtoliques à Nous, à tous & vn chacun dont ſerez re- "
quis qu'ils ne les troublent & empeſchent par certains adiournemens "
ou autrement, & ſi aucune choſe en ont fait ou fait faire contre leſdits "
Poſſeſſeurs, qu'ils la reuoquẽt & remettent tout au neant à leurs propres "
couſts & deſpens; & ſi pour occaſion de ce ait eſté procedé, que les fruits "
d'aucuns ſoient mis en noſtre main: Voulons que noſtre main ſoit leuée "
au profit deſdits **Poſſeſſeurs, & audit cas les leuons, & auſſi à tous Iuges** "
ſoit de Cour d'Egliſe ou temporelle, faites deffenſes ou faites faire que "
de ce ne tiennent cour ny cognoiſſance, & ſi aucune en ont cognu ou fait, "
qu'ils mettent tout au neant en mettant toutes lettres, procés, cita- "
tions ou adiournemens en noſtre main réellement & de fait & à le faire, "
contraignez ou faites contraindre leſdites Parties, leurs Procureurs & "
Iuges par priſe de leur temporel & autrement par toutes voyes & manie- "
res deües & raiſonables, ſans preiudice toutefois des Suppoſts de no- "
ſtredite Fille, qui ont eu collation & prouiſion des Commiſſaires ordon- "
nez par le Concile de l'Egliſe de France, en deffault de Collateurs ordi- "
naires, comme appert par lettres ſcellées de leurs ſeel commun à ce prin- "
cipalement ordonné; leſquels nous Voulons par ces preſentes eſtre "
maintenus & gardez paiſibles, ioüir & vſer des Benefices à eux confe- "
rez par leſdits Commiſſaires, comme les deſſuſdits Poſſeſſeurs & com- "
me par nos autres lettres autrefois leurs auons octroyé: Car ainſi nous "
plaiſt il eſtre fait, & à noſtre Fille l'auons octroyé & octroyons de grace "
ſpeciale par ces preſentes, Nonobſtant quelconques oppoſitions ou "

» appellations & lettres ſubreptices impetrées ou à impetrer au contraire.
1412. » Donné à Paris le 26. iour d'Avril, l'an de grace 1412.

Eodem quoque tempore Ioannes Pontifex eidem Vniuerſitati indulget & concedit 1. vt Cancellarius Pariſ. poſſit abſoluere omnes Magiſtros & Scholares Vniuerſitatis ab omnibus Cenſuris. 2. Vt cauſæ Vniuerſitatis, quæ in Curia Rom. diſceptari ſolebant antè, in Curia Epiſcopali Pariſijs diſcepterentur: Prior Bulla dirigitur Cancellario Pariſienſi M. Ioan. Gerſonio in hunc modum.

» IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Ioanni de Gerſono Cancellario Pariſienſi S. & Apoſt. ben. Cum iuxta Officij noſtri » debitum conuerſionem diligamus ab intimis Peccatorum, libenter ſe » conuertentibus manum porrigimus adiutricem, ac modis quibus poſſumus, allicimus conuertendo, ſcientes nihil Deo eſſe acceptius quàm » lucrum perquirere animarum. Sanè cum nonnullas perſonas tam Eccleſiaſticas quàm Laïcales Dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Pariſienſis ſtudij, ac Suppoſitorũ eius diuerſis peccatis, nec non Excommunicationum, » ſuſpenſionum & interdicti ſententijs ac votorum emiſſorum obſeruantijs » innodari contigerit hactenus, ſicut accepimus & poſſit contingere veriſimiliter in futurum, & pro abſolutionibus, diſpenſationibus ac votorum commutationibus & alijs in præmiſſis impetrandis ex multis ingentibus cauſis perſonis illis ad Rom. Curiam proficiſci reddatur diſcrimi» noſum quamplurimum, Nos animarum perſonarum huiuſmodi ſaluti » prouidere ſalubriter, illaſque ad gremium S. Matris Eccleſiæ reducere ac » earundem parcere laboribus, periculis & expenſis paternaliter cupientes, diſcretioni tuæ, de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam » obtinemus, autoritate noſtra in foro conſcientiæ abſoluendi in forma » Eccleſiæ conſueta quaſcumque perſonas Scholaſticas actu Pariſius pro » tempore ſtudentes de Vniuerſitate dicti ſtudij, ſeu Suppoſitorum eius vſque ad triennium proximè ſecuturum, ſi hoc humiliter petierint, à quibuſcumque peccatis, Excommunicationum, Suſpenſionum & Interdicti » ſententijs in eas à Iure, vel ab homine latis, inflictis ſeu promulgatis » etiamſi illorum abſolutio foret ſedi Apoſtolicæ generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, ac pœnis alijs in quas quomodolibet incurriſſent, ſeu incurrere poterunt in futurum, dummodò perſonæ ipſæ iniuriam paſſis ſatisfaciant competenter, ac cum eiſdem perſonis, ſi Eccleſiaſticæ fuerint ſuper irregularitate quacunque, quâ ſic ligatæ celebrando diuina, » vel immiſcendo ſe illis, non tamen in contemptum Clauium contraxerint, eis priùs ad tempus de quo tibi videbitur à ſuorum Ordinum execution ſuſpenſis. Et quod ad omnes ſacros Ordines promoueri, ac in » illis & in quibuſcumque ſuſceptis Ordinibus aliàs tamen miniſtrare valeant, diſpenſandi, iniunctis eis pro modo culpæ pœnitentiâ ſalutari & » alijs quæ de iure fuerint iniungenda, ac omnem inhabilitatis & infamiæ » maculam ſiue notam per eaſdem Scholaſticas perſonas præmiſſorum occaſione contractam abolendi, & eas ad quæcumque bona, dignitates tam » ſpirituales quàm temporales, honores, ſtatum, famam, priuilegia, exemptiones, beneficia, Officia Eccleſiaſtica, ſecularia & regularia quæcumque & qualiacunque fuerint, quæ huiuſmodi perſonæ tempore dictarum » ſententiarum obtinebant, ſeu ad eas quomodolibet pertinebant, dum » tamen Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, ſeu Abbatiales » dignitates non exiſtant; nec non quod tempore abſolutionum, diſpenſationum, abolitionum & reſtitutionum huiuſmodi non fuerit in eis alicui ſpecialiter ius quæſium & aliàs in integrum, ac ſtatum priſtinum reſtituendi, reducendi & reponendi, ac etiam autoritate præfata perſonis » huiuſmodi vota peregrinationis & continentiæ, ac alia quæcunque, ſi qua » perſonæ ipſæ, aut earum aliqua hactenus emiſiſſent, aut emittere contigerit, dicto durante triennio, quomodolibet in futurum quæ omnimodo ſeruare non poſſent, non obſtante quod illorum commutatio, aut

diſpenſatio eſſet præfatæ ſedi ſpecialiter reſeruata, in alia pietatis ope- " 1411.
ra commutandi, provt ſecundum Deum ac ſaluti animarum perſona- "
rum huiuſmodi videris expedire; prouiſo quod de his de quibus fuerit "
alteri ſatisfactio impendenda, perſonis ipſis faciendam iniungas quam "
perſonis huiuſmodi facere quantocius teneantur, plenam & liberam te- "
nore præſentium concedimus facultatem; præſentibus poſt dictum "
triennium à data præſentium minimè valituris. Datum Romæ apud S. "
Petrum Kal. April. Pontificatus noſtri anno 3. ſic ſig. F. de Monte-Peli- "
ciano, de Curia, Ia. de Hugolinis. "

Altera Bulla dirigitur Gerardo Epiſcopo Pariſienſi, vt ad triennium cauſas Vniuerſitatis quæ ſolebant in Curia Romana diſceptari, iudicet Pariſius.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili Fratri Geraldo " Epiſcopo Pariſ. ſalutem & Apoſtol. bened. Ad incrementa dilecto- " rum filiorum Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. & eius Suppoſitorum qui in orbe " terrarum ſplendore ſcientiæ rutilantis emicant, paternis & ſollicitis ſtu- " dijs intendentes, & cupientes vt eo perfectius & diligentius ſtudiorum " gymnaſijs lucubratis vigilijs intendere valeant, quo maiori priuilegio " ne diſtrahantur à loco ſtudiorum ratione cauſarum, ſeu litigiorum quæ " illis poſſent quoquomodo contingere, ſi extra Pariſienſem Ciuitatem " ad cauſas, vel Iudicia quomodolibet traherentur, fuerint communiti. " Et ſicut pro parte dictæ Vniuerſitatis nuper accepimus occaſione Bene- " ficiorum Eccleſiaſticorum quæ nonnulli Magiſtri & alij ſtudentes in di- " cto Pariſienſi ſtudio vigore gratiarum per nos factarum illis aſſecuti fue- " rint extra Ciuitatem Pariſienſem etiam ad Romanam Curiam trahuntur " in cauſam, & propterea grauibus tam realibus quam perſonalibus præ- " grauentur & affligantur incommodis & à ſtudioſis vigilijs plurimum di- " ſtrahantur, Nos ipſorum Magiſtrorum ac Doctorum in dicto Pariſ. ſtu- " dio indemnitatibus & quieti volentes paterna diligentia prouidere, Ma- " giſtris & Doctoribus Vniuerſitatis Pariſienſis ſtudij antedicti in Rotulo " ipſius Vniuerſitatis inſcriptis, ſuper exſpectatiuis Gratijs per nos ſignato " & per Vniuerſitatem ipſam pro præſentibus reputatis, vt pro cauſis Be- " neficialibus ſuper Gratijs Exſpectatiuis eiſdem in dicto Rotulo per nos " conceſſis extra muros Pariſ. trahi non poſſint, nec debeant quoquomo- " do; ſed quod cauſæ huiuſmodi ibi tractari, terminari atque decîdi de- " beant vſque ad totalem & finalem terminum huiuſmodi cauſarum tam " motarum quàm quæ mouebuntur in poſterum vſque ad triennium à data " præſentium computandum: cauſis venerabilium Fratrum noſtrorum S. " Rom. Eccleſiæ Cardinalium motis & mouendis agendo, vel defenden- " do & ipſos Cardinales, vel eorum aliquem quoquomodo tangentibus, " duntaxat exceptis, authoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. " Et ad hoc quod cauſæ huiuſmodi poſſint & valeant, authore Domino, tra- " ctari, decidi & omnino vt præmittitur etiam terminari & Iuſtitia mini- " ſtrari, Fraternitati tuæ de qua in hijs & alijs plenam in Altiſſimo fidu- " ciam obtinemus, omnes & ſingulas cauſas Beneficiales occaſione Digni- " tatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, Officiorum & Prioratuum & " aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum Secularium & " Regularium vigore dictarum gratiarum in præfato Rotulo per Nos fa- " ctarum quæ dicti Magiſtri, ſeu alij in dicto Rotulo denotati fuiſſent hacte- " nus aſſecuti, ſiue aſſequentur in poſterum, mouendas infra dictum trien- " nium per quaſcunque perſonas, loca, Collegia, ſeu Vniuerſitates præ- " fatis Cardinalibus duntaxat exceptis contra dictos Magiſtros & alios " in dicto Rotulo inſcriptos, & pro præſentibus, vt præmittitur, reputatos " cognoſcendas, decidendas & fine debito terminandas per te vel per " alium intra muros dictæ Ciuitatis Pariſ etiam vſque ad vltimam & ter- " tiam definitiuam ſententiam incluſiuè, & etiam quotiens ante definiti- " uam ſententiam contigerit appellari cum omnibus ſuis incidentibus, "

" dependentibus & connexis harum ſerie delegamus, faciens quod decre-
1412. " ueris per te vel per alios & præſertim per Cenſuram Eccleſiaſticam ap-
" pellatione ceſſante firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nomi-
" nati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubſtraxerint, per Cenſuram eandem,
" appellatione ceſſante compellas per te vel alios, vt præmittitur, veritati
" teſtimonium perhibere. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. April. Pon-
" tificatus noſtri anno 3. ſic ſign. F. de Montepoliciano. De Curia. Ioan. de
" Bortzolle.

Idem Pontificatus eodem anno prædictam Bullam confirmans ſcripſit ad Cardinalem S. Euſebij, tunc Nuntium in Regno Franciæ his verbis.

" IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Alamanno tit.
" S. Euſebij Preſbytero Cardinali, ac in nonnullis partibus Regni Fran-
" ciæ Apoſtolicæ ſedis Nuncio ſal. & Apoſt. bened. Cum te ad chariſſimum
" in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Franciæ illuſtrem, ac Pro-
" uincias, Ciuitates & Diœceſes Rhemenſem, Senonenſem & Rhotoma-
" genſem pro nonnullis noſtris & Rom. Eccleſiæ negotijs, ac pro ſalubri
" ſtatu & tranquillitate illarum DD. & partium prædictarum cum plena
" poteſtate Legati de latere per nos conceſſa tanquam pacis Angelum præ-
" ſentialiter deſtinemus, Nos volentes illam tibi poteſtatem concedere
" per quam Regni Franciæ, ac Delphinatus Viennenſis perſonarum Ec-
" cleſiaſticarum diſpendijs prouideatur, circunſpectioni tuæ, tua Nuncia-
" tione durante, omnes & ſingulas cauſas Beneficiales quaruncumque per-
" ſonarum Eccleſiaſticarum Regni ac Delphinatus prædictorum hinc ad
" triennium à data præſentium computandum per appellationem, aut
" alias ſuper dignitatibus, perſonatibus, Officijs, adminiſtrationibus &
" alijs Beneficijs Eccleſiaſticis dictorum Regni & Delphinatus quæ obti-
" nent, aut interim obtinebunt, quorum fructus, reditus & prouentus
" centum librarum Turonenſium paruorum ſecundum taxationem decimæ
" valorem annuum non excedunt, quas interim moueri contigerit: Nec
" non omnes & ſingulas cauſas Beneficiales tam motas quàm infra dictum
" triennium mouendas occaſione dignitatum, perſonatuum, adminiſtra-
" tionum, Officiorum, Prioratuum & aliorum quorumcumque beneficio-
" rum Eccleſiaſticorum, ſecularium & Regularium quæ dilecti filij Magi-
" ſtri & Doctores ſtudij Pariſienſis in Rotulo Vniuerſitatis ipſius ſtudij in-
" ſcripti ſuper Gratijs Expectatiuis per nos ſignato & pro præſentibus re-
" putati rigore Gratiarum Expectatiuarum eiſdem in dicto Rotulo per
" Nos conceſſarum forſan aſſecuti ſunt, aut eos in poſterum aſſequi conti-
" gerit tam motis quàm infra terminum prædictum mouendis per quaſcun-
" que perſonas, loca, Collegia & Vniuerſitates contra dictos Magiſtros &
" alios in dicto Rotulo inſcriptos & pro præſentibus, vt præmittitur, repu-
" tatos, cauſis venerabilium FF. noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardina-
" lium motis & mouendis agendo, vel defendendo & ipſos Cardinales, vel
" eorum aliquem quoquomodo tangentibus duntaxat exceptis, audiendi,
" tractandi, decidendi & fine debito terminandi, aut per alium, vel alios au-
" diri, tractari, decidi & determinari faciendi, ac in præmiſſis etiam vſque
" ad vltimam & tertiam definitiuam ſententiam contigerit appellari cum
" ſuis incidentibus, dependentibus & connexis, ac faciendi quod decre-
" ueris per te, vel alios, vt præfertur per Cenſuram Eccleſiaſticam, appel-
" latione ceſſante firmiter obſeruari. Teſtes qui fuerint nominati ſi ſe gra-
" tia, odio vel timore ſubſtraxerint, per Cenſuram eandem appellatione
" ceſſante veritati teſtimonium perhibere, authoritate Apoſtolica com-
" pellendi tenore præſentium plenam concedimus facultatem. Volumus
" autem quod prædicta quæ de cauſis Regni & Delphinatus prædictorum
" dicta ſunt, non vendicent ſibi locum in cauſis venerabilium fratrum no-
" ſtrorum Præfatæ Eccleſiæ Cardinalium indiſtinctè; nec in illis in quibus
" dilecti filij Notarij noſtri, Auditor Contradictarum, Corrector litera-
" rum Apoſtolicarum, Referendarij, Auditores ſacri Palatij cauſarum

Secretarij, Scriptores & Abbreuiatores earundem literarum, ſeu alij Rom Curiæ veri Officiales, & in dicta Curia actualiter commorantes rei eſſent & ad Iudicem traherentur: quas cauſas niſi de partium communi conſenſu volumus in eadem Rom. Curia tractari & etiam terminari. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maij Pontif. noſtri an. 3. ſic ſign. F. de Monte-Peliciano, de Curia L. de Piſis. 1412.

Eadem Vniuerſitas communicatis cum Officiali Pariſienſis Curiæ litteris, quas anno præterito ab eodem Pontifice obtinuerat, efficit vt inter Acta Curiæ prædictæ referantur, earumque exemplaria publicentur; qua de re ſic Officialis in Codice Nat. Picardicæ.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI, Amen. Vniuerſis præſentes litteras tranſſumptum, ſeu publicum inſtrumentum inſpecturis, Officialis Pariſ. ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus quod coram nobis, hora placitorum de mane in Curia Pariſ. in parqueto & loco ſolito ad iura reddenda pro Tribunali ſedentibus Cleri & alterius populi congregata ibidem multitudine copioſa præſentialiter conſtitutus venerabilis & circunſpectus vir M. Dominicus Franciſci almæ Matris Vniuerſitatis Pariſ. Rector, vice & nomine ipſius almæ Matris Vniuerſitatis Pariſ. & ad opus ipſius & Suppoſitorum eiuſdem nobis expoſuit, ac ſuppliciter & cum inſtantia requiſiuit. Quod cum ſanctiſſimus in Chriſto Pater & D. noſter D. Ioannes diuina prouidentia Papa 23. eidem Almæ Matri & pro ſuppoſitis eiuſdem quaſdam ſpeciales prærogatiuæ litteras gratioſè duxerit concedendas quibus & earum commodo coram pluribus & diuerſis Iudicibus & in diuerſis & longinquis partibus Regni Franciæ ipſe D Rector & alij Magiſtri & Doctores eiuſdem almæ Matris habent neceſſario de præſenti, & intendunt in poſterum ſeiuuare, ipſæque literæ non poſſent quin imò eſſet impoſſibile vna & eadem vice vnoque & eodem tempore, ac diuerſis partibus & coram diuerſis Iudicibus originaliter exhiberi & fidem facere de eiſdem. Nos literas ipſas quas idem D. Rector nobis exhibuit ſanas & integras cum filis ſericis rubri croceique coloris vera Bulla plumbea ipſius D. noſtri Papæ Bullatas omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes cum diligentia vidimus & per Notarium publicum adiunctis teſtibus fide dignis inſpici & examinari in audientia publica legi & publicari, & in publicam formam redigi, tranſcribi & fideliter exemplari mandaremus, & exemplo tranſcripto, ſeu tranſumpto huiuſmodi naturam auctoritatem interponeremus pariter & decretum, taliter quod tranſcripto, ſeu tranſumpto huiuſmodi in Iudicio & extra velut originalibus literis fides plenaria poſſit & debeat adhiberi. Nos igitur Officialis præfatus attendens requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam & conſonam rationi, literas Apoſtolicas huiuſmodi vidimus, tenuimus, palpauimus & inſpeximus diligenter, eaſque publicauimus & per diſcretum virum Iacobum Iſambardi Notarium publicum eiuſdem almæ Matris Vniuerſitatis ſcribam publicè & teſtato facto ſilentio in dicta Curia legi & publicari mandauimus & fecimus, ac dictas litteras Apoſtolicas per diligentem examinationem ſanas & integras non viciatas, non cancellatas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes in dictamine, ſcriptura & Bulla reperimus, ipſaſque per dictum Notarium tranſcribendas & exemplandas fore decreuimus & decernimus per præſentes, Quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum. IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Rectori & Vniuerſitati ſtudij Pariſ. ſalutem & Apoſtolicam ben. In ſupremæ dignitatis ſpecula licet immeriti diſponente Domino conſtituti, ad vniuerſas fidelium Nationes noſtræ vigilantiæ creditas earumque profectus & commoda tanquam vniuerſalis Gregis Dominici Paſtor commiſſæ nobis ſpeculationis, &c. vt ſupra vſque ad, finis.

Quibus quidem litteris Apoſtolicis ſic exemplatis, ſeu tranſcriptis: Nos Officialis prefatus per Notarium ſupra & infraſcriptũ de tranſcripto

» ſeu Tranſumpto huiuſmodi ad Originales Apoſtolicas litteras ſuperius
1412. » annotatas collationem fieri fecimus diligentem, vnà cum & præſentibus
» teſtibus infraſcriptis. Et quia audita & facta collatione huiuſmodi præ-
» ſens Tranſumptum ſeu Tranſcriptum ad originales litteras prædictas ſu-
» perius inſertas compertum eſt per omnia concordare, ea propter Nos
» Officialis ſæpè dictus præſenti Tranſumpto ſeu Tranſcripto auctoritatem
» præſtantes & illud auctenticantes & auctenticum facientes præſentibus
» litteris ſeu præſenti publico Inſtrumento Exemplum, ſeu Tranſcriptum
» huiuſmodi in ſe veraciter continentibus tam in Iudicijs quàm extra ſi-
» cuti litteris originalibus litterarum prædictarum ad futuram rei memo-
» riam perpetuam habere & obtinere roboris firmitatem. Si quis autem
» Apoſtolicas originales litteras huiuſmodi videre voluerit, in Archiuo
» ipſius almæ Matris in Collegio Nauarræ vbi priuilegia ipſius almæ Matris
» conſeruantur, poterit reperire & videre. In quorum omnium & ſingu-
» lorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras ſeu præſens
» publicum inſtrumentum per Notarium infraſcriptum ſubſcribi & publi-
» cari mandauimus, ſigillique Curiæ Pariſ. & ſigneti noſtri, vnà cum ſigno
» & ſubſcriptorum dicti Notarij ad perpetuam rei memoriam iuſſimus ap-
» penſione muniri. Datum & actum in Curia Pariſ. prædicta, anno Domi-
» ni 1412. Indict. 6. die verò 23. menſis Octob. Pontific. præfati D. noſtri
» Papæ an. 3. præſentibus venerandæ circunſpectionis ac magnæ pruden-
» tiæ viris DD. & MM. Ioanne Mathie in Theologia & Io. de Villanoua
» in Decretis Doctoribus, Archidiacono de Pentouria in Eccleſia Brio-
» cenſi. Guill. Graterij & Petro Ioſeph Cantore Remenſi Iuriſperitis &
» Aduocatis in dicta Curia Pariſ. necnon Guill. Rouſelli Magiſtro in Ar-
» tibus & Baccalario in ſacra Pagina & Io. Bourilleti, aliàs Franciſci in
» Decretis Licentiato & Theſaurario Senonenſi in Artibus Magiſtro Pa-
» riſius commorantibus, cum alterius Populi multitudine copioſa teſtibus
» ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Verum quia Ego Iacobus Yſam-
» bardi Clericus Metenſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus
» Notarius in legibus Baccalarius, ac almæ Vniuerſitatis Pariſ. prædictæ
» Scriba, præmiſſis omnibus & ſingulis dum ſic vt ſupra ſcribuntur per præ-
» fatum D. Officialem, & coram eo fierent & agerentur vnà cum præno-
» minatis teſtibus, præſens interfui & ea ſic fieri vidi & audiui & in notam
» recepi, Ideo exinde confecto præſenti publico inſtrumento, alterius ma-
» nu fideliter ſcripto præmiſſa publicando de mandato dicti D. Officialis
» vnà cum ſigilli dictæ Curiæ Pariſ. ſuique ſigneti appenſione ſignum meum
» appoſui conſuetum, ſic me ſubſcribens in præmiſſorum teſtimonium re-
» quiſitus & rogatus, *&c.*

In eam rem extant quoque litteræ Regiæ datæ die 23. Martij an. 1412. his verbis conceptæ.

»
» CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A noſtre
» Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant, ſalut, de la partie de noſtre
» Amée fille l'Vniuerſité de Paris, Nous a eſté expoſé en complaignant,
» que comme par leurs Priuileges à eux octroyez du S. Siege de Rome,
» deſquels ils ont vſé & vſent, leur ſoit octroyé, que afin qu'ils puiſſent
» mieux vacquer en la Science des lettres & autrement occuppez ne puiſ-
» ſent eſtre traicts en cauſe hors des murs de Paris, par lettres Apoſtoliques
» ou teſtations d'icelles ne autrement, neantmoins aucuns ont impetré &
» impetrent de iour en iour pluſieurs citations par leſquelles ils s'efforcent
» & ſe ſont efforcez de citer, & ont de fait trait pluſieurs honnorables Sup-
» poſts d'icelle outre les Monts de ce Royaume; mais loing-tain de leur
» Eſtude pour raiſon de laquelle traiction indirecte, comme ils diſoient &
» contre tous leurs Priuileges euſſent requis à noſtre S. Pere le Pape, qu'il
» vouluſt renuoyer les cauſes à Paris, ou commettre Iuge pardeçà les
» Monts, pour cognoiſtre deſdites cauſes à ce qu'ils ne fuſſent pas ainſi lon-
» guement diſtraits de leur Eſtude, & pour ce euſſent enuoyé Notables

meſſages & Ambaſſadeurs à la contemplation de laquelle noſtre fille, luy noſtre S. Pere le Pape euſt prorogé & continué toutes les cauſes deſdits Suppoſts eſtans en Cour iuſques à cinq mois, & autrement iuſques à ce que ſur le renuoy d'icelles euſt baillé plaine reſponſe; & ce fuſt venu à la cognoiſſance de tous Auditeurs ou autres Competiteurs deſdits Suppoſts, & tellement qu'il a eſté tout notoire en Cour de Rome & à Paris, comme auſſi de ce a eſté certifiée ſuffiſamment noſtredite Fille, confiant de laquelle prorogation & continuation; & auſſi les Suppoſts d'icelle qui eſtoient & ſont entendans, tant à leurs Eſtudes, comme à la choſe publique & au bien de noſtre Royaume & au ſalut de nous où ils vacquent de iour en iour où ils ſouſtiennent moult grands labeurs, ne euſſent, ne ayent enuoyé leurs droits & deffenſes, ne fait deffendre leurs cauſes, eſperans, comme ils eſperent de iour en iour ce renuoy d'icelles: Ce nonobſtant les Auditeurs & autres Iuges Apoſtoliques de Cour de Rome à la perſecution & importunité des Competiteurs d'iceux Suppoſts ſe ſont efforcez de proceder pardeuant iceux, nonobſtant leſdites continuations, & s'euertüent d'auoir obtenu, nullement toutefois, d'iceux Iuges, Sentences & Monitions, par leſquelles ils s'efforcent de expeller iceux Suppoſts & priuer de leurs Benefices ou denoncer excommuniez, en les procurant ſcandaliſer & autrement empeſcher à ce qu'ils ne puiſſent eſtre en la communication de l'Egliſe, ou vacquer en leur Eſtude & au bien de noſtre Royaume & ſalut de nous, & auſſi qu'ils ſoient diſtraits de leur Eſtude, qui eſt contre la teneur de leurs Priuileges, ſi comme ils diſent, & le bien public de noſtre Royaume & vniuerſel monde où ils floriſſent & par leſquels noſtre Royaume eſt decoré, ſi en brief n'y eſtoit par vous pourueu, ſoit en la diminution d'icelle Vniuerſité, laquelle nous deſirons augmenter: Pourquoy nous ces choſes conſiderées, qui ſommes Protecteur de noſtre Fille, voulant à icelle pouruoir; Vous Mandons, que toutefois & quantes qu'il vous apperera deſdites Sentences & lettres Monitoires obtenuës durant ladite prorogation à l'encontre deſdits Suppoſts, leſquelles vous appereront eſtre miſes à execution ou que l'on s'efforcera de les y mettre directement ou indirectement, publiquement ou autrement: Que leſdites lettres preniez, arreſtiez & faites detenir & ceſſer les executeurs d'icelles, par prinſe de leur temporel ou autrement, ſelon que le cas le requerra & ne ſouffriez en aucune maniere icelles eſtre miſes à execution; mais ſoient ſuſpenduës, iuſques à ce que parties ouyes, par vous en ſoit autrement ordonné, en requerant les Iuges & Ordinaires de l'Egliſe, qu'ils mandent à tous Notaires & Preſtres leurs ſubiets, que telles lettres ils executent ou faſſent executer en toutes manieres, iuſques à ce que autrement y ſoit pourueu, comme dit-eſt: Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait & ainſi auons octroyé & octroyons à noſtre Fille de grace ſpeciale par ces preſentes, nonobſtant quelconques lettres ſubreptices. Donné à Paris le 23. iour de Mars, l'an 1412. & de noſtre reigne le 33. ſoubs noſtre ſeel ordinaire, en l'abſence du grand, publiée. 1412.

Litteras autem Pontificias quas ſupra retulimus & infra referendas, quæque propter varia impedimenta & turbationes non fuerant executioni demandatæ, Alammanus Cardinalis aliquantò poſt executioni demandauit, vt patet ex ſequenti Inſtrumento.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decens cenſemus & congruum æquitati, vt quæ per S. Rom. Eccleſiæ Cardinales Apoſtolicæque ſedis autoritatem pro ſtatu & honore noſtro & ratione Eccleſiæ, ac pro conſeruatione Iurium Dilectorum filiorum Doctorum & Magiſtrorum ac Suppoſitorum Vniuerſitatis Pariſienſis, ad quos geſſimus & gerimus paternæ dilectionis affectum, licet Facultas per noſtras litteras ſpecialis per antea conceſſa non fuerit, proinde facta ſunt vt illibata conſiſtant, illis adijciamus Apoſtolici

" roboris firmitatem. Hinc eſt quod nos præmiſſorum intuitu, & excer-
1412. " tis alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum ad hæc inducentibus lite-
" ras dilecti filij noſtri Alammanij tit. S. Euſebij, Preſbyteri Cardinalis &
" iampridem ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Carolum Regem
" Franciæ illuſtrem ac Prouincias, Ciuitates & Diœceſes Remenſis, Se-
" nonenſis & Rothomagenſis Apoſtolicæ ſedis Nuncij cum plena pote-
" ſtate Legati de Latere per nos deſtinati ſuper nonnullis cauſis, proceſſi-
" bus & ſententijs Beneficia concernentibus & qui poſſent concernere
" præfatos Doctores, Magiſtros & ſuppoſita dictæ Vniuerſitatis conceſſa.
" Quarum literarum tenore & forma de verbo ad verbum omiſſa totali
" ſubſcriptione Notarij inferius fecimus annotari, vt omnia & ſingula in
" dictis contenta literis cum modificatione inſcripta, authoritate Apoſto-
" lica & ex certa ſcientia, motu proprio non ad alicuius ſuper his oblatæ
" nobis petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate tenore præ-
" ſentium confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio committimus, ſup-
" plendum omnes defectus ſi qui forſan incurrerint in eiſdem. Et nihilo-
" minus mandamus & volumus literas huiuſmodi & contenta in illis, ſcien-
" tia, motu & authoritate prædictis, iuxta ipſorum exigentiam & tenorem,
" per omnes & ab omnibus inuiolabiliter exequi & obſeruari. Volentes
" nihilominus ac ſtatuentes motu, ſcientia & authoritate prædictis quod ſi
" Quis ex Doctoribus & Magiſtris, aut Suppoſitis præfatis defendentibus
" in antea aliquam ex huiuſmodi cauſis ad eorum, vel alicuius eorum in-
" ſtantiam per appellationem, vel aliter in Romana Curia, vel ad ipſam
" introducendas, cauſæ huiuſmodi per nos ſic introductæ debeant ad
" ipſorum inſtantiam vigore dictarum literarum vlterius remitti Pariſius
" quoquo modo, Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus in præmiſ-
" ſis à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum
" forſan eſt hactenus, vel in poſterum continget quomodolibet attentari,
" Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non proceſſibus & ſententijs factis &
" latis ſuper his, nec non facientibus & ferentibus & alijs contrarijs, etiam-
" ſi de eis eorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum in noſtris lite-
" ris habenda erit mentio ſpecialis, non obſtantibus quibuſcunque. Tenor
" autem dictarum literarum ſequitur, & eſt talis.
"

" IN NOMINE DOMINI, Amen. Pridem cum Sanctiſſimus in Chriſto
" Pater & Dominus noſter D. Ioannes diuina prouidentia Papa 23. Nos
" Alamanum miſeratione diuina tit. S. Euſebij eiuſdem Sacroſanctæ Rom.
" Eccleſiæ Preſbyterum Cardinalem Piſanum ad Sereniſſimum Principem
" & Dominum noſtrum Carolum Diuina fauente Clementia Regem
" Francorum, ac Prouincias, Ciuitates & Diœceſes, Remenſem, Senonen-
" ſem & Rothomagenſem Apoſtolicæ ſedis Nuncium cum plena poteſtate
" **Legati delata pro quibuſdam magnis & arduis ratione Eccleſiæ negotijs**
" deſtinaret, volenſque ad tunc ad terminum in antea computandũ, vt Ma-
" giſtri & Doctores ſtudij Pariſ. in Rotulo dictæ Vniuerſitatis contenti, ac
" pro præſentibus actu & ſine fraude reputati pro cauſis Beneficialibus quæ
" vigore Gratiarum Expectatiuarum in dicto Rotulo contentarum quæ ex
" tunc in antea contingerent, vel quæ tunc eſſent in prima Inſtantia in
" Romana Curia, vel in prima inſtantia citra appellatione ſepoſita, &
" ſecundum formam tenorem & Conſtitutionis ſuæ ſuper his ſub data 2.
" diei menſis Maij Pontif. ſui an. 3. factæ, cuius tenor talis eſt. Sanctiſſimus
" Dominus noſter Ioannes Papa 23. die 2. menſ. Maij Pontif. ſui an. 3. voluit
" & ſtatuit quod cauſæ Beneficiales pendentes in Curia Rom. in prima in-
" ſtantia citra Concluſionem contra quæcumque Suppoſita Vniuerſitatis
" ſtudij Pariſ. in eodem ſtudio reſidentia & ſtudentia etiamſi ad Romanam
" Curiam prædictarum defenſione cauſarum veniunt, quæ cauſæ mouen-
" tur contra ipſa Suppoſita defendentia ratione Beneficiorum prouenien-
" tium, vel quæ prætendunt eis proueniſſe vigore Gratiarum Expectati-
" uarum per dictum D. noſtrum factarum in Rotulo Vniuerſitatis prædictæ,

remittantur

remittantur Pariſius ad Iudices ibidem per eundem dominum noſtrum, " ——
ſuper cauſis ſimilibus ex præfato Rotulo prouenientibus deputatos co- " 1412.
gnoſcendæ & terminandæ ſecundum formam literarum dicti domini no "
ſtri præfatis Iudicibus directarum. Voluit etiam & ſtatuit idem domi- "
nus noſter quod ſi in aliqua dictarum cauſarum lata fuerit prima defini- "
tiua ſententia quæ propter appellationem fuerit reuocata & in ſtatum "
repoſita ante concluſionem cauſæ, talis cauſa etiamſi in prima inſtantia "
cenſeatur, vt præmiſſum eſt, remittatur, & quod extra muros Pariſ. mini- "
me traherentur, ſed ibi tractarentur, deciderentur & finirentur, ac om- "
nimodè terminarentur etiam vſque ad tertiam definitiuam ſententiam, "
& finalem concluſionem: Cauſis Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum, "
& DD.S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ac eos ſeu eorum aliquem tan- "
gentibus, motis vel mouendis duntaxat exceptis. Nobiſque qui tunc de "
proximo ad dictas Prouincias venturi eramus, & eiuſmodi cauſas per "
Nos vel Deputatos à nobis audiremus, decideremus & fine debito ter- "
minaremus, plenam & liberam per ſuas literas Apoſtolicas ſub Data Ro- "
mæ apud S. Petrum Maij Pontific. ſui an. 3. conceſſit facultatem. "
Cum autem poſtmodum propter lamentabilem caſum vrbis Rom. ac "
propter varias neceſſitates Rom. Eccleſiæ & Domino noſtro incumben- "
te noſtrum aduentum diſtulimus vſque ad 18. diem menſis Feb. proxime "
præteriti, propter quod cauſæ huiuſmodi à nobis, vel Deputandis à no- "
bis interim, iuxta ipſarum literarum Apoſtolicarum continentiam, tracta- "
ri minime potuerunt, & à tempore Datæ ipſarum vſque in præſentem "
diem cauſæ huiuſmodi tam illæ quæ tunc in Rom. Curia in prima inſtan- "
tia pendebant, quàm illæ quæ poſtmodum aduerſus ipſos Magiſtros & "
Doctores motæ fuerunt, minimè ſint remiſſæ ad partes tractandæ, pro- "
vt in præfatis literis continetur, ſed in Rom. Curia tractatæ & aliquæ "
finitæ & determinatæ dicantur in graue damnum & præiudicium illorum "
de Vniuerſitate præfata qui huiuſmodi aduentum noſtrum de die in diem "
expectabant de dicta facultate confidentes, Nos attendentes voluntа- "
tem Domini noſtri fuiſſe & eſſe quod omnes cauſæ huiuſmodi à tempo- "
re Datæ dictarum literarum tam illæ quæ tunc in prima pendebant in- "
ſtantia in Rom. Curia, quam illæ quæ poſtmodùm infra dictum terminum "
mouerentur aduerſus Magiſtros & Doctores præfatos, Pariſius cum ef- "
fectu remitterentur, per Nos, vel per Epiſcopum Pariſ. cui etiam co- "
gnoſcendi de huiuſmodi Cauſis ſimilem facultatem conceſſit, tractan- "
dæ & finendæ, & Conſiderantes quod minimè iuſtum eſt quod illi de- "
trimenta patiantur, ac iuribus ſuis priuentur qui noſtrum quotidie expe- "
ctantes aduentum & de indulto Apoſtolico confidentes, dictas cauſas ſuas "
in principali exſequi, ac iura ſua ad Curiam mittere omiſerunt; Et pro- "
pterea volentes Doctorum & Magiſtrorum eorundem indemnitati conſu- "
lere **omnibus melioribus modo & forma** quibus poſſumus, attentâ Con- "
ſtitutione prædictâ, omnes & ſingulas prædictas cauſas Beneficiales ex "
Gratijs dicti Rotuli exortas, vel deſcendentes quæ tempore Datæ ipſa- "
rum literarum in Romana Curia coram quocumque Iudice, vel auditore "
in prima Inſtantia pendebant aduerſus illos de Vniuerſitate præfata; ac "
etiam illas in quibus lata fuerit prima definitiua ſententia quæ propter "
appellationem fuit reuocata & in ſtatum ante Concluſionem cauſæ re- "
poſita; etiam illas cauſas quæ interim vſque ad prædictum diem motæ "
ſunt contra eos, aut dicto terminali tempore mouebuntur, nec non etiam "
eas quæ propter alterius partium appellationem fuerint ad dictam Cu- "
riam introductæ & deuolutæ, ſeu introduci, aut deuolui contigerit, "
etiamſi in eis vſque ad tertiam definitiuam ſententiam proceſſum fuiſſet, "
" *Paradiſi qui 4. Facultatibus quaſi totidem fluuijs intelligibilibus rigat vniuer-*
" *ſam ſuperficiem terræ, cuius irrigatione germinant & adoleſcunt pulcherrimæ*
" *ſalubrium Doctrinarum plantulæ, de quarum ſuauiſſimo fructu ſatiatur terra.*
" Illic cernere eſt præcipuè flumen quartum Theologicæ Facultatis cuius
" impetus lætificat Ciuitatem Dei, vomens aquas ſapientiæ ſalutaris ſa-
" lientis in vitam æternam, ſecus quarum decurſus aquarum placitatum
" eſt lignum fidei ſaluberrimæ quæ inde gignitur, nutritur, defenditur,
" roboratur. Rectè quidem hæc facta ſunt, nam cum oporteat Regem co-
" pulare ſibi Salomonis exemplo Sapientiam in ſponſam & ſororem, cuius
" Sapientiæ vox eſt, *Per me Reges regnant & legum Conditores iuſta decernunt,*
" cum rurſus iubente Domino Rex qui ſedet in ſolio Iudicis deſcriptum
" habere debeat Deuteronomium legis, & à Sacerdotibus excellentiam
" ſumere, ne ſurrepat vitioſa per errores deprauatio; & vt in eis legens
" aſſiduè Rex ſapiens ſit, & veritas eum cuſtodiat, quid præclarius in Re-
" gno **noſtro, quidvè diuinius potuit à Chriſtianiſſimis Progenitoribus**
" noſtris inſtitui? Quid à nobis poſteriſque noſtris ſtudioſius conuenit ob-
" ſeruari, quàm vt abundet id Regnum noſtrum viris quos erudierit Do-
" minus, de lege ſua docuerit qui parati ſint omni poſcenti reddere ratio-
" nem de ea quæ in ipſis eſt fide & ſpe. Ita nimirum fit vt & ſapientia quæ
" de ſurſum eſt, penes nos exuberet & fides excreſcat, fides quæ Regna
" vincit, quæ Iuſtitiam operatur, quæ adipiſcitur repromiſſiones. Datur
" proinde Sacerdotibus noſtris ſapientia & intellectus. Quid ita? Sane vt
" verum ſolidùmque ferre Iudicium noſcant, ſi quid in fide, vel ambiguum,
" vel deuium ſurrexerit, vel quod ſit legis Deuteronomij corruptiuum.
" Sic enim iuſſit Dominus ad eos habere recurſum: ſic præterea procul ex-
" turbari poteſt quidquid Doctrinæ ſalutari molitur aduerſum peſtilens im-
" probitas hæreticorum, vel errantium. Neque enim tum eſt fidem ſeruare
" iam poſitam quàm plantare; fide quidem dilabente ſurget oppugnatrix
" eius infidelitas monſtrum horrendum ingens, quod Regnum ſubuertet
" à fide derelictum taliter à nobis. O ſalutiferi Chriſti Peſtem? At verò
" quæſierit aliquis, cur hæc tam alto ſunt orſa principio? Planè fatebimur

imprimis iocundum nobis, nec ingratum eſſe in iſtorum conſideratione verſari quæ contulit Deus, ſimulque volumus oſtendere quantum ſit authoritatis pondus & robur præſtandum in his quæ veritatis Catholicæ declarationem, vel elucidationem reſpiciunt quando dictatur aliqua per tales quales prælocuti ſumus de ipſius approbatione ſententia: quoniam eos in omni ſanctarum literarum eruditione præcipuos eſſe conſtat, quos vel fallere velle, vel falli poſſe nemo facile iudicauerit. 1413.

Cognouerunt hoc diuerſæ per orbem Nationes, Vniuerſitates & Regna. Cognouit etiam ipſa quandoque Romana ſedes, dum olim & nuper, ſi quid apud eos ambiguum in doctrina Chriſtianæ Religionis obtigerat, certitudinem ab ipſo Conſilio fidei Pariſius cauſa exiſtente poſtulare, nec puduit, nec piguit. Conſequenter vt tranſeamus vetera & aperiatur intentio noſtra præſens, perſpicuum fieri volumus, ex præmiſſis quanto cum aſſenſu omnium ſuſtinenda ſit illa Iudicialis ſententia quam nuper ad exhortationem noſtram coaſſumpto Inquiſitore prauitatis hæreticæ de conſilio fidei ſolemniſſimè conuocato ſæpè & multum rem ipſam examinante tulit dilectus & fidelis Conſiliarius noſter Epiſcopus Pariſienſis, aduerſus hæreſes peſtiferas iam iamque erumpentes, iam ipſum Regnum noſtrum ad diuiſionem & ad eam quæ conſequitur deſolationem præparantes; iam demum Legis diuinæ Deuteronomium quod aſpicere continua meditatione nos conuenit, pernicioſa mendoſitate violare conantes. Ita prorſus exurgere debuit Paſtor ipſe & Præſul tali ſuffultus celeberrimo fidei conſilio communi. De tot Magiſtris in Theologia, ac Licentiatis qui Pariſius, vt aſſolet, aderant, nullus omiſſus eſt qui non quod vellet fas haberet liberè, vel dicere verbo, vel ſcriptis tradere. Sic profectò ſic Præſul ipſe ſpeculator datus & adiutus cernere potuit quemadmodùm vineam Dominicam exterminaret aper de ſilua & ſingularis ferus depaſceretur eam. Audiebat illud de Canticis, *Capite nobis vulpeculas paruulas quæ demoliuntur vineas.* Vrgebat ſubinde formidanda nimium iuſſio multiplex & aperta Legum Pœnalium, quas contra deſertores fidei, extirpationem hæreſum hæreticorumque diuina ſimul & humana promulgauit autoritas. Nos propterea ſententiam ipſam juſſimus ſub Edicto publico per vniuerſum Regnum noſtrum validam obſeruari & exequi, ſcribente ad hoc ipſum *Chariſſima filia noſtra Vniuerſitate Pariſ.* quæ ſententia damnat propoſitionem ſcandaloſiſſimam, cui titulum actor impoſuit, *Hæc eſt*, inquit, *iuſtificatio Ducis Burgundiæ.* Iuſtificatio videlicet ſuper interfectione crudeliſſima chariſſimi, ac vnici fratris noſtri *Ducis Aurelianenſis*, cui propitietur Deus, vocemque ſanguinis eius clamantem exaudiat. Ecce quod hæc propoſitio ſuum in tituli fronte iudicium portat ſuam maledictionem, *Væ*, inquit, *Propheta* qui iuſtificatis impium pro muneribus. Aſſerit illic Ioannes Parui alligatum ſe tot muneribus præſtitis & ſperatis à Domino ſuo, quod ei iubenti præſtare linguam ſuam obniti nequiuerat, nolens Propoſitionis author videri, ſed prolator. Nullus idcirco rectè mirabitur ſi præfatam ſententiam Iuſtificationis huius necis & ſceleris damnatiuam decreuimus manutenere defendíque facere omnibus modis veluti cauſam propriam & ſicut Regiæ majeſtatis noſtræ decus; tanquam præterea cauſam fidei, quemadmodum ſufficientiſſima nos Informatio docuit hanc eſſe fidei cauſam. Cuius Nos fidei protectores diuina dignatio poſuit, & ad hoc cogunt leges, ad hoc præclara Prædeceſſorum noſtrorum exempla vehementer accendunt. Attendimus vltra ſicut ſummo Pontifici & ſacro Cardinalium Collegio ſcripſiſſe iam meminimus, & ſicut operum vox luctuoſa popalare non deſinit, quod à reproba propoſitione illa velut ab origine venenata latius eruperunt horribiles in Regno noſtro ſeditiones & bella pluſquam Ciuilia, prædationes vbique & clades innumeræ & plurima mortis imago; negabatur imago paruulis, oratio viatoribus, Confeſſio morientibus, Eleemoſyna fame pereuntibus, ſepultura etiam profana defunctis. Nulla ætas ſecura fuit, nullus ſexus, nulla cognatio; nullus

1413. „ ſacer locus, ſed vbique heu fera regnauit Erynnis quaſi terrificè re-
„ boans: *Vos Patriæ validas in viſcera vertite vires:* Porro nondum plene ceſ-
„ ſauit quaſſatio, nec procelloſus armorum & tempeſtatum quieuit æſtus.
„ Det tandem aliquando tranquillitatis portum qui mari & ventis imperat;
„ reducat pulcram pacem qui ſororem eius veritatem iam in lucem eduxit.
„ Et qualiter eduxit, hoc factum eſt dum prædicta propoſitio nefanda poſt
„ exactiſſimam eius examinationem comperta eſt ſecum includere plu-
„ res errores funeſtos explicitè contra fidem & moralem diuinorum præ-
„ ceptorum Doctrinam mentibus humanis naturaliter inſcriptam. Hæc
„ dominationem omnem temporalem ſimul & ſpiritualem nequiter euer-
„ tit: hæc vias patentiſſimè aperit ſeditionibus popularibus, periurijs, re-
„ bellionibus, odijs implacabilibus, tumultuationibus ignobilium contra
„ nobiles, imò ordine confuſo Nobilium adinuicem, ſimiliter ignobilium.
„ Conſpicitur deformis illa Reipub. facies qualem deplorabat Apoſtolus
„ Schiſma deteſtans illorum dicentium, *Ego Pauli, Ego Apollo, Ego Cephæ.*
„ Præterea quidquod dicta propoſitio laudat fieri neces ſubitas, & vides
„ Nobilium etiam perſonarum per ſicarios pretio conductos, quales Ge-
„ neralis Concilij ſanctio tantùm damnat; per excogitatas inſuper inſidias
„ nulla in diffidatione præuia per blandimenta ſubdola, per conſideratio-
„ nes iuramentis terribilibus publicè firmatas relicto tandem penitus om-
„ ni ordine Iudiciario, vel ſuperioris Edicto. Et audet nihilominus hæc
„ execranda propoſitio, audet impudenter aſſerere tale facinus immaniſ-
„ ſimum fieri ſecundùm ius omne diuinum, naturale & humanum; audet
„ contra ſentientes inſectari tanquam noſtros Reique publicæ capitales
„ inimicos: adeo quidem vt concluſiuè determinet oportere nos mœſtiſ-
„ ſimam illam & atrociſſimam chariſſimi & vnici germani noſtri necem vi-
„ lem & ſubitam approbare: Nos debere prorſus actorem diuitijs, opibus &
„ honoribus augere familiarius, quaſi fuerit alter Michaël, aut Phinées.
„ Denique publicis vbique gentium Collaudatorijs illum literis efferre nos
„ debere concludit. Proh nefas! æquiſſime Rex Arbiter Chriſte, quaſi vi-
„ delicet Regia nobis à te poteſtas deſuper data ſit non in vindictam ma-
„ lefactorum, ſed in laudem, præmium & honorem, & qualium heu male-
„ factorum! quis illa dinumeret, quis ſatis inculpet & damnet? Subinde
„ quid iniuſtius iuſtificatione criminis & talis criminis, in quo quid laude-
„ mus, quid remuneremus, perpendite. Nunquid actorem laudabimus,
„ ſed in eo defuit Iudicialis authoritas, & Regiam noſtram ſpernens inuali-
„ damque prædicans & enormiter lædens vſurpauit tot abutens beneficijs,
„ tot neceſſitudinibus quibus Maieſtati noſtræ, etiam ipſo iactante, tenetur
„ obnoxius: Nunquid miniſtros laudabimus? ſed eorum impietate, pro-
„ ditione, vecordia, crudelitate, ſæuitia, cupiditate nihil execrabilius,
„ fœdius, tetrius excogitari poteſt. Nunquid facti modum laudabimus?
„ ſed hîc præmeditatas diu inſidias per confœderationum plurium ſimula-
„ **tiones, per blanda mille amicitiarum ſigna fallacia ad ſubitum fraterni**
„ Regijque ſanguinis exitium tanquam de beſtia proceſſum eſt. Et hora
„ tenebrarum, & in tali Ciuitate vbi ſecuritas plebeijs etiam & aduenis
„ eſſe debuerat. Nunquid operis rationem & cauſas laudabimus? atqui ni-
„ hil ibi probabile prius, nihil poſterius inductum eſt pro teſtimonio quod
„ tali notorietate conſtet, quale ſecundum leges diuinas & Ciuiles eſſe ne-
„ ceſſe eſt, vbi viliſſimus etiam homo vita priuatur. Qualis nempe lex non
„ prænonitum, non auditum, non commotum morte damnauerit, ſicut
„ à Nicodemo & Paulo notatum eſt. Nunquid tandem facinoris huius
„ euentum laudabimus & remuneratione donabimus? Sed obinde floren-
„ tiſſimum iſtud pridem Regnum noſtrum iam per ſeptennium tot calami-
„ tatibus infandis attritum eſt, tantùm in eo ſanguinis humani fuſum fuit,
„ vt æſtimationem omnem effugiat. Sed ipſam forte Iuſtificationem lauda-
„ bimus. Iſtic autem ſicut edocti ſumus, ſuſpecta vehementer de hæreſi
„ pertinacitas, nec apparens adhuc ſufficiens corrigibilitas inuenitur quo
„ pacto ſic? manet quippe ſcandalum in fide multipliciter datum verbis,

operibus & ſcriptis: manet inſcripta tenaciter infamiæ ſordidiſſimæ in- "
digniſſimæque nota quæ non minus odibilis eſt ipſa morte naturæ; manet " 1413.
iactura publico & perſonis inflicta ſupra numerum; manet vtique, nec "
tolli cernitur, ſed foueri. Quare quoniam illis ad quos ſpectat tam au- "
thoritatiuè quàm doctrinaliter tradere legem Dei ſcandala neſcientem, "
nedum non creditur, ſed contumelia palàm irrogatur, neque Edictis ſuis, "
neque noſtris obedientia præſtatur, vbi tum veritas eſt tam explorata "
dijudicataque, cui nullus capax rationis naturalis etiam Ethnicus, aut "
Paganus obuiare deberet. Opponet aliquis & dicet, Ecce totiens tra- "
ctatus pacis compoſiti ſunt, Indulta ſunt omnia, poſt hæc præteritarum "
iniuriarum meminiſſe quid niſi malorum eſt? Reſponſum habeat quiſ- "
quis hoc dixerit, Ceſſaret vtinam ſcandalorum violenta continuatio "
Nobis ac Reipub. præiudicantium, & nos ab eorum rememoratione non "
inuiti ceſſaremus. Nam horreſcit referens animus; ſed cicatrix, male "
ſana dum redit in vulnus aperiatur oportet, & vrget ingratitudo quan- "
doque iam donata repetere. Quale rurſus illud eſt pacem verbis, operi- "
bus bellum gerere, ac corde & corde loqui, operibus credere iubet Chri- "
ſtus, mentiri quippe neſciunt; verbis autem rara fides ideo quia menda- "
ces faciunt vt vera dicentibus non credatur. Quid? vbi periurium docе- "
tur, authoriſatur, approbatur. Mirabile, magis verò miſerabile dictum, "
ita tamen eſt. Retorqueamus oculos ad prænominatam Iuſtificationem, "
& quid pro veritate tradit & regula videbimus, ait enim ſub hac forma. "
In caſu ſocialitatis iuramenti, promiſſionis, ſeu Confœderationis facta- "
rum ab vno milite ad alterum, quocunque modo iſtud fiat, aut fieri poſ- "
ſit; ſi contingat quod iſtud vertatur in præiudicium vnius promitten- "
tium, aut Confœderatorum, ſponſæ ſuæ, aut ſuorum liberorum, ipſe "
de nullo tenetur eas obſeruare. Hoc probatur, inquit, ex ordine Cha- "
ritatis quo quilibet plus tenetur ſe ipſum diligere, vxorem & liberos, "
quàm alterum. Animaduertite quantam ad periuria feneſtram aperit "
hæc aſſertio. Ite nunc & cum ſectatoribus Doctrinæ talis confœderatio- "
nes ratas & ſtabiles exſpectate. Sed & probatio ſua dum ordinem præ- "
tendit charitatis, ipſum prorſus euertit. Nonne præſtantior eſt anima "
corpore, & fides auro? Sic Regulus ſenſit, ſic Fabricius, ſic Anteceſſores "
noſtri Reges, B. Ludouicus & Ioannes alijque ſine numero, qui cum "
grandi & certo ſui ſuorumque præiudicio iuramenta ſeruarunt. Proſpi- "
ciebant clariſſimi viri Iuſiurandum non repugnans animæ ſaluti, ſin licet "
damnoſum rebus, aut corpori ſit initum, etiam cum hoſtibus non eſſe "
violandum: alioquin tota radicitùs humanæ ſocietatis Ciuilitas euulſa "
periret. "

Cæterum quò magis eluceſcant ea quæ diximus, vtque virus lethi- "
ferum quod ſparſum iniuſtiſſima hæc Iuſtificatio ſub inuolucro rationum "
& allegationum intercluſum tenet, ſe prodat, collectumque foris erum- "
pat; quia latet anguis in herba, inſeramus hîc Aſſertionem vnam pro "
Parte *Chariſſimæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Pariſ.* nobis aliàs cum ſua repro- "
batione per eam approbata & abiurata propoſitam: quæ Aſſertio inuen- "
ta eſt ſufficienter elicita fuiſſe à dicta Propoſitione damnata, quemad- "
modum publica Relatione ſolemnium Magiſtrorum in Theologia com- "
miſſorum per Iudices & Conſilium fidei ſuper Examinatione eiuſdem "
Propoſitionis provt ipſe etiam Dux Burgundiæ petiuit, facta eſt certa fi- "
des. Præſuppoſito igitur quid per Tyrannum ille Iuſtificans intelligat, "
Tyrannus, inquit, *ille eſt qui in Repub. non rectè principatur, aut Principari* "
conatur, audiant vniuerſi, audi Cœlum & auribus percipe terra, quid hæc "
Aſſertio monſtri contineat. *Quilibet Tyrannus poteſt & debet licitè & me-* "
ritoriè occidi per quemcunque Vaſallum ſuum, vel ſubditum etiam per inſidias "
& blanditias, vel adulationes, non obſtante quocunque Iuramento, ſeu confœ- "
derationefactis cum eo, non exſpectata ſententia, vel mandato Iudicis cuiuſcun- "
que. Quis Aſſertionem hanc, ô verax Deus! non protinus improbet au- "
ditam? Quis non eam illicò ſcandaloſiſſimam & ſeditioſiſſimam abſque "

" vlla dubitatione dijudicet? Primum quidem, nec inſolitum ſubditis
1413. " notam Tyrannidis Superioribus adſcribere, habere eam veluti comper-
" tam atque notoriam, nec egentem teſtibus, aut Iudice. Conſequens erat
" ergo ſecundum Doctrinam hanc, imò debitum cuilibet iure ſuo neces ſu-
" periorum viliſſimas & ſubitas exercere. Laudabuntur inſuper Actores ſi-
" cut viri fortes & amatores libertatis. Ipſis quoque plauſibiliter & cer-
" tatim vulgus inſolens & ad nouitates noxias ſemper arrectum congratu-
" labitur cupidè, miſeréque ſeruiet. Quo nihil poteſt ſeditioſius & inſul-
" ſius, nihil infelicius & fuſibilius inueniri. Ita tamen latè fieri nedum le-
" gimus ex hiſtorijs, ſed ipſi vidimus oculis & ingemuimus. O mores! ô
" tempora! ſiccine ſpernitur tua Petre! Iuſſio. Serui ſubditi eſtote in omni
" timore Dominis non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Sed
" neque ſubditos oportuerat per ſpiritum erroris & doctrinam Dæmo-
" niorum prouocatam profundius in hanc vaſtam inſaniarum falſarum,
" ac ſeditionum voraginem demergere, vnde vix emergant. Expoſita
" quippe fuit venditioni publicæ viperea Doctrina, patuit quoque ad le-
" gendum, fugendumque tradita eſt. Verum quiſquis adeſt habens ze-
" lum Dei & proximi, qui præterea Conſeruationem fidei ſalubriumque
" Præceptorum, qui ſalutem animarum, qui Reipub. tranquillitatem, qui
" Dominationis cuiuſlibet ſpiritualis, vel temporalis à Deo conſtitutæ
" decus & robur exoptat, exurgat petimus, agat viriliter: præcipuè Iu-
" dex Eccleſiaſticus conſtans ſit ad deturbandum funditus ab omnium
" hominum cordibus deteſtandam hanc Propoſitionem cum ſuis erroribus
" omne confundentibus faſque, nefaſque. Quos errores eſſe impios qui
" poſt ammonitionem, vel negat, vel dubitat homo præſertim Iudex con-
" ſtitutus, quomodo fidelis eſt? qualiter oſtendit ſe paratum corrigere?
" quomodo vult Eccleſiam audiri quæ veritates oppoſitas his iubet expli-
" cita fide teneri. Non occides, inquit, Non periurabis, & ita de reliquis
" moralibus principijs. Sit nobis hîc cum Apoſtolo fas dicere: Si quis aliud
" euangelizauerit etiam Angelus de Cœlo, anathema ſit. Nam per Dei at-
" que hominum fidem! ſi iuramentum ſanctiſſimum quod eſt omnis Con-
" trouerſiæ finis, ac principium humanæ ſocietatis vinculum nihili pende-
" re licuerit, dum cauetur aliquod ſibi, vel ſuis præiudicium. Si cuilibet
" in cauſa neciti alterius non diffida, non moniti, non auditi, non conuicti
" ſibi ius dicere fas fuerit: ſi fictis proinde blandicijs, ac inſidijs ſubitis cum
" perditione corporis vt in ſe eſt animæ per ſicarios pretio conductos abu-
" ti conceſſum ſit, quid in humanis & diuinis rebus tutum? quid ratione
" conſtans ſupereſſe videbimus? Quamobrem nemo non videt quàm iuſtâ
" certiſſimáque ratione prohibuerimus ſub Edictis publicis anathematiza-
" tam hanc Propoſitionem ab omnibus finibus Regni noſtri, eamque ab
" ipſo terrarum orbe quaquaverſùm exturbari ſuademus, denunciamus,
" imploramus; dicet zelus, accuſamus; ſed euidentia Patrati facinoris cla-
" more non indiget accuſantis. Eia nunc tempus faciendi, dum ſedent ſe-
" des in Iudicio, dum collectum eſt Generale Concilium.

" His tandem animaduerſis & alijs quãpluribus in fidei proceſſu ſermone
" latiori deſcriptis compulit Regiam Majeſtatem noſtram ratio multiplex
" vltra iam apertas. Hæc in communem omnium notitiam deducere re-
" cogitamus. Itaque quid egregius Rex & Propheta Dauid egerit in mor-
" te Abner quam ſubdola proditione Ioab intulerat in vltionem ſanguinis
" Fratris ſui Azaël, & vt Ioſephus ſcribit, propter ambitionem, timens ne
" Dauid cum militiæ Principem ordinaret, ô fallaciſſima nimis & cœca
" ſemper ambitio! Fingebat ſe Ioab infandum ſcelus hoc in obſequium
" Dauid Regis cuius amantiſſimus videri volebat, perpetraſſe. Sed cum
" audiſſet Dauid ſapientiſſimus rem geſtam, ait: Mundus ego ſum & Re-
" gnum meum, apud Deum vſque in ſempiternum à ſanguine Abner filij,
" nec id veniat ſuper caput, caput Ioab, ſequitur, retribuat Dominus
" facienti malum iuxta maliciam ſuam. Tali nos obteſtatione purgamus
" ſuper truculenta nece chariſſimi & vnici Germani noſtri quam pro noſtro

Regnique noſtri bono non puduit authorem aſſerere ab ipſo iuſſam eſſe, " ——
noſque eam approbare debuiſſe contendit; ſed obnitimur profectò obni " 1413.
timur, Noſque exemplo Dauid tam execrandi facinoris neque conſcios "
fuiſſe, nec approbatores eſſe firmamus. Quia tamen apud Nos miſeri- "
cordia ſuperexaltat Iudicium, voluit Clementia noſtra pluries ad recon- "
ciliationem & pacem intendere, tam efficaciter vtinam quàm benigni- "
ter; ſed pleroſque abutentes clementia Regum ſcripſit Aſſuerus inueniri. "
At verò prouenerat obinde fortaſſis ex his conſiderationibus exiſtimatio "
quorundam falli, quaſi Nos aliquid, vel in fauorem alicuius, vel in præ- "
iudicium, ſeu læſionem Catholicæ veritatis conari, vel agi cogitaueri- "
mus. Quo contra proclamamus cum Apoſtolo quod nihil poſſumus ad- "
uerſus veritatem, nec certè volumus: nec Deo propitiante volemus, "
ſic licet ipſe Dux Burgundiæ caro & ſanguis noſter, ſit mille modis ad- "
ſtrictus Nobis, neque ſibi tamen, neque proprijs liberis fauere noſter "
eſſet animus vbi diſpendium vitæ, vbi pernicies ſequeretur animarum; "
ſcimus iuſſiſſe Chriſtum non amandos eſſe filios, vxorem aut fratres pluſ- "
quam ſe. Hinc enim dixiſſe credimus, Non veni pacem mittere in ter- "
ram, ſed gladium. Et inimici hominis domeſtici eius. Proinde Moyſes "
omnium manſuetiſſimus quanta ſeueritate tam operum quàm legum di- "
uinarum vſus ſit zelo conſeruandæ legis. "

Ipſi denique Martyres omnes quanta pro fide paſſi ſint tormenta, ſatis "
inſtructi ſumus. Nulla igitur ratione, nullo ſanguinis, vel fœderis aſpe- "
ctu pacem erroribus impijs & ſcandaloſis noſtra poſſit oſtendere deuo- "
tio. Quid quod expedit aliquando quoſdam in interitum carnis tradi, "
vt ſpiritus ſaluus fiat, vtque cæteris exemplum ſint & ſalus. Quid quod "
Ionas dixit, *Tollite me & mittite in mare*, ſic actum eſt & ceſſauit tempe- "
ſtas. Dedit Achor gloriam Deo, lapidibus obrutus eſt & ab Iſraël indi- "
gnatio fugit Dei. Transfoſſus eſt Abſalon pendens & Regnum Iuda ve- "
lut inuito Dauid, paci redditum eſt. Interemit Salomon iuſſu Patris præ- "
fatum Ioab quia fuderat ſanguinem belli in pace. Cauſam finalem necis "
huius fuiſſe pacem Regni dat Salomon intelligi dum ſubintulit: Dauid & "
ſenum eius & domui & throno illius ſit pax in æternum à Domino. De- "
nique terminum facientes in exhortatione poſtulamus finem erroribus. "
Occurrant omnes in vnitatem fidei, nemo ſibi blandiatur de ſublimi po- "
teſtate, nemo de impunitate confidat ſe ſeducens quaſi proſperum ſcelus, "
dicente Tragico victus habeatur. Itaque non irridetur qui puſillum & "
magnum fecit Deus: veniet hora, veniet, neque longe abeſt quando "
Potentes potenter tormenta patientur, quibus nil profuit, obfuit po- "
tius effugiſſe momentaneam punitionem, vel confuſionem apud ſtultos "
in ſeculo, dum detinetur iuſtitia Dei in mendacio. Quæritur autem hoc "
fieri ſub velo quodam, vel diſſenſionis improbæ, vel Iuſtificationis ſimu- "
latæ, quæ duplex eſt iniquitas qualis nempe Iuſtitia quando perſeuerant "
ſcandala præſtita, nec auferri, ſed foueri cernuntur, neque enim placere "
poteſt fictus Deo qui nec offendicula ſua, ſicut nec Salomon Idola tol- "
lere ſatagit, nec damna quo ad poteſt reſtituit, nec ore confeſſionem fi- "
dei facere vult ſalutarem. Væ, væ quærentibus gloriam propriam & va- "
nam: qualis fuit Saül poſt peccatum: quales illi quos arguit Chriſtus di- "
cens, quomodo poteſtis credere qui gloriam ab inuicem recipitis & glo- "
riam quæ à ſolo Deo eſt non quæritis. Planè nobis ita traditum eſt, ef- "
frenis libido gloriæ prope vſque ad contemptum diuinæ parturit in Ec- "
cleſia Dei deformiſſimos & infauſtos errorum fœtus ab eadem matre "
conceptos quæ radix malorum eſt. Hoc de prioribus hæreticis per hiſto- "
rias, de modernis verò per experientias in diuerſis regionibus & Regnis "
non ſine graui dolore ſentimus. Sed alacriter ad exterminationem por- "
tentorum huiuſmodi ne vincant. Nos Progenitorum noſtrorum exem- "
pla ſecuti, nos in Domino fidei, nos de ſummi Pontificis & omnium in "
commune orthodoxorum, Iudicijs conſilijſque bene creduli totam "
deuotionis noſtræ ſedulitatem, zelum poteſtatem offerimus. Faueat pijs "

deſideriorum conatibus Chriſtus qui pro Petro rogauit vt non deficeret
1413. " fides ſua & noſtra quæ ſua eſt nunquam fides deficiat & ex operibus ſe
" oſtendat. Quoniam hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra.
" Datum in villa noſtra Pariſienſi 27. die Decemb. anno Domini 1414. Re-
" gni verò noſtri 26.

" Menſe Ianuario ſequenti Natio Gallicana nihil habens vnde ſuum de reſtituta pace gaudium manifeſtius faceret, Principes poſtliminio reuer-ſos alioſque ad Guillelmalia ſua inuitauit per M. Benedictum Gentiani, & Epiſcopum Pariſienſem vt ſacris operaretur. Inuitati venerunt magna ex parte, alios abſentes excuſarunt; qua de re ita legitur in Actis, ad diem 10. Ianu.

" Item die S. Guillelmi in Miſſa venerunt DD. Comes Virtutum, Co-
" mes Dolenſis, Comes Richemundiæ, qui fuerunt recepti honorificè per
" omnes Magiſtros Nationis & fuerunt dictæ Gentes ipſorum in Cameram
" Prouiſoris pro deientando ſicut Natio ordinauerat, & poſt miſſam Na-
" tio regratiauit eis de honore impenſo Nationi per organum D. Cancel-
" larij Eccleſiæ Pariſienſis (Gerſonis.) Qui quidem Domini excuſauerunt
" alios Dominos de ſanguine Regis, ſcilicet Regem Ludouicum, D. Bi-
" turiæ, D. Aurelianenſem & alios Dominos qui debebant venire, quia vt
" dicebant, non potuerunt venire propter factum arduum quod euenerat
" in Domo Ducis Aquitaniæ ſicut quilibet ſciebat, ideo rogabant Natio-
" nem vt Natio haberet ipſos excuſatos. Item D. Epiſcopus Pariſ. pranſus
" fuit in Camera Prouiſoris Nauarræ & plures notabiles Magiſtri de Na-
" tione tam de ſuperioribus facultatibus quàm de Natione multum hono-
" rificè & honeſtè.

Placet quoque ad calcem huius anni referre litteras Regias in Rege-ſtis Caſtelleti contentas ad Vniuerſitatis Priuilegiorum conſeruationem.

Lettres narratiues du Quint Article & du Priuilege donné par iceluy Quint Article à l'Vniuerſité de Paris.

" CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Au Pre-
" uoſt de Paris, & à tous nos autres Iuſticiers de noſtre Royaume ou
" à leurs Lieutenans ſalut. Noſtre bien amée Fille l'Vniuerſité de Paris,
" Nous a fait expoſer en complaignant, que joint que pour bien & deüe-
" ment pouruoir aux Egliſes & Benefices de noſtre Royaume de perſon-
" nes ſuffiſantes & idoines, pour le bon regime & gouuernement d'icelle
" & ſalut de nous & de noſtre Peuple, noſtre S. Pere le Pape à preſent ſeant,
" meu de ſa grace, pour le bien & accroiſſement de noſtredite fille & en
" déchargeant ſa conſcience n'agueres au Roolle d'icelle par luy ſigné
" ait pourueu aux Docteurs & Maiſtres, qui de fait ſans fraude, au temps
" de la Confection & datte d'icelles eſtoient preſens en l'eſtude de noſtre-
" dite Fille, de graces expectatiues à pluſieurs & diuerſes Collations de Be-
" nefices, tant d'Archeueſques, Eueſques, Abbez, Prieurs, comme d'au-
" tres gens d'Egliſe de noſtre Royaume, & comme à iceux qui ſont bien
" meurez & à qui de droit leſdits Benefices ſont deüs, & afin que icel-
" les graces puiſſent plûtoſt auoir & ſortir leur effet, quand le cas le re-
" querra, & pour éuiter auſſi à toutes inuolutions de procez; noſtredit
" S. Pere aſſez toſt aprés icelles graces par luy à eux données, leur ait
" pourueu & ſur ce donné pluſieurs belles Prerogatiues, Conſtitutions,
" Ordonnances & Statuts, contenuës & declarées en certaine Bulle ap-
" pellée *le quint Article*; c'eſt aſſauoir que ſi audit an, nul autre que au
" temps de l'aſſignation d'iceluy roolle ſur quelconque faute de paroles
" ou datte pareille au Seigneur que ce ſoit, euſt obtenu de noſtredit S. Pe-
" re graces expectatiues ou qui aprés les obtiendront, ne puiſſent préiu-
" dicier aux graces à eux faites audit roolle, n'y eſtre ne à aucun d'eux pre-
" ferées en l'affectation de pluſieurs Benefices en quelque maniere que
" ce ſoit, excepté tant ſeulement certaines perſonnes Eccleſiaſtiques;

c'eſt

c'eſt aſſauoir ceux qui pour lors reſideront en Cour de Rome, qui auoient eſté vrays familiers domeſtiques continuels & commenſaux, tant du feu de bonne memoire Pape Alexandre dernier trépaſſé, de ſes Cardinaux & Conclaue que de noſtre S Pere, à preſent & de ſes Cardinaux & iuſques à certain nombre d'Eccleſiaſtiques & certaine lettre de Chancelerie de noſtre S. Pere par luy enuoyée à noſtredite Fille, exceptez auſſi les Neueux deſdits Cardinaux; les Freres, Fils & Neueux des Roys, Ducs, Marquis, Comtes & Ambaſſadeurs d'iceux & de leurs femmes & auec ce les Meſſagers & Ambaſſadeurs des generales Eſtudes de noſtredit Royaume, qui pour lors preſentoient à noſtredit S. Pere, ou depuis ont preſenté les principaux Roolles deſdites Eſtudes; comme auſſi des premiers en Cour de Rome, deſdits Roys, Ducs, Marquis, Comtes & pour lors reſidents en Cour de Rome; comme plus à plain eſt contenu audit quint Article, ou que ſi noſtredit S. Pere pour lors euſt concedé ou octroyé à aucun, ou à aucuns par importunité le requerant, ou autrement, ou que aprés il concedaſt ou octroyaſt aucune prérogatiue à ce que dit eſt, ou par laquelle aucun preiudice leur fuſt fait ou qu'elle peuſt déroger auſdits Docteurs ou Maiſtres de noſtredite Fille ou à aucuns d'iceux, & auſquels ladite prérogatiue s'eſtend, que ce ne leur puiſſe préiudicier; mais que icelles, quant auſdits Docteurs & Maiſtres, ſoient du tout caſſées, nulles & de nulle valeur, pour l'approbation deſquelles Prérogatiues, Conſtitutions, Ordonnances ou Statuts plus à plain exprimez audit quint Article, Noſtredit S. Pere a voulu & veut que plaine foy ſoit adiouſtée par tout à la Bulle ſur ce enuoyée à noſtredite Fille, ou au Vidimus d'icelle, ſans nulle autre approbation, en declarant outre par noſtredit S. Pere, tout ce qui ſeroit fait au contraire auoir eſté & eſtre caſſé, nul & de nulle valeur, jaçoit auſſi que par les Priuileges à eux donnez & octroyez du S. Siege Apoſtolique de Rome, dont ils ont vſé & vſent chacun iour, leur ſoit octroyé, afin qu'il puiſſent mieux vacquer aux Eſtudes & autrement moins occupez, *& que ils ne puiſſent eſtre traits ou conuenus en cauſe hors des murs de noſtredite Ville de Paris, par lettres Apoſtoliques ou Legats d'icelle ne autrement, & meſmement és cauſes pendantes pardeuant nos Officiers en cas de ſaiſine & nouuelleté, dont la Cour & cognoiſſance nous appartient ou à nos Officiers pour nous, & non à autres*; Neantmoins pluſieurs manieres de gens taiſant les Prérogatiues, Conſtitutions & Ordonnances contenuës audit quint Article & les Priuileges deſſuſdits, les qualitez & degrez des Suppoſts d'icelle, ſe ſont efforcez & efforcent de caſſer, annuller du tout ledit quint Article ou pretexte d'iceluy & de donner auſdits Docteurs, & Maiſtres de noſtredite Fille, troubles & empeſchemens, & encores font de iour en iour, les vns qui ne ſont point exceptez, ſoubs ombre de laquelle & qu'ils ont greigneur datte que ceux de noſtredite Fille, les autres eux diſans familiers deſdits Cardinaux, ſous ombre de certaines ſubrogations, par leſquelles ils ſe diſent eſtre ſubrogez en lieu des nommez és Roolles principaux deſdits Cardinaux, les autres de noſtredite Fille qui eſtoient abſens au temps de la confection dudit Roolle, ſous ombre de ce qu'ils diſent auoir impetré certaine prérogatiue, par laquelle ils doiuent iouïr & vſer de la prérogatiue de noſtredite Fille; ainſi comme s'ils euſſent eſté preſens au temps du datte dudit Roolle, les autres qui ſe dient Seruiteurs en Cour de Rome, ſous ombre de certaine obligation, & ſupplication que ils baillent à noſtre S. Pere en tentãt l'vne & l'autre qu'ils ſoutiennent quand ils ſongent la vacation d'aucun Benefice & y leuent leurs Bulles de nouuelle Prouiſion au préiudice des Suppoſts de noſtredite Fille, les autres ſont pluſieurs auſquels par importunité, ou autrement noſtre S. Pere a donné pluſieurs graces contre les Suppoſts de noſtredite Fille, & encores ſous ombre des choſes deſſuſdites ſubrepticement par eux impetrées, ont impetré & impetrent ſubrepticement de iour en iour pluſieurs Citations, Monitions & autres manieres en ladite Cour de Rome,

1413.

" par leſquelles ils ſe ſont efforcez & efforcent de citer & traitter de fait
1413. " pluſieurs honorables des Docteurs, Maiſtres & Suppoſts de noſtre Fille
" outre les Monts à Rome, loing-tain Pays de leurs Eſtudes, qui eſt Traction
" indeüe, toutes leſquelles choſes ſont en venant directement & en atten-
" tant folement contre la volonté & determination de noſtre ſaint Pere,
" la teneur dudit quint Article & de leurs Priuileges, & du Priuilege de nou-
" uelleté dont la cognoiſſance nous appartient, comme dit eſt; & de noſ-
" dites autres lettres n'agueres par eux ſur ce obtenuës de nous, en per-
" turbant & empeſchant leſdits Docteurs & Maiſtres en leurs Eſtudes &
" en les trauaillant à tort, ſans cauſe & ſans raiſon, à leur grand grief,
" dommage & preiudice & du bien public de noſtre Royaume, & ſeroit
" encores plus ſi par Nous ne leur eſtoit ſur ce pourueu, requerant ſur ce
" noſtre prouiſion: Pourquoy Nous, ces choſes conſiderées *qui ſommes*
" *Protecteurs de noſtre Fille*, Voulans à icelle pouruoir & remedier aux ma-
" lices des impetrans telles mauuaiſes & ſubreptices ſubrogations, nou-
" uelles Prouiſions & autres impetrations deſſuſdites: Vous mandons &
" commandons, en commettant par ces preſentes, ſi meſtier eſt, que s'il
" vous appert les Prérogatiues, Conſtitutions, Ordonnances & Statuts
" contenuës audit quint Article & autres choſes deſſuſdites par lettres,
" Bulles, Inſtruments, Vidimus d'icelles ou autrement deüement auoir
" eſté données, concedées & octroyées à noſtre Fille & Suppoſts d'icelle,
" par la maniere que dit eſt, Vous & chacun de vous qui requis en ſerez,
" tenez & obſeruez & faites tenir, garder & obſeruer les Prérogatiues,
" Conſtitutions, Ordonnances & Statuts deſſuſdites en leurs termes, ſans
" enfraindre, ſelon leur forme & teneur, ſans faire ou innouer ny ſouffrir
" aucune choſe eſtre faite, ou innouée au contraire, & ſans donner ny faire
" donner d'oreſnauant par vous ny par autres, auſdits eux diſans familiers
" ny à aucun d'eux, aucunes declarations fruſtratoires, pour aller querir à
" Rome telles Subrogations, nouuelles Prouiſions, & choſes deſſuſdites
" ne aucunes d'icelles contraires auſdites Prérogatiues, Conſtitutions,
" Ordonnances & Statuts de noſtre Fille, en les faiſant proceder és cauſes
" commencées pardeuant vous ſi meſtier eſt, durant le temps des Vacations
" prochainement venant & outre leur faites & faites faire inhibitions &
" deffenſes de par nous & à tous autres qui appartiendra & dont ſerez re-
" quis à & ſur groſſes peines à nous à appliquer, que contre n'y au pre-
" iudice deſdites Prérogatiues, Conſtitutions, Ordonnances & Priuile-
" ges deſſuſdites dorénauant ils ne citent, traitent, ne faſſent citer, trai-
" ter leſdits Docteurs, Maiſtres & Suppoſts d'icelle, ne aucun d'eux en
" ladite Cour de Rome, ny ailleurs hors de noſtre Ville de Paris, & que
" ſi aucune choſe ils ou aucun d'eux ont fait ou fait faire au contraire, que
" ils reuoquent & rappellent, tantoſt & ſans delay, ou faſſent reuoquer &
" **mettre du tout au neant, à leurs propres couſts & deſpens & ayent à eux**
" ceſſer & deſiſter des Citations, Monitions, Sentences deſſuſdites, les
" contraignant par toutes voyes deües & raiſonnables, & ſi métier eſt par
" la priſe deſdites Citations, Monitions, Sentences & autres de Cour de
" Rome & de leur temporel, mettre en auant ſi le cas le requiert & par
" toutes voyes deües & raiſonnables & ne ſouffrez en aucune maniere icel-
" les eſtre miſes à execution, mais les tenez & faites tenir en ſuſpens iuſ-
" ques à ce que autrement y ſoit pourueu: Car ainſi nous plaiſt-il eſtre
" fait & à noſtredite Fille, l'auons octroyé & octroyons de grace ſpeciale
" par ces preſentes, nonobſtant quelconques appellations, lettres ſubre-
" ptices & autres. Donné à Paris le 6. iour de Iuillet, l'an de grace 1413.
" Et de noſtre regne le 33. Publiée en Iugement.

1414. Anno 1414. celebrari cœpit Concilium Conſtantienſe, connitente ad opus tam ſalutiferum Sigiſmundo Imperatore, provt cum Ioanne Papa conuenerat; quamin rem die penultima Octob. anni ſuperioris publicas ſcripſerat litteras; & Ioannes ſimiliter 4. id. Decemb. quibus ad illud. Concilium Prælatos, Reges, Principes, maximè verò Vniuerſitatem

Pariſienſem inuitabant, vt ſuos quoque ad illud Oratores Legatoſque deſtinaret. 1414.

Extant in Tabulario Academico litteræ quibus Vniuerſitas Sigiſmundo tam ſanctum propoſitum quaſi Autori gratulatur, datæ die 7. Maij.

SERENISSIMO ac Victorioſiſſimo Principi Sigiſmundo Regi Romanorum ſemper Auguſto *Rector & Vniuerſitas Pariſ.* Sal. reuerentiam & in bonis operibus perſeuerantiam. Sereniſſime ac Victorioſiſſime Princeps & ſemper Auguſte; exultantibus & non ingratis animis id iugiter, apud Nos commemoramus, quod Nos veſtra Regalis celſitudo ſuis ſcriptis venerata ſit, ac ſuorum arcanorum dignetur honore, nec ad grates condignas nitimur, ſed id vnum poſſumus quod & vota noſtra & quæque grata nobiſcum videritis veſtris obſequijs condonemus. Verum dum veſtræ accuratè Epiſtolæ partes colligimus, hoc vnum & ſpem mentibus validiorem inducit & mentes iocundius afficit, quod ſapientiam, *per quam Reges regnant & Legum Conditores iuſta decernunt*, indefeſſe colitis, hanc quoque à florenti veſtra iuuentute exquiſiuiſtis & amaſtis. Admiramur, admiranteſque ſollicitudinem hanc noſtro pro poſſe in excelſum efferimus, quod Regia ſublimitas grauibus exercitijs dedita curiſque circunuenta tam arduis ſe ſtudijs litterarum accommodet & immaculatæ legi Dei magnanimis in præcordijs conſcribendæ det operam, ſicque tempora proprijs aptans Officijs nihil dierum vagum relinquat. Cœleſte profectò donum eſt ſi mens erudita ſtrenuo cum corpore conueniat; nec quemquam magis decent hæc quam Principem, vt qui multiplici poteſtate Regna moderatur, amplioribus notitijs ſit fœcundus. O quàm populis gaudioſum quantaque Regno gloria Principem habuiſſe circunſpectum; cui mens clara in corpore claro, cui omnia recto calle dirigere & forti virtute exequi & corpus præſtat & animus. *Nihil quippe beatiores facit eſſe Reſp. quàm ſi eas Studioſi regant, aut earum Rectores Sapientiæ ſtudere contingat.* Tales aliorum Dominos & Rectores natura conſtitutos meminimus; felix igitur veſtris laboribus ſit Eccleſia, fortunatique ſub tanto tamque ingenti Principe populi, ac vobis pia vota ſuccedant, & nos veſtræ ſinceritatis inſignia veſtigia ad ſalubria quæque feliciter promouenda in Domino congaudentes iunctiſſimi ſemper ſubſequemur; Noſtrorumque aliquos viros electiſſimos & probatos, ſi Regi ſupremo Domino noſtro res accepta ſit, cum Regalibus Principibus, vel aliquo eorum, aut quouis modo opportunum fuerit ad Celſitudinem veſtram libentes deſtinabimus. Hoc exſpectantes vt in charitate non ficta, in longanimitate, in verbo veritatis Eccleſiæ pacem portare, illuminare Patriam, dare pacem animabus noſtris aduenerit is. Quantos meritos honores quantaque laudis inſignia & vt magis ſempiterna quàm temporalia dicamus; quæ præmia à Chriſto vobis obuentura putetis, ſi vt & vnus Paſtor, ſic vnum indiſperſumque Ouile Dominicum in vberrima Catholicæ Religionis paſcua veſtra vigilantia proſperetur, ſi veteribus creditur hiſtorijs, noſtis etenim quanto in honore Auguſtorum nomina maneant, vt neque eorum morte, neque vetuſtate eorum decora & inclyta fama deleta ſit: at eorum nomen perpetua labe ſordidum eſt qui diras exercuere tyrannides, & velut ſibi ipſis nati ſpreto Regalis debiti vinculo, præ ignauia in delicijs voluptuarunt; ſed primos imitari, alios rectâ diſcretione deſpicere veſtris altis, ac laboribus deditis animis ſatis affixum eſſe cognouimus. Serenitatem veſtram roboret & confirmet Deus fortitudo noſtra, vt poſt glorioſum ſemper ex hoſtibus triumphum proſperitatis & pacis rebus intendat. Datum Pariſius in Congregatione noſtra Generali, apud S. Math. ſolemniter celebrata anno Domini 1414. die 7. menſis Maij.

Rogata quoque Vniuerſitas à Ioanne Pontifice, vt Bohemos ab hæreſi Wicleffiana piè reuocare conaretur, quoniam ipſe in Concilio Romano nihil aduerſus Huſſium & Sectatores proficere potuerat, ſuis

1414. Legatis inter Inſtructiones hanc partem potiſſimùm demandauit, vt illos ad parendum inducerent, & à nouitatibus ſemper periculoſis deducerent; leguntur autem iſtæ Inſtructiones in quodam Exemplari papyraceo Tabularij Academici notato hiſce notis. A. 1. V.

Sequuntur Inſtructiones pro Ambaſſiatoribus Vniuerſitatis Studij Pariſienſis, miſſis ex parte eiuſdem Vniuerſitatis ad partes vicinas Bohemiæ, ad Prælatos & Principes Vniuerſitatis & Communitates notabiles Almaniæ, ad fines qui infra continentur, & ad conueniendum cum Illuſtriſſimo Principe D. Imperatore, cæteriſque Prælatis & Principibus, ac Ambaxiatoribus Illuſtriſſimi Principis D. Ducis Bungundiæ & aliorum Principum qui de proximo illuc conuenire habent.

„ IMprimis poſtquam dicti Ambaſſiatores applicuerint in loco Conuen-
„ tionis, viſitabunt Prælatos & Principes qui ibidem conueniunt, aut
„ eorum Ambaſſiatores, recommendando eis Vniuerſitatem præfatam &
„ exponendo eis fines ſuæ Ambaſſiatæ, *qui ſunt, tentare reducere. Quoſdam*
„ *qui nuper inſurrexerunt* in Regno Bohemiæ ſequentes particulares doctri-
„ nas contra Doctrinam vniuerſalis Eccleſiæ, ad vnionem & communem
„ obſeruantiam vniuerſalis Eccleſiæ, aut ſaltem ad ſubijciendum opinio-
„ nes ſuas determinationi Concilij Generalis vniuerſalis Eccleſiæ in pro-
„ ximo celebrandi. Et hoc viâ charitatiuâ & doctrinali tantùm provt ei-
„ dem Vniuerſitati ſpectat, nihil præſumendo contra aut præter autori-
„ tatem Rom. Pontificis & ſedis Apoſtolicæ, ad quos autoritatiuè ſpectat
„ reducere deuiantes, &c. Et ad finem inducendi omnes Prælatos & Prin-
„ cipes partium ſuæ Ambaſſiatæ ad promotionem accelerationis Concilij
„ Generalis, & vt ſe reddant paratos conuenire in dicto Concilio proxi-
„ mè, vt ſperatur, celebrando. Et idipſum facient apud Illuſtriſſ. Prin-
„ cipem D. Ducem Burgundiæ, ſi contingat eos tranſire per locum proxi-
„ mum ſuæ reſidentiæ. Si verò D. Imperator ibidem perſonaliter conue-
„ niat, vt ſperatur, ſuam Serenitatem primitùs viſitabunt, ſuæ intentioni
„ congratulantes & ipſum per amplius inducentes ad eam conducendam
„ ad effectum, oſtendentes quanta macula ſuæ Coronæ Imperiali, quan-
„ taque plaga ſuo Imperio relinquatur, niſi hoc ſcandalum de medio ſuæ
„ Ditionis celerius tollatur. Exponentes etiam intentionem & finem ſuæ
„ Ambaxiatæ, vt ſuprà.

„ Item poſtquam recommendauerint & expoſuerint, vt ſuprà, inquirent de fine Conuentionis præfatæ & de intentione Prælatorum & Prin-
„ cipum conuenientium, qui ſi fuerint conformes fini & intentioni Vniuer-
„ ſitatis, tractabunt cum eis de modo & forma tenendis ad reducendum
„ deuiantes illos, de quibus ſupra, vt in dicta Conuentione ſit concordia,
„ non deuiando tamen quouis modo à fine & intentione Vniuerſitatis.
„ Collaudabunt etiam ſanctum **Propoſitum prædictorum Prælatorum &**
„ Principum, & maximè D. Imperatoris, ſi ibidem conueniat perſonaliter,
„ eoſdem per amplius inducentes ad tam ſanctum Propoſitum, deducendo
„ ad effectum, tum Dei reuerentia, tum propter pacem & tranquillitatem
„ Eccleſiæ, tum ad ſaluandum honorem Imperatoris Prælatorum & Prin-
„ cipum illarum partium, quibus potiſſimè incumbit.

„ Item & hoc facto inquirent diligenter de punctis principalibus ſectæ
„ huiuſmodi Deuiantium, & rationibus eorum, & ſe præmuniant diligenter
„ contra Articulos & rationes eorum, vt ſi poſſit fieri, viâ rationis illico
„ reducantur ad veritatem doctrinæ orthodoxæ.

„ Item ipſis ſic præmunitis, poterunt ſe exponere dicti Ambaſſiatores
„ exhortationi prædictorum deuiantium, vt ipſi ob reuerentiam Dei & Ec-
„ cleſiaſticæ vnitatis & ad vitandum effuſionem ſanguinis Chriſtiani, *in*
„ *contemplationem etiam Vniuerſitatis Studij Pariſ.* quæ ſemper zelatur pa-
„ cem & concordiam in Eccleſia S. Dei & Reformationem Eccleſiæ in Ca-
„ pite & in membris, quæ innititur Euangelicæ Doctrinæ, ac autoritati ſan-
„ ctorum ab Eccleſia approbatorum, nec vnquam fuit notata de aliqua

Partialitate, quæ libenter recipit & nutrit filios de omni parte Chriſtianitatis, neque ſtatim acquieſcit quibuſcunque rumoribus, niſi poſtquam debitè fuerit informata. In contemplationem etiam Eccleſiæ Gall. & totius Regni Franciæ, quod ſemper Regno Bohemiæ fuit confœderatum, velint planè & promptè ſe vnire doctrinæ hactenùs obſeruatæ in Eccleſia vniuerſali per tot & tantos notabiles Doctores qui nos præceſſerunt, oſtendendo quàm ſit periculoſa nouitas in fide, & quàm leue ſit Rationem humanam decipi, vbi ſola ſequenda eſt Autoritas; aut ſaltem ſi de aliquo hæſitauerint, velint ſuper hoc ſe ſubmittere determinationi Concilij Generalis de proximo celebrandi; recitando ita feciſſe Apoſtolos in primitiua Eccleſia & SS. Patres qui nos præceſſerunt, oſtendendo etiam quàm periculoſum ſit non recognoſcere Superiorem in opinione ſua, ſaltem Congregationem vniuerſalis Eccleſiæ, quæ nulla partialitate notari poteſt. 1414.

Item & ſi prædicti Deuiantes exhortationi præfatæ obediuerint, capiatur omnimoda ſecuritas de eorum ſubmiſſione in Concilio Generali. Et ſuper hoc fiat ſcriptura publica & authentica cum conſilio & cum conſenſu Conuenientium ibidem. Si autem non obediuerint prædictæ Exhortationi ſe vniendo, aut ſaltem ſubmittendo Concilio Generali, quinimo Articulos ſuos ſuſtinere voluerint, attendantur diligenter fundamenta principalia ſuorum Articulorum, & audiantur eorum argutiæ, neque eis incontinenti detur reſponſio, ſed acceptis inducijs prouideant inter ſe Ambaſſiatores de firma & ſolida reſponſione, concludendo ſemper in fine Collocutionis ſuæ, vt in proximo art. ſcilicet ad finem planæ reunionis & ſubmiſſionis.

Item & quoad alium finem propter quem mittuntur præfati Ambaſſiatores, ſiue præfati Deuiantes planè ſe reunierint Eccleſiæ, ſiue non, neque etiam ſe ſubmiſerint determinationi Concilij Generalis; quod Deus auertat maximè tamen vbi ſe ſubmiſerint, nihilominus Ambaſſiatores præfati habebunt inducere omnes Prælatos & Principes Partium ſuæ Ambaſſiatæ ad promotionem celebrationis Concilij Generalis tempore ſtatuto in Concilio Conſtantienſi, immò & accelerationis eiuſdem, ſi neceſſe fuerit, oſtendendo neceſſitatem celebrationis huiuſmodi Concilij tam pro extirpatione hæreſum, quàm pro Reformatione Eccleſiæ in Capite & in membris; quodque ſuper hoc velint reſcribere ſummo Pontifici. Inducant etiam eos ad promotionem celebrationis Conciliorum Prouincialium per Prouincias illarum partium ad vitandas futuras hæreſes & morum deformationes, allegando quod ita diſponitur hîc fieri ad promotionem Vniuerſitatis præfatæ.

Item & ſuper præmiſſis adhibeant diligentiam de reſcribendo ſæpè dictæ Vniuerſitati de nouis occurrentibus, neque aliquid præſumant contra autoritatem ſedis Apoſtolicæ & intentionem præfatæ Vniuerſitatis. Cætera remittuntur diſcretioni dictorum Ambaſſiatorum.

Item deferant ſecum Epiſtolas Vniuerſitatis pro acceleratione Concilij Generalis, vt eas communicent illis quibus videbitur expediens.

Scripſit quoque Gerſonius ad Archiepiſcopum Pragenſem ſuper ea re, cuius extant litteræ apud Cochlæum, *l. 1. hiſtor. Huſſ. his verbis.*

Epiſtola Gerſonis Cancellarii ad Archiepiſcopum Pragenſem.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO PRÆCLARISSIMO DOMINO N. ARCHIEPISCOPO PRAGENSI ET APOSTOLICÆ SEDIS LEGATO, IOANNES CANCELLARIVS AC DECANVS SACRÆ THEOLOGICÆ FACVLTATIS VNIVERSITATIS PARIS. Gratiam & Pacem & ad ea vigilanter ſuperintendere quæ ſalutem reſpiciunt animarum. (Et poſt multa.) Quæ dum etiam atque etiam recogito, inueniuntur hactenus hæreſes extirpatæ ab agro Eccleſiaſtico diuerſis vijs veluti falce multiplici. Inueniuntur quidem primitùs falce, vel acuto ſarculo miraculorum atteſtantium diuinitùs Catholicæ veritati, & hoc tempore Apoſtolorum. Inueniuntur extirpatæ poſtmodùm per

" falcem diſputationis argumentativæ per Doctores. Sunt extirpatæ per
1414. " inde, per falcem ſacrorum Conciliorum, fauentibus Imperatoribus, quan-
" do diſputatio doctrinalis particularium Doctorum inefficax eſſe videba-
" tur. Tandem acceſſit velut in deſperata peſte ſecuris brachij ſecularis
" excîdens hæreſes cum authoribus ſuis & in ignem mittens: Prouidens hac
" tantâ ſeueritate, & miſericordi, vt ſic dicatur, crudelitate, ne ſermo
" talium veluti Cancer ſerpat in perniciem tam propriam quàm alienam. Et
" antè multo tempore non ſinere Procuratoribus ex ſententia agere, ſed
" ſtatim vltionem adhibere magni Beneficij eſt Indicium. Quia nihil eſt in-
" felicius, dicente Auguſtino, felicitate peccantium. Colligat ex iſtis &
" ſimilibus Prudentiſſima veſtræ Paternitatis reuerentis circunſpectio quid
" actura ſit in re præſenti. Nam ſi Pſeudo-Doctores apud vos ſeminatores
" hæreſum quærunt miracula, ſciant quod illa iam abunde facta ſunt &
" præterierunt. Neque fas eſt vt ad fidem noſtram tanquam nouellam per
" miracula confirmandam nunc tentetur Deus. Habent ipſi nedum Moy-
" ſen & Prophetas, ſed & Apoſtolos & Doctores antiquos cum ſacris
" Concilijs. Habent & nouos Doctores collectos in Vniuerſitatibus præ-
" ſertim in ipſâ Matre Studiorum Vniuerſitate Pariſienſi quæ hactenus hæ-
" reſum monſtro caruit & Domino protegente carebit in æuum; habent
" prorſus hæc omnia, credant eis, alioquin neque ſi quis ſurrexerit à mor-
" tuis, credent. Neque rurſus in diſputando apud tales pertinaci animoſi-
" tate contendentes & innitentes propriæ prudentiæ vllus vnquam erit fi-
" nis. Quin potius nimis altercando iuxta verbum Senecæ, deperdetur ve-
" ritas, ſcandalizabitur inſuper Populus, lædetur quoque ſumma Chari-
" tas. Denique talis obſtinatorum proteruitas incidit in illud Poëtæ:
" Ægreſcitque medendo. Supereſt igitur ſi præmiſſorum nihil proſit,
" quod ad radicem infructuoſæ imò maledicæ Arboris ponatur ſecuris bra-
" chij ſecularis. Quale vos Brachium inuocare vijs omnibus conuenit,
" & expedit ad ſalutem omnium vobis Creditorum, &c. (Et ſub finem.)

" Denique monſtraturi quàm vigeat etiam aduerſus ſuos zelus fidei,
" apud Chriſtianiſſimum Regem noſtrum Franciæ & Præclariſſimam filiam
" ſuam Vniuerſitatem Pariſienſem, vnde gloriamur in Domino, dignum
" duximus tranſmittere litteras Patentes eiuſdem Domini Regis ac Præ-
" fatæ Vniuerſitatis Reuerendæ Paternitati veſtræ; quàm conſeruet ſum-
" mus animarum Paſtor & agricola verus qui eſt dictus in ſecula. Scriptum
" Pariſius 27. Maij vigilia Pentecoſtes. Subſignato de manu propria & ſi-
" gillo Cancellariæ Pariſienſis DE GERSONO.

Quod ad res Francicas attinet, iterum exarſit bellum cum Burgundo, & Aurelianenſibus abunde ſatisfactum. Natio Gallicana ſumptibus proprijs ſupplicationem inſtituit ad Cœleſtinorum ædem, vbi iacebat Ludouici Aureliani corpus, ibique ſolemniter eius exequias celebrauit; qua de re ſic ſcribit **M. Ioan. de Templis tum eiuſdem Nationis Procurator.**

EXEQVIÆ DVCIS AVRELIANENSIS.

" Die Lunæ 10. menſis Iunij anno Dom. 1414. in hac Procuratoria M.
" Ioannis de Templis iuxta deliberationem Nationis Franciæ ſolemniter
" præhabitam in S. Mathurino facta fuit Congregatio generalis totius Na-
" tionis præfatæ in S. Math. ad eundum proceſſionaliter apud Cœleſtinos,
" vbi inhumatum eſt corpus defuncti piæ record. Illuſtriſſimi Principis D.
" Ludouici quondam Ducis Aurelianenſis & vnici Germani fratris D. no-
" ſtri Regis pro celebrandis exequijs ſolemnibus pro ſalute animæ eiuſ-
" dem D. Ducis. In quibus conuocati interfuerunt in multitudine copio-
" ſa quamplures DD. & MM. diuerſarum Profeſſionum, Dignitatum &
" Graduum, videlicet Archiepiſcopi, Epiſcopi multi & Abbates, Magi-
" ſtri in Theologia, Doctores in Decretis, Magiſtri in Medicina, Bacca-
" larij formati & Curſores in Theol. Licentiati in Iure Ciuili & Canonico,
" Regentes in Artibus & Baccalarij in Artibus pro tunc exiſtentes in Ca-
" meris præſentes in habitibus decentibus iuxta Gradus & Profeſſiones
" ſuas cum alijs Magiſtris & Scholaribus mirabili copioſitate. Et fecit

ſeruitium D. Epiſcopus Pariſ. qui etiam affuit pedes in Proceſſione cum Procuratore. Quarum quidem Exequiarum & Vigiliarum, Proceſſionis & Miſſarum expenſas ſoluit ad plenum Natio. Videlicet pro ſexaginta libris ceræ ad faciendum luminare in tedis & cereis, librâ valente 3. ſol. 4. d. Pariſ. 10. lib. Pariſ. Item pro 13. miſſis tunc in eadem Eccleſia pro dicto Domino ſubmiſſa voce celebratis 36. ſol. Pariſ. Item pro Offertorijs & eleemoſynis manualiter tunc pauperibus erogatis 20. ſol. Pariſ. Item pro duobus cereis albæ ceræ quæ virginea dicitur, datis dicto Conuentui in recompenſationem aliquarum miſiarum occaſione dictæ proceſſionis factarum quolibet cereo ponderis 2. librarum cum dimidia & libra valente 6. ſol. Pariſ. valent 30. ſol. Item pro Salario Cantorum & prandio Officiantium & quibuſdam alijs minutis miſijs 44. ſol. Pariſ. & ſic reſultant omnes expenſæ ad ſummam 16. lib. Pariſ. 1414.

Eodem anno, menſe Auguſto, orta eſt grauis diſcordia in Vniuerſitate occaſione cuiuſdam Adiunctionis, quàm M. Ioannes Campani Rector concludere noluerat in gratiam M. Vrſini de Tailleuande Doctoris Theol. Normani Epiſcopatum Conſtantienſem proſequentis; adeóque contentio creuit, vt Rector in loco ſacro, hoc eſt in Mathurinenſium Æde à prædicto Vrſino pugnis appetitus fuerit. Et cum Rector ille ſuppoſitum eſſet Nationis Gallicanæ, voluit ipſa natio vlciſci facinus, atque omnia ſuppoſita cuiuſcunque facultatis gradus & ordinis eſſent in Capitulum Baſilicæ Pariſienſis conuocari voluit, vt ea de re deliberaretur. Rem vt geſta eſt, habemus in libro veteri Procuratorum Nationis Gall. manu M. Ioannis de Templis tunc eiuſdem Nationis Procuratoris deſcriptam his verbis.

RECTORI ILLATA INIVRIA.

Anno Domini 1414. die vero 5. menſis Auguſti celebrata fuit Congregatio ſolemniſſima Nationis Franciæ in Capitulo *Eccleſiæ Pariſ. vbi in arduiſſimis caſibus & neceſſitatibus & factis vrgentibus conſueuit ipſa Natio congregari ſub protectione & directione B. Mariæ Virginis in conſilijs & agendis.* Et præſertim quia locus ille videbatur facilior acceſſu pro DD. Suppoſitis Nationis de omni ſtatu illuc conuocatis, ſcilicet DD. Prælatis, Magiſtris in Theol. qui illuc in magno numero affuerunt, Doctoribus in Decretis, & Magiſtris in Medicina; Dominis de Parlamento, Aduocatis & Practicis, Conſiliarijs Vniuerſitatis Dominis pluribus de Capitulo Pariſ. Baccalarijs formatis in Theol. Licentiatis, in Iure Canonico & Ciuili & alijs Magiſtris in Artibus in multitudine copioſiſſima, vt locus non bene capere ſufficeret accurrentes. Fiebat autem ipſa Congregatio ſuper reparatione cuiuſdam enormis iniuriæ in die Iouis præcedente perpetratæ in perſona Reuerendi Magiſtri & D. Magiſtri Ioannis Campani de Natione Franciæ tunc Rectoris Vniuerſitatis, ipſo exiſtente in loco Congregationis in S. Mathurino. Quia enim præfatus D. Rector noluerat **concludere conceſſionem Supplicationis M. Vrſini de Tailleuande** Normani ſupplicantis pro adiunctione Vniuerſitatis in proſecutione Epiſcopatus Conſtantienſis de quo contendebat dicens ſe pro illius ſupplicationis conceſſione ſaluo ſuo iuramento .....

.....

Supplicationem; quam etiam dicebat D. Rector gratioſam: cum gratioſum ſit, quod Vniuerſitas in non concernentibus Priuilegia ſua proſequatur promotionem ſui ſuppoſiti, & adiungat ſe illi in cauſa Beneficiali. Tum inſuper quia D. Rector nihil ſuper hoc in deliberatione poſuerat, nec in ſua præſentia aliquid ſuper hoc illi dictum fuerat. Tum præterea quia talis ſupplicatio erat in magnum præiudicium & grauamen authoritatis Domini noſtri ſummi Pontificis & de directo veniens ad ſubſtractionem Beneficiorum, cuius oppoſitum proſequi iurauit Rector ſicut & alij in ſua inſtitutione.

Porrò alij fauentes dictæ ſupplicationi & materiæ totis conatibus & validiſſimis clamoribus inſtabant vt ipſe concluderet, dicentes ſupplicationem illam rigoroſam eſſe & Rectorem debere compelli, quia iurauit

" à maiori parte ſemper concludere; quod & facere moliti ſunt claman-
1414. " tes validiſſimè *Cappam, Cappam*, per hoc ſignificantes quod ſibi violen-
" ter aufferretur cappa. Et tandem in exitu eius de Capitulo S. Mathurini
" impetum facientes in eum iniecerunt manus in Capucium & cappam eius
" adeò violenter, vt de cappæ penna & capucij etiam pars vna lacerata ſit;
" & ne violentius traheretur, oportuit quod ipſe deponeret ſuum Capu-
" cium. Eorum verò qui ipſi D. Rectori aſſiſtebant defendentes eum ali-
" qui percuſſi ſunt, & præſertim vnus vſque ad ſanguinis effuſionem, alius
" ad terram proſtratus & alius per crines tractus. Et breuiter, fuit impetus
" & confuſio mirabilis & tanta violentia, vt vix ab illo loco potuerit D. Re-
" ctor exire.

" Quoniam igitur iniuria talis præſertim concernebat Nationem pro
" quanto; & D. Rector eſt venerabile ſuppoſitum Nationis, & ſuppoſita
" læſa ſolum ſint de ipſa Natione, idcirco ponebatur in deliberatione quid
" agendum pro reparatione tam atrocis iniuriæ, per quam læſa erat Vni-
" uerſitas tota, & præſertim Facultas Artium, cum D. Rector paſſus ſit
" pro ſuſtinendo Concluſionem & intentionem Facultatis Artium, & ma-
" ximè Natio Franciæ. Super quo fuit deliberatum concorditer & con-
" ſenſu vnanimi per modum qui ſequitur.

" Primò quod prædicta iniuria in perſonam D. Rectoris perpetrata, gra-
" uis, atrox & enormis iniuria erat, tum propter læſam perſonam, *quæ ſupe-*
" *rior & Caput eſt totius Vniuerſitatis*, tum propter lædentes, quia tales erant
" ſuppoſita Vniuerſitatis Rectori ſubdita, & per iuramenta ſua obligata
" ad exhibendum illi reuerentiam, obedientiam & honorem, loco quo-
" rum inferebant ſibi rebellionem & offenſam. Tum 3. propter locum qui
" ſacer erat, videlicet Eccleſia & Clauſtrum S. Mathurini. Tum 4. pro-
" pter actum, quia in exercendo ſuum officium commune, ſcilicet Offi-
" cium Rectoriæ tempore Congregationis. Tum 5. propter modum facien-
" di quia videlicet per modum Commotionis popularis & rebellionis erga
" ſuperiorem, ſiue etiam conſpirationis & præconceptionis tam nefarij ſce-
" leris.

" Secundò & principaliter deliberatum fuit, quòd attentis iſtis, iniuria
" hæc totam concernebat Vniuerſitatem, & perſecutio reparationis illius
" erat facienda per totam Vniuerſitatem tanquam reparatio ſuæ propriæ
" iniuriæ & grauiſſimæ læſionis ſui honoris. Et potiſsimè offenſa erat Facul-
" tas Artium, tam propter rationem prætactam, tum quia Rector eſt ſpecia-
" liter *Caput*. Facultatis Artium, ſpecialiorem habens reſpectum ad eam, ad
" quam ſpectat ipſum in officio conſtituere, quàm ad alias facultates. Qua-
" propter requirenda erat prędicta facultas ex parte Nationis Franciæ, qua-
" tenùs aſſumeret factum iſtud tanquam proprium, & reparationem talis in-
" iuriæ proſequi ad honorem ſuum & totius Vniuerſitatis dignaretur.
" Etiam in caſu quo Vniuerſitas in ſe nollet, vel tepeſceret in perſecutio-
" ne condignæ reparationis tam atrocis iniuriæ, cui ſcilicet, vt dicebant
" deliberantes, non contigit par in perſonam Rectoris à ſuis ætatibus. Re-
" quirenda tamen erat Vniuerſitas ſuper iſto per Facultatem Artium & ſpe-
" cialiter per iſtam Nationem, quæ quia grauius cæteris in hoc facto læſa
" erat, deliberauit concorditer proſequi reparationem condignam huiuſ-
" modi grauis offenſæ omnibus vijs & modis, rationibuſque vbi cæteræ
" Nationes & Facultates deſiſterent, & expenſis proprijs ſi opus fuerit,
" propter quod,

" Tertiò & principaliter deliberatum fuit & iniunctum ex parte totius
" Nationis cuilibet ſuppoſito eiuſdem ſub pœnâ priuationis ab ipſa Natio-
" ne & periurij, ne præſumeret directè, aut indirectè proſequi contra præ-
" ſentem deliberationem Nationis & proſecutionem ipſius in hac mate-
" ria, nec partem, vel partes iniuriantem, vel iniuriantes directè, vel indi-
" rectè verbo, vel facto fouere, ſecundum quod vnuſquiſque iurauerat in
" adoptione gradus Magiſterij.

" Quartò deliberauit aſſiſtere ſingulis ſuppoſitis ſuis, aut alijs proſe-
quentibus

quentibus, vel proſequuturis iſtam materiam. Et quod ſi contingeret aliquem talium pati occaſione huius proſecutionis, aſſumebat ex nunc factum illius, vel illorum tanquam proprium, & dedit ex tunc Procuratori & certis Deputatis quos ſecum vellet aſſumere poteſtatem & auctoritatem ex parte ipſius proſequendi præſens negotiũ, & proponendi apud Regem & Dominos Franciæ in Parlamento & vbicunque, & cætera faciendi omnibus vijs & modis rationabilibus, quæ Conſilium Nationis dictauerit expedire, dicens facta & dicta ipſorum talia grata & rata. Præcepit quoque ſingulis Magiſtris in Theologia de ipſa Natione per ſuum iuramentum quatinus parati eſſent ad proponendum in iſta materia quotieſcunque eſſent per Procuratorem requiſiti. 1414.

Quintò & finaliter iniunxit cuilibet ſuppoſito Nationis, ne cuiquam extra Nationem in præiudicium huius cauſæ reuelaret deliberata & concluſa, aut etiam proſequenda per Nationem, ſed omnes non propriam opinionem, ſed communia deliberata Nationis proſequerentur cum omni ſedulitate, diligentia, fidelitate & celeritate ad reparationẽ honoris Nationis, D. Rectoris & Suppoſitorum Nationis læſorum, & conſequenter venerabilis Facultatis Artium, imò & totius matris noſtræ Vniuerſitatis, ſine odio, vel rancore cuiuſcumque Nationis, vel perſonæ Super quibus omnibus petitum fieri Inſtrumentum publicum à Iacobo Yſambardi Scriba Vniuerſitatis, tunc præſente, conuocatis idoneis teſtibus ad præmiſſa.

Circa materiam prædictæ grauis iniuriæ conformiter ad ſuperius deliberata, celebrata eſt in craſtino ad inſtantiam Nationis Franciæ Congregatio ſolemnis Facultatis Artium in S. Iuliano, in qua expoſitus eſt caſus præfatæ offenſæ propter Procuratorem Nationis iſtius ſupplicantis pro adiunctione aliarum Nationum & totius Facultatis ad Nationem, pro quanto erat in ſpeciali iniuriata & requirendo quatenus haberent Nationes, & haberet ipſa Facultas factum iſtud ſicut proprium proſequendo reparationem illius iniuriæ ſicut propriæ, pro quanto vt ſupra ſcriptum eſt, ipſa Facultas erat per hanc iniuriam multipliciter offenſa, & in ſuo honore grauiter & præ alijs Facultatibus læſa. Super quâ materia deliberatum eſt in illa Congregatione per ipſam Facultatem Artium. 1. quod D. Rector bene ſe habuerat in non concludendo pro conceſſione ſupplicationis Magiſtri Vrſini de Tailleuande in vltima Congregatione, & in hoc ipſum gratum, aduoatum habebat & habet, quia videbatur Facultati quod ſaluis conſcientia ſuâ & iuramento non poterat D. Rector aliud concludere, attentis rationibus ſupraſcriptis in ipſa Congregatione Nationis. Quapropter contriſtabatur multum ipſa facultas de caſu perpetrato compatiens D. Rectori, qui propter veritatem & Iuſtitiam tanta paſſus eſſet. Et idcirco volebat ſibi aſſiſtere in reparatione **talis & tam enormis iniuriæ, concedens in forma ſupplicationem** Nationis Franciæ in forma quâ illam fecerat Procurator dictæ Nationis, reputans iniuriam hanc talem qualem ſuperſcriptum eſt, ipſam Franciæ Nationem illam reputaſſe, volens proſequi reparationem illius iniuriæ condignam omnibus vijs & modis rationabilibus tanquam factum proprium & inſtare apud Vniuerſitatem, vt conſimiliter faceret, quæ vbi declinaret, volebat nihilominus Facultas totis viribus hanc materiam proſequi, tale ſcelus ſupra modum aggrauans & exhorrens. Quinimo ipſa Natio Normaniæ tunc deuoauit illos qui talem perpetraſſent iniuriam, dicens illos non hoc habere ab ipſa Natione Normaniæ, nec volebat impedire quin tales punirentur ſecundum quod exigant illorum demerita. Arguebant tamen D. Rectorem defeciſſe, quia non concluſerat pro conceſſione illius ſupplicationis præfatæ quæ fuit radix & occaſio huius miſerabilis caſus & diſſenſionis.

CONGREGATIO FACVLTATIS ARTIVM.

Conſequenter verò rurſus in craſtino ſcilicet die 7. menſis Auguſti facta eſt Congregatio Vniuerſitatis in Iacobitis, in qua ex parte Facultatis Artium & Nationis Franciæ expoſitus eſt caſus præfatæ iniuriæ per

CONGREGATIO VNIVERSITATIS IN EANDEM REM.

1414. " Procuratorem eiuſdem Nationis ſicut ſupraſcriptum eſt, ſupplicando & " requirendo Vniuerſitatem ex parte Facultatis & Nationis Franciæ, ſicut " in Facultate Artium factum fuerat ex parte Nationis Franciæ. Et tan- " dem multis hincinde altercatis, deliberatum fuit & concluſum per Vniuer- " ſitatem, quòd iniuria grauis erat & quæ totam tangebat Vniuerſitatem " multipliciter in hoc offenſam & læſam, propter quod reputabat eam " tanquam ſibi factam & volebat proſequi reparationem illius, ſicut repa- " rationem offenſæ propriæ. Et interim & pro ante factæ erant & fiebant " informationes contra malefactores, & capti ſunt duo Magiſtri de Natio- " ne Normaniæ de magis, vel clarius culpabilibus, & ſcrutabantur alij vt " caperentur ſi poſſint inueniri, vt in carceribus ſuus tepeſceret calor & " retunderetur tantæ præſumptionis audacia.

" Poſtremo quia propter proſecutionem Reparationis præfatæ iniuriæ " tota turbabatur Vniuerſitas & in graui diſſenſione magis ac magis de die " in diem ponebatur, renitentibus Normanis cuiuſcunque Facultatis eſ- " ſent, huic reparationi faciendæ per alium quam per Vniuerſitatem, licet " ipſam iniuriam & perpetratores ipſius deuoaſſent vt ſupraſcriptum; " vnde factum Regni, quantum Vniuerſitatem concernebat, videbatur eſſe " in periculo, diuidentibus ſe Nationibus, vel Facultatibus etiam in alijs " materijs occaſione talis diſſenſionis multis eligentibus potius factum Re- " gni quod etiam aliàs proſecuti ſunt, ruinam pati, quàm quod fieret iuſta " reparatio offenſæ ſæpè memoratæ, adeo vt nihil tunc fieri, aut proſe- " qui per Vniuerſitatem poſſet. Quapropter Reuerendiſſimus Pater & Do- " minus meus metuendiſſimus D. Cardinalis de Barro conſanguineus D. " noſtri Regis & frater Ducis Barrenſis Pariſius illis diebus notis de cauſis " adueniens pro bono pacis & vtilitate Regis & Regni & honore Vniuer- " ſitatis ſe medium in hac diſceptatione & controuerſiâ conſtituit, aduo- " cans ad ſe nunc D. Rectorem & Procuratorem Nationis Franciæ, nunc " verò illos de Natione Normaniæ, iſtos exhortans ad remiſſionem ſuæ " offenſæ, alios commouens ad dulcem reparationem iniuriæ. Cum diu- " tius huic tractatui pacis intendiſſet & nondum perficere valuiſſet, ma- " luit Dominus tantus fieri quaſi reparator iniuriæ, quàm res in deterius " abiret. Et colloquio habito cum illuſtriſſimo Principe D. Duce Bituriæ " auunculo ſuo tunc tenente Pariſius locum Regis abſentis & exiſtentis " in ſuo exercitu ante Ciuitatem & villam Atrebatenſem ad expugnatio- " nem ſuorum inimicorum & rebellium, tandem celebrata ſolemni con- " gregatione totius Vniuerſitatis in S. Bernardo die Iouis 23. menſis Au- " guſti præfatus D. Cardinalis Barrenſis ſe tantum humiliare dignatus eſt " vt venerit in propria ad ipſam Matrem noſtram Vniuerſitatem, aſſocia- " tus tribus Epiſcopis, videlicet D. Pariſienſi & alijs duobus DD. Præla- " tis, militibus etiam & D. Confeſſore prædicti D. Ducis Bituriæ & alijs " Eccleſiaſticis & nobilibus perſonis in multitudine copioſa, deprecans & " **affectuosè ſupplicans ex parte D. Ducis Bituriæ** & ſuâ, quatenùs atten- " tis periculis quæ ex tali turbatione poſſent oriri, & his quæ agebantur in " Regno, propter reuerentiam Dei & bonum ac honorem Regis & Re- " gni, nec non tranquillitatem & pacem Vniuerſitatis, & ſingulariter ob " contemplationem D. Ducis Bituriæ & ſui, D. Rector, Natio Franciæ & " tota Vniuerſitas vellet ſibi & ſuæ ſupplicationi & humiliationi præfatam " iniuriam condonare; & remittere omnes iniurias hinc inde factas. Sicut " Ioſeph requiſitus à fratribus Geneſ. vlt. *Pater tuus præcepit Nobis ante-* " *quam moreretur vt hæc verba tibi diceremus. Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris* " *fratrum tuorum & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te. Nos quoque* " *oramus vt ſeruo Dei Patri tuo dimittas iniquitatem hanc, dimiſit illis.* Fiat " igitur iſtorum contemplatione, quod fieri non meruit iniuriantium con- " ditione. Quibus factis Vniuerſitas conſentientibus D. Rectore & vene- " rabili Natione Franciæ, deliberauit concorditer, quòd attentis multis " in ipſa congregatione apertis propter reuerentiam Dei, propter vtili- " tatem Regis & Regni, & vitandas diſſenſiones, turbationes & pericula

emergentia, propter bonum pacis & tranquillitatem Vniuerſitatis. Et ob contemplationem tantorum dominorum ſupplicantium & præſentiam tanti Principis, qui plus alia magnâ reparatione honorauit Vniuerſitatem & partes læſam & lædentem, dicta Mater noſtra Vniuerſitas conformiter ad ſupplicationem factam, condonauit diſpoſitioni dictorum dominorum, videlicet D. Bituriæ & D. Cardinalis Barrenſis prædictam iniuriam. Et quantum ad Magiſtros iamdiu incarceratos & cætera quæ reparationem iniuriæ concernerent, facerent iuxta beneplacita ſua, etiam cum plena remiſſione, ſi hoc opportunum videretur eiſdem. Quod & etiam conceſſit Natio prædictis & alijs certis de cauſis tanto plus dimittens de iure ſuo quanto ſanius erat ei conſilium. *Et quantò bonum Pacis & bonum Regis & Regni carius emere volebat pro quibus etiam maiora pati, ſi opus eſſet, non horreret*; vnde & conſenſit expeditioni Incarceratorum & ceſſationis à captione nouorum. Quibus & præfati domini, vt miſericordes ſunt, facile veniam miſericorditer prædictis delinquentibus tradiderunt. 1414.

Menſe Octobri actum eſt in Vniuerſitate de Legatis ad Concilium Conſtantienſe mittendis. Et quia iam aliquot antè menſes deliberatum fuerat de Rotulo ad Pontificem deſtinato, Rector die 8. Octob. petijt deliberari, an placeret eoſdem Nuncios Rotuli Portitores ad Concilium delegari, necne, vt legimus in Actis eius diei, ſcribente M. Nicolao de Gondricuria Procuratore Nationis Gall ibique fit mentio quod duplici modo eligerentur Nuncij eiuſmodi, ſcilicet vel per ipſam Vniuerſitatem, vel per ſingulas Facultates & Nationes.

Rector poſuerat in deliberatione an Vniuerſitas pro Concilio eſſet contenta de Nuncijs pro Rotulo portando ad ſummum Pontificem, vel alios vellet eligere; & ſi ſic, an per totam Vniuerſitatem eligendi eſſent, an quælibet Facultas & Natio ſuum eligeret Nuncium. Natio autem Gall. Nuncium ſuum nominauit M. Ioannem de Templis, & ſingulæ aliæ ſuum.

Rex quoque conuocatis Regni ſui Prælatis, ex vnanimi omnium conſenſu ſtatuit per Legatos ad Concilium mittendos, inter cætera proponendum & impetrandum, vt ſpeciali Canone ſanctio quæ menſe Feb. an. 1406. circà Beneficiorum diſpenſationem & Collationem facta fuerat, confirmaretur, ſimulque in eadem contentæ libertates Eccleſiæ Gallicanæ. His peractis, profiſciſcuntur Legati ad Concilium, & die 21. Feb. honorificentiſſimè à Pontifice & ab Imperatore Sigiſmundo excipiuntur. Qua in exceptione & aduentu quid acciderit, operæ pretium eſt hic attexere; vt agnoſcat poſteritas quanti tum eſſet nominis, quantæ autoritatis vbique Gentium Mater Vniuerſitas: cuius Legati inter cæteros erant MM Ioannes Gerſon Cancellarius, Ioannes Dachery, Ioan. Deſpars Doctor Medicus, olim Rector Vniuerſitatis, Benedictus Gentiani, **Ioan. de Templis, &c. Sic igitur in MS. San-Victorino legitur.**

Die 21. menſis Febr. horâ 5. veſpertinâ, Nuncij Vniuerſitatis Pariſ. applicuerunt Conſtantiam vbi recepti ſunt à Suppoſitis eius DD. Regni Franciæ multùm honorificè. Die verò ſequenti de Peritorum conſilio Papam adire diſtulerunt; tam propter ſolemnitatem Cathedræ S. Petri, quàm etiam vt interim de diſpoſitione Papæ & Imperatoris, ac totius Concilij poſſent certius informari; & conſequenter in agendis & proponendis fructuoſiùs & cautiùs ſe habere, ac etiam pro craſtino acceſſum ad Papam & audientiam impetrare, quæ eis libentiſſimè conceſſa eſt. Aduenerunt igitur Papam die Sabbati de mane, & præſentatis ſuæ Sanctitati in Conſiſtorio publico ſuis litteris, & ab eodem clementer receptis & perlectis recepti ſunt omnes ad pedum, manus & oris oſcula beatorum: & illicò data eſt eis publicè proponendi facultas, præſentibus DD. Cardinalibus, pluribuſque Prælatis, Doctoribus, & Nobilium perſonarum multitudine copioſâ. Et propoſuit M. Ioannes Dachery ſumens verbum pro themate: *Feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio*; qui multùm ſcientificè propoſuit & breuiter ſatis,

" derelinquens alia per Cancellarium Eccleſiæ Pariſ. aut M Benedictum
1414. " Gentiani latiùs aliàs explicanda. Quam quidem Propoſitionem gratam
" habuit Dominus noſter, qui eos quàm benignè, quàm affabiliter, af-
" fectuosè & deſideranter receperit, non poteſt ſcriptis ſatis dignè exara-
" ri, commendans Vniuerſitatem ſuper omnes Vniuerſitates ſingulariter
" in duobus, videlicet in ſuſceptis ſumptibus & maximis fructuoſiſſimiſ-
" que laboribus pro vnione S. Matris Eccleſiæ & zelo fidei per ſoler-
" tem & exactiſſimam vigilantiam ad deſtructionem errorum fidei, ac pra-
" uis operibus aduerſantium. Addidit quoque quod eos ſummo deſiderio
" exſpectauerat, ne Vniuerſitas promotrix vnionis Eccleſiæ in faciendâ
" vnione careret ſuis brauio, honore & gloria; ſed vt D. noſter Rex quem
" Chariſſimum filium & Chriſtianiſſimum Regem nominauit, ipſaque Vni-
" uerſitas participes eſſent in præmio & honore qui ſupra cæteros Reges &
" Vniuerſitates participes fuerant in ſancto labore: propterea voluit ſem-
" per legationem Regis & Vniuerſitatis exſpectare, volens liberè & ad ef-
" fectum dare pacem Eccleſiæ, etiam per ſuam voluntariam ceſſionem Pa-
" patûs, quemadmodum ipſe iam in pleno Conſiſtorio libens obtulerat,
" exhibens ſcedulam quandam ſuper hac ſanctâ intentione ſuâ ad liberè
" cedendum confectam, cuius tenor ſuperius eſt inſertum. Quam quidem
" viam Ceſſionis Imperator & Cardinales & 4. Nationes in quas vniuer-
" ſum Concilium diſtinctum eſt, ſcilicet Gallica, Italica, Germanica &
" Anglica concorditer approbauerant tanquam faciliorem, breuiorem &
" vtiliorem ad extirpationem totalem huius peſtiferi Schiſmatis. Sed non
" ſufficit 3. Nationibus Gallicæ videlicet, Anglicæ & Germanæ illa prima
" ſcedula per Papam exhibita, ſed aliam confecerunt, & ſuæ Sanctitati
" præſentarunt: quæ quoniam in illa forma ſibi non placuit, aliam rurſùs
" & ſecundam exhibuit.

" Cæterùm eadem die dicti Nuncij fecerunt diligentiam, vt ſcirent diſ-
" poſitionem Imperatoris, qui recepit eos gratanter hora 3. poſt meridiem
" in Audientia publica, & præſentatis eidem litteris Vniuerſitatis, propo-
" ſuit M. Benedictus Gentiani multùm eleganter, ſumens verbum Apo-
" ſtoli. *Ecce nunc tempus acceptabile.* Quod ſi grata fuit eius propoſitio,
" etiam grata fuit Imperatoris reſponſio *in proſa & verbis Latinis & ſine di-*
" *latione recommendans Vniuerſitatem & ſuum ſingulare deſiderium*, vt veniret,
" affectuosè declarans, & quamferuenter ſuum deſiderium ad proſecu-
" tionem vnionis S. Matris Eccleſiæ ad plenum exprimens, exhortans
" ipſos Nuncios, ſicut ipſi fuerunt in eorum propoſitione exhortati, quan-
" tum vellent totis conatibus adhoc ipſum vigilanter intendere & ſibi in
" agendis conſulere, & eorum aduentus tarditatem feruentioribus dili-
" gentijs & laboribus compenſare.

" Illuc quoque aduenerunt Legati Gregorij & Benedicti; petierunt au-
tem Gregoriani imprimis ne Ioannes præſideret, quo vota ſuffragiaque
forent liberiora, cæterum polliciti ſe Concilij determinationi paritu-
ros. Non item Benedictini.

Die 1. Martij 1. Seſſio, die 2. eiuſdem menſis celebrata eſt altera Seſ-
ſio in Eccleſia Cathedrali.

Die 2. Martij celebrata eſt 2. Seſſio in Eccleſia Cathedrali: & tunc poſt
celebrationem miſſæ Pontifex in Cathedrâ ſedens ante altare conuer-
ſus ad Concilium, altâ voce legit ſcedulam ſibi pridie per Ioannem Pa-
triarcham Antiochenum Natione Gallum, vt ait Spondanus, tunc Na-
tioni Gallicanæ præſidentem, nomine totius Concilij oblatam, & à ſe-
ipſo acceptatam, quâ profeſſus eſt, ſpopondit, promiſit, vouit ac iura-
uit, flectens genua dum hæc proferret, Deo, Eccleſiæ & Concilio ſe pa-
cem Eccleſiæ daturum per viam ſimplicis Ceſſionis, eamque re ipſa ad-
impleturum, ſi & quando Petrus de Luna & Angelus de Corario per ſe,
vel Procuratores ſuos ſimiliter cederent. Quibus recitatis, Rex Roma-
norum depoſitâ coronâ, flexiſque genibus pedes Pontificis oſculatus eſt
gratias agendo tam ſuo quàm Concilij nomine. Extat ſcedula in MS.

Bibliothecæ Victorinæ: & quod maximè facit ad commendationem & gloriam Vniuerſitatis Pariſ. cum variæ ſcedulæ Ceſſionis à Pontifice oblatæ eſſent, ſemperque à Concilio fuiſſent reiectæ, tandem vna omnium conſenſu & Pontificis etiam ipſius probata eſt quam Nuncij Vniuerſitatis per Patriarcham Antiochenum obtulerunt; talis autem eſt. 1414.

Ad laudem & honorem omnipotentis Dei, pacem & conſolationem totius Populi Chriſtiani, ſalutemque animarum, & huius peſtiferi Schiſmatis faciliorem & toralem expeditionem, exemplum humilitatis Chriſti inſequentes, Nos Ioannes diuinâ diſponente Clementiâ Papa XXIII. viam Ceſſionis Papatûs cui Chriſto fauente præſidemus iuſtè, Petro de Luna & Angelo Corarij ius in dicto Papatu licet indebitè prætendentibus ex nunc purâ & ſincerâ intentione offerimus per Nos aut Procuratorem noſtrum ad hoc ſufficienter & irreuocabiliter conſtituendum iuxta determinationem huius ſacri Concilij cum effectu perficiendam, Petro de Luna & Angelo Corarij idem facientibus: & etiam caſu quo illis viuis aut mortuis, eorum Obedientiæ ad vnicum & indubitatum Paſtorem nobis renunciantibus, & non aliàs, ſe reducere vellent, & contra præmiſſa non obedire Deo & Eccleſiæ ſacroſanctæ cui præſidemus, (*Promittimus. Vouemus & iuramus*) litteras noſtras ſub Bullâ noſtrâ præfatis Petro de Luna & Angelo Corarij, ac etiam Regibus, Ducibus, Principibus & Vniuerſitatibus Chriſtianitatis ad ordinationem præfati ſacri Concilij dirigendas concedendo.

Cum autem hæc ſcedula placuiſſet tribus Nationibus Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, demptis etiam illis vocabulis *(Vouemus & iuramus) Vniuerſitas Pariſienſis noluit tam citò deliberare* (vt habetur in MS. Victor.) *imò petijt dilationem ad maturius deliberandum:* & die ſequenti in Eccleſia FF. Minorum horâ Veſpertinâ M. Benedictus Gentiani (quem vnum ex legatis Vniuerſitatis fuiſſe ſupra monuimus) *concorditer cum alijs pro Vniuerſitate ſolum addidit iſta verba, Voueo & iuro:* reddens rationem quare duo prædicta verba adderent in ſcedula. Vnde gauiſi ſunt adſtantes vniuerſi habentes oculum deinceps ad deliberationes Vniuerſitatis. Addit author eiuſdem Manuſcripti illam ſcedulam ab Imperatore fuiſſe oblatam Pontifici, Pontificem libenter accepiſſe, & in ſolemni miſſæ celebratione cum illam legeret, vt venit ad illa verba *Iuro & voueo* deſcendiſſe de Cathedrâ & inclinato corpore cum genuflexione ad altare, apponendo manum Pectori dixiſſe, *Ita verè facio*, cæteraque perlegiſſe & cum magnâ reuerentia iuraſſe & vouiſſe ſe ceſſurum. In eodem MS. legitur: Die 5. Martij Oratores Regis Francorum Conſtantiam aduenifſe; inter quos Cerretanus numerat Ludouicum Ducem Bauariæ fratrem Reginæ, Archiepiſcopum Rhemenſem, Epiſcopos Ebroïcenſem & Carcaſſonenſem, eoſque ab omnibus cæterorum Regum Oratoribus vnà cum Duce alio Bauariæ & Duce Lotharingiæ, magno Camerario Papæ, pluriniſque Archiepiſcopis & Epiſcopis ad duo millia Equitum obuiàm occurrentibus exceptos fuiſſe. Quò loci, vt dictum eſt, iam peruenerunt 21. Febr. Nuncij Vniuerſitatis.

Die 15. eiuſdem menſis Martij, vt legitur in eodem MS. ſex à Pontifice per Nationes petita ſunt. 1. Ne diſſolueretur Concilium donec vnio perfecta eſſet. 2. Ne transferetur aliò. 3. Ne Papa inde abſcederet. 4. Vt conſtitueret Procuratorem ad renunciandum efficaciter eius nomine. 5. Vt de præmiſſis daret Bullas. 6. Ne Prælati, aut alij ad Concilium vocati recederent niſi forte propter infirmitatem, aut paupertatem.

Die 16. ſequenti Papa reſpondit. Ad 1. annuit. Ad 2. videri commodiùs Concilium transferri ad locum aliquem Niciæ vicinum, vbi fieri debebat Colloquium Regis Romanorum cum Benedicto & Rege Aragonum. Ad 3 vtilius eſſe ipſum cum Concilio Niciam verſùs accedere. Ad 4. velle ſe id facere per ſeipſum, id enim honeſtius fore reſpectu rei, perſonæ, Eccleſiæ & Concilij, &c.

1414. Cumque nonnulla alia per Nationes poſtulata fuiſſent, exſpectaretur-que reſponſum, ſubitò auditum eſt Pontificem clam de nocte 20. aut 21. Martij mutato habitu receſſiſſe Scaffuſiam, 4. millibus ab vrbe Conſtantia tantummodò diſtantem, re prius cum Friderico Auſtriæ Duce & Agentibus in rebus Ducis Burgundi communicatâ. Quâ de re turbatis omniũ animis Sigiſmundus publicè promiſit ſe Concilium perfecturum. Huiuſce ſeceſſionis cauſam attribuit Author MS. Victorini quibuſdam ſimultatibus, ſeu vt loquitur, ſimulationibus & turbationibus Sigiſmundi & Ioannis, occaſione Ceſſionis quam Sigiſmundus, vt pote vnicum pacis remedium ab eo exegerat, & impetrarat ab inuito: qui nempe Conſtantiam ſe veniſſe exiſtimabat, non vt deponeretur, ſed vt confirmaretur. Sed vtriuſque rationes melius ex eorum litteris intelliguntur.

Biduo poſt ſeceſſionem Pontificis M. Ioannes Gerſon Cancellarius & Legatus Vniuerſitatis Pariſ. ad confirmandos Patrum animos orationem habuit elegantiſſimam: quâ Concilij Generalis authoritatem ſupra Papam, viamque Ceſſionis 12. rationibus, ſeu vt vocat Conſiderationibus quæ in inter eius opera leguntur, tractauit. Erat illa dies 23 Martij, Vigilia Dominicæ Ramis Palmarum. Orationis autem ſeu Sermonis hoc fuit Thema, *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Hæc autem verba in ſermone inſeruit. *Ecce Patres Orthodoxi, quod ad hoc ipſum vt glorificetur Deus & illuſtretur Eccleſia, nunc celeberrima Pariſienſis Vniuerſitas cultrix & amatrix eorum omnium quæ Chriſtianæ Religionis pietatem, quæ ſanam Doctrinam reſpiciunt, ipſa ad exemplar Chriſtianiſſimi Regis Francorum Patris ſui dignantiſſimi legationem mittit, quærens primò ea quæ pacis ſunt: deinde 2. quæ fidei ſunt: denique 3. quæ virtutis & Eccleſiaſticæ ſunt libertatis: quoniam ad hæc tria principaliter Synodus hæc ſacra tendit. Iuſſit heſterno veſperi per Ambaſſiatores & Nuncios ſuos hic præſentes, quatenus hoc matutino tempore eſſem habiturus orationem nomine ſuo pro veritatis elucidatione, circa ea quæ per hoc ſacrum Concilium agenda videntur occurrere. Nullus, opinor, mirabitur, ſi ad hanc Iuſſionem Ego fragilitatis meæ conſcius & temporis arctatione preſſus expaui. Nihilominus in Deo cuius glorificatio quæritur niſus, & de ſtudio præterito ſuper hac veritatis inquiſitione, memor Regis præterea, & Eccleſiæ Regni ſui voluntate per inſtructiones ſibi cognitas, Iuſſioni denique Matris inclytiſſimæ, cuius legem dimittere nequeo, monitus à Sapiente. Ego obedientiæ filius parere deſiderans conatus ſum aggredi cum humili dicendorum omnium ad hoc ſanctum Concilium ſubmiſſione, vt iure ſuo dirigat omnia, vel acceptet, vel corrigat, &c.*

Die 30. Martij quæ erat vigilia Paſchæ, confectum eſt Inſtrumentum Procuratorium Ioanni Pontifici mittendum, quo expreſsè mandaret Procuratori ſuo (quippe aufugerat nocte diei 20.) vt nomine ſuo Papatum eiuraret. in hanc rem ad eum deſtinati Gerardus Epiſcopus Carcaſſonenſis, **MM. Ioan. Dachery & Io. Deſpars. In eadem ſeſſione nominati**, qui Doctrinam Huſſij examinarent, damnatam in Vniuerſitatibus Pragenſi, Pariſienſi & Oxonienſi; item & in Concilio Romano paulo ante habito.

PRIVILEGIA PAPETARIORVM. Eodem menſe, cum conqueſti fuiſſent apud Vniuerſitatem Papyropolæ Iurati, quod contra priuilegia certum vectigal Redemptoribus Regijs pendere cogerentur, eiuſque auxilium imploraſſent, illa habitis apud S. Bernardum ſolemnibus Comitijs, Iuratos ſuos pro poſſe iuuare decreuit: quam in rem confectum eſt ſequens Inſtrumentum.

» VNIVERSIS harum ſeriem litterarum inſpecturis, *Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium*, Salutem » in filio Virginis glorioſæ & præſentibus indubiam dare fidem. No» tum facimus quod in noſtra generali Congregatione apud ſanctum Ber» nardum Pariſius ſolemniter celebrata perſonaliter conſtituti prouidi & » honeſti viri Bartholomæus Recent, Petrus le Camus Ciues Trecenſes, » Iacobus de la Chenaye dictus Layrre, Ioannes Deligaut; Martinus

Mouſle & Ioannes carnificis Pariſius Commorantes, Papetarij & de mercaturis Papyri ſe intromittentes nobis in publica audientia expoſuerunt & exponi fecerunt, *quòd licet ipſi & ſui Prædeceſſores ſemper fuerint & ſint de numero Suppoſitorum noſtrorum*, Præſertim à ſexaginta annis & citra, à quo tempore etiam Priuilegijs & Indultis tam Papalibus quàm Regalibus nobis conceſſis in hoc Franciæ Regno in duobus locis dumtaxat videlicet apud Trecas & Eſſonem Diœc. Pariſ. in fauorem & vtilitatem noſtri ſtudij & Suppoſitorum noſtrorum Papetarij, molendina & alia inſtrumenta ad hæc neceſſaria fuerint primitùs inſtituta, quoniam Papyrus per extraneos mercatores de Lombardia per antea multo carius vendebatur, & quod ex eiſdem Priuilegijs omnibus impoſitionibus & quibuſuis alijs pecuniarum exactionibus, ſeu ſolutionibus pro factione, emptione & venditione Papyri huiuſmodi ipſi & ſui Prædeceſſores Papelarij fuerant & erant exempti, quitti, liberi penitùs & immunes pariter, *ſicut Pergamenarij, Librarij & alij Iurati noſtri*, quòdque ſimiles mercatores, ſeu Papetarij tanquam Librarij & jurati noſtri ab impoſitione & exactione contra firmarios, impoſitione duodecim denariorum pro libra coram electis & Commiſſarijs ex parte D. noſtri Regis in villa, ciuitate & Diœc. Pariſ. ſuper facto ſubſidiorum ordinatorum pro guerra, apud S. Eligium in iudicio contradictorio fuerant ſententialiter abſoluti, prout per Patentes huiuſmodi ſententiæ litteras hodie coram nobis exhibitas tribus ſigillis dictorum Commiſſariorum in cera rubea ſigillatas ſanas & integras, & de data anni 1389. die Mercurij 18. menſis Auguſti præmiſſa vidimus plenius contineri; ac nobis extitit legitimè facta fides. Quódque etiam à dicto tempore 60. annorum citra in villis, Paſſagijs & alijs locis, in quibus exactio, ſeu impoſitio aliarum mercaturarum exigitur, tamen à mercaturis & Mercatoribus Papyri & tam in Regno quàm extra nihil penitus exigitur, nec exigi conſueuit, ſed mercatura & Mercatores hyiuſmodi à ſolutione huiuſmodi & quibuſuis alijs exactionibus fuerunt ſemper & eſſe conſueuerunt quitti, liberi & immunes, nihilominus, ſicut ipſorum exponentium aſſertio continebat, ſunt nonnulli Impoſitores, ſeu Impoſitionis firmarij de priuilegijs & libertatibus huiuſmodi ignorantiam prætendentes, ſicut dicunt, & qui ſub velamine & prætextu ignorantiæ nituntur de facto ab eiſdē exponentibus impoſitionem, 12. denar. pro libra, pro mercaturis Papyri exigere & pecunias extorquere, ipſique iam ſuper hoc moleſtauerunt & vexarunt damnis, laboribus & expenſis, & intendunt grauius moleſtare in noſtrum & dictorum Priuilegiorum noſtrorum, libertatum, franchiſiarum contemptum ipſorumque exponentium damnum non modicum & grauamen; nobis præterea humiliter ſupplicantes, quatenus ad conſeruationem Priuilegiorum & indultorum huiuſmodi veritatis teſtimonio, **deffenſionis præſidio** ſibi aſſiſtere, & alio iuris remedio prouidere dignaremur opportuno. Quo circa Nos conſiderantes, quamquam plures tales & conſimiles firmarij feruore auaritiæ ſuccenſi per vias interdictas contra formam & tenorem Priuilegiorum noſtrorum prædictorum præſumpſerint & de die in diem præſumant grauiter attentare de iuratis & ſuppoſitis per citationes vexationes & alias moleſtias indebitas, Comminationes atque iacturas & alia grauamina eiſdem ſuppoſitis illata & inflicta pecunias damnabiliter extorquere; excommunicationis ſententiam & alias pœnas & ſententias contra tales autoritate Apoſtolica & tam ab homine quàm à Iure promulgatas damnabiliter incurrendo, provt nonnullæ graues querimoniæ fuerunt & ſunt ad Nos & audientiam noſtram nunc & aliàs deuolutæ. Volentes propterea ne prætextu ignorantiæ libertates & Priuilegia noſtra tales & conſimiles firmarij prætextu & velamine factæ, aut fictitiæ ignorantiæ infringere, ac pœnas & ſententias prædictas damnabiliter incurrere, ac iuratis & ſuppoſitis noſtris damna, grauamina, vexationes, moleſtias & iacturas inferre, ſeu impendere præſumant, in huiuſmodi noſtra generali & ſolemni Congregatione, matura deliberatione

1414.

" prælabita *per quatuor Nationes & Facultates*, vt moris eſt Concorditer
1414. " deliberauimus voluimus & concluſimus dictis exponentibus & alijs ſup.
" poſitis in præmiſſis pro conſeruatione dictorum Priuilegiorum omni poſ.
" ſibili deffenſionis & protectionis præſidio aſſiſtere, & eas in & ſub pro.
" tectione noſtra & ſalua-gardia ſpeciali conſeruare, & ad omne dubium
" & ſcrupulum ſingulorum deinceps in perpetuum tollendum, ipſos ex.
" ponentes & alios Papetarios & Papyri mercatores, voluimus, declarau.
" imus, & decreuimus; volumus, declaramus & decernimus per præſentes
" fuiſſe & eſſe de Conſortio & numero iuratorum & ſuppoſitorum noſtro.
" rum & ipſos eiſdem & ſimilibus Priuilegijs, franchiſijs & libertatibus vti
" & gaudere poſſe & debere, nec per quoſcumque Firmarios impoſitores,
" aut Exactores alios ratione venditionis, vel emptionis Papyri poſſe, vel
" debere quomodolibet moleſtari. Quæ præmiſſa omnia & ſingula vni.
" uerſis & ſingulis ad quos præſentes litteræ peruenerint, ſignificamus &
" fideliter atteſtamur, omnes & ſingulos vniuerſos Principes, Comites, Ba.
" rones, milites & alios dominos & iudices, ac iudiciarios tam Papales quàm
" Regales, & tam Eccleſiaſticos quam ſæculares D. noſtri Regis, beneuo.
" los & ſubditos in noſtri ſubſidium, attentè requirentes & rogantes vbili.
" bet conſtitutos, quatenùs dictos exponentes & quemlibet ipſorum in ob.
" ſeruantia Priuilegiorum ipſorum noſtrorum prædictorum, ac ſub noſtra
" prædicta protectione & ſaluagardia ab omni exactione & ſolutione im.
" poſitionis huiuſmodi & quibuſuis alijs exactionibus viriliter protegant
" & conſeruent, nec eos permittant ratione præmiſſorum indebitè mole.
" ſtari, aut alias contra formam Priuilegiorum noſtrorum prædictorum
" quomodolibet attentari: quod ſi ſecùs factum fuerit, illud ad debitum
" & priſtinum ſtatum reduci procurabimus, & viriliter reuocari. In cuius
" rei teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponen.
" dum. Datum Pariſius in Congregatione noſtra apud S. Bernardum ſo.
" lemniter celebrata anno Domini milleſimo quadringenteſimo quarto
" decimo, die vndecima menſis Martij. Signatum Io. Yſambardi.

" *Collation de cette preſente Coppie a eſté faite à l'Original, à la Requeſte de*
" *M. Clement du Monſtier Procureur des Papetiers de la ville d'Eſſone lez Cor.*
" *beil, veu ledit original par M. Oliuier Rondaut Procureur des Procureurs &*
" *Collecteurs de la taille deſdites villes de Corbeil & Eſſone, le 22. iour d'Aouſt*
" *1469. Signé, N. Oliuier, auec Paraphe.*

Anno Domini 1415. (Sequimur hîc morem Gallicanum) vt auditum
1415. eſt Papam Conſtantiâ receſſiſſe, Vniuerſitas tota animo in pacem incum.bens, ad eum dat litteras 2. April. quarum exemplum ad ſuos Nuncios Conſtantiæ commorantes mittit, quod eſt eiuſmodi.

Venerabilibus & eruditis viris Noſtris fidelibus & ſincerè dilectis Nuncijs ad ſacrum Generale Concilium Conſtanticnſe noſtra ex parte deſtinatis.

LITTERÆ VNIVERSITATIS AD PAPAM.

" GRAVITER & cum magnâ cordis acerbitate ferimus, Venerabiles viri, Magiſtri & amici dilectiſſimi S. D. noſtri diſceſſum. Nihilomi-
" nus ſua vota atque iuramenta amplectentes, & ea omni ſtudio proſequi
" volentes eidem Domino noſtro ſcribimus in formâ quæ ſequitur

" Pacem Eccleſiaſticam, Beatiſſime Pater, tot annis totque laboribus
" & expenſis quæſitam per veſtram ſapientiam atque Charitatem videtur
" operatura diuinitas, ſi ſacri Conſtantienſis Concilij, ac veſtræ Sanctitatis
" idem fuerit animus pariter & affectio. Neque tantùm valebit diuiden-
" tis malignitas quin vobis in vnum conuenientibus Spiritus ſanctus animos
" fidelium in pacem agat & vnitatem. Cuiuſmodi concordiæ non ſine diuino
" motu nuper dedit ſtudioſam operam veſtra Sanctitas, cum Eccleſiæ ſan-
" ctæ dare pacem per viam puræ & ſimplicis Ceſſionis, alijs per Piſanum
" Concilium de Papatu electis, ſimiliter cedentibus, ac etiam in quocun-
" que caſu haberi poſſit vnio, ſpopondit, iurauit & vouit. In quo patuit
" affectus Religioſæ pietatis & veri Patris ad filios debita compaſſio. Nam

ſi

ſi vera mater probatur per Salomonem quod maluit materno carere ti- "
tulo quàm puerum permittere funeſtæ ſectioni; quanto magis ſummus " 1415.
Pontifex paternam affectionem patefecerit, ſi Eccleſiæ iamdiu lamen- "
tabiliter diuiſæ redintegrationi ſuum dominatum poſthabuerit, atque "
præſidentiam. Itaque non modo cum mente & intentione ſacri Concilij; "
verum etiam cum piis deſiderijs totius Chriſtianitatis & cunctorum mor- "
talium quos nulla iſtic agitat veſania, his votis atque iuramentis veſtra "
ſanctitas videtur egiſſe. Non quod in hoc facto electis de Papatu ſit de- "
ferendum, quamuis eorum animos in Domino lucrifacere ſatagere de- "
beris, ſed quia tot Populis & Regnis, ac Nationibus illos ſequentibus & "
fortaſſis in alterationem immenſæ diſcrepationis aliàs venturæ, conſuli "
oportuit, quorum ſalutem veſtræ præſidentiæ in veſtris votis & iuramen- "
tis prætuliſſe videmini. Quod ſi id operis ab effectu probatum, proſecu- "
tumque fuerit, quandiu terrenum orbem mortale genus attollet, veſtras "
laudes celebrabit omnis ætas. Et pro abdicatione honoris momentanei "
cum merito præmij ſempiterni erit vobis paratum nomen cæteris longè "
glorioſius. Verum, Beatiſſime Pater, in hac re Nos vnus mouet ſcrupu- "
lus quod audiuimus veſtram ſanctitatem à Conſtantia Scaffuſam ſeceſſiſ- "
ſe. Non enim eſt ille locus potior ad amplitudinem ſacri Concilij ad "
tantam rem gerendam. Deinde Conſtantia per veſtram ſanctitatem fuit "
electa, & per veſtram obedientiam humiliter recepta, cæteris etiam gra- "
tior videbatur, vt pote grauis, locuples, ornata Ciuitas. Nec videtur "
quomodo tali vulneri medelam afferre poſſit hæc mutatio. Poſtremo in "
ea vrbe veſtra Sanctitas habebat amantiſſimum, Chriſtianiſſimum & in- "
uictiſſimum Imperatorem, qui tranquillitatem & ſecuritatem præſtare "
poterat, & iniurias omnes propulſare; habebat ſacrum Collegium Car- "
dinalium, quod non modò pro ſecuritate veſtra, verum etiam pro ho- "
nore veſtro atque gloria vſquequaque decertaſſet: habebat denique to- "
tam Eccleſiam ſibi obedientem, longe cæteros ſuperantem. In qua erat "
non minima Galliarum Natio, quæ non minimo quidem verbo veſtram "
ſanctitatem offendi permiſiſſet. Vbinam igitur, ſanctiſſime Pater, per- "
ſona veſtra celebriùs, ſecuriùs atque deuotiùs tractabitur, quàm in vr- "
be vobis deuota, per vos electa, cum Eccleſia veſtra, cum Imperatore "
Chriſtianiſſimo, & cum cæteris, de veſtris votis & iuramentis ſanctiſ- "
ſimis veſtræ clementiæ omni die congratulantibus? Non eſt aliquis tam "
ignarus rerum, tam rudis in re Chriſtianâ, tam nihil vnquam de publicâ "
pace ac ſalute cogitans, quin intelligat vbi in Sacramento pacis dandæ "
manebit Sanctitas veſtra, Concilium ſacrum, ac eius partes vniuerſas "
omnem reuerentiæ cultum, quem mortalem mortali præſtare fas eſt, ve- "
ſtræ perſonæ præbituras. Poſtea cogitet Sanctitas veſtra, Clementiſſi- "
me Pater; quid eſt in tractatu quærendæ pacis à ſacro Concilio diſcede- "
re, quid diſſidere? an primum ſuſpectum, an ſecundum damnatum? Et "
ſi probabilis diſcedendi caperetur occaſio, nulla tamen inueniretur diſ- "
ſidendi. Quod ſi hoc velle quiſquam videbitur oppugnantium, viderit "
ne ſacri Piſani Concilij validius collidi ſentiant inconcuſſa fundamenta. "
Abſit Beatiſsime Pater; vt in tantâ re Sanctitas veſtra à ſacro Concilio "
diſcordet: hoc enim eſſet ab Eccleſia Dei diſcordare. Abſit à gloria no- "
minis veſtri quod ſacrum Concilium ſine præſentiâ veſtrâ rem tam gran- "
dem tractet, vel terminet. Veſtrum eſt Sanctiſsime Pater, vt nullum in hac "
re habeatis priorem, nec perſeuerando fortiorem. Propterea ſupplices "
veſtram Sanctitatem oramus, & per ſanctam Eccleſiam, extra quam qui "
ſe ponit, ſe perdit, obſecramus; ac etiam per pacem adſperſionis ſangui- "
nis Ieſu Chriſti vos Pater; obteſtamur, viſcerum miſericordiæ Dei noſtri "
memores in ſacris votis & iuramentis maneatis: & Conſtantiam ad ve- "
ſtros fratres & filios deuotiſsimos, imò ad Eccleſiam Dei & veſtram re- "
deatis, ouili Dominico Papatus ambitione & dominandi libidine turpi- "
ter diuiſo, pacem vniuerſalem cum conſilio Eccleſiæ illic congregatæ "
daturi. Nec in hoc adduxerit Sanctitatem veſtram, male conſulentis "

1415. „ pernicies vt occaſione talis diſceſſus, vel quæſitæ dilationis complendi „ iuramenti pax vniuerſalis per diem retardetur: ne Prælatis ſumptibus & „ tædio confectis, ac ſancta Synodo diſſipata, tantarum rerum volumina „ ruptâ compage diffluant, maiori poſtea periculo reuocanda: imò prope- „ ret Sanctitas veſtra ſacræ Synodi conſilijs acquieſcere & eius concluſio- „ nes executioni feliciter demandare. *Veſtram ſanctitatem, &c.*

„ Et quia Conſtantienſis Concilij fortitudine, ac perſeuerantia gerimus „ in Domino fiduciam cum quo ſumus firmiter proceſſuri, ſperamus veſtris „ laboribus in melius reuocari Concilium, vnicè ad hanc pacem quæſitum „ feruentius laborare, atque ex fortuna non optatâ conſequi finem opta- „ tiorem; vnde vos hortamur maiori incumbere labori & hanc noſtram „ mentem litteris præſentibus inſertam vniuerſis patefacere & Nobis ſæ- „ pius quæque ſupra hoc grata reſcribere. Dirigat mentes & perſonas ve- „ ſtras & conſeruet Altiſſimus feliciter. Datum Pariſ. in Congregatione „ noſtra Generali apud S. Bernardum ſuper hoc ſpecialiter celebrata die 1. „ Aprilis an. 1415.

Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Per eoſdem Nuncios eadem die dedit in eandem rem alias litteras ad Patres Conſtantienſis Synodi, quæ tales ſunt.

Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Doctoribus & alijs DD. Italicam Nationem in ſancta & vniuerſali Synodo Conſtantienſi repræſentantibus.

LITTERÆ VNIVERSITATIS AD PATRES CÔSTANTIENSIS SYNODI.

„ FELICITER Eccleſiæ ſucceſsiſſe Dei, Reuerendiſsimi Patres & Do- „ mini, nuper exiſtimauimus, cum & Deo volente, & vobis pro de- „ bito vocationis veſtræ coagentibus, Dominus noſter ſummus Pontifex „ viam vouit Ceſsionis atque iurauit. Hinc in tanta animorum alacritate „ Deo gratias egimus, ac tantâ deuotione in ſacrum Conſtantienſe Con- „ cilium fuimus permoti, vt hoc diuinum Concilium arbitraremur; vnde „ magis miramur quod Dominus noſter ab eo modo tali diſceſſerit, præ- „ ſertim cum ex eo fuerit cum ſummâ laude Eccleſiæ Dei fructum ampliſ- „ ſimum allaturus. Nec venit in mentem nobis iſtum diſceſſum poſſe præ- „ ſtare vnionis incrementum. Equidem Reuerendiſsimi Patres! ex multis „ Papatum, vel ambientibus, vel occupantibus bona verba ſæpè audiui- „ mus, ſed poſtea conatus eorum præcepimus pollicitis obuiantes. Non „ quod iſtud de Sanctiſsimo D. noſtro cogitet noſtra filialis deuotio, ſed „ quia inniti debemus, ne minima quidem macula Schiſmatis ab aduerſa- „ rijs ſibi poſſet impingi. Cognoſcitis quantum ſit periculum in tractatu „ pacis Eccleſiaſticæ Papam à Concilio generali diſcedere, quantùm ne- „ fas ab eo diſsidere. **Propterea egregiam Nationem velimus exoratam in** „ Domino vt in Concilio Generali Conſtantienſi perſiſtat, Domino no- „ ſtro ad Concilium Generale redire perſuadeat, ac vota & iuramenta „ Domini noſtri amplectentes pacem Eccleſiaſticam nulla ſubterfugiendo „ diſcrimina perſequatur. Eandem Nationem veſtram præſtantiſsimam „ tueatur ſumma æternitas. Scriptum in Congregatione noſtra Generali, „ apud S. Bernardum ſuper hoc ſpecialiter celebrata 2. April. an. 1415.

Beneuoli veſtri Rector & Vniuerſitas Pariſienſis.

Paulò poſt receptæ ſunt Pariſijs litteræ Ioannis datæ ad Ducem Biturigum & ad Vniuerſitatem Scaffuſiæ die 22. Martij, pro ſui receſſûs purgatione, quæ in Comitijs Centuriatis Vniuerſitatis lectæ ſunt; querebatur autem de iniurijs ſibi ab Imperatore illatis, deque euidentiſsimo captiuitatis, aut detentionis ſuæ periculo, niſi receſsiſſet, multa dicebat: item de peruerſo Concilij Ordine, de diſtinctione Nationum, de ſuffragijs; & alijs eiuſmodi.

Die 10. Aprilis idem Pontifex ſub crepuſculum matutinum Louffenburgo recedens, mutato habitu Friburgum petijt: hinc Briſacum oppidum munitiſſimum eiuſdem Conſtantienſis Diœceſis, ſpe agendi cum Duce Burgundiæ, vt ſe Auenionem deduceret. His auditis Patres 17. Aprilis celebrant ſextam Seſſionem: in quâ conſcenſo ambone, vbi publicari ſolebant Conſtitutiones & monita, M. Martinus Porræus Dominicanus Epiſcopus Atrebatenſis propoſuit formam Procuratorij per Ioannem faciendi de Ceſſione, per 4. Nationes compoſitam & approbatam; decretumque Ioannem teneri Procuratorium eiuſmodi inſtrumentum eâ forma dare: Atque ad eum in eam rem ex 4. Nationibus legati miſſi ſunt. In eadem Seſsione ab vno ex Nuncijs Vniuerſitatis Pariſienſis lectæ ſunt litteræ eiuſdem Vniuerſitatis quas ſupra retulimus ad Ioannem pro reditu, & ad Nationem Italicam pro eo procurando. Item in eadem decretæ ſunt litteræ ex parte Concilij ad omnes Reges, Principes & Vniuerſitates, ad ſignificandum rerum geſtarum ſtatum. 1415.

At Vniuerſitas Pariſ. ſollicita de ſtatu Concilij, interim verò ad confirmandos Patrum animos, in Comitijs ſuis apud S. Mathurinum habitis dat ad eos litteras 14. April. quæ tales ſunt.

Egregijs inclytiſque Patribus viris ex omni Gente Delectis in ſalutifero Conſtantienſi Concilio vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus.

EGregii inclytique Patres, viri ex omni Gente Delecti, Almumque & Salutiferum Concilium. Si labore, ſi grauibus operibus per diuerſas vias pacem Eccleſiæ quæſiuiſtis, non corpori, non mundanis parcentes diuitijs, ſed thezauriſantes in cœlo, iam conſtantiùs perſiſtendum, iam ambulandum cautius, iam opus eſt incumbere magis. Cum turbidus Auſter primùm dulce ſpirantes Zephyros à Petri nauicula aliquantiſper repulit: ſed remis agendum vt ad tranquillitatis portum ducatur incolumis. Iam in vobis ſpes Catholici Populi conſtituta eſt; vos columnas Eccleſiæ firmas vniuerſi laudant & venerantur, & pacem orantes Populi manus ad ſidera tendunt: Nam adaucta eſt eò fiducia per veſtram perſeuerantiam, poſtquam Domini noſtri Papæ diſceſſum agnouerint. Quanquam diſceſſum ægrè feramus, multumque ſpes præcedens paſſa eſt detrimentum, vt nuper ſcripto vobis notum feciſſe putamus. Nunc igitur felix veſtris laboribus ſit Eccleſia, fortunatique Populi quos inuiſum Schiſma tanta per tempora conturbauit. Non enim tantus cœtus in vacuum erat conuocandus. Sed vt fructus labores ſequatur aſſiduos, non diſpergantur Oues gregis propter Paſtoris abſentiam, ſed occaſio ſit hæc in centuplum maioris vnitatis: quoniam communia noſtrum omnium vota, & vniuerſæ Fidelium mentes ſequentur, veſtra deliberata pro firmis veritatibus ſuſtinuerunt, vobis in cunctis innitentes, vt fidei debitæ irrefragabiliter obligentur. Et Nos ipſi de veſtra conſtantia gaudemus in Domino, vobis obedire, obſequi, reuereri atque ſemper aſſentire parati teſte Domino qui veſtros labores in conſummatæ pacis quietem dirigat & in viam ſalutis æternæ. Datum Pariſius in noſtra Congregatione Generali, apud S. Mathurinum ſuper hoc ſpecialiter congregatâ 14. menſis Aprilis. Veſtrarum Paternitatum egregiarum zelantiſſimi deuotique Imitatores Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

LITTERÆ VNIVERSITATIS AD PATRES CONCILII CONST.

Hæ litteræ per Benedictum Gentiani Doctorem Theologum oblatæ ſunt Concilio die Lunæ 13. Maij, quâ habita eſt nona Seſſio, & ad quam Ioannes citatus fuerat: at cum ille non comparuiſſet, contra eum iuridicè agi cœptum eſt. Et ſequenti Seſſione quæ habita eſt 14. Maij declaratus eſt contumax, & ſuſpenſus à Papatu ob notoria crimina; quæ cum illi per Legatos ſignificata fuiſſent, ille ſententiam contra ſe latam probauit, ſeque paratum exhibuit ad ceſſionem; quam tandem, poſt Seſſionis 12. quæ 29. Maij celebrata eſt, ſententiam depoſitionis, fecit publicè,

depoſitis veſtimentis Pontificalibus die Maij vltima. Et poſt eius abdi-
1415. cationem, ſtatim Concilium ad Principes & Vniuerſitates ſcripſit. Die verò 4. Iulij quocelebrata eſt ſeſſio 14. Gregorius XII. ſimiliter per Carolum Malateſtam legatum Papatui renunciauit. Decretum verò vt Benedictus ad idem faciendum compelleretur: vtque Sigiſmundus, ad Colloquium quod petebat, proficiſceretur.

Die 6. Iulij in Seſſione 15. damnata eſt Wicleffi Doctrina; Ioannes Huſſ. damnatus quoque & crematus, quamuis ſe ſaluiconductus ab Imperatore dati religione tueretur. In eadem damnatæ propoſitiones Ioannis Parui de nece Aureliani Ducis & tyrannorum, pro quo & pro Duce Burgundo Martinus Porræus Epiſcopus Atrebatenſis fortiter dixit, obijciens M. Ioanni Gerſoni qui Propoſitionum condemnationi inſtabat, quod parum ſinceræ fidei fuiſſet in exhibendis Theologicæ Facultati Pariſienſi propoſitionibus, & Articulis nouem quos Concilio obtulerat. Tota ergo Quæſtio in eo poſita erat, an Propoſitiones M. Ioannis Parui, prout ab eo fuerant conſcriptæ, eſſent hæreticæ; & an fideliter à Gerſone fuiſſent expoſitæ. Contendebat Porræus propoſitiones Paruianas non eſſe hæreticas, probabatque tum rationibus, tum authoritate Mendicantium, qui ſubſcripſerant illarum veritati; dicebat verò Gerſonianos articulos (quos Ioannis Parui eſſe Gerſon dicebat) eſſe damnabiles. Tam Propoſitiones verò, ſeu veritates Parui germanas, quàm Gerſonianos articulos lubet hic ex MS. Victorino tranſcribere ad hiſtoriæ elucidationem.

Octo veritates Ioannis Parui à Porræo oblatæ.

„ 1. *Veritas.* Quilibet ſubditus & vaſallus qui per cupiditatem, fraudem, ſortilegia & malum ingenium machinatur contra ſalutem „ corporalem ſui Regis & ſuperioris Domini pro tollendo ſibi & ſubtrahendo ab illo ſuam nobiliſſimam & altiſſimam Dominationem, peccat „ tam grauiter & committit crimen tam horribile, ſicut eſt crimen læſæ „ Majeſtatis in primo gradu: & per conſequens eſt dignus duplici morte, „ ſcilicet primâ & ſecundâ. Quia quilibet ſubditus & vaſallus ſic faciens „ eſt tyrannus, & infidelis ſuo Regi & Domino ſuperiori, peccatque mortaliter. Probauit authoritate B. Gregorij dicentis. Tyrannus eſt prò„ priè qui in Repub. non iure principatur, aut principari conatur.

„ 2. *Veritas.* Licet in caſu prædicto quilibet ſubditus & vaſallus ſit di„ gnus duplici morte, & committat tam horribile crimen quod non poſſet „ nimis puniri, tamen plus puniendus eſt vnus miles quàm vnus ſimplex „ ſubiectus: & iſto caſu vnus Baro quam vnus miles ſimplex, & vnus Co„ mes quàm vnus Baro, vnus Dux quam vnus Comes, Cognatus Regis „ quàm extraneus, frater Regis quam cognatus, & filius Regis quam fra„ ter. Probauit hanc ex maioritate obligationis feodalis, naturalis & gra„ dualis. Item ratione maioris ſcandali. 3. Ratione maioris periculi Regi „ imminentis propter propinquitatem talis tyranni.

„ 3. *Veritas.* Item caſu prædicto licitum eſt vnicuique ſubiecto ſine „ quocunque mandato, aut præcepto ſecundum leges, moralem, naturalem & diuinam occidere, aut facere occidi illum eundem proditorem & „ infidelem & tyrannum: & non ſolum eſt licitum, ſed honorabile & me„ ritorium, maximè quando eſt tam grandis poteſtatis quod Iuſtitia non „ poteſt de eo fieri bono modo per ſuperiorem: & quando perſeuerat in „ ſua malitia, nec ſe vult corrigere, nec emendare, & ſpecialiter quando „ eſt periculum in morâ. Probauit hanc 12. rationibus, quarum tres primæ „ erant fundatæ in authoritatibus ſolemnium Doctorum in Theologia, „ ſcilicet S. Thomæ in 2. ſent. diſt. vlt. Sariſberienſis in ſumma ſua. Polier. „ l. 3. c. 16. Alexandri de Hales, Richardi de Mediavilla & Aſtenſis in ſuis „ ſummis. Tres aliæ fundabantur in tribus authoritatibus 3. Philoſophorum, ſcilicet Ariſtotelis in Politicis, in pluribus locis, Tullij de Officijs „ & Bocatij. Tres aliæ rationes fundabantur ſuper 3. authoritatibus legum „ Ciuilium. 1. Eſt de deſertoribus militiæ. 2. De inſidiatoribus viarum

publicarum. & 3. de furè Nocturno. Tres aliæ rationes vltimæ fundabantur ſuper 3. exemplis ſacræ ſcripturæ Primum exemplum eſt de Moyſe Exod 2. Secunda eſt Phinées, num. 26. Tertia eſt de Michaële Archangelo Apocal. 7. 1415.

4. *Veritas.* In caſu ſupradicto magis honorabilè, licitum & meritorium eſt, quodille Tyrannus infidelis ſit occiſus, aut fiat occidi per vnum de parentibus & ſubiectis dicti Regis, quàm per vnum extraneum qui non eſſet de ſanguine Regali, & per vnum Ducem quàm per vnum Comitem; per vnum Comitem, quam per vnum Baronem; per vnum Baronem quàm per vnum ſimplicem militem; per vnum ſimplicem militem, quàm per vnum ſimplicem ſubiectum. Probauit hanc ratione maioris obligationis. Tum quia in hoc magis reluceret amor & obedientia atque potentia Regis prædicti.

5. *Veritas.* In caſu Alligantiarum, Iuramentorum, Promiſſionum, & Confœderationum factarum Militis ad alterum quocumque modo ſit, aut eſſe poſſit, ſi contingat quod eas ſeruare vergat in præiudicium ſui Principis, aut ſponſæ, ſuorum liberorum, aut Reipub. non tenetur talis miles eas ſeruare: imò in tali caſu eas tenere & ſeruare eſſet facere contra leges moralem, naturalem & diuinam. Probauit hanc rationibus & authoritatibus pluribus. Prima erat de dictamine bonæ æquitatis & rationis etiam ſecundum legem diuinam. Secunda erat de Obligationibus, vna maiore & alia minore adinuicem contrarijs, quare maior eſt tenenda. Tertia erat fundata ſuper authoritate Magiſtri ſentent. diſt. vlt. l. 3. vbi tangitur materia de Iuramento promiſſorio, *&c.*

6. *Veritas.* Si contingat quod dictæ alligantiæ vergant in præiudicium animæ, vitæ aut alterius promittentium & Confœderatorum ſuæ ſponſæ, aut ſuorum Infantium, in nullo tenetur eas ſeruare. Probauit per rationes immediatè tactas in veritate præcedente: & addidit, quia ſeruare confœderationes in illo caſu eſt facere contra leges Charitatis, quâ quilibet magis obligatur ſibi ipſi, vxori & filijs proprijs quàm cuicumque alteri.

7. *Veritas.* In caſu prædicto licitum eſt vnicuique ſubiecto, honorabile & meritorium occidere, ſeu occidi facere ſupradictum tyrannum proditorem & infidelem ſuo Regi & ſuperiori Domino per aſtutias, cautelas & inſidias. Et eſt licitum diſſimulare & facere ſuam voluntatem ſic faciendi. Probauit authoritate Bocatij lib. 4. de caſib. Illuſt. vir. cap. 5. Item exemplo ſacræ ſcript. de Rege, Ierem. 4. Reg. c. 11. Item de Iudith quæ occidit Holofernem per inſidias. Et de hoc laudatur, c. 13.

8. *Veritas*, quilibet ſubiectus, aut vaſallus qui propoſito deliberato machinatur contra ſalutem ſui Regis & ſuperioris Domini pro faciendo ipſum mori in languore, cupiditate habendi ſuam coronam & dominationem, facit conſecrari, aut magis propriè loquendo, exſecrari in nomine Dęmonum, enſes, dagas, pugiones, aut cultellos, virgas, aut anulos aureos, facitque dedicari in nomine Dęmonum per Nigromanticos facientes inuocationes, characteres, ſortilegia, ſuperſtitiones & maleficia. Et poſt facit poni & figi per corpus mortui diſſuſpenſi de patibulo, & dictos anulos facit poni in ore mortui prędicti & facit dimitti, ſpatio plurium dierum cum grandi abominatione & horrore pro perficiendis dictis maleficijs, & vnà cum hoc portat ſuper ſe in vno pannulo ligato & conſuto de oſſibus & pilis loci inhoneſti dicti mortui diſſuſpenſi; ille & omnes qui hoc faciunt non ſolum committunt crimen læſæ Majeſtatis humanæ in primo gradu: & ſicut proditores & infideles Regi ſuo & Deo ſuo Creatori: & ſicut Idololatræ & Corruptores, falſarij fidei Catholicæ ſunt digni duplici morte, primâ ſcilicet & ſecundâ; maximè quando dicta ſortilegia, ſuperſtitiones & maleficia ſortiuntur ſuum effectum in perſona Regis per medium prauæ credulitatis dictorum Mathematicorum, Inuocatorum & Nigromanticorum. Probauit hanc authoritate D. Bonauenturæ lib. 2. diſt. 6. & vlt. dicentis Diabolus nunquam ſatisfacit

" voluntati hominum niſi voluntas aliqua miſceatur. Item authoritate F.
1415. " Thomæ 2. 2. quæſt. 11. art. 2. Item Alex. de Hales, Richardi de Media-
" uilla & Aſtenſis in Summis ſuis.

Articuli Gerſoniani Concilio oblati.

COntra M. Ioannes Gerſon nouem articulos Concilio obtulit, iam Lutetiæ per Epiſcopum, Inquiſitorem fidei, & Facultatem Theologicam damnatos, quos ex dictis Ioannis Parui eduxerat, aut eduxiſſe videri volebat. Sunt autem hi.

" 1. Licitum eſt vnicuique ſubdito abſque quocunque mandato, ſecun-
" dum leges naturalem, moralem & diuinam occidere, & occidi facere
" quemlibet tyrannum, qui per cupiditatem, fraudem, ſortilegia, vel
" malum ingenium machinatur contra ſalutem corporalem Regis ſui &
" ſuperioris Domini; pro auferendo ſibi eius dominationem; maximè
" quando eſt tantæ potentiæ, quod Iuſtitia non poteſt fieri bono modo per
" Superiorem.

" 2. Leges naturalis & diuina auctoriſant vnumquemque de occidendo
" dictum tyrannum.

" 3. Licitum eſt vnicuique ſubiecto occidere dictum tyrannum prodi-
" torem ſuo Regi & ſuperiori Domino per aſtutias & inſidias; & eſt licitum
" diſſimulare & tacere ſuam voluntatem de ſic faciendo.

" 4. Ius eſt, ratio & æquitas quod omnis tyrannus occidatur vilanè,
" aut ruſticè per aſtutias & inſidias: & eſt propria mors tyrannis debita.

" 5. Qui occidit, aut facit occidere talem tyrannum qui ſupra deſcri-
" bitur, non debet, de aliquo reprehendi, & Rex debet habere factum
" gratum, & illud auctoriſare.

" 6. Rex debet præmiare eiuſmodi occiſorem.

" 7. Debet diligere illum plus quàm ante, & facere prædicare eius fide-
" litatem per ſuum Regnum & extra.

" 8. In caſu alligantiæ, iuramenti, promiſſionis, aut confœderationis
" factarum militis ad alterum quocunque modo ſit, aut eſſe poſſit, ſi ver-
" gat in præiudicium vnius ex promittentibus, aut confœderatis, ſponſæ,
aut liberorum, non tenetur eas ſeruare.

Vt autem idem M. Ioannes Gerſon fidem ſuam liberaret, ſimulque reſponderet aduerſarijs qui per Epiſcopum Atrebatenſem exhibuerant Schedulam plurium Doctorum ſigillis & manibus munitam aſſerentium prædictas propoſitiones poſſe ſuſtineri citra ſuſpicionem hæreſeos, ibidem longiſſimam orationem habuit nomine Regis & Vniuerſitatis Pariſienſis aduerſus Ioannem Burgundum, Ioannem Parui & alios eorum fautores; quæ Oratio legitur inter eius opera, cum hoc titulo.

Reſponſiua M. Ioannis Gerſonis ad quandam Propoſitionem ex Parte D. Burgundi per Epiſcopum Atrebatenſem facta in Concilio Conſtantienſi anno 1415. die 5. Maij data nomine Regis Chriſtianiſſimi & Vniuerſitatis Pariſienſis.

" REverendissimi Patres, ac DD. Præclariſſimi, Deo inſuperama-
" biles, Egregij ac Spectabiles viri, Doctiſſimi ac Sapientiſſimi. Deus
" qui glorificatur in Concilio Sanctorum, Magnus & terribilis mihi lo-
" quutus, imò nobis humilibus Ambaſſiatoribus Chriſtianiſſimi Franco-
" rum Regis pro parte ſua & veritatis Catholicæ defenſione locuturis co-
" ram hoc ſacroſancto Concilio in ſpiritu pacis & lenitatis congregato, in
" quo glorificatur Deus, exorandus eſt in primis, ac ſibi dicendum cum
" Propheta. *Deus! Iudicium tuum Regi da.* Accommodum ſatis eſt quod ſe-
" quitur, *Et Iuſtitiam tuam filio Regis.* Iuſtè quidem ſic expoſcimus, ritè
" ſic exordimur, quoniam dicente eodem Propheta, *Honor Regis Iudicium*
" *diligit.* Quæ ratio? nimirum quia conſtitutus eſt Rex à Deo iudex om-
" nium in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: neque enim

ſine cauſa gladium portat. Confitetur hoc ipſum piâ gratâque recognitio. " ——
ne idem Rex ſuis patentibus litteris, prout infra docebimus, ſed væ mun- " 1415.
do à ſcandalis, væ calumniantibus Chriſtianiſsimum Regem ſuperbis! "
ita vt exclamare fas habeat, tam apud Deum quàm apud hoc Concilium "
Dei nutu congregatum, *feci Iudicium & Iuſtitiam, ne tradas me calumnian-* "
tibus me. Et illud quod ſequitur. *Suſcipe me ſeruum tuum in bonum, non* "
calumnientur me ſuperbi. Et à quibus, oro, Calumniantibus quærit Rex eri- "
pi? quales ſunt iſtæ calumniæ? dicemus pauca pro re tanta, vt protinus "
ad rem veniamus quam exponere atque defendere miſsi ſumus, *Nos hu-* "
miles & deuoti eiuſdem Regis Ambaſſiatores. "

Ecce Calumnia dicentium etiam in hoc Concilio quam auribus his acce- "
pi, *Quid quæritis?* Rex veſter non fecit Iudicium & Iuſtitiam ſuper nece "
luctuoſiſsimâ vnici fratris ſui quam diſsimulauit, vel indulſit. "

Calumniantur ex aduerſo plurimi dicentes, Rex vtique Iuſtificationem "
mortis illius non iuſtè damnari fecit, vel permiſit, quam mortem non re- "
probare, ſed approbare debuerat. Auditis Calumnias quaqua verſum "
dextrorſùm & ſiniſtrorſùm, quas quomodo diſſoluimus? Attendite Patres "
Orthodoxi, allegatum nuper hîc audiſtis, & in Epiſtola Dominicæ cur- "
rentis, Scriptum eſt, *Sequimini*, inquit, *veſtigia eius qui peccatum non fe-* "
cit, Et hic eſt Chriſtus Ieſus, quem inuenimus proprias iniurias æquanimiter "
indulſiſſe; *qui cum malediceretur*, ſicut ſubdit Petrus, *non maledicebat, cum* "
pateretur, non comminabatur, &c. "

Rex igitur Chriſtianiſſimus & verè manſuetiſsimus atque totus ama- "
bilis ſequendo veſtigia eius qui peccatum non fecit, pronus fuit, ac in- "
dulgentiſsimus in perſonalibus iniurijs, ſicut & fuerat ipſe frater ſuus, "
quo iubente nemo vnquam vitâ priuatus eſt. Recogitat idem Rex velut "
adſe dictum, quod Reges Iſraël clementes ſunt & illud Salomonis, miſe- "
ricordia & clementia cuſtodiunt Regem, & clementia roboratur thronus "
eius. Quamobrem ſicut tradit in his patentibus litteris, miſericordia in "
eo ſuperexaltauit Iudicium, dum de fratris amantiſsimi nece vindictam "
non accepit. At verò dum ad iniurias diuinæ legis ac fidei, dum in adul- "
terationem ſacrilegam verbi Dei proceſſum eſt, ipſe nulla ratione potuit "
hactenus induci vt diſsimulanter eas ferret, approbando Iuſtificationem "
ſceleratam, hæreticalem & impiam huius execrandæ necis; tenuit miſe- "
ricordiam in primo; veritatem in altero cuſtodiuit. Accipite P. C. me- "
moriter quemadmodum collaudauit & gratias egit ipſe Rex huic ſacro "
Concilio quoad hanc aſſertionem. *Quilibet tyrannus*, &c. *damnauerat vt hæ-* "
reticam. Quæ quidem Aſſertio, ſicut referunt prædictæ litteræ, inuenta eſt "
ex teſtimonio fide digno ſufficienter contineri in damnatâ propoſitione "
defuncti M. Ioannis Parui qui iuſtificare nititur mortem hanc horribi- "
lem. Et ecce teſtimonium 16. Magiſtrorum in **Theologia in his litteris** "
quales ſunt apud Iudices. Lectura verò tam iſtarum quàm aliarum litte- "
rarum atque ſcedularum placeat vt reſeruetur in finem, ne fiat interim "
noſtra veluti cicatricoſa narratio, &c. "

His ita prælocutis, liberatus videor ab oneroſiſsima, inutili & forte "
probroſa contentione reſpondendi punctualiter, vel articulatim ad om- "
nia quæ ſunt in Facto circa proceſſum Reuerendi Patris Epiſcopi Pariſ. "
& Inquiſitoris Hæreticæ Prauitatis in toto Regno Franciæ, qui proceſ- "
ſus ſi ſit in hac Ciuitate Conſtantienſi, poſtulamus atque requirimus "
quod ponatur in manibus Concilij: conſtanter affirmo ſaluâ cuiuſcun- "
que reuerentiâ & honore, quod aliter pridie multa dicebantur, quàm "
habeat in ſe verus proceſſus, qualem Authenticam ſperamus in breui re- "
cipere; proinde quoad proceſſus alios hic habitos, intendimus dum po- "
ſtulatos Iudices habuerimus, copiam petere, ac deinde procedere & cau- "
ſam inſtruere pro parte Chriſtianiſsimi Regis prout rationis Ordo po- "
ſtulabit, & cum omnium debitâ celeritate, quia procraſtinationes non "
quærimus, ſed quod iuſtum eſt, quærimus iuſtè fieri; quod iuſtum eſt, "
inquit lex, iuſtè exequêris. Credite quod talis obinde fuit ad Deum "

„ deprecatio præmiſſa, *Deus! Iudicium tuum Regi da, &c.* ſuperſunt itaque
1415. „ plurimi ſecundam fouentes calumniam vt interim de primâ ſileamus, cu-
„ ius impugnatio litteris iſtis inſeritur.

„ Hæc eſt Calumnia, ſicut audiuit cœtus iſte ſanctiſſimus quoad propoſi-
„ tionem defendentem M. Ioan. Parui & Aſſertiones 9. excerptas ab ipſa.
„ Rex idem Chriſtianiſſimus non rectè damnari per Ordinarios Iudices fi-
„ dei fecit, permiſit vel approbauit. Quæ quidem propoſitio Iuſtificare ni-
„ titur mortem fratris ſui iubente D. Duce Burgundiæ per alios inflictam.
„ Quâ ſuper re conqueritur ipſe Rex in his Patentibus litteris. Teſtor
„ attamen Deum imprimis non me læto ea, ſed mœſto ore recitaturum
„ quæ continent, niſi quod ita fieri defenſio cauſæ Regis, imò Catholicæ
„ veritatis & fidei nunc impellit. Proteſtor igitur, quod non ad iniuriam
„ cuiuſcunque non in cauſam criminalem, vel perſonalem recenſebo
„ vnam præſentium litterarum particulam quâ ſic habetur ex perſona
„ Regis, &c. Quid iniuſtius iuſtificatione criminis & talis criminis in quo
„ quid laudemus, quid remuneremus perpendite. Nunquid Authorem
„ laudamus? ſed in eo de fuit Iudicialis authoritas, & Regiam noſtram ſper-
„ nens, inualidamque prædicans & enormiter lædens vſurpauit, tot abu-
„ tens Beneficijs, tot neceſsitudinibus quibus majeſtati noſtræ etiam ipſo
„ iactante tenetur obnoxius? Nunquid Miniſtros laudabimus? ſed eorum
„ impietate, proditione, vecordiâ, crudelitate, ſæuitiâ, cupiditate nihil
„ execrabilius, fœdius, tetrius, excogitari poteſt. Nunquid facti modum
„ laudabimus? ſed hîc per præmeditatas diu inſidias, per confœderatio-
„ nem plurium, per ſimulationes blandas, per mille amicitiarum ſigna fal-
„ lacia ad ſubitum fraterni Regijque ſanguinis exitium tanquam de beſtia
„ proceſſum eſt: & hoc horâ tenebrarum, in tali Ciuitate, vbi ſecuritas
„ plebeis etiam & aduenis eſſe debuerat. Nunquid operis rationem & cau-
„ ſas laudabimus? at nihil ibi probabile prius, nihil poſterius inductum eſt
„ pro teſtimonio quod tali notoria conſtet qualem ſecundum leges diui-
„ nas & Ciuiles eſſe neceſſe eſt, vbi viliſſimus etiam homo rite vita priua-
„ tur. Qualis nempe lex non præmonitum, non auditum & non conuictum
„ morte damnauerit, ſicut ait Nicodemus, ſicut & à Feſto notatum eſt.
„ Nunquid tandem facinoris huius aduentum laudabimus & remuneratio-
„ ne dotabimus? ſed obinde florentiſſimum iſtud pridem Regnum noſtrum
„ iam per ſeptennium tot calamitatibus infandis attritum eſt, tantum in eo
„ ſanguinis humani fuſum fuit, vt æſtimationem omnem effugiat. Hic pla-
„ nè caſus eſt verus, Patres æquiſſimi, atque ſapientiſsimi, hic eſt caſus
„ cum acuto, breuis, ſed validæ reprobationis telo poſitus autenticæ. Quo
„ cognito, quid adhuc egemus teſtibus? quid ambagibus verborum, quid
„ circumitionibus friuolis euaſionum fruſtra niti neceſſe eſt, vbi mortem
„ hanc comitatæ ſunt læſa Majeſtas Regia, Aſsiſsinorum crudelitas, im-
„ **pia Iuramentorum violatio, fallax & blanda, legum omnium diuinæ, na-**
„ turalis & humanæ præuaricatio notoria, denique Regni totius infanda
„ calamitas & fœda. Nihilominus ô mores! ô tempora! ſunt etiam in hoc
„ ſacro Concilio qui tales Circumſtantiarum notas, vel non aduertentes,
„ neſcientes, vel diſsimulantes (negari quippe non poſſunt) calumnias
„ ſtruere non ceſſant aduerſus damnationem reprobiſsimæ huius teſtifica-
„ tionis latam.

„ *Calumnia* 1. Calumniantur aliqui 1. dicentes Aſſertiones iſtas Aſſerto-
„ re caruiſſe; nec ex conſequenti veniunt Iudicio fidei reprobandæ. Sed
„ reſpondemus 1. quod in Errorum damnatione non oportet Aſſertionem
„ dari, vbi notorium eſt & patens ſcandalum ex doctrina tali. Et vtinam,
„ nec haberent, nec habuiſſent huiuſmodi Aſſertiones Aſſertorem; ſed ha-
„ buiſſe proceſſus indicat, & nunc plurimos habere in hoc ſacro Concilio
„ aduerſam non pudet partem gloriari, &c.

„ *Calumnia* 2. Calumniantur alij 2. quod Aſſertiones iuſtæ ſunt, infide-
„ liter & perperam præfato M. Ioanni Parui per æmulos attributæ Mon-
„ ſtrant hæ litteræ Regis contrarium, quod monſtrabitur in proceſſu, ex
ipſa

ipſa propoſitionis inſpectione liquefit, quam hîc examinandam & dam-
nandam judicialiter offerimus. Hæc illa eſt, vel ſimilis quam in Camera 1415.
ſua ſe præſente partim pronunciauit, partim pronunciari fecit, multis
tranſcribentibus idem Ioannes Parui, quæ poſtmodum per exemplaria
multa venditioni publicæ fuit expoſita, &c.

Calumnia 3. Sequitur aliorum idem dicentium quod Priores, ſed ex
alio capite. Contendunt enim M. Ioannem Parui veritates octo pro ſua
maiore poſuiſſe quæ ab ipſis aſſertionibus plurimùm ſunt diſſimiles. At
verò calumnia talis non releuat in aliquo, ſed aggrauat, gladio proprio
ferientem iugulat. 1. Quoniam prætenſæ veritates iſtæ quædam repe-
periuntur in fide & moribus erroneæ, vt 3. 4. 6. & 7. aliæ vel falſæ, vel
iniurioſæ, ſcandaloſæ & piarum aurium offenſiuæ; imò & ſacrilegæ, ſi exa-
minatio debita fiat, &c.

Calumnia 4. Sequitur aliorum. Veritatem, inquiunt, habent Aſſer-
tiones iſtæ, ſpecialiter prima principalis, & hoc in caſu diuinæ reuelatio-
nis; ſed facilis eſt Reſponſio dicere, doce me de reuelationibus.

Calumnia 5 Aſſertiones iſtæ, dicunt multi, veræ ſunt in caſu ineui-
tabilis neceſsitatis. Hic eſt principalis locus refugij partis aduerſæ:
deliteſcunt in hoc antro ſubdolæ & oberrantes ratiocinationum vul-
peculæ, &c.

Calumnia 6. Veniamus ad 6. Calumniam dicentium quod Aſſertiones
iſtæ ſunt ſatis exponibiles ad aliquem ſenſum verum. Reſpondemus ne-
gatiuè, ſi iuxta Regulam Hilarij & in ſcedula fratrum Mendicantium po-
ſitam perſpicuè pro noſtro propoſito intelligentia Doctorum ex cauſis
aſſumatur dicendi, combinando ſcilicet concluſionem cum præmiſſis, &
præmiſſas cum reprobationibus ad inuicem, &c.

Calumnia 7. Reſpondemus alteri Calumniæ quæ à veritate vacua per
numeroſitatem conatur euincere dicens Aſſertiones iſtas plures habere
defenſores quàm Oppugnatores; ſunt idcircò veræ, vel ſaltem, opina-
biles. O falſiſſima & hæreticis atque erroribus fauens calumnia! Non
inſequeris, inquit lex, multitudinem ad faciendum malum, quia ſtulto-
rum infinitus eſt numerus. Veruntamen ſi ad numerum & meritum pla-
ceat attendere, non dubitamus multò plures atque grauioris authorita-
tis nos habere tam in hoc ſacro Concilio quàm alibi, attento quod
plures Magiſtri præſertim ſeculares nondum dederunt deliberationes
ſuas, vt intelleximus; ſicut illi de inclytâ Natione Anglicana, provt fer-
tur, quos tamen videmus ſtrenuos & induſtrios pugiles aduerſus hære-
ticam prauitatem abſque vlla acceptione perſonarum, vel patriæ etiam
propriæ Attento præterea modo deliberandi, quem fecerunt Fratres
Mendicantes de 4. Ordinibus qui ſunt illi facientes hunc numerum. Pu-
tamus enim non eſſe cum eis duos Magiſtros in Theologia ſeculares; vel
ſi veniant **ad ternarium, totum eſt. Attento rurſus multas eſſe cauſas ex-**
trinſecas quæ mouerunt, aut mouiſſe præſumuntur Prædictos Fratres ad
ita deliberandum in modum cuiuſdam Conuenticuli, ne dicamus, Conſ-
pirationis, qualis ſit ipſorum habitudo ad Vniuerſitatem Pariſienſem
plures norunt, &c.

Calumnia 8. Subiungamus pro Calumnia 8. eorum qui dicunt quod
Aſſertiones iſtæ ideo quia reprobatæ, ac damnatæ ſunt Pariſius, & hîc re-
probari quæruntur, pepererunt infinita ſcandala & parrient etiam vſque
ad totalem deſtructionem Communitatis. Fatemur cum Chriſtianiſſimo
Rege, ac Vniuerſitate Pariſ. ſicut & experientia, proh dolor! nimis edo-
cuit, quod Aſſertiones iſtæ & Propoſitio continens ea, dederunt infinita
ſcandala: ſed quod ex reprobatione & damnatione ſua ſcandalum tam
multiplex datum ſit, vel negamus omnino, vel dicimus, quod ſcandali-
zati per huiuſmodi condemnationes nedum non habuerunt cauſam ra-
tionabilem ſcandali, ſed ex hoc reddunt ſe, ac de ſcandalo in fide & de
bonis moribus, imò & de pertinacia multipliciter, ac vehementer ſuſ-
pectos, &c.

1415. „ *Calumnia* 9. dicentium Aſſertiones iſtas ſpectare non ad Iudicium fi-
„ dei, ſed ad cauſam ſanguinis, & quia concernunt Præcepta Decalogi,
„ quæ idcirco ad fidem non pertinent, quia continent euidentiam in lu-
„ mine naturali: concedamus in primis quod homicidium in ſe ſpectatum,
„ ſpectat ad cauſam ſanguinis criminalem, ſed homicidij iuſtificatio præ-
„ ſertim per ius diuinum ac Canonicum, tanquam illud ſit licitum, lauda-
„ bile & meritorium pertinet vtique ad Iudicium & Iudices fidei. Etenim
„ longè aliud loqui de homicidio, aliud de homicidij Iuſtificatione, ſicut
„ aliud eſt furtum, aliud furti approbatio, &c.

„ *Calumnia* 10. Subinfertur tandem vltima pro nunc Calumnia, quæ
„ me pariter cum Rege quærit inuoluere tanquam aliquid execrabile com-
„ miſerim. Ecce, inquiunt, iſte Chriſtianiſſimum Regem exponit diſcri-
„ mini turpis notæ erroris, vel hæreſis in cauſa, quam nec voluit, nec vult
„ aſſumere. Hìc Reſpondeo 1. quod neque Regem, neque prudentiſſi-
„ mum Conſilium ſuum totum, neque Vniuerſitates, neque Prælatos,
„ neque Clerum ſui Regni ita in manu mea teneo, quod eos ſufficiam, vel
„ debeam prohibere à defenſione cauſæ fidei, neque certe volo, &c. Di-
„ co 2. quod antequam Rex veniret in cauſam, aſſumpſi mihi cauſam ip-
„ ſam modo quo decebat Theologum, quomodo neque diſceſſi, neque
„ diſcedo, neque diſcedam, Deo mihi propitio, ſicut reperiri debet in
„ actis me ita reſpondiſſe, &c. Dico 3. quod dum ſenſi Commiſſarios in
„ cauſis fidei aliter intendere, quia citabant me vt irem Diuionem; &
„ tutius mihi forte fuiſſet ire in Babylonem: quia inſuper nihil intende-
„ bam procedere contra perſonam qualemcumque, nec per ſtrepitum
„ & figuram Iudicij interrogatus ſi facerem meam partem, reſpondi
„ quod huiuſmodi denunciationem contra perſonam, neque feceram,
„ neque faciebam: & retribuat Deus in bonum illis qui contra ſatagen-
„ tes oppoſitum, quibus ignoſcat Deus innocentiam meam & ſimpli-
„ citatem reuelauerunt, hoc memori grataque mente retineo. Dico 4.
„ quod ſi materia ſtetiſſet in puris terminis Theologicis, tractando eam
„ ſtylo Theologico, qualis prædeſcriptus eſt, ita quod de intereſſe per-
„ ſonali cuiuſcunque perſonæ nequaquam fuiſſet actum, non opus fuiſſet
„ introducere Regis authoritatem. Nunc autem dum res tractatur per
„ Aduocatos & Procuratores & Notarios & per ſtrepitum & figuram Iu-
„ dicij, ſentit aduerſa Pars, credite, ſenſimus & nos quod diuitibus & di-
„ uitijs opus erat, &c.

„ Concludo tandem & conſtanter affirmo me firmiter credere &
„ nullatenus dubitare quod hæc doctrina propoſitionis defendentis
„ M. Ioannem Parui cum ſuis Aſſertionibus, ſicut inuenta in iſto codi-
„ ce continetur eſt erronea in fide & moribus, ac multipliciter ſcanda-
„ loſa, &c.

Poſt hanc orationem produxit idem Cancellarius cum aliis Legatis Regijs Litteras & alia munimenta, ac inſtrumenta manibus & ſigillis Notariorum & Protonotariorum munita. Et 1. quidem, vt ibidem dicitur, quendam ſexternum Papyreum continentem tres partes præcipuas; in prima poſitæ erant ſex Concluſiones Theologicæ contra propoſitionem M. Ioannis Parui, incipiebat autem his verbis. *Quia ex Patentibus*. In 2. erant 4. regulæ ſuper ſtylo Theologico tenendo in condemnatione errorum cum certis circumſtantijs requiſitis. Incipiebat his verbis, *Super omnia vincit veritas*. In 3. erat breuis ſchedula quâ petebatur vt fieret examen ſuper deliberatione 4. Ordinum Mendicantium de nouem Aſſertionibus M. Ioannis Parui. Incipiebat. *Attendens Chriſtianiſſimus*. Item magnam litteram Regis, vt ibi dicitur, Patentem, ſuper condemnatione dictæ Propoſitionis M. Ioannis Parui, & incipiebat, *Regia maieſtas noſtra*. Item quendam magnum quaternum Papyreum ſignatum ſignis duorum Notariorum continentemque Propoſitionem M. Ioannis Parui. Item Inſtrumentum Aduocationis D. Cancellarij Pariſ. ſuper propoſitione per eam ex parte Vniuerſitatis Pariſ. alias facta coràm Rege

Francorum. Item ſchedulam Papyream continentem appellationem à Iudicibus fidei ſuper publicatione votorum, &c. Item litteras Patentes Vniuerſitatis Pariſ. ſuper approbatione ſententiarum D. Epiſcopi Pariſ. Item quendam quaternum Papyreum in quo continebatur deliberatio Fratrum de 4. Ordinibus Mendicantium ſuper 9. Aſſertionibus. Hæc ex operibus Gerſonis. 1415.

His igitur & alijs multis Conſtantiæ ab vtraque parte prolatis, datiſque Iudicibus, quorum è numero expunctus eſt Cardinalis de Alliaco, eò quòd fuiſſet olim Gerſonis Magiſter, poſtquam diu multumque digladiatum eſt, ſacra Synodus hortatu Sigiſmundi, attendens quod in re erat præcipuum, nec ſollicita an Propoſitiones eſſent Ioannis Parui, an à Gerſone confictæ, nulla mentione factâ Ioannis Parui, nullâ Ducis Burgundi, ſimpliciter damnauit Aſſertionem iam ab Epiſcopo Pariſ. damnatam; quanquam ait Monſtreletus Synodum declaraſſe nulla & irrita quæcunque per Epiſcopum Pariſ. aduerſus Ioannem Parui decreta fuiſſent. Verum ex ipſis Synodi verbis, quid decretum fuerit vltimâ die Iunij, patet. hæc enim Cenſura legitur.

Præcipuâ ſollicitudine volens hæc ſancta Synodus ad extirpationem errorum & hæreſeos in diuerſis mundi Partibus inualeſcentium procedere, ſicut tenetur, & ad hoc collecta eſt, nuper accepit quod nonnullæ Aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter ſcandalo-ſæ, totiuſque Reipubl. ſtatum & Ordinem ſubuertere molientes dogmatizatæ ſunt, inter quas hæc Aſſertio delata eſt. *Quilibet Tyrannus poteſt & debet licitè & meritoriè occidi per quemcumque vaſallum ſuum, vel ſubditum etiam per inſidias & blandicias, vel adulationes, non obſtante quocumque iuramento, ſeu Confœderatione factis cum eo, non exſpectatâ ſententiâ, vel mandato Iudicis cuiuſcunque.* Aduerſus hunc errorem ſatagens hæc ſancta Synodus inſurgere, ac ipſum funditùs tollere, præhabitâ deliberatione maturâ declarat, decernit & definit huiuſmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & moribus. Ipſamque tanquam hæreticam, ſcandaloſam, ſeditioſam & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria vias dantem reprobat & condemnat, declarat inſuper, decernit & definit, quod pertinaciter Doctrinam hanc perniciosiſſimam Aſſerentes ſunt hæretici, & tanquam tales iuxta Canonicas & legitimas ſanctiones ſunt puniendi

CONDEMNATIO PROPOSITIONIS DE TYRANNIS PER CONCILIVM.

Porrò non erit forte ingratum his addere, quæ in MS. Victorino leguntur, quæque alibi non putem reperiri; quanquam enim Autor omnino videatur eſſe Burgundianarum Partium, & è comitatu Epiſcopi Atrebatenſis, multa tamen in Epiſtola ad Amicum Pariſienſem ſcribit ab huiuſce hiſtoriæ veritate non abſona. Sic igitur ille.

Quia ſcio vos affectare agitata in hoc ſacro Concilio & ſpecialiter in cauſâ D. Ducis **Burgundiæ Rei & defenſoris legitimi quantum** ſuâ intereſt contra 9. Aſſertiones exhibitas per M. Ioannem de Iarſon aliàs condemnatas Pariſius, & contra ipſum Iarſon ſe facientem & dicentem denunciatorem Euangelicum. Ex quâ re noueritis quod ipſe Iarſon liuore ductus inuidiæ, odij & inimicitiæ cum fauore, conſilio & auxilio Ludouici Ducis Bauariæ & nonnullorum aliorum contra & præter inſtructiones Regis delatas ſuis Ambaxiatis per M. Guillelmum Pueri nepotis & Iordanum Morini ſuper hoc ſpecialiter ordinatos inhibitionem continentes de perſecutione, aut introductione dictæ materiæ condemnationis illarum 9. Aſſertionum ſuo nomine proprio, vt Doctor Theologicus & zelator fidei, vt dicebat, introduxit dictas 9. Aſſertiones tanquam erroneas in fide & moribus reprobatas Pariſius, eo abſque quod dixerit eas fuiſſe condemnatas per Epiſcopum Pariſ. coram certis Commiſſarijs & Deputatis à Concilio, inter quos erant DD. Cardinales Cameracenſis & Florentinus, & proteſtatus fuit à principio quod non intendebat alicuius nomen exprimere, nec contra honorem & famam alicuius præiudicium generare. Petitioni cuius Iarſonis reſpondit D. Epiſcopus

EPISTOLA ANONYMI AD AMICVM PARIS. ANONYMVM.

" Atrebatenſis proteſtans inter cætera quod Ambaxiatores Regis & D.
1415. " Ducis ad inuicem concordauerant iuxta ſuas inſtructiones non intrare
" materiam præſentem certis ex cauſis iuxta mandatum Regis. Ideo con-
" trà dictas inſtructiones & Concordata non volebant venire, & proteſta-
" bantur quod non per ipſas Ambaxiatas D Ducis primò introducebatur
" materia præſens, imò purè paſſiuè & defenſiuè ſe habere proteſtabantur;
" & quod ipſe Iarſon ſibi benè præcaueret de faciendo contra dictas in-
" ſtructiones Regis, cuius Ambaxiator erat, & quod materia erat pericu-
" loſa valde & turbatiua pacis Regni, &c.

" Quo facto præfatus D. Epiſcopus dixit D. Cameracenſi Cardinali,
" quod in hac materia non intendebat dictus D. Dux Burgundiæ ipſum
" habere & acceptare pro Iudice, imò ipſum habebat ſuſpectum certis ex
" cauſis declarandis tempore & loco: & vlterius quod ipſe neque dicti
" Commiſſarij qui ſe gerebant pro Coniudicibus fuerant deputati in ple-
" na Seſſione publicâ, provt moris erat in alijs materijs, & verum erat.
" Quod videns Rex Romanorum putans Ambaxiatores dicti D. Ducis vel-
" le fugere, ſtatim procurauit in craſtino fieri Seſſionem, prius habitâ de-
" liberatione inter 4. Nationes de conſtituendo Iudices in hac materia &
" generaliter in omni materia fidei ſub certâ formâ & de qualibet Natione
" 4. Doctores, videlicet duos in Iure Canonico & duos in Theologia, &
" cum ipſis fuerunt adiuncti 4. Cardinales, videlicet de Vrſinis, Aquile-
" gienſis, Cameracenſis & Florentinus: & ſic fuerunt viginti Con-judices
" in ſumma. Sed in plena Seſſione dictus Atrebatenſis proteſtatus eſt
" quod non intendebat conſentire in Cardinalem de Cameraco quem ſuſ-
" pectum habebat; & nihilominus die Sabbati quæ fuit 25. Iunij, ſedentibus
" pro Tribunali Iudicibus præfatis cum ipſis dicto Cardinalede Camera-
" co, qui voluit deſiſtere, præſente Rege Romanorum, ipſe Iarſon repro-
" duxit dictas 9. Aſſertiones vt prius. Et in continenti pro parte D. Ducis
" dixit dictus Epiſcopus quod ſi illæ 9. Aſſertiones erant illæ quæ aliàs fue-
" rant condemnatæ Pariſius per Epiſcopum Pariſ. credebat intereſſe D.
" Ducis, eo quod ab illa ſententia ab eo fuerat appellatum ad Curiam
" Rom. vel ſacrum Concilium, & cauſas dicti intereſſe offerebat monſtra-
" re tempore & loco; ſed primitùs & ante omnia recuſabat pro Iudice di-
" cti Ambaſſiatæ præfatum D. Cardinalem de Cameraco certis ex cauſis
" tunc datis in ſcriptis. Ex quibus dictus Cardinalis fuit conturbatus, quia
" fuerant lectæ publicè dictæ cauſæ, & erant aliquæ quæ tangebant hono-
" rem ſuum & famam, videlicet odium inter ipſum & defunctum M. Ioan-
" nem Parui occaſione proſecutionis vnionis Eccleſiæ: & ibi tangebatur
" occaſio propter quam aliàs fuerat priuatus ab Vniuerſitate & proſequen-
" te dicto defuncto M. Ioanne Parui. Item amicitia ſimul & familiaritas
" habita cum ipſo de Iarſono. Item ſpecialiter quia dixit in judicio quod ſi
" recuſaretur in hac materia & non eſſet Iudex, ipſe foret pars Principalis
" in proſecutione, cum multis alijs cauſis. Et finaliter poſt aſſignationes
" diuerſas in dicta cauſa & ſuper naturam recuſationis dixit quod nolebat
" impedire cauſæ acceleratione propter ipſius præſentiam, & quod non
" intereſſet à modo, & ſic confuſus abijt in magnam diſplicentiam dicti
" Iarſon & ſuorum ſequacium. Tandem interrogatus ipſe Iarſon vnde ve-
" nerint illæ 9. Aſſertiones, & qui eas reprobauerat erroneas in forma
" in qua tradidit eas, &c. reſpondit quod adhoc dictus Ambaxiator non
" habebat reſpondere ex quo nolebat ſe facere partem formalem ad
" eas defendendum; ſed in caſu quo vellent eas defendere, eis reſponde-
" ret. Finaliter tædio affectus exhibuit ſententias binas Epiſcopi Pariſ.
" cum litteris Regis & Vniuerſitatis Pariſ. Ex quarum tenore inſpecto fuit
" decretum, declaratum & definitum per Iudices quod dictus D. Dux
" Burgundiæ habebat intereſſe ſufficiens in defenſione Proceſſus: & fue-
" runt vlteriùs admiſſi Ambaxiatæ ad probandum dictum intereſſe, mate-
" ria Principali dictarum 9. Aſſertionum ſuſpenſa vſque ad tempus & ho-
" ram competentia. Puto vos ſatis ſcire qualiter & quomodo tangitur

intereſſe in præſenti materia: quod ſatis reſultat ex ſententia Epiſcopi Pariſ. in qua tangitur D. Dux Præfatus cum *Iuſtificatione Ducis Burgundiæ, &c.* & quod à dicta ſententia appellauerat, &c. Amplius ſuper dicto intereſſe proſequendo & impediendo ne dictæ 9. Aſſertiones condemnarentur ſeu in eis quoquo modo procederetur, niſi prius definito ſupradicto intereſſe, fuit datus libellus continens tria, vel quatuor puncta, videlicet quod defunctus M. Ioannes Parui ſemel & vnica vice propoſuit pro D. Duce Burgundiæ, tali tempore & loco, &c. & in illa propoſitione poſuit octo propoſitiones quas appellauit 8. veritates, quæ ſunt tales, &c. inſcriptæ ſunt in libello, quæ ſunt octo veritates aliæ à prætenſis 9. Aſſertionibus exhibitis per dictum Iarſon in materia, ſenſu, forma & verbis, ſuſtinibileſque & opinabiles abſque fidei Catholicæ læſione, & quod dictas 9. Aſſertiones nunquam propoſuit dictus Parui in ſua dicta propoſitione, &c. Et conſequenter petitur quod declarentur eſſe aliæ ab illis 9. & ſuſtinibiles prout ſequitur. Item petitur 2. quod ſententia Epiſcopi Pariſ. caſſetur & annuletur, cum per eam condemnetur propoſitio M. Ioannis Parui tanquam continens errores plurimos cuius contrarium verum eſt. Item petitur finaliter & concluditur quod ipſe Iarſon puniatur vt calumnioſus & falſus adſcriptor errorum & hæreſum, &c. Cui libello recuſauit & recuſat reſpondere dictus Iarſon dicendo, quod ad hoc non tenetur certis de cauſis: imò petiuit non cogi, aut compelli ad reſpondendum; imò & judicio abſolui, cum ipſe tanquam purus denunciator & Euangelicus prætenſas 9. Aſſertiones exhibuerit judicio fidei, vt Concilium ſacroſanctum ordinet & diſponat, vt ei videtur bonum, nec eas defendere, ſeu in dicto judicio tenetur vlterius procedere, ſiue in proceſſibus inuolui. Et adhuc fuit replicatum quod imò tenebatur Libello reſpondere & judicium ſubire. Et finaliter ſuper hac materia fuit taliter proceſſum quod heri fuit dies aſſignata ad audiendam ordinationem Iudicum, an ipſe Iarſon debeat dici deſtitiſſe à proceſſu, aut Calumniator puniri, prout petitur per ipſum D. Ducem. Et ſic apertè patet quod adhuc eſt initium judicij, licet fuerint tentæ in materia pluſquam triginta dietæ: nam ter in hebdomada proceditur in cauſâ, niſi ſuperueniat impedimentum. Et credatis quod aduerſarij crediderunt habere concluſionem & condemnationem dictarum 9. Aſſertionum in vna hebdomada, attentis fauoribus quos habebant per Regem Romanorum qui multa protulit enormia de D. Duce, quem viſus eſt habere pro Capitali inimico, & hoc ad ſuggeſtionem dicti Ludouici de Bauaria qui dictum Regem regebat pro tunc cum vxore ſua, vt fertur hîc communiter. Et vix fuit aliquis in hoc Concilio qui auderet loqui de materia præſenti pro D. Duce in bonum. Imò videns ipſe Rex quod non potuit obtinere Concluſionem condemnationis dictarum 9. Aſſertionum, vt volebat, licet ſolicitauerit Iudices quantum potuit per eius præſentiam in judicio ſæpiſſimè & per Nuncios & literas dixit quod nunquam iret ad locum Conuentionis videlicet, Niciam donec eſſet finis dicti proceſſus. Et quod plus eſt, ipſe exiuit Ciuitatem Conſtantiæ per 8. dies & iurauit publicè, vt dicebatur communiter, quod non rediret, niſi prius expedito dicto proceſſu. Quare oportuit pro ſatisfaciendo ſibi quod quædam alia propoſitio vocata: *Quilibet tyrannus*, quam Iarſon prius petiuit condemnari ab Epiſcopo Pariſ. quæ tamen non fuit de qua ſcitis quod condemnata fuerit ad ſatisfaciendum dicto Regi qui putabat quod dicta propoſitio eſſet vna de contentis in propoſitione M. Ioan. Parui & ita datum eſt ſibi intelligi, & ſub illo colore fuit condemnata, ipſo Rege præſente, vnde gauiſus eſt & omnes Aduerſarij quod communiter dicebant ignorantes, quod Propoſitio Parui fuerat condemnata. Longum eſſet verbis enarrare pœnas, iniurias & opprobria quæ paſſi ſunt dictus Epiſcopus & M. Petrus Cauchon qui ſoli ex parte D. Ducis ſuſcipiunt & habent onus. Sed Deo laus. Poſt receſſum dicti Regis Ambaxiatores præfati ſunt ſecuriores quàm antea, & liberius tractauerunt materiam

1415.

1415. " & proceſſum cum bono conſilio. Et nunc patet zelus fidei, quo proceſ-
" ſit ipſe Iarſon & ſui ſequaces quibus etiam diſplicet quod negotium non
" ducitur ad eorum voluntatem, & ſpecialiter de pace Regni & Franciæ
" reformata. Et ſciatis quod vellent modò negotium nunquam fuiſſe hîc
" inceptum. Cardinalis de Cameraco niſus eſt concordare Partes ad ſuum
" libitum, ſed non poteſt ſufficienter; quia voluit nuper per vnam ſcedu-
" lam per eum confectam ſedare proceſſum, ſed non potuit, cuius copiam
" mitto præſentibus intercluſam. Speramus hic omnes habere bonum exi-
" tum & honorabilem in materia, quia totum Concilium vellet proceſſum
" terminari ad bonam pacem & concordiam Ducis, & ad hoc interponunt
" vires aliqui dominorum Cardinalium & Doctorum. Et ſi non habea-
" tur finis per concordiam, non ita cito habebitur per proceſſum, quia
" adhuc ſumus in principio, vt poteſtis conſiderare: quia reſtat adhuc pro-
" bare intentionem circa libellum exhibitum, & examinare dictas propo-
" ſitiones hinc inde, quæ non fient ita citò & ſine magno diſcurſu. Epiſ-
" copus Pariſ. citatus eſt ad requeſtam D. Ducis in dicta cauſâ appellatio-
" nis, & ſperamus die aduenient cauſam apertius terminari quæ nulla
" eſt ipſo Iure. Nolite recipere in diſplicentiam quod dictus Atrebatenſis
" & Ego ſæpius vobis non ſcripſimus, quoniam in veritate non fuimus auſi
" etiam pro proprijs negotijs alibi ſcribere, propter ſtrictum modum cuſto-
" diæ portarum & alijs de cauſis. Ipſe namque dictus Epiſcopus ſalutat vos
" vicibus repetitis, & ſæpiſſime loquitur de vobis recognoſcendo Curia-
" litates per vos eidem exhibitas; hæc de proceſſu. Veruntamen noueritis
" quod inter 9. Aſſertiones dictas & illas 8. veritates Parui eſt magna diffe-
" rentia in ſenſu, materia, & forma, quoniam à Tertia veritate ſubtra-
" cta ſunt verba *quando non vult ſe corrigere, nec emendare*, & ſpecialiter
" *quando eſt periculum in mora*. Et ſimiliter ex alijs propoſitionibus diſtor-
" ta aliqua verba mutantia valde ſenſum dictarum veritatum. Et ſolum
" reſtat nobis probare quod illæ octo veritates ſunt contentæ in libro dictæ
" Propoſitionis Parui iuxta formam exhibitam in judicio: quod facilè pro-
" babitur quoniam iam commiſimus ad partes Diuioni, pro faciendo colla-
" tionem librorum ibi reperiendorum. *Scriptum Conſtantiæ VI.* Sept.

" *Tenor ſcedulæ Cardinalis de Cameraco.* Hæc S. Synodus declarat quod
" per præmiſſam condemnationem 9. propoſitionum, vel etiam per con-
" demnationem nuper factam de illa propoſitione, *Quicunque tyrannus*, ea-
" dem S. Synodus non intendebat, nec intendit iuri alicuius perſonæ, ſeu
" famæ ipſius, vel honori præiudicare, ſeu quodlibet particulariter dero-
" gare, cum nullus particularis aſſertor, ſeu defenſor earundem coram
" dicta Synodo fuerit ſpecialiter, vel Iudicialiter accuſatus.

Hac de re fuſe Gerſon in Dialogo Apologetico, in quo ſic Volucrem inducit loquentem. *Nonne ſatis videtur pro triumpho veritatis quod nulla aduerſus eam poſt tot agitationes & pertractationes lata eſt ſententia quæ præſertim in rem tranſierit iudicatam, &c. Manet igitur in robore ſuo deteſtatio falſitatis & hæreticæ prauitatis. Manet approbatio tam ſolemnis ſacræ Theol. Facultatis in Vniuerſitate Pariſ. cui centum & quadraginta vnus Theologi ſe manibus proprijs ſubſcripſerunt. Manet ſimilis approbatio Facultatis Decretorum in eadem Vniuerſitate quæ ſimiliter in ſe tota pondus approbationis ſuæ dedit ſub literis patentibus. Manet Authenticum valde Parlamenti Regij Decretum, vel Arreſtum huiuſmodi Doctrinæ cum tota Propoſitione Ioannis Parui capitaliter damnatiuum, &c.*

Paulo poſt verò ſubiungit Mendicantes contra ſenſiſſe & Vniuerſitati repugnaſſe. M. *Sed quid de deliberationibus quorundam Mendicantium cum magno numero reſpondetis, quos dicunt facta in vnum conuentione ſe cuidam ſcedulæ ſubſcripſiſſe quam ſigillauerunt ſigillis Generalium de 4. Ordinibus, vt prætendunt, vbi deliberant, ſed in ſacco & tenebris Aſſertiones iſtas (ſcilicet Ioan. Parui) non eſſe judicio fidei reprobandas, imò ſententiandum eſſe, quod ad fidei Iudicium non pertinent? Neque enim in hanc inſaniam auſi ſunt proſilire, vt apertè dicerent quod veræ ſunt. Gloriatur tamen aduerſa Pars tanquam eas*

deliberauerint, veras eſſe. V. ò ſi ſcires omnia Monita, quæ circa Proceſſum talem emerſerunt nunc iſtis, nunc alijs vijs, imò inuijs & exorbitantijs, imbiberet ſpiritum tuum vehemens indignatio, &c. Quinetiam ſacræ Theol. Facultas Pariſ. cum ad ipſam ſchedula talis delata eſt pro parte dicti Chriſtianiſſimi Francorum Regis, ſuaque deliberatio quæſita, reprobauit eam multiplici, ac efficaciſſima ratione ſub patentibus literis, ſigillo ſuo munitis. Non igitur poteſt aduerſa pars gloriari de pluralitate maiori Theologorum neque numero. 1415.

Dum iſta Conſtantiæ geruntur, Francia, Ciuitas Pariſienſis & Vniuerſitas varijs turbinibus agitantur. Angli cum exercitu numeroſiſſimo vaſtant, diripiunt, depopulantur, vrbes & Caſtella occupant. Neque in eo ſtat clades; cum ijs confligitur, ſed inauſpicatò: nunquam vllibi tanta Nobilium & Magnatum ſtrages; flos Nobilitatis Gallicanæ ibi perit; dies fuit 25. Octob. funeſta Francis; Locus, Azincurtius malè ominatus in Comitatu S. Pauli, Ditionis Normanicæ. Hoc vbi auditum eſt Pariſijs, dici non poteſt quanta fuerit animorum conſternatio. Congregatur Vniuerſitas, & ad Deum conuerſa rogat pacem ſolemnibus ſupplicationibus. Natio Gallicana ſpeciatim parentat; in cuius Actis habentur quæ ſequuntur.

Die vltima eiuſdem menſis (Octob.) Natio fuit conuocata ſolemniter in S. Mathurino ſuper 2. art. 1. ſuper aliquibus tangentibus honorem Nationis. 2. communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quoad 1. tangebatur de lamentabili, ac doloroſo bello facto contra inimicos D. noſtri Regis, Regni & Reipub. videlicet Anglos, in quo tot Principes, Nobiles, Milites ac Barones de ſanguine Regio & de Natione præfata moriebantur. Etiam pauci, vel nulli erant in dicta Natione quin habuiſſent Parentes, fratres, cognatos, aut veros Amicos, cum pluribus alijs circunſtantijs ibidem narratis ad commouendum omnes Magiſtros ciuſdem Nationis pro ſeruitio faciendo pro dictis Defunctis. In quo 1. art. per omnes concorditer deliberabatur quod vigiliæ ſolemnes fierent & ſeruitium. Et ſuper iſto fuerunt dati Deputati Notabiles de quacumque Prouincia, qui haberent ordinare præfatum ſeruicium, vt honor eſſet perpetuis diebus Nationi & eius ſuppoſitis.

In ijſdem Actis legitur die 11 Nouemb. celebratas fuiſſe vigilias in Coll. Nauarrico & poſtridie Miſſam ſolemnem pro Defunctis ab Epiſcopo Cabilonenſi. Neque verò his malis Proceres mouebantur, inteſtina odia ſimultateſque fouere non deſinebant propterea, hi Aurelianenſi, Illi Burgundicæ parti fauentes. Aderat Burgundus prope cum ingenti exercitu, petebatque ſibi licere ingreſſum in vrbem. reſponſum licere, ſi cum paucis veniret. Noluit ille, diffidens ſibi; ſuos habebat in vrbe fautores, fax Cabochiana animos attollebat. Metuunt ſibi boni, Curia, Parlamentum, Vniuerſitas, Ciuitas per Legatos adeunt Aquitaniæ Ducem tunc præcipuum Regni Rectorem, rogant ſalutem aſſumpto hoc themate per Principem Senatus, *Domine ſalua nos, perimus.* Placet Oratio Duci & ſtrenuam pollicetur operam; ſed ecce poſt paucos dies, 18. nempe Decemb. repentina morte moritur.

Die 8. Ianu. Vniuerſitas intellecto à Benedicto Gentiani & Iacobo d'Eſpars quid rerum in Concilio gereretur, illuc nouam Legationem deſtinat & ad Patres Concilij ſcribit, vt ſequitur.

Litteræ Vniuerſitatis ad Cardinales & Concilium Conſtantienſe.

GRaues de medio tollere diſcordias & litis eneruare fomenta Eccleſiaſticæ proſperitati neceſſarium eſt. Et his inſudantibus vigilijs « A. 27. G.
meritorum Egregij & Reuerendiſſimi Patres Almumque & ſalutiferum «
Concilium! Quoniam lapſa tempora nos edocent quantum leuis diſcor- «
diarum ingreſſus & rerum agendarum inconſtantia frequenſque muta- «
tio ſtatutorum ſcandali parauerint, vt iam Beneficia plus cauſis Explo. «
ratoribus quàm iure potiſſimis relinquantur. Et quod ad hanc rem atti- «
net, nuper dicto *Ioanni 23. ſcripſiſſe memoramur vt Conſtitutionem Piſani* «

Concilij de Pacificis poſſeſſoribus inſtitutis Canonicè in ſuo robore conſer-
1415. uaret, & ne verborum ambiguitas ſurgeret in damnum & controuerſiæ daret materiam iuxta Iuridicas ſanctiones verbum illud *Canonicè inſtitutis* planè atque irreplicabiliter declararet. Nonne autem & nobis ipſis ſumus conſcij quid per illud verbum *Canonicè, &c.* Gallicana t. Eccleſia atque ipſum Concilium Piſanum poſterius aduocatum intellexerit, quoniam noſtras ad preces & ob Regni pacem atque Beneficiorum felicius regimen ad tantum cætum Patres vocati illud pro ſtatuto ſanxerunt noſtris Deprecationibus in forma autoritatiua conſenſum præbentes atque eandem autoriſantes ſanctionem, nil autem aliud nos Oratores atque ipſos nos exaudientes intellexiſſe putamus, niſi vt qui ſanè Simoniaca peruerſitate, aut ſeculari violentia, aut ſanè inconceſſa origine, aut propter defectum Natalium non humilitati Beneficia pacificè poſſidebant, in ſuarum poſſeſſionum integritate velut iuſtè intitulamanerent, ſic iura volunt, ſic Canonum ſeries ſi percurratur, explicabit, atque id ſuadebit æquitas. Neſcimus autem quâ fortaſſe præſumptione, aut temeritate ſatis Mandata huius Conſtitutionis in robur irruant malignantes, vt nihil efficaciæ iam habeat, aut in defenſinem veniat cuiquam valitura, nam hic eam conatur euertere alius auſus contra Iuſtitiam & Iuris reuerentiam deprauantes, & quod ad perſonarum concordiam inuentum eſt, depreuata aſtutia ad nouas contradictiones impudenti abuſu peruertit, vt iam ſacras non vereatur animalis homo violare ſanctiones & Eccleſiæ, ac Patrum ſtatuta probatorum. Nos tantis condolentes afflictionibus atque omnia plena diſſidijs intuentes ad refugium venimus ſingulare, veſtraſque deprecamur Charitates vt Eccleſijs conſulentes fideliter & maliciæ inualeſcenti viriliter aduerſantes, Conſtitutionem præfatam in robore ſeruare & verbum illud *Canonicè* iuxta explicationem præfatam declarare dignentur, quod & iura petunt, & noſtra pro petitione interuenit æquitas: ſi quid autem in contrarium actum ſecuſve proceſſum, vos ipſi pariter irritetis & pro futurorum temporum ſecuritate maiori eandem Conſtitutionem iteratò veſtra pro parte edicatis, vna enim hac ſancta operatione multas finietis fallacias & pacem dabitis his qui volunt eam vt quos propria conſcientia non reprimit à malo, aliena melior ſua autoritate coërceat. Hoc idem Rex noſter Chriſtianiſſimus per ſuos Oratores dudum etiam iuſſit poſtulari atque adimpleri, per Piſanum Concilium exorauit, quod & Nos ſaltim pro Gallicana petimus Eccleſia in qua Conſtitutio hæc maximam afferet vtilitatem, atque rerum neceſſitate poſtulatur. Vos autem quantum eidem congrua ſit, ponderate, vt veſtræ paternitates fœcundæ ſunt quas Spiritus almus inhabiter ad Eccleſiæ decorem, proſperitatem & pacem. Scriptum Pariſius, die 8. Ian.

Veſtrarum Paternitatum celebriſque Congregationis humiles, deuoti & obſequioſi Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Hiſce litteris quæ extant in Tabulario Academico ſub his Caracteribus A. 27. G. placet alias ſubdere notatas A. a D. quibus Priori Legationi noua additur.

» VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis *Rector & Vniuerſitas ſtu-*
» *dij Pariſ.* Salutem in eo qui ſaluos facit rectos corde. Pacem Eccle-
» ſiæ diu quæſitam, quam mille labores infinitaque pericula fidelibus vt
» prope eſt parauere, totis præcordijs amplexamur, & ſudoribus lachri-
» miſque petiti obuiàm imus gaudentes, ſuccinctique ad occurrendum vt
» comprehendamus eam, cuius pulcritudo & decor indumentum & gloria
» & diuitiæ in domo eius, requies & firmamentum operum illius.
» Vt verò locum ſacri Concilij, vbi primum recipienda & de eius aduentu
» nunc agitur quemque mente & ſpiritu præſentes aſſiſtimus, omnes cor-
» corporaliter adire non valent, ad eiuſdem ſacri Concilij celebritatem

quoſdam

quoſdam ex nobis dilectos & electiſſimos viros deſtinamus, famoſos eruditiſſimoſque Magiſtros tales quoſdam iam prioris veſtræ legationis conſortes, quos in eiuſdem prioris Legationis autoritatem confirmamus, alios nouiter conſtitutos, quibus eandem dedimus poteſtatem ex ipſisque vnam & eandem Legationem ad vnionem Eccleſiæ, citam Eccleſiæ Reformationem & hæreſum extirpationem pro nobis & noſtro nomine tanquam veri Legati clara & firma fungentes poteſtate facimus, eiſdem iniungentes, vt iuxta ſuarum Inſtructionum ſeriem, ad ea quæ dicta ſunt cæteraque tractanda nomine noſtro tanquam nos repræſentantes in dicto Concilio diligenter inuigilent, honori, prærogatiuis, iuribus, vſibus & præeminentijs famoſi & inclyti huius Franciæ Regni, Regiſque Chriſtianiſſimi, noſtroſque oculos habentes & ad hæc ſeruanda ſuperintendentes diligenter. Volumus inſuper eoſdem & eorum ſingulos coniunctim & diuiſim honore, præeminentia, dignitate & ſtipendijs eiuſdem Legationis, iuxtà ſibi præfixos modos & ordines vti pariter & gaudere, inhibentes ne ſuarum inſtructionum terminos tranſgrediantur, ſub pœnis ad hoc ordinatis, ſignificantes & iubentes ſuper omnibus Suppoſitis noſtris Conſtantiæ manentibus quatinus eiſdem aſſiſtentiam, conſilium, auxilium præbeant pariter & fauorem. Datum in noſtra Congregatione Generali. 1415.

Ad Calcem harum litterarum ſubiectos legimus Legatos, qui ſequuntur, D. G. de Hotot Abbatem de Cormeriaco, M. Io. Balduini & M. Martinum ſacræ Theol. Profeſſores. D. Petrum de Prouins & Girardum Faydes Doctores in Decretis, M. Iac. Deſpars in Med. Magiſtrum, M. Adam Bourgin & Guill. Lochem in Artibus Magiſtros & Mathiam Iacobi Bedellum.

Circa id temporis, menſis ſcilicet Ianuarij eiuſdem anni die 14. Ioannes Britanniæ Aremoricæ Dux Pariſios aduenit, & à Burgundo Regem rogat patere ipſi ingreſſum in vrbem cum copijs, ſed non obtinet. Sperabatur fore diuturniorem eius moram Pariſijs, eumque forte ad Regni molimina acceſſurum. Eum itaque adit Vniuerſitas & depulſionem hoſtium, Priuilegiorumque ſuorum conſeruationem deprecatur. Ille paci volens addictiſſimus videri, monet ipſius eſſe Vniuerſitatis indagare vias rationeſque reducendæ pacis, rogatque in eam rem incumbere.

Die 29 eiuſdem menſis Ianuarij referunt Delecti, ſeu Deputati quæ à Duce audiuerant. Et ſuper ijs conſilium initur. Quidam putant ad eum redeundum; eique gratias agendas, quòd Pacis ſtudioſus eſſe videretur; & iſti Burgundo fauebant. Alij ſuſpectum habentes, negant adeundum, aut certè exſpectandum aliquandiu. Nihil à Rectore concluſum. Nihilominus Britannum adeunt nonnulli poſt meridiem Oratoreque vtuntur Miniſtro Mathurinorum M. Ioanne Halbaldo, aliàs de Trecis, Doctore **Theologo & Aſtrologiæ peritiſſimo**; quem autem ſucceſſum habuerit Legatio iſta, commemorant Hiſtoriæ Gall. Scriptores, Ioannes Iuuenalis hoc modo. *Le Mercredy 29. de Ianuier. Ceux de l'Vniuerſité qui autrefois auoient eſté deuers le Duc de Bretagne firent leur relation: laquelle oüye, veu la bonne affection qu'iceluy Duc auoit à la Paix, il fut mis en deliberation s'il ſeroit bon de l'aller remercier de la bonne affection qu'il auoit à la Paix, & de le prier & requerir qu'il y vouluſt touſiours tenir la main & non partir iuſques à ce qu'il euſt aucun bon appointement. Et de ce furent d'accord la Nation de Picardie, la Faculté de Decret & pluſieurs Docteurs en Theologie, & grand nombre de diuerſes Nations & Facultez. Mais le Recteur ne voulut onques conclure ſur ce, & ſe départirent de leur Congregation ſans rien faire. Neantmoins ceux qui eſtoient éleuz pour aller deuers le Duc de Bretagne, retournerent après-diſner deuers le Recteur pour l'induire à ce faire. Mais ils ne pûrent, & pour ce appellerent deux Bedeaux de l'Vniuerſité auec eux & vinrent à l'Hoſtel d'Alençon deuers ledit Duc de Bretagne & eſtoient bien 80. & firent propoſer par le Miniſtre des Mathurins, qui propoſa notablement concluant à cette fin, qu'il ne s'en allaſt point inſques à ce qu'il y euſt aucun appointement mis en ce pourquoy*

1415. *il eſtoit venu ; & qu'en ce il feroit grand bien & grand honneur à l'Vniuerſité. Et vn qui fut là qui ſe diſoit Procureur de la Nation de France, du College de Nauarre, diſt hautement que ce que le Miniſtre auoit propoſé, n'eſtoit pas de par l'Vniuerſité, & qu'on n'auoit cure de la paix qu'ils demandoient, car c'eſtoit la paix Cabochienne. Ce voyant le Duc de Bretagne, fut moult ébahy & leur dit,* Vous n'eſtes pas d'accord, vous eſtes diuiſez, c'eſt mal fait ; mais neantmoins ie ne laiſſeray pas la choſe ainſi ; ou ie parleray à vous vne autre fois plus à plain de cette matiere, ou ie vous enuoyeray mes Meſſagers pour cette cauſe. *Et ainſi prit congé d'eux. Et pour ce que le Recteur & ſes Adherans qui n'auoient pas eſté d'accord de venir deuers ledit Duc de Bretagne, eurent déplaiſance de ce que les autres y eſtoient venus, ils braſſerent tant tandis qu'ils eſtoient deuers le Duc, que quand ils furent deuant le Chaſtelet à retour de l'Hoſtel d'Alençon pour venir en la Cité, ils trouuerent Raimonet de la Guerre & bien 40. lances deuant le Chaſtelet & le Preuoſt de Paris ; lequel Raimonet par le commandement dudit Preuoſt de Paris prit ledit Miniſtre & vn Docteur en Decret nommé M. Lyeuin qui eſtoit de Flandres bien ſolemnels Clers, & les fit mettre en Chaſtelet. Duquel Preuoſt ledit Miniſtre appella & proteſta de releuer ſon appel en temps & lieu. Toutefois il n'y fut gueres ; & le fit-on à ſçauoir audit Duc de Bretagne, lequel manda tantoſt au Preuoſt, qu'incontinent ils fuſſent mis hors ; & ce ſi fut fait.*

Breuius rem ſic exponit Monſtreletius, ſed paulo obſcurius. *En ces propres iours Iean Duc de Bretagne alla à Paris pour traitter deuers le Roy que le Duc de Bourgongne peuſt aller deuers luy à tout ſa puiſſance, laquelle choſe il ne put impetrer : Et pourtant s'en retourna aſſez-toſt en Bretagne ; mais deuant ſon partement ſe courrouça moult fort à Meſſire Tanneguy du Chaſtel Preuoſt de Paris, qui luy dit pluſieurs iniures, pour ce qu'il auoit fait mettre en priſon en Chaſtelet le Miniſtre des Mathurins Docteur en Theologie, lequel auoit fait deuant ledit Preuoſt & peuple de Paris vne propoſition de par le Duc de Bourgongne, & brief enſuiuant ledit Preuoſt le deliura franc & quitte.*

Nationis verò Gallicanæ Procurator, de quo loquitur Iuuenalis, tunc erat M. Ioannes de Bris Clericus Carnotenſis Magiſter in Artibus & Baccalarius in Decretis, non Collegij quidem Nauarrici, ſed Boiſſiaci, „ & de ea re ſic ſcribit. *Die Mercurij 29. eiuſdem menſis plures diuerſarum Facultatum & Nationum & potiſſimè Natio* Picardiæ *ſub vmbra & velamine boni* „ vt dicebant, *fecerunt magnam brigam & diuiſionem in Vniuerſitate* : & eadem „ die poſt prandium acceſſerunt ad D. Britanniæ qui erat in domo D. de „ Alençonio, & incedebant per vicos cum Cappis & Epitogijs, & pro eis „ locutus eſt Miniſter Mathurinorum ; & inter alia prætendebant quod D. „ Rector & Procurator Nationis Franciæ noluerant venire cum eis ad pe„ tendum pacem. *Et ad excuſationem D. Rectoris & meam nomine* Procurato„ ris *Ego dixi D. Britanniæ quod ſalua reuerentia dicentium, nec Rector, nec dictus* „ ***Procurator fuerant per eos vocati, & quod libenter veniſſent.*** Et ſupplicaui „ eidem Domino quatinus dignaretur differre reſponſum ſuum in facto eo„ rum, vſque quod audiuiſſet excuſationem D. Rectoris, qui D. Britanniæ „ libenti animo annuit ſupplicationi per me factæ.

Die 10. Feb. eiuſdem anni habitis apud Mathurinenſes Comitijs Generalibus audita eſt relatio MM. Benedicti Gentiani & Iacobi Deſpars Nunciorum Vniuerſitatis ad Concilium Conſtantienſe. Sed admirati ſunt plurimi ſententiam ab Epiſcopo Pariſienſi & Inquiſitore fidei aduocatis Theologis latam contra Doctrinam Ioannis Parui, quæ tribus Cardinalibus tradita fuerat exanimanda, fuiſſe à Concilio improbatam. Rem ſic narrat Iuuenalis.

Aucuns de Conſtance ſe doutans que la ſentence de l'Eueſque de Paris pieça donnée au deshonneur du Duc de Bourgogne, par laquelle iceluy Duc de Bourgogne appella en Cour de Rome du temps du Pape Iean, lequel auoit commis la cauſe d'appellation à trois Cardinaux, à ce qu'elle ne fuſt caſſée & dite nulle, auoient eſcrit à aucuns de l'Vniuerſité, qu'ils feiſſent tant que l'Vniuerſité s'adioigniſt auec l'Eueſque de Paris *& l'Inquiſiteur de la Foy. Mais ils ne purent rien faire*

pour aucuns preſens qui les pouuoient empeſcher. Et ceux de Paris comme le College de Nauarre & les Adherans de M. Iean Iarſon & à l'Eueſque de Paris *firent tant que le Mercredy (12. Feb.) on fit commandement de par le Roy à plus de 40. Notables hommes de l'Vniuerſité que ce iour ils vuidaſſent la ville, ſur peine de perdre corps & biens. Et la ſemaine de deuant eſtoit apportée la copie de la Sentence donnée à Conſtance par iceux trois Cardinaux, en caſſant ladite Sentence de l'Eueſque de* Paris. 1415.

Monſtreletius ſententiæ refert exemplar verbis Gallicis conſcriptum. *En cet an deſſuſdit par la diligence de l'Eueſque d'Arras Docteur en Theol. nommé Martin Porée & d'aucuns autres Ambaſſadeurs au Duc de Bourgongne ayans de luy* Procuration, *il fut ſententié au Concile à Conſtances, dont la copie s'enſuit.*

Par le Conſeil des Clercs le droit par icelle noſtre Sentence ordinaire, laquelle nous enfermons en cét eſcrit. *Nous prononçons & declairons les procés, ſentences & condemnations, arſins, deffenſes, executions faites par l'Eueſque de* Paris, *contre M. Iean* Petit *& toutes choſes, que de ce ſe ſont enſuiuies, eſtre de nulle valeur, & les annullons & caſſons: la condemnation des deſpens faits legitimement deuant nous en cette cauſe, nous les laiſſons à taxer pour cauſe. Ainſi moy Cardinal Eueſque d'Albane, ainſi moy Antoine Cardinal d'Aquilée, ainſi moy François Cardinal de Florence le prononçons*, lequel procez fut condamné au Concile de Conſtance le 15. iour de Ianuier 1415.

Die Dominica 1. Martij ante Quadrageſimam Sigiſmundus Imperator cum octingentis Equitibus Lutetiam ſubijt, & honorificentiſſimè exceptus eſt: Eum quoque adijt Vniuerſitas Oratore vſa M. Gerardo Macheti Procancellario Eccleſiæ Pariſienſis; qua de re ſic legitur in Actis Nation. Gall. ſcribente M. Ioan. de Bris eiuſdem Procuratore. *Anno Domini 1415. Dominica die 1. Martij D. Imperator Sigiſmundus Romanorum Rex intrauit villam Pariſienſem, & in die Iouis ſequente Vniuerſitas cum magna multitudine Suppoſitorum viſitauit eum, & propoſuit M. Girardus Munchet (Machet) Subcancellarius noſtræ Dominæ. Cui D. Imperator ore proprio abſque alio conſilio reſpondit regraciando Vniuerſitati de bona Viſitatione, & etiam in pulcro & ornato Latino.*

Cauſa veniendi, pax Eccleſiæ cui maximè incumbebat. Curiam Parlamentam adijt ſeditque in ſede Regia, & ius dixit, Equitemque creauit: quod factum multis diſplicuit. Ioannes Iuuenalis ea de re ſic breuiter. *Il vint à la Cour qui eſtoit bien fournie de Seigneurs & eſtoient tous les ſieges d'enhaut pleins & les Aduocats bien vetuz & en beaux Manteaux & Chaperons fourrez. Et s'aſſeit l'Empereur au deſſus du premier* Preſident *où le Roy s'aſſeoit quand il venoit. Dont pluſieurs n'eſtoient pas contens & diſoient qu'il euſt bien ſuffy qu'il ſe fuſt aſſis au deſſus des* Prelats, *& à coſté d'eux.*

Monſtreletius paulò fuſius. *Lequel Empereur alla vn certain iour ſeoir en la Chambre du* Parlement, *auec les* Preſidens *& autres Conſeillers qui tres-grande reuerence & honneur luy feirent. Et le feirent ſeoir au ſiege Royal, comme faire le deuoient. Et aprés commencerent les Aduocats à plaidoyer les cauſes d'entre les parties, ainſi qu'il eſt de couſtume, entre leſquelles en y auoit vne d'vn Cheualier de Languedoc nommé Guill. Segnot, & eſtoit pour auoir la Seneſchauſſée de Beaucaire; auquel vn chacun ſe diſoit d'eux deux auoir droit par le don du Roy: mais ledit Cheualier mettoit en ſes deſenſes, que nul ne pouuoit tenir ledit Office, ne deuoit, ſe premier il n'eſtoit Cheualier. Et adoncques l'Empereur oyant le different des parties, demanda à iceluy Eſcuyer en Latin, s'il vouloit eſtre Cheualier, lequel reſpondit que oüy. Et lors ledit Empereur demanda vne Eſpée laquelle luy fut baillée & en feit là preſentement le deſſuſdit Eſcuyer Cheualier, auquel ledit Office fut adiugé par les Seigneurs de Parlement. Neantmoins quand le Roy & ſon grand Conſeil furent aduertis de cette beſongne, n'en furent pas bien contens, & par eſpecial deſdits Seigneurs de Parlement, pour ce qu'ils luy auoient ainſi ſouffert: Car il ſembloit que cette beſongne ſe feit comme par autorité & hauteur de le pouuoir faire au Royaume de France; ce que par nulle riens on ne luy eut ſouffert. Toutefois la choſe ſe paſſa ſous la diſſimulation, & n'en fut*

aucunement montré aucun semblant au dessusdit Empereur.

1415. Eodem tempore, eiusdem Imperatoris consilio & hortatu Vniuersitas duas Epistolas scripsit ad vnionem Ecclesiæ pertinentes, quarum vna sic incipiebat, *In Nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis*; altera his verbis, *Nos Ferdinandus*: quam in rem prædictus M. Ioannes de Bris Nat. Gall. Procurator, ait se impendisse 36. solidos.

1416. Intellectis autem ijs quæ in Concilio Constantiensi deliberata fuerant & concluſa circa Doctrinam M. Ioan. Parui, Curia Parisiensis Patentes Regis litteras datas 16. Martij an. 1413. Actis suis inseruit die 4 Iunij 1416. doctrinamque rite damnatam fuisse declarauit, vt patet ex sequentibus Instrumentis.

Contra Doctrinam M. Ioannis Parui.

CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Dilectis & fidelibus Consiliarijs Gentibus nostrum præsens Parlamentum tenentibus & „ quæ futura nostra tenebunt Parisius Parlamenta, salutem in eo per quem „ Reges regnant & legum Conditores iusta decernunt. Quoniam omnis „ potestas à Domino Deo est, sceptrumque Regiæ dignitatis de manu Do- „ mini susscepimus, dignum est vt in lege eius iugiter ambulemus & no- „ strorum progenitorum imitatione, Nos Euangelicæ veritatis constitua- „ mus defensores. Nam sicut nostra Regia dignitas diuino Christianæ Re- „ ligionis titulo glorioſius insignitur, sic decet nos omnia quæ promotio- „ nem, exaltationem & honorem eiusdem Christianæ Religionis respiciunt, „ tota vigilantia promouere: sic enim Deum speramus habere propicium „ adiutorem in nostris necessitatibus si legis suæ decreta studuerimus in- „ uiolata seruare & aduersos errores de Regni nostri finibus fecerimus ex- „ tirpari. *Nuper igitur tam ex insinuatione Charissimæ filiæ nostræ Vniuersitatis „ Parisiensis, quàm aliunde*, cognouimus quod Quidam Errores contrarij no- „ stræ fidei bonisque moribus quamplurimum aduersantes humanam con- „ fundentes pietatem pacemque cuiuslibet politici regiminis conturban- „ tes ac multipliciter scandaloſi citra paucos annos fuerunt in hac vrbe „ Regia & per totum Regnum nostrum seminati & specialiter in quadam „ propositione quam aliter eiusdem M. Ioannes Parui nuncupatus *Iustifi- „ cationem Ducis Burgundiæ* fecit appellari: in qua quidem propositione di- „ ctus Autor in suis Assertionibus principaliter intentis legem immacula- „ tam humanis diuinitùs inspiratam cordibus hæreticali quamplurimum la- „ be perfudit, pestiferam horridamque Doctrinam in agro Dominico semi- „ nando spiritualibusque alimentis venenum immiscens letiferum, vnde „ proh dolor! tantus error cœcis animis inualuit vt simplex Populus Gens- „ que facile credula à vijs Domini procul abiecti per deuia in perditionem „ ambulabant. Quamobrem dilectum, ac fidelem Consiliarium nostrum „ Episcopum Parisiensem ac dilectum nostrum Inquisitorem prauitatis „ hæreticæ diligenter commonuimus, vt tam æstuanti morbo salubriter „ occurrerent, qui animaduertentes hanc labem in Ouili Dominico iam „ grauem intulisse iacturam, post diligentem, ac solemnem negotij exami- „ nationem per egregios sacræ Theologiæ Professores, ac Licentiatos „ tam numeroſe tamque solemniter super hoc conuocatos diu multum- „ que deliberantes dictam Propositionem tanquam erroneam in fide & „ bonis moribus, ac multipliter scandalosam, abolendam atque condem- „ nandam esse decreuerunt, eamque per celeberrimum fidei Concilium iu- „ dicialiter condemnari procurarunt, cremandamque publicè provt de- „ cet, ordinarunt, quemadmodùm provt ex inspectione sententiæ, seu „ condemnationis super hoc per dictos Episcopum & Inquisitorem pro- „ mulgatæ quam vna cum præsentibus sub contrasigillo nostro vobis mit- „ timus alligatam, præmissa possunt latiùs apparere. Nos itaque conside- „ rantes quod iam dicta Propositio inuenta est in suis Assertionibus non „ solum diuinam & æternam, sed etiam temporalem offendere Majestatem, „ & ob hoc desiderantes vt nedum in Ecclesiasticis Curijs, sed etiam per

totum Regnum noſtrum & potiſſime in noſtra Capitali Curia ipſius peſtiferæ Propoſitionis abolitio, ac condemnatio diuulgetur, eiuſdemque 1416.
prout decet, concrematio, ſeu laceratio ſubſequatur, vobis præcipimus & mandamus, diſtricte nihilominus iniungentes quatinus dictam Epiſcopi & Inquiſitoris ſententiam Iudicialemque condemnationem faciatis coram vobis in noſtra Curia ſolemniter publicari, ac in Regiſtris, ſeu libris dictæ noſtræ Curiæ ad perpetuam memoriam regiſtrari, ipſamque damnatam propoſitionem, ſeu eius Quaternos, aut particulas vbicunque & apud quemcumque reperiri poterunt, faciatis in veſtro Auditorio palam & publicè tanquam nobis iniurioſam & læſiuam noſtræ Regiæ dignitatis lacerari, inhibendo præcipiendoque ex parte noſtra ſub pœna confiſcationis, corporis & bonorum, ne quis deinceps cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ aut conditionis exiſtat dictam propoſitionem, ac nefariam doctrinam in ea contentam, verbo, aut aliàs fouere, publicare, defendere, ſuſtinere, ſeu dogmatizare audeat publicè, vel occultè, quodque ſi quis aliquem ſciuerit contrarium facientẽ, illud Procuratori noſtro Generali, quàm citius & cõmodè fieri poterit, ſubiam dictis pœnis denunciare teneatur. Cui ſiquidem Procuratori noſtro damus tenore præſentium in mandatis vt contra omnes circa præmiſſa, ſeu eorum aliqua delinquentes viriliter & rigidè, nomine noſtro procedat, ſeu procedere faciat, & procuret ad pœnas legitimas ſecundum delicti qualitatem infligendas, vobis etiam vt ſi quem, ſeu aliquos repereritis in præmiſſis offendere, aut noſtris iuſſionibus, inhibitionibus & præceptis ſupradictis auſu temerario contraire, illam ſeu illos taliter punire corrigereque ſtudeatis quod cæteris omnibus cedere valeat in exemplum. Quod ſic fieri volumus, & ex noſtra certa ſcientia decreuimus & per præſentes ordinamus, litteris ſubreptitiis, vel mandatis à nobis impetratis, vel in poſterum impetrandis, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Pariſius 16. die Martij anno Domini 1413. Regni verò noſtri 34. ſignat. per Regem in ſuo Magno Conſilio. E Morgat & à tergo. *Lecta &* in Parlamenti Curia publicata. Die 4. menſis Iunij an. 1416.

Sequitur aliud Inſtrumentum, quo Epiſcopus Pariſ. & Inquiſitor fidei Doctrinam Paruianam omnino reprobant; illudque ſimiliter actis Curiæ inſertum legitur.

IN NOMINE DOMINI IESV CHRISTI. Amen. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras, ſeu præſens publicum Inſtrumentum inſpecturis Girardus miſeratione diuina Pariſienſis Epiſcopus, ac frater Ioannes Poleti Ordinis FF. Prædicatorum ſacræ Theol. Profeſſor, Inquiſitor hæreticæ prauitatis in Regno Franciæ autoritate Apoſtolica deputatus, Iudices competentes in hac parte, ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. **Cum nuper ex plurium fide dignorum frequentibus inſinuationibus** famaque publica cum graui ſcandalo referente ad aures noſtras peruenirет, quod in villa, Ciuitate & Diœceſi Pariſienſi & etiam alibi in diuerſis partibus dicti Regni, nonnulli errores in fide & bonis moribus male ſapientes retroactis proh dolor! temporibus ſeminati fuerunt, ortum & originem, vt ferebatur, ſumentes ex nefanda & damnabili propoſitione defuncti M. Ioannis Parui quam *Iuſtificationem D. Ducis Burgundiæ* appellauit, quamplures in ſe errores peſtiferos continente, & quæ in tantum in dictis villâ Ciuitate & Diœceſi Pariſienſi publicata extitit, quod venditioni publicè expoſita & à pluribus empta fuerit. Cuius propoſitionis errorum peſtifera multitudo ne populum præſertim nobis ſubditum inficiat, eſt veriſimiliter dubitandum, niſi de congruo celerique ſuper hoc remedio ſit prouiſum. Nos igitur ex Officij noſtri debito cupientes quantum ex alto nobis permittitur, de & ſuper huiuſmodi materia Conſilium fidei DD. Magiſtrorum & Licentiatorum in Theologia, ac plurium aliorumque Iuriſperitorum in multitudine copioſa in Domo Epiſcopali noſtri prædicti Pariſ. Epiſcopi conuocari fecimus vicibus

1416. „ repetitis quibus huiuſmodi propoſitionem & aliquos errores in ea re-
„ pertos communicauimus & ipſos Dominos & Magiſtros maturè delibe-
„ rantes tutéque, ac liberè iuxtà cuiuſlibet conſcientiam, depulſis ſtrepiti-
„ bus & ſeruato ſilentio in quamplurimis & diuerſis ſeſſionibus audiuimus
„ patienter; quorum aliqui ſuas deliberationes in ſcriptis publicè tradide-
„ runt, alij verò ſine ſcripto deliberare verbo tenus maluerunt. Quas tan-
„ dem deliberationes in ſcriptis redigi fecimus per noſtros Notarios infra-
„ ſcriptos. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis habita inter hos matura
„ deliberatione vna cùm pluribus ſolemnibus & expertis Dominis & Ma-
„ giſtris in hac parte reperimus prætactam propoſitionem in ſe fuiſſe &
„ eſſe pernicioſam, ac plures in ſe errores in fide & bonis moribus conti-
„ nentem; provt hæc & alia in proceſſu ſuper iſta materia agitato fuſius
„ continentur. Notum igitur facimus quod die datæ præſentium, ad quam
„ diem ſignificari & intimari fecimus Clero Pariſienſi exiſtenti, Nos Deo
„ dante certam Ordinationem ad orthodoxæ fidei exaltationem pronun-
„ ciaturos pro tribunali ſedentes in præſentia plurium Prælatorum, Do-
„ minorum, Doctorum, Magiſtrorum, Baccalariorum in ſacra Pagina &
„ in alijs ſcientijs multorumque aliorum virorum Eccleſiaſticorum & ſe-
„ cularium in maxima multitudine noſtram ſententiam, ſeu Ordinationem
„ in modum qui ſequitur protulimus, & proferimus in his ſcriptis.

„ Nos Girardus miſeratione diuina Pariſienſis Epiſcopus & Fr. Ioannes
„ Poleti Ord. FF. Prædicatorum ſacræ Theologiæ Profeſſor, Inquiſitor
„ hæreticæ Prauitatis in Regno Franciæ autoritate Apoſtolica Deputa-
„ tus, Iudices competentes in hac parte Vniuerſis Chriſti fidelibus præ-
„ ſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino & incorruptam fidei veri-
„ tatem ſincera mente tenere ſciens Apoſtolus ex teſtimonio Legis &
„ Chriſti, quoniam non ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo quod
„ procedit de ore Dei, voluit nos panem verbi Dei qui eſt panis vitæ &
„ Intellectus, ſanum & incontaminatum ſumere & à peſtifero cauere do-
„ ctriniſque varijs & peregrinis non abduci. Nihil enim pernicioſius quàm
„ ſi pro pane intellectualis vitæ ſumatur toxicum & fel aſpidum hæretica-
„ lis Doctrinæ. Hæc nos conſideratio permouit vt doctrinas varias & pe-
„ regrinas, imò peſtiferas noſtris, vnde dolor, temporibus & in his Ciui-
„ tate & Diœceſi Pariſienſi tam verbis quàm ſcriptis, ac etiam factis po-
„ pulo Chriſtiano pro pane diuini verbi miniſtratas exterminare & penitùs
„ abijcere ſtuderemus, ne ſermo lethiferæ Doctrinæ velut Cancer ſerpe-
„ ret in populis præſertim nobis ſubditis neque pro vitali pane veritatis
„ panis ſumeretur mortiferæ falſitatis. Acceſſit ad hoc opus tam religio-
„ ſum, ſalubre ac pium Regalis deuotio ibidem mouens pariter & ex-
„ hortans. Propterea cum ad noſtram notitiam certiſſimis deuenerit do-
„ cumentis, quod inter cæteros errores in noſtris prædictis Ciuitate &
„ Diœceſi ſeminatos, Propoſitio M. Ioannis Parui Pariſienſis dogmatizata
„ & publicæ venditioni expoſita; quæ ſic incipit.

„ *Par deuers la tres-Noble & tres-haute Majeſté Royale*, & ſic finitur, *Pu-*
„ *bliée par lettres Patentes par maniere d'Epiſtre, & autrement iceluy. Dieu*
„ *veüille qu'ainſi ſoit. il fait.* Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.
„ Quam etiam propoſitionem ipſe Proponens appellat *Iuſtificationem D.*
„ *Ducis Burgundiæ*, nititur ſecundùm principalem intentionem proponen-
„ tis iuſtificare & defendere Aſſertiones plurimas, quæ tamen per ſacrum
„ fidei Concilium repertæ ſunt erroneæ in fide & bonis moribus, ac mul-
„ tipliciter ſcandaloſæ, in perditionemque cederent nedum ſpiritualis vi-
„ tæ animarum, ſed etiam & corporum, ſi durare diutius ſinerentur, Nos
„ euocato vicibus repetitis Magiſtrorum & Licentiatorum in Theologia
„ Pariſius exiſtentium & aliorum peritorum ſaluberrimo ſapientiſſimoque
„ Conſilio diu multumque deliberantium, Chriſti nomine inuocato ad eius
„ laudem, gloriam & honorem, ac fidei exaltationem decreuimus & de-
„ cernimus per præſentes quod antedicta Propoſitio M. Ioannis Parui in
„ ſeſe & ſuis Aſſertionibus principaliter intentis & in ea contentis, ac in

proceſſu latius declaratis eſt abolenda atque damnanda tanquam erro- "
nea in fide & bonis moribus, ac multipliciter ſcandaloſa, & eam ſic abo- " 1416.
lemus & damnamus; ac cremandam ſolemniter decernimus, cremarique "
præcipimus & iubemus: Monentes omnes ſubditos noſtros cuiuſcunque "
ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, aut præminentiæ exiſtant primo, "
ſecundo, tertio, ac vna Canonica monitione pro omnibus ſub pœna Ex- "
communicationis quam in ipſos in his ſcriptis ferimus, niſi fecerint quod "
mandamus, vt ipſi infra ſex dies poſtquam præſentes peruenerint ad eo- "
rum notitiam, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & "
reliquos duos pro tertio & peremptorio termino aſſignamus eis, ſi quos "
haberent penès ſe quaternos huiuſmodi propoſitionem in ſe continen- "
tes, Nobis afferant, ſeu afferri faciant, vt de eis diſponere valeamus "
iuxta & ſecundum formam & modum noſtræ condemnationis huiuſmodi, "
inhibentes nihilominus & interdicentes omnibus & ſingulis ſupradictis "
ſub eiſdem ne deinceps quiſquam ipſorum audeat prædictam propoſi- "
tionem aſſerere, prædicare, publicare, defendere, ſeu dogmatizare "
publicè, vel occultè. Quod ſi quis audiuerit, vel ſciuerit aliquem in hac "
parte culpabilem, Nobis infra 8. dies, vel Cancellario Pariſienſi denun- "
ciare teneatur. "

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium & fidem præmiſſorum "
præſentes litteras in hanc publicam formam per Notarios noſtros ſub- "
ſcriptos redigi fecimus, ſigilliſque noſtris vnà cum ſignis & ſubſcriptio- "
nibus dictorum Notariorum noſtrorum ſubſcriptorum iuſſimus appen- "
ſione muniri. Datum & actum in aula Epiſcopali Pariſienſi anno eiuſdem "
Domini 1413. ſecundùm morem & conſuetudinem Gallicanæ Eccleſiæ, "
indict. 7 Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri D. Ioan- "
nis diuina prouidentia Papæ XXIII. an. 4. præſentibus ad hæc reueren- "
dis in Chriſto Patribus & DD. Henrico Nannetenſi, Gaufrido Xanto- "
nienſi & Ioanne Cabilonenſi Epiſcopis, Philippo S. Dionyſij in Francia "
& Petro S. Maxentij Abbatibus, ac venerabilibus & circunſpectis viris "
DD. & MM. Ioanne de Templis almæ Matris Vniuerſitatis Pariſ. Recto- "
re, Nobili verò Iacobo de Borbonio ſacræ Capellæ Regiæ Pariſienſis "
Theſaurario, Petro de Dirreyo, Matthæo Roeder, Iourdano Morin, "
Ioan. de Dulcimeſnillo, Heruæo de Villanoua, Radulpho de Porta, "
Ioan. de Caſtellione, Ioan Dachery, Ioan. Mathie & Gerardo Matheſe "
in ſacra Pagina Profeſſoribus, vnà cum pluribus alijs in diuerſis ſcientijs "
Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis & Baccalarijs, ac alijs in multitudine "
copioſa ibidem congregatis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & "
rogatis. Et ego Guill. le Mieu Clericus Trecorenſis, Diœceſis Magiſter "
in Artibus & Baccalarius in Decretis publicus Apoſtolica & Imperiali "
authoritatibus Notarius & præfati D. Pariſienſis Epiſcopi atque ipſius "
Curiæ ſcriba, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum vt ſupra ſcribun- "
tur per prænominatos Iudices & coràm eis fierent & agerentur vnà cum "
Notario publico ſubſcripto teſtibuſque ſubſcriptis præſens & perſona- "
liter interfui; eaque ſic fieri vidi & audiui, idcirco præſentes litteras, "
ſeu præſens publicum inſtrumentum in hanc publicam formam reda- "
ctum per alium fideliter ſcriptum, me alijs occupato negotijs, ſigno meo "
ſolito vnà cum dictorum Dominorum Iudicum ſigillis præſentibus appo- "
ſitis ſignoque & ſubſcriptione dicti Notarij ſubſcripſi, ſignaui hîc me "
manu propria ſubſcribens requiſitus & rogatus in teſtimonium verita- "
tis præmiſſorum. Et ego Daniel Mothe Preſbyter Leonenſis Diœceſis "
publicus Apoſtolica & Imperiali autoritate Notarius & Curiæ Pariſienſis "
Iuratus præfatique Domini Inquiſitoris ſcriba, quia præmiſſis omnibus "
& ſingulis dum & provt ſubſcripta ſunt, fierent & agerentur per prędictos "
Dominos Iudices vnà cum Notario publico ſupraſcripto teſtibuſque ſu- "
pra nominatis præſens fui, eaque ſic fieri & vidi, Idcirco ſignum meum "
ſolitum huic præſenti publico Inſtrumento alia manu fideliter ſcripto "
me alijs legitimè occupato negotijs vnà cum dictorum DD. Iudicum "

» ſigillis præſentibus appoſitis ſignoque & ſubſcriptione prædicti Notarij
1416. » ſupraſcripti hîc me manu propria ſubſcribens in teſtimonium veritatis
» præmiſſorum requiſitus & rogatus appoſui. Et à tergo lecta & in Parla-
» menti Curia publicata 4. die menſis Iunij anno 1416.

Ad diem 16. Septemb. ita legitur in ijſdem Actis. *Mercredy 16. iour (de Septemb.) furent au Conſeil Meſſ. R. Mauger Preſident, &c. à conſeiller la requeſte de l'Vniuerſité de Paris, ſur certain Cahier & Eſcriture appellée* la juſtification du Duc de Bourgongne, *ſur le Regiſtre du 7. Aouſt dernier paſſé. Et tout conſideré il ſera dit, que la Cour defend de par le Roy, ſur peine de corps & de biens & ſur quelconques autres peines, dont vn chacun ſe puet meſfaire enuers le Roy, que aucun de quelque eſtat & condition qu'il ſoit, doreſnauant ne die, publie, afferme ou enſeigne en la Seigneurie du Roy, qu'il ſoit loiſible à quelque vaſſal ou ſubjet ou autre occire aucun à guet, blandices & deceptions, ſans attendre Sentence ou commandement de Iuge competent. Et defend la Cour ſur leſdites peines, que doreſnauant aucun n'eſcriue, copie, exemplifie, tiegne, ne ne face eſcrire, copier, exemplifier, ne tenir deuers ſoy aucunes telles Eſcritures, Cahiers ou Copies appellées comme deſſus. Et en outre commande la Cour ſur leſdites peines que quiconque aura aucun tel ou tels Cahiers, Copies ou Eſcritures appellées comme deſſus, qu'il les apporte par deuers la Iuſtice du Roy, incontinent & ſans delay aprés la publication de cette Ordonnance pour enuoyer deuers la Cour à en faire ce qu'il appartiendra. Et encore commande au Procureur du Roy, que s'il treuue aucuns faiſans le contraire, qu'il les face punir ainſi qu'il appartiendra. Et outre ordonne que ces choſes ſoient publiées ou Chaſtelet de Paris & ès lieux principaux des Baillies, Seneſchauſſées, Preuoſtez & autres lieux Royaux, afin que aucun n'en puiſſe pretendre ignorance. Item a eſté deliberé que ladite Ordonnance ſera publiée & prononcée par le Preſident aux premiers Arreſts.*

BVRSA RECTORIA.

In Vniuerſitate nihil fere video actum aliud quod memoriâ dignum ſit, præter quandam de Burſa Rectoria contentionem. Solebant Rectores à Facultate Artium accipere duplicem Burſam, quarum vna dicebatur *Cappa Rectoris*, altera *Quinta Burſa*, quæ à ſingulis Licentiandis & Magiſtrandis exigebatur. Contigit ergo de iſta quinta dubitari in Natione Gallicana, propterea quod aliæ Nationes illam non ſoluere dicebantur: hac de re ſic legitur in Actis prædictæ Nationis, tum Procuratore M. Mathæo Brunaudi.

» Anno Domini 1416. die 27. menſis Iunij fuit conuocata Natio Franciæ
» ſolemniter in Nauarra ſuper 2. art. 1. fuit ad refundendum & ad audien-
» dum Computum Receptoris ab vltima die April. an. 1416. vſque ad hanc
» diem. Et quantum ad 1. placuit DD. Regentibus refundere. Et dati
» ſunt de præſenti de ſingulis Prouincijs ad audiendum Computum; quan-
» tum ad ſupplicationes, non fuerunt aliquæ. Quantum ad Computum
» **Receptoris nominando ſingulariter & diſcretè omnes qui ſoluerunt &**
» quantitatem cuiuſlibet, fuit ſumma omnium Licentiandorum 123. lib 15 ſ.
» Pariſ. ſumma verò Incipientium fuit 186. l. 16. ſ. & ſic totalis ſumma Re-
» ceptæ à Licentiandis & Magiſtrandis 310. l & 11. ſ. Pariſ. 4. *Receptor tunc*
» *temporis non computauit* niſi de 4. Burſis, quia vt dicebat, Rectores aliàs
» conſueuerunt capere ſuper quemlibet tam Licentiandum quàm Magi-
» ſtrandum vnam Burſam: ſed tunc facta diligenti informatione apud Re-
» ceptores aliarum Nationum, quod Rector in alijs Nationibus non capie-
» bat niſi Cappam ſuam, prohibitum eſt Receptori per me tunc Procura-
» torem quod Receptor non haberet Rectori iſtam Burſam tradere & ſic
» Burſa arreſtata eſt in manu Receptoris, nec de ea adhuc eſt computatum.
» Actum in præſentia M. Iuonis de Ponto, M. Io. Loueti, M. Mich. Ban-
» duc, M. Petri de Credulio, & multis alijs præſentibus.
» An. 1416. die 8. menſis Iulij Ego Mathæus Brunaudi Procurator Nat.
» Fran. feci dictam Nationem conuocari per Bedellum dictæ Nationis in
» S. Math. ſuper 3. art. 1. fuit *ſuper Burſa Rectores quam conſueuerant accipere*
» *à Magiſtrandis in* prædicta Natione. Et quantum ad hoc fuit concluſum

nemine

mine reclamante quod à cætero Rectores non haberent illam *Quintam Burſam*, & ſi inſtanter peterent, Procurator qui tunc eſſet, requireret eos de conuocando Facultatem, ad videndum titulum quo iſtam Burſam exigunt à Natione. 1416.

Die 10. menſis Decemb. (an. 1416 tum Procuratore Nat. Gall. M. Petro de Aſcenſerijs) fuit Natio congregata in S. Math. ſuper 2. art. 1. ſuper aliquibus tangentibus honorem & vtilitatem Nationis. 2. Fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. quia ſuperius in Procuratoria M. Mathæi Brunaudi fuit arreſtata ex parte Nationis in manu Receptoris vna Burſa quam Rectores conſueuerunt recipere à quolibet Magiſtrando in Artibus noſtræ Nationis, propter hoc quod, vt dicebatur, aliæ Nationes non ſoluebant illam Burſam. Nihilominus duo Magiſtri qui fuerunt Rectores videlicet M. Guill. de Valle & M. Radulphus Recuchon inſtanter petiuerunt Receptori Nationis noſtræ illam Burſam, qui Receptor ſemper reſpondit quod illam pecuniam non poterat dare, niſi de conſenſu Nationis, tandem ad requeſtam prædictorum Magiſtrorum Receptor citatus fuit coram D. Rectore, ideo Natio fuit conuocata ſuper hoc vt in iſto prouideret. Et concluſa ſunt quæ ſequuntur. 1. inſequendo aliàs deliberata, Natio nullo modo vult ſoluere illam Burſam DD. Rectoribus, niſi aliæ Nationes conſimiliter ſoluant, vel quod DD. Rectores doceant quo iure & qua cauſa ipſi Burſam illam debeant habere. 2. Natio accepit iſtam cauſam & dedit Deputatos qui habeant aſſiſtere Procuratori in iſto facto qui etiam ſe informabunt de veritate, vtrum aliæ Nationes ſoluant aut non: & ne inter Nationes oriatur diuiſio, dicti Deputati habebunt tractare de pace & concordia inter dictos Magiſtros & Nationem quantum erit eis poſſibile.

Die 13. Ian. an. 1416. fuit Natio congregata in S. Math. ſuper 2. art.... Circa iſtum 2. art. venerab. & magnæ ſcientiæ vir M. Io. Probi tunc Rector Vniuerſitatis Pariſ. fecit vnam requeſtam Nationi, & dicebat quod ad notitiam ſuam peruenerat, quod ex deliberatione Nationis arreſtata eſt certa pecunia in manu Receptoris, quam pecuniam Rectores conſueuerunt recipere à longinquo tempore à Natione; & cauſa iſtius arreſtationis, vt dicebatur fuit ex eo quod in Natione fuerat relatum quamuis non veraciter, quod aliæ Nationes nihil Rectoribus vltra Cappam contribuebant. Qui D. Rector in ſua conſcientia affirmauit quod ab alijs Nationibus vltra Cappam receperat pecuniam, ſcilicet Burſam vnam. Et ideo inſtanter requirebat quatinus Natio ſibi ſummam pecuniæ prædictam vellet expedire. Quod ad requeſtam D. Rectoris, ſic deliberauit Natio, dedit Deputatos, qui ſe informent de veritate rei, ſcilicet vtrum aliæ Nationes ſoluant vel non. Et in caſu quo repertum fuerit per Deputatos, quod aliæ Nationes ſoluant, ne in Natione in ſe & inter alias Nationes **oriatur ſcandalum & diſſenſio, Natio parata eſt & vult ſoluere**, & dati ſunt Deputati Procurator, MM. Petrus Bequilliart, Nic. de Belliſmo qui habita bona informatione illa quæ repererint, referent in Natione & tunc Natio concludet.

Die 3. April. (an. 1416. tum Procuratore Nat. Gall. M. Garcilio Mercatoris) Natio Franciæ congregata in S. Math. ſuper 2. art. 1. fuit ad audiendum relationem Deputatorum aliàs datorum ſuper controuerſia quæ orta eſt inter Nationem & DD. Rectores ſuper hac Burſa quam conſueuerunt capere ſuper Nationem; quoad 1. DD. Deputati fecerunt ſuam relationem, & fuerunt omnes concordes quod ipſi repererant per Procuratores & Receptores aliarum Nationum quod aliæ Nationes ſoluerunt aliàs; tamen viſum fuit eis & toti Nationi quod congregaretur Facultas Artium per D. Rectorem ad ſe informandum plenius ſi ſoluiſſent aliàs iſtam Burſam & nunc ſoluant, & ſi repertum fuerit quod ſic, Natio etiam concluſit quod ipſa ſoluat.

Ea de re actum adhuc diebus 19. & 27. Ianu. an. 1417. compertumque Antiquos omnes Rectores quintam illam Burſam à ſingulis Nationibus

accepiſſe: verum nihil aliud concluſit prædicta Natio, niſi, ſi cæteræ Na-
1416. tiones ſoluere pergerent, idque pollicerenturin Comitijs Facultatis Artium, ſe quoque ſoluturam.

Res autem Regni deploratæ propeiacebant. Die Lunæ, die 14. Ianu. Senatus Pariſienſis nonnullos è ſuis delegauit, qui cum Legatis Vniuerſitatis Delphinum adirent tunc Compendij conſiſtentem, rogarentque vti calamitoſiſſimo ſtatui ſuppetias ferret; ita legitur ea de re in Actis Curiæ.

Lundy 14. Ianuier furent au Conſeil M. R. Mauger, P. le Févre, & I. de Vailly Preſidens, auec 34. Conſeillers. La Cour a commis MM. Ia. du Gard & M. Gencien pour aller à Compiegne deuers M. le Dauphin, auec les Ambaſſadeurs de l'Vniuerſité & de la Ville de Paris, & les a chargé la Cour de ſupplier audit ſieur de pourueoir à la guerre que font en ce Royaume les Anglois, & auſſi à ce que les Pillars qui en pluſieurs lieux de ce Royaume ſe trouuent, ſoient boutez hors & auſſi qui l'y plaiſe aduiſer de approcher Paris, ſe bon luy ſemble & de ly monſtrer le profit & neceſſité qui en puet auenir.

Vniuerſitas verò tales dedit ad eum litteras quæ ſeruantur in Tabulario. A. 3. L III.

Tres-haut & puiſſant Prince & noſtre tres-redouté Seigneur. Pour ce que les affaires de ce Royaume dont vous eſtes aprés le Roy, Chief, ont ſi grant beſoin de bon aide, comme vous-meſme ſçauez & que la neceſſité le demonſtre, nous eſcriuons de preſent par deuers voſtre Hauteſſe, contraints de bonne volenté & de tres-parfait deſir. Noſtre tres-redouté Seigneur, entre les autres choſes qui peuuent tenir les ſubjets en vraye obeyſſance, crainte & amour à leur Prince, n'en eſt nulle ſi entiere, comme voir la preſence de celuy en qui ils ſe fient du tout & qui eſt leur garde & defenſe & à tous leurs beſoings. Car la condition d'amour eſt telle qu'amitié ſe veut nourrir par communication de paroles & de œuures. Pourquoy ſe nous deſirons voir voſtre Hauteſſe à la proſperité d'icelle & à la ioye de nos cœurs, nous faiſons le deuoir de loyaux ſubjets. Mais outre celuy ſuimes contraints par pure neceſſité de ce vous requerir. Car la ſeureté & garde de ce Royaume, l'entretenement de la Seigneurie de France à laquelle nous auons miſe toute noſtre volonté, ainſi que faire le deuons pour le bien de vous-meſmes, nous en donne raiſonnable cauſe. Chacun peut aſſez conſiderer le grant bien qui enſuir ſe peut de voſtre venuë & les perils qui ſont en la demeure, où vous arrez aprés le Roy toute la premiere & la plus grieue perte. Si ſupplions tres-humblement à voſtre Hauteſſe que il vous plaiſe tranſporter par deçà en voſtre heritage & entre vos ſubjets & tres-bien veillant & obeïſſant peuple de ce tres-deſireux. Et par ce vous donnerez à chacun courage de plus loyaument ſoy mettre en œuure pour le bien du Roy & de vous. Car la preſence & entreprinſe du Prince double le hardiment de ſes ſubjets. Et auſſi la premiere obligation, & vertu que l'on tient eſtre ou Prince, eſt cognoiſtre ſa Seigneurie & ſes ſubiets. Si vous plaiſe donner cette conſolation au Peuple de France que ils voyent celuy ſous qui ils attendent auoir toute proſperité, comme ſous le vray ſucceſſeur de leur naturel & droiturier Seigneur. Noſtre tres-redouté Seigneur, Nous nous recommandons à voſtre bonne grace, eſperans eſtre rèjoüis par voſtre venuë, à laquelle impetrer vous plaiſe nos Prieres auoir lieu vers voſtre Hauteſſe, laquelle Dieu veüille garder auec accroiſſement de tout honneur au bien & exaltation de France.

Delphinus ſapientum monitis acquieſcens, cum Burgundione contrahit, eumque ab Anglis ad partes Regis adducit; ſed paulo poſt Compendij in Palatio Regio, veneni, vt creditum eſt, potione ſumpta, ipſo die Paſchatis obit.

Ergo ſublato amicitiæ concordiæque nexu, qui Burgundionem Regi
1417. ceperat alligare, deterior in dies fit res Francica. Rex Carolus, nouus Delphinus & qui Armaniaci Aurelianenſeſque dicebantur ex vna parte, ex altera Regina Yſabel quæ quaſi captiua Turonum miſſa fuerat, Burgundio & Angli Regnum diſtrahunt. Sed Burgundionum Pars in dies inualeſcebat, accedentibus ad eam multis vrbibus, vrbiumque Gubernatoribus & Magnatibus, iniquo animo ferentibus Reginæ ſortem

indignam prauamque Regni adminiſtrationem. Ergo nequicquam per Legatos proficiente Rege, aduenit Burgundio numeroſiſſimo ſtipatus exercitu, & propinqua Lutetiæ oppida occupat: Reginam liberat quæ Carnuti dat ad omnes Regni vrbes circulares, vt vocant, litteras, admonetque ſe iure ſuo ſibique à coniuge conceſſo vſuram deinceps, Regnumque ſano conſilio adminiſtraturam. 1417.

Habebat quoque Burgundio fautores plurimos apud Conſtantiam nequicquam renitente M. Ioanne Gerſonio, adeo vt Cardinalium Collegium, ſi fides eſt Monſtreletio, ſcripſerit penès ipſum eſſe debere Regni adminiſtrationem, Rege non ſano, Delphino impubere, Armaniacis praua conſilia ſuggerentibus. Collegij litterarum lator fuit M. Lieuinus Neuelin Doctor in Decretis, & ad Ducem ab ipſo Collegio habuit hæc verba, *Domine! refugium factus es Nobis.*

Inter hæc poſtquam Conſtantiæ, die 17. Iulij Benedicto Lunenſi abrogatus eſt Papatus, lectaque per Cardinalem S. Marci abrogationis ſententia, aliaque negotia confecta ſecutis menſibus. Et in Seſſ. quidem 40. celebrata die 30. Octob. actum potiſſimùm de Reformatione Eccleſiæ, de Reſeruationibus, Annatis, Collationibus, aut Confirmationibus Beneficiorum. Natio quidem Gallicana ex ijs vna quæ Concilium componebant, concluſit ſupprimendas omnino Annatas eſſe & Exactiones Pontificias; quæ Concluſio cauſa tumultus fuit, Cardinalibus, ipſoque etiam Petro de Alliaco ægrè ferentibus talem ſuppreſſionem. Ergo illi appellant. Natio verò Gall. rationes ſuas ſcripto edit, quæ leguntur apud Nicol Clemengis. Porro die 8. Nouemb. Electores Conclaue ingreſſi, die 11. in ſummum Pontificem eligunt Odonem, ſeu Othonem de Columna, qui quod die quæ B. Martino ſacra eſt, electus fuiſſet, Martinus V. vocari voluit. Quod cùm intellectum fuiſſet Pariſijs, Delphinus, qui tunc Regni Rector erat, habito Conſilio Prælatorum & Baronum, huicce creationi non ſtatim ſubſcribendum eſſe certis de cauſis arbitratus, mandauit Vniuerſitati vt ſuum quoque ſuper ea re ſuſpenderet judicium.

Vniuerſitas per Legatos ſuos certior facta de electione Martini electioniſque ratione, omnibus rite conſideratis, in frequentibus Comitijs concluſit videri ſibi electum legitimè, nihilque obſtare quominus ei præſtaretur obedientia; deferendum tamen Mandato Regis, nec obedientiam illam publicè prædicandam, donec Rex maturè ſuper ea re deliberaſſet.

Cæterum ſubodorata Vniuerſitas dilationis & moræ huiuſmodi cauſam hanc eſſe potiſſimam, quia Rectores Regni & Prælati totam ad ſe Beneficiorum Collationem transferre ſatagebant, iuxta id quod an. 1406. Schiſmaticis temporibus ab Eccleſia Gallicana ſtatutum fuerat, quod quidem experta fuerat factum in graue ſtudiorum detrimentum, propterea quod Prælati, **ſpreto Magiſtrorum priuilegio Beneficia ſæpè illiteratis hominibus conferebant**, maluit penès Pontificem remanere eorundem diſpenſationem, penès, inquam, Pontificem legitimum & legitimè electum. Itaque decreuit in eam rem Regi ſupplicare; immo & Rotulum fieri voluit, atque ad recens creatum Pontificem tranſmitti.

In eam rem congregatur Vniuerſitas die Martis 14. Decemb. & M. Ioannes Front-d'acier Nationis Gall. tunc Procurator ſupplicat ſibi locum in Rotulo ipſius Nationis concedi, qui Rectori tribui ſolet in Rotulo communi. Sic in eius Actis legitur. *In ea congregatione ſupplicauit M. Io. Front-d'acier Procurator Nationis quod ipſe gauderet prærogatiua illâ in Natione, quâ gaudet Rector in Vniuerſitate, & hoc in facto Rotuli: & fuit ei conceſſum, nemine contradicente, & ita concluſit, & de concluſione petijt inſtrumentum & habuit.*

Die 16 eiuſdem menſis electus eſt in Procuratorem Nation. Gall. M. Ioannes de Bris Carnotenſis Magiſter in Artibus & Licentiatus in Iure Canonico, eademque die ipſe cum alijs Procuratoribus Conclaue ingreſſus ad eligendum Rectorem, elegit M. Petrum Forget Bleſenſem

Mag. in Artibus & Baccal. formatum in Theolog.

1417. In ſequentibus Comitijs 18. 22. & 30. Decemb. actum de Inrotulandorum numero & præſentia. Item die penultima eiuſdem menſis actum præcipuè de Collatione cuiuſdam Capellaniæ vacantis per obitum M. Petri de Trecis: qua in re non eſt habita concordia, vt legitur in Actis Nat. Gall. *Quoad 3. art. ſupplicauerunt 1. Facultas Medicinæ quod haberet præſentare, & iam præſentauerat vnum de ſua Facultate. Et ſupplicabat quod quælibet Facultas per gyrum ſuum haberet præſentare Beneficia Vniuerſitatis vacantia. Et ad idem ſupplicabat Facultas Decretorum; quæ ſupplicatio per Facultatem Artium fuit interrempta, & in caſu quo fieret talis Ordinatio, dicta Facultas Artium ſe opponebat & proteſtabatur de appellando. Quoad Capellaniam ſupplicauerunt MM. Ioan. de Rouuray & Petrus Forgeti Rector. Et non eſt tunc illa die habita concordia.* Hinc agnoſce, Lector, initium vicis alternæ, ſeu Turni Facultatum in præſentatione Beneficiorum.

TVRNVS FACVLTATVM IN BENEFICIIS.

Nec omittendum quod in hanc rem reperitur conſignatum Faſtis Facultatis Medicinæ.

„ Anno prædicto (1417.) 27. Decemb. fuit congregata Facultas Medi-
„ cinæ in S. Math. ſuper 3. art. 1. ad ordinandum de quadam Capellania va-
„ cante per obitum M. Petri de Trecis Magiſtri in Medicina 2. ad ordinan-
„ dum de officio Bedellatus. 3. communis. Quoad 1. explicaui *quod dicta*
„ *Capellania erat vna de quinque Capellanijs quas fundauit D. Carolus de Sauoi-*
Quod etiam Collegium illud erat Nationis, quia maior pars Scholarium debent "
eſſe de Natione. Quapropter oportebat quod Magiſter eſſet de Natione. "
Narraui etiam vlterius quod propter malum regimen M. Nicolai Blan- "
che, qui nuper fuerat Magiſter, Reditus & bona Collegij fuerant de- "
perditi: quapropter illi Collegio erat prouidendum de vno Nobili ac "
ſufficienti viro. Quare circa hoc concluſit Natio Mater mea, quod om- "
nibus vijs & modis poſſibilibus volebat reſiſtere & opponebat ſe ne ille "
M. Rogerus haberet Magiſterium illius Collegij, quia Natio reputabat "
ipſum penitùs inhabilem ad hoc. Voluit vlterius Natio quod id notifica- "
retur Capitulo & Officiali Pariſienſi, quibus pertinebat prouidere ſede "
Epiſcopali vacante: quod etiam, ſi opus eſſet, informaretur Dux Exce- "
ſtriæ de ſtatu & vita illius M. Rogeri; & quod Vniuerſitas & Nationes "
habent reformare ſua Collegia. "

Vicit Natio, & M. Ioannes Bouuetus eiuſdem Collegij Magiſterium
obtinuit, vt intelligitur ex Rationario, ſeu, vt vocant, Computo eiuſ- "
dem, ſequente anno confecto; cuius concluſio talis eſt. Viſus eſt præter- "
ea iſte Compotus & auditus per M. Io. Scholarem huius Collegij S. Ni- "
colai de Lupara, Viſitatorem Collegiorum, Domorum Dei, Hoſpita- "
lium & aliorum Piorum locorum Villæ, Ciuitatis & Diœceſis Pariſien- "
ſis.... præſentibus ad hoc, audientibus etiam & videntibus venerab. & "
diſcretis viris MM. Ioan. Bouueti Magiſtro, ſeu Prouiſore nunc dicti Collegij, "
Burſarijs & Scholaribus maiorem & ſaniorem partem facientibus, lau- "
dantibus & omologantibus. Idcirco præmiſſis viſis & conſideratis, at- "
tento etiam iuramento dicti M. Ioan. Nantron Procuratoris, ſeu Rece- "
ptoris ipſiuſmet Collegij, &c.

In eodem hæc, quæ ſequuntur, notatu digna. *Recepta Extraordinaria* "
ab Executoribus defuncti Stephani de Capella. 2. Recepta Bladi à D. "
noſtro Rege pro Molendinis de Goneſſia, ſupra quos Collegium annua- "
tim habet 8. Sextarios frumenti ad menſuram Pariſ. 3. Inter Expenſas. "
pro amortizatione Curiæ Collegij D. Epiſcopo Pariſ. 4. Proceſſus & lites. "
Pro vino Bedelli Franciæ. Et in poſtremo art. *Pro Collatione facta Rectori* "
Vniuerſitatis. "

Eiuſdem Collegij adminiſtrationem, ſeu Magiſterium aliquanto poſt
habuit M. Gerardus Gorron ſeu Gourron, Nationis quoque Gallicanæ,
qui, cum flagrantibus Bellis Ciuilibus diu abfuiſſet & deprædandum Col-
legium reliquiſſet, ſubſtitutus eſt alter ad regimen, donec aut ille redi-
ret, aut eiuraret Magiſterium; qua de re ita habetur in MS. Membra-
naceo Eccleſiæ Pariſienſ. cuius mihi copiam fecit nunquam ſatis lau-
dandus Herouuallius.

1419. „ N. Dilecto noſtro... Sal. in Dom. Cum Collegium S. Nicolai de
„ Lupara Pariſius fundatum Magiſtro, ſeu Adminiſtratore ad præ-
„ ſens careat propter abſentiam M. Gerardi Gorron, aliàs in Magiſtrum
„ dicti Collegij ordinati qui per longa tempora à dicto Collegio ſe abſen-
„ tauit, & in remotis partibus moram traxit, quod in grande præiudicium
„ dicti Collegij cedit, & amplius cedere poterit, niſi ſuper hoc de reme-
„ dio per nos prouideatur. Hinc eſt quod nos ſuper hoc prouidere cu-
„ pientes, vt debemus, dicto Collegio quod nobis immediatè & omnimo-
„ dò eſt ſubiectum, Vobis de cuius ſufficientia & ſcientia confidimus, Re-
„ gimen Magiſterij dicti Collegij exercendum committimus per præſen-
„ tes, quandiu noſtræ placuerit voluntati, & quouſque per nos aliter fue-
„ rit ordinatum. Quocirca Procuratori & Scholaribus dicti Collegij Man-
„ damus, quatinus Vos ad regimen dicti Magiſterij exercendum recipiant
„ & admittant, vobiſque in his pareant efficaciter & intendant. Datum
„ Pariſius.

Paulo poſt inſtrumento Procuratorio quod exhibuit M. Petrus de Vaucello, idem Gerardus prædictum Magiſterium eiurauit ſponte & libere, vt patet ex hiſce litteris.

„ N... Dilecto noſtro... Sal. in Dom. Magiſtratum noſtræ Domus, ſeu
„ Collegij S. Nicolai de Lupara Pariſius nobis immediatè ſubiecti ad
„ præſens liberum & vacans per puram, ac liberam, ac ſimplicem reſigna-
„ tionem doctiſſimi viri M. Petri de Vaucello Magiſtri in Theologia Pro-
„ curatoris & Procuratorio nomine, provt nobis fidem fecit, *diſcreti viri*
„ *M. Gerardi Gorron eiuſdem vltimi Poſſeſſoris in manibus noſtris ſponte, purè,*
„ *liberè & ſimpliciter factam & per nos admiſſam*, ſeu aliàs quomodocunque
„ vacet atque vacare poſſit, Vobis, de cuius ſufficientia & idoneitate ſu-
„ mus ſufficienter informati, contulimus, ac conferimus per præſentes,
„ Mandantes Bachalarijs, ſeu Scholaribus dictæ Domus, ſeu Collegij, qua-
„ tenus vos in Magiſtrum dicti Collegij recipiant indilatè; præſtito tamen
„ iuramento iuxta formam ſtatutorum dicti Collegij in talibus fieri con-
„ ſueto. Datum Pariſius.

Sed ad ſtatum Regni & Vniuerſitatis redeamus. Illa per Legatos tria potiſſimùm à Rege & Regente poſtulauit, exemptionem ab Excubijs & cuſtodia Portarum, Priuilegiorum curſum in Normania quoad Beneficia, & Conſeruatoris vtriuſque in eodem Ducatu Iuriſdictionem ſaluam, provt obtinebat vſus; in hanc rem extant in Tabulario Academico inſtructiones quæ ſequuntur.

Sequuntur Inſtructiones quas MM. Philippus Mareſchalli Procurator, Nat. Franciæ & Io. Baſſetus Promotor Vniuerſitatis ad Digniſſimum noſtrum Regem deſtinati obſeruare habebunt. Notat. A. 1. Q.

„ 1. EX parte dictæ Vniuerſitatis requirent M. Petrum Cauchon Vice-
„ Dominum Remenſem, M. Guill. Eurie, ac etiam quoſuis alios præ-
„ fatæ Vniuerſitatis Iuratos, quatenùs litteras Vniuerſitatis præſentent D.
„ noſtro Regi, DD. Regi Angliæ & Duci Burgundiæ.

„ Item habeat dictus D. Vice-Dominus, ſeu præfatus M. Eurie expone-
„ re D. noſtro Regi & cæteris DD. deſolationem Vniuerſitatis in Suppo-
„ ſitis & priuilegijs, ſpecialiter in cuſtodia Portarum, excubijs murorum
„ horis nocturnis & alijs exactionibus quamplurimis;

„ Item quod D. Regens egregiæ autoritatis princeps D. Rex Angliæ
„ velit prouidere Vniuerſitati pro ſuppoſitis ſuis beneficiatis in Normania,
„ quatenus illi qui tenuerant partem D. noſtri Regis Franciæ & Illuſtriſſi-
„ mi Principis D. Ducis Burgundiæ, gaudeant plenè beneficijs ſuis & Pa-
„ trimonio in Ducatu & Partibus circumuicinis, ac deinde fructus inde
„ perceptos, ſiuè ſint Collegia, vel Suppoſita particularia, & hactenus

percipiendos, ſeu leuandos in antea, poſſint plenè precipere, vt iuris « 1420.
eſt, moram in ſtudio trahendo continuam.

Item quod dictus Rex Angliæ tradere velit vnam litteram Generalem « ſuper præmiſſis, pro omnibus Suppoſitis Vniuerſitatis qui iurauerunt con- « formiter ad Tractatum. «

Item quod ſuper præmiſſis huiuſmodi ac etiam Iuramento fideliter « præſtitis vt præfertur, credatur ſigillo Rectoris qui ſuper hoc fidele te- « ſtimonium habebit perhibere. «

Item & quod præfatus D. Regens D. Rex Angliæ velit concedere & « permittere Iuriſdictiones Conſeruatoris Priuilegiorum, tam Apoſtoli- « corum quàm Regalium exerceri in dicto Ducatu Normaniæ & locis cir- « cùm vicinis, prout hactenus obſeruatum eſt, & de hoc habere litteras di- « cti D. Regentis. «

Item & quod dignetur etiam ſcribere D. noſtro ſummo Pontifici pro « articulis & prærogatiuis Rotuli dictæ Vniuerſitatis obtinendis. «

Item & de permutationibus factis de Beneficijs in Normania, quod ſor- « tiantur ſuum effectum. «

De Tvrno in præsentatione Beneficiorvm.

Hoc quoque anno controuerſia fuit inter Facultates, quas vocant Superiores & Nationes Facultatis Artium de modo Collationis Beneficiorum ad ipſam Vniuerſitatem iure Patronatus pertinentium. Volebant ſiquidem Facultates nouo modo illa conferri, alternis nempe vicibus; & identidem iuxtà Ordinem Facultatum & Nationum, ſeu vt vocabant, *per turnum*, itavt ſeptuplex eſſet Collatio antequam rediretur ad initium quod à Theologica Facultate ſumi volebant. Nationes verò, vt iam an. 1417. fecerant, obſtiterunt, nec legem hanc imponi ſibi voluerunt; quippe quæ ſemper prævalebant, quotieſcunque Beneficij vacantis Collatio incumberet. Propoſitæ tamen variæ fuerunt rationes, ſed non acceptæ nec approbatæ. Sic in ſuſpenſo remanſit *Turni* negotium, donec tandem anno 1429. accedente ad tres Facultates Natione Anglicana, ſeu Germanica, confectum eſt, vt ſuo loco dicetur.

Ad 21. Iulij an. eiuſdem ita legitur in Actis Facultatis Medicinæ.

Anno Domini 1420. die 21. Iulij fuit congregata Facultas Medicinæ « 1420.
in Capitulo S. Matth. ſuper art. ſeq. 1. ad deliberandum ſuper quodam « Beneficio vacante, cuius collatio pertinet ad Vniuerſitatem, & vt ali- « quibus videtur, cadit in ordine noſtro. Et quoad 1. art iuxta materiam « 1. art ſupplicauit M Petrus Berniceti quod Facultas haberet eum præ- « ſentare, quod ab omnibus eſt eidem conceſſum & ita concluſum.... con- « ſequenter per me Decanum fuit in Congregatione Vniuerſitatis ex par- « te Facult. Med. ad prædictam Capellaniam præſentatus. Super quo non « habita fuit concordia. In ſequenti Congregatione *per Facultatem Artium, Decretorum & Theologiæ data eſt illa Capellania D. Rectori*, ſed Facul- « tas Theol & Decretorum dixerunt, quod volebant primum Beneficium « ſpectare ad Facultatem Medicinæ; quod Ego Decanus acceptaui nomine « Facultatis, & petij Inſtrumentum.

In Actis verò Nationis Gallic. ad diem 26. Feb. anni eiuſdem legimus varios modos, variaſque propoſitas ab ipſa Natione rationes conferendi Beneficia, ſed nondum habitam concordiam.

Anno Domini 1420. die 26. menſis Feb. apud S. Math. hora 8. de mane « fuit celebrata Congregatio Nationis Franciæ ſuper 3. articulis: in quâ « quidem Congregatione fuerunt conuocati Magiſtri in Theol. Decretis « & Medicina, & omnes alij Magiſtri de Natione. 1. Articulus fuit ſuper « aliquibus tangentibus honorem & vtilitatem Nationis. 2. Fuit ad diſpo- « nendum de pecunijs Nationis. 3. Fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. « Quantum ad 1. artic. explicui in Natione (Petrus de Credulio, de Creilg « Procurator) quod venerabilis & circunſpectus vir M. Guill. Erardi Ma- « giſter in Artibus & Baccalarius in Theol. tunc Rector in Vniuerſita- « te Pariſ. fuerat requiſitus per Facultates Theologiæ, Decretorum & « Medicinæ, & per Nationes Picardiæ, Normaniæ & Angliæ, quòd ipſe «

" poneret in deliberatione Vniuerſitatis, & faceret Articulum ſpecialem
1420. " de modo ponendi ordinem in collatione Beneficiorum ſpectantium ad
" diſpoſitionem Vniuerſitatis, & expoſui in Natione quod hoc facere eſſet
" in præiudicium Facultatis Artium, quia ſunt plura ſuppoſita in ea quàm
" in toto reſiduo Vniuerſitatis: Hoc etiam eſſet in præiudicium Nationis
" Franciæ quia ſunt quinque in ea Prouinciæ, Pariſienſis, Senonenſis, Re-
" menſ. Turon. & Bituricenſis, in quarum qualibet ferè ſunt tot ſuppoſi-
" ta quot ſunt in aliqua aliarum Nationum. Etiam Patres noſtri tempori-
" bus retroactis nihil in hoc innouauerunt, ſed ſemper remanſit Collatio,
" præſentatio, ac omnimoda diſpoſitio iſtorum Beneficiorum ad totam
" Vniuerſitatem. Quare quoad hoc concorditer concluſit Natio ſe oppo-
" nere in caſu quod D. Rector atque Vniuerſitas vellet ponere ordinem, &
" proteſtabatur Natio de appellando, & in hoc capere caſum nouitatis.
" Verùm vt ſemper ſeruetur vnio & concordia inter Nationes & Facultates, aduiſatæ ſunt quædam modificationes, quibus conceſſis per Vniuerſitatem de facile condeſcendet ad velle poni ordinem in Beneficijs, aliàs
" non. Quarum modificationum *1. eſt, quod quælibet Natio æquippolleat cuilibet Facultati, ita quod vbi Facultates ſuperiores haberent tria, Facultas Artium haberet quatuor. 2. Quod ex parte Vniuerſitatis deputentur ſeptem, de quolibet Facultate & Natione vnus*, qui iurabunt in præſentia Vniuerſitatis præſentare illum Vniuerſitati quem ſecundùm conſcientiam ſuam ſcient eſſe Pauperiorem, magis indigentem & magis idoneum in illa Facultate aut Natione, cuius debebit eſſet ordo vel Turnus. 3. Quod ille ſic præſentatus iuret quod, nec in Patrimonio, nec Beneficio habet ad exponendum vltra ſummam 40. libr. in portatis. 4. *Si contingeret Rectorem qui tunc eſſet tempore vacationis Beneficij eſſe pauperem, nullum aut modicum Beneficium habentem, illi ſeptem deputati præſentabunt ipſum Vniuerſitati ſaluo Turno, vel ordine Facultatis aut Nationis.* 5. Quod nullus & idem poſſit habere ſimul, aut ſucceſſiuè duo Beneficia ſibi collata per Vniuerſitatem. 6. Eſt quod ſi contingat aliquem de Facultate Artium habentem Beneficium Vniuerſitatis, tranſire ad aliam Facultatem Superiorem, eò tunc facultas ad quam tranſit, priuabitur ſuo Turno Et quia Vniuerſitas non conceſſit iſtas modificationes, nec Natio conſenſit ad hoc quod poneretur Ordo, nec ſibi videbatur rationabile. Quantum ad 2. artic. &c.

1421. " Anno 1421. quatuor potiſſimùm alicuius momenti geſta ſunt in Vniuerſitate pro miſeria & calamitate temporum. 1. Receptio Præpoſiti Pariſienſis ſeu Commiſſi. 2. Confectio duplicis Rotuli Nominationum, nempe ad Prælatos & ad Papam. 3. Reformatio plurimorum Collegiorum. 4. Lis de præſentatione Capellaniarum in Baſilica S. Andreæ inſtitutarum.

De Receptione quidem Præpoſiti Pariſ. ſic habetur in Actis Nationis Gall. ſcribente M. Petro Maugerij eiuſdem Procuratore. *Die Veneris penultima dicti menſis* (Maij) *iurauit coram Vniuerſitate M. Petrus de Marigny Commiſſus ad Officium Præpoſituræ Pariſ. Iuramenta de nouo extracta à Priuilegijs Matris Vniuerſitatis per me Procuratorem prænominatum quæ viſa fuerunt in Deputatis & de nouo per Concluſionem eorum fuerunt per ſcribam Vniuerſitatis inſcripta libro Nationis.*

De Rotvlo. Quod ad Rotulum attinet, cum inter Pontificem & Epiſcopos Eccleſiæ Gallicanæ conueniſſet de quadam alternatiua & media parte Beneficiorum conferendorum, Vniuerſitas duplicem Rotulum inſtituit, vnum ad Prælatos, alterum ad Papam mittendum: ideoque ad Regentem Regni Bedfortium qui in Obſidione Drocenſi detinebatur, legatos deſtinauit, vt ſua ſuppoſita & Prælatis & Papæ commendaret. res ſic ſe habet ad 5. Auguſti, ſcribente ſupradicto Maugerio Procuratore Nat. Gall.

" Die Martis 5. menſis Aug. ex conſilio Deputatorum Vniuerſitatis &
" eorum concluſione Congregaui Nationem ſuper 3. art. 1. art. fuit in 2.
" Punctis, quorum vnum erat ſuper priuilegijs Vniuerſitatis proſequendis

erga D. Regentem. 2. erat ſuper Prouiſione aduiſanda in Officium Cancellarij pro licentijs ſuperiorum Facultatum. 2. art. fuit ſimiliter in 2. punctis. 1. *Super Rotulo deſtinando Prælatis Franciæ pro prouiſione Magiſtrorum Vniuerſitatis nouiter concluſo per Vniuerſitatem.* 2. Super vno Rotulo paruo expediendo quem habet penes ſe D. Dionyſius de Sabreneto, concluſo per Vniuerſitatem poſt confectionem Rotuli principalis. 3. art. communis ſuper ſupplic. & iniurijs. Quantum ad 1. art. & ad 1. punctum 2. art placuit Nationi conſilium & aduiſamentum datum per Deputatos, quod ſcilicet litteræ continentes iſta 3. puncta deſtinarentur per Matrem Vniuerſitatem D. Regenti, & quòd ea haberet proſequi diligenter Nuncius ſpecialis & Ambaſſiator Vniuerſitatis ibi deſtinandus ad obſidionem ante villam vocatam *Dreux*, ſcilicet D. Antiquus Rector M. Petrus Mauricij qui ibi deſtinabatur ad proſequendum vnum Rotulum pro illis de Partibus Normaniæ, &c. Et quod ipſe haberet bonas inſtructiones ſuper illis 3. punctis & haberet nomine Vniuerſitatis petere ab ipſo D Regente. 1. Quod ſibi placeret eximere Suppoſita Vniuerſitatis ab iſtis marcis argenti & alijs exactionibus, ſecundùm ſuorum Priuilegiorum tenorem, aut ſaltem dare ſuſpenſum vſque ad aduentum ſuum Pariſius. Et de hoc peteret ipſe Nuncius & Procurator litteram patentem. 2. Quod ipſe D. Regens ſcriberet D noſtro ſummo Pontifici conformiter ad Vniuerſitatem quod vellet prouidere Vniuerſitati de Licentijs conferendis in modum in quem Vniuerſitas ſupplicabat & ſcribebat ſuæ Sanctitati. Et de iſto ipſe D. Antiquus afferret litteras clauſas eiuſdem D. Regentis. 3. Quod ipſe D. Regens omnibus & ſingulis Prælatis Franciæ ſcribere vellet, *quod attento quod eis incumbebat virtute Alternatiuæ conferre mediam partem Beneficiorum:* Quodque ſuper totalitate conſueuerat Vniuerſitas prouidere, pro cuius ſuppoſitis ipſa Beneficia fundata ſunt ſpecialiter, ſcilicet pro viris ſtudioſis; attenta etiam deſolatione ipſius Vniuerſitatis & quod propter penuriam & cariſtiam temporum Notabiles Magiſtri cotidie recedere coguntur; ipſi DD. Prælati prouiderent ipſis Magiſtris & Suppoſitis antedictis. Et quoad punctum iſtud voluit Natio quod quilibet Magiſter afferret ſuam ſupplicationem Procuratori Nationis, & eas Procurator in vno Rotulo ſcriberet, in cuius Capite ſcriberetur Procurator & conſequenter Decani & Magiſtri ſecundùm Ordinem Prouinciarum; & quod illo Rotulo adiuncto Rotulis aliarum Facultatum & Nationum, ſecundùm quod per Vniuerſitatem fuerat concluſum, diuiderentur ſic inſcripti ſecundùm numerum Prælatorum, & cuilibet Prelato aſſignarentur, vel nominarentur per Vniuerſitatem duo, vel quatuor, aut plures ſecundùm quod expedire videretur Deputatis; & quod illi aſſignati mitterentur aſſignato ſuo Prælato in vna littera Clauſa Vniuerſitatis recommendatoria eorundem, & cum litteris D Regentis, haberenturque & procurarentur litteræ clauſæ, vel patentes D. noſtri Regis per ſuum Magnum Conſilium paſſatæ ſuper eadem prouiſione in forma ſatis compulſiua, bona & honeſta aduiſanda per Deputatos, ad deſtinandum ipſis Prælatis vnà cum ipſis litteris antedictis. Quarum litterarum patentium quilibet habere poterit vnum ſcriptum, ſeu tranſſcriptum ad monſtrandum ſuo Prælato, vel vnam litteram clauſam. Voluit inſuper Natio quod ipſi Deputati poteſtatem haberent mutandi Collationes Magiſtrorum Inrotulatorum vbi plures concurrentiæ eſſent, & nominauit Natio Deputatos M. Guill. de Brocis, M. Io. Cheuroti & me. Et voluit quod nulli alij vocem haberent pro Natione in materia iſta propter diſcordias vitandas. *Ordinauit inſuper Natio & voluit quod Ego ſuus Procurator poſitus eſſem in capite Rotuli, ſicut conſuetum eſt;* & quod ad duos Prælatos quos eligerem & ad duas Collationes eſſem recommendatus & alijs Prælatis, prouiſo quod quando vnum eſſem Beneficium aſſecutus virtute huius Nominationis, quoad aliud aſſequendum, alijs Magiſtris præiudicium non afferrem.

1421.

De 2. Rotulo paruo voluit Natio quod pro nunc non expediretur, ſed

» exſpectaretur Concilium Generale, & quando ibi fiet Rotulus pro tota
1421. » Vniuerſitate. Et voluit Natio quod pecuniæ reſtituantur Magiſtris in-
» ſcriptis ipſi Rotulo, & quod M. Dionyſius de Sabreneto eas de facto po-
» nat in manus D. Procuratoris ad ipſam reſtitutionem faciendam. Quan-
» tum ad 3. art. ſupplicauit D. Rector quod ad duos Prælatos & vnum Ca-
» pitulum nominaretur, hoc prouiſo quod quando vnum beneficium eſſet
» aſſecutus, alijs præiudicium non afferret; quæ ſupplicatio conceſſa eſt.

Reuerſis Legatis quos ad Regentem miſerat Vniuerſitas, habita ſunt Comitia Generalia Vniuerſitatis die 5. Feb. eiuſdem anni, ad audiendam eorum relationem: quâ auditâ intellectum eſt eorum diſcordiâ Regentem offenſum fuiſſe, cuius autor fuiſſet M. Ioannis Pulcri patris contra M. Io. Breuis coxæ Epiſcopum Pariſienſem nuper electum: vnde concluſum vt in id inquireretur, vt culpabiles plecterentur, & ita M. Petrus de Villaribus Procurator *requiſiuit D. Rectorem in reddendo deliberationem Nationis Gall.*

COLLEGIORVM REFORMATIO.

Tertium Caput rerum ab Vniuerſitate hoc anno geſtarum fuit luſtratio & reformatio Collegiorum, quorum pleraque calamitate temporum, aut funditùs ruebant, aut Præfectos non habebant, aut reditus non percipiebant, aut prauè adminiſtrabantur: huic ergo malo prouidere voluit Vniuerſitas; ſed orta quæſtio, an Vniuerſitatis ipſius, an ſingularum Nationum eſſet ſua Collegia reformare. Hac de re ſic legitur in Reg. Nat. Gall. ſcribente ſupradicto Maugerio Procuratore.

» Die Iouis 7. dicti menſis (Aug.) congregaui Nationem ſuper 2. art. ſi-
» cut per aliquos notabiles Magiſtros fueram requiſitus in plena nouiſſima
» Congregatione. 1. art. ſuper facto Reformationis Collegiorum inceptæ
» per Vniuerſitatem. 2. art. ſuper ſuppl. & iniurijs; quantum ad 1. placuit
» Nationi iuxta aliàs concluſa per Vniuerſitatem omnia ſua Collegia viſi-
» tare, & ea reformare quæ indigent reformatione tam in Capite quam in
» membris. *Et quia aliqui dicebant hoc ſpectare ad Vniuerſitatem pleno iure &*
» *per ipſam debere fieri; & de hoc ipſam Vniuerſitatem habuiſſe & habere Arre-*
» *ſtum Parlamenti, alij dicebant quod Natio ſua Collegia debebat viſitare & re-*
» *formare ſuo Ordinario iure & non Vniuerſitas*, niſi vbi Natio ipſa negligens
» eſſet, tandem placuit Nationi, quod ſolemnes deputati ſuper hoc con-
» gregarentur & conſilio ipſorum voluit & vult ſtare & etiam antiquorum
» informationi.

» *Item placuit Nationi quod omnes viri Practici, tam Magiſtri quam Scholares,*
» *ſimiliter & Officiarij Regij qui non ſtudij gratia loca occupant Collegiorum, à*
» *dictis Collegijs expellantur*, & quod ſuper hoc fiat bona diligentia per Pro-
» curatorem Nationis tam erga Vniuerſitatem quàm erga Collatores Bur-
» ſarum, & erga quoſcunque, vbi fuerit opus.

» Item placuit Nationi quod Collegijs in quibus nulli vel pauci & anti-
» **qui habitant, præficiantur & ordinentur ad eorum regimen & ſaluatio-**
» nem vtenſilium, librorum, reddituum & litterarum duo vel 3. notabiles
» Magiſtri qui bene & diligenter vtilitatem procurent, & bona conſeruent
» ipſorum Collegiorum, & nominauit Natio M. Guill. de Brocis, M. Io.
» Cheuroti, M. Guill. Erardi, & me.

» Item placuit Nationi quod ſingula Collegia tradant Procuratori Na-
» tionis Codicillos ſuos in quibus inſcribantur nomina Magiſtri & Schola-
» rium, & numerum eorum cuiuſlibet Collegij, Prouincias vnde oriundi
» ſunt, taxam burſarum, tempus quo debent immorari, Facultates in qui-
» bus ſtudere debent, & omnia alia generalia ſtatuta. Similiter contineant
» ipſi Codicilli inuentarium omnium librorum & vtenſilium necnon quan-
» titatem & ſituationem reddituum & hereditagiorum ſingulorum Colle-
» giorum. Non vult tamen Natio quod inſcribantur ſecreta ipſorum Col-
» legiorum, ſicut vaſa argentea, Iocalia Capellarum, theſaurus ſiue pecu-
» niæ eorum.

In Actis Comitiorum eiuſdem Nationis die 24. Ian. habitorum mentio fit Collegiorum de Lorris & de Karembert, quorum illud amiſerat 30. l.

annui reditus ; alterius nullæ litteræ nullaque inſtrumenta fundationis extabant ; qua de re ſic ſcribit Petrus de Villaribus eiuſdem Nat. Procurator. *2. art. habuit duo punct. 1. punctum fuit ſuper facto Collegiorum de Loris & de Karembert. Et quoad iſtud, deliberauit Natio omnibus vijs & modis poſſibilibus proſequi expeditionem impedimenti per Gentes Regias poſiti ſuper 30. libris Pariſ. ad dictos Scholares de Loris ſpectantibus. Quoad factum Collegij de Karembert, voluit etiam Natio omnem diligentiam fieri de ſciendo vbi ſunt reditus, & litteras redituum ſi quæ ſunt, pro poſſe recuperare. Et quoad iſtud M. Petrus de Credulio mihi dedit 3. litteras factum illius Collegij tangentes bene, duæ erant de Caſtelleto facientes mentionem de 13. libris Pariſ. ſituatis in vico S. Dionyſij, alia verò eſt ſub ſigillo Ducis Britanniæ & facit mentionem de Collatione Burſarum.* 1421.

Iterum in Comitijs habitis 21. Feb. actum de 30. libris Pariſ. quæ legatæ fuerant Scholaribus de Loris recuperandis. *Item quantum ad 30. lib. Pariſ. quæ emptæ fuerant per Nationem pro Scholaribus de Loris*, & modò propter diuerſitatem temporis ſunt in manus DD. Commiſſariorum Regis ſuper facto confiſcationum, eò quòd Scholares qui dictas pecunias obtinebant, propter tempora ſe abſentauerant, fui requiſitus quod omnem diligentiam mihi poſſibilem facerem de recuperando illas 30. libras Pariſ. & Nationi promiſi omnem diligentiam mihi poſſibilem, &c.

Hæ 30. libræ annui reditus conuerſæ ſunt tandem in Domum ſitam in vico ferreo, ad Cemiterium SS. Innocentium, ad inſigne Scacarij, hodie Capitis Nigri ; vt intelligimus ex Inſtrumentis quæ ſeruantur in Tabulario Nationis Gallicanæ.

Eadem die 21. Feb. & alijs ſæpè actum de inſtaurandis hiſce Collegijs, Coriſopitenſi, Trecorenſi, de Karembert, de Donjou, ſeu de Dujon & du Tou, ſeu de Tullio, & de Tullo quæ in ruinam vergebant : quorum quinque duo tantùm hodie ſuperſunt Coriſopitenſe & Trecorenſe, reliqua tria perierunt, ſicut & Collegium de Loris : imò tunc temporis vix reperti ſunt Scholares de Loris : nam die 5. Maij an. 1422. cum fuiſſet congregata eadem Natio, poſitumque in deliberatione fuiſſet, quem in vſum conuerterentur 30. libræ de quibus ſupra, Natio concluſit inquirendum an aliqui tales Scholares reperiri poſſent, ſin minus, an alij vicinæ regionis, atque in eorum vtilitatem pecuniam illam eſſe impendendam. *Fuit concluſum quod Natio haberet recipere iſtas pecunias*, & quod iſtæ pecuniæ non conſumerentur niſi ad vſum & vtilitatem Scholarium de Loris, ſi qui reperirentur : quod ſi non reperirentur, tunc fieret diligentia de reperiendo alios Scholares illi patriæ vicinos, & illi Scholares ponerentur in aliquo notabili Collegio, & tunc illæ pecuniæ illis Scholaribus diſtribuerentur, ſecundùm debitam opportunitatem, & quod dicti Scholares priuſquam introducerentur in aliquod Collegium, **præſentarentur Nationi, & tunc Natio deliberaret de eorum habilitate** & idoneitate ad recipiendum talem fructum.

Anno 1444. video collatam à Natione fuiſſe Burſam prædicti Collegij cuidam Iuueni Bertrando de Cormery, propter abſentiam cuiuſdam alius, & fugam. Nam vt habetur in Actis diei 10. Iun. Burſarum illarum Collatio ad Nationem pertinebat.

Collegium de Karembert ſeu Kaerembart ſitum erat in monte S. Hilarij & reditus quoſdam habebat percipiendos in Territorio de Bagnolet. Nam ad diem 7. Decemb. 1427. Sic legimus in Actis Nat. Gall.

Nouerint vniuerſi nos Gerardum Gehe Procuratorem Nat. Franciæ, Petrum de Valle & Yuonem de Ponto ſpecialiter ad hoc ex parte dictæ Nationis deputatos in Congregatione Nationis celebrata 7. die Decemb. an. Domini 1427. in Capitulo FF. Prædicatorum vbi Vniuerſitas eodem die congregata fuit, tradidiſſe ad firmam ſeu locagium vſque ad 9. annos proximè ſequentes honorabili viro Michaëli Armigeri Ciui Pariſ. ſex Arpenta terrarum, vel circiter ſituatarum in Territorio de Bagnolet in Diœceſ. Pariſ. quæ quidem terræ pertinent Scholaribus Collegij de

" Kaërbert Pariſius fundati in monte S. Hilarij pro pretio 16. ſol. Pariſ.
1421. " quos idem Michaël tenetur per ſuam obligationem ſuper hoc confectam
" ſoluere quolibet anno præfato in termino S. Martini Hiemalis, incipien-
" do primam ſolutionem in dicto feſto S. Martini proximè ſequentis. Et
" cum hoc tenetur idem Michaël dictas terras acquittare de Cenſibus ſi
" quos debeant & alios reditus declarare & recuperare à Creditoribus, ſeu
" debitoribus quos dictum Collegium habet in dicta villa de Baignoller,
" ſuper quibus Michaël habuit certam commiſſionem à nobis præfatis no-
" mine dictæ Nationis ſub ſigillo Nationis & ſignetis noſtris.

Lis de Capellaniarum præſentatione & Reditibus.

QVartum Caput rerum Academicarum eſt de lite ad præſentationem Capellaniarum pertinente. Cum paulo ante hæc tempora M. Robertus Coëffe Clericus Cameræ, quam vocant Compotorum, Capellaniam certis reditibus dotaſſet in Baſilica S. Andreæ, priuſquam intitularetur, orta eſt hoc anno controuerſia inter Vniuerſitatem & Heredes Teſtamentarios Roberti circa præſentationem ſeu Patronatum. Contendebant illi ſuum eſſe præſentare non Vniuerſitatis; tum quia nondum erat intitulata Capellania, tum quia eius diſpoſitio relicta fuerat Executoribus. Contra Vniuerſitas, quod ius Patronatus S. Andreæ ſuum eſſet, contendebat ad ſe quoque Capellaniæ præſentationem pertinere. Hæc de re ſic legitur in Actis Nationis Gall. ad diem 10. Febr. huius anni.

" 2. Punctum erat ſuper vna Capellania nouiter fundata per Executo-
" res bonæ memoriæ M. Roberti Coëffe quondam Clerici Cameræ com-
" potorum *D.* noſtri Regis in Eccleſia B. Andreæ de Arcubus. Et quia
" Capellania erat fundata & admortiſata & M. Ioannes Pinguiau tanquam
" Procurator Executorum illi Capellaniæ deſeruierat & reditus percepe-
" perat, nondum tamen erat intitulata, Vniuerſitas Mater eo quod eſſet
" fundata in Eccleſia S. Andreæ, cuius ius Patronatus ad dictam Vniuerſi-
" tatem pertinet, poſt mortem dicti Pinguiau, Vniuerſitas dedit dictam
" Capellaniam M. Ægidio Carrelier in quantum poterat dare, Executo-
" ribus contradicentibus & dicentibus quod Vniuerſitas non poterat dare
" duabus de cauſis. 1. Eſt quia non erat intitulata. 2. Quia per clauſulam
" teſtamenti Collatio, præſentatio & omnimoda diſpoſitio ad dictos Exe-
" cutores pertinet. Et quia dicti Fundator & Executores erant de Natione,
" Natio deliberauit adire D. Epiſcopum ſupplicando ſibi vt Vniuerſita-
" tem & etiam dictos Executores vellet ita concordare quod ius vnicuique
" pro poſſe tribueretur, & dabat Deputatos ad conſulendum dictam Na-
" tionem ad D. Epiſcopum MM. Stephanum Martin, Io. Cheuroti cum
" alijs Iuriſtis de Natione prædicta.

Acceſſit ad hanc cauſam Conuentus S. Germani contendens Ius quidem Patronatus Eccleſiæ S. Andreæ tranſlatum à ſe ad Vniuerſitatem, ſed fundum ſemper ſuum eſſe & fuiſſe, proindeque fundationes cæteras ad ſe pertinere; tandem amicè rem ita compoſuerunt, vt videlicet alternis vicibus & Conuentus & Vniuerſitas tales Capellanias & ſimiles ſi quæ olim fundarentur, præſentarent. Et ea de re extat Inſtrumentum in tabulario Vniuerſitatis. ad an. 1423.

" IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, Amen. Vniuerſis
" præſentis ſcripti paginam inſpecturis præſentibus & futuris. *Ioannes*
" *permiſſione diuina humilis Abbas Monaſterij S. Germani de Pratis iuxta* mu-
" ros Pariſ. Ordinis S. Bened. ad Rom. Eccleſiam nullo medio pertinentis
" totuſque eiuſdem loci Conuentus Sal. in eodem Domino noſtro I. Chri-
" ſto filio Virginis glorioſæ. Notum fieri volumus Vniuerſitati veſtræ
" quod Nos matura deliberatione ſuper hoc *præhabita cum peritis, Compo-*
" *ſitiones, Tractatus & Concordias, pacta & Conuentiones amicabiles hactenus ha-*
" *bita inter prædeceſſores noſtros Abbatem & Conuentum eiuſdem noſtri Monaſte-*

rij

rij ex vna & almam Matrem Vniuerſitatem venerabilis ſtudij Pariſ. ex alia partibus fauore beniuolo proſequentes, per quæ inter cætera appunctuatum extitit & finaliter concordatum quod nos eidem almæ Matri dimiſimus & tranſtulimus, ſeu dicti prædeceſſores noſtri Abbas & Conuentus pro tempore dimiſerunt, tranſtulerunt & tranſportauerunt & conceſſerunt eidem almæ Matri *Patronatum & omne ius præſentandi ad Eccleſiam Parochialem S. Andreæ de Arcubus Pariſius in Conſiua*, ſeu dominio & fundo terræ noſtræ ſituatam, totiens quotiens vacaret, aut locus vacationis eiuſdem occurreret provt in tractatibus & compoſitionibus prædictis ſuper hoc factis & habitis anno Domini 1345. & per fel. record. D. Clementem Papam VI. & per inclytæ record. Regem Philippum confirmatis & approbatis pleniùs contineri videtur. Verum quia de præſenti orta eſt, ſeu pridem ſperabatur oriri inter dictam almam Matrem & *vener. virum M. Iacobum Galet ex parte eiuſdem Matris ad Capellaniam infraſcriptam præſentatum ex vna* & Reuerendum in Chriſto Patrem & DD. Ioannem D. G. Pariſ. Epiſ. modernum & Executores Teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis bonæ memoriæ defuncti M. Roberti Coëffe & Stephanum de Souſſois per eoſdem Executores præſentatum occaſione cuiuſd. Capellaniæ nouiſſimè fundatæ, provt fertur, & dotatæ in dicta Paroch. Eccleſia, de bonis dictæ Executionis ex alijs partibus, lis, controuerſia, ſeu materia quæſtionis, eiſd. Executoribus dicentibus eorum vita durante, præſentationem ipſius Capellaniæ ad eos & Collationem eiuſdem dicto Reuerendo Patri D. Pariſ. Epiſcopo pertinere, ead. alma Matre prædicta in contrarium dicente & aſſerente præſentationem huiuſmodi Capellaniæ ad ipſam pertinuiſſe & pertinere, ratione tranſportus, tractatus & concordiæ prædictorum. Et nos Abbas & Conuentus præfati ex aduerſo dicebamus ipſius Capellaniæ & aliarum fundatarum in dicta Eccleſia Parochiali S. Andreæ & nulli alteri, ratione & ad cauſam fundi terræ & dominij noſtrorum penès nos & dictum noſtrum Monaſterium & pro nobis in Compoſitionibus & Tractatibus antedictis retentorum pertinere & ſpectare debere. *Tandem ad finiendam omnimodam iurgiorum materiam tractatum fuit, & eſt ac finaliter concordatum inter nos & dictam almam Matrem Vniuerſitatem, quod de cætero totiens quotiens aliqua ex Capellaniis fundatis in dicta Eccleſia Parochiali S. Andreæ de Arcubus de bonis defuncti M. Petri Perier* quemadmodum ſunt intitulatæ, vt dicitur ſicut Capella, ſeu Capellania fundata de bonis defuncti M. Roberti Coëffe *de qua fit quæſtio de præſenti, videlicet quod præſentatio dictarum Capellaniarum & aliarum fundandarum, dotandarum in dicta Parochiali Eccleſia S. Andreæ nobis Abbati & Conuentui & almæ Matri Vniuerſitati prædictæ, vicibus alternatiuis pertinebit, cuilibet noſtrum ad turnum ſuum taliter quod dum ipſa Mater Vniuerſitas ad alteram dictarum Capellaniarum* præſentauerit, nos Abbas & Conuentus præfati ad Capellaniam ipſam ſi poſt modùm vacauerit, aut ad aliam ſucceſſiuè vacaturam, ſeu vacantem præſentabimus. Et hoc totum ſine præiudicio aliorum Beneficiorum in dicta Parochiali Eccleſia fundatorum & dictæ Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ & Capellaniæ B. Mariæ fundatæ in ead. de bonis M. Io. de Thelu Decretorum Doctoris, quarum Eccleſiæ Paroch. & Capellaniæ B. Mariæ præſentatio ad ipſam Vniuerſitatem pertinere noſcuntur, abſque præiudicio etiam Iurium aliorum nobis & Monaſterio noſtro pertinentium & ſpectantium, provt plenius continetur in Tractatibus & Compoſitionibus ſupradictis. In quorum fidem & teſtimonium præmiſſorum ad perpetuam rei memoriam ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda. Datum in Monaſterio noſtro prædicto die 15. menſis Nouemb. anno Domini 1423. 1421.

Neque omittendum, quandoquidem in mentionem Capellaniarum incidimus, paulo ante conqueſtos Capellanos, quòd ex illis, quas Rex ex pecunia ſibi tradita dotauerat in Caſtelleto, nihil perciperent, obtinuiſſe anno 1417. vti ex emolumentis fortuitis Caſtelleti reditus debiti perſoluerentur, vt conſtat ex hiſce litteris Regijs in Tabulario

CAPELLANIÆ CASTELLETI.

Academico contentis ſub hiſce notis C. 6. C. in quibus notanda præſer-
1421. tim ratio qua Rex vtitur, nimirum dotationem illam non ex Patrimonio Regio, ſed ex pecunia accepta factam, ac proinde nullo pacto poſſe ſuis reditibus ſpoliari.

" CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous " ceux qui ces preſentes lettres verront ſalut: Sçauoir faiſons nous " auoir veu les lettres de noſtre feu Seigneur & Pere, le Roy Charles que " Dieu abſoille, en las de ſoye & cire verte à nous preſentée de la partie de " noſtre tres-chiere & amée fille l'Vniuerſité de Paris, contenant la for- " me qui s'enſuit.

" CAROLVS D... Primogenitus Regis Francorum Regnum Regens, " Dux Normaniæ & Delphinus Viennenſis, notum facimus Vniuerſis " tam preſentibus quàm futuris. Nos vidiſſe litteras felicis memoriæ D. Phi- " lippi Pulcri Patrui noſtri ex parte dilectorum noſtrorum Rectoris & Vni- " uerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius nobis exhibitas formam " quæ ſequitur, continentes.

" PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Notum facimus " Vniuerſis tam preſentibus quàm futuris, quod cum Vniuerſitas Ma- " giſtrorum & Scholarium Pariſius ad vſum & ſuſtentationem trium Ca- " pellanorum eiuſdem emerit pro mille libris Pariſ. à Guillelmo de Vlmo " Scutifero Manerium, Molendinum, poſſeſſiones, terras & reditus in " villa de Vallibus, infra metas Parochiæ de Special prope Longum jumel- " lum ſub noſtro dominio, provt in litteris ſigillatis ſigillo Præpoſituræ " noſtræ Pariſienſis ſuper hoc confectis plenius continetur, Nos intuitu " pacis & tranquillitatis prædictorum Vniuerſitatis & Capellanorum eiuſ- " dem pro prædictis Manerio, Molendino, poſſeſſionibus, terris & redi- " tibus quæ penès nos retinuimus ad vſus eorundem Capellanorum, qui- " bus dictæ tres Capellaniæ ab Vniuerſitate prædicta fuerunt collatæ de " Collatione ſibi facta litteras habentibus 60. libras Pariſ. amortizatas in " ſicca pecunia in noſtro Caſtelleto Pariſ. in feſto B. Remigij per manus " dictorum Capellanorum recipiendas annuatim, in perpetuum concedi- " mus & in præmiſſorum cambium aſſignamus. Volentes vt quilibet ſæpè " dictorum Capellanorum *per Rectorem Vniuerſitatis iam dictæ* noſtro Præ- " poſito Pariſienſi præſentatus 20. libras Pariſ. in dicto termino pro ſua re- " cipiat portione; & quod ad hoc percipiendum ad annos ſuæ vitæ, in dictæ " Præpoſituræ Rotulis regiſtretur, ne vnus pro alio ad hoc recipiendum ſe " ingerat fraudulenter. In cuius teſtimonium præſentes litteras ſigilli no- " ſtri Regij fecimus munimine roborari. Actum Pariſius anno Incarn. Do- " minicæ 1301. menſe Martij. Quibus quidem litteris per nos viſis expo- " ni nobis fecit Vniuerſitas memorata quod cum dictæ 60. libræ Pariſ. an- " nui reditus & perpetui fuerint in dicto Caſtelleto per dictos tres Capel- " lanos percipiendæ ſub generalitate quadam nullo Officiariorum, ſeu Re- " ceptorum emolumentorum dicti Caſtelleti ſpecialiter ad illas ſoluendas " obligato aſſignatæ, Capellani qui retroacto tempore tenuerunt dictas " Capellanias prædictas 60. libras habuerunt non per manus dictorum Of- " ficiariorum, ſeu immediatorum Receptorum emolumentorum Caſtelle- " ti prædicti, ſed per manus Receptoris generalis totius Præpoſituræ & " Vicecomitatus Pariſ. Et quamuis dudum Receptores qui fuerant, ſuffi- " cienter ſoluerint Capellanis qui tunc erant, veruntamen à nonnullis " annis citra propter onera multiplicia, quibus generalis Recepta dictæ " Præpoſituræ & Vice-Comitatus ex facto Guerrarum & aliàs plus ſolito " extitit onerata, Receptores qui fuerunt, denarios & redditus quos ab " Officiarijs dicti Caſtelleti receperunt, ad alios vſus & alia onera conuer- " terunt & applicarunt Capellanis dictæ Vniuerſitatis, prædicto ſuo Red- " ditu non ſoluto. Vnde Capellani moderni proſequendo ſolutionem dicti

ſui redditus erga prædictum generalem Receptorem, ab eorum ſtudio " ——
fuerunt & ſunt ſæpius diſtracti, & aliàs multipliciter vexati, & quod gra- " 1421.
uius eſt in expectatione dictæ ſolutionis poſt lapſum terminum ex Mone- "
tarum debilitatione damnificati frequenter cum poſt proſecutiones, ſtu- "
dij diſtractiones & vexationes prædictas non ſecundum valorem Mone- "
tæ termini, ſed de multo debiliori quo tempore ſolutionis habet curſum, "
ſoluatur eiſdem, nec etiam ſolutum ſit eis ad plenum, ſed iam de pluri- "
bus annis debetur redditus antedictus, provt nobis aſſeruit Vniuerſitas "
ſæpe dicta cum humili ſupplicatione ſubiuncta, vt ſuper prædictis & præ- "
dictorum ſingulis vellemus de remedio dictis eorum Capellanis congruo "
prouidere. Nos autem conſideratione diuini obſequij, cuius cauſa, de- "
betur redditus antedictus, & contemplatione prædictæ Vniuerſitatis vo- "
lentes vt dicti Capellani deinceps in proſecutione ſolutionis huiuſmodi "
redditus non vexentur, nec expectatione damnificentur in quoquam, "
volumus & mandamus Geolario, ſeu firmario Geolariæ dicti Caſtelleti, "
vt ipſe de pecunia ſi quam habet in promptu de Recepta, ſeu emolu- "
mentis dictæ Geolariæ ſtatim ſoluat arreragia quæ de præterito tempo- "
re debentur Capellanis prædictis. Si verò de præſenti pecuniam non ha- "
beat ad quod medio iuramento dicendum volumus ipſum compelli, de "
prima pecunia quam inde recipiet, dicto mediante iuramento, ſoluet ip- "
ſis. Et quantum ad terminos futuros, ſtatuimus & ordinamus vt de cæte- "
ro Capellani prædicti redditum ſuum ſupradictum per manus Officiario- "
rum, ſeu Receptorum emolumentorum dicti Caſtelleti, non per manus "
Receptoris Generalis Præpoſituræ Pariſ. & ſemper in termino, ſeu im- "
mediatè poſt terminum, qualicunque dilatione non exſpectata recipiant "
& habeant. Et ad hanc ſolutionem dictis Capellanis faciendam ſpeciali- "
ter deputamus, ac de ipſa oneramus dictum Geolarium, ſeu Cuſtodem, "
vel firmarium Geolæ dicti Caſtelleti qui nunc eſt, & eius ſucceſſores fir- "
marios, ſeu Cuſtodes dictæ Geolæ qui pro tempore erunt, volentes, ſta- "
tuentes & ordinantes vt dictus Geolarius de præſenti, viſis præſentibus "
noſtris litteris & cæteri futuri quilibet eorum in nouitate, ſeu prima "
Receptione ſua cum cæteris Iuramentis, ſeu articulis quos dicti Geolarij "
iurare tenentur, iurent ſpecialiter & expreſsè in præſenti dictorum Ca- "
pellanorum, ſeu alterius ex parte Vniuerſitatis ad hoc deputandorum, "
quod quandiu Geolam, ſeu firmam Geolariæ tenebunt, ipſi ſingulis annis "
in dicto termino ſiue feſto S. Remigij de pecunia quam de prouentibus & "
emolumentis dictæ Geolariæ iam receperint ſi aliquam tunc habeant, "
vel ſaltem de prima quam exinde poſt dictum feſtum recipient omni frau- "
de, dilatione & excuſatione ceſſantibus, ſoluent dictas 60. libras & de il- "
lis ſatisfacient Capellanis prædictis. Mandantes & præcipientes dicto "
Geolario moderno cæteriſque futuris vt dictam ſolutionem modo quo "
præmittitur, deinceps faciant; & dictum Iuramentum de dicta ſolutione "
ſic facienda verbis expreſſis & claris præſtent & faciant, ſine contradi- "
ctione vel difficultate quacunque. Vt autem dictam ſolutionem ſic face- "
re teneantur & faciant nulla licentia nulloque Mandato per Recepto- "
rem generalem villæ & Præpoſituræ, vel Vice-Comitatus Pariſ. vel "
alium quemcunque factis, vel petitis, Mandamus & inhibemus Rece- "
ptori moderno & alijs qui futuris temporibus erunt Receptores villæ, "
Præpoſituræ & Vice-Comitatus prædictorum vt dictas 60. libras, ſeu di- "
ctum redditum de cætero petere, vel exigere à dictis Geolarijs non "
præſumant, aut aliàs ſolutionem de ipſis 60. libris dictis Capellanis fa- "
ciendam per manus dictorum Geolariorum quomodolibet impedire, vel "
differre: ſed potius ſi opus fuerit, & inde per dictos Capellanos requiſiti "
fuerint, ipſos Geolarios ad dictam ſolutionem faciendam viriliter com- "
pellant. Et quotiens eis apparuerit ſufficienter dictis Capellanis per di- "
ctum Geolarium, ſeu dictos Geolarios de dictis 60. libris fuiſſe ſatisfa- "
ctum, prædictos Geolarios ex illis teneant pacificos & pro quittis & libe- "
ris habeant eoſdem, ac in ſuis Compotis allocent eas, & de obligatione "

1421. » & firma dictorum Geolariorum deducant, ſicut ſi eas dicti Geolarij Re-
» ceptoribus ipſis generalibus ſoluiſſent & tradidiſſent. Cæterum ſi quo-
» cunque caſu, futuris temporibus accideret quod Geolaria, ſeu Officium
» Geolariæ foret taliter impeditum ſiue non vtile, quod ſuper & de emo-
» lumentis illius dicti Capellani commode non poſſent redditum ſuum
» prædictum percipere & habere, ſuper illo, per hanc præſentem aſſigna-
» tionem ſpecialem non intendimus Capellanis derogare prædictis, quia
» ipſi ſuper alijs officijs & emolumentis dicti Caſtelleti dictas 60. libras per-
» cipiant & habeant. Quin imò volumus & ex nunc provt tunc, ordinamus
» & conſtituimus vt eo caſu Sigillifer, ſeu firmarius, aut Cuſtos ſigilli qui
» pro tempore fuerit, aut Cuſtos, ſeu firmarius Boſtiæ ſiue pixidis dicti
» Caſtelleti & eorum quilibet ad quem dicti Capellani ſe dirigere volue-
» rint, vel quem duxerint requirendum, ad ſolutionem dictarum 60. libra-
» rum & ad iuramentum modo ſuperius expreſſato faciendum teneantur,
» dictamque ſolutionem & dictum iuramentum faciant modo & forma de
» dicto Geolario ſuperius declaratis. Mandamus inſuper dilectis & fideli-
» bus D. Genitoris noſtri & noſtris Compotorũ Gentibus, ac Theſaurarijs
» Pariſ. & Præpoſito ac Receptori Pariſ. vel eorum Loca-tenentibus præ-
» ſentibus & futuris, & eorum cuilibet, provt ad ipſum pertinuerit, quate-
» nus dictum Geolarium modernum cæteroſque futuros ad faciendum di-
» ctum Iuramentum dictamque ſolutionem de cætero Capellanis prædictis
» compellant, & aliàs penitus de præſenti ordinatione noſtra dictos Capel-
» lanos & eorum quemlibet gaudere & vti faciant ſine contradictione &
» difficultate quacunque. *Attendentes autem quod huiuſmodi redditus dictis*
» *Capellanis Vniuerſitatis debetur non ex largitione, ſeu donatione quam dictus*
» *D. auunculus de ſuo vel de aliqua re Domanij Regni prædictæ Vniuerſitati fece-*
» *rit, ſed de & pro excambio, ſeu permutatione ad rem quæ Vniuerſitatis erat*
» *quam dicta Vniuerſitas, vel eius Capellani per manum ſuam recepiſſent, quam-*
» *que ipſe auunculus Domanio Regni applicauit, rationabile conſpicimus, vt in*
» *dicti redditus perceptione nullo turbentur impedimento, ſicut in re ſua quam per*
» *excambium tradiderunt, impediri non poterunt, nec debeant, idcirco cenſemus,*
» *ordinamus & declaramus vt dicti Capellani Vniuerſitatis, cæteris omnibus & ſin-*
» *gulis aſſignationibus, vel oneribus ſuper dictis Officijs & emolumentis, ſeu red-*
» *ditibus Caſtelleti antea vel poſt modum factis, ſeu poſitis, aut etiam deinceps quo-*
» *quomodo ponendis, vel faciendis, in ſolutione dicti redditus præferantur, & eis*
» *præ cæteris omnibus de dicto redditu ſatisfiat, iuxta noſtræ præſentis ordinatio-*
» *nis tenorem.* Non obſtantibus quod retroacto tempore Receptor Præ-
» poſituræ & Vice-Comitatus Pariſ. recipere conſueuerit integrè à dicto
» Geolario & alijs Firmarijs Officiorum Caſtelleti pecunias & ſummas Fir-
» marum ſuarum, & quod dictis Capellanis ſoluere conſueuerit per manum
» ipſius 60. libras prædictas dictiſque alijs aſſignationibus vel oneribus ibi-
» dem factis, vel poſitis, ſeu faciendis, vel ponendis & conſuetudinibus,
» ſtylis vel vſibus generalibus, vel ſpecialibus Receptarum Regiarum di-
» cti Caſtelleti & ſolutionum, penſionum, vel reddituum quibus Officia
» dicti Caſtelleti, vel Receptæ ſunt oneratæ. Necnon Ordinationibus,
» Mandatis & prohibitionibus, vel Edictis Generalibus, vel ſpecialibus
» per D. Genitorem noſtrum, per nos aut Conſilium Regium quodcun-
» que factis, vel faciendis; non obſtantibus quibuſcunque. Quæ omnia ſu-
» pradicta facimus, ordinauimus & conſtituimus ex certa ſcientia, de ſpe-
» ciali gratia & auctoritate Regiæ poteſtatis qua fungimur in hac parte. Et
» vt perpetuis temporibus perſeuerent, noſtrum præſentibus litteris iuſ-
» ſimus apponi ſigillum, Regio in alijs & alieno in omnibus iure ſaluo.
» Actum & datum apud Luparam iuxta Pariſius anno Domini 1358. menſe
» Martio. Ainſi ſigné per D. Regentem, I. Eſſars.

Leſquelles lettres par nous veuës l'Vniuerſité deſſuſdite nous a fait expo-
ſer en griefment complaignant, que jaçoit ce que la rente de 60. liures Pariſis,
deuë aux trois Chapellains d'icelle Vniuerſité dont font mention les lettres deſſus
tranſcriptes, ne leur ſoit deuë par eſchange & permutation de choſe qui eſtoit &

appartenoit à l'Vniuerſité deſſuſdites & de laquelle leſdits Chapellains euſſent eſté & ſeroient payez par leurs mains & ſans aucune difficulté ſe les terres & reuenuës ſur leſquelles eſtoient fondez premierement leſdits Chapellains, & leſquelles ladite Vniuerſité auoit iadis laiſſié par eſchange à nos Predeceſſeurs, luy fuſſent demourées, & ainſi ſoit moult fauorable, & n'en doye eſtre le payement differé ne delayé ne les Chapellains deſſuſdits vexez, ne traueillez de icelle aller querir, prendre ou receuoir par autres mains que icelles des Geolier, ou autre Officier de noſtre Chaſtelet de Paris nommez eſdites lettres deſſus tranſcriptes & ſelon la teneur d'icelles. De l'effet deſquelles ils ayent ioy aſſez paiſiblement iuſques au temps des empeſchemens dont cy-aprés ſera parlé: Neantmoins depuis aucun temps en çà, pource que nos Receueurs de Paris ont pris, leué & parceu, comme touſiours prennent, lieuent & parçoiuent deſdits Geoliers & autres Officiers de noſtredit Chaſtelet, les deniers dont par eux ſans autre moyen leſdits Chapellains deuſſent auoir eſté & eſtre payez d'icelle rente, iceux Geolier & Officiers ſe ſont excuſez & excuſent & deſchargent d'iceluy payement faire ſur leſdits Receueurs, auſquels ils ont renuoyé & renuoyent iceux Chapellains qui en pourſuiuant leſdits Receueur, ſur ce & par des delais qu'ils leur baillent, ſont grandement moleſtez & traueillez de leurs perſonnes & diſtraiz & empeſchiez en leurs eſtudes. Et qui pis eſt ſe veulent par ce du tout deſchargier leſdits Geolier & Officiers de Chaſtellet tant dudit payement faire, comme de faire entre les autres ſermens qu'ils font en leurs nouuelles Receptions, les ſermens tels que contenu eſt eſdites lettres deſſus tranſcriptes. Qui eſt directement venir & entreprendre contre la teneur & effet d'icelles lettres & la voulenté & entention de noſtredit feu Seigneur & Pere & autres nos Predeceſſeurs ou grief preiudice & vexation de ladite Vniuerſité & de ſes Chapellains deſſuſdits & plus ſeront ſe par nous n'eſtoit ſur ce pourueu de remede conuenable. Duquel icelle Vniuerſité nous a tres-inſtamment ſupplié & requis. Pourquoy nous euë conſideration à ce que dit eſt, voulans entretenir les Conſtitutions, Ordonnances & voulentez de noſdits Predeceſſeurs, meſmement en ſi notable & ſi raiſonnable cauſe faites, comme contenu eſt eſdites lettres deſſus tranſcriptes, & preſeruer ladite Vniuerſité & ſeſdits Chapellains de vexations indeües, & auſſi obuier à ce que contre raiſon iceux Chapellains ne ſoient empeſchiez ne diſtraits de leur Eſtude, leſdites voulentez, Conſtitutions, Statuts & Ordonnances & generalement toutes les choſes contenuës eſdites lettres de noſtredit feu Seigneur & Pere, auons loüé, ratifié & approuué, loüons, ratifions, approuuons & auons agreables & icelles voulons, ordonnons & eſtabliſſons eſtre gardées & obſeruées de point en point ſelon la forme & teneur d'icelles lettres. Si donnons en Mandement à nos Amez & feaux, Gens de nos Comptes & Threſoriers à Paris, aux Preuoſt & Receueur de Paris ou à leurs Lieutenans, preſens & à venir, & à chacun d'eux, ſi comme il luy appartiendra, que de l'effet deſdites lettres de noſtredit feu Seigneur & pere & de ces preſentes ils facent & ſeuffrent ladite Vniuerſité & ſeſdits Chapellains paiſiblement ioyr & vſer, & icelles executent de point en point ſelon leurs formes & teneurs. Et afin que icelle Vniuerſité n'ait plus cauſe de retourner ſur ce plaintiue par deuers nous ou nos Succeſſeurs pour la vexation & diſtraction de l'Eſtude de ſeſdits Chapelains, nous voulons & mandons au Geolier qui à preſent eſt & aux Geoliers qui ou temps à venir ſeront de ladite Geole & auſſi aux Officiers, Fermiers ou Gardes du ſeel & de la boëſte dudit Chaſtellet qui ſont ou ſeront, ou cas que pour le payement de ladite rente, ladite Geole ne ſouffriroit que doreſnauant le iour & terme de S. Remy eſcheu, ils payent ſans quelconque delay ou excuſation auſdits Chapelains leur rente de 60. l. Pariſ. deſſuſdits, & ſans ce qu'il leur faille ſur ce mandement ou congié de noſdits Receueurs de Paris ou d'autres, ne que pour quelque charge ou aſſignation par iceux Receueurs ou autres quelconques faites ou à faire ſur iceux Geoliers ou Officiers, ils ſe peuſſent excuſer ne garandir dudit payement faire ſur nos Receueurs deſſuſdits ne autres quelconques, & d'icelle rente payer premierement & auant toutes autres charges ou aſſignations, miſes ou à mettre ſur leurſdites Offices facent auſdits Chapelains ſerment, ſelon la teneur deſdites lettres deſſus tranſcriptes; c'eſt à ſçauoir ceux qui à preſent ſont, preſtement, & ceux qui ou temps à venir ſeront, à leurs nouuelles receptions, & auſquels ſerment &

1411.

1421. *payement faire par la forme que dit eſt, Nous les voulons eſtre contraints en leurs refus ou demeure par noſdites gens des Comptes & Threſoriers, & le payement qu'ils auront ſur ce fait, leur eſtre alloüé en leurs Comptes & rabatu de leurs fermes & recepte par noſdits Receueurs de Paris ou autres qu'il appartiendra. Et en outre voulons, mandons & expreſſement enioignons à noſdits Gens des Comptes & Threſoriers, que ſur la verification de ces preſentes, ils baillent leurs lettres, vne ou pluſieurs, par leſquelles leſdits Chapelains puiſſent faire contraindre leſdits Geolier & les autres Officiers d'iceluy Chaſtelet, ou cas que ladite Geole ne ſouffiroit, comme dit eſt, comme pour nos propres debtes, & ainſi que noſtredit Receueur les peut & pourroit faire contraindre pour nous à payer la rente deſſuſdite, leſquelles lettres verificatoires ſoient durables à touſiours, & s'en puiſſent iceux Chapellains aidier par chacun an doreſnauant, toutes fois que meſtier leur en ſera & que iceux Geolier ou autres Officiers defaudront d'iceluy payement & ſans impetrer pour ce nouueaux Mandemens ou compulſoire, & auec ce à faire que leſdits Geoliers ou autres Officiers de noſtredit Chaſtelet, ne puiſſent ou doiuent ſoy excuſer ſur les Receueurs deuantdits dudit payement faire. Nous mandons & deffendons expreſſement à noſdits Receueurs preſents & auenir que de cy en auant ne preſument & ne ſoient ſi hardis leuer d'iceux Geoliers ou Officiers ladite ſomme & rente d'iceux Chapelains, ne en empeſcher ou delayer le payement, mais allouent en leurs Comptes, ce que leſdits Geoliers & Officiers payé en auront par la maniere que dit eſt. Et pource que de nos preſentes lettres leſdits Chapellains auront métier de ſoy aidier, tant conjointement, comme diuiſément en la pourſuite de leurs payemens, il nous plaiſt & voulons de grace eſpecial ſe métier eſt, qu'au vidimus d'icelles, fait ſous le ſceel de noſtredit Chaſtelet de Paris, foy ſoit adiouſtée comme à l'original. Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait. Nonobſtant quelconques Conſtitutions, Ordonnances, Mandemens ou defenſes faites, à faire & toutes autres nonobſtances exprimées eſdites lettres deſſus tranſcriptes au contraires. En teſmoin de ce nous auons fait mettre noſtre ſceel à ces preſentes. Donné à Paris le 15. iour de Septembre, l'an de grace 1417. & de noſtre Regne le 37. Sur le reply. Par le Roy, le Confeſſeur Meſſire Guerin de Lorris & autres preſens. I. de Wſtholio & en l'autre bout.* Collatio facta eſt in Originali.

1422. Anno 1422. Henricus Anglorum Rex ſucceſſor Caroli VI. & heres Regni, vt dictum eſt, declaratus, penultimâ Auguſti finem victoriarum vt & vitæ fecit, apud ſaltum Vicennarum, Ioannem Betfordiæ Ducem fratrem ſuum Regni Francici Rectorem conſtituit: Henrici filij educationem commiſit Thomæ Exoniæ Duci & Henrico Wintonienſi Epiſcopo. Paulo poſt Carolus VI. ſocer eius nempe 22. menſis Octobris diem quoque extremum obijt, & apud S. Dionyſium ſepultus eſt. Itaque eodem tempore duo Franciæ Reges proclamati, Henricus pupillus Henrici V. filius, & Carolus VII. à Patre exheredatus, qui quod primariæ Regni vrbes ab Anglis tenerentur, Lutetiam ſubire non potuit ante an. 1437. Per totum verò iſtud tempus Vniuerſitas Pariſienſis varijs fluctibus agitata eſt. Nam cum ita pactæ eſſent nuptiæ Catharinæ filiæ Caroli VI. cum Henrico V. Anglorum Rege, vt decedente Carolo Henricus, vel eius proles maſcula Galliæ Regnum adiret, præterito Carolo VII. legitimo ſucceſſore, imò exheredato, Dux Betfordius Regni & Lutetiæ Rector curauit in Vniuerſitate, cuius tum magna erat authoritas, Magiſtratus identidem creari qui ſuarum partium eſſent, donec firmiter ſtabilitas videret. Quanquam non deerant qui nonnunquam publicè etiam ereptum ſucceſſori legitimo diadema condolebant: ſed quid gens inermis in vrbe captâ & ſeruituti mancipatâ faciat?

OBITVS CAROLI VI. Placet hîc referre quæ ſcribit Monſtreletius de obitu & exequijs Caroli VI. deque ordine quo in Pompa proceſſit Vniuerſitas. Sic ergo habet cap 267.

» En ces propres iours s'accoucha malade en ſon lit à l'Hoſtel de S. Pol
» dedans Paris, CHARLES ROY DE FRANCE. Et le 22. iour d'Octobre
» iour des vnze mille Vierges, rendit ſon eſprit, & furent à ſon treſpas rant
» ſeulement ſon Chancelier, ſon premier Chambellan, ſon Confeſſeur &

Aumoſnier auec aucuns de ſes Officiers & Seruiteurs en petit nombre. " ——
Et brief aprés l'allerent veoir en ſon lit les Seigneurs de ſon Conſeil, de " 1422.
la Chambre de Parlement, & des Comptes, l'Vniuerſité de Paris, & "
pluſieurs Colleges, les Eſcheuins, Bourgeois & habitans d'icelle ville, "
& aucuns autres. Et là par ſes Seruiteurs fut mis en vn cercueil de plomb "
& porté moult reuerемment par Cheualiers & Eſcuyers en la Chapelle "
de ſondit Hoſtel de S. Pol: en laquelle il fut 20. iours entiers iuſques à "
ce que le Duc de Betfort Regent fuſt retourné dedans Paris ou mois de "
Nouembre enſuiuant. Et durant les 20. iours deſſuſdits furent chantées "
& celebrées les Meſſes en icelle Chapelle, en la forme & maniere qu'on "
faiſoit au viuant du Roy par ceux de ſadite Chapelle: & en aprés par "
iceux eſtoit fait le ſeruice des Morts pour l'ame de luy, & allerent iour- "
nellement les 4. Ordres des Mendians de Paris, les vns aprés les autres "
faire ſeruice pour luy, & pareillement les Chanoines & Colleges cha- "
cun en ſon iour. Et d'autre partie luy fut fait de par l'Vniuerſité vn moult "
noble ſeruice: & depuis les 4. Nations de ladite Vniuerſité luy en feirent "
vn particulierement. Et generalement toutes les Parroiſſes luy feirent "
chacun vn Seruice ſolemnel. "

Natio quidem Gallicana in Æde Nauarrica ſolemniter defuncti Patris exequias celebrauit die 26. Octob. qua de re ſic ſcribit M. Petrus de Credulio, qui anno ſuperiori Rector Vniuerſitatis fuerat, Baccalaureus in Theologia & ſocius Nauarricus, eiuſdem Nationis tunc Procurator. Die *inquit*, 25. Octob. ex deliberatione Nationis fuerunt celebratæ Vigiliæ hora 3. poſt prandium, & Miſſa die ſequenti in Collegio Nauarræ honeſtiſſimè & deuotiſſimè pro ſalute ipſius quondam D. noſtri Regis, & ibidem fuerunt conuocati ſub omni pœna, omnia ſuppoſita Nationis cuiuſcunque Facultatis, Gradus, Status & conditionis extitiſſent. Et celebrauit Vigilias & Miſſam venerandæ circunſpectionis & ſcientiæ M. Petrus de Dyerreyo Magiſter in Theologia; & Ego Procurator pro tunc ad honorem Nationis Matris meæ proprijs ſumptibus dedi prædicto Magiſtro noſtro & duobus notabilibus viris vnà cum M. Radulpho Barneſſe Receptore Nationis prandium Scholaſticum, ſecundum tamen exigentiam temporis nunc vigentis.

Pergit Monſtreletius exequi Pompam funeris. *Le 10. iour de Nouemb. fut porté le Corps dudit Roy de ſon Hoſtel de S. Pol, en l'Egliſe de Noſtre-Dame de Paris; les Proceſſions de toutes les Egliſes allant au deuant dudit Corps, par ordre & chacun en ſon degré & puis les Prelats au dextre coſté. C'eſt à ſçauoir les Eueſques de Paris, de Chartres, & de Teroüenne, les Abbez de S. Magloire, de S. Germain des Prez, de S. Mor, & de ſainte Geneuiefue.* Et au ſeneſtre coſté alloient l'Vniuerſité, les Recteur, & Docteurs, auſſi prés du Corps, comme les Prelats. *Et portoient ledit Corps ſes Cheuaucheurs & ceux de ſon Eſcuyerie; & aprés ſuiuoient les Maiſtres d'hoſtel & Eſcuyers d'Eſcuyerie au coſté dextre. Et au ſeneſtre eſtoient les Preuoſts de Paris & des Marchands & les Sergens d'Armes entre deux, & au plus prés du Corps eſtoit ſon premier varlet de Chambre. Et ceux de la Cour de Parlement portoient le drap pardeſſus le Corps, & au plus prés du Chief eſtoit ſon premier Chambellan & les autres enſuiuant. Aprés leſquels ſuiuoient les Pages du Roy, & vn petit enſuiuant, alloit le Duc de Betfort Anglois qui eſtoit Regent de France. Et n'eſtoit iceluy Corps accompagné de nuls des Princes de ſon Sang, ſinon ſeulement dudit Duc de Betfort, laquelle choſe eſtoit moult pitoyable à voir, attendu la grande puiſſance & proſperité en quoy ce noble Roy auoit eſté veu durant ſon Regne. Et aprés ledit Duc ſuiuoient le Chancelier de France, les Maiſtres des Requeſtes, les Seigneurs des Comptes, Secretaires, Notaires, Bourgeois & le Commun de Paris en grand' multitude. Et eſtoit le Corps ſur vne Litiere moult notablement: pardeſſus laquelle auoit vn pauillon de drap d'or à vn champ vermeil d'azur, ſemé de Fleurs de-lys-d'or, & pardeſſus le Corps auoit vne pourtraiture faite à la ſemblance du Roy, portant Couronne d'or & de pierres precieuſes, moult riche tenant en ſes mains deux Eſcus, l'vn d'or & l'autre d'argent: & auoit en ſes mains gants blancs*

1422. *& anneaux moult bien garniz de pierres: & eſtoit icelle figure veſtuë d'vn drap d'or à vn champ vermeil à iuſtes manches, & vn Mantel pareil, fourré d'Ermines: & ſi auoit vnes chauſſes noires & vns ſouliers de veluel d'azur ſemées de Fleurs-de-lys-d'or.*

Auditis de morte Caroli certis nuncijs, Carolus filius Pictaui inungitur in Regem & à ſuis deinceps Rex appellatur; ac ne in incerto heres eſſet, paulo poſt ei natus eſt filius Ludouicus. Verum nec ſic ab Anglo ſtatim defecerunt vrbes quas ceperat, quaſque valida manu ſubditas tenebat ſub Henrico paruulo & Impubere, Betfordiæ Duce interim Regente.

Eodem anno actum eſt in Vniuerſitate de conficiendo Rotulo, quem anno præterito concluſerat eſſe conficiendum. Et ea de re actum poſt Remigialia, concluſumque *vt Rector eſſet Caput & Primus in Rotulo*; & à Natione Gall. ſimiliter, vt M. Petrus de Credulio tunc Procurator eſſet *primus in Rotulo Magiſtrorum Nationis*. Item definitum præſentiam Irrotulandorum cenſendam à Dionyſialibus anni 1422. ad feſtum BB. Petri & Pauli anni 1423. ſumma præſentium æſtimata 12. ſolidis, abſentium 24. grandis quidem ob exhauſtum ærarium tam Vniuerſitatis quàm Nationum.

1423. Anno 1423. die 19. Maij Marchiani Collegij ſtatuta confirmata ſunt à M. Ioanne de la Rochetaillée Patriarcha Conſtantinopolitano, Eccleſiæ Pariſienſis Adminiſtratore, inſtantibus M Beuuino de Winuilla Executore Teſtamentario defuncti M. Guill. de Marchia fundatoris; & MM. Io. Bouueti, Io. Churnelli & Petro Bequillardi Magiſtris in Artibus autoritate Ordinaria ſubrogatis aliorum loco defunctorum, qui à prædicto M. Guill. cum M. Beuuino fuerant nominati. De hocce Collegio diximus ad an. 1362 De eo fusè agit Richardus Waſſeburgus eiuſdem olim Gymnaſiarcha lib. 7. Antiquit. Belg.

Hoc quoque anno Martinus Pontifex autoritate Apoſtolica confirmauit inſtitutionem Vniuerſitatis Maioricenſis: quam in rem extant eius litteræ.

In Francia vario euentu bella geſta ſunt. Lutetia à Regina Catharina & Regente Betfordio tenebatur. Illa poſt obitum Henrici Coniugis Vniuerſitatem per litteras rogat obſequium fidele Henrico poſthumo præſtare, auxiliumque polliceri. Reſcripſit Vniuerſitas hoc modo; vt habetur in Tabulario. A a. N.

A TRESHAVTE, TRES-EXCELLENTE & tres-puiſſante Dame, la Royne d'Angleterre.

TRes-haute & tres-puiſſante Dame! Nous enuoyons de preſent pardeuers voſtre tres-noble Seigneurie, Nos Suppoſts honorables Maiſtres Iean Beaupere Docteur en Theologie & Iacques Saqueſpée, Maiſtre en Medecine pour aucunes choſes touchant la Seigneurie de noſtre ſouuerain Seigneur Henry Roy d'Angleterre par la grace de Dieu, & le bien de Paix d'iceux Royaumes. Et pour nous & noſtre Eſtat, recommander & reſpondre aux tres-gratieuſes lettres qu'il vous a pleu à nous enuoyer. Deſquelles vous remercions tant affectueuſement que faire poons. Si vous ſupplions Noſtre tres-redoubtée Dame, que noſdits Ambaſſiateurs vueilliez benignement oüir & adiouſter pleine foy, à ce qu'ils ont à dire de par nous en leur donnant aide & gratieuſe faueur en toute leur pourſuite. Tres-haute & tres-puiſſante Dame, le S. Eſprit vous vueille continuer en bonne proſperité au bien & vtilité des deux Royaumes & en la fin donner la ioye pardurable. Eſcrit à Paris en noſtre Congregation generale ſolemnellement celebrée à S. Mathurin le 3. iour de Decembre.

Vos humbles ſubjets,

Les Recteur, Docteurs & Maiſtres de l'Vniuerſité de Paris.

Eadem

Eadem die eoſdem legatos ad Ducem Cloceſtriæ qui cum Bedfordio præcipuas in Regni adminiſtratione partes obtinebat, deſtinauit eadem Vniuerſitas, cum hiſce litteris. 1422.

Illuſtriſſimo ac Potentiſſimo Principi Duci Cloceſtriæ.

PAci Regnorum pariter & vtilitati, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, pro noſtra vocatione ſtudentes, ecce mittimus ad præſentiam veſtram Dilectos & perdoctos viros Ambaſſiatores noſtros MM. Ioan. Pulcri patris Sacræ Theologiæ Profeſſorem & Iacobum Sacqueſpée in Medicina Magiſtrum, quibus nonnulla D. noſtri Henrici Dei gratia Francorum & Anglorum Regis Dominium atque ipſa Regna tangentia commiſimus in conſpectu veſtro diligenter explicanda. Idcirco veſtræ dominationi ſupplicamus, quatenùs in cunctis pro noſtra parte dicendis Præfatis Ambaſſiatoribus noſtris adhibere dignemini plenam fidem, ipſos benigni fauoris & auxilij complexu habentes recommiſſos. Dominationem veſtram conſeruare dignetur I. C. feliciter. Datum Pariſius in noſtra Congregatione Generali, apud S. Mathurinum ſolemniter celebrata die 3. menſis Decemb.

Beniuoli veſtri,

Rector & Vniuerſitas
ſtudij Pariſienſis.

Eadem Vniuerſitas ad Bedfordium Regentem alios Legatos cum litteris eiuſdem tenoris miſit, quibus vt & prioribus ſubſcripſit M. Hebert tunc eiuſdem ſcriba: Ijs porro Inſtructiones tradidit quæ in Charta Tabularij publici continentur, his verbis.

Sequuntur ea quæ habent proſequi MM. Ioannes de Boueſque Eleemoſynarius Fiſcanenſis & Euſtachius de Meſnillo in ſacra Pagina Profeſſores Nuncij ſtudij Vniuerſitatis Pariſ. profecturi ad D. noſtrum Regentem & Inuictiſſimum ac Illuſtriſſimum Principem D. Ducem Burgundiæ.

1. Quod Vniuerſitas habeat vnam litteram Generalem à Rege Angliæ pro omnibus ſuis Collegijs, Suppoſitis Vniuerſitatis, tam beneficia, hereditagia, redditus, quàm patrimonia habentibus de quorum Scholaritate & iuramento præſtito conſtabit per ſigillum D. Rectoris, vt ſcilicet gaudeant perpetuo ſuis Beneficijs, fructibus eorum, reditibus & patrimonijs pacificè & quietè. Et habeatur dicta littera ſine expreſſione nominum, attenta temporis malicia, propter quam multi Scholares abſentes nunc ſunt qui nomina deferre non valerent, & multis motiuis declarandis per dictos Nuncios.

Item & **quod prouideat tam Collegijs quàm Suppoſitis Vniuerſitatis** beneficiatis in dicto Ducatu, quod non perdant fructus qui ſibi debebunturin inſtantibus feſtis BB. Nicolai & Remigij.

2. Quod ſuppoſita dictæ Vniuerſitatis eximantur ab excubijs nocturnis pariter ac diurnis, & à cuſtodia portarum, aliàs ſaltem fiat prouiſio pendente tempore, & quod recuperetur littera per illos de Curia Parlamenti detenta, & declaretur bene modus detentionis.

3. Quod Conſeruatores valeant ſuam Iuriſdictionem exequi tam in Ducatu Normaniæ, quàm in alijs locis Conqueſtæ Regis Angliæ, attento quod priuilegia Vniuerſitatis pro maiori parte ſunt Papalia & conceſſa à ſummis Pontificibus quibus quilibet Catholicus tenetur obedire.

Eodem anno à Martino Pontifice conſulti Vniuerſitatum Doctores primarij an liceret Cenſus & Reditus alienare & vendere: reſponderunt licere. Et ille Extrauagantem *Regimini* protinus condidit. Hæc quæ ſequuntur ex MS. Herouuallij.

1422. *Conſultatio Doctorum de Venditione Cenſuum & Reddituum, ſuper qua facta eſt Extrauagans*, Regimini.

QVia vſus emendi Cenſus ad redemptionem in multis patrijs non cognoſcitur, pro maiori eius notitia quædam ſubſcribuntur. Contractus qui fit in emptione Cenſus ſuper aliquam hereditatem, videtur eſſe ac ſi emeretur ipſa hereditas, vel pars illius ſecundùm proportionem ſolutæ pecuniæ. Pecunia verò pro Cenſu recepta annuatim videtur eſſe tanquam locagium hereditatis propriæ certâ pecuniâ empta. Differt huiuſmodi emptio ab emptione communi. Quia venditor poteſt ſemper poſſidere hereditatem ſupra quam aſſignauit Cenſum venditum; nec Emptor ab eo poteſt eum abigere quandiu ſoluerit locagium quod ſub alio nomine, ſcilicet Cenſus eſt appellatum. Poteſt etiam redimere quod vendiderat ſi voluerit, inuito Emptore, propter ſtatutum Reipub. nec propterea videtur dicendum aliquid fuiſſe receptum ab Emptore vltra ſortem, quaſi æquenon poſſet dici ſi Contractus rei emptæ fuiſſet factus emptione communi. Quia ſi aliquis emat domum, & poſt multa ipſius locagia recepta ab eodem qui emerat, iterum vendat eidem tantum quantum prius ſoluerat, à nullo videtur recepiſſe vltra ſortem. Item attendendum eſt quod in huiuſmodi Contractu nullum fit pactum quod Venditor debeat redimere quod vendidit, quamuis dicatur quod petierit cum voluerit, propter ſtatutum. Item attendendum eſt quod huiuſmodi Contractu perfecto, venditor receptâ pecuniâ venditionis, poteſt quando voluerit, relinquere hereditatem ſuper quam aſſignauit Cenſum, nec aliquid amplius poteſt ab eo exigere Emptor. Item ſi hereditas diminuatur in valore, vt penitùs annihiletur ſicut per ignem, vel aliàs damnum eſt ſuper Emptorem & non ſuper venditorem quia reliquit hereditatem. Propterea videtur huiuſmodi contractus multum differre à Contractu vſuræ, videtur ſimiliter quod Laïcus conſtitutus ſub prædicto ſtatuto poteſt ſine macula vſuræ emere Cenſum ad redemptionem Si in contractu non fiat mentio quod venditor debeat redimere Cenſum, ſed tantùm quod poſſit cum voluerit. *Caſus eſt talis.*

Quædam Domus Religioſæ quarum Fratres non mendicant, emerunt penſiones annuas perpetuas ipſis opportunas pro ſuſtentatione fratrum ſuorum de certis Ciuitatibus, Oppidis & Communitatibus pro quibus expoſuerunt iuſtum pretium ſecundum æſtimationem & curſum locorum in quibus agebant, ſcilicet perſoluendum alicubi 24. florenos pro penſione vnius fratrum in vno loco, & in alijs locis 23. vel ad minus 20. florenos venditoribus prædictis dando gratiam vt ipſas penſiones pro eodem pretio redimere poſſent. Et cum præmiſſi Religioſi vſuram non exercerent, & in emendo iuſtum pretium perſoluerent, quæritur an tales Contractus ſint liciti?

Doctores vtriuſque iuris communiter dicunt & tenent quod Contractus Emptionis & venditionis ſub forma præſcripta, vel conſimili factus, eſt licitus & à iure permiſſus, quando iuſtum pretium in ipſo Contractu interuenit, & nihil vltra ſummam receptam ſoluitur, cum venditio reſcinditur. Quibus Doctoribus Ego Henricus de Dicton Aduocatus in Curia Bolonienſi conſentio in hac parte; in cuius teſtimonium ſignetum meum præſentibus impreſſi.

Præſcriptis aſſentio Ego Henricus Sting de Banna Decretorum Doctor, dummodò per appoſitionem dicti pacti de redimendo pro eodem pretio non ſit ſolutum minus iuſto pretio, ſecundùm communem & ſolitam illius Patriæ, vel loci conſuetudinem abſque dicti pretij appoſitione eſtimato; provt ego ex certis informationibus per me receptis certiſſimè credo Contractum præſcriptum proceſſiſſe ac celebratum fore. Quod ſub mei ſoliti ſigneti impreſſione atteſtor.

Et Ego Ioannes Wlborgh Decretorum Doctor conſimiliter, vt

præmittitur, dico & ſentio. In cuius rei teſtimonium me ſubſcripſi & ſignetum meum appoſui. 1423.

Deciſioni prædictorum Doctorum Ego Ioannes de Nouo-Lapide Legum Doctor adhæreo; dicta enim venditio ex ſuis ſubſtantialibus conſiſtit requiſitis, de quibus in l. 1. ff. de po. de contrahend. Empt. & Iuſti. eod. tit. formam recipiens ex conuentione Partium, l. 1. §. ſi conuenerunt. ff. de po. quæ forma eſt licita & à iure expreſsè permiſſa, l. 2. c. de pact. inter empt. & ven. Nec permiſſa venditio ſubiacet aliquomodo ſuſpicioni vſurariæ prauitatis: Nam non propter conſuetudinem Contrahentium quæ eſt attendenda l. qui ſemiſſes, ff. de vſur. No. in l. vniuerſorum, cum concor. ibi all. ff. de Pign. Nec etiam ratione exiguitatis pretij conuenti, cum ipſum longè excedat pretium legale, de quo in autent. de non alien: Et etiam notabiliter tranſcendit commune ſolitum dari pro tali penſione. Et ſic nedum ex parte Emptoris eſt iuſtum, imò iuſtius iuſto l. ſi ſeruum in prin. ff. ad l. Aquil. & l. pretia rerum in prin. ff. ad l. falcid. propterea Emptiones præfatæ carius emiſſe videntur ratione pacti in fauorem venditoris duntaxat appoſiti quod auget pretium & eius cenſetur. l. fundi partem. ff. de contrahend. Empt. & Vendit. Et in teſtimonium præmiſſorum ſigillum meum duxi apponendum.

Quemadmodum dicti Doctores ſic ſentiunt, ita & Ego Ioannes de Seruo legum Doctor dicendum puto & aſſentio, videlicet quod Contractus prædictus ſit licitus, quia eſt iure expreſsè permiſſus, vt in dicta l. 2. c. de pact. inter Emp. & Ven. nec obſtat C. ad noſtram Extr. de empt. & vendit. vbi talis reemptionis Contractus in fraudem vſurarum factus dicitur, quia hoc eſt verum in caſu C. illius ſcilicet, quando Contractus eſt imaginarius & ſimulatus per fœnerationem initus & iuſtum pretium non continens. Hic verò Contractus venditionis eſt verus & liquidus iuſtum pretium abunde continens, in quo nulla ſimulatio; nulla fraus interuenit. Ideo eſt proculdubio validus, licitus & permiſſus. In cuius teſtimonium, &c.

Et Ego Theodoricus de Monaſterio S. Theologiæ Profeſſor Coloniæ Regens aſſentio Doctoribus ſupradictis, quia pretium datum eſt iuſtum; & conditio appoſita cedit in fauorem vendentis, & facit in dicto Contractu fauorem & charitatem ad proximum amplius relucere.

Et Ego Iacobus de Suſaco Ordinis Prædicatorum, ſacræ Paginæ Profeſſor ac hæreticæ Prauitatis Inquiſitor aſſentio Doctoribus ſupradictis, maximè cum D. Innocent. ſuper C. in Ciuitate Extr. de vſuris ſuper verbo, ex forma, dicat quod quando in perpetuum emuntur reditus, nunquam poteſt eſſe Contractus illicitus, nec gratia data venditori præiudicat Contractui, imò fortificat & facit illum plus iuſtum.

Et Ego Fr. Nicolaus de Spica ſacræ Theol Profeſſor Ord. Carmelitarum conformiter aſſentio Doctoribus prædictis, eo quod adiecta conditio potius tendere videtur in venditionis fauorem & releuamen, quàm in ipſius grauamen. Et illam Charitatem etiam fouere videtur, de qua Apoſt. ad Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.*

Et Ego Ioannes Vari Doctor legum Præpoſitus Eccleſiæ S. Georgij Bolon. æſtimo præmiſſa conſona fore diſpoſitioni Iuris. In cuius rei teſtimonium.

Ego Petrus Cardinalis Cameracenſis credo quod tales Contractus ſint liciti; dum tamen in viuentibus non ſit intentio vſuraria, hoc eſt quod Ementes non intendant quod vendentes redimant, vt ſic pecunias ſuas rehabeant, & vltra ſortem reditus medij temporis recipiant: ſed talis intentio vſuraria tollitur, ſi ementes ſimpliciter mallent talem contractum facere, ſine conditione quam cum tali conditione redimendi.

Ego Ioannes de Gerſonno Cancellarius Pariſienſis idem teneo.

Ego Franciſcus Cardinalis Florentinus ſic ſentio; quod ſi quæ penſiones priùs eſſent conſtitutæ, vt quia Ciuitas cogit Ciues ad mutandum Ciuitatem, & quia Ciuitas non poteſt ſoluere Capitale, conſtituit

1423. mutuantibus certos Reditus, puta quinque pro Centenario, quos annuatim ſoluit quo vſque redditurus Capitale, tunc non eſt propriè mutuum; ex quo mutuantibus non competit actio contra Ciuitatem ad reddendum Capitale, quia non eſt conſuetum, nec de facto redditur ius in talibus, vt fit Venetijs, & Florentiæ, & Ianuæ. Et hoc videtur licitum quia vt dixi non eſt propriè mutuum, ſed eſt contractus Emptionis: quia iſte qui dat pecuniam, videtur emere cenſum annuum. Et tales penſiones iam conſtitutas licitè poteſt quis emere vt etiam obſeruatur in dictis locis. Si autem aliquis non coactus dat aliquando certam pecuniæ quantitatem puta 20. & ille ſic dicet Cenſuarium de ſolutione vnius penſionis annuatim, donec reddat 20. tunc hoc videtur illicitum vt dixit Innoc. de vſur. in Ciuitate. Tunc non eſt vſura ex quo non eſt mutuum: quia ſi ille qui dedit, non poteſt repetere Capitale, licet debitor poſſit ſe liberare reddendo Capitale & intelligendo quod Reditus iſti communi æſtimatione non excedant Redditus quos haberet ſi prædia emiſſet. n. de vſuris conſuluit. Et talis Contractus poſſet excuſari in Religioſis, ſi eſſet conſuetus in loco. Et ipſis Religioſis non erat facile æquè bene conſeruare vitam ſolitariam emendo prædia, ſicut emendo penſiones prædictas.

Item, Quidam olim Reuerendiſſimus Pater D. Dynus Archiepiſcopus Ianuenſis ſe recordari quendam Tractatulum in conſimili præſcripto caſu compilauit. Cuius Concluſionem finalem exprimit in hæc verba.

Ego Dynus permiſſione diuina Epiſcopus Ianuenſis concludo Contractus prædictos ſecundum ſtatuta Eccleſiæ veros eſſe, iuſtos, licitos & honeſtos ac tenendos, nec ſapere aliquam fraudem vſurariam. Et in teſtimonium veritatis.

Et Ego Rector Eccleſiæ S. P. Vticenſis Diœceſis Decretorum Doctor præſcriptæ Concluſioni tanquam veræ aſſentio & ſigillum meum in teſtimonium veritatis vnà cum dictis venerabilibus Doctoribus appendi. Tu ſimplex crede in huiuſmodi materia tantis & tam doctis viris ſolemnibus & in Iure peritis.

Nec te moueant acta quorundam oppoſitum ſentientium, ſi tamen conſcientiæ tuæ contrarium eſſet, nec huiuſmodi errorem poſſet deponere, eſſet ab eiuſmodi Contractibus abſtinendum, eo quod quidquid eſt extra conſcientiam, ædificat ad gehennam; ſed multò tutius eſt te contra te viriliter agere & illam conſcientiam erroneam deponere, vel ſaltem deponere velle, & non velle plus credere tibi ipſi quam tot & tantis viris Theologis, Secularibus & Religioſis, Legiſtis & Canonicis, Cardinalibus & Epiſcopis. Quod ſi facere non volueris, certum quod præſumptuoſus & ſuperbus determinans in tuo ſenſu iudicabis, tunc & valde timendum eſt conſequenter, quando enim tu ſuperbis, condemnaris. Iuſtiſſimum ergo ſemper in dubijs magis credere alijs, præcipuè, Prælatis noſtris, bonis viris bonæ conſcientiæ & litteratis quàm nobiſmetipſis ne fallamur, cum apud noſmetipſos prudentes eſſe conamur.

Copiæ Bullæ D. Martini Papæ V. ſuper approbatione Emptionis Redituum & Redemptionum.

„ MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratri-
„ bus Tingnenſi, Lubicen. & Clermicen. Epiſcopis ſal. & Apoſt.
„ bened. hodie ſiquidem litteras noſtras conceſſimus tenorem qui ſequi-
„ tur, continentes.

„ Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.
„ Regimini vniuerſalis Eccleſiæ quamquam immeriti diſponente Domino
„ Præſidentes curis cogimur aſſiduis, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis
„ officium ſubditorum quorumlibet paci & quieti, quantum nobis exalto
„ conceditur, intendamus, & dubia quæ inter eos oriuntur pro tempore
„ ne litis anfractum, ſeu ſcandalorum parturiant fomentum, noſtro mo-
„ deramine vniuerſorum declarentur. ſanè Petitio dilectorum filiorum

Cleri, nobilium Incolarum & Habitatorum Ciuitatis & Diœceſ. Vratiſ. « ——
lauienſis nobis exhibita continebat quod licet à 100. annis citra & ſupra « 1423.
& à tanto tempore & ad tantum tempus cuius contrarij memoria non «
exiſtit, in eadem Ciuitate & Diœceſi ac Partibus vicinis quædam conſue- «
tudo rationabiliter obſeruata ac præſcripta moribus vtentium appro- «
bata ad communem vtilitatem hominum introducta fuiſſet, pro quibus «
Princeps, Baro, Miles, Ciuis ſiue Oppidanus partium earundem idem «
expedire videbatur, melius pro nunc non valentes conſulere perſo- «
næ Eccleſiaſticæ, aut ſeculari Collegio, Vniuerſitati, Oppido, vel Ci- «
uitati ſuper bonis ſuis, oppidis, terris, agris, prædijs, domibus & here- «
ditatibus vendere conſueuit & vendidit annuos cenſus vnius, vel plu- «
rium marcarum, aut groſſorum Pragenſium nummi Poloniæ & Paga- «
menti conſulti ad rationem, vt pro qualibet marca ipſius annuus cenſus, «
10. 11. 12. 13. aut 14. marchæ, aut plus, aut minus ſecundum temporis «
qualitatem, provt ipſi Contrahentes tunc inter ſe conuenerunt, ipſi ven- «
ditori tamen integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerunt bonis «
in ipſo Contractu tunc expreſſis pro ipſius cenſus annui perſolutione in «
perpetuum obligatis, & ſemper in ipſis Contractibus expreſſim, ipſis ven- «
ditoribus data fuit facultas atque gratia quod ipſum annuum cenſum in «
toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum quam ab ipſis Emptori- «
bus receperunt quicunque vellent libere abſque alicuius requiſitione, «
contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere & redimere, & ſe ab ipſius «
Cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare. Sed & hoc huiuſmodi Cenſus «
venditores inuiti nequaquam per Emptores arctari, vel adſtringi vale- «
rent, etiam ipſis poſſeſſionibus & bonis obligatis, interemptis ſeu deſtru- «
ctis. Et licet talis Emptionis, ſeu venditionis Contractus per Epiſcopi «
Brateſlauien. pro tempore exiſtentes, ſeu eorum Officiales, nec non per «
diuerſos DD. temporales locorum & terrarum in quibus Cenſus huiuſ- «
modi conſtituti exiſtunt, tanquam licitus & communi vtilitati deſer- «
uiens ſæpius confirmatus pariter & approbatus, quodque ſuper huiuſ- «
modi Cenſibus plura Beneficia Eccleſiaſtica, Collegia Canonicatus & «
Præbendæ, Dignitates, Perſonatus & Officia, vicariæ, altaria, Monaſte- «
ria pluſquam duo millia de expreſſo conſenſu & voluntate DD. tempo- «
ralium litteris, ſigillis ſigillatis & roboratis fore noſcuntur. Quodque «
etiam venditores eorundem Cenſuum ſe nonnunquam ad ipſorum Cen- «
ſuum ſolutionem pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis Ordinariorum loco- «
rum ſponte & libere ſe ſubmiſerunt, ſicut etiam aliqui eorum tractu tem- «
poris compulſi fuerunt & compelli conſueuerunt, tamen nonnullis «
venditionibus ipſis in arcum prauum conuerſi cupientes cum alterius ia- «
ctura locupletari, huiuſmodi Cenſus huc vſque per alios liberè & abſque «
vlla Contradictione ſolutos eiſdem Emptoribus tam Eccleſiaſticis quàm «
ſecularibus ſoluere contradicunt & recuſant, confingentes huiuſmodi «
Emptionis & venditionis Contractus fore & eſſe vſurarios & illicitos, «
ipſos Emptores Eccleſiaſticos & ſeculares, necnon Collegia, Canonica- «
tus & Præbendas, Dignitates, Perſonatus & Officia, Vicariatus & Alta- «
ria ac Beneficia huiuſmodi ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perce- «
ptione & detinent ſpoliatos in animarum ſuarum periculum, Emptorum- «
que præiudicium, damnum & grauamen, & proprerea an Contractus «
Emptionis & Venditionis, huiuſmodi liciti exiſtant à nonnullis hæſita- «
tatur. Quare pro parte eorundem Cleri, Nobilium, Incolarum & habi- «
tatorum nobis humiliter ſupplicatum fuit an Contractus huiuſmodi liciti, «
vel illiciti cenſeri debeant, declarare, & aliàs eis in præmiſſis opportunè «
prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmo- «
di ſupplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filij noſtri «
Guill. tit. S. Marci Preſbyteri Cardinalis, cui negotium huiuſmodi cum «
peritorum conſilio commiſimus examinandum, comperimus Contractus «
huiuſmodi iuridicos & iuxta declarationem Doctorum licitos fore ad hu- «
iuſmodi ambiguitatis tollendum dubium in præmiſſis; Venditores ad «

» illorum ſolutiones remoto Contradictionis obſtaculo obligari autoritate
1423. » Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia declaramus, non obſtan-
» tibus præmiſſis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino
» hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei
» auſu temerario contraire. Sic quis autem, &c. Datum Romæ, apud SS. Apo-
» ſtolos 6. Non. Iulij Pontif. noſtri an 8. Volentes itaque quod prædictæ
» noſtræ litteræ debitum, ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apo-
» ſtolica ſcripta mandamus quatenùs vos, vel duo, aut vnus veſtrum per
» vos, vel alium, ſeu alios præfatis Emptoribus in præmiſſis opportuni fa-
» uoris ſubſidium efficaciter impendentes, dictaſque litteras vbi, quando, &
» quotiens expedire videritis, autoritate noſtra ſolemniter publicari facia-
» tis, ac eadem autoritate eiſdem Emptoribus, vel ipſorum procuratoribus
» eorum nominibus per venditores, ſeu debitores Cenſuum huiuſmodi de
» præfatis Cenſibus iuxta Contractuum & Conuentionum inter ipſos ha-
» bitam formam & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi,
» Contradictores per Cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſitâ,
» compeſcendo, non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à Sede
» Apoſtolica ſit. indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari
» non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam
» ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem.

1424. Anno 1424. obijt Paniſcolæ in Arragonia, Petrus de Luna, Benedictus XIII. olim nuncupatus, ſucceſſoremque reliquit quendam Ægidium Sancij Munionis Arragonenſem, ſed ille aſſumpto Clementis VIII. nomine, cum fautoribus à Martino Pontifice Romano percuſſus eſt anathemate.

In Francia bellum atrox feruet inter Carolum VII. & Henricum: iſte Regente Betfordio, vt Papam habeat in votis obſequentem, Rotulum mittit, in quo de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ plurimùm deminuit circa Collationes Beneficiorum & Annatas, quas contra Sanctiones Caroli VI. Rom. Pontifici tribuebat. Talis eſt ergo Rotulus Betfordianus ex vetere membrana Herouuallij.

Hæ ſunt petitiones & requeſtæ quas Ambaſſiatores Sereniſſimi Principis Henrici Francorum & Angliæ Regis deſtinati per deliberationem & aduiſamentum D. Regentis & iuxta ſibi Impoſita, ac etiam Reſponſiones manu propria D. noſtri Papæ ſcriptæ & Præfatis Ambaſſiatoribus factæ, vt inferius videbitur.

» 1. IMPRIMIS cum propter maliciam temporum viſis periculis & guer-
» rarum turbinibus & diuiſionibus in Regno Franciæ proh dolor! vi-
» gentibus, periculoſum ſit prouidere Prælaturis, Dignitatibus & alijs Bene-
» ficijs vacantibus in eodem Regno de perſonis Regi & eius dominio ſuſ-
» pectis, & de quibus plena ſecuritas veriſimiliter haberi non poſſit, quod
» huiuſmodi guerrarum tempore durante S. V. in Prælaturis conferendis,
» videlicet Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, Abbatijs, primis Dignita-
» tibus, poſt Pontificales, principalibus dignitatibus in Eccleſijs Colle-
» giatis, Prioratibus Conuentualibus & ſimilibus vti valeat & poſſit; re-
» ſeruationibus Apoſtolicis ſicut tempore Vrbani V. & Gregorij XI. vte-
» batur, prouidereque ſingulis dum vacabunt, ad ſupplicationem & re-
» queſtam D. Regentis dictum Regnum de perſona notabili & benè me-
» rita, tali prouiſione digna, vnius ex tribus per eum ſuper his S. V. ſecretò
» nominandis, aliàs S. V. non admiſſionem dignetur tolerare & recuſatio-
» nem ex iuſta cauſa ſibi notam fieri.

» 2. Item quia reperitur, quod tempore dictorum DD. Vrbani V. & Gre-
» gorij XI. dabantur gratiæ Expectatiuæ ad quæcunque alia Beneficia intra
» dictum Regnum conſiſtentia, S. V. conſimiliter Expectatiuas dare valeat
» & admitti valeant, ipſorum tamen tertia parte Ordinarijs reſeruata,

autoritate ſua ordinaria conferant. Ita quod reſeruata in vice & parte V. S. computentur, ac ſi reſeruata non forent, moderateque recipere & habere valeat primos fructus Prælaturarum & aliorum Beneficiorum quæ contulerit S. V. videlicet tertiam partem Prælaturarum duntaxat excluſis omnibus alijs minutis ſeruitijs, & quibuſcunque alijs modis pecunias exigendi; ſicut de obligationibus, Quittancijs, dilationibus & ſimilibus. De alijs verò Beneficijs mediam partem, donec huiuſmodi Prælaturæ & alia Beneficia quæ nunc omnino depauperata ſunt, aliqualiter meliorentur. 1424.

Fiat quod Ordinariis liceat quartam partem Beneficiorum conferre ad Quinquennium & pro ſolutione vacantiarum debitarum concedentur dilationes ſufficientes, & habebitur reſpectus ad pauperes.

3. Item quod cum tempore D. Alexandri V. omnia Areragia quæ prætendebat Camera Apoſtolica & Collegium Cardinalium ſibi debita, fuerint remiſſa; & D. Ioannes nihil poſt ſe dimiſerit & Prælati qui dicuntur conceſſiſſe in Conſtantia medietatem taxæ Prælaturarum, erant pauci, præſertim de Regno Franciæ, nec alios potuiſſe obligare videntur, maximè contra legem & ordinationẽ Regis & Regni, quod viſo caſu cum circunſtantijs placeat S. V. remittere omnes taxas & pecuniarum ſummas prætenſas debitas pro Prælaturis quæ vacarunt de tempore V. S. in dicto Regno, quacunque obligatione non obſtante, vſque ad datam præſentium; etiamſi terminus iam effluxerit; quia attento quod talia diebus ſingulis eueniunt, impoſſibile eſſet ea ſoluere ſine deſtructione totali & ruina Beneficiorum.

Fiat quod omnibus detur dilatio ſecundum qualitatem Eccleſiæ, pro impotentibus ad annum, pro alijs ad ſex menſes.

4. Item dignetur S. V. ad ſe aduocare cauſam Matrimonialem in Curia Rom. pendentem inter D. de Clouceſtre & Comitiſſam Hannoniæ ex vna & Ducem Brabantiæ partibus ex altera, illamque committere in partibus, attento quod partes ipſæ ſe ſubmittunt & ſubmiſerunt ordinationi dicti D. Regentis & Ducis Burgundiæ.

5. Item dignetur S. V. dare & concedere alicui Prælato, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ in Regno Franciæ, & in eodem Regno ac obedientia dicti D. Regis Franc. & Angliæ degenti poteſtatem, licentiam & facultatem cognoſcendi de quibuſcunque cauſis, de quibus recurſus habendus eſſet ad Sedem Apoſtolicam, ſiue per ſimplicem querelam, aut per appellationem vel alias quo vis modo, vel alteri committendi, ita quod terminentur **pro omnibus Inſtantijs infra Regnum, hæreſis ac criminis læſæ Majeſtatis** in perſonam ſummi Pontificis, Matrimonialium inter Magnates & potentes cauſis duntaxat exceptis.

Fiat quod non committantur cauſæ Beneficiales 50. librarum in portatis in Curia Rom. per ſimplicem querelam, vel per appellationem niſi à definitiua, aut tali grauamine quod non poſſit in definitiua reparari, nec Cauſæ Matrimoniales in duabus Inſtantijs, niſi perſonarum conditio cauſæ poſcat.

6. Item dignetur S. V. deputare vnum Commiſſum qui poſſit monere ſeu moneri, mandare omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas habentes Prælaturas, Dignitates, aut alia Beneficia in terris & obedientia dicti Regis Franciæ & Angliæ citra mare qui inobedientes à ſuis Beneficijs receſſerunt, & illa Paſtoris ſolatio deſtituta reliquerunt, quatenùs infra certum tempus eiſdem propterea ſtatuendum veniat ad reſidendum in locis dictorum Beneficiorum ſuorum, præſtentque obedientiam Regi, ac

" tractatum pacis ſeruent & teneant. Alioquin priuentur, & ex tunc de-
1424. " clarentur priuati dictis eorum Beneficijs, ſi premiſſa contempſerint; dicta-
" que Beneficia perſonis idoneis conferantur, provt decuerit & per illos
" ad quos ſpectabit.

Fiat in forma Iuris, dum tamen ſecurè poſſint in eis morari.

7. Item Placeat S. V. viſo quod Clerus in multis regionibus, Prouin-
" cijs & Diœceſibus, & quaſi vbique digreſſus eſt nimis à ſuis traditioni-
" bus & obſeruantijs maximè in Regno Franciæ, in tantum quod vlterius
" tolerari non poſſet, ſine conuenienti prouiſione, attento quod autenti-
" cè reperitur in ſcriptis autoritate Regia Reformationem Cleri in eo-
" dem Regno aliàs factam fuiſſe, ſicut in aliquibus alijs Regnis, ac quod
" Sedes Apoſtolica aliquando Principibus Catholicis etiam modernis tem-
" poribus facultatem dedit & conceſſit faciendi fieri per viros Eccleſiaſti-
" ſticos, dare & concedere facultatem Illuſtri Principi D. Duci Betfordiæ
" Regenti Regnum Franciæ, faciendi fieri reformationem illorum de ſtatu
" Eccleſiaſtico in terris & dominijs ſuæ Regentiæ qui ad hoc afficitur pro-
" prer Dei reuerentiam & bonũ Eccleſiæ, & ne ſtatus Eccleſiaſticus turbe-
" tur in regimine ſuo, & de ſuo tempore tam Exemptorum quam non Exem-
" ptorum, reducendo tam Seculares quam Regulares ad ſuas primas Inſti-
" tutiones & debitas obſeruantias, ac cerimonias ſecundum Iuris ſcripti &
" ſacrorum Canonum veras Concluſiones & Definitiones, ac Patrum tradi-
" tiones, abſque eo quod aliqua appellatio poſſit impedire, vel ſuſpende-
" re quod deputandi Reformatores ſtatuerint & ordinauerint, interpreta-
" ti, aut declarati fuerint, & quaſcunque exemptiones & exemptos redu-
" cere ad limitationem Concilij Lateranenſis & Lugdunenſis.

Fiet quod dabitur bonus & congruus modus.

" 8. Item quod cum ſecundum traditiones Canonum & ſacrorum Pa-
" trum Prælati qui fugiunt ab Eccleſijs ſuis in quibus remanere poſſent ſi
" vellent, & quaſi transfugæ habentur & populum, ac Eccleſiam ſibi com-
" miſſos pro derelicto videntur habere, & ſeipſos deijcere noſcuntur, & Ar-
" chiepiſcopus Remenſis per iam plures & præcedentes annos pro tali ſit
" habitus & habeatur. Quidam verò alij ſe conſtituerint & conſtituant ini-
" micos Regis, Dominique Regentis quorum debent eſſe Vaſſalli & ſunt
" pro temporalitate conceſſa eorum Eccleſijs ad fundationem Eccleſiæ ex
" liberalitate Regia & de ſua menſa per ambitionem & circumuentionem
" ſe procurauerint pronunciari ad nonnullas Eccleſias in dominio & ſub-
" iectione Regis conſiſtentes, à quibus non ſolum tanquam indigni: quinimo
" tanquam irretiti crimine læſæ Majeſtatis iuſtè & rationabiliter repulſi
" ſunt, vt ſunt qui conantur occupare Eccleſiam Laudunenſem, pronun-
" ciatuſque ad Eccleſiam Sagienſem ad Eccleſiamque Meldenſem & non-
" nulli alij, aſſequi & retinere conantes Abbatias dignitateſque alias & be-
" neficia alia in ſubiectione & dominio Serenitatis Regis Franciæ & An-
" gliæ, quod placeat S. V. illos transferre ad alia loca, vel eis aliter pro-
" uidere, aut declarare ius ſibi non competere, vel ſaltem Regi conſentire
" vt ſecundum formam Iuris autoritate Regia prouidere poſſit & valeat,
" provt aliàs factum fuiſſe reperitur, ne populus dictis Eccleſijs ſubiectus
" deficiat in eo quod ſibi tenetur facere Prælatus, ſiue obtinens Dignita-
" tem, & ne alienetur ab obedientia, ſubiectione & reuerentia ſerenitatis
" Regiæ.

Fiet captâ opportunitate & commoditate faciendi.

9. Item quod cum Eccleſia Rom. conſueuerit incumbere poſſeſſioni
" Regnorum, Ducatuum & Dominiorum temporalium, non habendo reſ-
" pectum ad veritatem, tituli cum ad ipſam non pertineat iudicare de titulo
" maximè Iure ordinario & ſcribere talibus Dominis incumbendo poſ-
" ſeſſioni pro recommendatione illorum qui apud ipſam producentur ad

Prælaturas

Prælaturas & Dignitates & ad idem faciendum de eorum promotione, vt temporalia eis expediantur, & à paucis temporibus citrà ſine expreſſione nominis ſereniſſimi D. noſtri Henrici Regis Franciæ & Angliæ ſcriptum fuerit pro quibuſdam promotis ad Prælaturas & Dignitates infra terminos ſui Regni & Dominiorum ſuorum ſituatas, quòd alias factum fuiſſe non legitur; quod placeat S. V. ſub expreſſione ſui proprij nominis in caſu ſimili à cæteris ſcribere, aliter aſſentire quod non teneatur temporalia eis expedire cum clauſulis & capitulis opportunis. 1424.

10. Item dignetur S. V. dare & concedere licentiam & facultatem imponendi ſupra Clerum, Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas Regni Franciæ exiſtentes in obedientia D noſtri Regis Franciæ & Angliæ vſque ad valorem 12. florenorum auri de Camera pro rehabendo & recuperando expenſas Ambaſſiatoribus datas, & factas pro Ambaſſiata ad S. V. pro præſenti deſtinata cum poteſtate compellendi per Cenſuram Eccleſiaſticam qui fuerint compellendi cum inuocatione brachij ſecularis, viſo quod ea pro quibus miſſi ſunt Ambaſſiatores potius concernunt ſtatum Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarum quam alicuius alterius.

Fiat vſque ad ſummam 8. flor. leuandam per Eccleſiaſticos.

Item digneur S. V. concedere & dare licentiam & facultatem alicui Prælato, aut perſonæ Eccleſiaſticæ erigendi *ſtudium in Facultate Artium Iuriſque Ciuilis in quacunque Ciuitate, bona villa, ſeu loco notabili in Prouincia Rotomagen.* de quo placuerit & videbitur Illuſtriſſimo Principi D. Regenti cum prærogatiuis, libertatibus & Priuilegijs illis & ſimilibus quibus gaudet & vtitur *Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis*, & quod ſpecificè poſſit illa exprimere poſt erectionem ſtudij, Doctoreſque & Magiſtros, ac ſtudentes alios qui cauſâ ſtudij venerint, illis facere vti & gaudere, ac ſi ſpecialiter hìc exprimerentur & per S. V. ſingulariter ſingula manu veſtra ſignarentur, cum clauſulis, &c.

Fiat cum Priuilegijs aliarum Vniuerſitatum de Francia, & committatur Epiſcopo Pariſienſi, vocatis vocandis.

Item quod ſi pro erectione huiuſmodi ſtudij aliqua Collecta imponatur Perſonis Laïcis prouinciæ prædictæ, ſiue Regno Franciæ, quod perſonæ Eccleſiaſticæ debeant & teneantur contribuere ſemel proportionabiliter, ſicut & laïci, maximè cum hoc concernat tam bonum Eccleſiæ quàm vtilitatem laïcorum, & quod ad hoc poſſint compelli per Cenſuram Eccleſiaſticam cum inuocatione brachij ſecularis.

Fiat pro ſemel, ſed non per brachium ſeculare.

Datum Romæ apud S. Petrum pro die Kalend. April. an. 7.

Collatio Copiæ præſentis 12. articulos, quorum tres videntur 4. 8. & 9. eo modo quo in Originali exiſtunt Cancellati, continentes: Facta fuit in Camera Com. potorum D. Regis Pariſ. D. Originali Rotulo in Theſauro Chartarum & priuilegiorum eiuſdem D. Domini Regentis de præcepto & ordinatione Dominorum ibi die 14. Dec. an. Domini 1424. per me Deſeigne & per me Conflans.

Similiter Vniuerſitas ſuum Rotulum ad eundem Pontificem deſtinauit eique Papa in plurimis ſatisfecit per Ioannem Cardinalem, vt habetur in Actis.

VNIVERSIS & ſingulis Ioannes miſeratione diuina Epiſcopus Oſtienſis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Vice-Cancellarius Sal. in Domino. Et præſentibus fidem indubiam adhibere. Quia pium exiſtimamus & rationi fore conſonum perhibere teſtimonium veritati, ad Vniuerſitatis veſtræ notitiam tenore præſentium deducimus & firmiter atteſtamur quod ſanctiſſimus in Chriſto Pater & D. noſter Martinus diuina

1424. „ prouidentia Papa V. in fauorem, & pro incremento Vniuerſitatis ſtudij
„ Pariſ. Doctoribus & Magiſtris in Rotulo dicti ſtudij per eundem D. no-
„ ſtrum Papam ſub Data 4. Kal. April. Pontific. ſui an. 7. ſignato deſcriptis
„ conceſſit certos articulos qui de mandato ipſius D. noſtri Papæ die 15.
„ menſis Maij Pontificatus eiuſdem anno p. ædicto in Camera Apoſtolica
„ publicati fuerunt, & quorum tenores ſequuntur in hunc modum.

„ Ad veſtræ ſanctitatis Celſitudinem, Beatiſſime Pater! præſentem Ro-
Coll. Sagienſi. Eodem anno confectum eſt Inſtrumentum fundationis Collegij Sagienſis factæ à M. Gregorio Anglici Epiſcopi quondam Sagienſis qui anno 1404. obierat, per eius verò nepotem M. Ioannem Anglici Preſbyterum de Lonlayo Diœceſis Cenomanenſis in Decanatu de Paſſayo, Magiſtrum in Artibus & in vtroque iure Baccalaureum, Curionem Parochiæ S. Berardi prope Montem Securum, Alterum Executorum executioni demandatæ; tale autem eſt Inſtrumentum.

„ IN NOMINE DOMINI, Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli hoc præ-
„ ſens publicum Inſtrumentum inſpecturi quod anno eiuſdem Domi-
„ ni 1427. Indict. 6. die verò 24. Feb. Pontificatus ſancti in Chriſto Pa-
„ tris & D. noſtri Martini diuina prouidentia Papæ V. an. 11. in noſtrorum
„ Notariorum publicorum, ac teſtium infraſcriptorum adhæc ſpecialiter
„ vocatorum & rogatorum præſentia propter hoc perſonaliter conſtitu-
„ tus Vener. & circunſpectus vir D. M. Ioannes Anglici Preſbyter oriun-
„ dus de Abbatia de Lonlayo in Diœceſi Cenomanenſi & in Decanatu de
„ Paſſayo Magiſter in Artibus & in vtroque Iure Baccalaureus Rectorque
„ Eccleſiæ Parochialis S. Berardi prope Montem Securum prædictæ Diœ-
„ ceſis alter Executorum Teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis bonæ memo-
„ riæ defuncti D. Gregorij Anglici quondam Sagienſis Epiſcopi oriundi de
„ Baſochia de Luceio dictorum Diœceſis & Decanatus, ac Procurator
„ venerabilium virorum DD. Ioannis Charpentier Curati de Marigneo &
„ **Ioan. Renard. Curati de Breteno Preſbyterorum in Diœceſi Sagienſi**
„ Executorum ſimiliter nominatorum in Pagina Teſtamenti dicti D. Gre-
„ gorij Epiſcopi & aliorum infra nominatorum nominibus de conſilio ve-
„ ner. & diſcreti M. Io. Paris in Parlamento Regis Procuratoris eius Con-
„ ſiliarij ſecum iuncti, vnà cum aſſenſu & dilectione prouidorum virorum
„ MM. Michaëlis de Sepe in Artibus Magiſtri & Baccalaurei in Theol.
„ Thomæ Ioſſelin ſimiliter in Artibus Magiſtri & in Iure Canonico Licen-
„ tiati Executionis & Procurationis nominibus, ad Teſtamenti, ſeu vltimæ
„ voluntatis dicti Reuerendi Patris D. Sagienſis, dum vixit, Epiſcopi prædi-
„ cti Executionem in Collegij per ipſos Executores in villa Pariſienſi fun-
„ dati vtilitatem, nec non Magiſtri, Procuratoris & Scholarium eiuſdem
„ Domus Prouiſiones & regimen, Manationes, Conſtitutiones, Ordina-
„ tiones, ſtatuta, reſeruationes & declarationes cæteraque omnia & ſin-
„ gula, prout quemadmodùm inferiùs deſcribuntur vnà cum prædicto M.
„ Ioanne Paris ſecum iuncto fecit, ordinauit, condidit, conſtituit, & ob-
„ ſeruare præcepit, ac tenore præſentis publici Inſtrumenti facit, ordinat,

condit, inſtituit. Quarum quidem Ordinationum, Conſtitutionum, Nominationum, Statutorum, Reſeruationum & Declarationum vnà cum procuratione prædictorum DD. Ioannis Charpentier & Ioan. Renard, ac quarundam Teſtamenti prædicti quondam D. Epiſcopi clauſularum ad poteſtatem eidem D. Gregorio Angli dictam facultatem, tenores de verbo ad verbum ſequuntur & ſunt tales. 1427.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Ioannes Anglici Preſbyter oriundus de Baſochia, de Luceyo Diœceſis Cenoman. & in Decanatu de Paſſeio Magiſter in Artibus & in vtroque Iure Baccalaureus, Rector Parochialis Eccleſiæ S. Berard Serretij prope Montem Securum prædictæ Diœceſis Alter Executorum Teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis bonæ memoriæ defuncti D Gregorij Anglici quondam Sagienſis Epiſcopi oriundi de Baſochia de Luceio dictorum Diœceſis & Decanatus, ac Procurator vener. virorum DD. Ioannis Charpentier Curati de Marigneo & Ioan. Renard Curati de Betremo Preſbyterorum in Diœceſi Sagienſi Executorum ſimiliter nominatorum in pagina Teſtamenti dicti D. D. Gregorij, provt ex eius tenore apparet & licuit. Cuius quidem Procurationis tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum.

VNIVERSIS præſentia Statuta, Conſtitutiones, ſeu Ordinationes inſpecturis ſit notum, quod cum bonæ memoriæ D Gregorius Anglici quondam Sagienſis Epiſcopus de Baſochia, de Luceio oriundus, per multa tempora ante eius obitum colloquendo cum ſuis Officialibus & familiaribus & amicis, propinquis de genere, & bonis ſibi à Deo collatis, ſuper fundatione vnius Collegij Pariſius & vnius Andegaui, *quibus collocarentur pauperes Scholares, partim* de Diœceſi Sagienſi, maximè de locis in quibus Epiſcopus Sagienſis eſt Dominus temporalis, ſi idonei reperiantur, alioquin de tota Diœceſi, & partim de Decanatu de Paſſeio Cenoman. Diœceſis in caſu quo ibi ſufficientes eſſent qui peterent, alioquin de toto Archidiaconatu de Paſſeio, illos tamen de ſuo genere præferendo vndecunque, ſi ſufficientes reperirentur qui peterent, plura verba protuliſſet, & in eius vltima voluntate prædictorum non oblitus tamen pauca propter metum, vel dubiam oneris reparationem Eccleſiæ Sagienſis, Maneriorum D. Epiſcopo ſpectantium, quæ ſequuntur expreſſa verba.

Item cum aliàs Ego diſpoſuerim & meæ intentionis extiterit & adhuc exiſtat, fundare & ordinare Pariſius & Andegauis certum numerum Scholarium provt Executoribus meis viſum fuerit expediens, quæ ſuper hoc onere volo & ordino quod ipſi Scholares dum & quotieſve fundati & ordinati extiterint, habeant talem quantitatem, ſeu portionem *librorum meorum tam Iuris Canonici quàm Ciuilis, ſicuti Executores mei duxerint ſtatuendum & ordinandum, ac ipſis viſum fuerit expediens pro ſalute animæ meæ & Benefactorum meorum.* Et in fine prædictæ vltimæ voluntatis conſtituit Executores ſuos, ita dicendo.

Executores verò meos facio & nomino, obligo & ordino dilectiſſimos meos & Amicos meos, videlicet MM. Robertum Briſoul & Ioannem Beleardi Canonicos Cenom. Ioannem Anglici Nepotem meum, MM. Ioannem Betton, Ioan. Anglici DD. Ioannes Ioannem Renard & Io. Charpentier Presbyteros, Seruitores & familiares meos & eorum quemlibet. Quibus omnibus & ſingulis ſupplico vt dictam Executionem meam velint adimplere, defendere fideliter & tueri; & ſi non omnes poſſint ad hoc intendere, volo quod tres illorum poſſint adimplere, augere ſeu detrahere ad eorum conſcientias, dicto M. Ioanne Anglici ſemper vocato, vt ſupra. Et idem Teſtator verba quæ ſequuntur, ſupra dixerat in eadem vltima voluntate, ſcilicet

Reſiduum verò omnium bonorum meorum ſi quid Executione mea completa & Reparationibus meis factis, ſeu financia pro meis facta ſi qua debeatur, ſuper quo attentis attendendis & his qui reparant tempore

1427. meo refero me bonorum virorum arbitrio, do & lego per manus Executorum meorum infra nominandorum Pauperibus Eccleſijs & puellis maritandis & alijs pijs locis provt viderint expediens, erogandum; ſuper quibus eorum conſcientias onero, & volo, ac ordino quod tres de Executoribus meis, alijs legitimè ſummatis & vocatis, ac non venientibus, ac ſe excuſantibus, poſſint & valeant dictam Executionem meam ad finem debitum perducere & finire, ſatisfactione debita eis legitimè facta, ſecundum Deum & rationem, ſuper quibus eorum conſcientias onero & volo quod M. Ioannes Anglici in prædicta ſit ſemper vnus de dictis tribus caſu quo in partibus erit, qui Executores ſaltem onus aſſumentes ad præmiſſa agenda, terram de Baudeuille cum Iuribus ſuis & pertinentijs in Parochia de Cheuennes, in Caſtellania de Chaſteau-Landon & alijs Parochijs circumuicinis, & quoddam Manerium, ſeu Domus pro vico Citharæ Pariſius ſatis prope Eccleſiam Parochialem SS. Coſmæ & Damiani ex altera parte vici, & etiam Domum Capelli rubei & aliam Domum ex altera parte iungentem in Cenſiua Hoſpitaliorum dictorum de Templo pro Collegio Pariſienſi. Et pro Collegio Andegauenſi Manerium, ſeu Domum quandam vocatam de Bueil in vico Sanuereſſe ſituatam certaſque in Parochijs de Farmenterijs & de Marignè decimas pro dotatione eiuſdem de bonis dictæ Executionis acquiſiuerint.

„ Nos Ergo Ioannes Anglici Preſbyter Executor ſupra dictus, Executo-
„ rio & Procuratorio præfatorum DD. Executorum nominibus & M. Ioan-
„ nes Paris prænominatus ad regulandum nunc & in poſterum in præfato
„ Collegio Magiſtrum dicti Collegij & Capellanum, ac Scholares ibi iam
„ poſitos, & in futurum ſucceſſiuè inſtituendos primitus fundatoris volun-
„ tatem, quantum poſſumus, Statuimus & Ordinamus quod in Collegio
„ Pariſius fundato erunt 8. Perſonæ, vnus Principalis & Magiſter, alius
„ Capellanus & ſex alij Scholares quorum 4. erunt de Decanatu de Paſ-
„ ſeio in Diœceſi Cenomanenſi, ſi ibidem reperiantur ſufficientes, alio-
„ quin de Archidiaconatu de Paſſeio vndicunque & ad hoc præferendo
„ Conſanguineos & eos qui ſunt, vel erunt de genere D. Fundaroris, & 4.
„ alij de Diœceſi Sagienſi, præſertim de Ciuitate & alijs Parochijs in qui-
„ bus Epiſcopus eſt Dominus temporalis, alioquin de quacunque parte
„ Diœceſis antedictæ qui omnes Gradus ſuos in Artibus, vel Theologia
„ ſecundum quod infra ſtatuetur, adipiſci arctabuntur, &c.

1428. Anno 1428. Iana Darcia virgo Lotharingain Agro Tullenſi, apud Leucos orta patre Iacobo Darcio Agricola & matre Iſabella Regem Carolum VII. Chinonij conuenit, quæ primùm pro fatua habita, deinde poſtquam de fide, deque reuelationibus à Doctoribus Theologis examinata & probata eſt, pro auxilio cæleſti haberi cœpit. Aureliam obſidione liberauit, Regem inungi curauit, Lutetiam liberare contendit, multa**que alia præclara facinora patrauit: demum in eruptione ex vrbe Com**pendienſi capta, anno 1431. 3. Kal. Iunias Rothomagi in veteri foro cremata eſt, vt ſuo loco dicemus. Huiuſce diuinæ Puellæ vitam & geſta plurimi deſcripſerunt; inter cæteros è noſtris Ioannes Gerſon, Valerandus Varanius Doctor Theologus, qui heroïco carmine libris 4. eius Geſta complexus eſt, Hubertus Momoretana qui libris ſeptem Bellorum Britannicorum hiſtoriam Ianæ immiſcuit, Guido Papæus Præſes Gratianopolitanus, & alij.

Vniuerſitas verò iam non rebus Regni Publicis intenta, vt fuerat, regnantibus legitimis Regibus, ſuorum Reformationi Collegiorum incumbebat quorum pleraque, aut Magiſtris, aut Burſarijs, aut reditibus carebant, pleraque etiam, aut ruinis ſepulta, aut ruinis proxima. Ex actis autem intelligimus ſingulas Nationes ſuorum curam ſuſcipere & reformationem procurare ſolitas; imò & Magiſtros, ſeu Præfectos & Primarios præficere. Etne omnia referamus; de Collegio Chenaci, ſeu S. Michaëlis ſic legimus in Actis diei vltimæ Feb. an. 1428.

Die vltima præfati menſis (Feb.) congregata fuit Natio Franciæ in Capitulo

Capitulo S. Maturini ſuper 2. art. 1. fuit ſuper aliquibus tangentibus honorem Nationis in Reformatione quorundam Collegiorum ſuorum & præſertim Collegij de Chenaco. Et quoad hunc art. expoſitum fuit quomodo Magiſter illius Collegij, ſcilicet M. Ioannes Quatredens ab hoc ſeculo diſceſſerat & Collegium illud carebat Magiſtro & Adminiſtratore in ſui præiudicium & grauamen, quare propter conſeruationem bonorum Collegij & procurandorum Redituum diligentiam expediebat Nationi in hoc prouidere & vnum Magiſtrum conſtituere quantum poſſibile eſſet iuxta ſtatuta illius Collegij, ſeruando poſſeſſionem quam Natio habet in reformandis ſuis Collegijs & Magiſtris inſtituendis in ipſis, maximè in abſentia Collatorum, ſeu Prouiſorum; Sic autem erat quod Prouiſor illius Collegij erat abſens, nec in hoc poterat prouidere. Et quia Natio fuit legitimè informata & per fide dignos de ſufficientia, prudentia & diſcretione venerabilis viri M. Ioan. Vitatelli qui in dicto Collegio à pluribus annis moram traxerat, & fuerat ibidem Procurator, per cuius medium etiam plurima bona & plures pecuniarum ſummæ ſæpè dicto Collegio aduenerant, ipſum M. Io. Vilatelli tanquam magis propitium & idoneum iuxta ſtatuta Collegij præfati in Magiſtrum eiuſdem Collegij inſtituit & in poſſeſſionem realem poſuit, prout per Inſtrumentum ſuper hoc confectum latius continetur, præſtito tamen per prius ab eod. M. Io. Vilatelli ſolito Iuramento de fideliter exercendo ſuum Officium Magiſterij ad vtilitatem & honorem dicti Collegij, præſtitit etiam Iuramentum de non attentando quoquo modo, ſeu intrando Adminiſtrationem præfatam, quouſque factum fuiſſet Inuentarium nouum, nec non Collatio habita Inuentarij noui cum Antiquo Inuentario aliàs facto. Et quoad hoc explendum dedit Natio Deputatos qui cum Notario haberent Inuentarium facere tam de libris quàm reliquis bonis. Vlterius deliberatum eſt quod bona prædicti Quatredens defuncti arreſtarentur ad requeſtam Nationis & Collegij vt fieret ſatisfactio ſi dictus defunctus eidem Collegio in aliquo obligatus eſſet. 1428. Coll. de Chenaco.

Eadem materia agitata eſt in Comitijs diei 16. Maij an. 1429. occaſione præfecturæ Collegij Retelenſis vacantis. Sic enim habetur. *Die 16. menſis eiuſdem* congregaui Nationem Franciæ matrem ſuper 2. art. 1. ad audienda aliqua tangentia honorem Nationis ſuper Reformatione ſuorum Collegiorum. 2. Communis. Quantum ad 1. expoſui Nationi quod erant plura Collegia Nationis quæ continuè demoliuntur propter defectum Magiſtrorum, & ſpecialiter in Collegio de Retelois fundato prope Iacobitas in vico Porretarum in quo non fuerat Magiſter à 2. annis citra. Idcirco Natio volens prouidere circa iſta concluſit quod fieret vna Papyrus in qua ponerẽtur & inſcriberentur de cætero nomina omnium Collegiorum; & quod Decani ſingularum Prouinciarum afferent nomina ſingulorum Magiſtrorum de Prouincia ſua aſſumptorum in Magiſterium dictorum Collegiorum. Et quod etiam Procurator hoc faciet iurare ſuo ſucceſſori. Concluſit etiam Natio quod ſcriberetur Collatoribus qui habent prouidere circa dictum Collegium de Retelois, quatenus prouiderent infra menſem, aliàs Natio prouidebit. Coll. Retellen. ss.

Quantum ad 2. art. ſupplicuit M. Io. Rouſſelli quatenus Natio vellet adire DD. Prouiſores, Commiſſos ſiue Collatores Magiſterij, Submonitoris & Procuratoris aliarum Capellaniarum & Burſarum dicti Colleg. Beluacenſis, & pariter vellet ſupplicare quatenus vellent eum recipere in Submonitorem dicti Collegij; viſo quod ille ad quem ſpectat præſentatio, ſibi contulit, quam ſupplicationem conceſſit Natio ſibi dando adjunctionem.

Item ad an. 1432. & diem 21. Octob. ſic ſcribit M. Philippus de Longolio Procurator Nat. Gall. *Item in ipſa Congregatione ſupplicauit venerabilis M. M. Andreas* Pelle, quatinus ipſa Natio vellet eum inſtituere in Magiſtrum Collegij Turonenſis iuxta & ſecundum tenorem cuiuſdam litteræ Collationis Magiſterij dicti Collegij per eum exhibitæ, emanatæ ab

"Archiepiſcopo Turon. Ordinario Collatore dicti Collegij. Quæ Natio
1428. "annuit ſuæ ſupplicationi, eidem concedendo Deputatos ad adeundum
"dictum Collegium & in præſentia ipſorum Deputatorum faciendum In-
"uentarium bonorum ſpectantium dicto Collegio, Iuramentis debitis in
"præſentia dictorum Deputatorum per eundem Pelle præſtitis.

Eodem anno celebratum eſt Concilium Prouinciale Senonenſe ad reformationem Eccleſiæ, vt Eccleſiaſtici paratiores procederent ad Concilium Generale Baſileenſe quod à Martino indictum fuerat. Ad Prouinciale autem miſſi ſunt ab Vniuerſitate Legati, ſeu vt vocant, Deputati. Quippe M. Gerardus Gehe Procurator Nat. Gall. habitis Comitijs 10. Martij expoſuit *materias currentes in Vniuerſitate, & præſertim materiam libertatum Eccleſiæ & reformationem totius ſtatus Eccleſiaſtici in Capite & in membris, quantum concernebat Prouinciam Senonenſem, quia pro tunc celebrabatur Concilium Prouinciale, quare expediebat habere virum idoneum ad prædicta cum alijs Deputatis tractanda.*

1429. DE TVRNO IN PRÆSENTATIONE BENEFICIORVM.

Initio anni 1429. magna fuit inter Facultatem Artium & cæteras contentio qualis iam an. 1417. fuerat de Collatione Beneficiorum ad Patronatum Vniuerſitatis pertinentium; quippe nolebat Facultas Artium ſubſcribere Septemplicis præſentationis Ordini ſeu Turno, vttunc loquebantur, quem offerebant cæteræ Facultates. Imprimis verò Theologi ſolemni ſuo Decreto dato 11. Iunij an. ſequentis, hunc ordinem ſeptemplicem obtulerunt. Cui Natio Anglicana ex omnibus vna ſubſcripſit menſe Iulio eiuſdem anni in priuatis Comitijs, apud S. Coſmam habitis; quod cum cæteræ Nationes reſciuiſſent, interceſſerunt, quominus iſte Ordo inſtitueretur, quia vt aiebant, *vertebat in grande præiudicium ſuum*, vnde Anglicana tandem melius conſulta deſcendit in ſententiam ſororum ſuarum: ita vt tunc non fuerit Ordo ille inſtitutus. Et quia vacabat Sacerdotium S. Coſmæ, ſtatutum eſt ex ſingulis Facultatibus & Nationibus eligendos eſſe ſingulos viros ſpectabiles, qui cum Rectore ſicut aliàs fieri ſolebat, conferrent. Verum Concordia tandem inter Facultates & Nationes facta eſt circa annum 1438. quæ vnanimi conſenſu ſeptenarias illas vices pro bono pacis approbarunt: & ex eo tempore, ita ſemper obſeruatum in Collatione Beneficiorum.

Ea de re nos fusè tom. 3. pag 605. & ſequentibus, vbi plura Inſtrumenta Actaque ad Beneficiorum præſentationem pertinentia retulimus. Quibus addemus quod ſcribit M. Inguerrandus de Parenti Medicorum Decanus, de Natione Germanica quæ à tribus alijs deſciſcens Facultatum ſuperiorum voluntati ſubſcripſit, quoad Turni inſtitutionem.

Die 18. menſis Aug. (an. 1434.) fuit facta congregatio Facultatis in S. Math. ad deliberandum ſuper Nominatione facienda pro quodam Beneficio ſpectante ad diſpoſitionem Vniuerſitatis vacante per mortem M. **Thomæ Hobbe, & pro huiuſmodi nominatione ſupplicauit Rector;** ſupplicauit etiam Procurator Nationis Almaniæ nomine Nationis pro quodam ſuppoſito eiuſdem, & mouebatur Natio ratione Turni aliàs per litteras & Inſtrumenta publica concluſi. Facultates deliberauerunt, *quod ſi Natio Almaniæ vellet tantum facere ad Facultatem*, quod ad eandem fecerunt aliæ Facultates, quia aliæ Facultates, ſcilicet Theologiæ & Decretorum fecerunt litteras, *& etiam ipſa Suppoſitum eiuſdem nominabat, aliàs non.*

Accepit prædicta Natio conditionem & Inſtrumento Publico per Notarium confecto Turnum comprobauit, vt idem Decanus ſcribit. *Die 26. Aug.* tradidit Natio *Almaniæ Facultati Medicinæ litteram, ſeu Inſtrumentum ſigillo Magno eiuſdem Nationis ſigillatum, ſignatumque ſigno Notarij Julienne in forma aliarum litterarum Facultatum Superiorum pro Turno in perpetuum obſeruando.*

Extat Concluſio eiuſdem Nationis data die Craſtina poſt feſtum B. Ludouici, quam loco ſupra memorato retulimus. Ex ijs autem patet reliquas tres Nationes, quanquam aliquandiu adhuc reluctatæ ſunt,

coactas tandem fuiſſe Turni conditionem accipere.

Cæterum illa diſcordia aliam eodem anno (1429.) peperit: quippe cum relatum fuiſſet de Legatis ad Concilium Generale, quod indictum fuerat, mittendis, voluerunt Facultates ſuperiores communia omnibus ſtipendia penſitari; refragatæ verò ſunt Nationes, Gallicana præſertim & Normanica quæ ſuis tantummodò voluerunt de ſuo ærario ſalaria perſolui. Hac de re ſic ſcribit M. Io. Valleterre Nat. Gall. Procurator. 1429.

Item die 11. menſis Octob. eiuſdem anni fuit congregata Vniuerſitas; & poſuit Rector in deliberatione 1. quod concluderetur numerus Ambaſſiatorum mittendorum ad Concilium Generale. 2. Quam ſummam Pecuniæ haberent dicti Ambaſſiatores qualibet die pro eorum ſtipendijs. Et ſuperiſtis concluſit Natio ſic quod placebat ſibi quod Facultates ſuperiores mitterent tot Ambaſſiatores ſicut vellent & darent eis talia ſtipendia ſicut vellent; ſed Natio non intendebat quod ipſa, vel Suppoſita eius aliquid ſoluerent, immo ſi oppoſitum concluderetur, Natio ſe opponebat. Et quia Rector concluſit oppoſitum, ideo nomine Nationis tanquam Procurator Ego me oppoſui. Cui Oppoſitioni Rector non detulit, immo concluſit quod mitterentur tres Theologi, duo Decretiſtæ, vnus Medicus, 4. Artiſtæ cum vno Bidello; & quod Theologi & Decretiſtæ haberent pro ſtipendijs quiſque pro qualibet die 20. ſolidos & Medicus 16. & Quilibet Artiſta etiam 16. ſolidos; Bidellus autem 8. ſol.

Cum verò die 20. eiuſdem menſis conueniſſet eadem Natio ad eligendum Procuratorem, interceſſionem prædictam comprobauit, iterataque deliberatione firmauit, in Legatos verò ſuos die 27. elegit MM. Guill. Erardi Artiſtarum Nauarræorum Primarium, & Petrum Maugier.

Eodem anno Facultas Theologica die 30. Martij habitis Comitijs damnauit quaſdam Propoſitiones F. Ioannis Sarrazin Dominicani de Poteſtate Pontificia quam ſupra Concilium Oecumenicum eſſe volebat, contra quam definitum fuiſſet in Concilio Conſtantienſi. Cenſura talis legitur.

CENSVRA CIRCA POTESTATEM PAPÆ.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod anno eiuſdem Domini 1429. more Gallicano Indictione 8. menſ. Martij die 30. & penult. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri D. Martini diuinâ Prouidentia Papæ V. an. 13. in Congregatione venerabilium & circumſpectorum virorum DD. & MM. Sacræ Theol. Facultatis ſtudij Pariſ. in S. Mathurino multum ſolemniter congregatorum, & more ſolito dictæ Facultatis Theol. congregationem ibidem celebrantium: de mandato venerabilis & circunſpecti viri M. Petri de Dierreyo dictæ Facultatis Decani tam Regentium quàm non Regentium, & Religioſorum, ac ſecularium ad infra ſcripta ibidem vocatorum ſpecialiter propter hoc perſonaliter conſtitutus præfatus D. Decanus dicens & proponens quod F. Ioannes Sarrazin Ordinis FF. Prædicatorum Licentiatus in Theol. poſt Veſperias ſuas fuerat delatus apud ipſum, & conſequenter apud dictam Facultatem, tanquam dixiſſet ea quæ ſequuntur, ſicut etiam ſcripta exhibita de propria manu, ſonare videbantur, formam quæ ſequitur, continentia.

1. Omnes poteſtates Iuriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Papa quantum ad inſtitutionem & collationem.

2. Huiuſmodi poteſtates non ſunt de iure diuino immediatè, nec immediatè inſtitutæ à Deo.

3. Non inuenitur Chriſtum tales poteſtates, ſcilicet alias à Papali expreſſiſſe, ſed tantùm ſupremam cui commiſit Eccleſiæ fundationem.

4. Quandocunque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota authoritas dans vigorem ſtatutis in ſummo ſolo reſidet Pontificio.

5. Ex textu Euangelij non habetur expreſsè alicui Apoſtolorum niſi Petro authoritatem Iuriſdictionis fuiſſe collatam.

" 6. Dicere inferiorum Prælatorum poteſtatem Iuriſdictionis, ſiue ſint
1429. " Epiſcopi, ſiue Curati, eſſe immediatè à Deo, ſicut poteſtatem Papæ,
" veritati quodammodo repugnat.
" 7. Sicut nullus flos, & nulla pullulatio, nec etiam omnes flores & pul-
" lulationes, ſimul poſſunt aliquid in arborem, quia hæc omnia ſunt pro-
" pter arborem inſtituta, & ab arbore deriuata: ſic omnes aliæ poteſtates,
" nihil de iure poſſunt contra ſummum Sacerdotium. Infra dicitur quòd
" Spiritualis poteſtas eſt ſummus Pontifex, vt recitatur Hugonem de S.
" Victore dixiſſe lib. 2. de Sacramentis: ex quo poteſt videri quod hîc per
" ſummum Pontificium ſummus Pontifex intelligitur.
" 8. Summus Pontifex canonicam Simoniam à iure poſitiuo prohibitam
" non poteſt committere. Quæ Propoſitiones, ſeu dicta pluries per De-
" putatos eiuſdem Facultatis diligenter examinata iudicabamus eſſe repa-
" randa: præſertim cum D. Rector & multi de Vniuerſitate talem repara-
" tionem requiſiſſent in præſentiâ dictæ Facultatis. Tandem præfatus D.
" Decanus ex matura & diligenti, ac concordi deliberatione Magiſtrorum
" dictæ Facultatis tam Regentium quam non Regentium, & tam Secula-
" rium quàm Religioſorum præhabita, Concluſit quod prædictus Frater
" Ioannes Sarrazin ordin. FF. Prædicatorum qui tunc & aliàs auditus fuit
" ad longum, & cuius intentio ſcita fuit, & qui etiam ſe ſubmiſerat dictæ
" Facultati Theologiæ, diceret in dictâ Congregatione & deinde in aulâ
" F. Girardi de Salinis FF. Minorum poſt primam Quæſtionem Expectato-
" riam, ſub hac formâ.
" Ex Veſperijs meis quidam fuerunt ſcandalizati ſicut mihi ſignificatum
" eſt per Matrem meam Facultatem Theol. tanquam intellexerint quod
" voluerim inter alia detrahere poteſtati Eccleſiæ & Prælatorum aliorum
" à ſummo Pontifice, tam maiorum quàm minorum, & quorundam alio-
" rum Eccleſiaſticorum; & ſpecialiter occaſione quarundam propoſitio-
" num per me in eiſdem Veſperijs meis dictarum. Volens propterea quan-
" tum in me eſt, tollere omne ſcandalum & eſſe filius obedientiæ & pacis,
" & aſſertor veritatis, dico nunc ex ordinatione eiuſdem matris meæ Fa-
" cultatis Theologiæ, cuius ordinationi, diſpoſitioni & omnimodæ deter-
" minationi me ſubmiſi & ſubmitto, ac etiam vltroneâ voluntate veritates
" quæ ſequuntur.
" 1. Omnes Poteſtates Iuriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à Papali poteſtate,
" ſunt ab ipſo Chriſto quantum ad inſtitutionem & collationem primariam:
" à Papa autem & ab Eccleſia quantum ad limitationem & diſpenſationem
" miniſterialem.
" 2. Huiuſmodi poteſtates ſunt de iure diuino & immediatè inſtitutæ
" à Deo.
" 3. Inuenitur in ſacra Scriptura Chriſtum Eccleſiam fundaſſe, & Pote-
" ſtates alias à Papali expreſsè ordinaſſe.
" 4. Veritas: quandocunque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, to-
" ta authoritas dans vigorem ſtatutis reſidet non in ſolo ſummo Pontifice,
" ſed principaliter in Spiritu ſancto & Eccleſia Catholica.
" 5. Ex textu Euangelij & doctrina Apoſtolorum habetur expreſsè,
" Apoſtolis, & Diſcipulis à Chriſto miſſis, authoritatem Iuriſdictionis
" fuiſſe collatam.
" 6. Dicere inferiorum Prælatorum poteſtatem Iuriſdictionis, ſiue ſint
" Epiſcopi, ſiue ſint Curati, eſſe immediatè à Deo, Euangelicæ & Apo-
" ſtolicæ conſonat veritati.
" 7. Aliqua poteſtas, ſcilicet Poteſtas Eccleſiæ, de iure poteſt aliquid,
" & in certis caſibus contra ſummum Pontificem.
" 8. Veritas; quicunque Purus Viator habens vſum rationis, cuiuſcun-
" que dignitatis, authoritatis, aut præeminentiæ, etiam ſi Papalis exiſtat,
" Simoniam poteſt committere.
" Denique ſi aliqua protulerim, vel ſcripſerim quæ videantur prædictis
" contraria, vel quæ aliter ſcripta ſint, nolo in eis ſtare, ſed volo & ſupplico

haberi pro non dictis, vel ſcriptis, & alia quæcunque quæ viderentur præbere occaſionem ſcandali vel erroris. 1429.

Qui quidem Ioannes Sarrazin modo & forma prædictis omnia & ſingula fecit, dixit & protulit. Primò videlicet in dicta Congregatione in Capitulo S. Mathurini Pariſius vt præfertur, celebrata, præſentibus ibidem venerabilibus & circunſpectis viris D. Decano prænominato, ac MM. Ioanne de Trecis, Guill. de Bomillon, Guill. de Cella, Emerico de Bruſſerijs, Rolando Barquenal, Guill. Boutitot, Ioanne de Vernone, Remundo de Alto-Ponte, Philippo Bauet, Dionyſio de Sabrenois, Io. le Gallois, Girardo Gorron, Martino Billery, Ioan. Pulchri-Patris, Io. de Gondiuiller, Thoma Monachi, Rogerio de Gaillon, Io. Soqueti, Guill. Ædelie, Io. Tripier, Io. Graueſtain, Gaufredo Coclearis, Mich. Langlois, Georg. de Valleſponſa, Rob. de Porta & Io. de Queſneyo. Magiſtris in Theol. tam ſecularibus quàm Religioſis, ac Io. Vacheau Principali Bidello eiuſdem Facultatis.

Item eiſdem anno, indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis dictus Fr. Ioannes Sarrazin dictas propoſitiones legit & reparauit modo & forma ſupradictis in aula Reuerendi Patris D. Epiſcopi Pariſ. poſt primam Quæſtionem Magiſtri, F. Girardi de Salinis ſupradicti, præſentibus dicto Reuerendo in Chriſto Patre D. Epiſcopo Pariſ. Ac venerabilibus, ac circunſpectis viris MM. Petro de Dierreyo Decano eiuſdem Facultatis *Guillelmo Eurardi Rectore* Vniuerſitatis Pariſ. Hugone Maioris viceſgerente Cancellarij Eccleſiæ Pariſ. Guill. de Cella, Io. Pulchri-Patris, Rogerio de Gaillon, Io. Soqueti, Gaufredo Coclearis Magiſtris in Theol. Laurentio Callot, Petro de la Haſardiere, Guill. Huqueti, & Guill. Candelli Magiſtris in Artibus cum pluribus alijs, tam Magiſtris quam Doctoribus, Scholaribus, Baccalarijs & ſecularibus ibidem exiſtentibus: de & ſupra quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, dicti DD. Rector & Decanus & quilibet ipſorum petierunt & petijt à me Notario publico ſibi fieri & confici publicum inſtrumentum vnum, vel plura. Acta fuerunt hæc anno, Indictione, menſe, die, Pontificatu & locis prædictis, præſentibus prænominatis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego Laurentius Pontrelli Preſbyter Curatus Parochialis Eccleſiæ de Annouilla, Rothomag. Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali authoritatibus Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic vt ſuperius ſcripta ſunt, fierent, & agerentur vnà cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Idcircò huic præſenti publico inſtrumento aliena manu fideliter ſcripto, me alijs occupato negotijs ſignum meum publicum appoſui conſuetum, hîc me propria manu ſubſcribendo, requiſitus & rogatus in teſtimonium veritatis præmiſſorum. PONTRELLI.

Eodem anno Martinus V. Bullam quæ ſequitur, dedit aduerſus Minores qui neglectis conſuetudinibus & inſtitutis Vniuerſitatis, nihilominus legere præſumebant.

De Mendicantibus ad gradus promouendis.

MARTINVS, &c. Ad futuram rei memoriam. Cum in humanis ſcientijs, &c. ſanè nuper fide digna relatione multorum ad noſtram notitiam eſt deductum quod in Ordine Minorum, quem inter cæteros Religioſos Ordines paternâ charitate complectimur reperiuntur quamplurimi ad gradum Magiſterij promoti temporibus retroactis ſine debito curſu & lectura ſententiarum in Vniuerſitatibus approbatis, ſecundum quod fieri oportet, iuxta formam in talibus conſuetam & indecorum dicto Ordini, in quo antiquitus viguit notabiliter Theologiæ ſcientia propter ſingularem curam & ſeriam diligentiam adhibitam in ſuis Fratribus ad Magiſterium promouendis. Volentes igitur ſuper ijs ſalubriter prouidere, errata corrigere & ſcandalis obuiare quæ ſequi poſſunt ex imperitia nonnullorum taliter promotorum, tenore præſentium Apoſtolicâ authoritate decernimus, quod quicunque reperiantur in præſenti

" & in futurum reperientur in dicto ordine promoti ad Magiſterij gradum
1429. " in Theologia, contra Vniuerſitates ab ipſo ordine per generalia Capitu-
" la ad hoc ſpecialiter electas, & abſque eo quod ante perfecerint debitos
" Curſus ſuos, ſententias legerint in Vniuerſitatibus approbatis, actus le-
" gitimos & certa exercitia Scholaſtica fecerint provt legere & facere te-
" nentur de conſuetudine, vel de iure in huiuſmodi ſcientia ritè magi-
" ſtrandi, minime de cætero gaudere poſſint Beneficijs, Officijs, honori-
" bus, gratijs, Priuilegijs, exemptionibus tam in dicto ordine quàm extra
" Magiſtris in Theologia Apoſtolicâ, vel aliâ quauis authoritate conceſ-
" ſis, & quibus Magiſtri huiuſmodi vti & gaudere conſueuerunt. Et inſuper
" quod prædicti promoti non ſeruatis modis debitis, vt præfertur, non ha-
" beantur, vel reputentur pro Magiſtris Theologiæ, vel ſe pro talibus
" gerere & nominare præſumant. Mandantes Generali & Dilectis filijs Pro-
" uincialibus, Miniſtris, Cuſtodibus, Gardianis & eorum vices gerentibus,
" Generalibus quoque & Prouincialibus Capitulis, ac Officialibus quibuſ-
" cunque Ordinis præfati, ſub pœnâ Excommunicationis, quatenùs has no-
" ſtras literas quantum vnumquemque concernunt, obſeruent & faciant
" inuiolabiliter obſeruari. Conſtitutionibus ac litteris Apoſtolicis, &c. &
" alijs contrarium facientibus non obſtantibus, quibuſcunque, &c. Da-
" tum Romæ, apud SS. Apoſtolos. Kal. Detem. Pontif. noſtri an. 13.

1430. Anno 1430. antiquiſſimum Daciæ Collegium in vico San-Genouefia-
no inter Carmelitas & Coll. Laudunenſe ſitum, vetuſtate collapſum ma-
gna ex parte poſt litis conteſtationem Laudunenſi tandem amicâ com-
poſitione adiunctum eſt, vt patet ex inſtrumento ſequenti.

De Collegio Dacico. " A Tous Ceux qui ces Preſentes Lettres verront: Simon Morlier
" Cheualier, Seigneur de Villers, Conſeiller du Roy noſtre Sire, &
" garde de la Preuoſté de Paris ſalut: Sçauoir faiſons que pardeuant Mar-
" cial d'Auuergne & Foulques de Roſiers, Clercs Notaires Iurez du Roy
" noſtre Sire, de par luy eſtablis en ſon Chaſtelet de Paris, furent preſents
" venerables & diſcrettes perſonnes Maiſtre Pierre Gondement, Maiſtre
" és Arts & Bachelier en Theologie, Maiſtre du College de Laon fondé à
" Paris en la ruë ſainte Geneuiefue ou mont de Paris, Maiſtre Iacques
" Galet Maiſtre és Arts & Licentié en Droict, Chappelain, Principal du-
" dit College, Maiſtre Gilles Cannet Maiſtre és Arts & en Medecine,
" Maiſtre Iacques Lallemant Maiſtre és Arts & Bachelier en Droict, Mai-
" ſtre Iean Berthe Maiſtre és Arts, & Robin Hyte Eſcholier eſtudiant;
" tous Bourciers dudit College, faiſans & repreſentans pour le preſent, ſi
" comme ils diſoient, la plus grande & ſaine partie des Eſcholliers & Bour-
" ciers dudit College de Laon pour & ou nom d'iceluy diſans & affermans
" pour verité, *& comme vne maiſon & ſes apartemens, nommez la maiſon des*
" *Eſcholliers de Dace aſſiſe à Paris en ladite ruë de ſainte Geneuiefue du mont*
" *de Paris, tenant d'vne part au Conuent des Carmes à Paris*, & d'autre part
" audit College de Laon, aboutiſſant par derriere à ſaint Victor, en la
" cenſiue de ladite Egliſe de ſainte Geneuiefue ou mont de Paris, ait eſté
" puis certains long-temps en çà, & encores de preſent ſoit en telle & ſi
" grande ruine & deſolation, qu'elle eſt deuenuë vuide, vacque, & com-
" me inhabitable: parquoy les Religieux, Abbé & Conuent de ladite
" Egliſe de ſainte Geneuiefue ou mont de Paris, en l'an dernierement paſ-
" ſé mil quatre cens vingt & neuf, pour eſtre payez de certaine rente qu'ils
" ont droit de prendre chacun an, ſur la deuantdite maiſon de Dace, & de
" certains & pluſieurs arrerages deubz & eſcheuz à cauſe d'icelle, du temps
" & termes paſſez, par vertu du Priuilege donné & octroyé aux Bourgeois
" Manans & Habitans de ladite ville de Paris, ſur le fait des maiſons vui-
" des & vacques d'icelle ville, firent mettre ladite maiſon de Dace en
" criées & ſubhaſtations ou Chaſtelet de Paris, à la maniere accouſtumée,
" auxquelles criées s'oppoſerent leſdits Maiſtre & Eſcholiers dudit Col-
" lege de Laon, pour conſeruer à iceluy College certaine ſomme de

deniers dont ladite maiſon de Dace eſtoit obligée, & hypothequée enuers ledit College; & ſur ce a eſté tant procedé oudit Chaſtelet de Paris, que leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon, pour obuier à la perdition de leurdicte ſomme de deniers & hypotheque, ont eſté contraints de garnir, fournir & payer audits Religieux, Abbé & Conuent de ſainte Geneuiefue leurdite rente, enſemble tous & chacuns les arrerages qui à cauſe d'icelle leur eſtoient deubs, auſſi tous les fraiz, miſes & deſpens faits & interuenus à l'occaſion deſdites criées & pourſuittes, comme tout ce peut plus à plain apparoir par le procez deſdites criées; & par ce moyen & tiltre leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon ſont deuenus Seigneurs proprietaires & detenteurs de ladite maiſon des Eſcholiers de Dace, non obſtant que le Procureur de la Nation d'Angleterre & le Procureur de l'Vniuerſité de Paris, pour les Eſcholiers du Royaume de Dace, ſe fuſſent parauant oppoſez en eux efforçant de debattre & empeſcher auxdits Eſcholliers dudit College de Laon, la proprieté d'icelle maiſon de Dace, ainſi à eulx aduenuë, comme dit eſt deſſus: finablement les deſſus nommez Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon par bon aduis, conſeil & meure deliberation pour bien de Paix & obuier à toutes altercations de procez, fraits & dépens qui s'en pourroient enſuiure tant ſeulement & non pour autre cauſe, fors en faueur de ladite Nation d'Angleterre, recogneurent & confeſſerent pardeuant leſdites Notaires auoir baillé, cedé & tranſporté, & delaiſſé & par ces preſentes lettres baillent, cedent tranſportent & delaiſſent du tout plainement & abſoluëment dés maintenant à touſiours perpetuellement & hereditablement, promirent & promettent garantir, deliurer & deffendre enuers & contre tous en Iugement & par tout ailleurs, où il appartiendra aux couſt, & dépens dudit College de Laon, toutes & quantesfois que meſtier ſera, à la charge cy-aprés declarée de tous troubles, lettres, debtes, charges, hypotheques, conditions, tranſports, alienations & de tous autres empeſchements quelquonques, aux Eſcholliers du Royaume de Dace, pour eulx & leurs ſucceſſeurs Eſcholiers d'iceluy Royaume & de eux ayans cauſe, vne maiſon à moitié & ſes apartenances, comme ſe comporte & eſtend en large, en long, en hault & en fond deuant & derriere audit College de Laon à certain & iuſte tiltre appartenant & dont ils ioüiſſoient paiſiblement, aſſiſe à Paris contre le petit Pont en la ruë de la Gallande, à l'oppoſite de l'huis par lequel l'on entre à ſaint Iulien le Pauure, tenant d'vne part à vne maiſon qui jadis fut & appartint au Sire de Garancieres, & d'autre part à vne maiſon appartenante aux hoirs ou ayans cauſe de feu Thiebaut Threſſart, aboutiſſant par derriere à l'Hoſtel de la cloche-perſée & à l'Hoſtel des trois Roys de Cologne, en la grande ruë S. Iacques, en la cenſiue du Chapitre de l'Egliſe de Paris & chargée en quatre ſols & deux deniers Pariſis de fond de terre, & en neuf liures & dix-ſols Pariſis de rente par chacun an, ſans autre charge ny deuoir, pour d'icelle maiſon & ſes appartenances à la charge deſſuſdite ioüir & vſer, tenir & poſſeder doreſnauant par leſdits Eſcholiers dudit Royaume de Dace, leurs ſucceſſeurs Eſcholiers d'iceluy Royaume de Dace, ou leurs ayans cauſe & en faire ordonner & diſpoſer à touſiours comme de leur propre choſe & vray heritage, ſans aucun contredit & laquelle maiſon leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon ſeront tenus, promirent & promettent acquiter franchement de tous les arrerages qu'elle pourroit deuoir à cauſe du cens & rente deſſuſdits, depuis le temps paſſé iuſques au terme de ſaint Remy prochainement venant inclus, & auec ce promirent & promettent iceux Maiſtres & Eſcholiers bailler la ſomme de cent ſols Pariſis, pour vne fois, pour les mettre, commettre & employer en reparations d'icelle maiſon, ſe beſoing en eſt, & pour ce icelle maiſon de Dace & ſes appartenances eſt, demeure & appartient, ſera, demeurera & appartiendra plainement & abſoluëment à touſiours perpetuellement &

1430.

——— " hereditablement audit College de Laon, pour en faire, ordonner, & diſ-
1430. " poſer comme du propre heritage & loyal acqueſt dudit College ; & par-
" tant leſdites parties deſſus nommées ſe departent de tous deſbats, pro-
" cez & diſcords & demeurent bons amis enſemble & de ladite amortie
" cy-deſſus declarée, leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon
" ſe deſſaiſirent & deſuetirent à pur & à plain és mains des Notaires, com-
" me en la noſtre ſouueraine, le Roy noſtre Sire, pour & au profit des
" Eſcholiers dudit Royaume de Dace, de leurs ſucceſſeurs & ayans cauſe,
" voulans & conſentans leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de
" Laon, que par le bail & oſtention de ces preſentes lettres, tant ſeule-
" ment leſdits Eſcholiers dudit Royaume de Dace en fuſſent & ſoient ſai-
" ſis & veſtus, mis & receus en bonne poſſeſſion & ſaiſine, là où de qui
" ainſi, & comme il appartiendra, & pour plus plainement ce faire requ-
" rir & conſentir eſtre fait, leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College
" de Laon, pour & ou nom d'iceluy College firent, conſtituerent & eſta-
" blirent leur Procureur General & certain meſſaiger eſpecial ſans rap-
" pel le porteur de ces lettres, auquel ils donnerent plain pouuoir, au-
" thorité & mandement eſpecial de ce faire & de faire en oultre tout
" ce qui au cas appartiendra. Promettans leſdits Maiſtres & Eſcholiers
" dudit College de Laon, par leurs ſermens & par la foy de leurs corps,
" pour ce donnez corporellement és mains deſdits Notaires, ces pre-
" ſents bail, tranſport, garantie & tout ce qui cy-deſſus eſt dit, d'auoir
" agreable, tenir ferme & ſtable à touſiours, ſans aller, faire, venir ou dire
" à l'encontre, ores ou pour le temps aduenir, pour raiſon d'erreur, d'i-
" gnorance, deceuance ne autrement, en quelque maniere, ne pour quel-
" conque cauſe que ce ſoit ou puiſſe eſtre, ainçois ſeront tenus & pro-
" mirent rendre, payer & reſtituer à plain ſans faire aucun plait ou procez,
" tous coux, frais, miſes, deſpens, domaiges, ſalaires & intereſts, qui faits
" & ſoutenus ſeroient en ſe pourchaſſant par deffault des choſes deſſuſ-
" dites ou d'aucunes d'icelles non tenuës & non accomplies, obligeant
" quant à ce leſdits Maiſtres & Eſcholiers dudit College de Laon, tous les
" biens, meubles, rentes, reuenus, poſſeſſions & heritaiges preſents &
" aduenir d'iceluy College de Laon, qu'ils ſoubſmirent pour ce du tout à
" juſticier, vendre & exploiter par nous, nos ſucceſſeurs, Preuoſts de Pa-
" ris & par tous autres Iuſticiers, Iuſtices & Iuriſdictions où ils ſeront ou
" pourront eſtre trouuez ; pour ces lettres & leur contenu entieremẽt & ſur
" tout loyaulment accomplir & renoncerent en ce fait expreſſement par
" leurdits ſermens & foy à toutes exceptions d'exceptions, lettres, gra-
" ces, franchiſes, priuileges, libertez, impetrations, diſpenſations, abſo-
" lutions, raiſons, deffenſes & couſtumes à tout droict eſcrit & non eſcrit,
" Canon & Ciuil à la choſe non faite en maniere deuë, & generaulment
" **à toutes autres choſes quelquonques, qui tant de fait, comme de droict**
" deus & couſtume aidier & valoir pourroient à venir faire ou dire contre
" ces lettres ou aucune des choſes dedans contenuës & au droict diſant ge-
" nerale renonciation non valoir ; en teſmoin de ce nous à la relation deſ-
" dits Notaires, auons mis le ſeel de ladite Preuoſté de Paris à ces lettres
" qui furent faites, paſſées & accordées, l'an de grace mil quatre cens
" trente, le Mercredy 23. iour du mois d'Aouſt. Signé d'Auuergne & de
" Roſiers.

Eodem anno varijs vicibus congregata eſt Vniuerſitas ob multiplicia negotia : imprimis verò ſuper materia Concilij Generalis Baſileæ celebrandi ad quod Nuncios, ſeu Legatos ſuos miſerat : ante verò omnia, ſcripſit ad Prælatos Franciæ, rogauitque, vt ſibi adeſſent, pecuniaſque commodarent, quòd tam multis impenſis factis & faciendis par non eſſet. Item ad Imperatorem & ad Electores Imperij, quæ omnia habentur in Actis illius anni & præcedentis, ſcilicet anni 1429. more Gallicano. *Anno Domini 1430. die penult. Septemb. fuit Vniuerſitas Pariſ. congregata apud S. Mathurinum hora 8. ſuper materia Concilij Generalis celebrandi. Narrauit D. Rector*

qualiter tempus appropinquaret quod debebat Concilium Generale celebrari, & qualiter temporibus præteritis Vniuerſitas inſudauit ad Concilium Generale celebrandum: quapropter expediens videbatur quod Vniuerſitas ſuos Ambaſiatores & ea quæ in dicto Concilio haberent tractare, diſponeret: Reſcriberetur Papæ & Principibus huius Regni & Prælatis vt ſuas intentiones ſuper hoc vellent Vniuerſitati mandare: Et quia Vniuerſitas magnam habebat Ambaſiatam tranſmittere ad prænominatum Concilium, quapropter grandes requirebantur pecuniæ, viſa penuriâ ſuppoſitorum præfatæ Vniuerſitatis, expediens videbatur vt etiam pietatis intuitu DD. ſcriberetur quod Vniuerſitati in aliquâ ſummâ vellent ſuccurrere, & MM. Prælatis contemplatione adiunctionis Vniuerſitatis cum eis in materia libertatum Eccleſiæ; ſuper quo deliberauit Natio & ſimiliter Vniuerſitas quod omnia præfata placebant, &c. 1430.

In hanc rem video fuiſſe expeditas & ſigillatas ab Vniuerſitate die 16. Decemb. litteras ad Philippum de Montjoyeux Epiſcopum Conſtantienſem, qui Legationem ad Concilium maximè promouebat. Item aſſumptos die 27. eiuſdem menſis in Receptores ſubſidij charitatiui, vt vocabant, MM. G. de Brocis & Io. Franciſci, *dummodò nulla fieret ſuppoſitorum coactio ad ſolutionem illius ſubſidij Charitatiui.*

Die 7. Octob. apud Mathurinenſes lectæ fuerunt litteræ ad ſummum Pontificem tranſmittendæ. 20. eiuſdem menſis aliæ lectæ ad Prælatos & Principes. Item 22. Nouembris aliæ lectæ ad Imperatorem & Electores Imperij, ad Vniuerſitatem Viennenſem ſuper acceleratione Concilij Generalis in Ciuitate Baſilea: nec non ad Regem Franciæ & ad Epiſcopum Beluacenſem. Profectis autem ad illam vrbem Nuncijs Vniuerſitatis die 7. Feb. eiuſdem anni more Gallicano, acceptæ fuerunt litteræ à M. Philippo de Franchelanis Decretorum Doctore, & in Congregatione Generali apud Mathurinos lectæ, quibus perſcribebat futurum hoc anno Concilium Baſileæ, iamque ſcedulas fuiſſe valuis Eccleſiarum appoſitas Romæ. Nam Martinus V. paulò antequam moreretur, etiamſi in Concilio Conſtantienſi cautum fuiſſet de proximè futuro; deinde verò in Senenſi indictum fuiſſet ad hunc annum Baſileæ, tamen exiſtimauit, vt illius celebrandi ſpem omnibus faceret, ſpeciali Bullâ indicendum eſſe, quod & fecit, & Iulianum Cæſarinum S. Angeli Diaconum Cardinalem ſuo nomine Legatum & Præſidentum inſtituit: at paulò poſt apoplexi correptus, naturæ legibus functus eſt 10. Kal. Martias Romæ; ætatis 63. Quo mortuo Cardinales Conclaue ingreſſi Calendis Martijs, 5. Nonas elegerunt Gabrielem Condelmerium Venetum, tunc S. Clementis Presbyterum Cardinalem; qui ſumpto nomine Eugenij IV. coronam Pontificiam accepit in Baſilica S. Petri. 5. Idus Martij.

Eodem quoque anno Profeſſores quidam Græci, Hebræi & Chaldæi poſtularunt ab Vniuerſitate ſtipendium aliquod ſufficiens, vt poſſent illas diſciplinas profiteri: **quorum ſupplicationi annuit Natio Gallic.** ita ſcribente ſuo procuratore M. Ægidio Cordier de Riparia. *Quantum ad 1. punctum, &c. ſignanter voluit illud addi vt ſcilicet prouideretur aliquibus Doctoribus Græcis, Hebræis & Chaldæis de beneficio ſufficienti, vt poſſent per eoſdem in Vniuerſitate Pariſ. illa idiomata patefieri.*

Eodem anno legimus contentionem fuiſſe, diſcordiamque in Vniuerſitate occaſione Collationis Muneris Procuratorij in Parlamento vacantis per obitum M. Heberti Camus, quippe duo inſignes Magiſtri, Ioannes Bailly & Io. Paris ambo Procuratores in Parlamento illud ſibi conferri poſtulauerant, & Vniuerſitatem in varia ſtudia diſtraxerant. Natio Gallicana ſemper ſtetit pro Paris, vt intelligimus ex Actis ipſius, ſic ſcribente M. Philippo de Longolio Procuratore.

Die 21. menſis Nouemb. anno eodem (1430.) conuocata Vniuerſitate « per D. Rectorem tunc temporis M. Thomam de Courcellis in ſancto Ma- « thurino ſuper 4. artic. 1. ſuper expoſitione litterarum tranſmittendarum « ad Imperatorem & D. noſtrum Regem 2. ſuper facto priuilegiorum. 3. « ſuper collatione Officij Procuratoris in Parlamento vacantis per obitum «

" M. Heberti Camus. 4. Communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs,
1430. " Quamuis ipſa Vniuerſitas iam tribus vicibus fuerit conuocata per ipſum
" D. Rectorem & ſuum Prædeceſſorem ſuper iſto 3. art. videlicet ſuper
" Collatione ipſius Officij Procuratoris in Parlamento ſupplicantibus pro
" ipſo Officio diſcretis viris MM. Ioanne Bailliui & Ioanne Paris Procu-
" ratoribus in Parlamento, & Natio Franciæ Mater mea ſolemniter con-
" gregata in qualibet vice à maiori parte multo maturâ deliberatione
" præuia, elegit M. Io. Paris præfatum. *Quia tamen illis vicibus non fuit concor-*
" *dia in Vniuerſitate, aliquibus Nationibus & Facultatibus conferentibus ipſum*
" *Officium dicto M. Io. Bailliui, alijs ſimiliter Nationibus & Facultatibus con-*
" *ferentibus ipſi Paris, Natio* tamen Franciæ Mater mea præfata illa die ad
" partem tracta, vt moris eſt pro deliberando mota pluribus rationibus
" ibidem allegatis, iterum ſolemniter congregata quaſi vniformiter con-
" cluſit eligendo ipſum M. Io. Paris, voluitque ipſam Concluſionem ma-
" nere irreuocabilem & irretractabilem; immò quotienſcunque ipſa ma-
" teria poneretur in deliberatione per D. Rectorem, concluſit non deli-
" berare, ſed ſemper remanere in ſua Concluſione habita pro Paris. Et
" Ego Philippus de Longolio Procurator eiuſdem Nationis aſſero hæc ve-
" ra eſſe, & iſta die præfata concluſiſſe. Et de iſta Concluſione inſtrumen-
" tum petij à Venerabilibus MM. Ioan. Franciſci Theſaurario Senon. &
" Egidio Textoris Notarijs publicis, Magiſtris in Artibus Suppoſitis dictæ
" Nationis ad hoc præſentibus vnà cum Vener. viris MM. Egidio de Brena,
" Andrea Cotini, Io. Canelli, Guill. de Camera, Guill. de Longolio &
" quamplurimis alijs. PH. DE LONGOLIO. cum Syng.

RELIQVIÆ B. GVILLELMI.

Eodem anno poſt celebrationem Guillelmaliorum in Natione Gall. repoſitæ ſunt in Archa quædam litteræ Eccleſiæ Bituricenſis datæ anno 1399. quibus certior fiebat Natio vnam è Coſtis B. Guillelmi quondam Primatis Bituric. Patroni ſui fuiſſe de eius corpore extractam & ad ſe ab eadem Eccleſia tranſmiſſam. Rem ſic ſcribit M. Egidius Cordier, aliàs, *de la Riuiere*, Procurator eiuſdem Nationis.

Anno Domini 1430. Pontificatus ſanctiſſimi D. noſtri Martini Papæ V. an. 14. die ſolemnitatis Beatiſſimi Guillelmi Confeſſoris Archiepiſcopi Bituricenſis Patroni Nationis Franciæ quæ fuit 11. Ian. M. Ioannes Bourilleti aliàs Franciſci Magiſter in Artibus, Licentiatus in Decretis, Baccalarius in Theol. Decanus Prouinciæ Senon. in dicta Natione poſuit in Arca Nationis vnam litteram patentem ſanam & integram ſigillatam ſigillo ven. Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Bituricenſis & Tabellionatam, ſeu inſtrumentatam ſigno & ſubſcriptione diſcreti viri D. Guill. Eſturgandi Presbyteri Notarij publici Apoſtolici & Imperialis, ſub data Bituris in præfata Eccleſia anno Domini 1399. die 10. menſis Maij circa horam 9. poſt meridiem, continentem quod de capſa Reliquiarum vbi ſacrum Corpus dicti beatiſſimi Guillelmi mirabiliter collocatum quieſcit ***in dicta Eccleſia ad Altare in honorem eiuſdem Sancti fundatum exiſtentem, ipſa*** *capſa aperta fuit, capta & extracta & M. Ioanni Rouſſelli nomine Procuratorio Nationis Franciæ ad honorem B. M. V. & exaltationem dicti S. Guillelmi data & tradita vna de coſtis S. Guill. & etiam ob reuerentiam Ioannis Ducis Bituricenſis & amorem dictæ Nationis. Quæ coſta de præſenti tenetur in vaſe Chriſtallino & argenteo Imaginis B. Guillelmi Argenteæ deaurato ad dictam Nationem pertinentis teſtificantur illi qui ibidè fuerunt dum ponebatur, præſentes fuerunt quando litteræ poſitæ fuerunt in dicta Arca Ego Egidius Corderij aliàs de Riparia in Artibus Regens in dicta Facultate de Prouincia Remenſi & Procurator dictæ Nationis, M. Ioannes & Ego Procurator locum tenens Prouinciæ Remenſis, Ioa. de Valle, Decanus Turonenſis, Robertus Morge Decanus Bituricenſ. Ioannes Canelli Receptor dictæ Nationis, Egidius de Brena & Colinus Bedellus.*

De Iana Puella Aurelianenſi.

EOdem anno menſe Maio Iana Puella vulgò dicta Aurelianenſis in vrbe Compendienſi obſeſſa, cum erupiſſet; capta eſt à Burgundionibus, ſpemque fecit certiſſimæ Victoriæ. Quia verò Magiæ vulgo

Magiæ vulgo inſimulabatur, aliorumque criminum contra fidem, Vniuerſitas inſtigante M. Petro Cauchon Epiſcopo Beluacenſi ſuorum Priuilegiorum Conſeruatore ſcripſit ad Ducem Burgundum vti eam Eccleſiæ traderet examinique Chriſtianæ Religionis ſubmitteret; ſcripſit quoque ad Regem Henricum & ad ipſum Epiſcopum Beluacenſem datis litteris *die* 21. Nouemb. 1430. 1430.

Tandem die Martis 9. Ian. cœpit lis inſtrui aduerſus Ianam per Epiſcopum Beluacenſem, auditi teſtes, producta Inſtrumenta; quæ omnia ad Vniuerſitatem tranſmiſſa ſunt, vt ſuper ijs deliberaret. Illa verò habitis pluribus Comitijs negotium commiſit Facultatibus Theologiæ & Decretorum examinandum. Quibus Officio functis reque ad Comitia Generalia relata, Vniuerſitas ipſa non ſatis tamen cautè Inſtrumentum confecit quod ſequitur, vt habetur in MS. San-Victorino.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Huius præſentis publici Inſtrumenti cunctis pateat euidenter & ſit notum quod anno eiuſdem Domini 1431. Indictione 9. menſis verò Aprilis die 29. Sede Apoſtolica, vt aſſeritur, Paſtore carente ALMA VNIVERSITAS STVDII PARISIENSIS apud S. Bernardum ſuper 2. art. ſolemniter conuocata & congregata, Quorum quidem Articulorum primus & principalis erat ad audiendum litteras & quædam proponenda pro parte Chriſtianiſſimi Principis D. noſtri Regis, ac ſui Conſilij, ac DD. Iudicum in facto Proceſſus cuiuſdam Mulieris nomine Ioannæ vulgariter dictæ *La Pucelle*, in materia fidei & ſuper eiſdem deliberandis. Et 2. art. erat communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quibus Articulis ſic per venerandæ circumſpectionis virum M. Petrum de Gouda Magiſtrum in Artibus eiuſdem Vniuerſitatis Rectorem & in ipſa congregatione præſidentem expoſitis apertiſque & lectis litteris prædictis, & expoſita credentia in eiſdem litteris contenta per Organum alterius Ambaſſiatorum D. noſtri Regis, ſui Conſilij & Iudicum prædictorum ad eandem Vniuerſitatem deſtinatorum; ac lectis 12. articulis hîc inferius annotatis. Item D. Rector propoſuit & declarauit quod materia in articulis de quibus ſupra fit mentio contenta, erat magna & ardua fidem orthodoxam, Religionem Chriſtianam, ſacras Sanctiones concernens. Cuius determinatio & articulorum huiuſmodi qualificatio præcipuè ſpectabat & pertinebat ad venerandas Theologiæ, ſcilicet & Decretorum Facultates ſecundum ſuas profeſſiones, ſubiungendo quod dicta Vniuerſitas huiuſmodi materiæ determinationem & articulorum de quibus ſupra fit mentio qualificationem deliberaret, & concluderet prædictis Facultatibus communicationem. Quarum Facultatum Determinatio & Qualificatio ad eandem Vniuerſitatem per eaſdem, aut earum nominibus referretur. Quibus ſic expoſitis idem D. Rector omnia & ſingula **tunc in dicta Congregatione expoſita in omnium & ſingulorum** Magiſtrorum & Doctorum ibidem exiſtentium deliberationibus poſuit. Et deinceps *ſingulæ Facultates & Nationes ad partem in locis vbi in arduiſſimis cauſis & negotijs deliberandis hactenus congregari conſueuerunt ad deliberandum, tam ſuper præmiſſis quàm alijs, abierunt & receſſerunt facientes ſingulæ in eiſdem locis ſeſſionem publicam. Poſt quarum quidem Facultatum & Nationum maturam deliberationem, ſingulis deliberationibus earundem vt moris eſt, in communi publicatis & repetitis, tandem ſæpè dicta Vniuerſitas per Organum prælibati D. Rectoris ex concordi ſingularum Facultatum & Nationum deliberatione* concluſit quod prædictæ materiæ determinationem cum articulorum de quibus ſupra, qualificatione dictis Theologiæ & Decretorum Facultatibus committebat faciendam & eidem Vniuerſitati referendam. 1431.

Item anno & Indictione prædictis menſis Maij die 14. Sede Apoſtolica vt fertur, Paſtore carente, Præfata alma Vniuerſitate ſtudij Pariſ. apud S. Bernardum prædictum ſolemniter ſuper duobus articulis congregata, Quorum primus & principalis erat ad audiendum deliberationes

" venerandarum Facultatum Theologiæ ſcilicet & Decretorum prædi-
1430. " ctarum in materia fidei aliàs videlicet die 29. menſis Aprilis nouiſſime præ-
" teriti eiſdem ab prædicta Vniuerſitate commiſſa. Cuius quidem articuli
" materia per Organum dicti D. Rectoris luculenter & ſeriosè expoſita,
" idem Dominus requiſiuit dictas Facultates in eadem Congregatione præ-
" ſentes ſuas Determinationes in materia prædicta & articulorum qualifi-
" cationes in conſpectu dictæ Vniuerſitatis publicè aperirent & referrent.
" Quibus ſic vt præmittitur requiſitis veneranda Facultas Theologiæ per
" organum venerabilis, ac circunſpecti viri M. Ioannis de Trecis eiuſdem
" Facultatis Decani tunc vices gerentis reſpondit quod frequenter & vi-
" cibus iteratis quælibet prædictarum Theologiæ & Decretorum Facul-
" tatum tam in ſe tota quàm in Deputatis per eandem fuerat congregata
" ſuper materia prædicta pro determinatione habenda in eadem & qualifi-
" catione articulorum de quibus ſupra, facienda, & tandem quælibet ea-
" rumdem poſt maturam diuturnamque deliberationem determinauerunt
" per modum Doctrinæ ſuper præmiſſis modo & forma contentis de verbo
" ad verbum quodam quaterno Papyreo quam Præfatus M. Ioannes in
" ſuis manibus tenebat, ac publicè in conſpectu ipſius Vniuerſitatis le-
" gendam exhibuit altaque & intelligibili voce cum articulis de quibus ſu-
" pra qualificatis legi fecit. Quorum articulorum determinationem &
" qualificationum in prædicto Quaterno Papyreo contentorum tenores
" de verbo ad verbum ſequuntur & ſunt tales.

Sequuntur articuli de dictis & factis Ioannæ vulgariter nuncupatæ
LA PVCELLE.

" ET 1. Quædam Fœmina dicit & affirmat quod dum eſſet ætatis 13.
" annorum, vel circa, ipſa ſuis oculis corporalibus vidit ſanctum Mi-
" chaelem, eam conſolaturam, & quandoque S. Gabrielem in effigie corpo-
" rali apparentes: aliquando etiam vidit Angelorum magnam multitudinem;
" & ex tunc S. Catherina & Margareta ſe exhibuerunt eidem fœminæ cor-
" poraliter videndas; quas etiam quotidie videt, & earum voces audit, &
" eas quandoque amplexata eſt & oſculata ſenſibiliter & corporaliter, tan-
" gendo verò dictorum Angelorum & Sanctarum capita vidit; de reſiduis
" autem partibus earum, aut veſtimentis nihil dicere voluit: quodque
" prædictæ ſanctæ Catharina & Margareta aliquando eam fuerant allocu-
" tæ ad fontem quendam iuxta arborem magnam communiter appellatam
" *l'Arbre des Fées*, de quibus fonte & arbore fama eſt diuulgata, quod fa-
" tales Dominæ ibidem frequentant, & plures febricitantes ad dictos fon-
" tem & arborem accedunt causâ recuperandæ ſanitatis, quamuis ſiti ſunt
" in loco profano, quas ibi & alibi pluries venerata fuit & eis reuerentiam
" exhibuit. Dicit inſuper quod ſanctæ Catharina & Margareta prædictæ
" apparent & ſe monſtrant ei coronatas pulcherrimis coronis & pretioſis,
" & à tempore prædicto, ac pluries deinceps dixerunt eidem fœminæ de
" mandato Dei, quod oportebat eam accedere ad quendam Principem
" ſecularem promittendo quod eiuſdem fœminæ auxilio & laboribus me-
" diantibus dictus Princeps vi armorum magnum dominium temporale &
" honorem mundanum recuperaret, ac victoriam de aduerſarijs ſuis obti-
" neret: quodque idem Princeps dictam fœminam reciperet, & arma cum
" exercitu armatorum eidem aſſignaret pro executione præmiſſorum. In-
" ſuper dictæ ſanctæ Catharina & Margareta præceperunt eidem fœminæ
" de mandato Dei quod aſſumeret & portaret habitum viri quem portauit
" & adhuc portat, præcepto huiuſmodi obediendo perſeueranter, in tan-
" tum quod ipſa fœmina dixit ſe malle mori quàm eiuſmodi habitum re-
" linquere; hoc ſimpliciter dicendo aliquociens & aliquando, niſi hoc eſſet
" de mandato Dei. Præelegit etiam non intereſſe Miſſarum Officijs & ce-
" rere ſacra communione Euchariſtiæ in tempore per Eccleſiam fideli-
" bus ordinato ad huiuſmodi Sacramentum recipiendum, quàm habitum

muliebrem reſumere & virilem relinquere, fauentes etiam dictæ fœminæ in hoc quod ſinè ſcitu & contra voluntatem Parentum ſuorum; dum eſſet ætatis 17. ann. vel eo circà domum paternam egreſſa fuit, ac multitudim hominum arma ſequentium ſociata die nocteque cum eis conuerſando nunquam, aut rarò aliam mulierem ſecum habens. Et alia multa dictæ ſanctæ dixerunt & præceperunt eidem mulieri; propter quæ dicit ſe miſſam Deo cœli & Eccleſia victorioſa Sanctorum iam beatitudine fruentium quibus ſubmittit omnia benefacta ſua; militanti verò Eccleſiæ ſe ſua facta & dicta ſubmittere diſtulit & recuſauit pluries ſuper requiſita & monita, dicens quod impoſſibile eſt eidem fœminæ facere contrarium illorum quæ affirmauit in proceſſu ſuo ſe de mandato Dei feciſſe: neque de his ſe referet determinationi, aut Iudicio cuiuſcunque viuentis, ſed tantummodo Iudicio Dei; quodque eidem fœminæ reuelauerunt quod ipſa ſaluabitur in gloria Beatorum & ſalutem animæ ſuæ conſequetur ſi virginitatem quam eiſdem vouit prima vice quâ eas vidit & audiuit, ſeruauerit, occaſione cuius reuelationis aſſerit ſe certam de ſalute ſua, ac ſi eſſet præſentialiter & de facto in Regno cœlorum. •

Item dicta fœmina dicit quod ſignum, quod habuit Princeps ad quem mittebatur, per quod determinatus fuit ad credendum & de ſuis reuelationibus, & ad eam recipiendam pro bellis agendis, fuit quod S. Michaël ad eundem Principem acceſſit aſſociatus Angelorum multitudine, quorum quidam habebant coronas, & alij habebant alas; cum quibus erant SS. Catharina & Margareta, qui Angelus & fœmina ſupra terram per viam gradus & cameram ſimul longo itinere gradiebantur alijs Angelis & prædictis ſanctis concomitantibus ad eidem Principi coronam precioſiſſimam de auro precioſiſſimo tradendum. Idem Angelus tradidit, & coram dicto Principe Angelus ſe inclinauit eidem reuerentiam exhibendo. Et vna vice dicit quod quando Princeps ſuus habuit ſignum, ipſa cogitat quod tunc ſolus erat, quamuis ſatis prope plures alij intereſſent, & alia vice quod provt credit, vnus Archiepiſcopus recepit illud ſignum coronæ & tradidit præfato Principi, præſentibus & videntibus pluribus Dominis temporalibus.

Item dicta fœmina cognouit & certa eſt quod ille qui eam viſitat, eſt S. Michaël, per bonum conſilium, confortationem & bonam doctrinam quas prædictus Michaël eidem fœminæ dedit & fecit; ac per hoc quod ipſe nominauit ſe dicendo quod ipſe erat Michaël: & ſimiliter SS. Catherinam & Margaretam cognoſcit diſtinctè ab inuicem per hoc quod ſe nominauit & eandem ſalutent; propter quæ de S. Michaële ſibi apparente credit quod ipſe eſt S. Michaël, & dicta eius Michaëlis & facta vera ſunt & bona, ęquè firmiter ſicut ipſa credit quod D. noſter Ieſus Chriſtus paſſus fuit & mortuus pro noſtra redemptione.

Item dicta fœmina dicit & affirmat quod ipſa eſt certa de quibuſdam futuris merè contingentibus quæ euenient, ſicut ipſa eſt certa de ijs quæ actu videt ante; ſed & de aliquibus occultis iactat ſe habere & habuiſſe notitiam per reuelationes verbo tenus ſibi factas per voces ſanctarum Catherinæ & Margaretæ, puta quod liberabitur à carceribus, & quod Gallici facient pulcrius factum in ſua ſocietate quàm vnquam fuit factum per totam Chriſtianitatem, quod etiam nomine demonſtratur. per reuelationem, provt dicit, aliquos homines cognouit; quos nunquam antè viderat, & quod reuelauit & manifeſtauit quendam enſem abſconditum in terra.

Item dicta fœmina dicit & affirmat quod de mandato Dei & eius beneplacito aſſumpſit & portauit, ac continuè portat & veſtit habitum ad vſum viri. Et vlterius dicit quod ex quo habebat de mandato Dei deferre habitum viri, oportebat eam accipere tunicam borream, capucium, gipponem, bracchas & caligas cum aiguilletis multis capitis ſui ſuper ſummitates aurium ſciſſis in rotundum nihil ſupra corpus ſuum relinquendo quod ſexum fœminam approbet, aut demonſtret, propter ea quæ natura

1431.

" eidem fœminæ contulit ad fœminei ſexus diſcretionem: quodque in præ-
1431. " dicto habitu pluries Euchariſtiam recepit, nec voluit, aut vult habitum
" mulierum reſumere pluries ſuper hoc charitatiuè requiſita & monita, di-
" cens quod mallet mori quàm habitum virilem dimittere aliquotiens ſim-
" pliciter dicendo & aliquando niſi eſſet de mandato Dei, & quod ſi in ha-
" bitu viri eſſet inter eos pro quorum parte aliàs ſe armauit & faceret ſicut
" ante captionem ſuam & detentionem, hoc eſſet vnum de maximis bonis
" quod euenire poſſet toti Regno Franciæ, addendo quod pro nullâ re
" mundi faceret iuramentum de non portando habitum viri, & de non ar-
" mando ſe. Et in omnibus præmiſſis dicit ſe benè feciſſe & benè facere,
" obediendo Deo & mandatis eius.

" Item confitetur & aſſerit dicta fœmina quod ipſa multas literas ſcribi
" fecit, in quarum quidem hæc nomina IESVS, MARIA, cum ſigno Crucis
" apponebantur; & aliquociens crucem apponebat & tunc nolebat quod
" fieret illud quod fieri mandabatur in ſuis literis. In alijs ſcribi fecit quod
" ipſa interfici faceret eos qui non obedirent literis, aut monitionibus ſuis;
" & quod ad ictus præcipietur quis habeat potius ius à Deo cœli & frequen-
" ter dicit quod ipſa nihil fecit niſi per reuelationem & mandatum Dei.

" Item dicta fœmina dicit & confitetur quod dum eſſet ætatis annorum
" 17. vel eo circa, ipſa ſpontaneè & per reuelationem provt dicit, acceſſit
" ad quendam Scutiferum quem nunquam antea viderat, relinquendo Pa-
" ternam domum contrà Parentum ſuorum voluntatem; qui quamprimum
" eius receſſum recognouerunt, fuerunt pene demẽtes facti: quem quidem
" Scutiferum dicta fœmina requiſiuit quatenus eam duceret, aut duci fa-
" ceret ad Principem de quo prius dicebatur. Et tunc dictus Armiger Ca-
" pitaneus dictæ fœminæ tradidit habitum viri cum vno enſe ad reque-
" ſtam ipſius fœminæ & pro conducendo eam deputauit & ordinauit vnum
" militem, vnum ſcutiferum & 4. famulos qui dum veniſſent ad Principem
" ante dictum, dicta fœmina dicit & eidem Principi quod ipſa volebat du-
" cere guerram contra aduerſarios ſuos promittendo eidem quod ipſum
" poneret in magno dominio & ſuos inimicos ſuperaret: & quod ad hoc
" erat miſſa à Deo cœli dicens quod in præmiſſis benefecit de mandato Dei
" & per reuelationem.

" Item dicta fœmina dicit & confitetur quod ipſa nemine eam pellente,
" aut cogente ſe præcipitauit de turri quadam altiſſima malens mori quàm
" tradi in manus aduerſariorum ſuorum & quàm viuere poſt deſtructionem
" Villæ Compendij. Dicit etiam quod non potuit euitare huiuſmodi præ-
" cipitium, & tamen SS. Catherina & Margareta prædictæ eidem prohi-
" buerunt ne ſe præcipitaret deorſum, quas offendere dicit eſſe magnum
" peccatum: ſed bene ſcit quod huiuſmodi peccatum fuit ſibi dimiſſum
" poſtquam de hoc confeſſa eſt; & de hoc dicit ſe habuiſſe reuelationem.

" Item quod dicta fœmina dicit & affirmat quod prædictæ ſanctæ Ca-
" therina & Margareta promiſerunt ſibi quod ducerent eam in Paradiſum
" ſi bene ſeruaret Virginitatem quam eis vouit tam in corpore quàm in ani-
" ma, & de hoc dicit ſe eſſe ita certam ſicut ſi iam eſſet in gloria beato-
" rum, nec putat ſe feciſſe opera peccati mortalis. Nam ſi ipſa eſſet in pec-
" cato mortali, ſanctæ Catharina & Margareta prædictæ, vt ſibi videtur,
" eam non viſitarent, ſicut cotidiè viſitant.

" Item dicta fœmina dicit & affirmat quod Deus diligit quoſdam Deter-
" minatos, nec nominatos adhuc viatores & plus eos diligit quam faciat
" eandem fœmina: & hoc ſcit per reuelationem SS. Catharinæ & Marga-
" retæ quæ loquuntur & frequenter Gallicum non Anglicum cum non ſint
" de parte eorum. Et poſtquam ſciuit per reuelationem quod Voces erant
" pro Principe de quo ſupra, non dilexit Burgundos.

" Item dicta fœmina dicit & confitetur quod vocibus & ſpiritibus præ-
" dictis quos Michaëlem, Gabriëlem, Catherinam & Margaretam vocat,
" ipſa reuerentiam pluries exhibuit genua flectendo, capût diſcooperiendo,
" oſculando terram ſupra quam gradiebantur, ac eis vouendo virginitatem;

quandoque eaſdem Catharinam & Margaretam amplexando & oſculando: & tetigit eas corporaliter & ſenſibiliter, & petijt ab eis conſilium & auxilium, eas quandoque inuocando, quamuis frequenter eam viſitent non inuocatæ: & acquieſcit atque obedit earum conſilijs & mandatis: atque acquieuit ab initio ſine petendo conſilium à quocunque puta à Patre, vel à Matre, Curato vel Prælato, aut aliocunque Eccleſiaſtico. Et nihilominus firmiter credit quod voces & reuelationes quas habuit per huiuſmodi Sanctos & Sanctas, veniunt à Deo & ex eius ordinatione; & ęquè firmiter hoc credit ſicut fidem Chriſtianam: & quod Dominus noſter I. C paſſus fuit mortem pro nobis adiungendo quod ſi malignus Spiritus ei appareret qui ſe eſſe S. Michaëlem fingeret, ipſa bene ſciret diſcernere an eſſet S. Michaël, an non. Dicit etiam eadem fœmina quod ad petitionem ſuam nullo alio compellente, aut requirente ipſa iurauit SS. Catharinæ & Margaretæ quæ ſibi apparebant quod non reuelaret ſignum coronæ quod erat dandum Principi ad quem mittebatur. Et in fine dicit quod niſi haberet licentiam de reuelando.....

Item dicta fœmina dicit & affirmat quod ſi Eccleſia vellet quod ipſa faceret aliquid contrarium præcepto quod dicit ſibi fuiſſe factum à Deo, ipſa non faceret illud pro quacunque re, affirmando quod ipſa bene ſcit quod ea quæ continentur in ſuo Proceſſu, veniunt per præceptum Dei, quodque eidem eſſet impoſſibile facere contrarium eorum, neque de ijs ſe tale referre ad determinationem Eccleſiæ militantis, aut quemcunque hominem mundi, ſed ad ſolum Deum Dominum noſtrum cuius præcepta ſemper faciet præcipuè quoad materiam reuelationum & eorum quæ dicit ſe feciſſe per reuelationes. Et hanc reſponſionem & alias reſponſiones dicit ſe non feciſſe imitando proprio capiti; ſed eaſdem Reſponſiones fecit & dedit de præcepto vocum & reuelationum ſibi factarum; quamuis dictæ fœminæ per Iudices & alios ibidem præſentes ſępius fuerit declaratus articulus fidei qui eſt, VNAM S. ECCLESIAM CATHOLICAM, eidem exprimendo quod quilibet fidelis viator tenetur obedire, & facta & dicta ſua ſubmittere Eccleſiæ militanti præcipuè in materia fidei, & quæ tangit Doctrinam ſacram & Eccleſiaſticas ſanctiones.

Sequuntur deliberata & Concluſa per ſacram Facultatem Theologicam.

IN Vniuerſitate Pariſ. in qualificationibus articulorum de dictis & factis Ioannæ vulgariter dictæ LA PVCELLE compoſitorum, & ſuperius deſcriptorum. Quas Qualificationes & per eandem Facultatem deliberata & concluſa omniaque & ſingula hanc materiam concernentia ſubmittit dicta Facultas omnimodæ determinationi D. noſtri ſummi Pontificis & ſacroſancti Generalis Concilij. Et 1. quoad 1. Articulum dicit ipſa Facultas **per modum doctrinæ, penſatis fine, modo & materia reuelationum**, qualitate perſonæ, ac loco cum alijs circunſtantijs. Quod vel ſunt ficta mendacia, ſeductoria & pernicioſa, vel prædictæ apparitiones & reuelationes ſunt ſuperſtitioſæ à malignis ſpiritibus & diabolicis Belial, Sathan & Behemoth procedentes.

Item quoad 2. Articulum, quod illud quod continet, non videtur verum: imò potius eſt mendacium preſumptuoſum, ſeductorium, pernicioſum & fictum, ac Angelicæ dignitatis derogatiuum.

Item quoad 3. Articulum; quod non ſunt ſufficientia ſigna in eo contenta, & dicta fœmina leuiter credit, ac temerè aſſerit. Inſuper in comparatione quam facit, malè credit & errat in fide.

Item quoad 4. art. quod in eo continetur ſuperſtitio diuinatoria & præſumptuoſa aſſertio cum inani iactantia.

Item quoad 5. Art. quod dicta fœmina eſt blaſphema in Deum & contemptrix Dei in ſuis Sacramentis, Legis diuinæ, ac ſacræ Doctrinæ, ac Sanctionum Eccleſiaſticarum præuaricatrix malè ſapiens & errans in fide & ſe iactans inaniter. Et habenda eſt ſuſpecta de Idololatria, ac

1431.

" execratione ſui ad cultum ſacrum dæmonibus, ritum Gentilium mu-
1431. " tando.

" Item quoad 6. artic. quod dicta fœmina eſt proditrix, doloſa, crude-
" lis & ſitibunda effuſionis ſanguinis humani, ſeditioſa & ad tyrannidem
" prouocans, blaſphematrix Dei in mandatis & reuelationibus ſuis.

" Item quoad 7. art. quod dicta fœmina eſt impia in parentes, præuari-
" catrix præcepti de honoratione parentum, ſcandaloſa, blaſphema in
" Deum, & errat in fide, ac temerariam & præſumptuoſam promiſſionem
" fecit.

" Item quod in octauo Articulo continetur puſillanimitas vergens in
" deſperationem interpretatiuè in ſui ipſius homicidium, præſumptuoſa &
" temeraria aſſertio de remiſſione culpæ prætenſa, & quod dicta fœmina
" malè ſentit de libertate humani arbitrij.

" Item quod in 9. artic. continetur præſumptuoſa, ac temeraria aſſertio,
" ac mendacium pernicioſum, & contradicit ſibi in præſenti articulo, ac
" malè ſapit in fide.

" Item quod in decimo artic. continetur præſumptuoſa Aſſertio, ac te-
" meraria, diuinatio ſuperſtitioſa, blaſphema in ſanctas Catharinam &
" Margaretam, & tranſgreſſio præcepti de dilectione proximi.

" Item quoad vndecimum artic. quod dicta fœmina, ſuppoſito quod Re-
" uelationes & apparitiones de quibus ſe iactat, habuerit cum terminatis
" circa primum articulum, eſt idololatra, inuocatrix dæmonum, & errat in
" fide, temerè aſſerit & illicitum emiſit iuramentum.

" Item quoad 12. art. quod dicta fœmina eſt Schiſmatica malè ſentiens
" de vnitate & auctoritate Eccleſiæ, Apoſtatatrix & huc vſque pertinaci-
" ter errat in fide.

" Sequitur deliberatio & determinatio per modum Doctrinæ veneran-
" dæ Facultatis Decretorum in Vniuerſitate Pariſ. ſuper 12. articulis dicta
" & facta Ioannæ vulgariter dictæ *La Pucelle*, concernentibus ſupra anno-
" tatis & deſcriptis: quas deliberationem & determinationem ſubmittit
" dicta Facultas Ordinationi & Determinationi ſummi Pontificis, ſanctæ
" Sedis Apoſtolicæ, ac ſacroſancti Generalis Concilij. Si dicta fœmina
" compos ſui affirmauerit pertinaciter propoſitiones in 12. articulis ſupra-
" dictis declaratas & facta contenta in eiſdem opere adimpleuerit, viſitatis
" diligenter propoſitionibus ſupradictis videtur Facultati Decretorum
" per modum conſilij, vel doctrinæ Charitatiuè loquendo.

" 1. Quod dicta fœmina eſt Schiſmatica, cum Schiſma ſit illicita diuiſio
" per inobientiam ab vnitate Eccleſiæ facta, & ipſa ſe ſeparat ab obedien
" tia Eccleſiæ militantis, provt dicit, *&c.*

" Item quod ipſa fœmina eſt erronea in fide: contradicit articulo fidei
" contento in ſymbolo minori VNAM SANCTAM CATHOLICAM, & vt ait
" B. Hieronymus *contradicens huic articulo, ſe non ſolum imperitum, maliuolum*
" *& non Catholicum, ſed hæreticum comprobabit.*

" Item & quod ipſa fœmina eſt etiam apoſtatatrix, tum quia comam
" quam Deus ſibi dedit ad velamen, malo propoſito amputari ſibi fecit; tum
" etiam quia eodem propoſito relicto habitu muliebri, virorum habitum
" imitata eſt.

" Item & quod ipſa fœmina eſt mendoſa, ac diuinatrix, cum dicit ſe miſ-
" ſam à Deo & loqui Angelis, ac Sanctis & non oſtendit per operationem
" miraculi, vel ſcripturæ teſtimonio ſpeciali, vnde cum Dominus vellet
" mittere Moyſen in Ægyptum ad filios Iſraël vt crederent ei quod mitte-
" retur ab ipſo, dedit eis ſignum vt conuerteret virgam in colubrum &
" colubrum in virgam.

" Iterum vt reformaret Ioannes quoque Baptiſta ſpeciale ſuæ Miſſionis
" teſtimonium, protulit ex ſcriptura dicens. *Ego vox clamantis in deſerto, di-*
" *rigite vias Domini, ſicut ait*, Iſaias Propheta.

" Item & quod ipſa fœmina præſumptione Iuris & de iure errat in fide:
" tum primo cum ipſa ſit anathema authoritate Eccleſiaſtica, remanſitque

in

in eodem ſtatu per magna tempora; tum 2. quia dicit ſe malle non reci- « 1431.
pere corpus Chriſti & non confiteri tempore ſtatuto per Eccleſiam quàm «
dimiſſo habitu virili, reaſſumere habitum mulierum. Eſt etiam vehemen- «
tiſſimè ſuſpecta de hæreſi & ſuper articulis fidei diligenter examinanda. «

Item etiam ipſa fœmina errat in hoc quod dicit ſe eſſe ita certam quod «
ducetur in Paradiſum, ſicut ſi iam eſſet in gloria Beatorũ, cum in iſta pere- «
grinatione an viator laude, vel ęrumna dignus ſit, ignoretur, ſed à ſolo ſu- «
premo Iudice cognoſcitur. Quare ſi prædicta fœmina Charitatiuè exhor- «
tata & debitè monita à Iudice competenti ad fidei Catholicæ vnitatem «
ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium dicti Iudicis publicè ab- «
iurare & ſatisfactionem congruam noluerit exhibere, ſecularis Iudicis ar- «
bitrio eſt relinquenda, debitã receptura pro qualitate facinoris vltionem. «

Poſt quorum Articulorum, determinationum & qualificationum lectu- «
ram prædictus D. Rector publicè & alta vocè petijt à prædictis veneran- «
dis Facultatibus Theologiæ & Decretorum, ſi prædictæ deliberationes, «
determinationes & qualificationes, ſic vt præmittitur lectæ in prædicto «
quaterno, eſſent ſic deliberatæ & concluſæ per prædictas Facultates. «
Quo audito dictæ Facultates ſeorſum reſponderunt; videlicet Facul- «
tas Theologiæ per organum prædicti M. Ioannis de Trecis: Et Facul- «
tas Decretorum per organum venerabilis viri M. Guerouldi Boiſſe- «
leti eiuſdem Decretorum Facultatis Decani, quod prædictæ Deter- «
minationes & Qualificationes erant determinationes & qualificatio- «
nes datæ & concluſæ per prædictas Facultates. Quibus ſic dictis, præ- «
dictus D. Rector aperuit & declarauit qualiter prædicta Vniuerſitas «
prædictam materiam, Determinationes & Qualificationes articulo- «
rum, de quibus ſupra, facientibus prædictis Theologiæ & Decreto- «
torum Facultatibus aliàs vt dictum eſt, commiſerat, & quod ipſa Vniuer- «
ſitas prædictas Determinationes & Qualificationes, ſic vt præmittitur, «
per prædictas Theologiæ & Decretorum Facultates factas, gratas & ra- «
tas haberet & ſuas reputaret. Quibus hoc in effectu & ſubſtantia ſimili- «
bus ita dictis, dictus D. Rector omnia & ſingula in dicta Congregatione «
expoſita, dicta & narrata in omnium & ſingulorum Magiſtrorum & Do- «
ctorum ibidem exiſtentium deliberationibus poſuit. Et deinceps *ſingulæ* «
Facultates & Nationes ad partem in locis vbi in arduiſſimis Cauſis & negotijs «
deliberandis hactenus congregari conſueuerunt ad deliberandum tam ſuper præ- «
miſſis quàm pluribus alijs arduis negotijs ipſam Vniuerſitatem tangenti- «
bus abierunt & receſſerunt; *facientes ſingulæ in eiſdem locis Seſſionem ſoli-* «
tam. Poſt quarum quidem Facultatum & Nationum maturam diutur- «
namque deliberationem *ſingulis deliberationibus earundem*, vt moris eſt in «
communi publicatis & repetitis, tandem præfata Vniuerſitas per orga- «
num dicti D. Rectoris *ex concordi ſingularum Facultatum & Nationum de-* «
liberatione concluſit **quod prædictas Determinationes & Qualificationes** «
per dictas Theologiæ & Decretorum Facultates, ſic vt prędmittitur, factas «
ratas & gratas habebat, ac etiam ſuas reputabat. De & ſuper quibus præ- «
miſſis omnibus & ſingulis venerandarum circunſpectionum viri MM. «
Ioannes Pulcri-Patris, Iacobus Textoris & Nicolaus Midy ſacræ Theo- «
logiæ Profeſſores petierunt & eorum quilibet petijt ſibi fieri atque tradi «
publicum inſtrumentum, ſeu publica Inſtrumenta vnum, vel plura per «
nos Notarios publicos infra ſcriptos. Acta fuerunt hæc Pariſius vbi ſupra «
ſub anno, Indictione, diebus & menſibus prædictis præſentibus ibidem «
venerabilibus, ac circunſpectis viris DD. & MM. videlicet dum præ- «
miſſa dicta die 29. menſis Aprilis fierent, Petro de Dierreyo ſacræ Theo- «
logiæ Profeſſore, Guerouldo Boiſſelleti Decretorum Doctore, Henrico «
Tybour in Artibus & Medecina Magiſtro, Ioanne Barrey, Gerobſo de «
Holle & Richardo Abeſſore in Artibus Magiſtris; Io. Vacheret princi- «
pali Bedello venerandæ Facultatis Theologiæ, & Bœmundo de Lutrea «
principal Bedello venerandæ Nationis Gallicanæ. Et dum alia præ- «
dicta die 14. menſis Maij dicerentur & fierent, Ioanne Soquet, Ioan. «

1431. » Graueſtain in ſacra Pagina Profeſſoribus, prædicto Guerouldo Boiſſelli, » Symone de Mara in Artibus & Medicina Magiſtro, Andrea Pelé, Guil. » lelmo Ohochart, Iacobo Nutritoris, Io. Trop-Hardy & Martino Be. » reth in Artibus, cum aliorum Doctorum & Magiſtrorum multitudine » copioſa; nec non prædictis Ioanne Vacheret & Boëmundo de Lutrea Be. » dellis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Sic ſignatum.

» Et Ego Ioannes Bourilleti dictus Franciſci Preſbyter Magiſter in Ar. » tibus & licentiatus in Decretis, ac Bacalarius in Theologia, Publicuſ. » que Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, præmiſſis omnibus & » ſingulis dum ſic vt præmittitur in dictis Congregationibus Vniuerſitatis » dicerentur, exponerentur, in eius deliberatione ponerentur & per ean. » dem deliberarentur & concluderentur, vnà cum venerabili viro M. Mi. » chaële Heberti Clerico Rothomagenſis Diœceſis Magiſtro in Artibus, » publico Apoſtolica & Imperiali authoritate, ac almæ Vniuerſitatis Pa. » riſ. prædictæ Notario & Scriba teſtibus infraſcriptis præſens interfui, ea. » que ſic fieri vidi & audiui: & ideo Huic publico præſenti Inſtrumento » exinde confecto manu alterius fideliter ſcripto ſignum meum appoſui » conſuetum, hîc me propria manu ſubſcribendo in fidem & teſtimonium » veritatis requiſitus & rogatus. Io. Bovrilleti.

» Et me Michaële Heberti Clerico Rothomagenſis Diœceſis Magiſtro » in Artibus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus, ac almæ Vniuerſitatis » ſtudij Pariſienſis publico Notario & Scriba. Qui præmiſſis omnibus & » ſingulis, dum ſic vt premittitur in dicta Vniuerſitate dicerentur & expone. » rentur, & in eius deliberatione ponerentur & per eandem deliberaren. » tur & concluderentur vnà cum venerabili viro M. Ioanne Bourilleti dicto » Franciſci Notario publico & teſtibus ſupraſcriptis præſens interfui, ea. » que ſic fieri vidi & audiui. Ideo exinde confecto huic præſenti publico » inſtrumento manu mea propria ſcripto, ſignum meum appoſui conſue. » tum, hîc me ſubſcribendo in fidem & teſtimonium veritatis præmiſſo. » rum requiſitus & rogatus, Hebert.

» Scripſit quoque eadem Vniuerſitas ad Henricum Regem his verbis.

A Tres-excellent, tres-haut, & tres-puiſſant Prince, le Roy de France & d'Angleterre, noſtre tres-redouté & ſouuerain Seigneur.

TRes-excellent, tres-hault & tres-puiſſant Prince, tres-redouté & ſouuerain Seigneur & Pere. Voſtre Royale excellence ſur toutes choſes, doit eſtre ſoigneuſement appliquée à conſeruer l'honneur, reuerence & gloire de la diuine Majeſté & de la ſainte Foy Catholique entierement; En faiſant extirper erreurs, faulſes doctrines & toutes autres offenſes contraires. En ce continuant vôtre Hauteſſe en tous ſes affaires trouuera par effet, aide, ſecours & proſperité par ſa grace haultaine, auec grand accroiſſement de voſtre hault renom, ayant à ce conſideration voſtre tres-noble magnificence, la mercy ſouueraine à maint bon œuure commencé touchant noſtre ſainte Foy. C'eſt auſſi le procez Iudiciaire contre telle femme que on nomme La Pvcelle *& ſes eſclandes, faultes & offenſes, ainſi connuës & manifeſtes en tout ce Royaume, dont nous auons eſcrit par pluſieurs fois la forme & maniere, duquel procez nous auons ſçeu auſſi le contenu & demené à celuy par lettres à nous baillées & la relation faite de par voſtre Excellence en noſtre aſſemblée ſolemnelle par nos Suppoſts tres-honorez & Reuerends Maiſtres Iean Beau-pere, Iacques de Lorraine & Nicole Midy Maiſtres en Theologie, & leſquels auſſi nous ont donné & relaté reſponſe ſur les aultres poincts, dont ils eſtoient chargiez. Et en verité oye icelle Relation & bien conſideré, il nous a ſemblé auoir eſté ou fait d'icelle femme tenuë grande crainte, ſaincte & iuſte maniere de proceder, & dont chacun doit eſtre bien content. Et de toutes ces choſes nous rendons graces tres-humblement à icelle Majeſté ſouueraine, premierement, en aprés à voſtre tres-haute Nobleſſe de humbles & loyales affections, & finablement à tous ceux qui pour la reuerence diuine*

ont mis leur peine, labeur & diligence en ceſte matiere au bien d'icelle ſainte Foy. Mais au ſurplus noſtre tres-redoubté & ſouuerain Seigneur, ſelon ce que par 1431.
vos-dites lettres & iceux Maiſtres Reuerends, vous a pleu nous mander, enioindre & requerir: Nous aprés pluſieurs commorations, grandes & meures deliberations ſur les Poincts, Aſſertions & Articles, qui baillez & expoſez nous ont eſté, & ſommes touſiours preſts à nous employer entierement en telles matieres touchant directement noſtredite Foy, comme auſſi noſtre Profeſſion le veult expreſſement & de tous temps l'auons monſtré de tous nos pouoirs. Et ſe aucune choſe reſtoit ſur ce à dire ou expoſer de par nous; Iceux Reuerends & Honorez Maiſtres qui de preſent retournent par deuers voſtre Noble Hauteſſe, leſquels ont eſté preſens à noſdites deliberations, pourront plus amplement declairer, expoſer & dire ſelon icelle noſtre entention tout ce que appartiendra; Auſquels il plaira à voſtre Magnificence adiouſter foy, en ce que dit eſt pour cette fois de par nous & iceulx auoir ſingulierement recommandez. Car veritablement ils ont fait és choſes deſſuſdites tres-grande diligence, par ſaintes & entieres affections, ſans eſpargner leurs peines, perſonnes & facultez & ſans auoir égart aux grands & eminens perils, qui ſont és chemins notoirement. Et auſſi par le moyen de leurs grandes Sapiences, ordenées & diſcretes prudences. Cette matiere a eſté & ſera, ſe Dieu-plaiſt, conduite iuſques enfin, ſagement, ſaintement & raiſonnablement. Toutesfois finablement nous ſuppliions à voſtre excellente Hauteſſe, que tres diligemment cette matiere ſoit par Iuſtice menée à fin briefuement. Car la longueur en verité & dilation eſt tres-perilleuſe & ſi eſt trop neceſſaire ſur ce notable & grande reparation, à ce que le Peuple qui par icelle femme a eſté moult ſcandaliſé, ſoit reduit à bonne & ſainte Doctrine & credulité. Tout à l'exaltation & integrité de noſtredite foy, & à la loüange d'icelle eternelle diuinité, qui voſtre Excellence veuille maintenir par ſa grace en proſperité iuſques en gloire perdurable. Eſcrit à Paris en noſtre Congregation ſolemnellement celebrée à S. Bernard, le 14. iour de May l'an 1431.

Signé HEBERT.

Voſtre tres-humble Fille
l'Vniuerſité de Paris.

Eadem die menſe & anno eadem Vniuerſitas ad Epiſcopum Beluacenſem ſic ſcripſit.

REVERENDO in Chriſto Patri & D. D. Epiſcopo Beluacenſi. Paſto-
ralis vigilantiæ laborem ſedulum, Reuerende Pater & Domine, ſin-
gulariſſimæ Charitatis feruor immenſus incitare probatur vbi ſtabili con-
ſtantiſſimaque ſolertia ad fidei ſacræ tutamen non deſiſtit operari ſoli-
diſſima Rectitudo Pia affectione publicæ ſalutis. Probatum ſiquidem ex-
titit ſinceriſſimi veſtri feruoris viride celeberrimumque certamen quo
tandem vrgente validiſſima probitate ad veſtræ Iuſtitiæ manus mulier
illa quæ *Puella* vociferatur, properante gratia Chriſti deducta eſt, per
cuius latiſſimè diſperſum virus ouile Chriſtianiſſimum totius ferè occi-
dentalis orbis affectum manifeſtatur. Cui obſiſtere palam non defuit ve-
ri Paſtoris operas exercere curans veſtræ Reuerentiæ ſolicitudo perui-
gilis. Aduerſus autem perfidæ illius mulieris graues offenſas, proceſſus
inceptos, formamque & deductionem eorum cum nonnullis aſſertioni-
bus, propoſitionibus ſeu articulis atque D. noſtri Regis, veſtræ etiam
Reuerendæ Paternitatis litteris Credentijs & requeſtis, nobis palam
eleganterque expoſuerunt famoſiſſimi ſacræ Theologiæ Doctores &
alumni noſtri MM. Ioannes Pulcri Patris, Iacobus Textoris & Nicolaus
Midy. Poſt eorum verò ſuſceptos ad plenum ſermones maximarum Reue-
rendæ veſtræ Dominationi gratiarum largitionem diſpoſuimus exhibe-
re, quæ celeberrimi huius operis ad diuini nominis exaltationem, fidei
orthodoxæ integritatem & gloriam & totius Populi fidelis ſaluberrimam
ædificationem neſcit quomodolibet pigritare, formam inſuper, proceſ-
ceſſum, laborem ſacriſque conformem iuribus attendentes maximis

» & diſertiſſimis prudentijs emanatum comprobauimus. Omnes etiam quas
1431. » literarum, ſeu propriæ vocis oraculo Præfati Doctores porrexerunt Re-
» queſtas ob eiuſdem D. noſtri Regis contemplationem, Reuerendæque
» veſtræ Dominationis fauorem vetuſtum gratiſſimè conceſſimus ſinceris
» optantes affectibus Reuerendæ Paternitati veſtræ in ſingulis pro viribus
» complacere. Verum ſuper materia principali plurimas deliberationes
» quàm gratiſſimas habere curauimus, vbi materia agitata pluries libera-
» que veritate diſcuſſa per Nos tandem vnanimi conſenſu concluſas in
» ſcriptis redigi volumus deliberationes & determinationes noſtras quas
» Præfati Doctores & Alumni apud eiuſdem D. noſtri Serenitatem veſtræ-
» que Reuerentiæ præſentiam remeantes fideliter exhibebunt. Cætera
» etiam pro parte noſtra exponere curabunt, quæ continget latius expli-
» care veluti ad plenum tenore ſuo manifeſtabunt literæ quas nunc diri-
» gimus eidem D. noſtro Regi, quarum copia præſentibus intercluſa eſt.
» Ipſos tamen Doctores egregios qui perſonis, periculis, aut laboribus
» non parcentes in hac fidei materia allaborare non deſiſtunt, veſtra ſuſci-
» piat Reuerentia ſpecialiter recommiſſos. Ad huius nihilominùs incepti
» operis celeberrimi indefeſſam paternæ ſolertiæ curam perſeueranti ope-
» ra intendentes; quo vſque ſecundum exigentiam rationis per offenſa-
» rum condignam reparationem diuina majeſtate placata fidei orthodoxæ
» veritas illibata perſiſtat, & ceſſet iniquâ ſcandolorum * ædificatio po-
» pulorum. Vt tandem Princeps Paſtorum cum apparuerit, Reuerendæ
» veſtræ Paſtorali ſolicitudini immarceſſibilem gloriæ coronam retribue-
» re dignetur. Scriptum Pariſius in noſtra Congregatione Generali, apud
» S. Bernardum ſolemniter celebrata die 14 menſis Maij anno Domini 1431.

Sic ſignatum. HEBERT.

Veſtet Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Cum verò tandem Epiſcopi Beluacenſis judicio Iana tradita fuiſſet brachio, vt vocant, ſeculari, eâ poſtmodum flammis damnata, ne quid probri in Epiſcopum Beluacenſem, in Doctores alioſque qui in cauſam inquiſierant, iaceretur, ſuis litteris eos Henricus immunes eſſe voluit.

» HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET D'AN-
» GLETERRE' A tous ceux qui ces preſentes lettres verront ſalut.
» Comme depuis aucun temps en çà nous auons eſté requis & exhortiez
» par noſtre tres-chere & tres-amée Fille l'Vniuerſité de Paris, que vne
» femme qui ſe faiſoit appeller Ieanne la Pucelle, laquelle auoit été priſe en
» armes par aucuns de nos ſubjets ou Dioceſe de Beauuais dedans les metes
» de la Iuriſdiction eſpirituelle dudit Dioceſe que icelle femme fût renduë,
» baillée *& deliurée à l'Egliſe*, comme vehementement ſuſpeçonnée, re-
» nommée & notoirement diffamée, d'auoir dit, ſemé & publié en plu-
» ſieurs & diuers lieux & contrées de noſtredit Royaume de France, plu-
» ſieurs grands erreurs, exercé, commis & perpetré crimes, excez & delicts
» moult enormes à l'encontre de noſtre ſainte Foy Catholique & ou grant
» eſclandre de tout le peuple Chreſtien, auons eſté auſſi requis & ſommés
» tres-inſtamment & par pluſieurs & diuerſes fois, par noſtre amé & feal
» Conſeiller l'Eueſque de Beauuais, Iuge ordinaire d'icelle femme, qu'icel-
» le luy voulſiſſons rendre & deliurer pour eſtre par luy, comme ſon Iuge,
» corrigée & punie, & ou cas que par procez deuëment fait & iuridique,
» elle ſoit trouuée chargée & conuaincuë deſdites erreurs, crimes, excez
» & delicts ou d'aulcuns d'iceulx. Et nous comme vray Catholique de fils
» de l'Egliſe en enſuiuant, nos predeceſſeurs Roys de France & d'Angle-
» terre. Nous ne voulant faire qui fuſt ou peût eſtre preiudiciable par quel-
» que maniere à la ſainte Inquiſition de noſtredite ſainte Foy, ne ou retar-
» dement d'icelle. Mais deſirans icelle ſainte Inquiſition eſtre preferée à
» toutes autres voyes de Iuſtice ſeculiere & temporelle & rendre à chacun

ce qui luy appartient, auons à noſtredit Conſeiller Iuge ordinaire, comme dit eſt, fait bailler & deliurer ladite femme pour enquerir deſdites erreurs, crimes, excez & delicts & en faire Iuſtice, ainſi qu'il appartiendroit par raiſon, lequel noſtredit Conſeiller, joinct auec luy le Vicaire de l'Inquiſiteur de la Foy, iceluy Inquiſiteur abſent, ayant enſemble fait leur Inquiſition & procez ſur tels erreurs, crimes, excez & delicts, & tellement que par leur Sentence definitiue, finablement icelle femme comme recheuë eſdites erreurs, crimes, excez & delicts aprés certaine abiuration par elle publiquement faite ayent declaré Relapſe & heretique miſe hors de leurs mains & delaiſſée à noſtre Cour en Iuſtice ſeculiere, comme toutes ces choſes peuuent plus à plain apparoir par ledit procez; par laquelle noſtre Cour & Iuſtice ſeculiere, ladite femme ait eſté condamnée à eſtre brûlée & arſe & ainſi executé. Et pour ce que par auanture aucuns qui pourroient auoir eu les erreurs & malefices de ladite Ieanne agreables & aultres qui indeuëment s'efforcent ou ſe voudroient efforcer par haine, vengeance ou aultrement, troubler les vrays Iugemens de noſtre Mere ſainte Egliſe, de faire en cauſe par deuant noſtre S. Pere le Pape, le S. Concile General ou aultre-part leſdits Reuerend Pere en Dieu, Vicaire, les Docteurs ou aultres qui ſe ſont entremis dudit procez. Nous qui comme Protecteur & Defenſeur de noſtredite ſainte Foy Catholique, voulons porter, ſouſtenir & defendre leſdits Iuges, Docteurs, Maiſtres, Clercs, Promoteur, Aduocats, Conſeillers, Notaires & tous aultres qui dudit procez ſe ſont entremis en quelque maniere, en tout ce qu'ils ont dit & prononcié en toutes choſes & chacune d'icelles touchant & concernant ledit procez, ſes circonſtances & dépendances, afin que doreſnauant tous aultres Iuges, Docteurs, Maiſtres & aultres ſoient plus enclins, ententifs & encouragiez de vacquer & entendre ſans paour ou contrainte auſdites extirpations des erreurs & fauſſes dogmatizations que en diuerſes parties de la Chreſtienté ſurdent & pululent en ces temps preſens que douloureuſement recitons. Meſmement que nous ſommes deubment informez que ledit procez a eſté fait & conduit meurement & canoniquement, iuſtement & ſaintement, euë ſur ce & ſur la matiere d'iceluy procez la deliberation de noſtre treſchere & tres-amée Fille l'Vniuerſité de Paris, des Docteurs & Maiſtres des Facultez de Theologie & des Decrets d'icelle Vniuerſité & de pluſieurs aultres, tant Eueſques, Abbez & aultres Prelats, comme Docteurs, Maiſtres & Clercs tres Expers és droicts Diuins & Canoniques & aultres gens d'Egliſe en grant nombre. Leſquels ou la plus grande partie d'iceux ont continuellement aſſiſté & eſté preſens auec leſdits Iuges, Docteurs, Maiſtres, Clercs, Promoteur, Aduocats, Conſeillers, Notaires & aultres qui ont beſongné, vacqué & entendu oudit Procez, fuſſent traits en cauſe dudit Procez ou de ſes dépendances pardeuant noſtredit S. Pere le Pape, ledit S. Concile General ou les Commis & Deputez d'iceluy noſtredit S. Pere, dudit S. Concile ou aultrement: Nous aidons & defendons, ferons aider & defendre en iugement & dehors tous leſdits Iuges, Docteurs, Maiſtres, Clercs, Promoteur, Aduocats, Conſeillers, Notaires & aultres & à chacun d'eulx à nos propres couſts & deſpens & à leur cauſe en ceſte partie: Nous pour l'honneur & reuerence de Dieu & de noſtre Mere S. Egliſe, & defenſe de noſtredite ſainte Foy, adioindrons au Procez que en voudront intenter contre eulx quelconques perſonnes de quelque eſtat qu'ils ſoient, en quelque maniere que ce ſoit & ferons pourſuir la cauſe en tous cas & termes de Dieu & de raiſon à nos deſpens. Si donnons en mandement à tous nos Ambaſſadeurs & Meſſagiers, tant de noſtre Sang & Lignaige, que à aultres qui ſoient en Cour de Rome, ou audit S. Concile General, à tous Eueſques, Prelats, Docteurs, Maiſtres, Clercs, Promoteur, Aduocats, Conſeillers, Notaires & aultres ou aucuns d'eulx ſeront mis ou traiz en cauſe par deuant noſtredit S. Pere, ledit ſaint Concile ou aultre part, ils ſe adioingnent

1431.

"incontinent pour en noſtre nom à la cauſe & defenſe des deſſuſdits par
1431. "toutes voyes & manieres Canoniques & Iuridiques & ſignifieront nos
"ſubjets de noſdits Royaumes eſclandre, lors ils & ainſi ceulx des Roys
" Princes & Seigneurs & nos Alliez & Confederez, qu'ils donnent en cet-
" te matiere conſeil, faueur, aide & aſſiſtance par toutes voyes & manie-
" res à eulx poſſibles ſans delay ou difficulté quelconque. En teſmoin de
" ce nous auons fait mettre noſtre ſcéel, ordonné en l'abſence du grand à
" ces preſentes. Donné à Roüen le 12. iour de Iuin, l'an de grace 1431. &
" le 9. de noſtre Regne. Et in plica. Par le Roy, à la Relation du grant
" Conſeil eſtant deuers luy, ouquel eſtoient Monſieur le Cardinal d'An-
" gleterre, vous les Eueſques de Beauuoys, de Noyon & de Nordwich,
" les Comtes de Warvich & de Schauffon, les Abbez de Feſcamp & du
" mont S. Michel, les Sieurs de Cromwelle & de Tixexot & de S. Pere &
" aultres pluſieurs. Sic Sig. CALOT.

Extant apud Monſtreletium eiuſdem Regis ad Burgundionem litteræ de condemnatione Ianæ. Cuius Virginis cor nonnulli tradunt inuentum fuiſſe medijs in cineribus illæſum intactumque & ſanguine plenum; qua de re ſic Valerandus Varanius ſub finem lib. 4.

Poſtremo enituit pietas in morte Puellæ,
In cinerem cunctos dum flamma reſolueret artus,
Illæſas Cor habet venas, mirabile dictu,
Nec ſinceri animi temerant incendia ſedem;
Albaque tum viſa eſt orbi prodire Columba
Et petere æthereos multis ſpectantibus orbes.

Porro Vniuerſitas ſimiliter ad Papam, ad Collegium Cardinalium & ad Imperatorem datis die 28. Iunij litteris perſcripſit negotij ſeriem executionemque Iudicij.

Ad Papam.

" EO diligentius elaborandum opinamur, Beatiſſime Pater, ne Pſeu-
" do-Prophetarum & Reproborum peſtiferi conatus Eccleſiam ſan-
" ctam varijs contaminent erroribus, quò fines ſeculorum propinquius in-
" ſtare videntur. Futura enim nouiſſimis diebus tempora periculoſa Do-
" ctor Gentium prædixit, *quibus homines ſanam Doctrinam non ſuſtinebunt,*
" *ſed à veritate auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Veritas quo-*
" *que* ait, *ſurgent Pſeudo-Chriſti & Pſeudo-Prophetæ & dabunt ſigna magna &*
" *prodigia. Ita vt in errorem mittantur ſi fieri poteſt, etiam electi.* Dum igitur
" nouellos Prophetas aſſurgere videmus qui reuelationes à Deo & Beatis
" in Patria triumphantibus ſe ſe iactant accepiſſe futura & humanæ mentis
" aciem tranſcendentia nunciantes hominibus nouaque & inſolita patrare
" audentes, Paſtoralem ſolicitudinem obnixius intendere decet, ne popu-
" los nouarum rerum nimium credulos peregrinis aſpergant doctrinis
" priuſquam ſi Spiritus ſcilicet ille ex Deo fuit, habeatur comprobatum:
" facilè enim plebem Catholicam inficere poſſent falſarum adinuentio-
" num callidi & pernicioſi diſſeminatores, ſi abſque S. Matris Eccleſiæ ap-
" probatione & conſenſu quiſque ſupernas reuelationes ſibi pro libito
" fingere linqueretur, atque Dei & Beatorum autoritatem vſurpare. Me-
" rito itaque commendanda videtur, Beatiſſime Pater, accurata diligentia
" quam Reuerendus in Chriſto Pater D. Epiſcopus Beluacenſis & Vicarius
" D. Inquiſitoris hæreticæ Prauitatis in Regno Francorum à S. Sede Apo-
" ſtolica deputati ad tuitionem Chriſtianæ Religionis nuper contulerunt.
" Hij etenim quandam mulierculam intra limites Beluacenſis Diœceſis de-
" prehenſam habitu virili pariter & armis vtentem de Reuelationum di-
" uinarum mendoſa effictione & grauibus aduerſus fidem orthodoxam cri-
" minibus coram ipſis Iudicialiter accuſatam ſedulò examinare, ac ſuo-
" rum geſtorum plenam veritatem comprobare curauerunt. Et quoniam

proceſſum aduerſus eam deductum nobis communicauerunt, requirentes vt ſuper articulis per eam aſſertis deliberationem noſtram redderemus, ne ſilentio contingat operiri quod ad exaltationem fidei geritur, eadem quæ nos accepimus, veſtræ Beatitudini duximus aperire. Sicuti enim nos antedicti DD. Iudices edocuerunt, præfata mulier quæ Ioannam puellam ſe ſe nominabat, quamplurima in Iudicio ſponte confeſſa eſt: quibus diligenti libratis examine & per quam plurimos Prælatos, Doctores & alios Iuris diuini & humani peritos maturiùs proſpectis, habita etiam ſuper his deliberatione & determinatione noſtræ Vniuerſitatis compertum habuerunt hanc mulierem cenſendam eſſe ſuperſtitioſam, diuinatricem, malignorum ſpirituum inuocatricem, Idololatram, blaſphemam in Deum, Sanctos & Sanctas, Schiſmaticam & in fide Chriſti multipliciter errantem. Dolentes autem & ingemiſcentes animam miſeræ peccatricis tantorum criminum pernicioſis laqueis eſſe irretitam, per frequentes ammonitiones & charitatiuas exhortationes operam dederunt vt ab errore viæ ſuæ conuerteretur, & judicio ſanctæ Matris Eccleſiæ ſe ſe ſubmitteret. Verum ita cor eius occupauerat ſpiritus nequitiæ vt longo tempore ſalutaria monita obduratis reſpiceret animis. Nulli hominum viuentium in terris quatacunque dignitate fulgeret, imò nec ſacro generali Concilio ſe ſubmittens, nullum ſub Deo Iudicem recognoſcens. Tandem tamen Præfatorum Iudicum perſeueranti labore pauliſper imminuta eſt illius præſumptio & ſanioribus acquieſcens conſiliis præſente grandi populorum copiâ ſuos errores ore proprio reuocauit & abnegauit, ſcedulamque abiurationis & reuocationis manu propria ſubſcripſit & ſignauit. Sed paucis exhinc elapſis diebus, rurſus in priſtinas inſanias mulier infelix delapſa eſt, reuocatiſque iterum adhæſit erroribus. Quam ob cauſam prenominati Iudices ipſam tanquã Relapſam & hęreticã definitiua ſententia condemnarunt & ſecularis poteſtatis iudicio reliquerunt. Vbi verò corporis interitum illa propinquare cognouit, multis cum gemitibus apertè confeſſa eſt ſe ſe ab illis ſpiritibus quos ſibi veriſimiliter apparuiſſe dicebat, illuſam atque deceptam extitiſſe, peccatorumque ſuorum, vt apparebat, in ipſo mortis articulo pœnitens & cunctis veniam expectans migrauit à ſeculo. Qua ex re apertius cuncti cognouerunt quàm periculoſum quámque formidandum eſſet nouis adinuentionibus, quales non modò præfata mulier, verum etiam alij plures per hoc Regnum Chriſtianiſſimum ante dies paucos diſſeminauerant, leuiter nimium creduliratem adhibere. Vniuerſique Religionis Chriſtianæ Cultores tam ſpectabili exemplo admoneri debent vt non citò à ſenſu ſuo moueantur potius quam doctrinis Eccleſiæ & Prælatorum ſuorum præceptis, quàm ſuperſtitioſarum mulierum fabulis intendant. Quod ſi aliquando noſtris demeritis exigentibus illuc peruenerimus vt **diuinatrices falsò vaticinantes in nomine** Domini, cum ipſe non miſerit, eas potius audiat leuitas Populorum quàm Paſtores & Doctores Eccleſiæ ad quos olim Chriſtus ait, *Ite docete omnes Gentes*, confeſtim peribit Religio, fides corruet, Eccleſia conculcabitur & Sathanæ iniquitas vniuerſo dominabitur orbi; quæ omnia prohibere & veſtræ Beatitudinis felici directione gregem ſuum illibatum atque incontaminatum præſeruare dignetur Ieſus Chriſtus. 1431.

Ad Collegium Cardinalium.

QVod audiuimus & cognouimus, Reuerendiſſimi Patres, de cauſatione ſcandalorum per quandam mulierculam hoc in Regno patratorum ſanctiſſimo D. noſtro ſummo Pontifici, fidei & religioni Chriſtianæ, duximus aperire, Scribentes ſuæ ſanctitati ſub hac forma *Eo diligentius* &c. vt ſupra. Et quoniam Reuerendi Patres in ſublimi ſpecula S. Sedis Apoſtolicæ veſtras Reuerendas Paternitates conſtituit Dominus vt cuncta proſpiciant quæ per vniuerſum orbem præſertim de rebus

» integritatem fidei concernentibus aguntur, minimè decere putauimus,
1431. » vt res iſta eiſdem veſtris Paternitatibus incognita maneret, vos enim
» eſtis lux mundi quam nulla debet latere veritatis agnitio; vt cuncti fi-
» deles de hijs quæ fidei ſunt, à veſtris Reuerendiſſimis Paternitatibus eru-
» ditionem recipiant ſalutarem, quas ad ſalutem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ feli-
» citer conſeruet Altiſſimus. Datum, &c.

Iam ad Concilium Baſilienſe properemus. Eodem igitur anno fuit plu-
ries Vniuerſitas congregata ad audiendas Legatorum ſuorum litteras.
ROTVLVS. Imprimis 24. Maij lectæ ſunt eorum qui Vniuerſitatem Louanienſem adierant, vt ſuos etiam illa Nuncios ad Concilium expediret. In ijſdem Comitijs actum eſt de conficiendo Rotulo, fuitque confectus menſe Iunio ſequenti, ad Eugenium nempe mittendus qui 5. Non. Martias Martino ſuffectus fuerat. Singulæ itaque Facultates ſingulæque Nationes ſuum Rotulum conſcripſerunt. Extat in Regeſtis Nat. Gall. ſui Exemplar, in quo ante omnes legitur ſcriptus M. Andreas Pelé Procurator eiuſdem, & ſinguli poſtea ſuo ordine cum duobus teſtibus, præſentibus aſſertoribus, res ſic ſe habet.

M. Andreas Pelé Procurator Nat. Franciæ. Magiſter in Artibus & Licentiatus in Iure Canonico. { M. Ludouic. Magni-vici, M. Iacobus Edouardi.

M. Reginaldus de Brabantia Pariſ. Diœc. { M Gerardus Gehe. M. Io. de Senonis.

M. Ioan. Bourilleti aliàs Franciſci Æduenſis Diœc. { M Io. Hocheti. M. Petrus Maugerij.

tali Ordine conſcripti leguntur 144. Magiſtri ſecundum antiquitates ſuas. Abſentium ratio non habebatur, niſi legitimam probarent abſentiam: aut ſi habebatur nonnunquam, pro inrotulatione duplum ſoluere tenebantur.

CONCILIVM BASILEENSE. Die 19. Iulij paucis adhuc Baſileæ congregatis, Concilium apertum eſt; ſtatimque Academici noſtri Matrem ſuam admonent. Itaque die 13. Septemb. lectæ ſunt in Comitijs Mathurinenſibus litteræ M. Nicolai Amici Nationis Picardicæ Legati: & ſequenti M. Guill. Eurardi Nat. Gall. Nuncij ſtatum rerum continentes; tales ſunt Eurardi.

»
» ET ſi his nouiſſimis temporibus adeo Charitas hominum refrixerit,
» vt adiutores Eccleſiæ & fidei orthodoxæ admodum reperiantur
» pauci, oppugnatores quamplurimi; ſic tamen temperauit Deus ſuam
» Clementiam, ſuæ Eccleſiæ miſertus vt corda potentium ad ſuæ ſponſæ
» ſubuentionem miſericorditer inclinauerit: nempe poſt plurima ſcripta
» diuerſis Principibus, Prælatis, Vniuerſitatibus, Capitulis & Communi-
» tatibus tranſmiſſa, etiam D. noſtro ſuo Delegato, ac Regi Romanorum,
» vt prius veſtris Dominationibus **ſcripſi, promiſſiones & ſponſiones huc**
» accedendi duntaxat reportamus; tamen his protractionibus fatigati ani-
» mos noſtros circa plurima verſantes finaliter intelleximus omnino eſſe
» neceſſarium aliquos noſtrum ad D. noſtrum & Regem Romanorum de-
» ſtinare qui viua voce eiſdem neceſſitatem inſtantis Concilij demonſtra-
» rent, & eorum aduentum totis viribus procurarent; ad quod opus vene-
» rabiles Magiſtros & Doctores Dionyſium de Sabrenoys & Thomam Fie-
» ne delegimus & deſtinamus apud Præfatum Regem & D. S. Angeli Car-
» dinalem Apoſtolicæ ſedis Legatum. Spatio decem hebdomadarum in-
» defeſsè laborantes vix tandem votiuum conſecuti ſunt fructum: Nam ad
» requiſitionem prænominati Regis & noſtram, ſubdelegauit Apoſtolicus
» Legatus præfatus duos egregios Doctores in ſacra Pagina & iure Cano-
» nico, vnus eſt ſacri Palatij auditor ad ſtabiliendum & præſidendum in-
» ſtanti Concilio vſque ad eius reditum de Bohemia, vbi hæreticos cum
» grandi expeditione impugnat: dirigat eorum actus miſericors Dominus;
» cum eiſdem redijt M. Thomas prædictus cum ſaluis gardijs, conductibus
» & literis protectorijs, vt factum eſt in Concilio Conſtantienſi, & variis

Reſcriptis

Reſcriptis ad Prælatos Germaniæ pro acceſſu ad Concilium à præfato Rege tranſmiſſis. M. Diopyſius adhuc manſit cum D. Rege exſpectans eiuſdem ſolemnem Ambaſsiatam ſtatim venturam: & ita firmatum eſt Concilium duabus ſummis poteſtatibus, Apoſtolica & Imperiali. Quapropter in dies creſcit Prælatorum numerus, & conducuntur domus pro venturis Prælatis, pro D. Cabilonenſi, Ciſtercienſi, Decano Biſuntinenſi, & pro quibuſdam Cardinalibus. Nos credimus veriſimiliter quod fiet celeberrimum Concilium. D. noſter Imperator vadit ad Italiam & promiſit nobis velle ſe Papam adducere (ambos nouimus) ad celebrationem Concilij; voluntarios ſollicitetis quæſo DD. Prælatos quod adueniant, aut ſaltem procuratoria mittant, ſi ſint neceſſariò præpediti: & ita opus eſt inſtare apud D. noſtrum Regem pro ſua Ambaſsiata. Perpenditis itaque, Magiſtri venerabiles! noſtros labores inſtantes & ſollicitudines, quibus licet longo tractu, tandem cooperante miſericordia diuina fructum Concilij pene deſperatum impetrauimus. Agite, quæſo, pro ſolutione fideliter laborantium & non fruſtretur operarius mercede ſua. Plurima profectò expoſui; & nihil, vt ſcitis, de ſtipendijs recepi; Mementote quæſo alumni veſtri ad veſtra omnia obſequia parati, & illi in aliquo curetis ſubuenire, ne præ nimia egeſtate cogatur infecto, aut incompleto veſtro negotio, ad propria dolens redire, quod cederet in dedecus veſtrum; quod Deus auertere dignetur qui Dominationes veſtras dirigere dignetur in agendis ad Eccleſiæ ſuæ honorem & totius Chriſtianitatis commoditatem. Indigemus Bedello pro Vniuerſitatis honeſtate & etiam cæteris ſocijs noſtris. Scriptum Baſileæ 22. Iulij. 1431.

Veſter alumnus Guill. Eurardi ad Generale Concilium Baſileenſe legatus.

Item die Mercurij 3. menſis Octob. eiuſdem anni aliæ literæ ab eodem Eurardo tranſmiſſæ lectæ ſunt; & Reſponſiua pariter ex parte Nationis. Epiſtola Eurardi talis eſt.

POſtquam diuinæ placuit majeſtati Eccleſiæ mederi languoribus corda D. Apoſtolici, eius Legati & Cæſareæ Majeſtatis ad ſtabiliendum inſtans Concilium efficaciter inclinauit; nempe duobus eximijs Doctoribus pro præſidendo Concilio, authoritate Apoſtolica delegatis & ſaluis conductibus & protectionibus Concilij à Cæſarea majeſtate conceſſis, ſtabilitum & inchoatum extitit Concilium 25. Iulij, provt memini me veſtris Dominationibus per quendam Hugonem M. Ioannis Vmiani familiarem intimaſſe. Poſt quam quidem inchoationem congregamur omni ſextâ feriâ apud Prædicatores, & Miſſâ S. Spiritus, vel B. Mariæ celebratâ, conſiderantur materiæ in Concilio tractandæ cum Præſidentibus & Prælatis; de directione literarum ad diuerſos Prælatos, de diſpoſitione Ciuitatis & eius diſtrictuum in opulentia & ſecuritate. Et quando emergit aliqua grandis materia, conuenimus in Matrice Eccleſia: ſicut factum eſt in inſinuatione poteſtatis D. Legati & præfatorum Præſidentium. DD. autem Prælati Germaniæ & Sabaudiæ mandantur ab Apoſtolica & Cæſarea Majeſtatibus, vt quoniam propinquiores ſunt, citius adueniant, demptis tamen illis qui ſunt in expugnatione Huſſonum, cum præfato Legato qui cum eodem debent hîc in feſto S. Michaëlis adeſſe. Præfatus Rex debet ire in Italiam & huc redire cum D. noſtro ſummo Pontifice, quos ſcimus eſſe optimè affectos ad Concilium & ad Concordiam Regum & Principum, necnon & ad reductionem Græcorum & Rutenorum ſicut ſæpenumero promiſit Cæſarea Majeſtas DD. Doctoribus D. de Sabrenois & Thomæ Fiene ad eum & D. Legatum pro acceleratione huius celebrationis tranſmiſſis, & per ſpatium trium menſium cum magnis periculis & ſumptibus id idem procurantibus. Et ita Deo propitiante, paratum eſt efficax medicamen languoribus Eccleſiæ, ſpeſque grandis extirpationis omnium errorum & reformationis morum, nec non

" meliorationis totius ſtatus Eccleſiaſtici & Chriſtianiſmi, operæ pretium
1431. " eſt, meo iudicio, Deo fundere humiles preces & facere ſolemnes proceſ-
" ſiones pro continuatione huius ſacroſanctæ Synodi vtique maximè ne-
" ceſſariæ toti Chriſtianitati. Veſtra intererit ſi lubeat almæ matri Vniuer-
" ſitati & omnibus Prælatis perſuadere. Quæ autem deinde occurrent,
" veſtris Diſcretionibus intimare curabo, provt hactenus facere fui ſoli-
" tus. Viſceribus autem miſericordiæ veſtri alumni mei miſereſcite. Sex
" ferme ſunt menſes quod à vobis receſſi: Plurima expoſui etiam in Am-
" baſsiatis mittendis, & nihil penitus recepi; ſpero autem in Domino & in
" Charitatibus veſtris quòd ſtipendia mea procurabitis à matre Vniuerſi-
" tate, aut aliquid præmij veſtra liberalitate impertiemini, ne meis, imò
" & alienis conſumptis cogar egens & inops ad vos cum pudore reuerti
" etiam negotio infecto, quod auertere dignetur miſerator & miſericors
" Dominus qui veſtras Charitates dirigat ad ſuæ Eccleſiæ ſalutaria opera.
" Scriptum Baſileæ 10. Aug. *Veſter.*

Reſpondit verò Natio his litteris quas M. Petrus Mauger nomine ipſius compoſuit.

CElebrem Eccleſiæ cœtum diebus iſtis apud Baſileam adunari operata eſt diuinitas. Summâ enim Clementiâ diſponente, ſacræ Conuen-
" tionis initia veſtræ Legationis effecerunt Curæ peruigiles & prouidæ
" veſtræ Charitatis fidele miniſterium honos ingens decorat, & almæ ma-
" tris Vniuerſitatis vetuſta gloria plurimùm exaltatur. Pullulant autem
" ſacri huius operis nouella adhuc primordia, quæ vt ſolidiora perſiſtant,
" & ne ſiniſtra qualibet occaſione ſoluantur, ſummopere curandum exiſtit.
" Veſtras igitur, Chariſſime Magiſter & alumne! cæteraſque totius Lega-
" tionis ſocias Charitates exorſas habere petimus vigilantiam ad incœpti
" operis conſtantem perſeuerantiam, deductionem & conſummationem
" ſalubres; ne ſi, quod abſit, veſtris laboribus cœptum Concilium vagâ
" diſſolutione periret, præter ærumnas imminentes fidei orthodoxæ &
" Eccleſiæ vniuerſæ vobis quæſitum decus ſubuerteretur, teterrimâ notâ
" vecordiæ, aut calliditatis, & eiuſdem Vniuerſitatis laudem egregiam ve-
" ſtra forſan perferret deſidia maculare. Quanquam de veſtræ intemera-
" tæ fiduciæ illibato zelo non ambigimus; & veſtrorum quinimo laborum
" ac ſolicitudinum immenſa eſt Charitas. Veſtram quippe ſinceritatem re-
" ferat & aperit ſeries literarum tranſmiſſa per vos, Præfate noſter alum-
" ne! ſuper quibus plurimùm gratulamur, quarum frequentiâ inchoatum
" opus vallare poterit æquiſſimam exhortationem noſtris etiam deſideriis
" ſatisfacere & veſtræ prouiſionis afferre memoriam: veruntamen veſtræ
" nobis amodò Scripturæ deſignant noſtrarum appellationum ſi quæ fuerit,
" aut indita proſecutio, aut prouiſio ſuper noſtris grauaminibus ordinata.
" **Cura autem vnanimi concluſum à nobis extitit petitæ ſubuentionis ope-**
" ras vobis impendere; & quemadmodum ad veſtram & veſtrorum conſor-
" tium prouiſionem efficaciter intendamus, celeriter perpendetis. Ve-
" ſtram ſolicitudinem foueat & ad ſalutaria vota perducat ſupremæ Cle-
" mentiæ Celſitudo.

Paulò poſt Eadem Vniuerſitas duas accepit Bullas ab Eugenio Pontifice, priorem quidem datam 15. Kal. Ian anni ſuperioris, quâ ſignificabat quibus de cauſis Concilium Baſileenſe diremiſſet, illudque Bononiam tranſtuliſſet. Alteram verò datam 22. Nouemb. an. præſentis, quâ mandabat Rectori & Vniuerſitati vt adeſſet Concilio, in quo ageretur de reducendis ad vnionem Catholicam Græcis; cuius tenor talis erat.

" EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis Filijs Rectori,
" Doctoribus & Magiſtris Vniuerſitatis Pariſienſis, ſalutem & Apo-
" ſtolicam benedictionem. Tanquam Athletis fidei, &c. In virtute ſanctæ
" obedientiæ præcipimus ſtatuto termino ad huiuſmodi Concilium ve-
" niatis cum aduiſamentis pro pace Fidelium, extirpatione hæreſum &

reformatione Cleri atque Prælatorum, & præſertim armis Iuſtitiæ & ve- " ——
ritatis & SS. Patrum inſtitutis muniti, vt lumine ingenij & doctrinæ ve- " 1431.
ſtræ atque aliorum qui in Concilio erunt, *ipſis Græcis* eorum errores "
oſtendere & mediâ veritate ſacra futura Synodus Græciæ Nat. ad agnitio- "
nem veritatis & ritum Romanæ Eccleſiæ reducere valeat quærendum.

Quæ cauſæ fuerint Eugenio diſſoluendi Concilij Baſileenſis & aliò transferendi, diuerſimodè ſcribitur; ſed hiſce potiſſimum duabus vſum conſtat, nempe quòd ad vrbem Baſileenſem non eſſet tutus acceſſus propterea quod vicina locaarmis Burgundionis & Auſtriaci Ducum inter ſe bellantium infeſtabantur, & quod Martinus ipſius deceſſor cum Imperatore & Patriarchâ Conſtantinopolitano de Ciuitate Bononienſi ad vnionem vtriuſque Eccleſiæ componendam conueniſſet; ac proinde non poſſet eodem tempore duplex Concilium in locis tam diſſitis celebrari. Sunt qui dicant veram cauſam diſſoluendi Baſileenſis Concilij, ſed latentem hanc fuiſſe; quod iam initio cepiſſent Patres agitare hanc Quæſtionem an Concilium eſſet ſupra Papam, & ſtatuere, Papam debere Concilio parere: quòd veritus Pontifex ne in publica Seſſione pro Canone ſtatueretur, diſſoluere Concilium voluit. Verum cum vndequaque confluerent Baſileam Legati & Prælati, ipſeque Sigiſmundus Imp. ſtrenuam operam polliceretur, provt ab Vniuerſitate Pariſienſi per litteras & per Legatos rogatus fuerat; cumque etiam ad res Boëmiæ componendas locus ille aptior & commodior eſſe videretur, Iulianus Cæſarinus Legatus à Martino V. præfectus Concilio habendo, deinde ab Eugenio confirmatus exiſtimauit cœpto & votis tam multorum Pontificum eſſe inſiſtendum, nec diſſolui permittendum tam celebre, tamque expetitum Concilium. Itaque contra diſſolutionem huiuſmodi reſcripſit ad Eugenium; & inter cætera memorat intra menſem ab incepto Concilio veniſſe nuncios Vniuerſitatis Pariſienſis, cœpiſſeque tractare de ijs quæ ad Concilium pertinerent, præſertim ſcribendo ad Sigiſmundum Imperatorem & ad Principes Germaniæ, vt ad Concilium mitterent; moleſtè autem laturos ſi ſuſcepti tot labores vani forent & inutiles. Extat eius Epiſtola inter Opera Æneæ Syluij in hæc verba.

BEatiſſime Pater! poſt deuota Pedum oſcula Beatorum. Iam nunc " vniuerſus cognoſcet Orbis, an viſcera Paternæ Charitatis & zelum " Domus Domini S. V. habeat; an miſſa ſit ad pacem, vel ad diſſidium; an " ad congregandum, vel diſpergendum; an ille bonus Paſtor ſit is qui ani- " mam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Ecce iam oſtium aperiri incipit, per " quod Oues perditæ ad proprium Ouile regreſſuræ ſunt. Ecce iam ſpes " eſt in ianuis reconciliationis Bohemorum. Si S. V. hoc demum opus pro- " vt tenetur, adiuuet ac promoueat, gloriam in cælo & in terra perpetuam " conſequetur. Si forſitan; quod **nullatenus credendum eſt, impedire co-** " **netur, omnes** illam arguent impietatis: cœlum & terra aduerſus illam " conſpirabunt; nemo erit qui eam non deſerat. Nam quomodo ille ſe- " quendus eſt, qui cum Eccleſiæ pacem & quietem vnico verbo dare poſ- " ſit, id facere recuſat? Sed meliorem iam ſpem concipio, quod modo ea- " dem Sanctitas ſine vlla excuſatione tota mente huic ſacro fauebit Con- " cilio: Et gratias omnipotenti Deo aget, quod pro tanto bono iſta Con- " gregatio hinc non diſceſſerit. Ecce Legati huius ſacri Concilij ex Egra " cum lætitia & exultatione redeuntes referunt quemadmodùm per gra- " tiam Spiritus ſancti firmiter concluſerunt cum Ambaſſiatoribus Bohemo- " rum, videlicet Pragenſium, Orphanorum & Taboritarum, inter quæ ad- " fuerunt Ductores exercituum illius gentis, præſertim Procopius, quod " ſolemnis Ambaſſiata omnium ſtatuum Regni ad Concilium Baſileenſe " venire debeat, poſtquam per Concilium Saluus-conductus in forma con- " dicta ad vos remiſſus fuerit, quod ſine mora fiet. Miro gaudio leuatiſque " ad cœlum manibus hæc ſacra Congregatio exhilarata eſt: nam iſti no- " ſtri Ambaſſiatores aſſerunt cum tantâ Charitate hoc negotium in Egra "

1431. » tractatum fuiſſe, & talia apud illos Bohemos vidiſſe & coniecturaſſe, vt
» maximam ſpem reductionis illorum meritò concipiant, & tandem ſe te-
» nerrimè amplectentes cum lachrymis lætitiæ ex Egra diſceſſiſſe, ipſis Bo-
» hemis noſtros rogantibus, vt hoc negocium quantocyus expediretur, &c.
Et poſt multa.

Ad maiorem etiam clarificationem in ipſa die termini ſtatuti, vel ante
» D. Abbas Virgiliacenſis congregato ad hunc actum populo maioris Ec-
» cleſiæ, & certis alijs Prælatis & notabilibus viris, fecit ſolemnem pro-
» teſtationem qualiter tempus aduenerat Concilij celebrandi, & quod
» hoc ipſo Baſileam venerat, requirendo vt de materijs ad Concilium per-
» tinentibus, vſque alij venirent, vellent inſimul conferre & tractare; & de
» hoc extat publicum inſtrumentum. Et infra menſem venerunt Ambaſ-
» ſiatores Vniuerſitatis Pariſienſis, & inceperunt tractare de ijs quæ ad
» Concilium pertinebant, ſcribendo etiam Domino Imperatori & alijs
» Dominis Alemaniæ vt emitterent ad Concilium, quas litteras tunc vidi.
» Nec obſtat paucitas perſonarum, quia vbi eſt autoritas, numerus ma-
» gnus non requiritur, ſecundùm illud Chriſti: vbi duo vel tres conue-
» nerint in nomine meo, ibi ego ſum, in qua authoritate fundantur Con-
» cilia. Similiter ab Eugenio & à Synodo ad Regem Franciæ & ad Vniuer-
» ſitatem dantur litteræ. Rex 26. Feb. Bituricenſem habet Conuentum in
eoque Capitula quædam nomine *Aduiſamentorum* conſcribuntur pro
continuatione Concilij Baſileenſis; eligiturque Princeps legationis ad
Eugenium Amedeus de Talaru Archipræſul Lugdunenſis, qui ſimiliter
ad Baſileenſes Patres ſcripſit.

Vniuerſitas paulo ante nempe 9. eiuſdem menſis tales ad Synodum de-
derat litteras.

Sacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Synodo Baſileæ congregatæ.

» REverendi Patres in Chriſto cęterique clariſſimi oratores, ac Domi-
» ni vniuerſalem Eccleſiam repręſentantes, ad veſtrarum dominatio-
» num notitiam harum ſerie perducimus quoſdam de Romana Curia nuper
» huc venientes pleriſque noſtri cœtus, ac ſtudij denunciaſſe per viuæ vocis
» oraculum, pleroſque filios iniquitatis ad ipſum totis aſpirare conatibus,
» vt ſanctum ac ſalutare Concilium veſtræ ſanctæ Congregationis iam du-
» dum Baſileæ agitari cœptum prorogetur, aut transferatur, & veriùs,
» penitus irritetur atque diſſipetur: vehementer autem ſumus admirati
» imò ſatis non ſufficimus admirari quomodo hoſtis ille generis humani
» iugiter circumjens & quęrens quem deuoret, à veritatis tramite abdu-
» cat, tantam in corde Chriſtiano & præſertim ſubtili atque erudito præ-
» ualuit infundere nequitiam; ſed illa proculdubio eſt & ſemper eſſe con-
» **ſueuit ſuæ aſtutiæ præcipua calliditas**, vt illis magis inſidiari ſtudeat, il-
» loſque potius ſubuertere nitatur, quos in ſtatus eminentia, vel doctrinâ
» excutienda columnas eſſe in domo Dei animaduertit, quatenus exciſis
» illis, domus Domini vniuerſa corruat: ſed quanto malignus ille ad Eccle-
» ſiæ ſubuerſionem vigilantius inſiſtit, tanto pij illius filij ſollicitiùs eniti
» debent vt vniuerſas eius artes ac tentamenta euacuent. Non itaque ve-
» nerandi Patres; torpeſcant corda veſtra, non frangantur animi, non ve-
» ritatis ardor ille quem in cordibus veſtris Spiritus ſanctus accendit, vt
» opus Dei imperfectum, aut ſempiternum relinquatis, ne de vobis illud
» Euangelicum cum contumelia dici poſſet, hi *homines cœperunt ædificare &*
» *non potuerunt conſummare:* tu quoque exurge Domine, *& iudica cauſam*
» *tuam vt non prævaleat homo*, non pręualeat hoſtis antiquus, ſed pręualeat
» Chriſtus in Concilio ſuo, & in negotijs ſuæ fidei, ſuæ Eccleſiæ, ſuæque
» fidelis ſponſæ quam non derelinquet in finem. Si autem Romanus Pon-
» tifex illud propriâ authoritate vellet diſſoluere atque diſſipare ante ple-
» nariam digeſtionem articulorum incœptorum, non eidem putamus in
» eare, ſalua ſedis authoritate, eſſe obtemperandum, ſed potius in facie,

ſi opus eſſet, reſiſtendum; ſicut Paulus qui ſignum tenet Doctorum, Petro in facie reſtitit, figuram gerenti Pontificum. *Et ſi enim ſummus Pontifex in Concilio præemineat atque præſideat, non ſuæ tamen Facultatis eſt ad arbitrium concludere, ſed ad ampliorem numerum concordium ſententiarum.* Denique in eodem Concilio de fructuoſis ac ſaluberrimis verbis agitari cœptum eſt, de reductione videlicet Græcorum atque Boëmorum; quæ cœpta non leuiter videntur, aut intermittenda, aut prorſus omittenda, niſi in veſtris cordibus fraternæ charitatis incenſum velitis extingui. Sanctam congregationem veſtram ad opus incœptum dirigere dignetur Altiſſimus. Scriptum Pariſius in noſtra congregatione generali apud ſanctum Mathurinum ſolemniter celebrata anno Domini 1431. die 9. menſis Februarij. 1431.

Veſtræ ſanctæ Congregationis humiles deuoti & obſequioſi oratores Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Hæc ex Codice MS. Actorum Concilij Baſileenſis, qui ſeruatur in Bibliotheca Illuſtriſſimi Domini, *le Tellier*, Coadiutoris Remenſis numero 129.

Eadem Vniuerſitas paulo poſt, nempe die 10. April. an. 1432. ad eandem Synodum alias dedit litteras, quibus illam ad perſeuerantiam adhortabatur; leguntur in eodem Codice his verbis. 1432.

Sacroſanctæ Vniuerſalis Eccleſiæ Synodo Baſileæ Congregatæ.

QVOTIES ad Eccleſiæ pacem & fidei tutelam ſtrenuè res geritur, Reuerendi Patres & honorandi Domini! Deo placere & iuſtæ rei operam impendere credendum eſt; ſed eo amplius ſalubriter agi creditur, cum circa hæreſeon extirpationem, correctionem exceſſuum & demum ad ſedandum fidelium diſcordiam tota Eccleſiæ verſatur intentio. Nempe illi ſummo rerum Conditori nihil acceptius in terris eſſe creditur quàm filiorum Eccleſiæ in animorum vnitate & ſinceritate affectuum generalis Conuentio, *qui habitare facit vnius moris in Domo*; proinde totius Eccleſiæ Synodum decorari ijs temporibus credimus oportere, vt debacchantium Bohemorum tam horrendam tamque infeſtam Eccleſiæ cladem è medio auferri procuretur; qui aduerſùs Eccleſiam & Eccleſiæ Miniſtros ore ſacrilego & verbis impijs obſtrepunt & turpi contagione fidei commaculant puritatem, & paſſim in eam graſſantes, Religiones diſſipant, Monaſteria ſpoliant & ſacras ædes in vaſtitatem redigunt. Hi profectò bicipiti quodam gladio Chriſti ſponſam ſtyli deformitate & ruga dehoneſtarunt erroris, vt quæ olim velut aurora conſurgens in antiquis Patribus radiauit, ſpiritualiter floruit & temporaliter abundauit; poſterorum malitiâ irrumpente fruſtretur. Hæc conſideratio, Reuerendi Patres & honorandi DD. **votorum noſtrorum ſtudia ad Orbis fidelium Pacem** anxiè ſuſpirantia commouit temporalium Principes & ſpiritualium Paſtores atque Rectores noſtris ſollicitare litteris, vt ad ſacroſanctum Generale Concilium viros conſpicuos Eccleſiæ præcipuos zelatores & ad materias ſincerè affectos deligere feſtinent; ob eam rem Autorem fidei & conſummatorem Ieſum totis cordium deſiderijs obſecramus, vt ipſe miſericorditer cœptis noſtris adſpirans veſtras in tam arduis dirigat prudentias, vt tandem Eccleſia à cunctis erroribus & flagitijs libera de ſuis cladibus diuino beneficio poſſit triumphare. Eia agite igitur Reuerendi Patres & honorandi DD. & ad Eccleſiæ honeſta & accommoda veſtros animos conuertite. Sic enim æquabilius atque præſtantius res Eccleſiæ ſeſe habebunt. Ad opus tam magnificum vos moueat rei ipſius clara, percelebris ac perpetua laus per quam omnium veſtrum nomina in ore omnium hominum verſabuntur; moueat & maximè tam egregij gloria facti, Gregis Chriſti diſſipatio, animarum zelus, Regnorum diſcordia, & denique Matris miſeriæ tam graues & inauditæ vt ſaxeum pectus emollire poſſent; nec mora opus eſt, ſed iugi vigilantia ne,

" quod abſit, ſerò quæſiſſe remedium vos pœniteat. De litterarum ve-
1432. " ſtrarum communicatione gratias humili & deuoto corde referimus of-
" ferentes vobis Noſtræ Vniuerſitatis corpus & ſingula membra, orationes
" & preces crebras & ſolemnes Proceſſiones ad Deum Patrem, qui cele-
" berrimum veſtræ Congregationis cœtum, ad Eccleſiæ pacem, fidei in-
" tegritatem & totius orbis fidelium ſalutem perducere dignetur, voſque
" pro aſſumptis laboribus de terrena Hieruſalem transferat in triumphan-
" tem. Scriptum Pariſius in noſtra Congregatione Generali apud S. Ma-
" thurinum ſolemniter congregata die 10. menſis April. an. 1432.

Veſtræ Congregationis humiles, deuoti & obſequioſi Oratores Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Item die 9. Maij Vniuerſitas Viennenſis è ſuis vnum ad prædictum Concilium expediuit, cum hiſce litteris, quæ in eodem Codice MS. leguntur.

Sacroſanctæ Generali Synodo Baſileenſi in Spiritu ſancto Congregatæ Reuerendiſque Patribus & DD. in ea reſidentibus.

" REVERENDISSIMI in Chriſto Patres & DD. metuendi: quantam
" operam, quantamque ſolicitudinem Vniuerſitas noſtra accuratiſſima
" prouidentia impenderit inceſſanter ad obuiandum cladibus, crebris rui-
" nis & humanis vix euaſibilibus periculis Eccleſiæ Dei tam à foris quàm
" intrinſecùs imminentibus, arguendo, obſecrando, increpando prout
" rerum efflagitabat opportunitas, vt caſuum poſtulabat euentus, veſtras
" Reuerendiſſimas non ambigimus latere Paternitates. Et quidem noſtro
" modo varia aduiſamenta in præmiſſis ſcripto tenus dedimus, ſed & ad
" partem conſilijs, & in palam coram Illuſtriſſimo Principe & D. noſtro
" glorioſiſſimo D. Alberto Duce Auſtriæ ſuiſque Conſiliarijs Proceribus
" & Communitatibus, varia perſuaſimus ſalutis antidota, quibus inſtantia
" pericula pariter & futura Fidelibus interitum comminantia ſalubrius poſ-
" ſent vitari per ſalutiferam quandam Eccleſiæ Dei in Capite & in membris
" Reformationem, & variarum inordinationum atque abuſuum extirpatio-
" nem; præſertim tamen ad exſufflationem modernæ deteſtandęque & ar-
" matæ iſtius Bohemorum hæreſis, quæ in noſtris quodammodo laribus,
" in medio Eccleſiæ, heu noſtris, vt timemus, expoſcentibus exceſſibus? in-
" trauit inclytum Bohemiæ Regnum ac vicinas Regiones deuaſtauit, ſa-
" cras polluit ædes, Clerum vertit in parabolam vulgarium & nefando
" quodam commercio omnem ſtuprauit cœlibatum, & quod deterius fidei
" orthodoxæ virorum præſidio, & errore vertiginoſo quodam Caumate in
" nonnullorum mentibus obtenebrauit, vſque adeò, quod ſuis non contẽta
" finibus cum multorum fidelium ſanguinis profluuio, rerum & vitæ diſpen-
" dio exteras etiam Nationes imperij, & in præceps mittet erroris & ge-
" hennæ. Nouiſſimè autem nedum ex litteris Reuerendi in Chriſto Patris &
" D. Iuliani tit. S. Angeli Diaconi Cardinalis, ſed & veſtræ ſacræ Concio-
" nis & S. Concilij Baſileenſis intelligentes vos Patres Reuerendi ad idem
" per omnia votum & flagrantiſſimum deſiderium habere in Domino, mox
" Dilectum vobis in Dom. Thomam Ebendoſſor Artium & ſacræ Paginæ
" Profeſſorem, necnon Canonicum Eccleſiæ S. Stephani in Vienna ad co-
" operandum noſtri Nominis totis Conatibus pro bono & ſalubri ſtatu fi-
" delium in præmiſſis deputauimus; ſed obſtante aëris inſolita aſperitate
" & alijs rationabilibus impedientibus cauſis, propoſitum vſque modo,
" quo vſque Ambaſſiata Illuſtriſſimi Principis & D. noſtri diſponetur, pro-
" ſequi nequiuimus. Quare Reuerendiſſimi Patres; omni quâ poſſumus in-
" ſtantia ven. Paternitates exoramus, quatinus præfatum M. Thomam
" priùs ſuſcipere ipſumque & alios poſterius fortaſſis per nos deſtinandos
" noſtræ Vniuerſitatis nomine generoſiùs aſſumere, ac in proponendis per

per ipſam autem in ſingulis adhibere dignemini. Vtinam Spiritus ſanctus Paraclitus conſeruet & corroboret R. P. veſtra corda ad pacem & S. ſuæ Eccleſiæ commodum & incrementum feliciter & longæuum. Datum Viennæ, die Veneris 9. menſis Maij 1432. 1432.

Item cum eſſet Vniuerſitas Pariſ. congregata 19. Maij in Mathurinenſi Periſtylio, lectæ fuerunt literæ quas M. Guill. Eurardus ad Nationem Gallicanam miſerat, quibus indicabat quantâ conſtantiâ Imperator Romanorum in rem Concilij Baſilienſis incumberet.

SPectabiles & honorandi Magiſtri. Nouerint Dominationes veſtræ die Mercurij prêteritâ in generali Congregatione Concilij, citationes decretas contra omnes ad Generalia Concilia venire obligatos de iure, aut conſuetudine, etiam contra *Cardinales & Dominum Apoſtolicum* (ſcilicet Eugenium IV. qui Baſileam ire nolebat) *ipſi tamen primâ ſummatione præmiſſâ, Nec deſiſtere intendimus ab hac dicta proſecutione, vſquequo res Eccleſiæ in melius fuerint diſpoſitæ & agenda propter quæ conuenimus proſecuti iuxtà vires fuerimus.* Scripſimus almæ Matri Vniuerſitati per Delatores Rotuli, Petrum de Credulio, Iacobum Hocheti & Thomam de Courcellis qui abhinc receſſerunt præterita die Mercurij, & denuò per præſentium Delatorem reſcribimus. Perpendimus, Egregij Magiſtri, plurimorum Cardinalium & penè omnium Aulicorum animos ad hanc celebrationem inclinatos & maximè voluntarios quoniam quotidie neceſſitates imminentes percipiunt. Hîc autem fama crebreſcit Dominum noſtrum Concilium hoc in pleno Conſiſtorio reformaſſe & duos Cardinales Nouarienſem & Bononienſem pro ſe tranſmittere. Similiter cœtus Cardinalium dicuntur duos deſtinare, quod nondum plenè agnoſcimus; ſed ſit hoc, aut non, Synodus hæc ſacra non dubitat habere progreſſum. Hac hebdomada venturi ſunt illuſtriſſimi Ducis Burgundiæ Ambaſsiatores, qui ſæpius reſcripſit ſe irreuocabiliter huic ſacro Concilio velle adhærere, & pro eius continuatione per ſe & per ſuos Confœderatos efficaciter laborare. Vnde & Sereniſſimo D. noſtro Regi enixiſſime reſcribit, quod huc celeriter pro parte Regni Franciæ tranſmitteret Oratores & Prælatos, vt opus eſſe animaduertit, & literarum copias nobis tranſmiſit. Simiter ſcribit Imperator alijs Regibus & Principibus & Prælatis qui ſunt ſub Imperio, imponit pœnam perditionis feudorum quos tenent ab Imperio. Nunc eſt in Parma cum octo millibus armatorum, mox iturus Romam per Lucam & Senas ex quibus augebitur ſua ſocietas. Sæpenumero ſpopondit vſque ad mortem per ſe & ſuos hoc Concilium defenſare & protegere, & nequaquam Coronam à D. Apoſtolico recipere ſi non fouerit & iuuerit præſens Concilium. Cætera Dominationibus veſtris, cum euenerint & cum opportunitas Nuncij aderit, **vt decet veſtrum Oratorem, notificabo.** Me & mea agenda veſtris Charitatibus committo. Labores & expenſas graues ſine ſtipendiorum ſolutione agnoſcitis; ſuccurrite, quæſo, veſtro alumno ad omnium veſtrûm obſequia paratiſſimo; ille autem ſit veſtra merces in æterna gloria; cuius & ſuæ ſponſæ Eccleſiæ honorem & exaltationem hîc quærimus, D. Ieſus Chriſtus. Scriptum Baſileæ 21. Aprilis.

Veſter, &c.

Accepit quoque Vniuerſitas menſe Iunio datas à Concilio litteras 9. Maij. Et die 7. Iulij lectæ fuerunt aliæ literæ ab eodem Eurardo Gall. Nationi ſcriptæ, quâ die M. Ludouicus Bailly expoſuit eidem Nationi apud Mathurinenſes tranſmiſſam fuiſſe à ſummo Pontifice per Portitores Rotuli Vniuerſitatis quandam Bullam monitoriam & Excommunicatoriam, vt dicebatur, quam tradiderant D. Rectori clauſam, quâ ille credebatur diſſipare velle Sacroſ. Concilium Baſileenſe; quibus auditis, *Natio, nemine reclamante, appellauit à grauamine contento in Bulla ſi quod eſſet, ad illum, vel ad illos, &c. pro ſe & ſuis adhærentibus & adhærere volentibus in*

1432. *futurum, &c.* & hoc antequam aperiretur Bulla. *Voluit etiam Natio rescribere dicto M. Guillelmo, quod ipse dictus M. Guill. tantùm laboret erga Concilium quòd Concilium mittat Parisius citatorium ad euocandum personaliter omnes qui contra dictum laborant Concilium ad videndum se priuari suis Beneficijs.* Hæc verba habentur in veteri Codice Nat. Gall. scribente M Lud. Bailly Procuratore. Sequitur Epistola Eurardi.

„ POst longam animorum nostrorum fluctuationem, quorsum Bohemicum Regnum declinaret, tandem nudiustertius per Legatorum præsentis Concilij vocalem relationem & litterarum Oratorum dicti Regni sigillis Trium statuum munitarum exhibitionem lætantes percepimus eorundem reductionem Spiritus sancti directione in breui futuram. Nempe peruersis plurimis eorum assertionibus & nouis adinuentionibus reiectis ad 4. duntaxat articulos, informari in præsenti Synodo, auditis eorum rationibus & allegationibus se determinarunt, quos latius reserabit præsentium lator egregius M. Ioannes de Riparia qui dictorum oratorum Concilij Relationibus interfuit. Vestræ Deuotionis, si placet, erit pro tam fructuosâ reductione diuinam Clementiam suppliciter exorare; & ad id ipsum cæteros inducere. Equidem eorum aduentus præter dicti Regni fidelem reconciliationem, ad omnium statuum Ecclesiæ Reformationem plurimùm erit fructuosus. Namque inter cætera petunt quod possint liberè in plenâ congregatione vitia & abusus Ecclesiasticorum, neminem nominando, detegere, & super his remedia postulare, ad quæ maximè afficimur; quoniam hæc, vt iudicamus, clades bellicas & plurimas diuinas vindictas demeruisse censentur. Iam non datur locus diffugij, quin huc accedant omnes Prælati Regum, Principum, Vniuersitatum & Capitulorum Legati, cum hîc agatur de Catholica fide & morum necessaria reformatione, sine quibus impossibile est placere Deo, & pro quibus tenetur quisque Fidelis etiam vsque ad mortem laborare. Spectabiles Magistri vltra modum miramur, cur nondum pecunias recepimus, grandem habuimus fiduciam de nostra solutione in aduentu M. Nicolai Amici qui nondum redijt; sed spes quæ differtur, affligit animos. Hoc autem speciale vnum habeo refugium, vestrum implorare adiutorium vt omnibus penè meis consumptis pro honore Dei, Ecclesiæ & vestrum fideliter laboranti subuenire benigniùs velitis; aut gratuito dono, quemadmodum sæpè numero fecistis, vestris Alumnis; aut sub hypotheca meorum stipendiorum per Vniuersitatem soluendorum. Sicut equidem grande opus misericordiæ feceritis, & honorem vestrum conseruaueritis, & tandem vt exopto ęternam gloriam recipietis. Scriptum Basileæ 2. mens. Iunij.

Vester alumnus G. Eurardi, &c.

Eodem anno, die verò Mercurij 6. Augusti apud S. Mathurinum lectæ sunt aliæ literæ eiusdem Eurardi, & ijs lectis, voluit Vniuersitas Orationes, Missas de Spiritu sancto & Processiones per Collegia fieri pro felici progressu Concilij Basileensis. Literarum tenor talis est.

„ NVper memini vestris dominationibus Reuerendissimis statum præsentis Concilij per egregium virum M. Ioannem de Riparia literis notificasse, post cuius abscessum destinauit præsens Synodus solemnes Ambassiatas ad Regnum Angliæ & partem aduersam, super adhæsionibus, fauoribus & auxilijs præstandis, Prælatis & Legationibus mittendis, ac solicitatione & inductione tranquillitatis & Pacis in Regno Franciæ, in quibus sunt Episcopi, Abbates, Doctores, ac alij magnifici viri. Ad Dietam Antissiodorensem mittuntur Episcopi Augustodunensis & Gebennensis & vnus Doctor in vtroque iure Auditor Curiæ Rom. vir vtique excellentissimæ scientiæ & magnæ eloquentiæ. Aliæ autem disponuntur Ambassiatæ, vna ad Hispanias, alia ad Regna Daciæ, Gotiæ, & Noruegiæ tam pro bello periculosissimo illic vigente sedando, quàm pro

Prelatis

Prælatis habendis dictorum Regnorum: tertia ad Bauariam procuratura " ——
pacem, aut longas inducias inter Duces Bauariæ Ludouicum fratrem " 1432.
Reginæ & Henricum; iuxta quorum Dominia migraturi ſunt Bohemi, "
huc lapſo pauco tempore acceſſuri. Hodie nempe decretus eſt ſaluus- "
conductus..... Per eos & noſtros Oratores conuentum illico eiſdem "
mittere. Eius copiam & cœterorum articulorum in hac 4. Seſsione pu- "
blicarorum vobis mittere nequiui ob celerem receſſum præſentis Nun- "
cij. Concernunt Reformationem generalem Eccleſiæ & Electionem "
ſummi Pontificis, ſi & quando vacare ſedes contigerit extra locum Con- "
cilij nullatenus faciendam. De his latius alias informabimini. Legati "
Domini noſtri duo Archiepiſcopi, vnus Epiſcopus & alius Auditor, huc "
feruntur affore intra ſex dies. Æſtimant aliqui quod pro bono Concilij "
citationes decretæ per Oratores D. Imperatoris in perſonis D. noſtri & "
Cardinalium ſunt executioni demandatæ; & iam aliqui veniſſent, ſi fuiſ- "
ſent præmiſsi. Domus tamen ſunt receptæ pro DD. Bononienſi & ſancti "
Euſtachij: eorum arma affixa; & duo Doctores ab eiſdem præmiſsi. Præ- "
terea Cardinalis S. Petri viſus eſt in Viterbio huc acceſſurus; ſequen- "
tur cæteri nactâ opportunitate; quidam amore, alij timore ducti: quip- "
pe maior eſt Orbis vrbe. Cæterum percelebres Magiſtri, etſi grates exol- "
uere dignas non ſit meæ paruitatis; attamen de viginti ſalucijs mihi ſuper "
ſtipendijs meis commodatis, quas valeo ex intimis gratias refero Domi- "
nationibus veſtris, me & mea agenda ſupplicans haberi ſpecialiter com- "
miſſa, paratus iuxta vires cuilibet veſtrum rependere vices, cupienſque "
recreari ſcriptis veſtrarum Dominationum quas conſeruet proſperè & "
dirigat feliciter ſacrorum Conciliorum protector & director Spiritus S. "
Scriptum Baſileæ 20. Iunij. "

Die Sabbati 9. Aug. celebrata eſt ſolemnis Miſſa apud S. Genouefam pro vniuerſalis Eccleſiæ bono & progreſſu Concilij Baſileenſis. Die verò 3. Septemb. lectæ ſunt in Comitijs Mathurinenſibus litteræ Legatorum Vniuerſitatis, quibus certior fiebat de reductione Bohemorum ad fidem; Res ſic ſe habet in Reg. Nat. Gall. *Quantum ad 1. art. fuit lecta littera directa Vniuerſitati: qua audita Vniuerſitas gauiſa eſt de bonis nouis contentis in eiſdem. Et regratiata eſt Ambaſſiatoribus ſuis dicta Vniuerſitas de bona communicatione ſuarum litterarum. Vniuerſitate ſic congregata, exhibuit M. Ioannes Riuiere in plena Congregatione quandam litteram Cardinalem ex parte Concilij Sacroſancti, & ibi fecit pulchram relationem, illam ſcilicet quam fecerunt in Concilio Ambaſſiatores dicti Concilij, cum regreſſi ſunt de Bohemia & pro dictis nouis concluſit Vniuerſitas ſolemnes proceſſiones fieri, Miſſas per Collegia, preces & Orationes & ieiunia ſimiliter, & ſemper dictum Concilium manu tenere omnibus modis concluſit Vniuerſitas.*

Die Lunæ quæ erat 15. Septemb. facta eſt ſupplicatio ſolemnis apud **Ædem S. Catharinæ de Valle Scholarium**, *ad exorandum Altiſſimum pro vniuerſali Eccleſia & manutenentia Sacroſ. Baſileenſis Concilij; & ad regratiandum etiam Altiſſimo, qui ſui gratia taliter dignatus eſt infundere in Cordibus Bohemorum, quod omnino ſe ſubmiſerunt determinationi ſacroſancti Concilij Baſileenſis; & quod nonnulli ex ipſis cum lachrymis vnionem ipſorum ad S. Dei Eccleſiam requiſierunt.*

Mira Dei in hanc rem arcana. Huſſitæ ſeu Bohemi ab anno 1419. quo bellum inceptum eſt, numeroſiſſimos Imperatoris & Catholicorum exercitus pluries terga vertere coëgerunt; placidè verò moniti per Legatos noſtros alioſque, vt Concilij authoritati ſe ſubmitterent, ſe ſubmiſerunt. Hac de re Hiſtorici luculentiſſimè. Apud Auentinum Henricus Landshutenſis ſic ſcribit in litteris ad Albertum de Preyſingea Vicarium ſuum datis Feria 3. ante D. Margaretam in Caſtris Pragæ ann. 1420. *Quinquies Boëmiam intrauimus, quinquies copijs, impedimentis, tormentis, carris, machinis, armis, annona, commeatu, ſupellectile, inſtrumentis bellicis, calonibus amiſſis, pleriſque occiſis, multis in fuga obtritis, necdum viſo hoſte turpiter neſcio quo fato iniquo terga vertimus.*

1432. Paulò verò antè quam Concilium Baſileæ celebraretur Iuliano Cardinale præcedente Electores Imperij cum magna multitudine Bohemiam inuaſerant: at Bohemis tenui exercitu contra eos procedentibus tantus pauor Imperialium animos concuſsit, vt ex denunciatione hoſtium aduenientium, terga verterent. Hanc hiſtoriam fusè ſcribit Æneas Siluius. *Sigiſmundus*, inquit, *Noribergam profectus noua Principum auxilia comparat. Martinus quoque Pontifex Iulianum Cardinalem in Teutoniam mittit vt Bohemis bellum inferat & in Baſilienſi Concilio quod propediem futurum erat, nomine Apoſtolico præſideat. M. Germaniam ingreſſus, mox Noribergam ad Sigiſmundum ſe confert, quo in loco frequentes Germanorum Reguli conuenerant. Decreta eſt noua in Bohemos expeditio ad 8. Kal. Iulij. Fuêre in ea expeditione Albertus & Chriſtopyrus Bauariæ & Fredericus Saxoniæ Duces; Ioannes & Albertus Brandeburgenſes Principes cum Friderico Patre quem penes belli ſumma erat. Herbipolenſis, Bambergenſis, Eiſtetenſis Epiſcopi, Societas Sueuorum, & Imperialium Ciuitatum. Moguntinus, Treuerenſis & Colonienſis Antiſtites auxilia miſerunt & cum his Prouinciarum ſuarum Primores ſupra 40. millia Equitum fuiſſe traduntur. Peditum minor erat numerus. Cardinalis Bohemiam ingreſſus numeroſum illum exercitum ductans multas hæreticorum villas incendit, oppidaque diripuit. Interea ſiue proditio in Fidelium exercitu fuit, quod multi putauêre, ſiue inanis ſua ſponte mentes hominum pauor inuaſit, totis Caſtris trepidatum eſt, & priuſquam hoſtis vllus in conſpectu daretur, fœdiſſima fuga capta. Hoſtis paulo poſt ex metu alieno factus audax adfuit, impedimentiſque omnibus, quibus per ſiluam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus eſt. Iulianus Cardinalis ex Bohemia exactus, Baſileam ſe contulit ibique Concilium celebrauit, Sigiſmundus Romam Coronæ ſuſcipiendæ cauſa petijt.*

Ergo Synodus cum Bohemis agendum rata mitius, Scripſit ad eos, Legatos mitterent qui fidei ſuæ rationem oſtenderent, ſecuritatem itineris promittens, & dicendi quæ vellent libertatem. Legatio fuit 300. Equitum, cuius Principes fuerunt Guill. Coſta, Procopius, Ioan. Rochezanas. Interrogati autem de fide & quibus potiſsimum in Capitibus à Romana diſſentirent, hæc 4. propoſuerunt. 1. De Communione Euchariſtiæ quam ſub ſpecie panis & vini ſumendam affirmabant. 2. De Ciuili Dominio quod lege diuina Clericis interdictum dicebant. 3. De Prædicatione Verbi Diuini, quam liberam permiſſamque omnibus paſſim arbitrabantur. 4. De publicis delictis quæ nullatenus tolerari debere putabant. De hiſce Capitibus diſputatum eſt 50. diebus, & certis tandem conditionibus Communio ſub vtraque ſpecie permiſſa, vt ſcribit Siluius.

„ CVm autem anno Superiore per obitum D. Nicolai Habart vacauiſ-
„ ſet Sedes Epiſcopalis Bajocenſis, & in electione ſucceſſoris nonnihil
„ diſcordiæ interceſsiſſet, Natio Normanica pro quodam qui Electus di-
„ cebatur, petijt ab Vniuerſitate **litteras ad Eugenium Papam commenda-**
„ torias, eaſque ſigillo communi ſigillari. Natio Gallicana iam ante, ſtatim
„ poſt obitum alias obtinuerat pro M. Petro Cauchon Epiſcopo Beluacenſi Priuilegiorum Apoſtolicorum Conſeruatore, eaſque ad ipſum Eugenium per Portitores Rotuli, nec non per Prouiſorem Collegij Nauarrici direxerat; quamobrem interceſsit ne ſigillo Vniuerſitatis prædictæ
„ litteræ ſigillarentur. Et de ea re ſic ſcribit M. Andreas Pelé, eiuſdem
„ Procurator ad diem Sabbati 22. Decemb. an. 1431.

Tandem ſignificaui Nationi quod in nouiſſima Congregatione Vniuerſitatis Natio venerabilis Normaniæ ſupplicauerat pro litteris ad D. noſtrum Papam pro Electo Prætenſo Eccleſiæ Bajocenſis, & quomodo pro ſigillatione litterarum pulſatus eram inſtantiſſimè, quanquam alias Natio ſupplicaſſet pro recommendatione Reuerendiſſimi Patris D. Beluacenſis ad dictam Eccleſiam & obtinuiſſet ab Vniuerſitate litteras pro eadem: immò ad Nuncios Vniuerſitatis Portitores Rotuli cum Inſtructionibus circa id ſpecialibus. Etiam D. Prouiſor Collegij Nauarræ iſta de cauſa ſingulariter eſſet ad Curiam deſtinatus per dictum D. Beluacenſem qui Protector, Conſeruator & Refugium erat Vniuerſitatis &

Nationis. Super quo Natio deliberauit quod non volebat dictas litteras ſigillari: immò ſe opponebat Sigillationi, & quia nondum certificata ſuper electione, & propter diſcordiam in Electione habitam, & quia de variatione potuiſſet notari, volebat audiri prius in Vniuerſitate ſuper iſtis & alijs cauſis legitimis quas intendebat allegare ad impediendam dictam ſigillationem. Quæ im Oppoſitionem Ego factam poſt Congregationes ſignificaui D. meo D. Rectori. Natio tamen vellet complacere venerande Nationi Normaniæ in omnibus ſibi poſſibilibus. 1432.

Nihilominus ipſa Natio Normanica litteras dedit ad Eugenium à quo repulſam paſſa, alias dedit ad Concilium Baſileenſe die 22. Septemb. 1432 quæ extant in MS. Bibliothecæ Illuſtriſſimi D. Abbatis Tellerij, taleſque ſunt.

VNiuerſis Chriſti fidelibus ineffabiles prouenturos fructus ex ſacra « Synodo nunc in Spiritu ſancto legitimè congregata congaudemus « admirantes in his quæ iam viriliter egiſtis obnoxiorum ſuggeſtionibus « perniciosis ſedula mente obnitendo, Principum inſuper plurimorum du- « ra emolliendo corda & à lugubri bellorum clade Nos pro viribus eri- « pientes, nec minus Bohemorum hæreſes funditùs euertere cupitis, in ijſ- « que explendis feliciter exigitis vitam. Quamobrem arbitramur in ter- « ris nullam tantam poteſtatem quæ Sanctionibus veſtris obuiare valeat; « quin imò à ſanctiſſimo veſtro cœtu, in quo ſpiritum gratiæ & veritatis « præſidere profitemur, velut à dudum celebratis Generalibus Concilijs « ſuſcipimus, cum grege Domini exſpectamus diuinæ legis firmamentum « & militantis Eccleſiæ in Capite & in membris correctionem fructuoſiſſi- « mam. Ea propter ex nobili proſapia oriundum M. Ioan. d'Eſquay, quem « dono Dei Eccleſia Bajocenſis in ſuum elegit Epiſcopum, per Sanctiſſi- « mum veſtrum cœtum, ſupplices petimus oppreſſum à grauaminibus re- « leuari, ex eius Canonica Electione votiuam Confirmationem conſe- « quendo. Perſonam eius Præſulatu merito dignam aliàs ſummo Pontifici « commendauimus, quem inexorabilem comperimus, quoniam omni Ele- « ctionis iure & titulo abnegato, iniuſtè intruſo cuidam de Epiſcopatu pro- « uidit, cui vulgus Domum noſtri Suppoſiti citius armata manu cum mili- « tibus Nobilibus obeſſe decreuerat, ſed ex prouidentia noſtri Delecti fu- « ror plebis placatus eſt. Demum promiſit ex ſanctiſſimo veſtro cœtu ſuæ « Oppreſſionis Iuridicum reportare remedium. Res hæc idcirco cuius « baſis in Decretis Preſbyterorum cum paribus, votiuè exequatur, ſint- « que veſtra opera futuris Eccleſiæ Rectoribus, Exempla ſua. ſi feceritis, « quæ Dei ſunt adimplebitis, quique veſtra ſunt, perficiat, quod vt humi- « miles Eccleſiæ filj optamus, ad quam regendam vos conſeruet longiſ- « ſimè Diſtributor omnium. Scriptum Pariſius in noſtra Congregatione, « die 22. menſis Septemb. 1432. «

Veſtræ ſanctiſſimæ Congregationis.

Humiles ac deuoti Oratores, Procurator & Natio Normanorum in Vniuerſitate Pariſienſi.

Sed iam ad Vniuerſitatem noſtram & Regni Francici ſtatum redeamus. Cum hoc anno promulgatum fuiſſet Edictum de re Caducaria, interceſſit Vniuerſitas, apud Senatum Pariſienſem ne Actis inſereretur, vt legitur ad 5. Septemb.

CE iour le Recteur & les Deputez de l'Vniuerſité vindrent en la Chambre de Parlement & feirent briefuement propoſer & dire en effet par la bouche de M. Iean Mertardier Maiſtre en Theologie, que l'Vniuerſité auoit entendu que on auoit ſceelé & publié à Paris, certaines Ordonnances Royaux, touchant les Acquiſitions & admortiſſemens des rentes & heritaiges de l'Egliſe, leſquelles on deuoit mieux appeller deſordonnances que Ordonnances, & que en icelles auoit

1432. *vn article aſſez conſonant & conforme à vne oppoſition donnée au Concile Gene-*
ral dernier, tenu à Conſtance & repugnant à la Loy diuine, & recitoit ce qui eſt
eſcrit homil. 14. ſuper... Pour ce requeroit à la Cour de par ladite Vniuerſité, que
la Cour és procez & cauſes touchant leſdits admortiſſemens voulſiſt auoir égard
à ce que dit eſt, & en aduertir le Preuoſt & les Iuges du Chaſtelet. Sur quoy la
Cour en effet reſpondit que la Cour auroit tel égard à ce que dit eſt, & feroit ce
qu'il appartiendroit.

RErum verò Francicarum non melior ſtatus quàm antea; hinc & inde capiebantur vrbes & diripiebantur, vaſtabantur agri & depopulabantur Ciuitates. Quas miſerias pertæſa tandem Ciuitas Pariſienſis & Vniuerſitas Anglicani iugi impatiens, cœperunt de pace agere habitiſque pluribus inter ſe ſe Colloquijs ſuaſerunt tandem Principibus & ſuæ & aduerſæ Partis ad eam quoquo modo componendam Legatos mittere. Et miſerunt Autiſſiodorum & Melodunum, quanquam non eo ſucceſſu qui ſperabatur & optabatur. Vniuerſitas ſuo nomine M. Ioannem Brioldum Epiſcopum Meldenſem Theologiæ Doctorem ſuiſque impenſis ad Ducem Burgundiæ delegauit. Hac de re actum ſæpè in pluribus Comitijs & concluſum tandem 7. Octob. huius an. 1432. vt legitur in Actis Nat. Gall.

„ Anno Domini 1432. 7. die menſis Octob. cum conuocatâ Vniuerſita-
„ te iteratis vicibus & frequentatis ſuper expeditione, Ambaſſiatæ mitten-
„ dæ, ſeu deſtinandæ ad Illuſtriſſimum Principem D. Ducem Burgundiæ
„ pro tractu pacis habendæ in Regno Franciæ iuxta modum tactum in Vni-
„ uerſitate per Scabinos huius villæ non potuerit haberi concordia in pe-
„ cunijs tradendis, ſeu expediendis Reuerendo in Chriſto Patri & D. D.
„ Epiſcopo Meldenſi Ambaxiatori concorditer electo ab Vniuerſitate præ-
„ fata ſuper prætacta materia, fuit Vniuerſitas ipſa conuocata per D. Re-
„ ctorem in S. Maturino ſuper 3. artic. 1. ad expeditionem totalem & fina-
„ lem Ambaxiatæ mittendæ ad D. Ducem Burgundiæ. 2. Ad prouidendum
„ & diſponendum de Officio Conſeruatoris Priuilegiorum almæ matri
„ Vniuerſitati Pariſ. à S. Sede Apoſtolica indultorum. 3 communis. Quan-
„ tum ad *1. quia factum ipſum Ambaxiatæ videbatur Nationi Franciæ quam-*
„ *plurimum fauorabile & pium, immò ſummè rectum, ipſa pluribus & iteratis vici-*
„ *bus concluſit quod volebat mittere.* Et quoad pecunias tradendas & habendas,
„ conuenerunt ſimul Procuratores Nationum Franciæ, Picardiæ & Nor-
„ maniæ vnà cum ſuis Deputatis: quæ Nationes in hoc actu pariter & con-
„ corditer ambulauerunt & ſe habuerunt. Qui quidem Deputati inter
„ plures modos tactos aduiſauerunt & conſuluerunt vnum modum poſtea
„ ab ipſis Nationibus approbatum & concluſum. *Videlicet quod ipſæ 3.*
„ *Nationes haberent offerre in Vniuerſitate, mutuare ſummam, centum Saluciorum*
„ ***rum auri æqualiter ipſi Vniuerſitati; dummodo ipſa Vniuerſitas & totum Corpus***
„ ipſius Vniuerſitatis ſe obligaret ipſis tribus Nationibus ad reſtituendam
„ dictam ſummam & Quotam ipſos tangentem, & de modis poſtea adui-
„ ſaretur. Pro qua quidem ſumma centum Saluciorum auri ipſe D. Mel-
„ denſis Ambaxiator electus volebat contentari pro tota Ambaxiata: Qui
„ quidem modus illa eadem die 7 ſic aduiſatus & concluſus per iſtas tres
„ Nationes fuit oblatus Vniuerſitati, & in Vniuerſitate per organum D.
„ Rectoris vt vellent aliæ Facultates & Natio in illum condeſcendere &
„ illum acceptare. Et tandem fuit ab Vniuerſitate concluſus. Videlicet
„ quod placebat Vniuerſitati ſe obligare & totum Corpus ipſius Vniuer-
„ ſitatis præfatis 3 Nationibus, ſcilicet Franciæ, Picardiæ & Normaniæ
„ ad reſtitutionem iſtius ſummæ 100. Saluciorum auri, dummodo ipſæ 3.
„ Nationes mutuarent dictam ſummam pro Vniuerſitate & nomine eius ipſi
„ D. Meldenſi pro cauſa ſuperius expreſſa. *Et illico ſe obligauerunt omnes*
„ *Facultates & Nationes in manu M. Michaëlis Heberti Scribæ & Notarij*
„ *Vniuerſitatis; pro Facultate Theol. Reuerendus D. M. Ioannes de Treciſge-*
„ *rens & exercens Officium Decani ſuæ Facultatis, M. Gueroaldus Boiſelli*

Decanus Facultatis Decretorum ſe obligauit pro ipſa Facultate in quantum po- « 1432.
terat; pro Facultate Medicinæ M. Henricus Thibouſt ſimiliter gerens & exer- «
cens Officium Decani ſuæ Facultatis; Pro Natione Franciæ Ego Philippus de «
Longolio obligaui Nationem Franciæ Matrem meam pro quota quæ ipſam po- «
teſt tangere. Pro Natione Picardiæ M. Ioannes Danchy, ſimiliter pro Natio- «
ne Normaniæ M. Laurentius la Mouque, ſimiliter pro Nat. Almaniæ M. «
Albertus Vorden, omnes Procuratores ſuarum Nationum. *Et de iſta* «
concluſione petij Inſtrumentum à Præfato Notario pro Natione Franciæ Matre «
meæ. Et illa eadem die 7. poſt prandium, conuocatis Decanis quinque «
Prouinciarum tradidi iuxta oblationem Nationis & concluſionem ipſi «
Reuerendo Patri D. Epiſcopo Meldenſi ſummam 33. Saluciorum auri de «
pecunijs Nationis acceptis in Coffro ipſius. De qua quidem ſumma 33. «
Saluciorum habet ipſa Natio vnam Scedulam *de Recepiſſe* à dicto D. Epiſ. «
copo Meldenſi ſignatam ſuo proprio ſigno Manuali, repoſitam in ipſo «
Coffro Nationis. «

Quia verò verebatur Vniuerſitas, ne factio Anglicana, cui tum ſuberat, Legatis ſuis moram afferret, aut moleſtiam, dedit quaſdam litteras ad omnia ſua Suppoſita cuiuſcunque ſtatus eſſent, vti prædictis Legatis ſuis auxilium fauoremque præſtarent: quæ litteræ ſeruantur in Tabulario publico, taleſque ſunt.

REctor & Vniuerſitas ſtudij Pariſ. Vniuerſis Suppoſitis noſtris cuiuſcunque gradus, ſtatus atque præeminentiæ exiſtant, ſalutem in Dom. ſempit. Cum propter certas & ſpeciales cauſas graues & arduas vniuerſam huius Franciæ Regni concernentes ſalutem noſtros ad præſens deſtinemus Oratores *ſolemnes, Reu. in Chriſto Patrem D. Io. Epiſcopum Meldenſem Sacræ Theol. Profeſſorem & M. Nicol. de Quoquerel Magiſtrum in Artibus & in dicta Theologia Baccalarium apud præſentiam magnificam Excellentiſſimi* Principis D. Ducis Burgundiæ, vbi ad fructum validum in tam celebri materia conſequendum nobis merito viſum fuerit expedire, per vos & veſtrum ſingulos, prout dictorum Oratorum diſcretio indicabit, ipſos noſtros Oratores veſtris conſilijs & aſſiſtentijs vbilibet confoueri; & præſertim dum ad ipſius Principis & ſui Conſilij præſentiam Vniuerſitatem noſtram repræſentare opus erit. Idcirco vobis & veſtorum ſingulis Mandamus & ſub debito præcipimus iuramenti quatenus prout ipſi Oratores vos & veſtrum quemlibet eorum adeſſe poſtulabunt, eiſdem honorificè aſſiſtatis pro & nomine noſtro; & noſtri contemplatione eiſdem conſilium, auxilium & fauorem, vos & veſtrum quilibet præbeatis indilatè ſuis eorundem Ambaſſiatorum precibus & mandatis obedientes velut nobis in hac parte. Quibus etiam noſtris Oratoribus præſentium per tenorem vos & veſtrum quemlibet vocandi, & per veſtrum ad nos præſtitum iuramentum ad præmiſſa compellendi plenam concedimus facultatem. In quorum teſtimonium.

Moleſtè id tulit Betfordius, ſed diſſimulanter, ne Ciuium & Vniuerſitatis animos ad legitimi Regis ſui partem iam inclinatos à ſe abalienaret: Sed vt eidem Vniuerſitati vices & neruos adimeret, duo Anglicani Regis Edicta promulgauit anno ſequenti, bonorum Eccleſiaſticorum & Collegiorum redemptionem, & Vniuerſitatis Cadomenſis erectionem; qua de re infra. Interim non deſtitit à tam ſancto, pioque propoſito Vniuerſitas, & quâ voce, quâ monitis, quâ precibus & ſupplicationibus ſolemnibus pacem Regni poſtulauit: vt in actis illorum temporum legere eſt, donec tandem ſuus ſibi redditus Pater, & Rex ſolio auito redonatus.

Eadem die 7. Octob. & in ſupradictis Comitijs Epiſcopus Beluacenſis Conſeruator Priuilegiorum Apoſtolicorum petijt ſibi licere munus iſtud abdicare, tranſlato nempe ad Lexouienſem Eccleſiam, illudque Meldenſi Epiſcopo conferri: cuius ſupplicationi Vniuerſitas annuit. Res ſic ſe habet in ijſdem Nat. Gall. Actis. CONSERVATOR.

1432. Quoad 2. art. Congregationis excuſauit ſe vt moris eſt & gratias egit in Vniuerſitate Reuerend. in Chriſto Pater & D. D. Epiſcopus Beluacenſis de ipſo Officio Conſeruatoriæ Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis & de honoribus in ipſo ſuſceptis. Et dicebat ſe eſſe tranſlatum de Eccleſia ſua Beluacenſi ad Eccleſiam Lexouienſem. Et ſic non poterat amplius exercere ipſum officium Conſeruatoris, cum non caueatur in Bulla de Epiſcopo Lexouienſi, ſed ſolum Beluacenſi, Siluanectenſi & Meldenſi. Et requirebat ipſe D. Beluacenſis, *vt ipſa Vniuerſitas vellet in loco eius ponere & inſtituere præfatum Reuerendum in Chriſto Patrem & D. D. Meldenſem; quoniam à primæuo ſuæ ætatis fuit enutritus, & tandem graduatus in ipſa Vniuerſitate, & tandem vellet eum aſſumere in ſuum Conſeruatorem, vt dictum eſt.* Quæ quidem Natio Franciæ & etiam tota Vniuerſitas exonerauit ipſum D. Beluacenſem de huiuſmodi officio Conſeruatoriæ ſuorum Priuilegiorum, cum gratiarum actionibus, & benignè ſuſcepit renunciationem eius. Et iuxta requeſtam ipſius D. Epiſcopi Beluacenſis poſuit loco eius, inſtituit & ſuſcepit in ſuum Conſeruatorem priuilegiorum ſuorum Apoſtolicorum præfatum Reuer. in Chriſto Patrem & D. D. Ep. Meldenſem; qui ipſum Officium acceptauit, iuramentis ſolitis in plena Vniuerſitate præſtitis.

Die 8. Nouemb. lectæ ſunt apud Mathurinenſes litteræ M. Guill. Eurardi, quibus continebatur ſtatus Concilij Generalis, acceſſuſque frequens Prælatorum aliorumque Illuſtrium virorum. Pro *cuius manutenentia* & pace Regni decretum eſt vt Miſſa ſolemnis celebraretur.

Die 14. lectæ aliæ litteræ à Legatis Vniuerſitatis tranſmiſſæ, & aliæ ad Concilium & ad Eugenium Papam tranſmittendæ. Cum autem graſſante bello nonnulli fuiſſent incarcerati Magiſtri, adiunxit ſe eadem Vniuerſitas Archiepiſcopo Rothomagenſi eoſdem repetenti: qua de re ſic legitur in Actis Curiæ ad diem 1. Martij.

MAGISTRI INCARCERATI AB VNIVERSITATE REPETVNTVR.

„ CE iour M Iean Bailly au nom & comme Procureur de l'Vniuerſité
„ de Paris, dit & declare qu'il auoit appellé en la Cour de Parlement,
„ de certains commandemens, appointemens & delais de droit, & autres
„ exploits & griefs à declarer en temps & en lieu faits & ordonnez contre
„ & au preiudice de ladite Vniuerſité, entant que à ce eſt adiointe auec
„ l'Archeueſque de Roüen, par le Bailly de Roüen ou ſon Lieutenant, au
„ profit ou à l'inſtance du Procureur du Roy audit lieu par ſpecial, en tant
„ que ledit Bailly a refuſé de rendre & bailler audit Archeueſque, l'Eueſ-
„ que d'Avranches Bachelier en Theologie, M Iean Buſſet Preſtre, Mai-
„ ſtre és Arts, licentié en Droict, Iean de la Leu licentié en Droict, &
„ Iean Seigneur, Clercs non mariez, eſtans du ſerment de ladite Vniuerſité
„ & pluſieurs autres Clercs & Preſtres priſonniers audit Roüen; que ledit
„ **Bailly ou ſon Lieutenant ont refuſé de rendre audit Archeueſque, com-**
„ bien qu'il les aye ſur ce pluſieurs fois ſommez & requis, en leur offrant
„ à leur faire leur procez deuëment ſelon l'exigence des cas, pour leſquels
„ Griefs & autres à declarer plus à plein en temps & lieu, ladite Vniuerſi-
„ té pour ſon intereſt, adiointe auec ledit Archeueſque, quant à ce, a ap-
„ pelle à ladite Cour, proteſtant de releuer & pourſuiure ſon appel, ainſi
„ qu'il appartiendra.

„ *Le Vendredy 3.* iour d'Avril audit an, le Recteur de l'Vniuerſité de Pa-
„ ris, auec les Deputez d'icelle, ont fait dire par la bouche de M. Guillau-
„ me Eurard Maiſtre en Theologie, que l'Vniuerſité a n'agueres appellé
„ ceans, ainſi que cy-deſſus eſt enregiſtré au Regiſtre du 1. iour de Mars
„ dernier paſſé, & qu'ils ont preſenté en la Chancelerie leurs lettres d'ad-
„ iournement en cas d'appel, qu'on leur a refuſé: pour ce ſupplient & re-
„ quierent que la Cour les faſſe ſceller du ſignet de la Chambre de Parle-
„ ment, ou icelle authoriſe l'adiournement, ou que autrement la Cour
„ leur pouruoye ſur ce. Sur quoy la Cour euë deliberation, a reſpondu au
„ Recteur & Deputez, que leur diligence qu'ils faiſoient, ſeroit regiſtrée

pour leur valoir en temps & en lieu ce que de raiſon. Et afin que le temps ne guiere contre eux, & au ſurplus pour ce que la matiere eſt grande & touche l'honneur & ſageſſe du Roy & de la Cour; Icelle Cour aſſemblera & fera aſſembler ceans le Conſeil du Roy, en bon & ſuffiſant nombre pour y auoir plus plaine deliberation, & ce fait, reſponſe ſera faite auſdits de l'Vniuerſité, telle qu'il appartiendra, & au pluſtoſt que faire ſe pourra bonnement. Dequoy leſdits de l'Vniuerſité ont rendu graces à la Cour, en la ſuppliant que la choſe ſoit accelerée, car le cas le requiert. 1432.

Sub initium anni 1433. nempe 16. menſis Aprilis habitis Comitijs Nat. Gall. lectæ fuerunt litteræ Zanonis Electi Bajocenſis, ſeu potius ad ſedem illam tranſlati, quibus Nationem ipſam rogabat haberi gratam tranſlationem ſui à ſede Lexouienſi ad Bajocenſem. Nam cum, vt ante docuimus, petente Nat. Normanica ſigillari ſigillo communi litteras quas ad Eugenium Pontificem & ad Concilium Baſileenſe deſtinabat in confirmationem electionis, obſtitiſſet Gallicana, propterea quod aliàs pro tranſlatione Epiſcopi Beluacenſis ad eam ſedem vacantem deprecata fuerat, verebaturque inconſtantiæ notam, Zano eam ſibi demerendam putauit & reuera obtinuit vt ad ſuos Nuncios Baſileæ commorantes in eam rem ſcriberet. Res ſic ſe habet in Reg. Nat. Gall. 1433.

Anno Domini 1433. die 16. menſis April. poſt Paſcha Ego Gerardus Gehe, tunc Procurator Nationis conuocaui Nat. ſuper 2. art. 1. fuit ad audiendum lecturam litterarum tranſmiſſarum Nationi ex parte Reuerendi in Chriſto Patris D. Zanonis (de Caſtillone) Epiſcopi Bajocenſis, nec non ſuper aliquibus tangentibus honorem Nationis. Et quoad 1. lectæ fuerunt præfatæ litteræ tendentes ad hunc finem vt Natio vellet præfatum Reuerendum Patrem protegere in Iuſtitia & æquitate in ſua cauſa quam pro tunc habebat contra M. Ioan. Deſquay prętendentem eſſe electum ad dictam Eccleſiam Bajocenſem: quoniam dictus Reuerendus Pater fuerat per Sanctiſſimum Papam tranſlatus de Eccleſia Lexouienſi ad Bajocenſem & pro ſui iuris confirmatione obtinuerat vnam ſententiam à certis Iudicibus commiſſis ex parte ſacri Concilij Baſileenſis quod pro tunc actu celebrabatur in Ciuitate Baſileæ. Ad hanc etiam finem ſupplicauit M. Ioannes de Caſtelliono conſanguineus præfati D. Bajocenſis, qui credentiâ expoſitâ, quæ etiam in dictis litteris continebatur, petiuit vt Natio vellet ſcribere ſuper his ſacro Concilio præfato, nec non Ambaxiatoribus de Natione pro tunc in Concilio exiſtentibus, ſcilicet MM. Io. Pulcri Patris & Dionyſio de Sabeurayo; & in ſpeciali etiam & ad partem M. Guill. Eurardi Ambaxiatori Nationis ad præfatum Concilium: quod libentiſſimè annuit præfata Natio & concorditer. Quinimo eidem Reuerendo Patri dedit adiunctionem in ſua cauſa in Iuſtitia & æquitate. Et ordinauit vlterius ſcribere eidem Reuerendo Patri regratiando ſibi, ac eidem intimando **Concluſionem Nationis.**

Fuerunt ergo confectæ litteræ, quarum tamen ſigillationi obſtitit M. Io. Franciſci Decanus Tribus Senonenſis, protractaque mora eſt ad diem vſque 2. Maij: quâ tandem concluſum, non obſtantibus certis rationibus quas ille proferebat, vt ſigillarentur.

Anno eodem auditi ſunt legati Boëmorum in Concilio Baſileenſi, ad quos Iulianus Cardinalis elegantem & ſalutarem orationem habuit: *ipſi* verò licet plurimis capitibus à fide Catholicâ deuiarent, quatuor tamen illa præcipua de quibus dictum eſt ſupra, propoſuerunt, & per quatuor Doctores è ſuis diſceptari & agitari voluerunt, vnumquodque, ſcilicet per vnum Doctorem: cum quibus totidem à Concilio electi & collati, quorum duo Doctores erant Pariſienſes. Sed quanquam Catholici accuratè Huſſitis reſpondiſſe viderentur, cum non poſſent certæ conditiones pacis concipi, communi conſenſu miſſi ſunt cum Boëmis nonnulli à Concilio, Pragam, qui rem cum Vniuerſitate diſceptarent: quod quidem feliciter ſucceſſit; reuerſi enim Baſileam retulerunt nonnullos articulos quos Concilium benignius interpretatum admiſit.

1433. Hoc eodem anno inſtitit Vniuerſitas repetendæ libertati ſuorum alumnorum Rothomagi in carceribus detentorum, cui tandem Curia Pariſienſis ſatisfecit interdicendo, ne quid in eorum cauſam innouaretur, vt legitur in actis Curiæ ad 24. April.

" LE Vendredy 24. iour d'Avril audit an. 1433. furent au Conſeil M. " Robert Pié-de-Fer Preſident & les autres Conſeillers de ceans, & " ſuruindrent l'Eueſque de Noyon Meſſire Iean le Clerc, l'Abbé de Feſ- " camp Sire Iean de Precy, M. Nicole Fraillon & aultres Conſeillers, pour " auoir deliberation ſur le contenu en la requeſte de l'Vniuerſité de Paris, " contenant en effet, que l'Vniuerſité en adherant ou ſoy adjoignant à " l'Archeueſque de Roüen, auoit appellé en Parlement de certains ex- " ploits & griefs de Droict faits par le Bailly de Roüen ou ſon Lieutenant, " au preiudice de l'Eueſque d'Avranches & aultres, & que icelle Vniuer- " ſité a fait ſa diligence en la Chancellerie pour auoir adiournement en " cas d'appel ſous le Signet de la Cour, ainſi que eſt accouſtumé de faire " en tel cas. Et aprés que deliberation eut auec les deſſus-nommez a eſté " conclud, que encores ne ſera mie baillié adiournement en cas d'appel " par ladite Cour, mais ſeront faites lettres & baillées au Procureur de l'V- " niuerſité addreſſant à M. Thomas Faſſier & Iacques le Coq Conſeillers " du Roy eſtans à Roüen pour ſignifier audit Bailly & Lieutenant ladite " appellation, & pour ce leur faire inhibition & défenſe par la Cour qu'ils " ne innouent ou attentent aucunement contre ladite appellation ne au " preiudice d'icelle.

Eodem anno conqueſta eſt apud ſupremam Curiam Pariſienſem Vniuerſitas de quadam redemptione bonorum Eccleſiaſticorum & Collegiorum ſuorum, quæ iuxta Decretum Regis Anglicani in Gallia tunc regnantis imperata fuerat; multis autem rationibus contendit fieri non poſſe, obſtantibus, ſcilicet Canonibus & iuribus Eccleſiaſticis. Quæ quidem ex Actis Curiæ 8. Aug. melius intelligentur.

CONTRA REDEMPTIONEM BONORVM ECCLESIASTICORVM.

" CE iour vint en la Cour le Recteur & pluſieurs Maiſtres de l'Vniuer- " ſité de Paris, en leurs habits accouſtumez & firent propoſer par la " bouche de M. Eurard Maiſtre en Theologie qu'ils venoient pour faire " vne griefue complainte contenant deux choſes. L'vne pour le fait du " rachapt des Rentes que l'on fait contre le bien des Egliſes & des Col- " leges de Paris. L'aultre pour le fait de l'alternatiue, afin qu'elle ait ſon " Cours, ainſi que noſtre S. Pere le Pape & le Roy & ſon Conſeil l'ont " voulu & ordonné, & print ledit Eurard par maniere de Theme, ces Pa- " roles du Pſalmiſte. *Tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.* Et ces paroles " pouuoient s'addreſſer à la Cour qui eſt la ſouueraine Iuſtice de ce " Royaume & proteſta ledit Eurard qu'il n'entendoit, par ce qu'il auoit à " dire à aucun iniurier, & eſtoit chargé de le dire par commandement: " Et ce fait diſt ledit propoſant deux choſes.

" 1. Que les libertez de l'Egliſe ne ſont pas ſeulement *in ſpeciali*, &c.

" *Item*, & 2. que les Empereurs & Roys au temps paſſé, meuz de deuo- " tion ont baillé & donné à l'Egliſe pluſieurs beaux priuileges & droits " temporels, leſquels ne doiuent eſtre oſtez & annichilez par leurs ſuc- " ceſſeurs qui ains les deuoient augmenter.

" *Outre dit comment l'Vniuerſité de Paris, vint d'Athenes à Rome, & de Rome* " *à Paris au pourchas du Roy Charlemagne, qui à la requeſte de 4. Cleres; c'eſt à* " *ſçauoir* Alcuinus, *& autres quatre qu'il nomma, promiſt de leur faire pourueoir* " *de gens ingenieux pour mettre à l'eſtude, des viures, veſtemens & autres leurs* " *neceſſitez qu'il declara.* Et ſi les Roys & Princes au temps paſſé ont eſté " tres-glorieux, & ont proſperé pour leurs bonnes œuures qu'ils faiſoient; " par le contraire, il eſt à croire vray-ſemblablement, qu'il meſcheerra à " ceux qui feront mauuaiſes œuures. *Pompeius* fut tres-glorieux en ſon " Empire; mais tantoſt qu'il fiſt de l'Egliſe eſtable à ſes Cheuaux, il finît

meſchamment

meſchamment ſes iours, allegua vne autre authorité de Polycration.

Dit outre, que depuis cinq ou ſix ans en çà, on a fait vne Conſtitution par laquelle ſeroit loiſible de rachepter les Rentes non deuëment amorties, conſtituées ſur les maiſons de la Ville de Paris & des Faux-bourgs d'icelle, dont fut enſuiuie grande ruine & deſolation & auerſion de l'Eſtude de Paris, laquelle Conſtitution ne vaut & ne ſe peut ſouſtenir pour pluſieurs raiſons. 1433.

1. Car qui veut faire vne Loy ou Conſtitution, il faut appeller ceux à qui il touche, par ſpecial, les principaux membres. Or eſt ainſi qu'en cette ville ſe tint Eſtats, eſquels en ſpecial les gens d'Egliſe & auſſi l'Vniuerſité n'ont point eſté appellez ne preſens. *Et fuit facta per Paucos.* Et y a eu ſeulement trois ou quatre perſonnes d'Egliſe, & n'eſt mie loiſible au Peuple de faire vne Loy ſur la Nobleſſe, *nec contra*, ſans appeller ceux à qui la choſe peut toucher. Et s'en va tout le profit de cette Conſtitution és bourſes de ſix ou huit perſonnes qui ont pourchaſſé cette Conſtitution. Et ne leur a pas ſuffy que la Ville de Paris y fuſt comprinſe, mais ont pourchaſſé que les Faux-bourgs d'icelle y fuſſent comprins. Et ſuppoſé que les faiſeurs de ladite Conſtitution euſſent eu authorité, toutesfois void-l'en & apperçoit-l'en qu'elle ne ſe peut ſouſtenir? Car par icelle plus grande ruine & deſolation, s'eſt enſuiuie és maiſons de la Ville de Paris que plus auant ne faiſoit.

Item, pluſieurs Benefices en ſont deſcendus & deſtruits & ne chante l'on plus, & ſont par ce les ames eſtans en Purgatoire fraudées, car on ne chante, ne prie plus pour elles. Et ſont les rentes des Colleges & Egliſes conſignées en main de Iuſtice puis à long temps, & par ce n'en pourroient plus riens auoir les Eſcholiers & Beneficiers, & n'ont de quoy viure, & par ce faut neceſſairement que l'Vniuerſité s'en voiſe & s'en parte de la Ville de Paris, qui en a eſté moult honorée & enlumi-née au temps paſſé.

Item, cette Loy perſecute Dieu & l'Egliſe, car on ne donnera plus riens à l'Egliſe par ce moyen, & ne fut ont onques temps de prendre guerre à Dieu.

Item, par icelle Loy on contraint vn homme à vendre le ſien, qui eſt vne contrainte déraiſonable.

Item, on perſecute ceux du Purgatoire, comme dit eſt, car leurs Meſſes & Prieres ceſſent & crient à Dieu, *vindica Domine ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt*, car on leur empeſche & retarde leur fonction & viſion de Dieu.

Item, y à mots captieux en ladite Conſtitution, c'eſt à ſçauoir en ces mots, *deuëment amorties*, dont ils ſont enſuiuiz pluſieurs inconueniens & procez, & par la malice des gens faut *his temporibus*, mettre vne peau de parchemin où ſouloient ſouffire quatre lignes.

Dit outre que le Roy *Philippus* de Valois voulſiſt faire autrefois vne pareille Conſtitution, mais quand il fut bien informé & conſeillé, n'en fit riens, mais au contraire il donna & admortit pluſieurs terres & rentes à l'Egliſe & y fit pluſieurs biens.

Item, ſi cette Conſtitution dure, viendront en ruine & à deſolation totale les Colleges de Paris, qui n'ont pas eſté fondez par les Roys, ne par les Gens de Paris, ſi ne les peuuent ou doiuent defonder, ne deſtruire, & n'y a que le College Mignon. Et a eſté au temps paſſé la Ville de Paris moult éleuée & peuplée par les Eſcholiers de l'Vniuerſité, & par eſpecial du coſté où eſt l'eſtude. Et font leſdits de l'Vniuerſité requeſte 1. que telles voyes ceſſent & que ladite Conſtitution, *non comprehendat Eccleſiam, non ſaltem Vniuerſitatem, nec ſuppoſita qui poſſunt dici miſerabiles perſonæ.* 2. Que l'Alternatiue ſoit aduancée & qu'elle ait ſon Cours. Sur quoy la Cour a reſpondu aux deſſuſdits, que en tant que touchoit le procez pendant entre les Parties, la Cour feroit raiſon à icelles parties, & au ſurplus allaſſent deuers M. le Chancelier & le grand Conſeil.

1433. De Vniversitate Cadomensi.

Eodem anno cum Diplomate Regis Anglicani tunc Galliam tenentis inſtituta fuiſſet Vniuerſitas Cadomenſis, præſertim ad docendum leges, interceſſit Vniuerſitas Pariſ. vt legitur in actis Curiæ.

" LE Ieudy 2. Nouembre, l'an deſſuſdit, le Recteur & les Deputez de
" l'Vniuerſité de Paris & le Preuoſt des Marchands firent dire & re-
" monſtrer audit Chancelier, aux Preſidens & Conſeillers de Parlement,
" par la bouche de M. Guill. Eurard Maiſtre en Theol. qu'ils auoient en-
" tendu qu'on vouloit inſtituer, eſtablir ou fonder en la ville de Caën,
" Eſtude de Loix & de Decrets, ce qui pourroit redonder au grand dom-
" mage & preiudice, à la diminution & confuſion de la Foy Chreſtienne,
" au preiudice de la ſouueraineté & au reſſort de la Cour de Parlement,
" contre le Traitté de la Paix, & en particulier preiudicieroit à la reſtaura-
" tion de la Cité & Eſtude de Paris. Declaroit en outre ledit Eurard les
" dommages & inconueniens diſpoſez d'aduenir par ledit Eſtude de Caën,
" & auec ce remonſtroit comment ledit Eſtude ne ſeroit mie vtile, ne ne-
" ceſſaire ſpecialement pour le Pays de Normandie qui eſt tout reglé &
" gouuerné par Couſtumes, & comment à Louuain & à Doüay & ailleurs,
" auoit eſtude de Loix pour fournir le Royaume de Legiſtes & Iuriſtes:
" Pourquoy vouloit dire iceluy Eurard, qu'il n'eſtoit neceſſaire, ne vtile
" d'eſtablir ladite Eſtude de Caën & qui entant que touche l'Vniuerſité
" Paris, offroit de conſentir & permettre à Paris, Eſtudes de Droict Ciuil
" *ad tempus*, ainſi que ſeroit aduiſé; en ſuppliant au Chancelier & à la Cour
" qu'ils voulſiſſent remonſtrer & faire remonſtrer au Roy ou à ſon Conſeil,
" & où il appartiendra, afin que ledit Eſtude ne ſoit eſtably ou fondé en la-
" dite ville de Caën.

" Surquoy le Chancelier fiſt reſponſe, en diſant aux deſſus-nommez,
" qu'ils baillaſſent par eſcrit deuers la Cour leurs offres deſſuſdits, & que
" on auroit aduis ſur ce qui auoit eſté dit & requis de par l'Vniuerſité & le
" Preuoſt des Marchands de Paris.

Anno ipſo 1433. in Concilio Baſileenſi factum eſt ſtatutum cui Oratores Vniuerſitatis Pariſ. ſubſcribere noluerunt, eo quod priuilegia ſua infringere videbatur. Statutum eſt eiuſmodi in ſeſſ. 31.

" Statuit hæc 1. Synodus quod omnes quæcunque cauſæ, exceptis maio-
" ribus & Electionum Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum, qua-
" rum immediata ſubiectio, vel appellatio legitima id ad Sedem Apoſto-
" licam deuoluit, apud illos Iudices in partibus qui de Iure, aut conſue-
" tudine præſcriptâ, vel priuilegio cognitionem habent, tractentur. Quod
" ſi quis oppreſſus ad Sedem Apoſtolicam per querelam, vel appellatio-
" nem recurſum habuerit, cauſa per Reſcriptum vſque ad finem litis in-
" cluſiuè in partibus committatur, *aut aliam rationabilem & legitimam cau-*
" *ſam*, de quibus in Commiſſione exprimendis legitimo prius documento,
" & niſi forte propter defectum Iuſtitiæ, aut iniuſtitiæ metum etiam in
" partibus conuicinis ſummariè conſtiterit, videretur apud ipſam ſe fore
" retinendum. Si quis contra præſens Decretum aliud extorſerit, omni-
" no careat impetratis & in expenſis condemnetur. *Romanæ verò Eccleſiæ*
" *Cardinales & Sedis Apoſtolicæ Officiales actu in Curia ſuis Officijs inſiſtentes,*
" *ſummi Pontificis & ipſorum Cardinalium* familiares qui ſe veros, ac con-
" tinuos eorum Commenſales ſaltem per ſex menſes ante Commiſſionem
" cauſæ fuiſſe legitimè docuerint, hoc decreto includere non inten-
" dimus.

Huicce igitur Decreto reſponderunt Oratores Vniuerſitatis Pariſ. ſe non poſſe conſentire propter rationes ſequentes, in ſcedulâ oblatas.
" Et 1. propter clauſulam in quâ cauetur, *Aut aliam rationabilem & legiti-*
" *mam cauſam*, eo quod minima cauſa quæ in Rom. Curia explicaretur &
" exponeretur, apud multos & rationabilis & legitima judicaretur, & per
" hoc non eſſet prouiſum abuſibus, qui paſſim & inceſſanter commiſſi di-
" cuntur.

Item propter exceptionem, quæ incipit, *Romanæ verò Eccleſiæ Cardinales, &c.* nam vigore dictæ clauſulæ non tolluntur grauamina; tum 1. cum ipſi excepti impune poſſent trahere perſonas Eccleſiaſticas & alias pro quacunque minima & graui cauſa ſiue ardua ad Curiam Rom. de extremis partibus orbis, tum 2. quia in eadem clauſula nullus determinatur numerus Officialium Curiæ Rom. qui communiter dicuntur in maximo numero exiſtere. Præterea non determinatur numerus familiarium ſummi Pontificis & DD. Cardinalium cum quibus aſpirans proſequi cauſam in Curia Rom. procurare poteſt, vt ſæpè contingit officium familiaritatis varijs & multiplicibus medijs, ſicque non alleuarentur grauamina. Inſuper quod non licebat ipſis familiaribus ante expeditionem huius decreti in præiudicium priuilegiorum Vniuerſitatis, foret eis licitum, ſtante decreto. Et amplius dicti Excepti ſpecialiter eſſent priuilegiati authoritate ſacri Concilij, quod nuſquam reperitur, ſaltem in præiudicium Priuilegiorum noſtrorum. Item non valet dicere quod non minus debent eſſe priuilegiati quam Vniuerſitates ſtudiorum Generalium; quoniam ſi priuilegium ſpeciale ſuper hoc haberent, comprehenderetur ſufficienter in Clauſulâ aliàs in ipſo Decreto contenta in qua cauetur, *Qui de Iure, aut conſuetudine præſcripta, vel priuilegio cognitionem habent*; & per hoc non eſſet opus ponere exceptiones pro ipſis à dicto priuilegio.

His autem Rationibus reſponderunt Curiales, eaſque eneruare conati ſunt, vt habetur in MS. Victorinæ Bibliothecæ prædicto. Primò, *inquiebant*, ſi Vniuerſitas prædictum habet Priuilegium, vt dicit, quod ipſius ſuppoſita, Officiales ac familiares eximuntur ab omni Iuriſdictione ordinaria extra muros Pariſ. ſiue agendo, ſiue defendendo, quare non fortiori ratione Cardinales Eccleſiæ Rom. Sedis Apoſtolicæ Officiales, ac familiares ante nominati eximi debebunt ab omni Iuriſdictione extra Curiam Rom. cum Sedes Apoſtolica debeat fungi amplioribus priuilegijs quam quodcunque aliud membrum particulare? Confirmatur 2. quia etiam priuilegia veſtræ Vniuerſitatis pendent de gratia ipſius ſedis; quomodo ergo honeſtè poteſt ipſa in eius diſpendium retorquere?

Item ſi Vniuerſitas habet id priuilegium in Cauſis Beneficialibus, vt non trahatur extra muros Pariſ. ad quid ergo conata eſt nuper id à D. Martino impetrare, & obtinuit ſolum pro 1. Inſtantia? Cum itaque per tenorem huius Decreti habeat ipſa primam Inſtantiam, demptis paucis officialibus, meritò contentari debet.

Item omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula, Vniuerſitates, Communitates conſentiunt exemptioni huiuſmodi Curialium qui tamen ditati ſunt priuilegijs magnis; ad quid ergo ſola Vniuerſitas obſtat? videat ne ſe de obſtinatione reddat nobilem; vnde nobis non ſine verecundia ſæpius inſtitit, quod in ſacro Concilio, **neque Papæ ad nutum volumus obedire.**

Item in prærogatiuis gratiarum ad Beneficia huiuſmodi Officiales eximuntur; quare ergo non quoad lites inde ſequentes, cum ſint acceſſoriæ?

Item ſi ad abuſus circa huiuſmodi Officiales & familiares habetur reſpectus, efficitur quod numerus modificetur.

Item quod ſatis qualificantur in Decreto vt intuenti patet.

Item nobis cum maximo vultus rubore palam reſcitur abuſus in Scholaritate, tum in gradibus conferendis, tum in Officiarijs noſtris, tum etiam in Curia Conſeruationis, quæ, vt dicunt, cauſas omnes etiam non ſibi pertinentes amplectitur.

Item ei per quod obijcitur per nos circa illam Clauſulam, *aut aliam rationabilem cauſam, &c.* dicunt quod ſatis cauſæ friuolæ purgabuntur, ſi in commiſſione exprimatur, vt portat tenor Decreti.

Iſta ſunt quæ contra noſtram intentionem per alios allegantur. Et niſi fuiſſet fauor quem gerit D. Legatus ad Vniuerſitatem & Nos, ſine morâ tranſiſſet in forma præſcripta, quoniam ex conſuetudine noſtra

» reportauimus verba & formidamus non poſſe ſufficere, faciemus tamen
1433. » pro bono matris quod Dominus inſtituet.
» Difficultates circa Decretum de Pacificis poſſeſſoribus quæ potiſſimè
» continent modum comprehendendi pendentes lites & poſſeſſiones, non
» tangunt amplius matrem noſtram quàm alios in hoc ſpecialiter non de-
» ſignatos, &c.

His acceptis litteris, Vniuerſitas reſcripſit, deque ſtudio Generali quod Anglus Cadomi erigere cupiebat, Concilium admoneri voluit. Extant hæc litteræ in Tabulario Academico his characteribus notatæ, Aaa.

Suſcepimus litteras veſtras, Oratores præclariſſimi? quarum ſerie noſtrarum appellationum Iudices eſſe per Sacrum Concilium deputatos aſſeritis. Miramur tamen formæ communis reſcriptum minimè per vos à Iudicibus impetratum, quo mediante nos Impedientes coram Iudicibus vocarentur, aut ſaltem generalis procederet inhibitio quæ nulli vnquam appellanti denegata eſt, propter quam ceſſarent vexationes aſſiduæ eorum qui noſtra ſuppoſita extra muros Pariſ. trahere non verentur; rigoris enim iuſtitiæ eſt, vt pendente appellatione indeciſa, nulla innouatio procedat & ſub tutamine Iudicis ad quem appellatum eſt, maneat ſecurus appellans vſque ad cauſæ terminationem. Hæc enim continere debet, quam tranſmiſſuram vos dudum toties pulſauimus præfatam, Iudicialis inhibitio. Sed quoniam de noſtris priuilegijs verba facitis, noſtram vobis ſignificamus intentionem non eſſe vt coram Iudice quocunque noſtri priuilegij agitetur diſcuſſio: Vbicunque enim cauſam noſtram deduci contigerit, priuilegia noſtra ſupponi volumus & pro confeſſatis haberi, quoniam & eorum in Iure communi clara fundationis origo, & vſus notorius omni æuo præſcriptus, æquiparatus titulo legitimo. Ad noſtri priuilegij, ſeu potius Iuris notiſſimi ſuppoſitionem & notorietatem ſufficere videntur, ſed melius eſſet autoritate ſacri Concilij Iudices hîc Pariſius eſſe commiſſos coram quibus duceremus agenda, vbi quæ probationibus egerent, facilius deduceremus. Præterea diſcretiſſimi viri ſicut noſtræ litteræ priores ſerioſiùs continebant, *Studiorum erectionem nouorum, præſertim quadam nouitate intruſa Studij erigendi in villa Cadomenſi formidanda eſt noſtri ſtudij depopulatio, & diſſidium huius vrbis vltra grauia damna pariter & iacturas quæ Eccleſiæ ſanctæ & fidei plerumque talium nouitatibus inſurgere viſæ ſunt.* Veſtrum itaque erit, Fidiſſimi Oratores: Sacroſancti Concilij autoritate Interdictum præſtante, ne ad tales Nouitatum præſumptiones proceſſum ſit, diligenter inſiſtere & viriliter obicem præbere. Vtque principijs obſiſtatur, à ſacra Synodo litteras ſuper his, ſicut videritis, obtinere Domino noſtro Regi ſuoque Conſilio celeriùs dirigendas, aut aliud remedium validius quod melius videritis expedire, nobiſque prouiſionem tranſmittere quæ expedierit, ſimulque inhibitionem à Iudicibus appellationum ſuperiùs expreſſam. Nos autem pro veſtra prouiſione elaboramus aſſiduè, vt veſtros hactenus indefeſſos labores quos ad perſeuerantiam conſtanter firmatos ſuprema gratia confidimus propter penuriam non intueamur remiſſos. Verum vt illi qui capitalem Burſam pro veſtra prouiſione per nos propoſitam ſoluere diſtulerint, compelli habeant indilatè, Compulſorium nobis autoritate Concilij decernendum quam citò tranſmittere curetis. Veſtras autem diſcretiſſimas Circunſpectiones dirigat & tueatur ſui ſacri Operis directores præcipuos Ieſus Chriſtus.

De Vniuersitatis Cadomensis erectione.

1434. Anno 1434. Concilium Baſileenſe multas Seſſiones adhuc celebrauit, pertinentes ad Iuriſdictionem Papæ, & Concilij authoritatem. Item actum cum Græcis de loco, in quo commodè poſſet cum ijs de rebus fidei conueniri. Reformata quoque eſt Facultas Artium, & quædam ſtatuta facta de continuatione ſacri Concilij Baſil. deque quadam ſemidecima non ſoluenda: eaque ſtatuta, Rector ipſe iurare iuſſus, vt patet ex Comitijs Nat. Gall. an. 1434. die 7. April. ante Paſcha, vt ſcribit M.

Maugerus Procurator. Et ex Actis eiuſdem Nationis intelligimus frequentes à M. Guill. Eurardi tunc Legato ipſius datas litteras de ſtatu Baſileenſis Concilij. 1434.

Sub finem anni actum eſt de ſolemni legatione mittenda ad Ciuitatem Atrebatenſem, vbi de pace Regni futurus erat celebris Conuentus. Academicæ legationis fuerunt inter alios iſti nominatiſſimi, Abbas S. Catharinæ Rothomagenſis, Guill. Brito, Io. le Monſtardier, Thomas de Courcellis, & Robertus Poiteuin; leguntur in Tabulario Academico Inſtructiones illis traditæ, A. 1. E.

Sequuntur Inſtructiones pro Ambaſſiatoribus Vniuerſitatis ad Conuentionem Atrebatenſem deſtinandis.

1. CVM venerint Atrebatum, habebunt viſitare Ambaſſiatores D. noſtri Regis qui ibidem fuerint & impetrata audientia coram ipſis congratulabuntur aduentui ipſorum in illam Conuentionem, laudando affectum & optimam voluntatem Regiæ Maieſtatis quæ tam ſolemnes Nuncios & in tam notabili numero ad tractandum pacem cunctis mortalibus deſideratiſſimam tranſmittere dignata eſt.

Deinde exhortabuntur eoſdem vt labores quos mente optima inchoauerunt; ſic continuare velint, vt ad Dei gloriam & conſolationem populi Chriſtiani mala grauiſſima quæ ex guerris proueniunt, auferantur, & fructus omnium bonorum ſeminentur in pace. Oſtendaturque quomodo inualeſcentibus guerris ipſis & iam pluribus annis in peius ſemper proruentibus tanta malorum creuit abundantia, vt iam hoc Regnum Francorum in extremam penè deſolationem redactum nullatenus tantos dolores, tantas anguſtias & calamitates amplius ſuſtinere poſſit. Ibique ſpecialiter explicetur qualiter Nobiliſſimi Principes, Barones, milites miſerabiliter his cladibus interierunt & aſſiduè intereunt, cultus diuinus dilapſus, Eccleſiæ diruptæ, Populus omnis rapinis, cædibus & inhumanis occiſionibus, expoſitus eſt. Qualiterque omnia genera vitiorum, ſacrilegiorum, homicidiorum, ſtuprorum, incendiorum & aliorum quorumlibet quæ excogitari poſſunt, non ſolum perpetrantur, ſed in maiorem crudelioremque inhumanitatem ſemper accreſcunt, itavt timendum ſit ne omnes ferè conſcientiæ hominum & maiorum & minorum, qui vel iſta perpetrant, vel non puniunt, aut non corrigunt, vel diſſimulant, grauiſſimis peccatis coram Deo pollutæ inueniantur.

Et præcipuè debent reſpicere Principes enormia peccata quæ armatis iam nunc ipſis perpetrant contra omne ius diuinum, naturale & humanum, vndæ conſcientiæ Principum qui iſta corrigere & arcere deberent, multipliciter onerantur. Melius autem eſſet etiam omnia temporalia perdere quàm animam ſuam iugiter peccatis mortalibus & enormibus permittere onerari. Debentque Conſiliarij omnes plus attendere ad ſalutem æternam Principum & etiam ſuam quàm ad aliquid aliud; per compoſitionem pacis omnia hæc ceſſabunt. Dolorque magnus vniuerſorum Principum cordibus ineſſe debet cum ſubditos eorum qui in pace, in bonitate, in ſanctitate & Iuſticia ſub ipſis viuere debent, vt ipſi quorum intereſt Ciues atque ſubditos reddere bonos, per debiti regiminis diſciplinam Deo poſſent reddere rationem; nunc vident tot ſceleribus ſub vmbra armorum implicari. Magnam quoque anguſtiam gerere debent animis cum ſuos Principes, Milites, Nobiles vniuerſos cotidie capi interficique miſerabiliter conſpiciunt: cum opes omnes exhauriri, terras vaſtari, regna deſtrui proprijs vident oculis. Deinde declaretur quanta ſalus, quanta gloria, quantus honor & Regiæ Majeſtati & ipſis DD. Ambaſſiatoribus eſſet ſi medio laborum ſuorum tantis tamque horrendis malis iam finis imponeretur, & in diebus ſuis fructus pacis optimos conſpicere valerent non inter hæc mala ſicuti Priores finem vitæ facturi. Conſpicite, inquam, Principes pacatos, in tranquillitate Deo

1434. ” ſeruientem Populum, cum Pace viuentem vnumquemque, vt ſcriptura
” loquitur ſub vite ſua & ſub ficu ſua, ſi pro odijs & inimicitijs charitatem
” & concordiam, pro inuidia gratiam, pro omnibus ſceleribus omnem
” virtutem pro ſumma egeſtate opes, diuitias & omnium bonorum copiam
” Deo largiente & ipſis adiuuantibus Catholicus populus conſequeretur.
” Hicque poterunt addi aliæ exhortationes provt bonum videbitur, ob-
” ſecrando eos per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti qui pretioſum ſangui-
” nem ſuum fudit vt homines reconciliaret Deo per ſalutem animarum &
” amorem quem & ad ſe & ad Populum ſubditum & Chriſtiani nominis
” exaltationem gerere debent, vt ſummo affectu ſummiſque laboribus in
” eam rem operam dare velint taliter vt in die Iudicij reddere poſſint ra-
” tionem coram Deo & omni laude atque omni bono coram Deo & homi-
” nibus digni habeantur.

” Finaliter regracientur Regiæ Maieſtati de magna beniuolentia & pa-
” terno affectu quem ad hanc Ciuitatem & Habitatores eius ſemper geſ-
” ſit, provt in multis magnis auxilijs & ſuccurſibus eidem Ciuitati ſæpe-
” numero præſtitis per effectum oſtendit, & adhuc ſemper offert ſe ad hæc
” paratum, ſicut nobis relatum eſt, benignè recognoſcens dilectionem
” & fidelitatem quam hæc Ciuitas ad Majeſtatem eius habuit & habet. Sup-
” plicentque ipſi Regiæ Maieſtati quatinus eandem Ciuitatem & omnes
” Habitatores eius tam de Vniuerſitate quàm de Clero & Populo ſemper
” habeat in ſua beniuolentia & dilectione, ac recommendatione ſpeciali.
” Offerantque Vniuerſitatem & ſeipſos ad eis ſubſeruiendum & laboran-
” dum in hac materia pacis pro omni poſſe ſuo & faciendum quidquid pro
” negotio feliciter terminando viſum fuerit expedire, recommendando
” humiliter Vniuerſitatem & omnia eius Suppoſita gratiæ Maieſtatis Regiæ
” & Dominationum ſuarum.

” Adibunt præterea ſupradicti Ambaſſiatores Illuſtriſſimum Principem
” D. Burgundiæ Ducem & imprimis gratias agent ſuper diligentijs, labo-
” ribus, quos ſua Celſitudo exhibere dignata eſt pro illa celeberrima Con-
” uentione celebranda, ad finem Pacis reddendæ huic deſolatiſſimo Regno,
” quæ iam adeo neceſſaria conſpicitur, vt linguis hominum ſatis explica-
” ri non poſſit. Laudabitur miſericordia eius & abundantia Charitatis qua
” ex intimis viſceribus compatitur miſeriæ populi Chriſtianiſſimi Regni
” huius, pro cuius conſolatione, nec labores, nec expenſas perferre re-
” cuſat. Poteruntque ibidem multa dici de deſolatione huius Regni, de
” deſtructione & Principum & Militiæ, & Eccleſiarum ac Populorum, mul-
” titudine ſcelerum, perpetratione omnium malorum, deſtructione & in-
” termiſſione omnium bonorum, provt ſuperiùs expreſſum eſt, mutatis,
” additis aut diminutis quæ videbuntur expedire.

” Et deinde oſtendatur quantum illi proderit ad æternam ſalutem,
” quantaque ſibi gloria coram Deo & hominibus ſemper erit, ac toti ſuæ
” proſapiæ inclytiſſimæ, ſi ad ſuam proſecutionem præcipuam ſuamque
” interceſſionem cum indefeſſa perſeuerantia diuina miſeratio pacem Prin-
” cipibus dederit ac Populis. Quod inſuper iocundum erit ſibi videre die-
” bus ſuis hoc Regnum Chriſtianiſſimum cuius ipſe & Indigena & mem-
” brum præclariſsimum exiſtit, iam ad pacem & omne bonum reſtitui,
” quod ipſe tantis in calamitatibus & anguſtijs conſtitutum inuenit. Finali-
” terque ſuadebitur, vt quod ipſe bene inchoauit & feliciter, melius con-
” tinuare & optimè conſummare curet omni ſtudio & diligentia medijs
” Pacis quærendis & inueniat operam tribuens, vt non incaſſum tot labo-
” res, tot diligentias, tot ſolicitudines ſuſcepiſſe comperiatur.

” Finaliter offerant celſitudini eiuſdem D. Ducis Vniuerſitatem & ſup-
” poſita eius ad ſibi ſubſeruiendum in hac re cum ſumma promptitudine &
” omnimoda affectione iuxta omnem poſsibilitatem ſuam, recommen-
” dando ſibi ſemper ipſam Vniuerſitatem, ſicut apud alios dicebatur.

” Coram Legatis ſacri Concilij ac etiam D. noſtri ſummi Pontifi-
” cis habebunt proponere 1. Congratulando aduentui ipſorum in hoc

deſolatiſſimum Regnum ad liberandum populum Domini à ſuis calamitatibus & anguſtijs per reductionem deſideratiſſimæ Pacis regratiando ex parte Vniuerſitatis eis qui tam ſolemnes Legatos tranſmiſerant & ipſis qui ex magna charitate & affectu optimo hunc aſſumpſere laborem. 1434.

Dein exponatur quomodo ad S. Matrem Eccleſiam ſpecialiter pertinet filios ſuos diſſidentes in concordiam reuocare & ad pacem iugiter confouendam omni diligentia & ſtudio ſuadere & inducere, ſcelera prohibere & ea enunciare, ac proſequi quæ ſunt ad ſalutem animarum & exaltationem fidei Catholicæ & Chriſtianiſſimæ Religionis & Plebis Chriſtianæ vnitatem atque tranquillitatem. Aperiatur etiam deſolatio notiſſima Regni huius, provt ſuperius tactum eſt, & recitentur obſequia quæ hactenus Sacroſancta Mater Eccleſia & Sedes Apoſtolica ex hoc Regno ſuſcepit, à quo paratiſſima ſemper auxilia aduerſus hæreticorum infeſtationes, perſecutiones Tyrannorum & aliorum aduerſariorum nominis Chriſti ſemper habuit. Immò tradunt Annales hiſtoriæ aliquos ſummos Pontifices ab vrbe Rom. exules & vi Tyrannorum expulſos in eam fuiſſe reſtitutos ope & auxilio Francorum Regum illo tunc regnantium largiſſimaſque ſubuentiones pecuniarum & prouentuum.

Clericorum inſuper litteratiſſimorum abundantiam qui & fidem & ipſius S. Matris Eccleſiæ vnionem atque honorem indefeſſis ſtudijs proſecuti ſunt; ibique poterit recitari decor Eccleſiaſtici ſtatus & diuini cultus honoratiſsima frequentatio, quæ in hoc Regno habebatur, Principum atque Populorum deuotio quæ Baſilicarum tam Eccleſiarum Cathedralium quàm Monaſteriorum & aliarum Eccleſiarum fundatione claruit. Vnde Vniuerſalis Eccleſia exaltabatur & miro decorabatur honore. Etiam ſentit ipſa mater Eccleſia, iam cognoſcere poteſt Apoſtolica ſedes ſibi ſuiſque rebus multum obeſſe Regni huius calamitatem. Nam contrito hoc brachio validiſsimo defenſionis eius iam hæretici inſurgunt, iam infideles cornua erigunt, iam imminere perſecutiones intùs & extùs conſpiciuntur oboriique, Regni huius auxilio, ſi integrum foret, repelli valerent. Neque iam apud Sedem Apoſtolicam illa Clericorum frequentia, illa opum & diuitiarum copia conſpicitur quæ Regno florente, adeſſe ſolebat; quare ex intimis viſceribus condolere & compati debent. Et ſanctiſsimus D. noſter & vniuerſalis Eccleſia flebilibus anguſtijs Regni huius & omnes modos, omnes vias excogitare quibus ſuæ ægritudini poſsint afferre medelam, neque in hac re parcere, aut impenſis, aut laboribus. Et cum iam tempus opportunum aduenerit hac conuentione celeberrima diuinitùs, vt ſperamus, donata, iam ſummis conatibus eos eniti oportet vt animos hominum conuertant ad pacem arguendo, obſecrando, increpando, vt Apoſtolus loquitur, importunè & opportunè, vt reipſa comprobentur eſſe Angeli Pacis & veri imitatores Apoſtolorum Chriſti, quibus ipſe Chriſtus pacem ſuam dedit & reliquit. Nam & in eos oculi omnium conſpiciunt, ad eos clamant cum anguſtia & lachrymis Pauperes Regnicolæ afflicti, anguſtiati cædibus, rapinis, incendijs omnibuſque malorum generibus ſubiecti. Sanguis interfectorum de terra vociferatur, gemitus tribulatorum leuatur in cœlum. Quare data iam opportunitate, qualis diebus noſtris viſa non extitit, ſuum erat exaudire gemitus pauperum & ab hoc loco non diſcedere, donec omnem ſuam poſsibilitatem, omnes ſuas vires in compoſitionem pacis expleuerint ad honorem Dei, matris Eccleſiæ, ſalutem & felicitatem permaximam. Vndes merces magna erit eis in cœlis repoſita. Sicque ex iſtis & alijs quæ addenda videbuntur, poterunt perſuaderi. Offerendo eis finaliter obſequia Vniuerſitatis in re illa & cæteris, ſupplicando vt Regnum illud, vt ipſam Vniuerſitatem ac eius ſuppoſita dignetur paterno fauore ſemper proſequi & habere recommiſſa.

Anno autem 1435. habitus eſt celebris ille conuentus Atrebatenſis de pace inter Gallos & Anglos faciendâ, Burgundione iam Anglorum inſolentiam & impotentiam ægrè ferente, & cum Carolo noſtro in 1435.

gratiam redire cupiente. Fuit autem iſte Conuentus longè celeberrimus
1435. & frequentiſsimus numero Oratorum & Legatorum vtriuſque partis. Speciatim verò Carolus à Concilio & ab Eugenio Papa perijt mitti quoſdam Cardinales viros illuſtriſsimos & in rebus Francicis peritiſsimos, qui multis ſtipati Epiſcopis & Theologis interfuerunt, præter Proceres Regni, Ducem Borbonium, Comitem Richemundi Coneſtabilem, Comitem Vindocinenſem, Archiepiſcopum Rhemenſem Regni Cancellarium, & alios. Pro Henrico verò Angliæ Rege interfuerunt etiam multi, tum ex Anglis, tum è Gallis, plurimi etiam legati Imperatoris, Regis Cyprij, Luſitani, Siculi, Hiſpani, Nauarri & cum ſelectis etiam Doctoribus Pariſienſibus & aliarum Vniuerſitatum. Re tandem in medium adductâ & diſceptatâ, pax Regno reddita eſt, ſummo Anglorum dolore & detrimento, omnium verò Francorum ſingulari gaudio & alacritate.

Hoc anno extat in MS. Bibliothecæ Nauarricæ Mandatum Concilij Baſileenſis datum 10. Kal. Iunij, quo poſt diſputationes de Conceptione B. Virginis iam frequenter habitas apud delegatos Concilij pro rebus fidei tractandis, Ludouico Cardinali Arelatenſi iniuncta eſt cura conquirendi per omnes Bibliothecas, ac ſingula Tabularia, ſeu Archiua Vniuerſitatum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Regumque, ac Principum, quoſcunque libros, ſcripta, acta, deliberationes, deciſiones, concluſiones, publicas, vel priuatas quaſlibet in Generalibus ſtudijs & alibi de hac materia factas, eaſque extrahendi, & ad Synodum deferendi; vt rationum collatione poſſet illam Quæſtionem decidere. Quod ille diligenter præſtitit, vt ex eodem MS. intelligitur; & ex Seſsione 36. Concilij.

Neque omittendum hoc eodem anno Baſileæ Seſsione 21. habitâ die Iouis 9. Iunij iuxta poſtulata Legatorum Vniuerſitatis Pariſienſis eorumque rationes, ſublatas fuiſſe Annatas Pontificias, item cauſarum Beneficialium Euocationes ad Curiam Romanam, &c. Cui Decreto cum interceſsiſſent Duo Legati Pontificis, Archiepiſcopus Tarentinus & Epiſcopus Paduanus, Synodus ad Eugenium ſuos Oratores miſit, quos inter præcipui fuerunt M. Ioannes de Bachenſtein Decretorum Doctor & Mathæus Meſnage Baccalaureus in Theologia, rogauitque vt quæ de Annatis & Euocationibus cauſarum ſtatuerat, confirmaret. Decretum autem eiuſmodi Nuncij Vniuerſitatis Pariſienſis tranſſumptum Lutetiam retulerunt, vt patet ex Actis Concilij; & ex MS. Victorino, in quo ad
„ hunc annum ſic legitur.

„ Aduertendum eſt quod ad requeſtam Ambaxiatorum Vniuerſitatis
„ Pariſienſis in Concilio Baſileenſi exiſtentium factum eſt Tranſſumptum
„ ab Originalibus litteris ſub Bullâ dicti Concilij ſub his verbis: Sacroſancta
„ Synodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè congregata Vniuerſalem
„ Eccleſiam repræſentans vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes
„ **litteræ aduenerint, Salutem & Omnipotentis Dei Benedictionem.** Nu-
„ per hæc ſacra Synodus in ſua 21. ſolemni & publica Seſsione quædam ſa-
„ luberrima promulgauit Decreta, quorum tenor de verbo ad verbum ſe-
„ quitur, & eſt talis. Ad perpetuam rei memoriam, &c. *vſque ad finem.* Et
„ ſequitur poſt Datam. Quapropter inſtantibus & requirentibus Dilectis
„ Eccleſiæ filijs Dionyſio de Sabrenoys al. de Sabeurays, ſacræ Theolo-
„ giæ, Thoma Fiene vtriuſque Iuris, Ægidio Caniueti Medicinæ, Docto-
„ ribus: Guillelmo Eurardi, Nicol. Amyci Licentiato in Theologia, &
„ Nicolao Hermegen Licentiato in Decretis, Artium Magiſtris Vniuer-
„ ſitatis Pariſienſis, Ambaxiatoribus huic ſacro Concilio incorporatis
„ Decernimus & mandamus vt ſupradictis Decretis plena & indubitata
„ fides ab omnibus præbeatur. Datum Baſileæ 4. Id. Iunij an. 1435. Sic ſi-
„ gnatum in Plica, IOAN. DE FORESTANA.

Extant quoque in Appendice huiuſce Concilij Decreta quædam data menſibus Auguſto & Septembri huius anni de Prærogatiuis Graduatorum incorporatorum Concilio, quales illi erant quos proximè enumerauimus, in Electionibus & Aſſecutionibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum

ſticorum. Illis autem eiuſmodi Titulus præfigitur. *Prærogatiua, Graduatorum, Incorporatorum,* in Sacro Concilio Baſileenſi, expedita 2. Decemb. anno 1435. 1435.

Sacroſancta Synodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè congregata, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Plaſmatoris omnium qui Gradus & formas humani generis per hæc Spiritualia, & temporalia bona diſponens, quoſdam diuini ſui muneris beneficio ad præfugandas ignorantiæ tenebras perſpicuæ veritatis arcanarum rerum ſic illuminat dogmatibus vt velut ſplendor firmamenti & ſtellæ in perpetuas æternitates in Eccleſia Dei fulgentes tam publica quàm priuata eruditionis & Iuſtitiæ commoda procurant, quantum poſſumus & permittit, inſequendo veſtigia, ipſorum præſertim qui vineam Domini ſedulò colunt, peculiaribus fauoribus digno compenſationis munere duximus confouere. Sanè dudum D. Eugenius Papa IV. nonnullos Romanam Curiam ſequentes & quoſdam alios ſpecialibus & varijs Antelationum Gratiarum proſequens prærogatiuis, quibus eos voluit anteferri. *Dilectis filijs in Theologia Magiſtris & in altero Iurium Doctoribus, ac cum rigore examinis Licentiatis, & in Theologia, ac altero Iurium eiuſmodi Baccalaureis in vinea Domini nobiſcum quotidie laborantibus, in aſſecutione Beneficiorum quæ vigore Gratiarum Expectatiuarum eis per dictum D. Eugenium conceſſarum, exſpectant, graue præiudicium generauit.* Nos itaque licet dudum, quod dictæ antelationes Prærogatiuæ noſtræ Congregationi incorporatis, ſiue eorum familiaribus obſequijs ipſorum inſiſtentibus nullum præiudicium generare poſſent, aut deberent, ſub cunctis modo & forma ſtatuiſſemus atque ordinaſſemus, tamen ſtatum & commodum dictorum Magiſtrorum Licentiatorum & Baccalaureorum prædictorum qui pro tractandis negotijs peruigiles in vinea Domini nobiſcum ſolicitudines impendunt, ne ipſi denario de dicta vinea fraudarentur, vberius prouidere cupientes, æqua librata conſideratione Promotorum eiuſmodi authoritate Vniuerſalis Eccleſiæ, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, volumus atque Ordinamus, quod *Doctores, Licentiati & Baccalaurei* ſupradicti, illi videlicet qui Nobiſcum pro vniuerſalis Eccleſiæ negotijs exequendis per annum in eadem vinea laborauerunt, in aſſecutione Beneficiorum ſuorum Scholaſticorum cum Cura, vel ſine Cura, etiamſi Canonicatus & Præbendæ, Dignitates vel Officia, integræ vel dimidiæ portiones, præſtimoniæ & præſtimoniales portiones, ſeu adminiſtrationes in metropolitanis & Cathedralibus aut Collegiatis Eccleſijs fuerint, quæ ex nunc vacantia & in antea vacatura vigore earundem Gratiarum ritè acceptauerint, & de illis ſibi prouideri fecerint, omnibus & ſingulis alijs Doctoribus ſimilibus, Magiſtris atque Baccalaureis, ac alijs quibuſcunque Antelationum Gratiarum eiuſmodi prærogatiuis, aut quibuſuis alijs gratijs eis à D. Eugenio **etiam motu proprio, ſeu quacunque aliâ** verborum formulâ, etiamſi vigore dictarum Gratiarum in Canonicos ſint recepti, & diligentiores in proceſſibus exiſtant S.R.E. Cardinalibus, & veris ſine fraude receptis familiaribus, continuis commenſalibus eiuſdem Eugenij Papæ, & dictis incorporatis Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis ac Baccalaureis æqualiter graduatis, & ſimilibus Apoſtolicæ ſedis Officialibus, & his qui earundem Gratiarum prætextu Beneficia prædicta aſſecuti exiſtunt, duntaxat exceptis, in aſſecutione Beneficiorum eiuſmodi præferantur. Et inſuper inter Graduatos Incorporatos talem volumus ordinem obſeruari, quod magis Graduatus minus Graduato in aſſecutione Beneficiorum prædictorum præferatur, & inter æquales eorundem Ius commune obſeruetur non obſtantibus omnibus ſupradictis, ac voluntate, ſtatuto, decreto Eugenij Papæ quod Incorporatos Graduatos per annum nobiſcum laborantes huiuſmodi, vt præfertur, volumus haberi pro infectis, nulliuſque exiſtere roboris vel momenti, ac Conſtitutionibus, Ordinationibus, Indultis, Nominationibus, Facultatibus & Conceſſionibus Apoſtolicis quibuſcunque à Regibus, Principibus, Ducibus,

» Prælatis, perſonis & Vniuerſitatibus conceſſis, aut in poſterum quomo-
1435. » libet concedendis atque noſtris. De quibus eorumque totis tenoribus
» de verbo ad verbum habenda eſſet in noſtris litteris mentio ſpecialis cæ-
» teriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo, &c. Datum Baſileæ 3.
» Nonas Auguſti. an. 1435.

Eodem anno eadem Synodus Conſtantinopolim legatos miſit ad Imperatorem & Patriarcham, inter alios Ioannem de Raguſio Ordinis Prædicatorem, M. Petrum Henricum Mauger Decretorum Doctorem & Canonicum Conſtantienſem in Normania, & M. Simonem Freron Canonicum Aurelianenſem Baccalaureum Theologum Vniuerſitatis Pariſ. vt cum ijs agerent de loco commodo & apto ad Concilium Oecumenicum celebrandum.

LIS DE FINIBVS.

Eodem anno ſub finem menſis Ian. orta eſt inter Nationes Gallicanam & Normanicam contentio de finibus, ſic ſcribente D. Euſtachio de Molinis prædictæ Nat. Gall. Procuratore. An eodem penult. Ian. fuit congregata Vniuerſitas in S. Mathurino hora 8. per D. Rectorem. Natione verò retracta ad partem more ſolito venerunt aliqui Magiſtri ex parte Nationis Normaniæ ad Nat. Franciæ & vnus ex ipſis expoſuit qualiter erant 3. Clerici, ſcilicet Petrus Rodriguez, Alanus Grenet, Ancelinus Trenchant Diœceſ Rothomag. nati de Gizorchio qui determinauerant ſub M. Benardo de Poully Nat. Franciæ in prejudicium Nationis Normaniæ; quia dicebant ipſos eſſe de Natione Normaniæ, & ſupplicabant dicti Magiſtri nomine eiuſdem Nat. Normaniæ, vt ad ſeruandam pacem inter Nationes vellet Natio Franciæ mittere electos 3. Scholares ad Nationem Normaniæ (al. Franciæ.) Poſtmodum verò ſupplicauit dictus M. Benardus, quia intellexerat vt dicebant aliqui de dicta Natione Normaniæ quod dicta Natio Normaniæ volebat facere factum contra ipſum & contra dictos tres Scholares, & ne paterentur aliquod detrimentum, ſupplicauit dictus M. Benardus habere adiunctionem, & quod Natio vellet capere factum iſtorum Scholarium tanquam factum proprium, viſo quod dicti Scholares ſunt de Natione Franciæ. Et hoc quod fecit, fecit tanquam Suppoſitum eiuſdem Nationis. Vnde vt dicebat dictus M Benardus, Natio Normaniæ non poterat repetere dictos tres Scholares *ſiquia Riparia dicta Diepa tranſiens per medium villæ de Gizorchio diuidit Nationem Franciæ & Normaniæ. Vnde illi qui nati ſunt vltra Ripariam, vel vnum Foſſatum dictum le Ro*, Foſſé le Roy, *vt aliqui dicunt, illi ſunt de Natione Normaniæ, & nati citra dictam Ripariam, ſunt de Natione Franciæ.* Sed ſic eſt quod iſti Scholares ſunt nati citra Ripariam prope Beluacum. Et ita dicebant ipſos eſſe de Natione Franciæ. Hoc dicto Magiſtri deliberauerunt ſuper poſitis in deliberatione per D. Rectorem, & ſuper iſtis ſupplicationibus. Et 1. quantum ad ſupplicationem Nationis Normaniæ, deliberauit **Natio Franciæ, primo reputat dictos Scholares eſſe de Natione Franciæ,** dedit tamen Deputatos nominatos, ſcilicet dictum M. Benardum de Poully, M. Robertum Morge & M. Petrum de Vaucello ad pleniùs informandum vnà cum Deputatis Nationis Normaniæ de Veritate Nationis dictorum Scholarium. Quantum ad ſupplicationem M. Benardi, conceſſit in forma; placet ſibi dare adiunctionem & capere factum dictorum Scholarium tanquam proprium factum.

Ea de re actum denuo in Comitijs eiuſdem Nationis apud Collegium Nauarricum die 24. Feb. habitis, ibique ſupplicauit prædictus M. Benardus nomine trium illorum Scholarium de Gizorchio, vt Natio vellet eis prouidere, & ſi opus eſſet, mittere aliquos Magiſtros ad Nationem Normaniæ, vt de conſenſu vtriuſque Nationis, & abſque præiudicio dicti Scholares poſſent diſputare in Scholis Franciæ, vel in Scholis ſeptem Artium. Et quoad hoc Natio deputauit M. Ægidium Houdebin & M. Petrum de Vaucello ad adeundum Nationem Normaniæ illa hora conuocatam in S. Mathurino. Poſt prandium verò Ego & Deputati in bono numero iuimus ad S. Mathurinum, in quo loco erat Natio Normaniæ

congregata ad habendum Reſponſum ſuper prouiſione dictorum Scholarium propoſita de mane à dictis Deputatis Nationis Franciæ. Nullum verò Reſponſum, nec vllam Prouiſionem dederunt dicti MM Nat. Normaniæ. Et ita de conſilio Deputatorum Ego & ipſi Deputati adiuimus D. Rectorem & ſibi reſeruaui factum iſtius controuerſiæ & ſupplicaui vt dignaretur congregare Facultatem Artium, vt ipſi Scholares habeant Prouiſionem à Facultate, quod libentiſſimè annuit. 1435.

Sub initium an. 1436. nempe die Veneris 12. menſis Aprilis Lutetia ab Anglorum ſeruitute liberatur opera Ioannis de Villaribus Conneſtabularij & Nothi Aureliani, annitentibus nonnullis Ciuibus & nonnullis etiam Academicis, vt notat Monſtreletius. Quam in diem cum à M. Io. Mileti Procuratore Nat. Gallic. Comitia indicta fuiſſent, tam præceps tamque repentinus fuit vbique tumultus, vt nemo comparuerit, quemadmodùm ipſe ſcribit. 1436.

Reduc. tio vrbis Paris.

Vt autem Vniuerſitas ſuam de reductione Vrbis ſub dominium legitimum teſtificaretur lætitiam, ſupplicationem inſtituit ſolemniſſimam ad ædem S. Catharinæ de Valle Scholarium: qua de re ſic legitur in Actis Nationis Picardicæ.

Anno Domini 1436. die 20. menſis April. fuit Alma Vniuerſitas Pariſ. in S. Mathurino ſolemniter congregata, hora 6. matutina ſuper 4. art. 1. fuit ad audiendam relationem D. Prioris de Iacobitis qui propoſuerat coram Illuſtri Principe D. Conneſtabulario Franciæ ex parte Vniuerſitatis. 2. Ad eligendum nouum Conſeruatorem Apoſtolicorum Priuilegiorum almæ Vniuerſitatis prædictæ. 3. Ad eligendum Ambaſſiatam deſtinandam erga D. noſtrum Regem. 4. Ad eundum Proceſſionaliter cum Cappis & Cereis ad S. Catharinam de Valle Scholarium pro laudabili reductione, ac ſalute huius inclytæ vrbis. Quantum ad 1. art. relatio D. Proponentis fuit continuata concorditer ab omnibus vſque ad proximam Congregationem propter impedimenta Proceſſionis tunc exiſtentia. Quantum ad 2. art. placuit concorditer Nationi procedere ad electionem noui Conſeruatoris Apoſtolici. Et fuit electus concorditer via Spiritus ſancti Reuerendus in Chriſto Pater D. Epiſcopus Beluacenſis, vtriuſque Iuris Doctor, qui fuit receptus per ſuos Procuratores propter eius abſentiam. Quantum ad 3. art. fuit electa ſolemnis Ambaſſiata *de qualibet Natione & Facultate*; vnus ſcilicet de Natione Picardiæ venerandus M. Ioan. Hameron, qui concorditer, nemine reclamante, fuit ab omnibus pronunciatus, *ac à præfata Natione Vniuerſitati Ambaſſiator præſentatus vna cum alijs Ambaſſiatoribus aliarum Nationum & Facultatum*, quò nomina explicanda remitto ſuis *Prædictis Nationibus & Facultatibus*, ad eundum, vbi hoc eſt expreſſum, ad D. noſtrum Regem Franciæ. Quantum ad 4. art. placuit Nationi Proceſſionaliter ire continuatâ ordinatione humiliter & deuote ad S. Catharinam de Valle Scholarium cum Cappis & cereis in manibus ſolemniter ad reddendum præcipuè gratias omnipotenti Deo Creatori noſtro, B. Virgini Mariæ eius Matri & Omnibus ſanctis eius de Pacifico & laudabili ingreſſu ac quaſi miraculosâ reductione huius inclytæ Pariſ. vrbis ad ſuum ſupremum Dominum Naturalem, D. noſtrum Franciæ Regem, qui ſua pietate bona ac Regali Clementia omnibus omnia remittere dignatus eſt, ſpeciali Dei fauente gratia quam illi concedat Altiſſimus D. noſter Deus in ſancta Sanctorum, Amen. Hæc autem acta fuerunt anno & die ſupradictis, præſentibus venerabilibus & circunſpectis viris DD. & MM Iacobo Gallet, Petro Goudeman, Gaufrido Morin, Io. Danichy & alijs quamplurimis de præfata Natione Picardiæ ibidem exiſtentibus teſte ſigno meo manuali huic præſenti appoſito, anno & die quibus ſupra. Sign. Warnerus de Ronueſpies.

In quodam Inſtrumento notato hiſce Characteribus A. I. B. quod ſeruatur in Tabulario Vniuerſitatis, leguntur Inſtructiones traditæ ab Vniuerſitate ſuis Legatis ad Regem profecturis, hoc modo.

1436. *Inſtructiones ſuper quibus proponendum eſt ex parte Vniuerſitatis Pariſ. coram Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Principe D. noſtro Rege Franciæ.*

» 1. REDDANTVR gratiarum Actiones omnipotenti & largitori beni-
» gniſſimo, vni & trino Deo de benigna conſolatione populi ſui in
» Tractatu Pacis nuper inter D. noſtrum Regem & Illuſtriſſimum Princi-
» pem D. Ducem Burgundiæ feliciter conſummato, ad cuius promotio-
» nem, proſecutionem & conſummationem felicem, certiſſimè (provt
» Nos per fide dignos Ambaſſiatores noſtros ad dictum Pacis negotium
» tranſmiſſos extitimus informati) quod præfatus D. noſter Rex ſuas exa-
» ctiſſimas dedit operas pariter & impenſas.

» Regratietur eidem de ſinceritate animi ſui quem ad bonum & exulta-
» tionem ſimiliter & releuationem Populi ſui mirabiliter oppreſſi ad com-
» modum Regni & totius Reipub. & præſertim ad ſaluationem & præſer-
» uationem inclytæ Ciuitatis Pariſ. ſemper habuit, & adhuc habet de præ-
» ſenti, provt per Illuſtriſſimum D. Conneſtabularium & cæteros DD.
» qui ſuas operas ad dictæ Ciuitatis reductionem dederunt, extitit expoſi-
» tum atque declaratum, provt etiam per gratiam ampliſſimarum aboli-
» tionum quæ ex benignitate & largiflua bonitate D. noſtri Regis Chriſtia-
» niſſimi proceſſerunt, luce clarius patuit. Vnde cum omni pace & tran-
» quillitate reducta extitit, ad cuius reductionem Ciues ſuæ vrbis inclytæ
» totis laborauerunt conatibus ad obedientiam naturalis D. noſtri Regis;
» ſuper quo recognoſcit vrbs inclyta Pariſ. gratiam & operationem Spiri-
» tus ſancti vltra merita Incolarum Ciuitatis. Vbi oſtendat proponens iux-
» ta ſuam diſcretionem, multiplices gratias & clementiam Dei ad populum
» ſuum. Similiter laudet clementiam D. noſtri Regis & eius deuotionem,
» vt in eiſdem perſiſtere velit, quoniam multi plus oratione & clementia
» ſuos deiecerunt hoſtes quàm gladio & bello; & quod Clementia potiſſi-
» mè decet Regem, conformiter ad opera D. noſtri I. C. quamplurima.

» Regratietur inſuper D. noſtro Regi de tranſmiſſione tam prouidi & tam
» ſtrenui Comitis D. Conneſtabularij ad executionē ſui laudabilis propoſiti
» ſuper quietiſſima reductione inclytiſſimæ Ciuitatis Pariſ. per tot tempo-
» ra captiuatæ & violenter detentæ per antiquos hoſtes & Aduerſarios D.
» noſtri Regis & Regni. Et declaretur modus quo benigniſſimè tractauit
» & Vniuerſitatem & Ciues & Suppoſita Vniuerſitatis & Ciuitatis, & quo-
» modo ſuas diligentiſſimas operas impenderunt alij Milites ſuæ ſocietatis
» D. Baſtardus Aurelianenſis, DD. de Inſula & d'Eſternant, vnà cum cæ-
» teris qui ſecum ingreſſi ſunt ad manutenentiam pacis omnium Ciuium
» ipſius Ciuitatis.

» Item regratietur ſuper communicatione beniuola ſuarum litterarum
» per quas expreſſiùs nobis conſtat & conſtitit gratiſſima beniuolentia
» quam gerit Maieſtas Regia ad Vniuerſitatem Matrem noſtram & Incolas
» Ciuitatis Pariſ. vti ornatiſſimè expoſuit Nobilis Miles & D. de Gaucourt
» coram Clero, Vniuerſitate & Ciuibus huius Ciuitatis.

» Item oſtendat ſibi quod Deus ſummus largitor eidem D. noſtro Regi
» propter dilectionem quà ipſum & eius populum dilexit, bona multa ſibi
» communicauit in poſitiuis bonis huius mundi, videlicet in procreatio-
» ne prolis generoſæ, in Socia conthorali D. noſtra Regina, in dilectione
» qua ſui ſubditi eum dilexerunt, & omni periculo ſua corpora & bona ex-
» poſuerunt, vt redire poſſent ad ſuam deſideratiſſimam obedientiam, ſicut
» frequenter patuit tam in Ciuitate Pariſ. quàm in Populo Normaniæ in
» diuerſis partibus & alibi, in quo perpendi poteſt ſincera Populi ad ſuum
» Regem & naturalem Dominum dilectio.

» Pro 2. Puncto faciendæ ſunt ſupplicationes primò Generales, deinde
» ſpeciales.

» Quantum ad primum, 1. ſupplicandum eſt, quatinus apud D. noſtrum

Regem, Rempub. huius Regni & ſalutem Populi iam reducti & per Dei " ——
gratiam breuiſſimè reducendi, ſpecialiter habeat recommendatam, ip- " 1436.
ſamque Iuſtitiam Pacis comitem dignetur per totum Regnum manute- "
nere, fouere & inuiolabiliter obſeruare & eam obſeruandam præcipere "
per ſingulas vrbes & ciuitates, præcipuè in ſua nobiliſſima ciuitate Pariſ. "
in qua ſemper floruit Iuſtitia. "

Et declaret D. Proponens modum & rationem Iuſtitiæ iuxta ſuam "
diſcretionem, eam laudando & ad eam perſuadendo vt populus per tot "
iam elapſos annos flagellatus, oppreſſus, afflictus, & omni imaginabili mo- "
do flagelli fatigatus adeo vt vix reſpirare potuerit & pro maxima ſui par- "
te neci expoſitus ſit, & quot mala oriuntur ex defectu Iuſtitiæ, & quo- "
modo Deus eam vult obſeruari, & de inuiolabili abolitionis obſerua- "
tione. Et circa hoc poterit ſupplicare vt Eccleſiam deſolatiſſimam ſic re- "
commiſſam habeat quod in Sacerdotes & in Clerum non præſumant de "
cætero manus apponere violentas, dicente Domino, *Nolite tangere* "
Chriſtos meos. Idem de Agricolis, & viticolis, qui ſuſtinent pondus æſtus "
& diei, ſine quibus, nec viuere, nec ſubſiſtere poteſt iſtud Chriſtianiſſi- "
mum Regnum. Similiter de Mercatoribus. "

Inſtantius verò ſupplicetur Regiæ Maieſtati vt ad totalem Regni ſe- "
curitatem, reſtaurationem & pacem dignetur ſua pietate fideliſſimæ Ple- "
bi ſuæ in Ducatu Normaniæ & alibi ſuccurrere, & eam de ſeruitute, ac "
duriſſima captiuitate quâ detinetur à ſuis hoſtibus, clementi ſua bonita- "
te, ac potenti virtute celerius eripere, provt ille deuotiſsimus, ac fide- "
liſſimus Populus feruentiſsimè ſperauit atque ſperat. Reducantur hìc "
ad memoriam oppreſsiones, exactiones, cædes & immaniſsimæ ſtrages, "
quas à multis annis illa Patria perpeſſa eſt, atque hodie adhuc, proh dolor! "
patitur. "

In ſpeciali verò ſupplicetur Regiæ Maieſtati vt dignetur noſtram Vni- "
uerſitatem in ſuis priuilegijs, quæ à ſuis Progenitoribus conceſſa ſunt, "
manu tenere, conſeruare & fouere, illaque augere & ampliare paterno "
dignetur affectu, habeatque Regia Maieſtas ipſam noſtram Vniuerſita- "
tem humilem ſuam filiam, ac ſingula eius ſuppoſita recommiſſa. Et præ- "
ſertim cum retroactis poſsidentibus inimicis antiquis ciuitatem Pariſien- "
ſem, ac partes Regni occupantibus per eos quamplurimis eiuſdem Vni- "
uerſitatis benè meritis ſuppoſitis de Beneficijs in Eccleſia Dei prouiſum "
extiterit; Supplicat ipſa Vniuerſitas quatinus intuitu pietatis, & ex ſpe- "
ciali gratia, ac liberalitate magnifica Regiæ Maieſtatis, dignetur illa ſup- "
poſita prædictis Beneficijs ſine quibus in Vniuerſitate ſtudium continua- "
re non valerent, non permittere deſtitui, quinimo eiſdem de prædictis "
prouidere, ac ea ſi opus eſt, de nouo ſibi conferre. "

Circa iſtum articulum conformiter ad Inſtructiones Villatenſium de- "
claretur maximus affectus, ac feruentiſsimum deſiderium quod habet "
ipſa Vniuerſitas Regiam Maieſtatem videndi, ac de ſua inclytiſsima præ- "
ſentia in hac Pariſ. Ciuitate gaudendi, quodque ipſa tota Ciuitas optat "
ſe & ſuam inclytiſsimam prolem videre ad complementum & perfectio- "
nem iam cœptæ lætitiæ. "

Circa 3. veniunt oblationes quibus offeratur Vniuerſitas Serenitati "
Regiæ Maieſtatis, inclytiſsimæ ſuæ proli, Illuſtriſsimorum Principum & "
DD. ſanguinis Regij, Dominorumque de conſilio Regio Dominationi- "
bus; polliceatur fundere preces altiſsimo, proceſsiones, Miſſas priua- "
tas & publicas, ac ſuffragia facere pro felici ſucceſſu & optata ſalute D. "
noſtri Regis, cæterorumque DD. præfatorum, & cætera quæ in talibus "
offerri ſolent. Sig. HEBERT.

Ergo ad Regem proficiſcuntur Legati tunc apud Biturigas morantem, peractaque legatione obtinent Priuilegiorum confirmationem, vt pa- tet ex litteris ſequentibus datis menſe Maio.

1436. CONFIR-MATION DES PRI-VILEGES.

" CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Sçauoir faiſons à tous preſens & auenir, Nous auoir receu humble ſupplica-
" tion à nous faite par noſtre tres-chere & amée Fille premiere née l'Vni-
" uerſité de l'Eſtude Paris, contenant que comme les Tres-Chreſtiens &
" glorieux Roys de France, nos Predeceſſeurs, par la tres-grand & feruent
" amour & affection qu'ils ont touſiours eu à noſtredite fille, pour la tres-
" ſainte Doctrine, de pure, nette & entiere foy & vraye clerté & lumiere
" de ſcience, dont elle a de tant grand ancienneté ſingulierement eſté
" recommandée, auec les autres pretieux fruits & biens qu'ils ont perceu
" & ſenti ſi largement & grandement yſſir & venir d'elle à noſtre Couron-
" ne, Royaume & Seigneurie, l'ayent de tout temps nourrie & conſeruée
" en eſpeciale beneficence, grace & faueur, & luy ayent donné & octroyé,
" & ſucceſsiuement conſerué & amplifié pluſieurs beaux priuileges, liber-
" tez & franchiſes, dont elle & ſes Suppoſts ayent ioy & vſé. Et pour ce
" nous ait eſté bien humblement ſupplié qu'en enſuiuant les loüables tra-
" ces de noſdits Predeceſſeurs, Nous voulſiſsions leſdits priuileges, li-
" bertez & franchiſes, auec les autres droits accouſtumez & vſaiges
" de noſtredite Fille benignement confermer. Pourquoy nous conſide-
" rans les choſes deſſuſdites, deſirans de tout noſtre cœur, voir de noſtre
" temps noſtredite Fille florir, fructifier, croiſtre & multiplier en comble
" & plantureuſe abondance de vertus & tous biens, & eſtre ſouuerainement
" exaucée & éleuée par tous honneurs, graces & liberalitez, voulans toû-
" jours perſeuerer en nos faits ſelon les vertueuſes œuures de noſdits Pre-
" deceſſeurs, inclinans pour ce fauorablement à ladite ſupplication; tous
" & chacuns les priuileges, libertez & franchiſes par noſdits Predeceſ-
" ſeurs, donnez & octroyez à noſtredite Fille l'Vniuerſité de l'Eſtude de
" Paris & aux Suppoſts d'icelle, enſemble les autres droits, couſtumes
" vſaiges d'icelle noſtre Fille & deſdits Suppoſts, ainſi & par la forme &
" maniere que feu noſtre tres-chier Seigneur & Pere, que Dieu abſoille
" & ſes Predeceſſeurs Roys de France les ont confermez, Nous iceulx
" ayans fermes & agreables, de noſtre grace eſpecial, pleine puiſſance &
" autorité Royal, loüons, approuuons, ratifions & confermons par ces
" preſentes. Si donnons en mandement à nos amez & feaux Conſeillers,
" les Gens tenans & qui tiendront noſtre Parlement preſens & auenir,
" Gens de nos Contes, Threſoriers & Generaux, ſur le fait & gouuerne-
" ment de toutes nos Finances & de la Iuſtice, au Preuoſt de Paris & à
" nos autres Iuſticiers & Officiers de noſtre Royaume ou à leurs Lieute-
" nans, preſens & auenir & à chacun d'eulx ſi comme à luy appartiendra,
" que noſtre Fille l'Vniuerſité de Paris, ſeſdits Suppoſts & chacun d'eux
" faſſent, ſouffrent & laiſſent joir & vſer plainement & paiſiblement à
" touſiours de leurſdits priuileges, libertez, franchiſes, droits, couſtu-
" mes & vſaiges ſelon iceux; & cette noſtre preſente grace & confirma-
" tion ſans aucune choſe faire, ne ſouffrir eſtre faite au contraire, ainçois
" ſe faite eſtoit, la faſſent reparer incontinent, veües ces preſentes, auſ-
" quelles afin que ce ſoit choſe ferme & eſtable à touſiours, nous auons
" fait mettre noſtre ſceel, ſauf noſtre droit en autres choſes & l'autruy en
" toutes. Donné à Bourges au mois de May 1436. & le 14. de noſtre Regne.
" Ainſi ſigné ſur le ply deſdites Chartres: Par le Roy en ſon Conſeil, où
" Meſſeigneurs les Ducs de Bourbon & Comte de Mortain, le Comte de
" Vendoſme, vous l'Archeueſque de Tholoſe, l'Eueſque de Magalone, le
" Baſtard d'Orleans, Chriſtophle d'Harcourt & pluſieurs autres eſtoient.
" I. LE PICART. Et plus bas ſur ledit ply eſtoit eſcrit *Viſa*. Contentor
" *gratis*, ſigné E. DV BAN. Au dos deſquelles Chartres eſtoit eſcrit ce qui
" s'enſuit, *Leües & publiées en iugement ou Chaſtelet de Paris*. Meſsire M Iean
" de Longueil Lieutenant Ciuil, tenant le Siege. En la preſence de Meſ-
" ſieurs le Recteur de l'Vniuerſité, de pluſieurs Docteurs, Maiſtres, Re-
" gens & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, des Aduocats du Roy ou

Chaſtelet & d'autres Aduocats, Procureurs audit Chaſtelet & autres « 1436.
Gens en moult grand nombre, le Samedy 2. iour de Iuin, l'an de grace « 1436.
1436. Ce fait, mondit Seigneur le Lieutenant a ordonné que ces preſen- «
tes ſoient enregiſtrées és regiſtres à ce ordonnez audit Chaſtelet. Ainſi «
ſigné. *Ita eſt.* I. DOVLX. SIRE. Leües & publiées en iugement en l'Au- «
ditoire des Eleuz à Paris, ſur le fait des Aides l'an deſſuſdit, le Lundy 4. «
Iuin. Ainſi ſigné, LE MAIRE. *Lecta & publicata in Camera Theſauri in* «
qua erant Ioannes de la Fontaine. I. TROCTET & G. LE MVET, per me «
Petrum Mauger anno Domini 1436. die Lunæ 4. menſis Iunij, Pontif. D. «
noſtri Eugenij diuina prouidentia Papæ IV. an. 6. præſentibus veneran- «
dæ circunſpectionis, ac ſcientiæ viris M. Nicolao Danchy Rectore Vni- «
uerſitatis M Stephano Buret in Theologia Magiſtro, Petro Columbi «
Decano & in Medicina Magiſtro, Joan. de Oliua Nat. Franciæ, Henrico «
Luris Nat. Normaniæ, Roberto Eſſchim Nat. Almaniæ Procuratoribus «
cum pluribus alijs Magiſtris. Ainſi ſigné. *Ita eſt.* BARNESSE. «

Anno verò 1457. eædem litteræ fuerunt ſigillo Præpoſituræ Pariſienſis munitæ, vt teſtatur Robertus de-Eſtoteuilla Præpoſitus his verbis.

A TOVS Ceulx qui ces preſentes Lettres verront. Robert d'Eſtouteville Cheualier, Seigneur de Beyne, Baron d'Ivry & de S. Andrieu en la Marche, Conſeiller Chambellan du Roy noſtre Sire & Garde de la Preuoſté de Paris, ſalut. Sçauoir faiſons: Nous l'an de grace 1457. le Mecredy 14. iour de Decembre, auoir veües & leües de mot à mot, vnes Chartres du Roy noſtredit Seigneur, ſcellées de ſon grand Scéel, en laz de Soye & Cire verte, ſaines & entieres, contenans cette forme. CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV, *&c.* vſque ad. ita eſt. Barneſſe. Tum pergit. *En teſmoin de ce nous auons mis à ces preſentes Lettres de Tranſcript ou Vidimus, le ſcéel de ladite Preuoſté de Paris. Ce fut fait l'an & iour deſſus premiers dits. Signé,* N. EVEILLART. *Et deſſus le ply de ladite lettre eſt eſcript. Collation eſt faite des lettres deſſus tranſcriptes. Par moy* M. EVEILLART. *Et par moy,* N. LAVSQVIER.

Eodem anno die 27. Auguſti congregata Natio Gall. decreuit vt è libris, ſeu Actis ſuis eraderentur eorum nomina qui regnante Anglo per vim inſcripti fuerant, vt ſcribit M. Io. de Oliua eius Procurator, cui eadem die ſuccedens M. Philippus de Longolio ſcribit ad diem 24. Sept. ſe cum D. Rectore incubuiſſe in proſecutionem & confirmationem Priuilegiorum *tam pro exemptione excubiarum & cuſtodiæ portarum, ac etiam exemptione cuiuſdam ſubſidij, ſeu redemptione impoſitionis ſuper vinis ob malitiam temporis, videlicet 4. ſolid. Pariſ. ſuper qualibet cauda, tunc intratura villam. De qua quidem Impoſitione, ſeu Redemptione, vel ſubſidio omnes veri Regentes & Scholares fuerunt exempti & immunes pariter etiam ab excubijs & cuſtodia portarum.*

INSTITVTIO FESTORVM IN VNIVERSITATE.

Eodem anno Vniuerſitas voluit per omnes Facultates & Nationes feſta SS. Coſmæ & Damiani, item & S. Germani veteris in poſterum celebrari, vt patet ex hoc Inſtrumẽto quod legitur in veteri libro Nationis Gall. Ad perpetuam Rei memoriam anno quo ſupra die 29. menſis No- « uembris in vigilia, ſcilicet S. Andreæ Apoſtoli, Vniuerſitate matre noſtra « tunc per Magiſtrum Gerardum Gehe Rectorem eiuſdem & Curatum SS. « Coſmæ & Damiani Pariſ. in S. Mathurino & ſuper nonnullis ipſius Vni- « uerſitatis agendis conuocata. Supplicatum extitit per ipſum D. Recto- « rem, vt attentis ſolemnitatibus feſtorum dictorum SS. Coſmæ & Damia- « ni qui medici ſunt & corporis & animæ, & quibus præcipuè indigemus « in hac Ciuitate propter peſtes quæ aliquando vigent, ac etiam attentâ « ſolemnitate feſti S. Germani veteris Epiſcopi quondam Pariſienſis. Ob « reuerentiam quorum Sanctorum duæ ſunt Curæ Pariſius ſituatæ & ordi- « natæ, quarum & ad quas preſentatio ſpectat præfatæ matri Vniuerſitati, « ſicut & præſentatio ad Curam S. Andreæ, in cuius S. Andreæ feſto non « legitur in dictâ Vniuerſitate, vellet ipſa Vniuerſitas ſtatuere, deliberare « & ordinare quod propter cauſas præmiſſas à modo in feſtis dictorum «

" SS. Coſmæ & Damiani & S. Germani veteris non legeretur in dicta Vni-
1436. " uerſitate. Quæ quidem Vniuerſitas per ſingulas Nationes & Facultates
" ita concluſit, ſtatuit & ordinauit ſupplicationi dicti D. Rectoris annuen-
" tes quod amodo ſcilicet in ſolemnitatibus & feſtis dictorum SS. Coſmæ
" & Damiani, ac etiam S. Germani veteris non legatur in Vniuerſitate, aut
" aliquâ Facultate. Et hanc concluſionem voluit & præcepit ipſa Vniuer-
" ſitas inſcribi & inſeri in ſingulis libris cuiuſlibet Nationis & Facultatis.
" Quam veram eſſe ita approbo per meum ſignum manuale.

PH. DE LONGOLIO. Procurator Nat. Gall.

Similiter Natio Gallicana, referente & ſuadente ſuo Procuratore M. Philippo de Longolio inſtituit Officium ſolemne pro Defunctis celebrandum quotannis: diem verò tunc non notauit; ſed aliquanto poſt poſtridie Guillelmaliorum celebrari voluit. Hac de re ita ipſe ſcribit ad diem 17. Decemb. Expoſui qualiter à noſtris Prædeceſſoribus multa lau-
" dabilia ſtatuta & priuilegia obtinueramus in Matre mea Natione, qui
" ſuis in Temporibus magnos ſumpſerant labores ad ipſa conficiendum
" & nos in ipſis inſtruendum. Similiter etiam ab ipſis noſtris Prædeceſſo-
" ribus multa bona alia recepimus & percepimus in præfata Natione, vt
" patet in Inuentario Reliquiarum aliorum bonorum. De quibus omnibus
" non habebamus condignum, pro retributione. At tamen obſeruando mo-
" rem ſolitum atque laudabilem in multis alijs Nationibus & Facultatibus
" in ipſa Vniuerſitate Pariſ. & etiam in alijs Confratrijs ipſius Diœceſis Pa-
" riſ. pro aliquali recompenſatione, ſeu retributione dictorum bonorum
" vellet ipſa Natio Mater mea deliberare, ſtatuere & ordinare ne ingra-
" ta videretur de bono ſibi ab ijs collato, attento quod pium eſt atque
" Sanctum orare pro Defunctis vt à peccatis abſoluantur, quod amodò &
" ſingulis annis celebraretur vnum Anniuerſarium ſolemne in Collegio
" Nauarræ, ſcilicet Vigilia in Veſpere ad 9. lectiones & 9. Pſalmos, & die
" ſequenti Miſſa ſolemnis & alta ad Diaconum, & Subdiaconum pro De-
" functis & pro Animabus omnium Benefactorum ipſius Nationis. Quod
" quidem Anniuerſarium, ſeu Seruitium poterit valere pro dictis Benefa-
" ctoribus & Magiſtris iam Defunctis & nobis pariter & ſucceſſoribus, Deo
" dante. Quodque vt hoc Anniuerſarium eſſet certum, & vt omnes Magi-
" ſtri in ipſo etiam venirent, vellet aſſignare certam diem in anno; pari-
" ter etiam deliberare an vellet dare diſtributiones Decanis & alijs Offi-
" ciarijs ibidem aduenientibus; ſicut conſuetum eſt fieri in alijs ſolemni-
" tatibus Feſtorum quæ à Præfata Matre per annum celebrantur.....
" Placuit quod amodo ſingulis annis, vt præmiſſum eſt, vnum Anniuerſa-
" rium ſolemne celebretur; de die autem & diſtributionibus dandis remi-
" miſit ad Congregrtionem Nationis faciendam ſuper diſtributione Offi-
" ciorum.

Hocce tempore grauis intercedebat lis inter Scholarem Vniuerſita- tis & quendam Laïcum. Scholaris adiuncta Vniuerſitate, Laïcum vocauerat ad Curiam Conſeruationis: Laïcus vadimonium adire detrectabat, & ad Caſtelletum & ad Curiam Parlamentæam Scholarem vocarat. Vniuerſitas ſuſcepta lite tanquam propriâ importunitate litigationis fatigata & crebris ſalutationibus Magnatum, habitiſque Comitijs de futura Ceſſatione deliberauit niſi cauſa iſta remitteretur ad Conſeruationem, at ei tandem D. Cancellarius Franciæ ſatisfecit. Rem ſic ſcribit M. Guill. de Longolio Facultatis Medicinæ Decanus.

" Die . menſis Martij Vniuerſitate congregata in S. Mathurino ſicuti
" pluries fuerat ad intimandum ceſſationes D. Cancellario Franciæ & vlti-
" mò concludendum in cauſa cuiuſdam Scholaris mota contra quendam
" Laïcum in Curia Conſeruationis; *qui quidem Laïcus declinabat Curiam tan-*
" *quam non ſubditus.*

" Et licet ſuper hoc fuiſſent factæ & motæ plures defenſiones tam in
" Parlamento quàm in Caſtelleto ex parte dicti Laïci, & factæ fuiſſent plu-
" res propoſitiones tam coram D. Conneſtabulario hîc exiſtente, quam D.
Cancellario,

Cancellario, tamen pacificatum fuit negotium ex parte D. Cancellarij, videlicet *quod dictus Laïcus reſponderet coram Conſeruatore, & veniret dictus Laïcus ad petendum Beneficium abſolutionis humiliter.* 1436.

Neque etiam omittendum Baccalariatum in Medicina non fuiſſe eatenùs pro Gradu habitum in Vniuerſitate: quamobrem prædictus M. Guill. de Longolio in Comitijs Generalibus apud Mathur. ſupplicauit vti Baccalariatus in Medicina non minus reputaretur Gradus quàm in alijs Facultatibus; & obtinuit. Rem ſic ſcribit.

Die 6. menſis Aprilis Congregata Vniuerſitate per D. Rectorem (Gaufridum Amici) ſolemniter in S. Matth. *ſuper* certis art. tangentibus Vniuerſitatem. Et in vltimo art. qui fuit ſuper ſupplicationibus ſupplicaui ex parte Facultatis Matris meæ, quatenus vellet *declarare Gradum Baccalariatus in Medicinæ eſſe Gradum, quemadmodum & in alijs Facultatibus*; quæ ſupplicatio fuit conceſſa, *per omnes Facultates*, vt conſtat per litteras patentes ſigillatas ſigillo dictæ Vniuerſitatis.

Anno 1437 die 15. Iunij legitur factum à Natione Gall. ſtatutum eiuſmodi, vt deinceps notarentur dies, menſis & annus, quo ſinguli Licentiati inciperent in Artibus, quod antè non fiebat, vt ſecundùm antiquitatem Gradus lites ſi quæ orirentur, faciliùs dirimerentur. Rem ſic ſcribit M. Guill. Bouylle Gymnaſiarcha Coll. Beluacenſis tum Nationis prædictæ Procurator. Poſui in deliberatione Nationis ſi videretur expediens futuris annis ad maiorem certificationem ſi opus eſſet, anni & diei Graduationis ſingulorum Incipientium in præfata Natione, quòd Bedelli eiuſdem Nationis regiſtrent in ſcriptis diem & annum omnium Incipientium in Artium Facultate de Natione Matre mea, poſtea traderent Procuratori qui tunc eſſet, qui haberet ea nomina ſcribere in Papyro Nationis, vt ſi aliquando Magiſtri indigerent certificatione anni & diei ſuæ Graduationis, Natio ſecurius teſtimonium præbere valeret.... Concluſum eſt & ibidem iniunctum expreſsè Bedellis ambobus, quòd amodo futuris annis ab iſta die inſcriberent omnia nomina incipientium in Scholis Franciæ ſecundum ordinem quo graduantur, & eadem nomina in eodem ordine deferent Procuratori Nationis, qui ſcriberet *per ordinem iam dictum in libro Nationis prænominatæ.* id ſtatutum occaſione litis intentatæ M. Io. Poumacloy Remenſis Diœceſis, de cuius Graduationis antiquitate dubitabatur. 1437.

Eodem anno Carolus VII. Lutetiæ poſt expulſos omnino Anglos ſummâ omnium Ciuium acclamatione exceptus eſt, præſertim verò Magiſtrorum & Scholarium Vniuerſitatis qui ad plures dies ob redditum ſibi Regem & Patrem ſuum, Iuſtitium indixerunt. Regis ingreſſum & Pompæ celebritatē deſcribit Monſtrelerius, atque egreſſum ſingulorū vrbis Ordinum ad eum excipiendum; poſtquam verò vrbem ſubijt & ad Atrium Baſilicæ Pariſienſis peruenit, ab Vniuerſitate exceptus eſt die 12 Nouemb. REGIS INGRESSVS.

Item, *s'en vint le Roy au Portail de Noſtre-Dame de Paris où il deſcendit, & veit deuant luy l'Vniuerſité, qui propoſa en brief, & audit Portail eſtoient les Prelats, c'eſt à ſçauoir les Archeueſques de Thoulouze & de Sens, & les Eueſques de Paris, de Clermont & de S. Maugon-lez-Monpellier, les Abbez & Miniſtres de S. Denys, de S. Mor, de S. Germain-lez Paris, & auſſi pareillement de S. Magloire & de ſainte Geneuiefue. Et là feit le Roy, le ſerment à l'Eueſque de Paris, & puis entra en l'Egliſe Noſtre-Dame.*

Alanus Quadrigarius rem ſic refert. *Ceux de Paris vindrent au deuant du Roy iuſques à la Chappelle S. Denis. C'eſt à ſçauoir le Preuoſt de Paris, le Preuoſt des Marchands, les Eſcheuins & grand foiſon de Notables Bourgeois de ladite ville de Paris, qui eſtoient en grands & riches habillemens. Et pareillement y vint l'Eueſque de Paris accompagné grandement de Gens d'Egliſe de ladite Cité. Aprés vint le premier Preſident de Parlement, nommé M. Adam de Cambray & auec luy tous les Seigneurs de Parlement.* Et aprés vindrent les Recteur, Docteurs & Maiſtres en Theologie & pluſieurs autres Eſtudians & Clercs de l'Vniuerſité de Paris, & les Seigneurs de la Chambre des Comptes.

His peractis Regem adit Vniuerſitas & per M. Nicolaum Midy Do-
1437. ctorem Theologum habet ad eum orationem. Prædicto autem Midy traditæ ſunt Inſtructiones quæ ſequuntur, quæque ſeruantur in Tabulario Academico.

Sequuntur inſtructiones Concluſæ per Vniuerſitatem Pariſ. M. Nicolao Midy Sacræ Theol. Profeſſori traditæ qui electus eſt ad proponendum in præſentia D. noſtri Regis, in Aduentu ſuo, pro parte dictæ Vniuerſitatis.

„ 1. DEclarabit quomodo Vniuerſitas prædicta gaudet & lætatur in ad-
„ uentu prædicti D. noſtri Regis, & non immeritò; tum quia videt
„ in illo clareſcere excellentes perfectiones Regi & Principi Catholico
„ conuenientes & neceſſarias, puta ſinceritatem fidei, deuotionem, obe-
„ dientiam ad Deum & Eccleſiam, zelum Iuſtitiæ, Clementiam, miſeri-
„ cordiam & hũiuſmõdi.

„ Item quia ipſe eſt Pater, Patronus & tutor ſingulareque refugium di-
„ ctæ Vniuerſitatis quæ eſt dicti D. noſtri Regis filia primogenita, in cuius
„ abſentia fuit quaſi orphana, & vidua non habens ſingularem & ſpecialem
„ protectionem in ſuis agendis, quodque in præſentia eiuſdem ipſa Vni-
„ uerſitas declarabit ſua grauamina, pro quo petit audientiam, & ſperat
„ quod idem D. noſter tractabit benignè & fauorabiliter dictam Vniuer-
„ ſitatem, ſicuti fecerunt Reges qui eum præceſſerunt.

„ Item quia percepit quod in eo excellens bonum pro Chriſtianitate in-
„ choatum in quo duo Regna ſunt vnita quæ priùs fuerunt diuiſa & diſcor-
„ dantia, vnde guerræ, bella, ſeditiones, Eccleſiarum ruinæ & cultus di-
„ minutio acciderunt, nunc autem per hanc vnionem in eo factam, per Dei
„ gratiam, omnia mala ceſſabunt, ſicuti ſperandum eſt.

„ 2. Principaliter dicet quod Vniuerſitas prædicta acceſſit ad præſen-
„ tiam eiuſdem D. noſtri Regis ad exhibendum eidem reuerentiam & ho-
„ norem cum obedientia tanquam Regi & Domino ſuo, ac Patri, ac pro-
„ tectori ſingulari, ad quod inducitur propter virtutes & perfectiones ma-
„ gnas in dicto D. noſtro Rege iam inchoatas & relucentes, vt dictum eſt.

„ Item quia Principibus & Dominis honor eſt exhibendus qui ſunt Dei
„ Miniſtri & in quibus tota Reſpub. honoratur.

„ 3. Principaliter dicet quod Vniuerſitas offert ſeipſam, ſuum Recto-
„ rem, ſingulas Facultates, Nationes & Suppoſita ad beneplacita & obſe-
„ quia D. noſtri Regis, ſecundùm ſuam profeſſionem.

„ Item dicet quod dicta Vniuerſitas offert pro referendo gratias Deo de
„ iucundo & proſpero aduentu D. noſtri Regis prædicti & deprecando pro
„ incolumitate eius felicique ſuorum agendorum ſucceſſu, ac totius Re-
„ gni preces, orationes, Proceſſiones & Prædicationes ad Populum, vt ſi-
„ militer deprecetur, exhortatorias.

Hoc anno 14. Kal. Octob. oritur Schiſma, Eugenio rurſus Concilium Baſileâ Ferrariam transferre connitente quò commodiùs Græci accederent. Obſiſtunt Patres quod Baſileenſem vrbem ad celebrationem Concilij deſignaſſent Patres Conſtantienſes, deinde Senenſes; & duo Pontifices Martinus & Eugenius ipſemet id probaſſent.

Paulo poſt nempe 9. Decemb. fato communi fungitur Sigiſmundus Imperator cuius erat authoritas magna. Succedit Albertus II. ex eodem quidem genere, ſed Eccleſiaſtica negotia tractare non aſſuetus. Incaleſcunt ergo animi; Papa ſibi pareri vult. Concilium ſe ſupra Papam poſitum putat; quæ Quæſtio ad viros doctos tranſmittitur examinanda. Hoc verò, vt vident Germani, Moguntiæ ſuum quoque habent Concilium, & Neutrius Partis ſe fore declarant. Hinc *Neutrales* dicti.

Anno 1438, Rex acceptis tam triſtibus Nuncijs, ſedando Schiſmati
1438. animum applicat. Concilium Eccleſiæ Gallicanæ indicit Biturigibus, menſe Maio celebrandum, cui & ipſe adeſt, auditque Nuncios Baſileenſes

& Pontificios. Iuſſa illuc ſuos quoque Legatos mittere Vniuerſitas, miſit paucos, ſed probè inſtructos. Hoc nempe modo, vt legitur in Charta Tabularij Academici. 1438.

Inſtructiones Ambaſſiatorum qui pro parte Vniuerſitatis deſtinandi ſunt ad Concilium Eccleſiæ Gallicanæ 1. Maij proxima Bituris celebrandum.

1. ET 1. cum applicauerint Bituris, habebunt viſitare Reuerend. in Chriſto Patrem D. Epiſcopum Caſtrenſem vt ipſius conſilijs atque auxilijs acceſſum habere queant ad aliquos de Conſilio D. noſtri Regis, quotiens opus fuerit pro audientia apud Regiam Majeſtatem medio ipſorum obtinenda.

Poterunt præterea dicti Ambaſſiatores eidem Reuer. in Chriſto Patri dicere quod Vniuerſitas plurimum confidit in eo, quodque ſuis interuenientibus auxilijs in rebus ſuis vtiliter & fructuosè gerendis ſperat finem votiuum conſequi.

Deinceps habeant eidem ſupplicare quod quemadmodum ipſe verus Vniuerſitatis alumnus eam ſemper vt Matrem dilexit, & in agendis proſecurus eſt ampliſſimis fauoribus, dignetur ad cumulum ſuæ beneficentiæ, pro ſua benignitate Oratores prædictos dirigere in omnibus & per omnia quæ ſuam concernunt legationem, *& eiſdem decentem locum iuxta vocationem Vniuerſitatis in prædicto Concilio ante Ambaſſiatores aliarum Vniuerſitatum & Communitatum aſſignari facere.* Et hoc idem fieri poterit apud alios Reuer. Patres, provt Ambaſſiatoribus expedire videbitur.

Dehinc obtenta audientia, habeant coram D. noſtro Rege pro parte Vniuerſitatis ſolemnem facere propoſitionem, in qua viuæ vocis Officio habeat Proponens oſtendere quàm neceſſaria ſit pax, & vnionis S. Eccleſiæ conſeruatio tam exemplis familiaribus quàm etiam hiſtorijs, & omnium membrorum in vinculo Pacis optata concordia, ſine qua pollicitum regimen Eccleſiæ ſuis viribus non poteſt ſubſiſtere, qua deficiente, Paſtorale ſubditis non proficit Officium, neque ſubditorum ad Superiores ſaluari poteſt Ordo famulatus.

Inducatur conſequenter qualiter Chriſtianiſſimi Francorum Reges Eccleſiæ S. Dei & vnitatis eiuſdem præcipui zelatores hanc totis viribus experere, & acceptam atque habitam ſummoperè ſeruare curarunt, inducens qualiter inclytiſſimæ memoriæ Rex quondam Carolus VI. eius Progenitor ſuper lugubri ſciſſura Eccleſiæ tenerrimè condolens & interna pietate compatiens, quæ iam, proh dolor! pluribus annis pertracta fuerat, ſuis in diebus pacem Eccleſiæ atque vnionem, exterminato Schiſmate procurauit, & Chriſti Eccleſiam priſtinæ reſtituit vnitati

Cæterum quod Reges & ſeculi Potentes ad hanc manutenendam & **conſeruandam tenentur, & quod hoc eſt iniunctum cœlitus Regibus** officium, hoc debitum eis miniſterium, quocirca dirigendo verbum ad ipſum, poterit dicere, *Nolite Priuilegium tam nobile, titulum tam magnificum amittere.* Non ſinite hunc honorem à vobis auferri, aut alterum vos in iſto antevenire, defendite nomen Chriſtianiſſimi Regis, defendite decus, &c. provt videbitur Proponenti expedire.

Rurſus quod Pariſ. Vniuerſitas ſemper vnitatis & pacis Eccleſiæ amatrix veraciſſima, qua nihil in terris eſt acceptius, nihil vtilius, nihil-ve laudibilius, debitum pietatis exſoluens officium hanc ipſam Eccleſiæ vnitatem & pacem veſtræ Majeſtati in viſceribus Chriſti ſingulariter commendat. Dicatur finaliter quoad iſtud punctum quanta ſui nominis gloria exaltabitur, quantiſque in cœlum efferetur laudibus, ſi Occidentalis Eccleſia in vinculo pacis vnita & ſub vnius Paſtoris felici directa regimine Orientalem Eccleſiam quæ iam tot, proh dolor! annis ab Eccleſia Rom. receſſit, ad S. Rom. Eccleſiæ ritum & Eccleſiæ Latinæ vnitatem deſideratiſſimam ſuis in diebus eius laudatiſſimis laboribus atque auxilijs reducatur.

Iſta ſufficere videntur pro 1. propoſitione quia per prudentiam Pro-
1438. " ponentis poterit dilatari materia.

" *In 2. Propoſitione.*

" OStendat proponens quàm neceſſaria, quamque ſint Eccleſiæ ſaluti
" accommoda Generalis Eccleſiæ ſacra Concilia, in quibus Edicta
" fiunt Eccleſiæ ſalutem & totius Eccleſiaſtici Ordinis ſtatum concernen-
" tia, mores Sancti componuntur, morum deformitas atque exceſſus re-
" primitur, damnantur hæreſes & inſeruntur virtutes, vbi denique totius
" Eccleſiaſtici Corporis ſanitas quæritur & procuratur.

" Præterea habeat oſtendere quod Congregatio Eccleſiaſtica ſic inſti-
" tuta eſt velut Caſtrorum acies ordinata, & velut corpus integerrime
" perfectum & connexum per omnem iuncturam per dona Spiritus ſancti
" qui Eccleſiam vniuerſalem viuificat, regit atque gubernat.

" Et ſpecificando dicat Proponens quantum vtilitatis atque commodi-
" tatis toti Chriſtianiſmo attulerit Conſtantienſis Synodus & nouiſſimè
" Baſileenſis, perquam Spiritu ſancto dictante atque volente, pernicioſiſ-
" ſima Bohemorum hæreſis extitit condemnata & illius ſectæ populi ad S.
" Matris Eccleſiæ vnitatem atque concordiam operoſis ſacræ illius Synodi
" vigilantijs ſunt omnino reducti.

" Dicatur pręterea veniendo ad factum Græcorum, qualiter ſæpè dictum
" Baſileenſe Concilium laborioſiſſimas, ſed laudatiſſimas miſit Legationes
" pro reductione Græcorum ad Eccleſiam Latinam. Et ſi ſpecialiùs loqui
" expediat, declaret atque exponat qualiter hæc ſacroſancta Synodus ta-
" les perſonas in tali numero, tali tempore deſtinauit ad Imperatorem
" Græcorum & Patriarcham Conſtantinopolitanum pro eorum aduentu
" ad ſacrum Baſileenſe Concilium.

" Deinde quod mediantibus eorum laboribus & etiam D. noſtri Euge-
" nij Papæ moderni iam Græci applicuerunt, vt fertur Venetijs, & ſunt ibi-
" dem exſpectantes & parati ad vnionem Eccleſiæ.

" Et quia ad præſens D. noſter Eugenius ex vna parte conuocauit Con-
" cilium apud Ferrariam, parte verò ex altera Eccleſia extitit congregata
" in Ciuitate Baſileenſi, idcirco Græci attendentes non eſſe plenariam
" vnionem & mutuam concordiam inter ſummum Pontificem & Baſileenſe
" Concilium, hactenus venire diſtulerunt: quocirca expediens & ſummè ne-
" ceſſarium videtur quod hortentur Reges & Principes Chriſtianitatis ad
" vnitatem & concordiam Eccleſiæ cum ſummo Pontifice & ſummi Pon-
" tificis ad Eccleſiam; per conuentionem ad alterum duorum locorum, vel
" ad vnum alium tertium, quoniam, teſte Iſidoro, infra Eccleſiam, ſeculi
" Poteſtates neceſſariæ non eſſent niſi quod non prævalent Sacerdotes ef-
" ficere per doctrinæ ſermonem, **Poteſtas hoc imperet per diſciplinæ**
" terrorem.

" Et in ſpeciali ex parte dictæ Vniuerſitatis habeat Proponens hortari
" D. noſtrum Regem, vt ad rem tam Deo placitam & acceptam velit ſuam
" operam conferre, vt habita Eccleſiæ & ſummi Pontificis mutua concor-
" dia atque animorum vnione, fiat facilior Græcorum reductio ad Eccleſiæ
" Latinæ morem & ritum; nec videtur facile alteram partium hoc poſſe
" facere, quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa.

" Vbi verò in præſenti Congregatione Eccleſiæ Gall. contingeret ma-
" teriam ſuper collatione & prouiſione Beneficiorum agitari, videtur ex-
" pediens quod opus eſt imprimis tractare de reductione Græcorum ad
" Eccleſiam Latinam; quia iſta Græcorum materia vniuerſaliter Eccleſiam
" & Eccleſiæ vnitatem concernunt quæ reductione facta in Concilio illo
" Iuſtorum indubitato & Congregatione magna erunt opera Domini,
" & fiet debita prouiſio tam in Collatione Beneficiorum quàm in cæteris
" Eccleſiæ vtilitatem concernentibus; magna, vt ſperatur, erunt opera
" Domini.

Finaliter ſi in dicta Congregatione Eccleſiæ Gall. contingerêt aliquas agitari & ventilari materias quæ tangant & concernant priuilegia, conſuetudines, & libertates Matris noſtræ Vniuerſitatis & Suppoſitorum eius, habebunt dicti Ambaſſiatores audire & referre duntaxat & nullo modo concludere, aut deſtinare aliquid in præiudicium Priuilegiorum & libertatum dictæ Vniuerſitatis, cum iam ſint ad hoc perjuramentum adſtricti. 1438.

Circa verò Prouiſionem Ambaſſiatorum deſtinandorum Bituris ad Concilium Eccleſiæ Gallic. videtur expedire quod pauci & benè electi conformiter ad litteras D. noſtri Regis illuc mittantur, quia ſic facile procurabitur eorum Prouiſio, aut per ceſſationem omnium Burſarum nuper currentium ad impoſitionem vnius nouæ Burſæ ſuper illis duntaxat qui de cætero ad juramentum Vniuerſitatis admittentur, vel per recuperationem pecuniarum ad quas tenetur Reuer. in Chriſto Pater D. Epiſcopus Pariſ. per compoſitionem alias factam inter præfatum D. Pariſ. & ipſam Vniuerſitatem ratione Concilij nuper celebrati in Ciuitate Aurelianenſi.

Item quod perdictos Ambaſſiatores, vel alterum ipſorum in propoſitione, vel propoſitionibus coram D. noſtro Rege faciendis proponatur & dicatur ex parte dictæ Vniuerſitatis, quod ipſe dignetur celerius quàm fieri commodè poteſt, tollere iſtas oppreſſiones vrgentes quibus ſupra modum opprimitur Ciuitas Pariſ. cum ſuis in ea habitantibus nedum ab Hoſtibus & inimicis antiquis D. noſtri Regis; verum etiam à ſuis proprijs Commilitantibus; quod cedit & venit aliquantiſper contra Regiam Majeſtatem & in maximum incommodum Reipublicæ.

Habetur ergo Synodus, condunturque 7. Iulij Canones ad ſecuritatem, tranquillitatemque Eccleſiæ Gallicanæ, nempe celeberrima illa *Sanctio Pragmatica*, damnatæ Beneficiorum Annatæ, item Gratiæ Exſpectatiuæ, & alia eiuſmodi in Baſileenſi Concilio iam ſancita; quibus non immoror; cum ſint ea omnia iampridem luce publica donata.

De Impoſitione Vivaria.

Eodem anno Vniuerſitas rem habuit cum quibuſdam Publicanis Pariſienſibus qui vectigal vino impoſitum colligebant, neque ſua Priuilegia infringi paſſa eſt, vt legitur in veteri Codice Procuratorum Nationis Gallicanæ, tum Procuratore M. Ioanne de Couſſy Submonitore, ſeu Proprimario Artiſtarum Collegij Marchiani, qui ſic ſcribit. Anno eodem 24. menſis Septembris die Iouis hora Veſpertina fuit apud S. Mathurinum Congregatio Deputatorum ſingulorum Decanorum Facultatum & Procuratorum ſingularum Nationum per D. Rectorem conuocata ſuper 2. articulis. 1. Fuit ad obuiandum impoſitioni inſtitutæ per Burgenſes Pariſ. ſuper vina. 2. Fuit ad prouidendum articulis conuentis in Concilio Bituris celebrato tangentibus prouiſionem Beneficiorum duntaxat. 3. **Communis fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad** 1. placuit præfatæ Vniuerſitati obuiare & reſiſtere dictæ impoſitioni vinorum, & adire Dominos hanc Taliam, ſiue Impoſitionem facientes. 2. art. fuit remiſſus alteri congregationi pro craſtino vt planius diſcutiatur. Hæc ſunt quæ fuerunt acta.

Anno eodem 25. menſis Sptemb. die Veneris hora 8. fuit Vniuerſitas apud S. Mathurinum per D. Rectorem conuocata ſuper 3. articulis. 1. Fuit ad contradicendum cuidam ſubſidio impoſito Vinis à Rectoribus Pariſ. 2. Fuit ad informandum & conſulendum de articulis concluſis in Concilio Bituris celebrato tangentibus prouiſionem Beneficiorum. 3. Super ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad primum voluit dicta Vniuerſitas quod omnes Scholares veri tam Baccalarij quàm Magiſtri & Doctores eximerentur ab iſta impoſitione vinorum, & quod viriliter & efficaciter proſequerentur & defenderentur noſtra priuilegia vſque ad Ceſſationes incluſiuè & quod dicta priuilegia declararentur iſtis Impoſitoribus, & ſi non vellent aſſentire, ipſa vult quod appelletur ad Regem. Quoad 2. artic. voluit quod darentur Deputati ad auiſandum bonum

" modum & bonam prouiſionem quoad Collationem Beneficiorum, quæ
" poſſet proficere, & eſſe vtilis dictæ Vniuerſitati, quia prouiſio inuenta in
" Concilio Bituris non videtur ſibi conueniens, &c.

1439. Anno 1439. Florentiæ quò Concilium Ferrarienſe propter peſtem tranſlatum fuerat, pax tandem & vnio fidei cum Græcis facta, non parum in eam rem adnitentibus Imperatore & Patriarcha Conſtantinopolitano, item Beſſarione & Georgio Scholario qui ſæpè orationes ea de re ad Concilium habuerunt. Imprimis verò Patriarcha hanc fidei Confeſſionem edidit, die 9. Iunij, vt ſe morti propinquum ſenſit.

" Ioſeph miſeratione diuina Archiepiſcopus Conſtantinopolis nouæ
" Romæ & Oecumenicus Patriarcha. Quoniam ad finem vitæ meæ per-
" ueni, ſoluturus iam commune debitum Dei gratiâ ſcribo & ſubſcribo
" ſententiam meam apertè Vniuerſitati meorum filiorum. Omnia igitur
" quæ ſentit & quæ dogmatizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia Domini
" noſtri Ieſu Chriſti Senioris Romæ, ipſe quoque ſentio, & ijs me acquieſ-
" centem do ac dico. Profiteor quoque Beatiſſimum Patrem Patrum &
" maximum Pontificem & Vicarium Domini noſtri Ieſu Chriſti antiquæ
" Romæ Papam ad certam omnium fidem; necnon Purgatorium anima-
" rum. In horum quippe fidem ſubſcriptum eſt die menſis Iunij 9. 1439.
" Indict. 2.

Sub finem Iulij, Græci cum Imperatore in Patriam redierunt, quibus ſucceſſère Armenij petentes quoque fidei vnionem: quamobrem ad tres
" annos prorogatum eſt Concilium Florentinum. Interim verò Mogun-
" tiæ Germani, Baſileæ Patres qui remanſerant ſuos conuentus celebra-
" bant, aduerſus Eugenium; præſertim verò Baſileenſes: nam Moguntini
" licet accepiſſent omnia Decreta Baſileæ edita, exceperunt tamen Iudi-
" cium contra Papam. At Baſileenſes Theologorum iudicio has Conclu-
" ſiones ediderunt.

" 1. Poteſtatem Generalis Concilij eſſe ſupra Romanum Pontificem.

" 2. Pontifici non licere diſſoluere Generale Concilium, præter eius
" conſenſum.

" 3. Has veritates qui negaret pertinaciter, hæreticum eſſe cen-
" ſendum.

" 4. Diſſolutionem Concilij Baſileenſis primò per Eugenium factam
" eſſe contra primas veritates.

" 5. Eugenium monitum à Concilio errores ſuos primæ diſſolutionis
" reuocaſſe.

" 6. Secundam diſſolutionem ab eo factam, manifeſtum eſſe errorem
" fidei.

" 7 Eandem 2. diſſolutionem probare eum eſſe relapſum (ſeu vt poſtea
" mutarunt) in reuocatum errorem prolapſum.

" 8. Iteratam diſſolutionem, eiuſque pertinaciam poſt accuſatam eius
" contumaciam & erectionem alterius Concilij, durante adhuc Baſileenſi,
" contra primas veritates eſſe.

Hiſce Concluſionibus, ſeu vt vocabant, *veritatibus fidei*, ſubſcripſerunt noſtri Galli, M. Nicolaus Amici Doctor Theologus Pariſ. Nicolaus Tibout Normanus, Ioannes de Valle Brito, Thomas de Courcellis Canonicus Ambianenſis, inſignis quoque Doctor Theologus, qui pro ſupradictis Concluſionibus latè & clarè diſſeruit, Papam ſubeſſe Concilio
" Eccleſiæ; quod hæc errare non poſſit, ille poſſit: quod mater illa, hic filius; ſponſa Chriſti illa, hic tantummodo Vicarius: quod quæ data ſunt Petro Apoſtolo Priuilegia, data fuerint vt perſonam Eccleſiæ ferebat, quem etiam ad Eccleſiam remiſit Dominus, cum dixit, *dic Eccleſiæ*, vnde fit, vt ſi Papa non audierit Eccleſiam, tanquam Ethnicus & publicanus haberi debeat, &c.

Extat oratio Thomæ apud Æneam Syluium lib. 1. de Geſtis Baſil. Concilij, his verbis, *Nimis, vt video, rem protraherem, ſi quid ſinguli dixerint, explicare pergam, &c.*

Veruntamen plurimi Principum Legati, item & Moguntini reuerſi Baſileam interceſſerunt, ne quid aduersùs Papam ſtatueretur: imò & Oratores Caroli noſtri licet Baſileenſibus faueret, contradixerunt; nihilominus tamen Ludouico Cardinale Arelatenſi rem acrius vrgente, in ſeſſione publicâ depoſitus eſt Eugenius 25. Iunij, & creatus Pontifex Felix qui Dux Sabaudiæ Amedeus ante dicebatur, ex Eremo ad thiaram euocatus. 1439.

Huicce Depoſitioni & Electioni noui Pontificis interceſſerunt Oratores Regis Francorum, vt legitur in MS. Victorino, his plane verbis. *Proteſtatur Rex, ſicut Princeps Chriſtianiſſimus, quod more Prædeceſſorum ſuorum paratus eſt audire Eccleſiam ritè & legitimè congregatam. Verum quod apud multos graues & probos non modica eſt dubitatio, an ſuſpenſio, priuatio & ſubſecuta Electio facta Baſileæ ſit legitima; dubium etiam eſt an illa Congregatio illis diebus quibus prædicta agitata & facta ſunt, ſufficienter repræſentaret vniuerſalem Eccleſiam ad tantos & tam arduos actus; idcirco Rex perſtat & manet in obedientia D. Eugenij in quâ nunc ſtat. Vbi verò Rex plenè & ſufficienter de prædictis informatus fuerit, ſiue per Oecumenicam, aut aliud Generale Concilium, aut in Congregatione Eccleſiæ ſuæ Gallicanæ extenſiùs congregandæ, ſeu in conuentione Principum, Rex compertâ veritate ſtabit cum ea & ei adhærebit.*

AMADEVS PRINCEPS SABAVDIÆ PAPA ELECTVS.

Statim etiam poſt electionem & interceſſionem illam à Concilio miſſus eſt ad Regem M. Thomas de Courcellis vnus è Triumviris Electorum Felicis, cuius auditâ relatione Rex iterum apud Biturigas Concilium Prælatorum & Procerum Regni ad annum ſequentem indicit vbi, vt infra dicetur, ſtatutum eſt Eugenio eſſe adhærendum, ſaluâ tamen Pragmaticâ Sanctione. Ad ſequentem quoque annum ab Imperatore indictus Conuentus Germanorum ad Ciuitatem Francfordienſem propter eandem Electionem: adeo tunc temporis diuiſæ erant Catholicorum ſententiæ; vndequaque autem Vniuerſitas Pariſienſis per litteras inuitabatur ad mittendos Nuncios, ſine qua tum nihil rectè agi poſſe putabatur. Eodem itaque tempore ab Eugenio, à Baſileenſibus & ab Imperatore litteras accepit, à Rege quoque Carolo iuſſa eſt mittere è ſuis aliquos ad Concilium Bituricenſe, vt infrà dicemus.

Eodem anno Eugenius IV. Priuilegia Vniuerſitati Pictauinæ à S. Sede Apoſtolica conceſſa ad inſtar Pariſienſis comprobauit & confirmauit: in hancque rem extat Bulla eiuſmodi.

CONFIRMATIO PRIVIL. VNIVERSITATIS PATAVINÆ ADINSTAR PARISIENSIS.

« EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum intra Arcana noſtræ mentis ſolerti meditatione recolimus quantum ad Populum noſtræ ſolicitudini commiſſum Remque publicam debitè regendam viri litterarum ſcientia docti conferant, cura nobis iniuncta dignum, imò debitum noſtrum reputamus, vt non ſolùm contenti ſimus ſtudia Generalia conceſſis ſibi antè Priuilegijs gaudere, verum etiam ipſis alia ad ampliorem eorundem ſtudiorum famam & gloriam vtilia concedamus, vt qui in illis voluntarios in huiuſce cruditionis ſubſidium labores ſuſcipiunt, de tanto ipſorum beneficio præter dominium quod non deerit, aliquod in terris munus ſe reportaſſe lætentur. Dudum ſiquidem felicis recordationis Vrbanus IV. Prædeceſſor noſter pro felici ſtatu & incremento ſtudij Patauini, quod inter cætera Italiæ ſtudia Generalia antiquiſſimum & celeberrimum eſſe conſtat, nonnulla per Doctores & Magiſtros eiuſdem ſtudij ſalubriter ſtatuta & ordinata ratificauit & approbauit, ac ex certa ipſius ſcientia confirmauit. Deinde Clemens VI. Prædeceſſor etiam noſter quæ per ipſum Vrbanum ratificata fuerant, grata habens & approbans, quædam alia pro ipſius ſtudij amplificatione ſtatuit & ordinauit, prout ipſorum litteris plenius continetur. Nos igitur attendentes quod à Generalibus ſtudijs omnis dominiorum atque humanorum inſtitutorum notitia proficiſcitur, virique illa inſigniti exiſtunt, per quorum ſalutarem doctrinam effector omnium Deus agnoſcitur & amatur, Iuſtitia colitur, proficientes »

" proficiunt, inſtruuntur indocti & præmijs afficiuntur boni; verſutis au-
1439. " tem ſuorum erratorum pœnæ, quas merentur, adijciuntur, omniſque
" humanæ eruditionis excellentia emanare dignoſcitur: necnon ad dile-
" ctos filios Vniuerſitatem prædicti Patauini ſtudij, quos ſingulos omni fa-
" uore proſequimur, noſtræ benignitatis oculos conuertentes, ne ipſi in
" ſua exercitatione commendabili aduerſus conceſſa ſibi anteà priuilegia
" quomodolibet indebitè infeſtentur, verum potius amplioribus gratia-
" rum attollantur impendijs, motu proprio, non ad alicuius preces, omnia
" & ſingula priuilegia, libertates, exemptiones, conceſſiones & indulta
" alia eidem ſtudio tam per prædictos & alios Ro. Pontifices prædeceſſores
" noſtros, quàm per Imperatores, aut alios temporales Dominos hactenus
" conceſſa, quorum formas & tenores in præſentibus pro expreſſis haberi
" volumus, rata & grata habentes, illa auctoritate Apoſtolica tenore præ-
" ſentium confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, om-
" nes & ſingulos, ſi qui interuenerint, defectus ijſdem motu atque auctori-
" tate ſupplentes. Et nihilominus quò ſtudium ipſum aliquod ſingulare
" noſtræ liberalitatis dono conſequatur munus, vt omnes & ſinguli nunc
" & pro tempore in eodem ſtudio exiſtentes Doctores & Scholaſtici, ac
" ipſorum familiares & Officiales omnibus & ſingulis priuilegijs, præro-
" gatiuis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, conceſſionibus, ho-
" noribus, fauoribus & indultis alijs quibuſlibet, quocunque nomine cen-
" ſeantur, & quorum formas & tenores in præſentibus pro ſufficienter ex-
" preſſis haberi volumus, gaudeant & vtantur, quibus Romanæ Eccleſiæ,
" *Pariſienſis, Oxonienſis, Bononienſis, Salmaticenſis Studiorum* Doctores & Ma-
" giſtri, eorumque familiares & Officiales ex quibuſuis Apoſtolicis, Impe-
" rialibus, ſeu alijs Eccleſiaſticis, vel temporalibus Conceſſionibus, aut
" Indultis gaudent; & vtuntur, gaudere & vti poſſunt, ac porerunt in fu-
" turum. Vtque omnes prædicti qui Beneficijs Eccleſiaſticis affecti fue-
" rint, dum ipſi ibi reſederint, omnium ſuorum Beneficiorum Eccleſiaſti-
" corum quæ nunc obtinent & in poſterum in quibuſuis Eccleſijs, ſeu locis
" obtinebunt, quæcunque, quantacunque & qualiacunque ſint & fuerint,
" etiamſi in illis perſonalem primam non fecerint reſidentiam conſuetam,
" fructus ac reditus & prouentus cum ea integritate cum qua illos percipe-
" rent, ſi in Eccleſijs, ſeu locis huiuſmodi perſonaliter reſiderent, quo-
" tidianis duntaxat exceptis diſtributionibus, per ſeptennium percipere
" queant. Inſuper vt ipſi ſinguli, etiam in ſacris Ordinibus conſtituti, aut
" dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus, aut alijs Eccleſijs, vel Pa-
" rochiales Eccleſias obtinentes in eodem ſtudio & Legibus per quin-
" quennium ſtudere, legere, & diſputare, ac in eis Licentiæ Gradum, nec
" non Doctoratus inſignia accipere liberè ac licitè valeant; motu & au-
" ctoritate prædictis tenore præſentium concedimus, ac de ſpeciali dono
" **gratiæ indulgemus; non obſtantibus felicis recordationis Honorij III.**
" Pontificis etiam Prædeceſſoris noſtri & alijs Apoſtolicis, nec non in Pro-
" uincialibus & Synodalibus Concilijs, Edictis, Conſtitutionibus & Ordi-
" nationibus, Statutis quoque & Conſuetudinibus Eccleſiarum in quibus
" beneficia huiuſmodi fuerint, iureiurando Confirmatione Apoſtolica, vel
" quacunque firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs non obſtanti-
" bus quibuſcunque. Volumus autem vt Beneficia ipſa debitis propterea
" non fraudentur obſequijs, ſed debitè ſuſtineantur eorum onera conſue-
" ta. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ratihabitio-
" nis, confirmationis, ſuppletionis, conceſſionis, voluntatis infringere, vel
" ei auſu temerario contraeuenire. Si quis autem hoc attentare præſum-
" pſerit, indignationem prępotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum
" eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentiæ an. Dominicæ Incarn. 1439.
" Kal. Decemb. Pontificatus noſtri an. 9.

1440. Anno 1440. multa Rex edixit in Concilio Bituricenſi ad obſeruatio-
nem Pragmaticæ Sanctionis: item Reſponſum dedit Legatis Eugenij &
Concilij Baſileenſis, cuius inter cæteros legatus M. Thomas de Cour-
cellis

cellis Doctor Theologus, præſente Rege, ſolemnem Propoſitionem fecit eorum quæ à Concilio dicenda habebat; quæ legitur tum in Concilio Bituricenſi, tum in tomo 2. Libertatum Gallicarum; facitque maximè ad hiſtoriam huius temporis. 1439.

Eidem Concilio iuſſi ſunt adeſſe Selecti Vniuerſitatis provt à Rege poſtulauerat Reginaldus de Carnoto Franciæ Cancellarius. Eidem Legati Eugenij quorum Princeps erat Ioannes de Turre-Cremata Hiſpanus. Illi autem hæc potiſſimùm à Rege poſtularunt, 1. vt reprobaret Concilium Baſileenſe ex quo iuſſu Eugenij tranſlatum fuerat Ferrariam; Ferrarienſe verò approbaret. 2. Vt Depoſitionem Eugenij & Felicis Electionem reprobaret. 3. Ne ad Ciuitatem Moguntinam, inconſulto Papa, mitteret. 4. Vt Pragmaticam-Sanctionem abrogaret aut ſuſpenderet. Poſtea auditi ſunt Legati Baſileenſes, & per ſex dies de ſingulorum Poſtulatis deliberatum eſt; die autem 9. Septemb. Eugenij legatis ſic Regis nomine reſpondit Martinus Gouge Epiſcopus Claromontenſis.

Ad 1. quidem poſtulatum, Regem habuiſſe Concilium Baſileenſe pro Concilio: ad ipſum Oratores ſuos miſiſſe, eius Decreta plurima ad fidem & bonos mores pertinentia approbaſſe; nec vnquam Concilium Ferrarienſe pro Concilio habuiſſe, aut habere.

Ad 2. Regem nunquam Depoſitionem Eugenij & Electionem Felicis approbaſſe, aut approbare: immò agnouiſſe Eugenium pro Papa & adhuc agnoſcere, velleque in toto ſuo Regno ipſius mandatis pareri, niſi aliter Concilio intra annum in Gallia celebrando videretur.

Ad 3. de miſſione ſuorum Oratorum ad Ciuitatem Moguntinam, aut aliam, conſulturum cum ſuis maturiùs tempore opportuno.

Ad 4. velle Pragmaticam-Sanctionem inuiolabiliter ſeruari; & ſi aliqua viderentur paulo rigidiora, Concilio Generali ſubmitti, non aliter. Cuius quoque in obſeruatione video Oratores Scholæ Pariſienſis Baſileæ fuiſſe obſtinatiſſimos; nam cum Felix Annatas exigere contenderet iuxta Decretum Seſſionis 42. Germanicæ Nationis, & Scholæ Pariſienſis Legati cum pleriſque alijs Gallorum nomine interceſſerunt, obſtiteruntque quominùs id decerneretur antequam Prouinciales ea de re certiores fierent.

Eodem anno, Baſileenſes Epiſtolam Circularem datam 6. Id. Nouemb. pro ſe & Felice mittunt ad omnes Prælatos & Principes, conclamatamque Religionem Chriſtianam eſſe prædicant, niſi Concilio ſuo pareatur & Pontifici à ſe electo. Quorum rationibus examinatis, plurimæ Vniuerſitates declaraſſe dicuntur ſupremam poteſtatem penès eſſe Concilium Baſileenſe, cui etiam Papa obedire teneretur: inter cæteras autem, numerantur in Codice Victorino pag. 12. Pariſienſis, Viennenſis, Erfordienſis, Colonienſis, & Cracouienſis in Polonia: qua de re infrà.

In quodam Reg. Papyraceo, cuius mihi copiam fecit Antonius Vion d'Herouval **ad hunc an. tale legitur datum arreſtum.**

L'an 1440. du Mccredy 16. Nouembre par les opinions de..... M. Iacques Iuuenel Aduocat du Roy en Parlement..... M. Iean Simoni Aduocat en icelle Cour & Subſtitut du Procureur General & pluſieurs autres, tous aſſemblez en la preſence de M. le Preuoſt, ou Parquet du Procureur General, au Palais à Paris, fut deliberé & conclud, que ledit M. Iean Choart Procureur du Roy ſe adioindroit auec noſtre Mere l'Vniuerſité de Paris & les Religieux Auguſtins de Paris, en la cauſe meuë & encommancée audit Chaſtelet, entre les deſſuſdits de l'Vniuerſité & les Religieux Auguſtins d'vne part. Et les Doyen & Chapitre de Paris Preuoſt des Marchands & Eſcheuins de Paris, la Veufue de feu Simon Bayart, M. Iean Gentian, ſoy diſant Seigneur en partie de Charenton, & autres oppoſans d'autre part, pour occaſions des oppoſitions faites & données par les deſſus-nommez à la prinſe & arreſt des biens & heritages, qui furent Iean Bayart & autres Complices n'agueres bannis du Royaume, pour occaſion de la mort & occiſion commiſe & perpetrée à la perſonne d'vn Religieux de ladite Ordre des Auguſtins nommé..... En ſouſtenant par ledit Procureur la confiſcation declarée par la Sentence donnée contre les deſſuſdits de leurs bien & heritages 1440.

1440. *au moyen dudit ban eſtre & appartenir au Roy noſtredire Sire, ſans payer aucune choſe aux deſſuſdits Oppoſans contre leſdits Arreſts, tant pour droit pretendu & demandé par ladite Veufue, comme pour les loüaiges que les deſſuſdits dient à eulx eſtre deubs, à cauſe du loüage des Moulins & Maiſons que tenoient les deſſus-nommez bannis, deſdits Oppoſans. Et par ſemblables d'autres debtes pecuniales, dont les aucuns faiſoient demandes; ſans auoir regard & en tant que touche l'oppoſition donnée par le Fermier des deffendeurs du Greffe, au moyen des appeaulx du bandeuant dit.*

Hac de re ſic legitur in Actis Gall. Nationis; ſcribente M. Victore Textoris aliàs de Ceriſerijs Procuratore, ad diem 16. Aug. *Et 1. in illa Congregatione expoſuit D. Procurator quod fuerat citatus in Caſtelleto, ad inſtantiam & requeſtam Roberti Louuet Receptoris ex parte Domus villæ Locagiorum molendinorum ſituatorum ſuper Pontem noſtræ Dominæ, occaſione alicuius ſummæ pecuniæ ſibi debitæ, vt dicebat, à Ioanne Bayart, tunc tenente immunitatem Eccleſiæ in S. Genoueſa, propter nefandum genus homicidij ab ipſo & ſuis complicibus perpetrati, in perſonam cuiuſdam Auguſtinienſis qui tenuerat titulo locagij per certa tempora alterum Molendinorum à prædicto Receptore nomine quo ſupra, quoniam bona præfati malefactoris erant detenta & arreſtata proſecutione Vniuerſitatis, ad reparationem huius ſceleratiſſimi delicti.*

Sententia primùm aduerſus homicidam lata eſt à Præpoſito Pariſienſi, ad quam audiendam Rector Vniuerſitatem congregauit apud S. Mathurinum, die 16. Septemb. eiuſdem anni, vt legitur in Actis eiuſdem Nationis; res verò poſtea ad Curiam Pariſ. delata, vt ſupra retulimus.

Cæterum hoc & ſequentibus annis varij fuerunt editi Tractatus de negotio Schiſmatis, quos quia nondum luce publica donatos credimus, quâ indigni non ſunt; idcirco his Annalibus noſtris attexere non extra rem eſſe duximus, vt agnoſcat Poſteritas quæ tum fuerit ſententia virorum Doctorum & Vniuerſitatum de autoritate ſummorum Pontificum Conciliorumque Generalium. Illos autem ex MS. San-Victorino notato pag. 12. 689. deſumpſimus.

Tractatus Doctoris Pariſienſis pro Synodo Baſileenſi, contra eiuſdem Tranſlationem.

QVia nonnulli propter ignorantiam, ac intuitu pietatis, ſeu pacis in Dei Eccleſia ponendæ recuſant, aut ſaltem differunt obedientiam ſummo Pontifici D. noſtro Felici Papæ V. ad Neutralitatem, aut ad tertium locum accedere volentes, viſum eſt cuidam zelatori ſalutis animarum, authoritatis Eccleſiæ, ac ſacrorum generalium Conciliorum quod Principes Chriſtiani & Prælati, ac cæteri in eadem materia hæſitantes per oratores Sacri Concilij Baſileenſis & eiuſdem Sanctiſſimi D. noſtri Felicis, ac per alias pias & litteratas perſonas de paucis ſequentibus apertè informandi ſunt. Iuxta tamen earumdem ſcrupulos & hæſitationes, relinquendo ampliora & ſubtiliora, ac Iuris diuini & humani allegationes illis, qui de paucis multa nouerunt colligere, vt talium hęſitantium conſcientijs ſerenatis, ad plenariam obedientiam Prælati ſanctiſſimi D. noſtri Felicis reducantur pro quibus declarandis ponitur iſta propoſitio fundamentalis.

Ille qui pro ſummo Pontifice à Dei Eccleſia datur, ſeu à Concilio generali ipſam repræſentante, debet à quolibet bono Catholico tanquam verus Summus Pontifex recipi & teneri. Iſta propoſitio multipliciter probatur & declaratur. Primò ſic. Chriſtus ſufficienter inſtruxit ſuam Eccleſiam in ſacra Scriptura de his quæ pertinent ad eius Conſtitutionem, ſeu de membris principalibus ipſam conſtituentibus, inter quæ primum & principaliſſimum membrum eſt Summus Pontifex, cum etiam omnia quæ euidenti conſequentia ex ſacra ſcriptura edoceri poſſunt, ad fidem pertineant, vt dicunt Doctores: Sed Eccleſia diſperſa non loquitur, ſed duntaxat Concilium generale ipſam repræſentans. Cui ſuper inobliquabilitate &

& rectitudine iudicij eadem promiſſio facta eſt, qualis facta eſt Eccleſiæ in multis locis Sacræ Scripturæ, vt Math. 18. *Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum.* Igitur ſecundum veritatem fidei infallibiliter credi oportet Concilio generali vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti, quis eſt verus ſummus Pontifex & quis non, & per conſequens ſecundum veritatem fidei Populus Chriſtianus illum debet recipere pro ſummo Pontifice, qui à Concilio generali ſibi datur. 1440.

Secundò declaratur ſic propoſitio prędicta. *Omnis bonus Catholicus debet audire Eccleſiam in his quæ pertinent ad fidem*; ſed ad fidem pertinet debere eſſe vnum ſummum Pontificem in Eccleſia, cum Chriſtus Petrum tanquam Sum. Pontificem in Euangelio ordinauerit, quando ſibi dictum eſt, *Paſce oues meas*, Ioan. vlt. ipſum ibidem cunctis Populis præficiendo, volens eidem Petro alios ſummos Pontifices vſque in finem mundi ſuccedere; ergo ſequitur quod ille, qui pro ſummo Pontifice ab Eccleſia Dei datur, debet à quolibet bono Catholico tanquam verus ſummus Pontifex recipi & teneri. Præterea in his nedum quæ pertinent ad fidem, ſed ad bonum regimen vniuerſalis Eccleſiæ, debet audiri Eccleſia, iuxta Gloſ. ſuper 1. verbo, Ioan. 18. *Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, gloſ. *neceſſariam ad ſalutem non ſolum pro perſonis veſtris; ſed etiam ad bonum & ſalubre regimen Eccleſiæ*, & fidelium inſtructionem pertinet eſſe vnum ſummum Pontificem, qui inferiores habet dirigere, corrigere, inſtruere, & actus Hierarchicos ad reductionem ipſorum in ſuum finem exercere; ergo oportet dicere quod ille qui ab Eccleſia pro ſummo Pontifice Populo datur, debet pro vero ſummo Pontifice recipi & eidem tanquam ſummo Pontifici & Paſtori obediri.

Amplius, ſicut quilibet bonus Catholicus tenetur credere Eccleſiæ ſuper his quæ pertinent ad ſuum eſſe, ſic etiam tenetur credere ſuper his quæ pertinent ad ſuam vnitatem, cùm vnitas conſequatur eſſe, ſed Eccleſia Catholica nedum eſt vna ex ordine ipſius ad Ieſum Chriſtum, qui eſt Caput eius eſſentiale, ſed etiam eſt vna ex ordine ipſius ad ſummum Pontificem, qui eſt Caput ipſius miniſteriale, alioquin non eſſet aliquod Monarchicum regimen in Eccleſia niſi reſpectu Chriſti, quod eſt abſurdum dicere, cum Chriſtus pro Vicario ſuo ſummum Pontificem in terris reliquerit. Sequitur ergo quod neceſſarium eſt credere illum eſſe ſummum Pontificem Chriſti Vicarium, qui ab Eccleſia ſeu à Concilio generali eandem repreſentante cœtui Chriſtiano, ſeu Populo Catholico datur.

Præterea vbi eſt varietas in iudicijs ſuper his quæ pertinent ad conſecutionem vitæ æternæ, cum homo in hac vita ſuper ſua ſalute non poſſit non eſſe perplexus, ſecundum Doctores oportet quod alicuius Iudicium pro ſua perplexitate tollenda debeat recipere: ſed nullum eſt tam certum iudicium ſicut iudicium Eccleſiæ. Cum illa ſit *Columna & firmamentum veritatis*, ſecundum Apoſtolum 1. ad Timotheum; ergo ſequitur quod vbi Eccleſia iudicat vnum eſſe ſummum Pontificem, ſeu Concilium generale ipſam repræſentans, quilibet bonus Catholicus ſibi credere tenetur.

Item in Dei Eccleſia oportet vt ſit vnus ad quem in dubijs fidei quando Concilium generale non ſedet, habeatur recurſus, & etiam ad quem pro Plenarijs Indulgentijs tribuendis, ac diſpenſationibus & cæteris ſibi ſoli reſeruatis accedatur: ad talem autem ſalubriter accedi non poteſt, niſi primitùs quis eſt ille, cognoſcatur: ſed nullum eſt certum & inobliquabile iudicium in talibus quæ ſalutem humanam reſpiciunt niſi Dei Eccleſia, aut Concilium generale eam repræſentans: quare neceſſariò oportet credere Concilio generali, quis eſt ſummus Pontifex & illum quem pro ſummo Pontifice recipit, acceptare.

Confirmatur: Oportet credere alicui quis eſt verus Papa & qui non, alioquin Chriſtus non ſufficienter prouidiſſet ſaluti hominum, aut ſuæ

Eccleſiæ in qua neceſſe eſt eſſe vnum ſummum Pontificem ſaltem ad benè
1440. " eſſe niſi ſede vacante: ſed nullus alius eſt inobliquabilis niſi Eccleſia, aut
" Concilium generale habens ſpecialem Chriſti aſſiſtentiam ex promiſſio-
" ne eius in ſacra ſcriptura, ergo nulli alij neceſſe eſt infallibiliter crede-
" re niſi Eccleſiæ, aut Concilio generali.

" Cæterum ex puris naturalibus & ex mero iudicio rationis non poteſt
" ſciri quis eſt ſummus Pontifex in Eccleſia, cùm ſtatus ſummi Pontifi-
" cis ſupernaturalis exiſtat & à Chriſto pro bono regimine ſuæ Eccleſiæ &
" ad conſecutionem vitæ æternæ ſpecialiter ſit inſtitutus: ſed de his quæ
" ſunt ſupra naturam, & quæ excedunt merum iudicium rationis, maio-
" rem & certiorem habet Eccleſia quam quæuis perſona, aut Communitas,
" cum eidem à Saluatore noſtro pro ſpeciali Priuilegio dictum ſit *Cum ve-*
" *nerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem*, Ioan. 10. & Matth.
" vlt. *Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*; vnde
" ſequitur quod neceſſario credendum eſt Eccleſiæ, ſeu Concilio gene-
" rali, cum pro Eccleſia loquatur. Demum oſtenditur Concluſio ſic; Secun-
" dum omnes Doctores obediendum eſt Superioribus in his quæ pertinent
" ad ſtatum ſuæ prælationis, iuxta illud Apoſtoli *obedite præpoſitis veſtris:*
" ſed ad Prælationem illius Concilij & non cuiuſlibet Chriſtiani pertinet
" eligere & dare Chriſtianis ſummum Pontificem: non enim conuenit
" Cardinalibus niſi ex ordinationibus Eccleſiæ ſeu Concilij generalis; ſe-
" quitur ergo quod Concilium generale maxime in defectum Cardina-
" lium, ſicut nunc, habet dare Populo Chriſtiano ſummum Pontificem; &
" per conſequens eidem obediendum eſt à quolibet bono Catholico; &
" ſic patet multiplici viâ, propoſitio præmiſſa, ex qua propoſitione & eius
" declaratione manifeſtum eſt neutralitatem reſpectu ſummi Pontificis à
" Concilio electi eſſe erroneam, nec vllatenùs poſſe ſubſiſtere; cum ve-
" ritati fidei & ſacræ Scripturæ, vt ſatis declaratum eſt, repugnet, aut ſal-
" tem ipſius neutralitatis aſſertio.

" Sed forſan aduerſarius ſacræ Scripturæ inſcius obijciet quod ratione
" Schiſmatis, aut maximi ſcandali in Dei Eccleſia inſurgentis licet ſe ab
" vtroque ſe gerente pro ſummo Pontifice ſubſtrahere, ſicut tempore alte-
" rius Schiſmatis factum eſt, vt pax & tranquillitas in Dei Eccleſia habeatur
" iuxta doctrinam Chriſti, *ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs*
" *te*, & illud Apoſtoli, *ſi eſca ſcandalizat fratrem, non manducabo carnem in*
" *æternum*: Summus autem Pontifex eſt oculus Populi Chriſtiani & vitam
" ſpiritualem Populo Chriſtiano miniſtrat: opus eſt ergo vt declaretur
" quod non propter ſcandalum, aut propter Schiſma debet quis omittere
" obedientiam præſtare ſummo Pontifici à Concilio generali Dei Eccle-
" ſiæ ſeu Populo Chriſtiano dato.

" Primò enim non ratione ſcandali, quodoritur in Eccleſia ex hoc quod
" **duo ſe gerunt pro ſummis Pontificibus**, quoniam ſecundum Doctores:
" *Etſi veritas doctrinæ & iuſtitiæ poſſit omitti propter ſcanaalum, veritas tamen*
" *vitæ numquam omitti debet propter ſcandalum*: Ad veritatem autem vitæ
" pertinet obedire illi qui pro ſummo Pontifice populo Chriſtiano datur à
" Concilio generali, cum quilibet teneatur credere talem eſſe ſummum
" Pontificem & nullum alium, vt declaratum eſt ſuperius.

" Secundò hoc idem oſtenditur quod non ratione Schiſmatis; quia ſi ſit
" Schiſma in Dei Eccleſia, non eſt Schiſma niſi quia non obeditur à qui-
" buſdam ei cui debet obediri, videlicet ei qui datus eſt ab Eccleſia populo
" Chriſtiano pro ſummo Pontifice, de quo non debet dubitari quin ſit ve-
" rus ſummus Pontifex Eccleſiæ; vt declaratum eſt in prima propoſitione.
" Nunquam autem eſt malum faciendum vt exinde ſequatur bonum, quod
" fieret ſi non obediretur ei qui datus eſt ab Eccleſia, ſeu à Concilio ge-
" nerali vt tolleretur Schiſma ab Eccleſia; ſed tollendum eſt ſic Schiſma
" ab Eccleſia quod omnes Populi Chriſtiani inſurgant contra Gabriël-
" lem, à Papatu propter ſua demerita depoſitum & tanquam hæreticum
" & Schiſmaticum, cum à Dei Eccleſia eijciant eum veri filij Eccleſiæ Dei

Eccleſiam audientes & eidem obedientes.

Nec eſt ſimile de priori Schiſmate duorum Contendentium dudum per Concilium Piſanum & Conſtantienſe extirpato, vbi forſan neutralitas eiſdem Contendentibus facta, fuit approbata ad huiuſmodi Schiſma extirpandum & delendum de Eccleſia Dei. Tum 1. quia non poterat eſſe certum, quis eſſet verus Papa inter duos Contendentes, cum ambo varijs vijs à Cardinalibus eſſent dati Eccleſiæ, & etiam res, quando fuit facta neutralitas tam inueterata erat, quod vix à quoquam ſapiente perpendi poterat, quis eorum eſſet verus Papa: non ſic autem nunc, vt manifeſtum eſt. Tum 2. quia nullus eorum tunc Contendentium erat datus Populo Chriſtiano à regula inobliquabili & indefectibili, cuiuſmodi eſt Eccleſia vniuerſalis, ſeu Concilium generale eam repræſentans quod nobis pro Papa dedit Felicem V. 1440.

Tertiò quia tunc recurſus ad ſuperiorem habebatur, videlicet ad Concilium generale, quod nedum eſt regula inobliquabilis ratione aſſiſtentiæ ſaluatoris Math. 18. eidem promiſſæ, ſed etiam ſupremum eſt tribunal in terris ad quod in dubijs ſalutem humanam concernentibus debet haberi recurſus; in caſu autem noſtro non poteſt haberi recurſus ad Superiorem ſub Chriſto, cum Concilium generale dederit D. Felicem Papam V. quod quidem Concilium generale non habet ſuperius in terris, cùm repræſentet Eccleſiam vniuerſalem, quæ cunctorum Chriſtianorum mater eſt, regina & domina cum etiam Petrus ſummus Pontifex remiſſus fuerit ad Eccleſiam ſicut ad Superiorem; cum ei à Chriſto Matth. 18. dictum eſt, *Dic Eccleſiæ*, quod ſufficienter de Concilio generali intelligitur, cum Eccleſia generalis poſt publicationem Euangelij per orbem immenſum in vnum non congregetur niſi in paucis in Concilio generali loco omnium Catholicorum congregatis vices authoritatemque illorum ſupplentibus. Verbum autem illud non ſolum dictum fuit Petro pro ſeipſo, ſed etiam pro futuris ſuis Succeſſoribus, vt ſatis notum eſt.

Quod ſi aduerſarius fortificans ſuam intentionem dicat quod huiuſmodi neutralitas duorum Contendentium poteſt fieri & ſuſtineri cum ſubmiſſione ad Concilium generale in tertio loco celebrandum, vbi maior multitudo Eccleſiaſticorum, Doctorum & Ambaſſiatorum Principum adeſſe poterit, & hanc materiam melius & per amplius diſcutere, hoc dici non poteſt, quia nulla eſt quæſtio ſalutem humanam concernens, quin poſſit ſufficienter diſcuti per Concilium generale quod cumque ſit illud: cùm Spiritus ſanctus influens ad huiuſmodi quæſtionem definiendam æquè bene & æquè ſanctè influat in vno Concilio, ſicut in alio: Perſonæ etiam quæcumque poſſunt ita bene accedere ad Concilium Baſileenſe, ſicut alibi, cum ibi ſit, vt inferius dicetur, & fuerit, vt nouerunt illi, qui ab eodem receſſerunt, maxima libertas. ergo non oportet quærere alium locum vbi vnum aliud **Concilium congregetur.** Sicut etiam non eſt niſi vna Eccleſia Catholica, ſic non eſt, nec eſſe poteſt niſi vnum Concilium generale quod vnicam Eccleſiam repræſentet.

Item ſi quæreretur aliud Concilium generale per quod huiuſmodi neutralitas & ius D. Felicis Papæ V. venerint diſcutiendæ, videtur quod fieret iniuria Spiritui ſancto, quod cuilibet Concilio generali aſſiſtit, & in eodem definit, quando videlicet iterum diſcuteretur & in dubium reuocaretur, quod ſemel per Spiritum ſanctum eſt definitum. Si enim hoc diceretur, vix aliquid certum in fide, aut moribus in Eccleſia haberemus, quia quemadmodum vnum Concilium congregatum poteſt errare in fide & moribus, ſic & aliud, & ſic omnia per Concilia generalia diſcuſſa poſſent venire in dubium, quod eſt hæreticum aſſerere contra illum articulum, *Credo in vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam.*

Prętera cum Baſileenſe Concilium ſit verum & legitimum Concilium authoritate ſummorum duorum Pontificum & duorum Conciliorum generalium congregatum, nec per Gabriëlem potuerit diſſolui, qui eſſent illi qui durante præſenti Concilio, poſſent aliud Concilium congregare,

1440. „ cum nullam authoritatem ad hoc faciendum habeant? cum huiuſmodi „ authoritas ſit duntaxat apud Concilium generale & verum & indubita- „ tum ſummum Pontificem. Vlterius quomodo poterit ſuſtineri quin ta- „ les talia attentantes ſint veri Schiſmatici Eccleſiam ſponſam Chriſti & „ tunicam Chriſti inconſutilem diuidentes, cum ſedente Concilio gene- „ rali Baſileenſi, aliud Concilium generale celebrare velint, altare contra „ altare erigentes.

„ Nec valet ſi *dicant quod quælibet vis debet obuiare ſuæ deſtructioni*; in na- „ turalibus enim videmus quod ſicut res habent ſuas proprias operationes „ & ſibi connaturales, ſic etiam naturaliter habent reſiſtere ſuis contrarijs & „ ſuæ corruptioni. Notũ eſt autem quod Chriſtus non minus Chriſtianis qui „ ſunt membra ſui Corporis myſtici, aſſiſtit, quam rebus mere naturalibus: „ Et ſic cum ſit Schiſma formatum actu in Eccleſia per quod Schiſma Chri- „ ſtiani pereunt & damnantur, videtur quod boni Chriſtiani poſſint ſe „ congregare in vno Concilio generali ad eneruationem huiuſmodi Schiſ- „ matis, imò videtur quod Chriſtus dedit Chriſtianis authoritatem hoc „ faciendi, quando dixit vniuerſaliter, *vbi duo vel tres fuerint congregati in* „ *nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum*, Matth. 18. Hoc profectò, vt vide- „ tur, ſatis clarè ſoluitur, quoniam etſi Chriſtiani debeant obuiare ſuæ de- „ ſtructioni, ſicut res naturales ſuæ corruptioni, quia tamen habent vſum „ rationis & dona gratuita ipſos ad æternam ſalutem dirigentia, debent „ ordinatè reſiſtere ſuæ deſtructioni & ſecundum legem à Chriſto ſibi da- „ tam: Lex autem Chriſti habet, Matth 18. *Qui Eccleſiam Dei audire con-* „ *tempſit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*, & Lucæ 10. *qui vos odit me odit.* „ Debent ergo Chriſtiani reſiſtendo ſuæ deſtructioni, audire Eccleſiam vi- „ delicet Concilium generale legitimè congregatum, quia Eccleſia diſ- „ perſa non loquitur: Eccleſia autem ſiue Concilium generale Baſileenſe „ videns quod olim Eugenius Eccleſiam Dei ſciderat per erectionem „ Conuenticuli Ferrarienſis quod in fide errabat, & per Seſſionem publi- „ cam declaratum eſt, *quod Eccleſiam Dei in pluribus* ſcandalizabat, *ipſum à* „ *Papatu rationabiliter depoſuit* ad obuiandum deſtructioni Eccleſiæ quam „ per mala opera ſua idem Eugenius procurabat. Quod ergo fecit Eccle- „ ſia, ſeu Concilium generale, fecit ad obuiandum ſuæ deſtructioni per „ Eugenium multipliciter procuratæ. Concilium autem generale in tali- „ bus quæ ſalutem humanam reſpiciunt, à Spiritu ſancto & Saluatore no- „ ſtro dirigitur iuxtà illud præallegatum, *vbi duo vel tres, &c.* Et iuxta „ gloſſam interlinearem, Act 15. Super primo verbo, *viſum eſt Spiritui ſan-* „ *cto & nobis* vbi ſic habetur *Quibus nihil viſum eſt ſine Spiritu*; Debet ergo „ credere quilibet Chriſtianus iuxta ſacram Scripturam, quòd Concilium „ Baſileenſe vt reſiſteret corruptioni ſuæ & omnium Chriſtianorum, ip- „ ſum tunc Eugenium depoſuit, & conſequenter vt prouideretur Ec- „ **cleſiæ de vero & Catholico Paſtore**, qui ipſam Eccleſiam iuuare con- „ tra præfatum hæreticum poſſet, Beatiſſimum Felicem Papam V. ele- „ git. Non eſt ergo potior via, nec rationabilior ad obuiandum deſtru- „ ctioni Eccleſiæ quàm obedire Felici Papæ V. à Dei Eccleſia, ſeu gene- „ rali Concilio ipſam repræſentante Chriſtianis pro ſummo & indubitato „ Paſtore dato, & alium ſcilicet olim Eugenium tanquam pertinacem & „ hæreticum à Dei Eccleſia eijcere.

„ Debent ergo omnes Chriſtiani inſurgere contra dictum Gabrielem „ ad obuiandum ſuæ deſtructioni & non aliud prætenſum Concilium con- „ gregare, ne credentes benè agere, Dei Eccleſiam in duo generalia Con- „ cilia diuidant, & per conſequens ſeipſos ad æternam damnationem in- „ ducant.

„ Nec talium ratio vllatenus concludit quando dicunt, quod Chriſtus „ dedit Chriſtianis authoritatem ſe congregandi quando dixit, *vbi ſunt* „ *duo vel tres, &c.* Dicendum enim quod etſi Chriſtus ibidem authorita- „ tem Eccleſiæ ſeipſam congregandi dederit, quando non eſt congrega- „ ta, & ſic congregata ſeipſam ad alium locum transferendi, ſi ſibi bonum

videatur, non tamen dedit ei authoritatem duo Concilia generalia congregandi ſimul & ſemel, quia hoc eſſet erroneum & Schiſmaticum: non poſſunt ergo Chriſtiani quicumque ſint illi, ſedente Concilio generali Baſileenſi, aliud generale Concilium erigere. Si enim erigeretur, potius Conuenticulum, aut Conciliabulum Schiſmaticorum, quàm Concilium nuncuparetur, niſi tamen de beneplacito ſuo Concilium Baſileenſe propter bonum Eccleſiæ ſe ipſum ad alium locum vellet transferre, quod poſſent aliqui ſi vellent ipſi ſacro Concilio Baſileenſi ſupplicare, etſi ſibi videretur bonum, faceret; ſin autem, ſuperſederet. 1440.

Patet ergo manifeſtè ex præmiſſis quòd ex quo Concilium Baſileenſe eſt verum & legitimum generale Concilium, non poſſunt quicumque Chriſtiani pro Concilio generali ad alium locum ſe transferre ſine conſenſu & authoritate eiuſdem, & per conſequens non poſſunt in eodem loco per modum Concilij generalis aliquam materiam vniuerſalem Eccleſiam tangentem diſcutere. Nec poteſt dici ad obuiandum præmiſſis, quod Concilium Baſileenſe non ſit verum Concilium generale propter paucitatem perſonarum & receſſum plurimorum Prælatorum, ac etiam Ambaſſiatorum Principum, imò nec propter receſſum Præſidentium olim Eugenij Papæ, cum Spiritus ſanctus cui opera Conciliorum generalium principaliter attribuuntur, non omittat influere in paucos in Concilio generali bene agere volentes propter receſſum quorumcumque, iuxta illud præallegatum, *vbi duo vel tres, &c.* quamuis ſemper fuerit bonus numerus Suppoſitorum in eodem Concilio, non obſtante etiam peſte in Concilio Baſileenſi anno præcedente, vigente; imò videtur veriſimiliter quod ibi ſemper fuerit maior numerus Suppoſitorum, quàm in aliquo Concilio Apoſtolorum Hieroſolymis celebrato, quæ tamen Concilia ab omnibus Catholicis approbantur. Cum etiam præſentibus prædictis, fuiſſet ante eorum receſſum in Seſſione publica definitum quòd Concilium Baſileenſe diſſolui non poſſet, niſi de conſenſu duarum partium Concilij, votis ſingulorum tam in deputationibus quam in Congregatione generali primitùs ſcrutatis, & Decreto in Seſſione publica prius facto, quod vt notum eſt, non eſt factum. Nec etiam hoc poteſt concludi propter præſentem diſſolutionem Concilij ab olim Eugenio prius factam, cùm huiuſmodi diſſolutionem, ſeu tranſlationem fecerit, ſi ſacrum Concilium contra ſuos præſidentes, aut contra eum procederet, volens legem imponere Concilio in materia reformationis, *in qua inferior eſt ad ſacrum Concilium*, imponens etiam Concilio in huiuſmodi diſſolutione terminum tractandi materiam fidei quæ tunc in eodem Concilio cum Bohemis tractabatur & agitabatur. *In qua materia fidei ſecundum omnes notum eſt ipſum eſſe inferiorem Concilio generali.* Propter quas cauſas eiuſmodi diſſolutio fuit Seſſionaliter declarata erronea in fide ſicut erat, cum ipſe Gabriël eam poſſe tenus iuſtificaret, contra declarationem Concilij Conſtantienſis de Superioritate Concilij ad Papam.

Nec etiam poteſt allegari quod concluſum erat concorditer in Congregatione generali ante prætentam diſſolutionem Concilij ab eodem Gabriële factam, quod ſi ciues Auenionenſes infra certum tempus non expedirent ſummam ſeptuaginta millia Ducatorum, ad nouam electionem procederetur, ſic etiam factum eſt per illos, vt aiunt, ad quos potestas Concilij deuoluta tunc eſt, vigore cuius electionis, vt dicunt, tranſlatio ipſius Gabriëlis facta eſt, & per conſequens diſſolutio Concilij Baſileenſis.

Quamuis plurima veridicè poſſent reſponderi ad iſtam replicam, ſeu inſtantiam, nihilominus ſecundum huiuſmodi præſentem electionem & ſecundum Decretum initum cum Græcis, debebat ſtare Concilium firmum in Baſileâ, vſque ad aduentum Græcorum ad partem Latinorum, quod vt notum eſt, non eſt factum, cùm Græci applicuerint per plures menſes poſt huiuſmodi prætenſam diſſolutionem, vt poteſt manifeſtè apparere calculanti. Hanc etiam tranſlationem, ſeu diſſolutionem non

fecit ipſe Gabriël vigore prætenſæ electionis per illos paucos factæ, ſed
1440. " potius de plenitudine ſuæ poteſtatis, vt ipſe in Bulla ſuæ prætenſæ diſſo-
" lutionis dicit.

" Præterea nullam concluſionem potuit accipere Concilium, quin ab illa
" potuerit recedere, aut Epieicheiam in ea habere cum ſupremam habeat
" poteſtatem. Cauſa autem quare Auinionenſes non dederunt pecuniam
" infra tempus deliberatum, fuit quia ipſe Gabriël per ſuos ibidem tranſ-
" miſſos totis viribus impediuit huiuſmodi pecuniarum perſolutionem, in-
" hibens ipſis ſub pœna Capitis & ſub Cenſuris Eccleſiaſticis ne huiuſmo-
" di pecunias ſoluere attentarent: *Fraus autem & dolus nemini patrocinari*
" *debent.* Cauſa autem alia fuit quia per Ambaſſiatores Concilij erat ciui-
" bus Auinionenſibus antea promiſſum quod ante expeditionem pecunia-
" rum ſuper totam Eccleſiam imponeretur vna ſemis decima, eiſque de-
" cretum mitteretur: Super qua ſemidecima eiuſmodi pecuniæ quas da-
" rent, ipſis reſtituerentur. Quod infra illud tempus nullo modo fuit fa-
" ctum, quare videntes patres Concilij quod ciues Auinionenſes cauſam
" rationabilem huiuſmodi pecunias non expediendi infra illud tempus per
" Concilium deliberatum habebant & quod iam dederant pignora ſuffi-
" cientia pro huiuſmodi ſumma perſoluenda, habito præfato decreto fide-
" iuſſorio ſtando in priori electione, huiuſmodi decretum ipſis tranſmi-
" ſerunt maximè quia ſi proceſſum fuiſſet ad nouam electionem, plures dif-
" ficultates & longa mora fuiſſet in nominatione alterius loci, & iam pe-
" cuniæ erant in Auenione paratæ, quæ cum difficultate ab alio loco ha-
" bitæ fuiſſent. Galeæ etiam Concilij ad Græcos tranſmittendos erant pa-
" ratæ, & etiam Oratores Conſtantinopolim tranſmittendi. Quare meritò
" ſacrum Concilium ad nouam electionem non proceſſit, nonobſtante
" concluſione ſuper hac re accepta, cum ignoraretur promiſſio per Præ-
" fatos Ambaſſiatores Auinionenſes facta, ſed duntaxat per pauciſſimos, or-
" dine Concilij non ſeruato. Et contra voluntatem eiuſdem Concilij præ-
" dicta prætenſa electio facta eſt de qua etiam poſtmodùm, vt præmiſſum
" eſt, ipſe Gabriël minime eſt vſus, imò etiam poſtea decretum primæ ele-
" ctionis plumbatũ eſt, & Auinionem tranſmiſſum de conſenſu totius Con-
" cilij, etiam illorum qui proceſſerant ad ſecundam electionem, vt con-
" ſtat per decretum poſt modùm factum, per quod caſſatur plumbatio de-
" creti ſecundæ electionis alijs præſentibus: quod quidem prætenſum de-
" cretum 2. electionis plumbatum fuerat fraudulenter, inſcio Concilio,
" circa mediam ad plumbum accedendo, multis eiuſdem clauigeris voca-
" tis, aut ibidem exiſtentibus, ſed ſolis præſidentibus olim Eugenij, aut
" ſuis de hoc notitiam habentibus: Propterea meritò contra eos tanquam
" contra falſarios tunc actum eſt, non obſtante quod tunc Eugenius quia
" contra ipſos & contra eum agebatur, ſuper multis criminibus Dei Ec-
" cleſiam ſcandalizantibus diſplicentiam ſumpſerit, & occaſione huius
" ſuam prætenſam diſſolutionem fecerit, magis ad hoc faciendum ex paſ-
" ſione quàm ex ratione ductus.

" Ex præmiſſis liquidò conſtat neutralitatem ſummi Pontificis à ſacro
" Concilio Baſileenſi electi cum ſubmiſſione ad Concilium in tertio loco
" celebrandum ſubſiſtere non poſſe, nec huiuſmodi Concilium poſſe in
" tertio loco celebrari, niſi de conſenſu ſacri Baſileenſis Concilij: & vbi
" vellet ex mera libertate ſua ad alium locum transferri. Patet etiam ipſum
" Concilium Baſileenſe ſemper à ſui initio fuiſſe verum generale Conci-
" lium & nullatenùs diſſolutum, non obſtantibus impedimentis pluribus
" à Gabriële & ſuis ſæpius eidem Concilio procuratis vt diſſolueretur:
" quod tamen ultra præmiſſa facere non potuerunt, Spiritu ſancto eidem
" Concilio aſſiſtente; & per conſequens ipſo Baſileenſi Conſilio duran-
" te à quibuſcumque Chriſtianis nullum aliud generale Concilium erigi
" poſſe.

" Sed pro conſummatione illius tractatuli reſtant tres difficultates non
" modicæ ad elucidationem præmiſſorum exponendæ pariter & ſoluendæ.

Prima

Prima eſt quomodo poteſt Concilium Baſileenſe à Spiritu ſancto dirigi, cum fuerit, vt nonnulli æſtimant Schiſma in Dei Eccleſia, eligendo vnum pro ſummo Pontifice, cùm alius ſe ingereret pro Papa · nunquam enim Spiritus ſanctus poteſt eſſe cauſa Schiſmatis, quod tamen fecerunt illi qui ſunt in Baſilea, & per conſequens non poſſunt facere verum Concilium generale cui Spiritus ſanctus, vt dictum eſt, ſemper aſſiſtet. 1440.

Reſpondetur quod & ſi Concilium Baſileenſe Felicem V. pro ſummo Pontifice elegerit, non tamen propterea fecit Schiſma in Eccleſia, ſed magis hoc fecit ad obuiandum Schiſmati duorum Conciliorum quorum vnum prætentum erat, quod quidem Schiſma ſubortum erat per Gabriëlem; & tale Schiſma multò grauius erat, quàm duorum ſe gerentium pro ſummis Pontificibus, nec vnquam ante præſentia tempora in Dei Eccleſia viſum eſt, eiuſdem Felicis electio per Concilium Baſileenſe facta eſt, nec in hoc Schiſma fecit: ſic enim Dauid inunctus fuit in Regem Iſraëlitici Populi ex ordinatione diuina, Saüle adhuc viuente, & ſe ipſum pro Rege illius Populi gerente, nec tamen Deus propterea hoc faciendo Schiſma feciſſe dicitur; ſic nec Concilium Baſileenſe quod authoritate diuina pro bono Eccleſiæ ſummum Pontificem elegit, alio ſe pro Papa gerente, Schiſma in Dei Eccleſia vllatenùs dicitur feciſſe: Sed quemadmodùm illi qui ipſi Dauid poſt ipſius inſtitutionem obedire nolebant, Saüli fauentes Schiſma nutriebant, vt notum eſt, ſic & fauentes nunc ipſi Gabriëli, authoritate diuina à Papatu per Concilium depoſito, Schiſma in Dei Eccleſia nutriunt, quamuis forſan ſe benè agere arbitrentur: non enim credat aliquis extra obedientiam Eccleſiæ ſuam ſalutem poſſe adipiſci, quoniam ſcriptum eſt, *qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.*

Secunda difficultas quomodo poſſet eſſe verum quod facta Baſileenſium dirigeret qui recuſauerunt Concilium & requeſtam Ambaſſiatorum omnium Principum Chriſtianitatis, quam requeſtam faciebant ne eſſet Schiſma in Eccleſia: qui tamen Ambaſſiatores erant ſolemniſſimi Viri, tam Prælati quam Doctores Principes ſuos & eis ſubditos repræſentantes, qui ſunt ſine comparatione plures quam erant in Baſilea. *Solutio.* Si per potentiam terrenam & humanam induſtriam acta generalium Conciliorum deducerentur, ratio adducta magnam haberet apparentiam; ſed quia non ſic eſt, quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, ea maxime quæ ſalutem humanam concernunt per Spiritum ſanctum influentem in Patres in eodem Concilio congregatos diſcutiuntur, iuxta illud Ioan. *Et ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Et ideo quamuis magna induſtria & litterarum ſcientia multorumque repræſentatio in eiſdem Ambaſſiatoribus exiſteret, nihilominus maior influxus Spiritus ſancti ad ſalutem Eccleſiæ Patribus conciliariter decernentibus & definientibus aderat, iuxta illud prælegatum, *vbi duo veltres, &c.* & Act. 15. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*; & ideo quamuis eorum requeſta eiſdem videretur rationabilis, ſecundum Spiritus ſancti examen quod profundiſſima ſcrutatur, acceptabilis non erat iuxtà reſponſiones ipſis à ſacro Concilio varijs vicibus datas. Nec tales oratores de ſua requeſta, aut requeſtis iudices eſſe debent, ſed Dei Eccleſia, ſeu Concilium generale ipſam repræſentans, cum etiam omnes Doctores ſuam doctrinam quamuis egregiam Dei Eccleſiæ ſubmittant, magis determinationi Eccleſiæ innitentes quàm cuiuſcumque ipſorum rationi. Hæc eſt enim fidei noſtræ doctrina quam cum omni humilitate omnes debent recipere in captiuitatem redigentes ſuum intellectum in obſequium Chriſti. Et præterea dicit ſanctus Auguſtinus, *Euangelio non crederem, niſi Eccleſiæ Catholicæ ad hoc me commoueret authoritas.* Eccleſia autem diſperſa, vt prius dictum eſt, non loquitur, ſed Concilium generale ipſam repræſentans à Spiritu ſancto regulatum & directum pro ea loquitur.

Ex eadem radice conuincuntur qui à quocumque generali Concilio legitime congregato appellare præſumunt: tales enim hoc ſibi licere

1439 „ putantes iuxta Chalcedonenſis Concilij doctrinam quod eſt vnum de
„ quatuor primis generalibus Concilijs, quibus ſicut Euangelio fides ad-
„ hibetur, hæretici appellantur cum dictamen Eccleſiæ cui ſecundum fi-
„ dei articulum credere debent, imò potius Spiritus ſancti in Concilio
„ generali principaliter præſidentis reijciant & abhorreant: Præſidentia
„ autem Spiritus ſancti in Concilijs generalibus ſatis apertè innotuit Act. 15.
„ vbi in Concilio Ieroſolymis celebrato Apoſtoli & Seniores in eodem
„ Concilio congregati dixerunt, quod præallegabatur: *viſum enim Spiritui*
„ *ſancto & nobis*, ſe ipſos Spiritui ſancto tanquam principaliter definienti
„ poſtponentes: & quamuis à Concilio II. Epheſino appellatum extiterit,
„ hoc fuit, vt ex actis Chalcedonenſis Concilij habetur; quia non fuit au-
„ thoritate Apoſtolica inchoatum, nec rite peractum, cùm libertas in eo-
„ dem minime exiſteret, ſed cum armorum violentia in illos exiſtentes ad
„ deliberandum cogebantur. Quomodo præterea à Concilio generali
„ quod ſupremum tribunal ſub Chriſto in terris eſſe dignoſcitur, licitè
„ poſſit appellari; *Cum à ſuperiori ad inferiorem*, ne ordo debitus peruerta-
„ tur, *appellari non poſſit, imò nec ad Chriſtum à generali Concilio legitimè con-*
„ *gregato appellari poteſt, cum Spiritus ſanctus eorum quæ conciliariter aguntur,*
„ *principalis actor & definitor exiſtat*, vt ſacrum Concilium de ſe ipſo poſſit
„ aſſerere verbum Apoſtoli, *an experimentum quæritis eius qui loquitur Chri-*
„ *ſtus?* Et proportionaliter, vt arbitror, dicendum eſt de quibuſcunque pro-
„ teſtationibus, maximè poſt declarationem Synodalem, vbi debitus or-
„ do Conciliaris debetur, & non eſt impreſſio, violentia aut eiuſmodi in
„ deliberando, ſed cum mera libertate Suppoſitorum Concilij à Spiritu
„ ſancto negotia deducuntur: *Vbi enim Spiritus ſanctus, ibi libertas.*

„ Benè tamen iudicio meo eſt notandum & diligenter attendendum,
„ quod vbi Concilium generale erraret in facto in quo etiam Eccleſia er-
„ rare forſitan poſſet, non eſt propterea ad neutralitatem, tertium locum
„ & huiuſmodi procedendum, ſed errore allegato, eiuſdem Concilij iu-
„ dicium eſt requirendum & expectandum, quod in iure, cum *ſit Columna*
„ *& firmamentum veritatis*, ſecundùm Apoſtolum, *& regula inobliquabilis*,
„ errare non poteſt, ſaltem quoad fidem & mores. Si enim in fide aut mo-
„ ribus Concilium generale erraret, cum habeat legem toti orbi impone-
„ re & quilibet Catholicus iuxta decretum *frequens*, eidem Concilio obe-
„ dire teneatur, oporteret dicere, quod tota Dei Eccleſia in fide, aut mo-
„ ribus erraret: quod eſſet erroneum dicere aut aſſerere, cum iuxta doctri-
„ nam Apoſtoli Eccleſia ſine macula & ruga eſſe dignoſcatur.

„ Tertia difficultas & quæſtio aduerſariorum eſt qualiter poſſunt illi
„ de Concilio Baſileenſi dicere aut aſſerere, quod non ſit aliud generale
„ Concilium celebrandum, cùm hoc decreuerit Concilium Conſtantien-
„ ſe à quo Concilium Baſileenſe dependet, quando ordinauit quod *ſi in*
„ *poſterum in Dei Eccleſia contingeret Schiſma oriri occaſione duorum ſe gerentium*
„ *pro ſummo Pontifice, infra annum ſub pœna cadendi à Papatu, deberent ad Con-*
„ *cilium accedere in quo nos præſentialiter ſumus.* Dicendum quod nos non ſu-
„ mus in caſu, propter quem decretum Conſtantienſis Concilij ſuper hac
„ materia factum fuit: Huiuſmodi enim decretum factum extitit vt per
„ Eccleſiam, ſeu Concilium generale ipſam repræſentans obuiaretur
„ Schiſmati & deſtructioni Eccleſiæ: modò per Concilium Baſileenſe hoc
„ factum eſt, vt declaratum eſt ſuperius & non reſtat, niſi quod illi qui de-
„ bent obedire Eccleſiæ & eam audire, ſibi obediant, ſicut tenentur, ma-
„ ximè in his quæ ſalutem humanam reſpiciunt; ſicut hîc in facto Papæ,
„ per quem tanquam per ſummum Paſtorem & primum Hierarcham Ec-
„ cleſiæ homines principaliter ad finem beatitudinis æternæ perducuntur.
„ Cæterum etſi eſſemus in caſu decreti Conſtantienſis Concilij, ambo
„ contendentes deberent infra annum conuenire in Concilio generali
„ quod actu tenetur, ſicut fecit D. Felix V. & non aliud Concilium con-
„ gregandum quærere, ne maius Schiſma videlicet duorum Conciliorum
„ eſſet in Eccleſia, quàm ſit Schiſma duorum Summorum Pontificum,

maximè cum omnia Concilia generalia ſint eiuſdem authoritatis, & eandem aſſiſtentiam Spiritus ſancti & ſponſi Eccleſiæ habeant, & ſit tanta libertas in Concilio Baſileenſi ſicut in quocumque alio loco eſſe poteſt, cum etiam vt huiuſmodi libertas plena eſſet in eodem Concilio Baſileenſi iuriſdictio coërcitiua ſuper omnes incorporatos & familiares eorum hodie ad ſolum ipſum Concilium pertineat, vt eodem Concilio definitum eſt & concluſum, nonobſtante præſentia ipſius Felicis Papæ V. 1440.

Præterea *par in parem non habet imperium.* Ad quid ergo congregaretur aliud Concilium, in quo haberent conuenire duo contendentes de Papatu, cùm Concilium Baſileenſe indubitatum generale Concilium iam definierit D Felicem eſſe verum & indubitatum ſummum Pontificem authoritate à Chriſto generalibus Concilijs data; non enim eſſet niſi Dei Eccleſiam vexare ſine cauſa, & in dubium quod per Spiritum ſanctum factum eſt, reuocare; imò ſi oppoſitum per poſterius Concilium declararetur, nullam certitudinem in poſterum de factis generalium Conciliorum in tali materia ſalutis humanæ haberemus, nec Spiritui ſancto de cætero opera Conciliorum attribuerentur, ſeu adſcriberentur, ſed potius humanæ induſtriæ; quod dicere eſt erroneum in fide. Etſi dicatur ſaltem ad pacandum conſcientias hominum, oportet quod Catholici maximè Prælati & Doctores de variis regionibus congregentur in vnum ad videndum quid in tanta Chriſtianitatis differentia ſit agendum, & dicendum quod quamuis ad hoc dictum ſit in præmiſſis quia oportet ſacræ generali Synodo vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti credere, maximè in his quæ ſalutem humanam concernunt, ſicut in præſenti materia iuxta illud Matth 11. *Abſcondiſti hæc à Sapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis*, & illud eiuſdem Matth. 23. *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite,* nihilominus poſſunt etiam Prælati & Doctores pariter & Principum Ambaſſiatores de varijs regionibus & regnis in Concilio Baſileenſi congregari, ſicut in quocumque alio loco, & omnem ſcrupulum ſuper hac materia tollere. Nec poſſunt allegare quod illi qui ſunt in Concilio Baſileenſi ſint iam ad vnam partem determinati, quia ſunt pauciſſimi in ordine ad illos Prælatos & Doctores qui de varijs regionibus & regnis poſſunt ibi accedere. Iſta tamen allegatio humana eſt, non ſupernaturalis & diuina, quæ tamen ratio ſupernaturalis & diuina in materia ſalutis humanæ principaliter debet allegari, iuxtà ea quæ ante dicta ſunt.

Pro ſerenatione tamen conſcientiarum omnium Chriſtianorum finaliter eſt aduertendum & benè attendendum, quod depoſitio ipſius olim Eugenij à Papatu nedum potuit iuſtè fieri, quia Hæreticus & Schiſmaticus erat, aut quia Dei Eccleſiam in plurimis ſcandalizabat, ſed etiam quia vnum decretum 11. Seſſione huius ſacri Concilij **Baſileenſis publicatum**, videlicet quoniam *frequens*, per ſuam adhæſionem Concilio & reuocationem ſuæ primæ diſſolutionis approbauerat, in quo cauebatur in ſubſtantia, *quod ſi ſummus Pontifex Concilium generale diſſolueret, aut mutaret ſine conſenſu eiuſdem Concilij niſi infra quatuor menſes reſipiſceret & eiuſmodi impedimenta ſacri Concilij tolleret, ipſo facto ab omni adminiſtratione ſuſpenſus eſſet.* Et quia ſacrum Concilium Baſileenſe poſt prætenſam illius olim Eugenij tranſlationem contra voluntatem eiuſdem Concilij factam ipſum monuit vt eam retractaret, quod quia facere intra quatuor menſes recuſauit, ſeipſum per ſuam approbationem ab omni adminiſtratione Papali ipſo facto ſuſpendit: in quo termino ſacrum Baſileenſe Concilium huiuſmodi ſuſpenſionem declarauit. Cauebatur etiam in eodem decreto, quod ſi per duos menſes poſt huiuſmodi ſuſpenſionem, ſeu terminum quatuor menſium Eccleſiæ Dei non ſatisfaceret, ſed animo indurato in ſua diſſolutione, aut tranſlatione perſiſteret, quod ad ipſius depoſitionem procederetur. Ex quo patet clariſſimè quod ipſe per ſuam approbationem ſeipſum à Papatu occaſionaliter depoſuit, quia ſacro Concilio Baſileenſi minimè ſatisfacere voluit, ſuam diſſolutionem, aut

" tranſlationem reuocando, ſed in ſua pertinacia continuè perſiſtendo.
1440. " Ex quo demum perpendi poteſt clariſſimè, quod fideles Chriſtiani; ab
" olim Eugenio à Papatu depoſito & eius obedientia omnino debent rece-
" dere, & D. Felici Papæ V. à Dei Eccleſia pro vero Papa dato & publi-
" cato, omni ſcrupulo ſublato, adhærere, & obedire.

Explicit quidam breuis Tractatus ſuper obedientia præſtanda Sanctiſſimo D. noſtro Domino Felici Papæ & ſuper ſolutione portiorum rationum per aduerſarios allegatarum, compilatus per quendam magiſtrum venerabilem in Theologia Pariſienſi.

VNIVERSITAS COLONIENSIS ad Requeſtam Reuerendi D. D. Theodorici Archiepiſcopi Colonienſis Dominis deputatis Vniuerſitatis Colonienſis, ſicut prima facie potuerunt non auditis particularibus motiuis partium Schiſma præſens induentium, viſum eſt conueniendum in tribus propoſitionibus, quibus ſuper hac requiſitione reſpondendum eſt.

" PRima propoſitio: *Eccleſia Synodaliter congregata habet ſupremam iuriſ-*
" *dictionem in terris cui omne membrum Eccleſiæ cuiuſcunque dignitatis fue-*
" *rit etiam Papalis, obedire tenetur quam nemo ſine ipſius Eccleſiæ Synodalis con-*
" *ſenſu diſſoluere vel transferre poteſt.* Patet ex Decretis Concilij Conſtan-
" tienſis & Baſileenſis, ac prima pars fundata eſt in Euangelio, Matth. 18.
" *Dic Eccleſiæ*, vbi, vt patet ex littera ſequenti, innuitur poteſtas Iuriſdi-
" ctionis datæ Eccleſiæ Synodaliter congregatæ, & ſunt deſuper multa ra-
" tionabilia Scripta & varia Scripturæ teſtimonia, quibus hæc veritas in
" Concilijs Conſtantienſi & Baſileenſi eſt roborata, librique plurimi &
" tractatus nunc conſcripti ſunt. Secunda pars patet, quia filius ſeruus &
" diſcipulus tenetur obedire ſuæ matri Dominæ & Magiſtræ, ſed Eccleſia
" eſt omnium fidelium mater Domina & Magiſtra, de quorum numero eſt
" Papa, licet ſit filius primogenitus & Capitalis ſeruus, ſcribens ſe non
" ficta humilitate, ſed Catholica veritate, *ſeruum ſeruorum Chriſti*, & inter
" alios diſcipulos præcipuus, & quo per Chriſtum Eccleſiæ ſponſum &
" Chriſti fidelium Patrem Dominum & Magiſtrum in Chriſti ſemper my-
" ſticè & ſpiritualiter præſentis corporali abſentia aliorum Chriſti fide-
" lium Rector Paſtor & Doctor conſtitutus authoritate Chriſti & Eccle-
" ſiæ ſuæ coniugis & ſponſæ, quæ eſt altera, ſeu noua Eua de latere noui
" Adæ in Cruce dormientis Sacramentaliter educta & eidem matrimonia-
" liter copulata, teſte Apoſtolo, *hoc eſt Sacramentum magnum in Chriſto &*
" *Eccleſia*, non in Chriſto & Papa: Sicut ergo ex veteri Adam & Eua ſua
" coniuge ſumus carnaliter ſecundum hominem veterem geniti, ita ſu-
" mus in Chriſto & Eccleſia ſecundum nouum hominem iterùm regenera-
" ti; quotquot in Chriſto Ieſu baptizati ſumus eius dominio & Eccleſiæ
" ſubiecti & in Schola veritatis ſalutaris ad ſalutem Chriſti & Eccleſiæ diſ-
" cipuli. Ex quibus faciliter oſtenditur Eccleſiam Synodaliter congre-
" gatam eſſe Conſiſtorium iudiciale & ſupremum ſuper omnes Chriſti fi-
" deles.

" Et deinde liquet tertia pars concluſionis; quia nemo iudicabilis ha-
" bet ad libitum ſuum transferre, nec diſſoluere tribunal Iudicis: ſi enim
" hoc poſſet Papa, eſſet ſupra non infra Eccleſiam, non vtens duntaxat
" Vicaria poteſtate Clauium Apoſtolicarum, ſed libero principatu pro-
" priæ iuriſdictionis, nec eſſet tantùm Paſtor & diſpenſator ouium &
" agnorum Chriſti, ſed Rex & Paſtor ouium propriarum, contra illud Ioan.
" vlt. *Paſce oues meas*, non dixit *tuas*. Item ſi pars poſſet ſupra totum &
" contentum ſupra continens, poſſetque particulare malum Papæ vincere
" virtute bonum intentionis Eccleſiæ, & lex totius Eccleſiæ eſſet volun-
" tas Papæ, Eccleſia quam articulo fidei credimus Sanctam ſuper immo-
" bilem fidei Chriſtianæ Petram fundatam, errabili & mobili ſubeſſet
" principio, aduerſus quam ſicut Hieronymus ait, nec vitia poſſunt, nec

hæreſes, quæ ſignificantur per portas inferi, prævalere: eſt quidem contra conflictum hoſtium *terribilis vt Caſtrorum acies ordinata.* " 1440.

Secunda propoſitio, animarum ſuſpenſio Principum non recipientium mandata, vel proceſſus iuſtitiæ Synodi generalis, aut ſedis Apoſtolicæ, eſt quam citò fieri poterit de medio tollenda. Patet quia non ſubſiſtente dubio de Superiori, cui ſit obediendum, non eſt conformis iuri diuino, naturali, nec humano, quia inducit ſcandala in Eccleſiã Dei, propter quæ ſi diu durauerit, eneruabitur contemptibiliter poteſtas & authoritas Eccleſiæ in graue præiudicium fidei Catholicæ, ſicque deſcendendo per vacillationem dubij periculoſiſſimi parabitur via tyrannidi Antichriſti. Hæc ſic breuiter declarantur, quia de iure diuino obedire tenentur Deo Chriſto ſuæque ſponſæ Eccleſiæ in qua prima præſidentia eſt ſedes Apoſtolica ſuper omnes alias Eccleſias particulares & ſedes inferiores non ſuper totam vniuerſalem prælata: omnis ergo anima eſt poteſtatibus ſublimioribus ſubdita. Poteſtas quidem à Deo ordinata eſt, cui reſiſtens Dei ordinationi reſiſtit. Eſt etiam hoc naturæ diſſonum quod membra à toto corpore, vel Capite ſe diuidant: Eſt autem Eccleſia Corpus Chriſti myſticum ex diuerſis membris efficialibus ordinatè propagatum; & ita ſecundùm Apoſtolum, corpori naturali in quo ſunt multa membra, aſſimilatum; in corpore vero naturali omnia membra ſunt ſimul vnita in toto, ab vna anima viuificante omnia ſubſtantialiter actuata, & connexa alicui primo organo quod influit motum & vitam ſecundam cuilibet membro ſecundario; itaque ſi membrum ſeparetur à toto, nec ſuſcipiat motum à primo vitali organo, ipſum moritur, vitaque priuatur: quare Chriſtianus proteſtans ſe non velle obedire Eccleſiæ Synodaliter congregatæ, vel ſedi Apoſtolicæ, videtur Schiſmaticè ſe ab Eccleſia & ſede Apoſtolica diuidere & alicuius infidelitatis ſigna hoc actu demonſtrare.

Quod contraria etiam ſit iuri poſitiuo & humano, poteſt diuerſis iuribus tam Canonicis quàm ciuilibus declarari; & ſi nos ad humana transferimus, oportet in regimine domeſtico patrifamilias & eius coniugi primoque domus diſpenſatori & vniuerſali curatori reliquos ſeruos & ancillas obedire, nec dimitteretur in domo proteſtans de contrario. Similiter in policia obediendum eſt Regi & Reginæ & generali regenti Regis & Reginæ Vicario. Qui contra hoc ageret, proſcriberetur de regno, nec eum excuſaret diſſenſio inter Reginam & Regentem, inter matremfamilias & diſpenſatorem domus. Teſtatur enim ſtatim naturalis ratio cui in hoc caſu obediendum eſt. Non ergo debent Principes, vt deſides & impotentes in animarum ſuſpenſione quieſcere, ſed matri Eccleſiæ exactiſſima diligentia ſuccurrere; cui per hanc non ſuccurrerent, ſed magis abeſſent, quod abſit, ſi diu continuarent periculoſa ſcandala inducendo. Nam vulgus videns per Superiores Eccleſiaſtica mandata contemni, Cenſuras Eccleſiæ non curari propter probabile dubium, finget etiam ſibi dubium, an coram Epiſcopi ſint ſuſpenſi, vel excommunicati propter mandata contra eos per Concilium & domnum Apoſtolicum fulminata; & ſic proteſtabuntur verbo, vel facto de non obedientia, vt ſic per quæ quis peccat, per hæc torqueatur, & perſuaſione breui Populus ad hanc libertatem aſpirabit. Quæ vero ruina minatur fidei, deuotus animus videat, vnitur humani regni Policia, & tripartitur Eccleſia. Equidem cum Populus dimiſſus eſt ſe determinare in foro interiori conſcientiæ, data eſt eis via vt inducant Schiſma in Corpus Chriſti myſticum, quod eſt primo interioris hominis & ſpiritualis ad Caput Chriſtum myſticè & ſpiritualiter vnitum; quæ vnio interior eſt prior & eſſentialior vnione exteriori & politica ad Caput exterius miniſteriale, quod eſt Papa. Per miſſum enim eſt Populo ſimplici, vt ſecundùm proprij ſenſus iudicium credat hunc, vel illum habere à Chriſto claues Regni cœlorum; & ita Schiſma huiuſmodi. Quod ſi non eſt ſolum Regnum aduerſus Regnum, ſed Regno, ciuitate, domo & Congregatione

1440. „ quibuſlibet, erit diuiſio ſingulorum, & amplius tollitur iuſtitia quæ ſecun-
„ dum Auguſtinum eſt Reipublicæ conſeruatiua; quæ non ſufficienter ad-
„ miniſtratur, cum ab interdictione ordinaria partibus appellantibus, defi-
„ ciat executio iuſtitiæ ſuperioris. Timendum ergo quod ſtatim Populus
„ percipiet ei paratum intolerabile malum, & eis apparebit iugum hoc ty-
„ rannicum & violentum; & fiet tumultus in Populo, qui impetuosè con-
„ ſurgens excutit hoc onus de collo ſuo; & cum nemo eſt iudex ſui ipſius,
„ quis iudicabit maiores Principes forſan poſt modum diſſenſuros?
„ Tertia propoſitio & vltima ſuper expedienti conſultiua, ſuper dubio,
„ vt intelleximus, Principibus orto, quia famatur Synodus Baſileenſis tranſ-
„ tuliſſe ſeipſam, conſultum eſt Regi Romanorum vt cum Principibus in
„ dicta congregandis, deſuper quærant informationem. Hoc videtur nobis
„ eſſe Catholicum & fundamentale aduiſamentum ſaluis alijs modis forſan
„ rationabilibus inueniendis. Rumor enim huiuſmodi tranſlationis con-
„ trariæ ad Principes deductus homines eorum tanta nouitate ſtupidos ſuſ-
„ pendit pro firma adhæſione Concilij Baſileenſis vel alterius, ſi ſe ipſum
„ tranſtulerat. Quare timentes vt Catholici & Chriſtiani Principes au-
„ thoritatis matris Eccleſiæ tunc dubiam eis vbi reſidebat, ſcientes eum
„ vnicam & indiuiſam in vno generali Concilio repræſentatam in quaſ-
„ dam proteſtationem & appellationem, volentes obuiare deteſtabili
„ Schiſmati per Concilium Conſtantienſe prius 40 annos conſtructo quod
„ denuo pullulare videbatur, & modo periculoſiſſimo à ſeculis non audito.
„ Quoniam ſi Schiſma fuit in multitudine ipſarum, nunquam tamen le-
„ gitur in multitudine generalium Conciliorum: huc ijdem Catholici
„ Principes ſæpè ſuper hac re grauibus expenſis conuenerunt & iam ex-
„ perti quod humanæ res in deterius collabuntur, vlterius ſollicitè cu-
„ rent inquirere quomodo ſe in his poterit humanum pectus gerere & inue-
„ nire. Authenticum iudicij certi & fidelis Conſiſtorium ſummum & irre-
„ fragabile tribunal eſt Eccleſia Synodaliter congregata vt oſtendit pro-
„ poſitio prima hæc fuit indubitate in Baſilea, & adhuc eſt, ſi non legiti-
„ mè, vt præfertur tranſlata. Ergo ante omnia procuretur deſuper infor-
„ matio certa. Sicque inuento eo loco generalis Synodi illi principes ſua
„ parte defenſiua aſſiſtant, Prælatos verò quibus Concilijs intereſſe de-
„ bitum eſt, ad locum illum venire faciant & Chriſto ſuæque ſponſæ vni-
„ uerſi Eccleſiæ adhæreant, ſuaſque prudentias Euangelicis atque Cano-
„ nicis decretis ſubmittant, exhortandique ſunt vt potius rem hanc con-
„ ſilio ſapientum diuina & Eccleſiaſtica lege peritorum, quàm humana ſe-
„ culari prudentia tractent. Vitentur etiam ſimulatores & callidi qui pro-
„ uocant iram Dei, quam à nobis peccatoribus auertat ſua infinita miſeri-
„ cordia & clementia præſtolantes ſuper maliciam hominum ad ſalutem fi-
„ delium & gloriam nominis ſui ſancti, in ſeculorum ſecula benedicta. Amen.
„ **Explicui tractatus Vniuerſitatis Studij Colonienſis.**

CONSILIVM VNIVERSITATIS STVDII Erfordienſis ad D. Archiepiſcopum Moguntinum pro Sacroſancto Baſileenſi Concilio tranſmiſſum contra olim Eugenium & contra neutralitatenſes Principes ad Concilium Prouinciale in Aſſchaffenburgis nuper in Craſtino Aſſumptionis Virginis glorioſæ inchoatum, anno Pontificatu 1440.

„ IN nomine Spiritus ſancti Paracliti, Amen. Reuerendiſſimo in Chriſto
„ Patri & D. D. Theodorico Dei gratia S. Moguntinenſis ſedis Archie-
„ piſcopo ſacrique Roman. Imperij per Germaniam Archicancellario ne-
„ dum per organum venerabilis Magiſtri Henrici Lembourg legem Do-
„ ctoris & in Decretis Licentiati ſui Cancellarij, verum etiam per literas
„ ſuas in facto cuiuſdam vnionis & quarundam proteſtationum appella-
„ tionúmque pro bono pacis & concordiæ inter Sacrum Concilium Baſi-
„ leenſe & olim Eugenium Papam IV. per Reuerendiſſimos Principes &

Illuſtriſſimos Principes ſacri Rom. Imperij Electores initarum, factarum & interpoſitarum Vniuerſitas Studij Erfordienſis Conſulta, & præſertim per Doctorum Theologiæ diuini iuris & humani Collegium ſecundùm Conſultorum ordines ad duo puncta ſuæ conſiderationis oculum conuertit. Quorum primus eſt, an in vnione proteſtationibus & appellationibus iam dictis diuitius ſit reſidendum. Secundus ſi non, ſed alteri parti adhærendi, cui earum poſſit & debeat adhiberi. Quibus diligenter diſcuſſis & perpenſis, eſt tota dubietas diſſoluta. 1440.

Quantum ad primum, quia dictæ conuentiones ad vnum; proteſtationes & appellationes non ab Eccleſiæ, vel Sedis Apoſtolicæ definitione, ſed potius à maxima perturbatione ſuam trahunt originem & occaſionem. Igitur imprimis eſt aduertendum quod quamuis ſancta Eccleſia Catholica Chriſti ſoror & vnica columba nunquam non eſſe, nunquam errare, nunquam etiam hæreticis prauitatibus & nouitatibus ſuccumbere poſſit, vt in pluribus locis ſacrorum Canonum authoritates atteſtantur; Ipſam tamen varijs plerumque tentationum perturbationibus permittit Deus omnipotens impugnari, quatinus videlicet intelligat cum arguitur, vincat cum læditur, ſecuraſir cum ſuperata videatur, & demum in ſublime velut in Archa Noë conſcendat, cùm tribulationum inundatione agitatur. Ad cuius probationem licèt innumeras hæreſum & Schiſmatum ſectas, ac perſecutiones adducere poſſimus, omiſſis tamen illis pro introitu ad materiam præſentem ſufficit aliquas quæ noſtris viſæ ſunt temporibus Eccleſiæ ſciſſuras & victorias recenſeri. Conſtat enim aliquandiu priſcis temporibus Schiſma quoddam Babylonico monſtro deformius tres partes in Eccleſia feciſſe, tamque crudeliter eam perturbaſſe, vt niſi ſancta Synodus Conſtantienſis, ipſam immediatè à Chriſto ſuper omnes homines habere poteſtatem declaraſſet, ac ſe ſuper omnes in ſublime leuaſſet, ex humanarum perturbationum & peruerſitatum inundationibus viſa fuiſſet eius authoritas conſtricta. Notum eſt etiam præter hoc Bohemorum hæreticam prauitatem cunctas aduerſùs Eccleſiam perturbationum procellas erexiſſe, vt niſi ſacra Synodus Baſileenſis ad ipſam extirpandam cleuata fuiſſet, eadem ipſa peſtis hæretica Bohemiæ regno minimè contenta plures adhuc alias mundi partes infeciſſet. Viſum eſt ſubſequenter aduerſus Eccleſiam in dicta S. Synodo Baſileenſi congregatam tot modos & genera perſecutionum & impedimentorum per ipſum tum Eugenium Papam, qui primus Concilia ſacra venerari debuerat & ſtabilire, attentatos eſſe & attentata, factos & facta, vt in parte ſua deuicta eiuſdem S. Synodi prætenſa diſſolutio per ipſum ſolemniter caſſata & irrita fuiſſet, intolerabiles in Eccleſia Dei confuſiones, diſſenſiones & diuiſiones eueniſſent. Sed quid cum in omnibus his aduerſitatibus Eccleſiæ præſentis authoritatem atque triumphum obtinuerit, **ad pacem quoque & reformationem aliquam peruenerit**, poſtremo per iteratam dictæ ſanctæ Synodi prætenſam diſſolutionem & ad alium locum tranſlationem ab ipſo tunc Eugenio Papa qui ab omnibus nouitatibus, grauaminibus & præiudicijs eius deſiſtere ſe pollicitus eſt, attentatam & factam, tanta perturbationum tempeſtas in Eccleſia ſurrexit, vt non ſolum inde reformatio defectuum & pacis tranquillitas ſit impedita, verum etiam ipſius Eccleſiæ authoritas & poteſtas tam in Corpore quàm in Capite diuiſa videatur. Quaſi ex toto diſſoluta venit inde periculoſiſſima Chriſtianorum partialitas; & differentia manauerunt à partibus hinc inde contraria & ſibi inuicem repugnantia Edicta & cætera omnia mala ſine numero ſunt ſecuta, quorum occaſione ſicutin exordio tactum eſt, nunc vltimo Reuerendiſſimi Patres & Illuſtriſſimi Principes Electores quandam vnionem, proteſtationes & appellationes, quibus ſtantibus neutrius prædictarum partium mandata recipiunt, inierunt & fecerunt; de quibus quidem vnione, proteſtationibus & appellationibus, ſi bonæ ſint, vel prædictis malis connumerandæ, & per conſequens ſi manere, vel caſſari poſſint & debeant, ad præſens eſt videre.

1440. „ Conſiderandum eſt ergo quod licet in harum vnione, proteſtationum & appellationum factarum diligenti conſideratione & intuitu pen„ ſatis finale quidem intentum ſit ſummè bonum, medium tamen ad„ hoc inuentum, cuiuſcumque gratiâ ſaluâ, videtur inconueniens & minus „ idoneum: eſt enim finale quod Illuſtriſſimi Principes, ob cuius intention„ em merito ſunt commendandi, volunt pacem & concordiam: quæ „ quia vniuerſum Corpus myſticum regit, ſtabilit & coadunat, omnem „ ſenſum & omne bonum in rebus agendis exuperat. Huius ergo pacis & „ concordiæ procurationem ad debita ſuorum officiorum & Principatuum „ dicti Domini Principes ſpectare cognoſcentes, cum ſic Eccleſiam in pa„ ce ponendam & tenendam à Chriſto ſuſceperint, vt ſecundum ſacros „ Canones ſi pax ſoluatur, ille rationem ab eis exacturus ſit, qui eorum „ poteſtati ſuam Eccleſiam commiſit, vigilanter & virtuoſiſſimè fidos & „ indefeſſos ſuos labores ad dictum finem ſanctiſſimum in multis vicibus im„ penderunt, quibus cum nil proficere ſe proſpexiſſent, ad vltimum for„ taſſis per ſiniſtram & inſufficientem informationem aliud medium ad „ prædicti finis adeptionem minimè conueniens vel idoneum, demum vi„ delicet vnum conſenſum, qui non verius quàm *neutralitas* appellari po„ teſt, acceptauerunt.

„ Cuius quidem inconuenientia multipliciter apparere poſſunt. Primò „ quia ad maiorem diſcordiam vel diuiſionem quàm concordiam & „ vnionem tendit, & per conſequens fini prædicto plus aduerſum quàm „ vtile exiſtit. Primò namque cum ad vnionem duarum Eccleſiæ partium „ hoc medium neutralitatis acceptum ſit, periculoſior ſciſſura totam Ec„ ſiam in tres partes diuidere videtur, tum quia priùs exiſtentibus ſolùm „ duabus partibus extremis, ſacro Concilio videlicet & olim Papa Euge„ nio, nunc ſuper has eſt media, ſcilicet *Germanica natio neutra*, quæ tanto „ cum dictis extremis in numerum ponit quanto non per participationem, „ ſed per abnegationem vtriuſque medium exiſtit, tum etiam quia dum „ Schiſma in vniuerſali Eccleſia redundans in duas partes, vitari putatur, „ in proprijs Germaniæ terris & Eccleſijs & in ſingulis quaſi particulari„ bus Collegijs in tres partes diuiſa reperitur, vt ex dictis & ſcripturis „ quibus quidam anno Felicis 1. quidam anno Eugenij nono, quidam ſede „ vacante dicunt, ſcribunt, & facta ſua conſignant: è quibus, & prima neu„ tralitate propoſita, recta ratione & regula iuſticiæ, ſequitur zelus *ſine ſcien„ tia & diſcretione*, qui ſecundùm beatum Bernardum *hominem præcipitat*; „ Item cùm dictum medium pro concordia Germanicæ nationis in ſe ſacri„ que Concilij Baſilienſis & ſecundum eos ſummi Pontificis inter ſe ſuſce„ ptum ſit ad diuiſionem eiuſdem nationis ab Eccleſia Dei Capite & Cor„ pore deueneris: quæ diuiſio eſt huic nationi multò plus mala quàm di„ cta duplex vnio ſit bona, cùm nihil ſalutis ei per ſuam, vel aliorum vnio„ **nem conferatur, ſi per ipſam ab hoc extra quod ſalus non eſt, diuidatur.**

„ Quod autem ad diuiſionem hanc periculoſam ſit deuentum oſtenditur; „ nam cum ſtante neutralitate dicti Domini Principes Synodum Baſileen„ ſem, ſacrum Concilium, & olim Eugenium Papam illuſtriſſimum fa„ teantur, ac appellent: cumque ſicut ſacrum Concilium repræſentat Ca„ tholicam Eccleſiam vt eſt in Concilio Conſtantienſi definitum, ſic Papa „ Caput Eccleſiæ repræſentet & Sedem Apoſtolicam, quid aliud eſt neu„ trius illorum edicta recipere, ab vtriuſque mandatis appellare, quàm Ec„ cleſiæ Dei & Apoſtolicæ ſedi non obedire & ex conſequenti per dictam „ diuiſionem ab vtriſque ſeparari, niſi forte alterius & maioris authoritatis „ putaretur Eccleſia quam Concilium ipſam repræſentans & Sedes Apo„ ſtolica quam ſummus Pontifex ipſam repræſentans? Sed hoc non eſſe Fe„ licis Recor. Martinus Papa V. declarat, qui in quibuſdam ſuis litteris & „ Apoſtolicis Sententias quaſdam ſancti Concilij Conſtantienſis interſe„ rens ſic inquit, *quæcumque ergo proximè de authoritate Eccleſiæ dicta ſunt, tra„ hi ad Concilium generale, quod ipſam repræſentat, neceſſe eſt; alioquin non eſſet „ recta repræſentatio, ſi eadem in repræſentante & repræſentato authoritas non eſſet.*

eſſet. Vnde ſi in propoſito alterius & maioris autoritatis eſſet repræſentatum quàm repræſentans, quilibet rebellis contra quem Concilium vel Papa procederet, nullam cauſam & occaſionem tam à Concilio quàm Papa recedendi & ab eorum mandatis ad Eccleſiam, vel Sedem Apoſtolicam appellandi præteriret, quod maximarum Rebellionum & diſcordiarum eſſe fomentum nulli dubium eſſe poteſt. 1440.

Præterea quanquam duobus vel pluribus de Papatu contendentibus, licitum ſit & iuſtum obedientiam ei ſubſtrahi & negari, donec in futuro Concilio, cui ius competit, videatur, vt ex Decreto *Frequens* ſacri Concilij Conſtantienſis ſuper prouiſione extirpationis Schiſmatis edito colligi poteſt, Papa tamen & Concilio diſcordantibus in his maximè quæ pertinent ad fidem & morum reformationem, nullatenus hoc fieri licet. Huius eſt ratio diuerſitatis; quia de Papatu contendentes partes partes ſunt diſparatæ ſuperiorem iudicem habentes videlicet Eccleſiam quæ de eorum iure poterit definire: Concilium autem & Papa ſunt partes ſubordinatæ communem iudicem Superiorem non habentes; imò vna illarum partium ſuper alteram habet authoritatem & iuriſdictionem vt in ſecundo principali clarius apparebit; igitur non neutri, ſed alteri earum neceſſariò eſt obediendum.

Præterea voluntas cui ſoli neutram eſſe conuenit, vt manifeſtum eſt Philoſophis & Theologis, duplicem poteſt habere neutralitatē, primam ex ſua perfectione, videlicet cum clarè ſibi præſentato obiecto tam velle quam nolle ſuſpendit propter experiri ſuam libertatem in volendo & nolendo. Hanc neutralitatem & ſi Reuerendiſſimi Patres & Illuſtriſſimi Principes Electores circa proceſſus ſacri Concilij Baſileenſis & olim Eugenij Papæ cum primùm occurerent, habuerint, ipſam tamen continuare per moram non potuerunt, cùm alias neutralitatis illius mutata ſpecie, radix ipſius eſſet error rationis in obiectum præſentando, vel malicia voluntatis in actum, quem immeritò ſuſpendens diceret ſuſpendendum, vel quem meritò ſuſpendens diceret non ſuſpendendum.

Aliam neutralitatem voluntas poteſt habere ex ſua imperfectione, vt cum ex imperfecto diſcurſu rationis obiecto ſibi imperfectè præſentato tam volitionem quam nolitionem ſuſpendit propter perplexitatem in eligendo. Quæ quidem perplexitas triplex eſt ſecundum Doctores: vna conſiſtit in ſcripturis ſacris exponendis & tollitur per cauſarum dicendi in diuerſis locis ſcripturæ conſiderationem: quia intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendo ſecundùm B. Hilarium. Alia conſiſtit in agibilium & factibilium rectitudinibus cognoſcendis, & tollitur per S. Spiritus vnctionem, qui omnia agenda ipſe facit. 1. Ioan. 2. 3. conſiſtit in conſequentiis erroneis excutiendis, & tollitur per conſcientiæ erroneæ depoſitionem, omne enim quod fit contra conſcientiam, peccatum eſt, ſecundum Gloſſ. ad Rom. 9. hanc perplexitatem & per conſequens neutralitatem in præſenti contrarietate Concilij & Papæ ſi dixerint Concilij & Papæ ſunt, quamuis memorati Domini Principes habere dicuntur, verè tamen Papam, nec habent, nec habere poſſunt. Ex quo cui dictarum Partium ſit obediendum, ſacrorum Canonum ſcripturæ poſteriores priores declarantes differunt ad deponendum perplexitatem primam & cui earum perplures bonæ ſpecies conueniant ad deponendam ſecundam, ac etiam ſi conſcientiam erroneam habeant, eam deponere debeant contra perplexitatem tertiam ignorare non præſumant, imò veriſimiliter ſciant & ſcire teneantur, vt in articulo ſequenti latius apparebit. Nullo modo ergo conueniens erit iniſta neutralitate, vel vnione quomodocumque nominetur, diutius reſidere, ſed alteri parti neceſſe eſt obedire. Et tantum de 1. puncto.

Quantum ad ſecundum punctum cui ſcilicet parti poſſit & debeat obediri & adhæreri, hoc nulli dubium exſiſtit, quin ſuperiore & inferiore contraria præcipientibus, præceptis ſuperioris ſit potius parendum quàm inferioris, cum totum poſſe præcipiendi ſumat inferior à ſuperiore & per

1440. „ conſequens inferior contra mandatum ſuperioris præcipere de iure non
„ poſſit. Nunc autem Concilium quodcumque generale de cuius ſubſi-
„ ſtentia non dubitatur, etiam ſummi Pontificis habet ſuperioritatem & au-
„ thoritatem, vt infra patebit. Ideò ſi probari poterit indubitata ſacri Con-
„ cilij Baſileenſis firmitas & ſubſiſtentia, clarè concludetur quod ipſi Con-
„ cilio & non illi ſibi aduerſanti facienda ſit obedientia: Subſiſtentia au-
„ tem indubitata huius ſacri Concilij à tempore ſuæ inchoationis vſque
„ huc faciliter poteſt oſtendi. Nam quod à tempore ſuæ inchoationis vſ-
„ que ad iteratam ipſius diſſolutionem, ſeu tranſlationem prætenſam in
„ Ferrariam anno Domini 1437. de menſe Octobris per tunc Eugenius ſum-
„ mus Pontificem attentatam atque factam & etiam incluſiuè vſque in die-
„ tam per ſæpè dictos DD. Electores ex poſt anno Domini 1439. de menſe
„ Martij Maguntiæ celebratum, ipſius firmitas & ſubſiſtentia nullum du-
„ bium habuerit, ſic probatur. Nam omnibus conſiderare volentibus
„ notum eſt quod non ſolum authoritate duorum ſummorum Pontifi-
„ cum Rom. videlicet D. Martini primò, ſecundò tunc D. Eugenij,
„ verum etiam S. Matris Eccleſiæ in ſacro Conſtantienſi Concilio congre-
„ gatæ hoc ſacrum Baſileenſe Concilium eſt inchoatum atque ſtabilitum,
„ conſtat quod ex poſt longo tempore, non obſtante diſſolutione prætenſa
„ quod tunc Eugenius Papa contra Decreta Concilij Conſtantienſis at-
„ tentauit atque fecit, ipſum in ciuitatem Bononienſem commutando,
„ ritè fuit confirmatum. Vnde & ipſam diſſolutionem prætenſam ſolem-
„ niter & publicè de conſilio & aſſenſu ſex Cardinalium ſecum tunc exi-
„ ſtentium irritam & inanem declarauit, ipſumque Concilium à tempore
„ ſuæ inchoationis legitime continuatum fuiſſe, proſecutionemque ſem-
„ per habuiſſe & habere debere, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet,
„ decreuit, ei pure & ſimpliciter cum omni deuotione adhærere, promit-
„ tens, quod deinceps à nouitatibus grauaminibuſque, ſeu præiudicijs ei-
„ dem vel ſuppoſitis eius inferendis realiter & cum effectu deſiſtere vel-
„ let, hoc, inquam, tempore dicti DD. Principes nihil hæſitantes obedien-
„ tiam ſuam atque iuramenta per ſe vel ſuos oratores ſeu legitimos procu-
„ ratores ipſi ſacro Concilio præſtiterunt provt & nos per noſtros Do-
„ ctores nomine noſtræ Vniuerſitatis incorporatos præſtitimus, de quibus
„ neſcimus qualiter & quomodo, ſi quod Deus auertat, à Concilio receſ-
„ ſerint, excuſentur. Ex poſt etiam in dicta Moguntinenſi præfata iam di-
„ cta prætenſa diſſolutione ſacri Concilij decreta certo modo acceptan-
„ tes non de poteſtate ipſius hæſitauerunt, vt in literis ſuper acceptatione
„ eorundem confectis plenius continetur in hæc verba. *Quare præfata De-*
„ *creta* ſacri Baſileenſis Concilij ſuper prædictorum correctione & refor-
„ matione prouiſionem congruam afferentia aliqua *ſimpliciter provt iacent,*
„ *alia verò cum certis modificationibus & formis, non quidem quod hæſitemus de*
„ *poteſtate ſacri Concilij condentis, ſed quatenus commoditatibus temporibus, &*
„ *moribus præfatæ Nationis Germanicæ conuenire videntur, provt inferius an-*
„ *notatur, illico & indilatè cum omni deuotione & reuerentia recipimus & acce-*
„ *ptamus.* Ex quibus concluditur, quod vſque tunc authoritatem ſacri
„ Concilij Baſileenſis in dubium vertere non potuerunt.
„ Quod etiam poſt iſtam dictam diſſolutionem vſque hodie de firmitate
„ & ſubſiſtentia ſacri Concili Baſileenſis nullus rectè conſulere volens po-
„ terit habere dubitationem, ſic oſtenditur, quia aut hæc diſſolutio, ſeu ad
„ Ferrariam tranſlatio facta eſt, vt creditur, à ſolo pro tunc Eugenio Papa
„ contra Concilij conſenſum aut non. Si ſic, iterum de ſubſiſtentia & fir-
„ mitate Concilij *frequens* dicente quod Concilium in illo loco celebrari
„ debeat quem ſummus Pontifex per menſem, ante finem cuiuſlibet Con-
„ cilij approbantis & conſentientis Concilio nominauerit, vel in eius de-
„ fectum ipſum Concilium deputare & aſſignare teneatur. Si ergo ipſum
„ Concilium in ſuam diſſolutionem non conſenſit, ſequitur quod adhuc in
„ Baſilea permanens & firmum ſit. Si autem hæc diſſolutio, vel tranſlatio
„ non à ſolo hoc Eugenio contra Concilij conſenſum, ſed cum aliquarum

partium Concilij conſenſu facta eſt: aut ergo conſenſerunt ad hoc cuiuſlibet deputationis & ſubſequenter totius Congregationis Generalis duæ partes votis ſingulorum, aut non: non poteſt dici ſic, cum hoc in litteris tunc Eugenij Papæ ſuper diſſolutione prædicta confectis minimè reperiatur, ſuper quo tamen totaliter ipſa diſſolutio ſi valeret, fundaretur, etiamſi ſic, nullus in dubium vertere poſſit Concilium eſſe diſſolutum & tranſlatum ſecundum formam in decreto Seſſionis xj. traditam, & per conſequens malè ſubſtraheretur obedientia Eugenio, qui vt ſic eſſet Papa. 1440.

Si vero in iſta diſſolutione non conſenſerunt dictæ duæ cuiuſlibet deputationis & etiam Congregationis generalis partes, ſed pauciores, iterum iſta diſſolutio non tenet, imò nulla eſt, vt patet ex decreto iam dictæ Seſſionis ſic dicente, *ſtatuit hæc ſancta Synodus ex certis & rationabilibus cauſis vt præſens Baſileenſe Concilium per neminem etiamſi Papalis fuerit dignitatis, diſſolui, aut de loco ad locum mutari poſſit, niſi de expreſſo conſenſu duarum partium cuiuſlibet deputationis, votis ſingulorum ſcrutatis ſubſequentique approbatione duarum partium Congregationis generalis, ſimiliter ſcrutatis votis, & demum in Seſſione facta deliberatione.* Quod quidem decretum cum omnibus alijs in irritationem primæ diſſolutionis pro tunc Eugeni Papæ ſacrum Baſileenſe Concilium à tempore ſuæ inchoationis legitur continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe, continuari & proſecutionem habere debere ad hæreſum extirpationem, Populi Chriſtiani pacem & generalis reformationis Eccleſiarum in Capite & in membris & ad pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet, declarans purè & ſimpliciter acceptuit. ſequitur ergo quod Concilium adhuc fixum ſubſiſtit.

Nec valet dici quod ſi non per conſenſum plurium partium ſit diſſolutum, per conſenſum tamen ſanioris partis diſſolutum eſt, & ſic ipſum ſtare non poteſt: nam ſi hoc ſufficeret, cum inde per maximas diſſenſiones & contentiones oriri poſſe non dubitaretur, niſi quæ partes eſſent ſaniores, eſſet definitum, cum hîc ad ſuperiorem iudicem recurſus haberi non poſſit, ſacrum Conſtantienſe Concilium ſuper cauendis Schiſmatibus editum hoc indubiè cauiſſet. Sed quia non cauit, ideo decreto xj. Seſſionis ſacri Concilij Baſileenſis ſtandum eſt, quod ad diſſolutionem & tranſlationem dicti Concilij, pluralitatem partium ſecundùm dictam formam requiri dicit. Etiam cum in alijs ſaniorem partem regulariter eſſe in pluralitate præſumatur, multo fortius in Congregatione Concilij generalis in Spiritu ſancto collecti, vbi acceptatio perſonarum minimè videtur locum habere; ſequitur ergo vt prius, quod Baſileenſe Concilium adhuc ſtat indubitatum.

Si autem dictum fuerit dubium eſſe an per plurium, aut per paucio-rum partium conſenſum Concilium Baſileenſe ſit diſſolutum & tranſlatum; iſtud dubium, quia eſt de facto, cuius informatione quilibet ex authenticis Notariorum nota conſcribentium inſtrumenta, dubitans faciliter habere poteſt. Illud ergo neminem excuſabit de ignorantia firmitatis ſacri Concilij Baſileenſis; imò ſi fama diſſolutionem Concilij prædicaret, adhuc in iſto dubio magis pro Concilio præſumendum eſſet, quia in dubio pro ſententia Iudicis præſumendum eſt; Concilium autem in hoc quocumque alio caſu pro Iudice habetur, etiam contra ipſum Concilium, eo inuito non poſſit à Papa diſſolui, iuxta prius allegata, multo minus propter famam diſſolutionis ipſo conſtanter contradicente & ſe continuante poteſt à quocumque ſaltem rectè volente iudicare credi diſſolutum eſſe.

Concilium ſupra Papam.

SEquitur cui parti ſit obediendum an dicto Eugenio, an ſacro Concilio. Firmitate ergo & ſubſiſtentia huius ſacri Concilij Baſileenſis ſic oſtensâ vt finaliter videatur cui ſit obediendum iuxta illud quod in

POTESTAS CONCILII SVPRA PAPAM.

„ principio huius art. præmiſſum eſt, ſuperioritas & maioritas ſacri Concilij
1440. „ & non ſummi Pontificis ſic probatur. *Quamuis autem Papa vel ſummus Pon-*
„ *tifex ſit adeo principalis Eccleſiæ pars, quod nullum Eccleſiæ membrum, aut par-*
„ *ticula Concilium ſit eo principalius & maius, aut æquè principale & magnum,*
„ *provt hoc omnes Sanctorum authoritates de præſente Papa loquentes intendunt,*
„ *tamen totam Eccleſiam, aut generale Concilium ſubſiſtens & firmum maius &*
„ *ſuperius eſſe Papa in his quæ pertinent ad fidem, Schiſmatum extirpationem &*
„ *generalem morum reformationem nullus Catholicus intelligere volens poteſt dubi-*
„ *tare.* Hoc enim vniuerſalis Eccleſiæ authoritas in ſacro Conſtantienſi
„ Concilio declarauit, & ſacra Senenſis & Baſileenſis Synodus innouauit
„ in hæc verba. *Quia ipſa Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata gene-*
„ *rale Concilium faciens & Eccleſiam militantem repræſentans poteſtatem imme-*
„ *diatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus, aut dignitatis exiſtat*
„ *etiamſi Papalis, obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem*
„ *Schiſmatis & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in Capite & in membris.*
„ Item declarauit *quod quicunque, cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis etiamſi Pa-*
„ *palis exiſtat qui mandatis, ſtatutis & ordinationibus, aut præceptis huius ſacræ*
„ *Synodi & cuiuſcunque alterius generalis Concilij legitimè congregati ſuper præ-*
„ *miſſis, ſeu ad ea pertinentibus factis, vel faciendis contumaciter contempſerit*
„ *obedire, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur & debitè puniatur,*
„ *etiam ad alia juris remedia & ſubſidia, ſi opus ſit, recurrendo.* Quæ quidem
„ vniuerſalis Eccleſiæ declaratio quamuis ſola ſufficeret ad probandum
„ ſummam in terris ſacrorum Conciliorum authoritatem, pro maiori ta-
„ men iſtius confirmatione, quod dictum eſt, etiam reſiduum Eccleſiæ cor-
„ pus non computato Papa ſi contrarius eſſet, authoritatem hanc habere
„ poteſt adduci ratio, expreſſaque authoritas.

PAPA FALLIBILIS.

„ Ratio 1. dictat hoc, nam cum Papa poſſit errare, reſiduum corpus Ec-
„ cleſiæ Synodaliter congregatum errare non poteſt in his quæ fidei
„ ſunt & reformationis morum & in pertinentibus ad ea, cum in talibus
„ à Spiritu ſancto regatur, vt colligitur, Act. 15. vbi dicit Concilium Apo-
„ ſtolorum, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, vnde & Chriſtus Eccleſiam
„ quam ſuo pretioſo ſanguine fundauit, tanta gratia dotare dignatus eſt
„ vt non poſſit errare, & quod ſoli Deo proprium eſt natura, competat &
„ Eccleſiæ priuilegio.

„ Experientia demonſtrat hoc idem; ſæpius enim compertum eſt Papam
„ erraſſe, reſiduo Eccleſiæ corpore rectè ſentiente; Papa autem non rectè
„ ſentiente, reſiduum totum corpus erraſſe numquam eſt compertum;
„ Quapropter corpus Eccleſiæ nonnunquam caput ſuum Papam videli-
„ cet coërcuit aut condemnauit. Authoritas ſancta confirmat hocidem:
„ nam Chriſtus cum dicit, *ſi peccauerit in te frater tuus, dic Eccleſiæ, quam ſi*
„ *non audierit, ſit ſibi ſicut Ethnicus & publicanus*, ibi nomine fratris cum di-
„ cit, *ſi peccauerit, &c.* omnes homines comprehendit, quia cum tunc Pe-
„ **tro loqueretur, etiam Papam incluſit, quem & incluſum eſſe Paulus**
„ oſtendit, qui Cephæ cum reprehenſibilis eſſet, coram hominibus, in fa-
„ ciem reſiſtebat; vnde & Eccleſiæ vniuerſalis authoritas in Conſtantienſi
„ Concilio declarauit quòd peccata ſummorum Pontificum circa fidem,
„ Schiſma vel mores dici poſſunt Eccleſiæ, cuius præceptis & ordinationi-
„ bus obedire ſi contempſerit, condignæ pœnæ ſubijciantur, & ad alia iu-
„ ris remedia ſi opus ſit, recurrendo.

„ Præterea quamuis Chriſtus vni dixerit homini *quodcumque ligaueris ſu-*
„ *per terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit*
„ *ſolutum & in cœlis*; vt ſecundum Doctores ſanctos vnitatem Eccleſiæ de-
„ ſignaret: in his tamen verbis Eccleſia ligandi & ſoluendi poteſtatem à
„ Chriſto ſuſcepit, imò immediatè vt ſancta Synodus Conſtantienſis decla-
„ uit vbi ſupra Nam Petrus quando claues in verbis iſtis accepit, Eccle-
„ ſiam ſanctam ſignificauit, vtinquit B. Auguſt. 19. quæſt. 1. *Quocumque* ſu-
„ per Ioan. Ad idem præter has ſcripturæ autoritates, teſtimonia SS. Pa-
„ trum & Doctorum poſſunt adduci. B. enim Cœleſtinus Papa in Ep. ad

Synodum Epheſ. dicit eam reuerentiam exhibendam eſſe Concilio quæ SS. Apoſtolorum Collegio debetur, & non immeritò. Nam & Epiſcopi qui hodie in Concilijs conueniunt, Apoſtolorum vices in Eccleſia tenent, prout ad hoc Papam Vrbanum in quodam Can. 68. diſt. 1. *Quorum vices*, B. Auguſtinus allegat dicentem, *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij. Patres noſtri ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis nati ſunt tibi conſtituti Epiſcopi; hodie enim Epiſcopos qui per totum mundum inde nati ſunt, ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non te ergo putes deſertam quia non vides Paulum, quia non vides Petrum, quia non vides illos per quos nata es, prole tua creuit tibi paternitas, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, & conſtituiſti eos pro patribus tuis Principes ſuper omnem terram.* Et ſicut Epiſcopi locum tenent Apoſtolorum, ſic alij Preſbyteri locum tenent 72. diſcipulorum 21. diſt. *In nouo* vt inquit Anacletus Papa in quodam Canone. 1440.

Quia ergo tanta eſt Conciliorum autoritas, Celeſtinus qui ſummus Pontifex fuit, fidem ſuam ad ſacrum Concilium tanquam ad conſpectum Dei in Ep. vbi ſupra, ſe proferre fatetur dicens *Credo beatam S. Trinitatis deitatem huic ſacro intereſſe Concilio, & ita tanquam in conſpectu Dei, in medio veſtri fidem meam protuli.* Beatus etiam Auguſtinus contra Epiſt Fundati Conciliorum autoritatem comparat, imò præferre videtur Euangeliorum autoritati, dicens ſe Euangelio non credere niſi autoritas Eccleſiæ ipſum commoueret. B. Hieronymus in diſputatione contra Luciferianum, autoritatem Conciliorum Soli comparat, quo diſputationum omnium & argumentationum contrariarum riuuli ſiccantur. Et B. Gregorius diſt. 15. *ſicut*, Conciliorum autoritatem ita ſuſcipit & veneratur, vt cunctas perſonas quas vniuerſalia Concilia reſpuunt, ipſe reſpuerit, & cunctas quas venerantur, ipſe ſimiliter ſe amplecti fateatur. Et licet hoc de 4. Eccleſiæ Concilijs dicat, eadem tamen autoritas, poteſtas & ratio in omnibus fundatis Concilijs exiſtit, dicente Gelaſio Papa 15. diſt. *Sanctam. Sed & ſi qua Concilia à SS. Patribus hactenus inſtituta ſunt, poſt illorum 4. autoritatem etiam cuſtodienda & recipienda decernimus.*

Cum iſtis autem SS. Patrum autoritatibus ſtant bene Canones ſonantes Papam omnes iudicare & à nullo iudicari. Nullus enim particularis poteſt eſſe ordinarius Iudex Papæ, iudicio coactiuo & compulſorio; ſacrum verò Concilium poteſt ipſum tali iudicio iudicare, cum ſit repræſentatiuum totius corporis Eccleſiæ cuius Papa eſt pars, etſi caput; ipſe tamen minor eſt corpore: omne enim totum eſt maius ſua parte, vt eſt communis animi conceptio. Cum ergo omnia generalia Concilia fundata ſint tanta autoritate, vt ipſis pro fide & generali morum reformatione & pertinentibus ad ea congregatis, quilibet homo à minimo vſque ad maximum teneatur obedire, ac etiam ipſa non poſſint errare; & ſacrum Baſileenſe Concilium vſque hodie fundatum & indubitatum exiſtat, vt ſupra probatum eſt, tria luce clarius inferuntur. Primum eſt quod generali Concilio & Papa etiam exiſtente Papa diſcordantibus, ſeu contraria præcipientibus, Illuſtriſſimi Principes Electores & cuncti Chriſtiani, relicto Papa, Concilio teneantur & debeant obedire. Secundum quod ſacro Baſileenſi Concilio & olim Eugenio contraria præcipientibus, iterum ipſi, ſacro Concilio & non ipſi Eugenio teneantur obedire, quinimo ipſum priuatum à Papatu ſentire. Patet: nam cum Concilio generali, Reformationi Eccleſiæ in eo pro tunc Capite & membris inſiſtenti ſe oppoſuerit, & poſtea cum ſæpè monitus & requiſitus eſſet vt deſiſteret, non deſtiterit, imò contumax factus continuè magis & magis ipſi Concilio obedire contempſerit, potuit Concilium contra ipſum ad hoc iuris remedium, quod eſt depoſitio, procedere vt patet ex decreto ſacri Concilij Conſtantienſis ſuperius allegato. Tertium quod ſequitur, eſt quod ſanctiſſimo Domino noſtro Felici in Papam autoritate Concilij electo præfati Illuſtriſſimi Principes & cæteri teneantur & debeant obedire.

1440. " Nec aliquis putet quod dicti DD. Principes facto & credito quod
" ſacrum Baſileenſe Concilium ſit firmum & fundatum, animos ſuos ab ip-
" ſius obedientia ſuſpendere poſſint, quemadmodum quidam intentionem
" principum exponentes dicunt eos non neutralitatem, ſed vnionem
" quandam tenere intendiſſe, per quam nec Concilio, nec Papæ inobe-
" dientes eſſe volunt, ſed ſolum animos ſuos ab eorum obedientia ad tem-
" pus ſuſpendere. Nam cum ſacrum Baſileenſe Concilium ſit firmum, ta-
" men ex decretis Concilij Conſtantienſis ad actum extremum tenentur,
" qui eſt obedire Concilio: nam ſic in decreto Conſtantienſi dictum eſt,
" *quod ipſi ſacro Concilio quilibet cuiuſcumque ſtatus, aut dignitatis, etiam ſi Pa-*
" *palis exiſtat, tenetur obedire*, ergo dicti DD. Principes ad actum medium
" tranſeundo, ſine peccato ſuos animos ſuſpendere non potuerunt, aut
" poterunt in futurum, quantuncumque etiam finis boni intuitu, quia in
" hoc caſu non obedire eſt moraliter malum; ergo pro nullo fine quantun-
" cumque bono eſt eligendum.

" Nec mouere debet aliquem, quod quidam obijciunt quod multi po-
" tiores receſſerunt & pauci remanſerant: nam receſſus illorum nomine, ſed
" non re potiores habuit cauſas cauteriatas, quia de non Epiſcopo factus
" eſt Epiſcopus, de non Cardinali Cardinalis, de Cardinali Diacono Car-
" dinalis preſbyter & cætera de alijs corruptionibus; & ideo receſſerunt,
" remanſerunt tamen & remanent hodie in eo plures quam in Concilio
" Apoſtolorum fuerint. Eccleſia enim quæ non poteſt errare, non requirit
" totam multitudinem: Nam Cyprianus in quodam Can. 27. q. 11. 1. *Alienus*
" dicit quod Chriſtus dicens vbicumque fuerint duo vel tres congregati
" in nomine meo, ego cum eis ſum; non oſtendit multitudini, ſed vnitati
" plurimum ſe tribuere. Nec refertibidem exiſtentes eſſe magnos, vel par-
" uos, cùm Deus aliquando reuelet ea paruulis, quæ abſcondit ab huius
" ſeculi ſapientibus & prudentibus.

" Item non attendatur quod quibuſdam forte motiuum videtur contra
" Concilium dicentibus ipſum intromittere ſe non potuiſſe, vel debuiſſe
" de officijs, &c. Curiæ, quorum ordinatio & diſpoſitio ad ſolum Papam
" videtur pertinere: de quibus tamen Concilium ſe intromittit cauſas ad-
" uocando, Iudices in ſingulis cauſis conſtituendo: Nam quod hoc facere
" poſſit Concilium Baſileenſe, maximè cum olim Eugenius niſus ſit ipſum
" Concilium contra ſuum conſenſum & voluntatem diſſoluere, ex his quæ
" legitimè facta ſunt in ſacro Conſtantienſi Concilio probatur. In 3.
" enim ipſius Seſſione etiam ante proceſſum contra Ioan. 23. factum, defi-
" nitum fuit & ſtatutum quod D. Ioannes 23. Curiam Rom. & Officia pu-
" blica illius, ſeu Officiarios illorum de ciuitate Conſtantienſi ad alium
" locum non mutaret, aut transferret, ſeu perſonas dictorum Officiario-
" rum ad ſequendum eum directè, vel indirectè non cogeret ſine legitimo
" conſenſu ipſius Concilij, & ſi contrarium feciſſet, ſeu faceret in futu-
" rum, aut aliquos proceſſus, ſeu mandata contra dictos, aut alios quoſ-
" cunque ſacro Concilio adhærentes fulminaſſet, vel fulminaret, eſſet to-
" tum irritum & inane. Quia ergo iſtis & conſimilibus quæ contra Con-
" cilium ab affectionatis ad alteram partem, intime tamen contra firmita-
" tem & autoritatem Concilij facientibus allegantur, non attendentes
" quod ipſi ſacro Concilio purè & ſimpliciter eſt adhærendum: ideo mo-
" dus & via Schiſmata in Eccleſia tollendi & cauendi eſt reſtaurare Con-
" cilium Baſileenſe, Regum & Principum vtriuſque ſtatus Oratoribus,
" Prælatis & Doctoribus, ac alijs bonis viris & Deum timentibus quorum
" conſilijs & auxilijs Spiritu ſancto dirigente cauſæ piæ propter quas Con-
" cilium eſt congregatum, ad ſalutarem effectum deducantur, & fidei Chri-
" ſti nauicula præcipitio & ludibrio non exponatur, non obſtantibus ad-
" uerſitatum perturbationibus quibuſcumque. Quod autem fieri poſſit &
" omnino ſperandum ſit, inter Orientales iſte magnus Origenes ſuper hoc
" verbo Euangelij *ſurgens Ieſus imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquil-*
" *litas magna*, nos conſolatur, ad propoſitum noſtrum ſic inquiens, *Ideò*

certè facta eſt tranquillitas magna vt nimium conturbati Apoſtoli magnificè ex-
hilarati lætarentur; dedit enim per hæc omnia nobis figuram & doctrinæ ima- 1440.
ginem, vt & nos in omni perturbatione & contumelia patientiam teneamus, ſta-
biles ſimus & fidem non deſeramus. Et ſi omnis iſte mundus tanquam mare ebulliat, omnes venti & vertigines dæmonum vndique ſæuiant & furiant, omnis poteſtas maris & principatus mundi concitetur & furiat ſuper Sanctos, nolite timere, nolite conturbari, nolite tremeſcere, nolite deficere, omnes enim qui in fidei & Eccleſiæ nauicula cum Domino nauigatis per hunc nimiùm vndoſum mundum ſupernatatis, & ſi ipſe Dominus pro ſomno dormitat, veſtram tolerantiam & patientiam expectans, vel impiorum pœnitentiam & conuerſionem ſuſtinens, alacriter accedite ad eum orationibus inſtantes atque cum Propheta dicentes; *Exurge, quare obdormis Domine, exurge & ne repellas in finem; & ipſe ſurgens imperabit ventis his*, ſcilicet aëreis dæmonum ſpiritibus, omnia mitigabit facietque tranquillitatem magnam, videlicet pacem Eccleſiæ in ſecuritatem mundi. Quomodo enim ſæpius Concilia Impiorum commota ſint aduerſus firmam & veram Eccleſiam, aliquoties Paganorum, aliquoties hæreticorum conſtat, ſed ſurgens Dominus imperauit Dæmonum ventis & omnes euaneſcere fecit audaces aduerſarios fidei, magnamque pacem & tranquillitatem Eccleſiæ ſuæ dedit: hæc ille? Igitur vt concludamus, ſine dubio ſi Reuerendiſſimi Patres & Illuſtriſſimi Principes Electores huic firmo & ſacro Baſileenſi Concilio fidei & Eccleſiæ nauiculam repræſentanti purè & ſimpliciter in Dei timore adhæſerint, poſt præſentium tribulationum vertigines & ventos, tranquillitatem & pacem magnam in Eccleſia Dei videbunt ad magnificam in hac vita iocunditatem, & perpetuam in futura vita felicitatem. Quam ipſis & nobis & omni populo Chriſtiano Chriſtus ipſe pacis author concedat, qui cum Patre & Spiritu ſancto; perpetuò viuit & regnat. Amen.

Explicit tractatus Vniuerſitatis Studij Erffordienſis ſuper vnione & neutralitate Principum Electorum Imperij.

Vniuerſitas Viennenſis.

CIrca materiam vnionis quam inierunt Reuerendiſſimi Patres & Illuſtriſſimi Principes ſacri Rom. Imperij Electores, vt dicitur, vnà cum alijs Principibus & Prælatis; occaſione cuiuſdam neutralitatis ſeruandæ pro bono pacis procurando inter ſacrum Baſileenſe Concilium & D. olim dictum Eugenium, vt de vigore proteſtationum nec non & appellationis eorundem ab vtriuſque partibus ad vtraſque interpoſitæ Reuerendiſſimo in Chriſto Patri & D. D. Archiepiſcopo Saltzlburgenſi, qui ſuper hoc pro bono & ſalute ſibi ſubiectorum tanquam vigilans Paſtor ſuper gregem Domini Paſtorali ſuæ curæ commiſſum prouide & ſolerter conſilium huius almæ Vniuerſitatis Viennenſis requiſiuit, cæteriſque Eccleſiæ filijs fundatiuis reſponderi & conſuli poſſit, oportet diligenti conſideratione 4. materias radicitus intueri. Ex quibus difficultatis huius negotij præſentis, quod omnes tangit, omnis Nationi Germanicæ occaſio pullulando creſcere poſſit ſi minus bene conſideratæ fuerint, tolli verò omnis difficultas, ſi bene conſiderentur.

Eſt ergo prima conſideratio de ſtatu ſacri Concilij Baſileenſis, videlicet quantum ad legitimitatem eius initij, continuationis, & vſque ad præſens perdurationis & exiſtentiæ. Secunda conſideratio de poteſtate eiuſdem ſacri Concilij, ſcilicet an talem proceſſum contra Gabriëlem olim Eugenium, quo ad ſuſpenſionem ipſius ab adminiſtratione Papatus, quo etiam ad eius plenariam depoſitionem à Papatu, & alterius ad Papatus dignitatem electionem & promotionem, vt factum eſt, legitima autoritate plenam habuerit faciendi facultatem & poteſtatem. Tertia conſideratio de actitatis in hac re vſque modo in pluribus dietis per Reuerendiſſimos Patres & Illuſtriſſimos Principes ſacri Rom. Imperij Electores,

1440 „ quibus ſcilicet auctoritatibus, cui iuri aut rationi innitantur, ſeu qui-
„ bus ſolidentur fundamentis. In 4. Conſideratione videbitur de futuris
„ agendis, de quibus conſulta eſt dicta Vniuerſitas, videlicet quid omnibus
„ actis vt acta ſunt, & omnibus ſtantibus vt modo ſtant, agendum aut con-
„ ſulendum ſit ſalubriter in hac re pro tempore futuro.

„ Quantum ad 1. punctum, nemini niſi hoſti fidei Orthodoxæ dubium
„ eſſe poteſt, quin ſacrum Baſileenſe Concilium legitimum habuerit initi-
„ tium & progreſſum, cum non conuocatione vnius hominis, nec tantum
„ Papali auctoritate congregatum fuerit, ſed ex ordinatione vniuerſalis
„ Eccleſiæ conciliariter congregatæ initium ceperit & autoritatem: Nam
„ cum Eccleſia in Concilio Conſtantienſe ſtatuendo dicat Capite *Frequens*
„ hoc Edicto perpetuo ſancimus, decernimus atque ordinamus vt à mo-
„ do generalia Concilia celebrentur, ita quod primum à fine huius Con-
„ cilij ſcilicet Conſtantienſis in quinquenium immediatè ſequens, *quod*
„ *fuit Senenſe Concilium*, 2. verò à fine immediatè ſequentis Concilij in ſep-
„ tennium, *& hoc eſt Baſileenſe Concilium*, quod inchoatum fuit poſt Con-
„ cilium Senenſe, lapſo ſeptennio, & deinceps de decennio in decennium
„ perpetuò celebrentur. Ecce quod hoc ſacrum Baſileenſe Concilium
„ autoritatem legitimam ſui initij & proceſſus habet ab Eccleſia concilia-
„ riter & legitime congregata. Deniquenon ſolum duo Rom. Pontifices,
„ ſcilicet Martinus & Eugenius ipſum pro tali habuerunt, habentes ibi
„ legatum ſuum pro ſe præſidentem, ſed etiam totus populus Chriſtianus
„ illud Concilium in Spiritu ſancto legitimè congregatum appellauit &
„ cum omni veneratione recepit.

„ Quod etiam hodie perſiſtat in ſua autoritate omnimoda, apertè ex eo-
„ dem Decreto *Frequens* conuincitur, nam cum ibidem dicatur ſicut alle-
„ gatum eſt quod *deinceps Concilia ſacra de decennio in decennium perpetuò ce-*
„ *lebrentur*, ſubditur in locis quæ ſummus Pontifex per menſem ante finem
„ cuiuſlibet Concilij approbante & conſentiente Concilio, vel in eius de-
„ fectu, Concilium ipſum deputare & aſſignare teneatur, vt ſic per quam-
„ dam continuationem ſemper, aut Concilium vigeat, aut per termini pen-
„ dentiam expectetur. Verba iſta ſunt Decreti *Frequens*; ſed cum ſacrum
„ Concilium Baſileenſe adhuc nullum nominauerit locum pro futuro
„ Concilio, nec in nominatum per Papam conſenſerit, patet adhuc quod
„ ipſum manet in ſuo vigore, cum ex ordinatione Eccleſiæ non ceſſet eſſe
„ in vigore, niſi ante menſem ſuæ deſitionis conſenſerit in locum Concilij
„ futuri. Patet ergo quod iuxta Decreta ſolemniter publicata Concilium
„ ſacrum Baſileenſe adhuc ſtat in vigore.

„ Item cùm prius habitum ſit ab omnibus pro Concilio legitimè in Spi-
„ ritu ſancto congregato & ex decreto præallegato decreuerit habere vi-
„ gorem, tenetur quilibet ſibi vt Concilio adhærere, donec eius deſitio
„ manifeſtè fuerit declarata; nec ſuper his quæ facti forent, vt de com-
„ pacto non ſeruato alleganti in diſſolutione Concilij ſtandum, aut cre-
„ dendum eſſet cuiquam, etiam cuiuſcunque dignitatis exiſteret, ſacro
„ Concilio contradicente. Nam cum iuxta Decreta ſacri Concilij Baſileen-
„ ſis ſeſſ. 9. nec Papa Papali autoritate poſſit ipſum diſſoluere, eo nolente,
„ quomodo non magnæ leuitatis eſſet illud ſapientis, *Qui citò credit, leuis*
„ *eſt corde*, credere famæ ſuper his quæ facti eſſent, ſuper diſſolutione Con-
„ cilij, ipſo Concilio in hoc contradicente & conſtanter negante; aliàs
„ enim confecto mendacio de his quæ facti forent, poſſet diſſolui Conci-
„ lium ſacrum, eo nolente, quod tamen Papali autoritate ſolui non poteſt.

„ Quantum ad ſecundum, ſcilicet an ſacrum Baſileenſe Concilium ad
„ inſtituendum & proſequendum proceſſum contra olim Eugenium, quo-
„ ad eius ſuſpenſionem & depoſitionem & alterius inſtitutionem plenariam
„ habuerit poteſtatem, Reſpondeo quod Spiritus ſanctus per organum ſacri
„ Concilij Conſtantienſis declarauit apertè talem poteſtatem habere Ec-
„ cleſiam & Concilium ſacrum Papam repræſentans ſuper omnes homines,
„ etiam ſi Papalis exiſtant dignitatis. Nam Synodus Conſtantienſis in tertia

ſua

ſua Seſſione ſuper hoc definiuit, ſtatuit, decreuit & declarauit in hunc modum, *quod S. Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata generale Concilium faciens Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem hæreſis & Schiſmatis & ad generalem reformationem Eccleſiæ in Capite & in membris.* Ex quo manifeſtum habetur Papam ſubeſſe Concilio in caſibus expreſſis in Decreto allegato. 1440.

Item aliud eiuſdem Seſſionis Decretum dicit, *quod quicunque cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus, aut præceptis huius ſanctæ Synodi, aut cuiuſcunque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, aut ad ea pertinentibus factis, vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur & debitè puniatur, etiam ad alia Iuris remedia, ſi opus fuerit, recurrendo.* Ex quibus manifeſtè patet quod ad pœnas præmiſſas contra Papam procedere poterat; etiam depoſitionis pro pace Eccleſiæ, temeritate eius illud exigente. Nec poteſt ſacro Concilio obijci rationabiliter indiſcretio nimiæ prȩcipitationis in tanto negotio, cum poſt tot annorum curricula per quæ in hac re deſudauit ſacrum Concilium, res continuè in peius declinarit, in maximum ſcandalum plebium Chriſti.

Circa tertium ſcilicet de his quæ in hac materia, ſcilicet vnionis acta ſunt per Reuerendiſſimos Patres & Illuſtriſſimos Principes ſacri Ro. Imperij Electores. Primò ante omnia commendandus eſt optimus eorum huius vnionis zelus. Intendebant enim, vt apparet, per hanc vnionem litibus metas compræcludere & paci Eccleſiæ Dei per hoc locum parare: Et hæc intentio tam plenè ſancta & bona fuit, quod apud omnes certum eſt pacem in rebus non eſſe mediocre, ſed maximum bonum. Etiam tantò amplius ſolicitudo huius pacis procurandæ ad eos pertinuit, quanto apud eos præ cæteris Principibus aliarum Nationum pertinet tutela Nationis in qua ſacrum Concilium conſiſtit, vt in pace & bona ſtatu gubernetur. Vnde ex hac ratione & intentione rationabiliter conuenire ad dietas poterant, & ſe tanquam tutores Germanicæ Nationis vnire ad interponendum ſe inter ſacrum Baſileenſe Concilium & D. olim dictum Eugenium, hortando vtraſque partes ad vnionem, pacem & concordiam.

Item ad hortandum ſacrum Concilium, vt rigorem proceſſus manſuetudine mitigaret, per aliquam proceſſus dilationem, aut ſuſpenſionem; & etiam ad hoc faciendum decuit eos alios Principes ſeculares etiam ſpirituales inducere & aduocare. Et hoc dixerim pro honore Principum, quantum ad ea quæ poterant rectâ intentione fieri, vt eſt exhortatio partium ad pacem & concordiam. Verum cùm meritò commendanda ſit **recta intentio Principum; Intentio autem ſecundum Ariſtotelem** eſt circa finem, Electio verò mediorum eſt. Vnde iterum in ali qualem excuſationem prætactorum Principum Electorum eſt, quod ſæpè propter multitudinē ingruentium negotiorum coguntur Principes poſt optimi finis prȩordinationem, inuentionem mediorum ad finem delegare minoribus. Inde eſt quod vel ex affectione, vel minori peritia ad optimum finem quæruntur media minimè congrua, vt in materia hac aliqualiter videtur euenisſe. Præſertim in appellatione à ſacro Baſileenſi Concilio & in ſubſtractione obedientiæ eidem. Pro cuius declaratione ſit

Prima propoſitio iſta. Si duo aut plures contenderint de Papatu, licitum eſt & iuſtum, ſi de iure eorum dubitatur, eis vſque ad futurum Concilium obedientiam ſubſtrahere; imò ſi non eſt dubium de Iuſtitia vnius, adhuc ſi alia via non foret pro pace Eccleſiæ & ſedando Schiſmate, licet & debitum eſt eis obedientiam ſubſtrahere, & ad futurum Concilium appellare. Iſta propoſitio rationabiliſſima, Deo inſpirante, eſt determinata in ſacro Conſtantienſi Concilio, Capite *Frequens*. Si verò

" quod abſit, in futurum Schiſma oriri contingeret, ita vt duo, vel plures
1440. " pro ſummis Pontificibus ſe gererent, à die quo ipſi duo, vel plures inſi-
" gnia Pontificatus publicè aſſumerent, ſeu miniſtrare inciperent, intel-
" ligatur ipſo iure terminus Concilij, tunc forte vltra annum pendens ad
" annum proximum abbreuiatus, ex quo patet quod Eccleſia vniuerſalis
" velit adhuc poſt annum de iure ſuo in Papatu iudicare, quod licet inte-
" rim ab eo contendente & à quolibet tali ad ſacrum Concilium futu-
" rum appellare. Sic autem fieri non poteſt, vbi eſt diſſenſio inter Papam
" & ſacrum Concilium, vt in caſu præſenti. Ibi enim talis neutralitas &
" obedientiæ ſubſtractio ab vtriſque eſſe non poteſt; pro quo ſit iſta
" Secunda propoſitio. in his quæ fidei ſunt, aut quæ Schiſmatum extir-
" pationem, aut morum reformationem in Capite & in membris Eccleſiæ
" reſpiciunt, nunquam licet Chriſtiano homini à ſacro Concilio legitimè
" congregato appellare. Et pro probatione iſtius propoſitionis eſt aduer-
" tendum quod de nulla perſona ſiue in Imperiali dignitate conſtituta
" fuerit, nec de quacunque quantuncumque religioſæ obſeruantiæ com-
" munitate certò dici poteſt & ex ſcripturis fundari, quòd habeat tantam
" Spiritus ſancti aſſiſtentiam, vt certum ſit quòd in cunctis actibus ſuis ab
" eo dirigatur, ſolâ ſacrâ congregatione Concilij generalis vniuerſalem
" Eccleſiam repræſentantis demptâ, de qua certum eſt quod in his quæ
" fidei ſunt & morum correctionis, regitur à Spiritu ſancto. Hoc expreſsè
" habetur ex Concilio Eccleſiæ tempore Apoſtolorum Ieroſolymis ſuper
" obſeruantia legalium celebrato; de quo legitur Act. 15. vbi illud ſacrum
" Concilium definitionem ſuam Antiochenæ Eccleſiæ publicando ſcripſit.
" *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, vnde iſte titulus eſt ſacris generalibus
" Concilijs ritè congregatis à primitiua Eccleſia vſque in præſens appro-
" batus & approbatè obſeruatus, quod ab omnibus dicatur *Sacrum Conci-*
" *lium in Spiritu ſancto legitimè congregatum.* Si autem in Spiritu ſancto Con-
" cilia ſacra congregata ſunt, conſequens eſt vt in nomine Ieſu Chriſti ſint
" etiam congregata, quia veraciter de ſe promiſit, *vbi ſunt duo, vel tres*
" *congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum*, Matth. 18. Vnde conſequens
" eſt Spiritum ſanctum ibi eſſe; ſed non eſt ibi vt ſubditus, ſed vt ſupre-
" mus Præſidens, à quo nulli Fideli licet appellare, & per conſequens nec
" à Concilio in his articulis, in quibus certum eſt ipſum Concilium ab eo
" gubernari, & illi ſpeciali gratia & illuſtratione præſidere, ſcilicet in his
" quæ fidei ſunt, extirpationis Schiſmatum & reformationis morum in ca-
" pite & in membris. Quomodo enim non eſt apertè diuinæ Majeſtatis
" contemptus & quaſi idololatriæ ſcelus in talibus cauſis appellare à ſacro
" Concilio ad Papam? Quid hoc aliud eſt quàm à Deo qui noſcitur in ſa-
" cro Concilio in hac re præſidere, ad purum hominem appellare & iu-
" diciariam poteſtatem à Deo Creatore auferre & in hominem trans-fer-
" re? **Quid hoc aliud eſt quam hominem Deo tanquàm exteriorem Iudicem**
" præferre? Denique quomodo non omni æquitati Iuris repugnet vt in ſi-
" mili materia ab vno Concilio ad aliud appelletur, cum in vtriſque legi-
" timè congregatis præſideat Spiritus ſanctus, & æqualis in vtriſque ſit,
" imò eadem autoritas: niſi fortè putetur quod in alio loco per doctio-
" res homines Spiritus ſanctus melius inſtruendus ſit tanquam minùs do-
" ctus, quod apertè eſt blaſphemia & extrema dementia.
" Nec debet Principes Chriſtianos mouere vnquam metus litium &
" guerrarum, nec allicere pax terreſtris, ſeu quies politiæ ſecundùm co-
" poris quietem, vt pro ea relinquatur *pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum*,
" quæ non habetur niſi in cuſtodia & obſeruantia legis diuinæ. Lex autem
" Dei docet obedire Eccleſiæ vniuerſali, cum dicat; *qui vos audit me audit*,
" *& qui vos ſpernit, me ſpernit*, quod præcipuè locum habet in vniuerſali Ec-
" cleſia, ſeu Concilio ſacro ipſam repræſentante, cum in alijs ſemper ha-
" beatur occaſio ad ſuperiorem Iudicem appellandi. Et hæc eſt vera pax &
" multa quam Chriſtiani & cultores Chriſti præcipuè quærere tenentur. De
" hac pace Propheta dicit, *Pax multa diligentibus legem tuam, Domine.* Et ſi

pro hac pace procuranda nonnunquam hominum ſtrages fiant, quale mirum eſt cum Rex pacis noſtræ prædixerit nobis, *in mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem.* 1440.

Circa quartum principale, ſcilicet quid modo in hoc negotio pro futuris agendum, eligendum aut conſulendum ſit, ſtantibus rebus vt nunc ſtant, ſcilicet poſt electionem factam à ſacro Baſileenſi Concilio, reſpondendum planè, quod nihil aliud cuicumque ſuadendum eſt, niſi vt Concilio obediat, & quantum habeat proceſſum ſacri Concilij, laudet & approbet iuxta decreta ſacrorum Conciliorum prælegata. Nec ſufficit Chriſtiano ita Chriſtiana mente credere; ſed etiam oportet ore profiteri in aliorum ædificationem, *corde enim creditur, ad Iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*; imò & opere quantum in eo eſt & exemplo alios debet ad hanc viam reducere. Vnde ſi prius Principum Electorum recta fuit intentio, & non latuit anguis in herba, in vnione eorum expedit vt ſequantur modò S. Dauid exemplum, vt noſcantur ſic proximis charitatem impendiſſe, vt ſeruent ad Deum reuerentiam etiam debitam. Nam vt habetur, 2. Reg 12. Cum Rex Dauid *pro puero ſuo cum adhuc ægrotando viueret, iacens in terra ieiunauit & fleuit*; cum autem iam quod eſſet mortuus à ſeruis ſuis didiciſſet, *ſurrexit de terra & lotus, vnctuſque vnguento fecit parari menſam & comedit & bibit. Et ſuper hoc ſeruis ſuis admirantibus*, ait, *Propter Infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui, dicebam enim quis ſcit ſi forte donet eum mihi Dominus & viuat Infans? Nunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno, nunquam potero eum reuocare amplius.* Ita reuera nunc faciendum eſt cunctis Germaniæ Principibus. Si vniuerint ſe ſperantes quod propter hoc non fieret vlterior proceſſus, nunc autem quia factus eſt, ad vltimum ſurgant & lauent facies ſuas, lætè obedientes Concilio, ne & poſt rem factam videantur Spiritui ſancto repugnare, quia nec per huiuſmodi vnionem & neutralitatem pacem Eccleſiæ quam ſe intendiſſe prætendunt, procurare deinceps valebunt, quin potius perſiſtendo in huiuſmodi vnione ſe exponent periculo maioris Schiſmatis & notæ peſſimæ, quod ſcilicet fuerint cauſæ illius. Vnde conſtanter ſuadendum eſt Domino Metropolitano & cuicunque alteri, vt amodo ad talem vnionem ineundam, nec metu trahatur quorumcunque hominum, quia magis metuendus eſt Deus, nec amore Principum quorumcunque, quia lex amicitiæ peti illicita prohibet & ob amorem talia fieri vetat, dicente Tullio in lib. de Amicitia: *Hæc lex Sanctitatis amicitiæ vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Turpis enim excuſatio eſt & minimè recipienda tum in cæteris peccatis tum ſi quis contra rempub. ſe amici cauſa feciſſe fateatur.* Talis autem vnio vt modo conſtat, Reipubl. videtur omnino contrariari. Item non modicum mouere debet animos volentium talem vnionem, vel ligam ingredi; quod licet à multis & magnis ſentiatur, vt dicunt quod liceat, tamen quia à multis & æquè magnis & timoratis videtur quod nequaquam liceat, reſpondeo quod in ſimili dubio licet opinato à magnis ad contrarias & oppoſitas partes tranſire dicit D. Guillelmus Pariſienſis, *quia ſi dubium eſt an liceat, vel non liceat, ipſa dubietas certitudo eſt & determinatio quia procul dubio non licet.* Nulli enim dubium eſt quando licet ſe alicui diſcrimini committere, diſcrimini autem ſe committit qui aliquid facere præſumit de quo dubitat an peccatum mortale ſit. Quare cum ipſa dubietas etiam ſi aliàs non eſſet, efficiat hoc negotium diſcriminoſum, ideo vitanda eſt talis liga vel vnio, & hoc vel eſt neceſſitas quia hoc ſolo dubio redditur illicita. Nam ſecundùm ſententias SS. Doctorum *qui facit aliquem actum quem timet eſſe peccatum mortale, probabiliter cum per abſtinentiam à tali, in nullo peccaret, eo ipſo talem actum faciendo ponit ſe ad diſcrimen*, mortalis peccati, & peccat mortaliter; ideò nullo modo ſuadendum eſſet, vt Chriſtianus Princeps aut alius quicumque Chriſtianus talem contra omnem ſuperioritatem in terris vnionem ingrediatur.

Item per talem vnionem & ligam Natio Germanica redditur vtrique

1440. " parti contendenti odioſa magis, quia iudicabitur Eccleſiaſticæ poteſta-
" ti rebellis & inobediens, quare minus valebit inter partes mediare &
" ad pacem eas reducere, quod tamen per talem vnionem principaliter
" intenditur; imò etiam per talem vnionem ipſa Natio Germanica ineui-
" tabiliter periculoſius & multiplicius in ſeipſa ſcindetur & inquietabi-
" tur. Ex eo quod in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis ac diſpenſationibus
" & confirmationibus prælatorum & ſimilibus oportet homines habere
" recurſum ad Sedem Apoſtolicam, & quilibet relinquetur in hoc ſuo Ca-
" piti & ſuæ conſcientiæ, ad quem velit recurrere, & per conſequens talem
" habere pro ſummo Pontifice, & ſic vnus habebit Felicem pro Papa &
" non obedientes ei habebit pro Excommunicatis & Schiſmaticis, alius
" habebit Eugenium, & ſic erunt in eadem communitate contrariantes
" & omnino inter ſe, imò inter oues & ſuum Paſtorem, vt cum quis vene-
" rit ad ſuum plebanum, vel ad ſuum Epiſcopum, portans litteras abſolu-
" tionis à Felice, dicet ſuus Superior. *Non es abſolutus, ſed excommunicatione*
" *noua ligatus, quia non eſt ipſe Papa, ſed Eugenius*, & cætera de alijs. Ecce
" quod & ſcandalis plena erit illa turbatio & cauſa ſeditionis plebium inter
" ſe & Paſtorum inter ſe, imò & inter plebem & ſuum Paſtorem.

" Item dato quod foret omnino notum quod per talem vnionem hac vi-
" ce omnino daretur pax Eccleſiæ; tamen adeo mala & diſcriminoſa vide-
" tur, quod nec pro certa pace iam inde ventura eſſet attentanda, cum
" iuxta Apoſtoli doctrinam, *non ſint facienda mala, vt inde eueniant bona*, niſi
" prius vniuerſo tam apertè orbi ſit declaratum defuiſſe ſacrum Concilium
" Baſileenſe ante proceſſum factum contra Papam Eugenium, quod cer-
" tum fuit vniuerſo orbi ipſum Concilium fuiſſe legitimè congregatum
" in Spiritu ſancto vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Nam ſi rectè
" conſideretur, per talem vnionem aperitur noua via Schiſmatibus & hæ-
" reſibus & vniuerſis malis quæ contra Eccleſiam mouentur, & eneruа-
" tur omnis authoritas Eccleſiæ militantis, quia ex prius dictis quando-
" cunque fiet Concilium qualicumque authoritate & legitimè congrega-
" tum, ſi velit etiam contra hæreticum Papam procedere, ad eius depoſi-
" tionem eriget ſe vna Natio, vel duæ contra Concilium & vniuerſalem Ec-
" cleſiam, nolentes obedire vtrique parti, vt eas reducant ad concordiam,
" appellando ad aliud Concilium, & ſic vna Natio ſemper præualebit, aut
" duæ contra Concilium quantumcunque legitimè congregatum. Et idem
" fieret ſi Rex, aut Princeps vnius Patriæ hæreticus foret, contra quem
" Concilium procedere vellet: vna namque natio, vel regnum ſe ſubſtra-
" heret nolens obedire ſententiæ Concilij contra hæreticum dicens Con-
" lium ex affectione non ex Iuſtitia proceſſiſſe, aut de Iuſtitia ſententiæ
" diceret ſe dubitare & ita ſuſpenderet ſe ab obedientia Concilij pro bono
" pacis & appellaret ad futurum Concilium.

" **Videant ipſi quorum intereſt, anne talis vnio ſit via rebellionis con-**
" tra Eccleſiam in fomentum plurimorum malorum; quæ quidem liga
" apertiſſimè Eccleſiaſticas cenſuras ducat in fabulam & ludibrium, frena
" obedientiæ diſrumpendo, præſertim inclyta Natio Germanica, quæ iam
" in aliqua ſui parte tam grauem paſſa eſt paroxiſmum in fide, quem nec
" ipſa nec tota Eccleſia ad plenum vſque ad præſens curare potuit. Videat
" & omni conatu caueat talem vnionem & ligam, quibus tantis malis & pe-
" riculis Eccleſiæ aperitur via, nec vnquam imponi poſſit ei ſi forte ex poſt
" ſimilia fuerint, quod ipſa ad hoc prima viam aperuit, per quam in Eccle-
" ſia Dei Schiſmata & hæreſes tutè ingrediantur, vt ſic apud vniuerſalem
" Eccleſiam Natio Germanica præripiat ſibi nomen turpiſſimum, vt ſcilicet
" dicatur *Hæreſiarcha*.

" Sed forte dicit promotor talis vnionis & ligæ, quod non durabit iſta
" liga in longum, ſed adtentandum an partes in concordiam & pacem per
" eam reduci poſſint & poſtea ceſſabit. Et quia audio verbum *Ceſſabit*, di-
" co Deo gratias, quæro tamen ſi partes per eam in concordiam reduci
" non potuerint, provt æſtimabilius eſſet ex practicatis, ſtabit ne Natio

Germanica ſemper diuiſa ab vtriſque, quod nulli dubium; peſſimum
eſſet cum nec ipſa aliquod prætenſum haberet Caput, & etiam ſic Schiſ- 1440.
ma foret trifurcatum, ſeu in tria diuiſum & proinde, minus malum eſſet
ſi ſcinderetur Eccleſia in duo, quia tunc reducibilior eſſet ad vnitatem.
Nam hoc natura habet, & Arithmetica tradit binarium propinquiorem
eſſet vnitati quam ternarium.

Sed reſpondebitur mihi, quod non ſit Natio illa ſemper manſura in
tertia parte ſcilicet in vnione & liga, ſed accedet ad vnam ex duabus
partibus; habeo iterum dicere Deo gratias, quia vnum mortificum Ec-
cleſiæ vulnus curabitur, ſed adhuc quærendum eſt cui parti poſt illam
vnionem, ſeu ligam adhæſura ſit Natio Germanica, quod nimirum ne-
quaquam faciet ſine magna cauſæ huiuſmodi prædiſcuſſione & præuio Iu-
dicio, vt in ſancta re oportet, cui tanquam iuſtiori parti ſit adhæren-
dum. Et videtur omnino irrationabile, quod ſtaret iudicio alicuius par-
tium contendentis, quod ambas priùs per ſuas appellationes tanquam
ſuſpectos Iudices repudiauerit, nec alicui alteri de gremio Eccleſiæ, cum
veriſimiliter quilibet ex illa Natione vni parti adhæreat, & ideo quilibet
tanquam pars cui adhæret, meritò habetur ſuſpectus. Oportet ergo
tandem quod Natio ipſa per ſe ſit Iudex & iudicet cui parti tanquam
iuſtæ ſit adhærendum. Hoc autem melius, honeſtius & quietius feciſſet
ante talem vnionem & ligam tanquam vtrique parti amica quàm poſt ta-
lem vnionem, cum iam habeatur tanquam rebellis & inobediens & vtri-
que parti inimica. Vnde accidet quod ad quamcunque partem poſtea
declinabit, notabitur de graui culpa inobedientiæ & erroris, & dicetur
quod iſti parti quam modò iuſtificat, prius fecit iniuriam, quia ante
obedientiam videre debuit quod modò iuſtum eſſe nouit. Et reuera re-
ctè verificabitur de iſta Natione Prophetica illa Iſaiæ comminatio ſcili-
cet, *quod ſola malicia & vexatio modo dederit ei intellectum, vt ſcilicet*, nunc
faciat cum erubeſcentia obediendo, quod noluit exhibere ex Iuſtitia
cum honore & reuerentia.

Quod autem dicunt qui huic vnioni inclinantur, quod dignæ memoriæ
D. Albertus Romanorum Rex, &c. vna cum Reuerendiſſimis Patribus
& Illuſtriſſimis Principibus ſacri Rom. Imperij Electoribus hanc vnio-
nem receperunt & inierunt, de quibus præſumens eſt quod non incon-
ſultè egerunt: Adhoc dico argumentum ex authoritate in hac parte
modicum valere: nam quis negauerit S. Regem Dauid prudentia & ſan-
ctitate præſtantiorem fuiſſe Rege Romanorum D. Alberto & ſuis Electo-
ribus in humanis agibilibus, qui tamen grande malum induxit ſuper Po-
pulum ſuum, cum minus conſultè Populum numerari iuſſit, vt habetur,
2. Reg. vlt. Cap. vbi legimus obtinuiſſe verba legis contra verbum Ioab
& Principem. Et licet, vt ibi legitur *percuſſerit Dauid cor ſuum & dixerit
ad Dominum peccaui valde in hoc facto, & ſtultè egi nimis*, tamen pro illa
culpa Regis percuſſi ſunt à Dan vſque ad Berſabée ſeptuaginta millia vi-
rorum, & mortui ſunt vt ibidem habetur. Non ergo facta Regum, aut
Principum, aut quorumcunque hominum in agendis humanis maximè
ante optatum obtentumque finem vnquam alleganda ſunt à prudenti-
bus ad ea proſequendum niſi pro ratione actuum rationabilem & legiti-
mum fuiſſe conuincatur. Fateor enim nonnunquam debere imò opor-
tere ſubditos ſequi veſtigia Regum & Principum in deuijs pedum etiam
cum diſcrimine & periculo ſuorum corporum, nunquam tamen ſubditi
tenentur ſequi Superiores ſuos etiam quantoſcunque, imò verò tenen-
tur eos non ſequi in deuijs morum cum periculo animarum ſuarum, quia
quantum ad hoc non ſubſunt eis, nec imitari eos tenentur, in quibus
non imitantur legem Chriſti, ideo non abſolutè dicit Apoſtolus, *Imita-
tores mei eſtote*, ſed iuſtiſſimè addidit, *ſicut & ego Chriſti*, ad Corinth. 4.
Et alibi ait, *poteſtas eſt vobis data ad ædificationem, non ad deſtructionem.* Nihil
ergo arguunt allegationes factorum talium Principum quæ ab Eccleſia
canoniſata non ſunt, niſi in quantum rationes in quibus tales actus inni-
xi ſunt, conuincant.

1440. „ Sed dicunt adhuc perſuaſores illius vnionis, quod veriſimiliter Prin-
„ cipes in tam ardua re habuerunt diuerſiſſimorum Doctorum & peritiſſi-
„ morum virorum conſilia, qui in partibus ratione abundant, & ideo non
„ eſſe talem vnionem repellendam. Ad hoc reſpondeo, quod hoc dubium
„ ad hanc quæſtionem non pertinet: non enim quæritur quàm periti, &
„ quàm docti fuerint Conſultores, ſed quæritur an rationale, vtile & ex-
„ pediens fuerit quod conſultum eſt. Nota eſt enim Senecæ illa ſententia,
„ ſcilicet *vt non moueat dicentis authoritas, ſed quid dictum ſit attendatur*; ſæpè
„ enim in Doctorali Prouerbio dicitur, *reuelatum eſt minori quod ignorat ma-*
„ *ior*. Quis enim neſciat Moyſem ſeruum & amicum Dei Magnum Legiſ-
„ latorem & Ducem populi Dei maiorem Petro Madianita, qui tamen re-
„ ctè reprehendit acta Moyſi, ita vt auſus eſſet dicere ei: *non bonam rem fa-*
„ *cis, ſtulto labore conſumeris*. Exod. 18. Sed ſi cui hoc exemplum contra au-
„ thoritatem dicentem non ſatis perſuaſerit, audiat ſaltem Aſinam Ba-
„ laam, Num. 22. loquentem & docentem, ipſi Balaam inſidiantem Pro-
„ phetam quod ignorauit. Non ergo ad famam & peritiam conſulentium
„ in tam ardua re, ſed magis cum illud quod conſultum eſt, expediat &
„ vtile ſit Reipub. Iuſtum & honeſtum prudentiſſimè atttendatur, & hoc
„ eſt quærere Eccleſiæ pacem magis quàm per ligam qualemcunque, vel
„ per talem Principum periculoſam vnionem.

„ Verum ſunt adhuc nonnulli, qui quod ratione, aut ſcripturarum au-
„ thoritate emittere nequeunt contra authoritatem Eccleſiæ & ſacri Con-
„ cilij eam repræſentantis, ſaltem humano exemplo quaſi quadam certitu-
„ dine infirmiores ad illud quod volunt, allicere nituntur dicentes, *ecce*
„ *Reuerendiſſimus Pater & D. D. Iulianus Cardinalis S. Sabinæ vulgariter S.*
„ *Angeli nuncupatus qui fuit legatus Sedis Apoſtolicæ multis annis in ſacro Conci-*
„ *lio & toto conatu verbis*, & ſcriptis omnique virtute Concilium ſacrum &
„ eius authoritatem publicauit, roborauit & quantum valuit contra repu-
„ gnantes conſolationibus, validiſſimis propoſitionibus, allegationibus &
„ argumentationibus defendit, *qui tamen à Concilio Baſileenſi diſceſſit*, & D.
„ Eugenio & Florentino Concilio adhæret, & tamen omnibus talis & tan-
„ tus noſcitur in omni virtute & peritia, vt non ſit præſumendum de eo
„ quod in hac re ignorantia fallatur cum ſit doctiſſimus, nec malitia cor-
„ rumpatur, cum ſit vir optimus, & omni virtute fulcitus, vt merito cæ-
„ teri tanti viri exemplum ſecurè ſequantur.

„ Ad hanc obiectionem reſpondeo & verè fateor quod ipſe Legatus D.
„ Iulianus in Baſilea exiſtens homo & vir optimus erat, nec aliquis ibidem
„ tunc ſibi ſimilis videbatur. Etiam licet in argumento dicatur Cardinalis
„ S. Angeli vulgariter nuncupatus, fortius tamen eſſet argumentum ſi An-
„ gelus de cœlo foret & ſic egiſſet; ſed nec ſic in hoc negotio imitandus
„ eſſet; quia authoritas ſacri Concilij Euangelicæ veritati & immobili fun-
„ damento innittitur. Sed nec Angelo de cœlo contra Euangelicam veri-
„ tatem credere debere docet nos Apoſtolus ad Galat. 1. dicens: *Licet nos*
„ *aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis aliud præter illud quod Euangelizauimus*
„ *vobis, Anathema ſit*. Sed quis neſciat etiam D. Iulianum Cardinalem S.
„ Angeli non Angelum, ſed purum hominem eſſe & per conſequens hu-
„ mana pati ſecundum hominis conditionem, ita vt poſſit etiam vt cæteri
„ hominum paſſionibus allici, trahi, vinci & falli. Et quale mirum, ſi D.
„ Iulianus humana paſſione, aut perſuaſione quacunque victus, ita vt apud
„ D. Eugenium conſtitutus ſe putaret eſſe ſecurum & ab obedientia Con-
„ cilij Baſileenſis omnino abſolutum, cum ante tempora noſtra legamus
„ ſecundùm Prophetam Ionam quem nemo hominum omni ſanctitate &
„ virtute Iuliano iudicauerit inferiorem, tamen humana paſſione affectum
„ fuiſſe vt æſtimaret quod *ſi in Tharſis Ciuitatem perueniſſet, etiam tum diui-*
„ *num imperium euaſiſſet*. Sic enim poſtquam mandatum Ionas à Domino
„ recepiſſet prædicandi in Niniue, legitur Ionæ 1. *quod ſucceſſit Ionas vt fu-*
„ *giens in Tharſis à facie Domini*, vbi dicit Gloſſa, *putans quod iram Dei vita-*
„ *re poſſet in alieno loco ſi Iudæam relinqueret, in qua ſolummodo verum Deum*

putabat, ſed quid in nobis tanta re Iulianus pro exemplo imitando contra Decreta Concilij inducitur, cum nemo neſciat B. Petrum Apoſtolorum Principem poſt Spiritus ſancti viſibilem ſuper eum Miſſionem dicto D. Iuliano Cardinali S. Angeli & omni Cardinali, imò & omni mortali vitâ viuenti longè præſtantiorem fuiſſe, quem tamen humana etiam victum paſſione, ita vt contra Decretum ſacri Concilij ageret, imitari non ſolùm noluit ille doctiſſimus Paulus, ſed etiam ei in faciem reſtitit & coram omnibus reprehendit, vt ſic etiam ab imitatione ſummi Pontificis, & primi Apoſtolorum in his quæ contra decreta Concilij ageret, cæteros cohiberet: Nam in Actibus Apoſtolorum cap. 15. legimus Concilium congregatum ſuper obſeruationē legalium, quod fuit tertium Concilium Hieroſolymitanum, cui interfuit Petrus Apoſtolus & etiam vocē dedit, Iacobus verò tanquam ordinarius loci & Præſidens concluſit quod non eſſet neceſſaria obſeruantia legalium; vnde ſacrum Concilium tunc ſcripſit Fratribus ex gentibus conuerſis inter cætera, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, &c.* Poſtea tamen cum Petrus veniſſet Antiochiam, antequàm venirent quidam à Iacobo, ex Circunciſione Fideles cum Gentibus edebant. Cum autem veniſſent, Petrus ſubſtrahebat & ſegregabat ſe ab eis, timens eos qui ex Circunciſione erant; & ſimulationi eius conſenſerunt cæteri, ita vt etiam Barnabas ab eis induceretur in illam ſimulationem, ſed cum audiſſet Paulus quod non rectè ambularet ad veritatem Euangelij, & iuxtà decretum Concilij, quod ibi veritatem Euangelij nominat Apoſtolus, *reſtitit ſibi in faciem, quia reprehenſibilis erat & coram omnibus reprehendit*; vt habetur ad Galat. 5. Si ergo B. Paulus Petrum reprehendit ſuper ijs quæ ex humano timore contra Decretum Concilij egit, & per hoc retraxit alios à ſimili eius imitatione, conſequens eſt vt minimè ſit ſequendus dictus D. Iulianus, aut alius quicumque Petro longè inferior, in hoc facto, vt ſcilicet ad eius imitationem, ab obedientia ſacri Concilij aliquis diſcedat, aut quomodo, libet declinet, ſed in eo tantum ſecurè inferiores imitentur ſuos Superiores, & ſimpliciores perfectiores, in quo & ipſi noſcantur Chriſtum Ducem imitari. 1440.

Et ſic eſt finis Demonſtrationis, ſeu Conſilij ſtudij Vniuerſitatis Viennenſis datæ, vel dati ſuo Metropolitano Archiepiſcopo Saltzeburgenſi ipſam conſulenti ſuper materia vnionis & neutralitatis Principum Electorum Imperij & aliorum ſibi adhærentium quam fecerunt in facto differentiæ inter ſacrum Concilium Baſileenſe & olium Eugenium IV. Et in effectu cauetur ibidem quod talis vnio, ſeu neutralitas hodie poſt electionem ſanctiſſimi D. Felicis V. erronea eſt intolerabiliter.

Tractatus inclytæ Vniuerſitatis Studij Cracouienſis ſuper auctoritate ſacrorum Conciliorum editus & ſuper Iuſtificatione ſacri Concilij Baſileenſis & depoſitione quondam Eugenij Papæ IV.

GLorioſo & Illuſtriſſimo Principi & D. D. Wladiſlao Poloniæ & Hungariæ, &c. Regnorum, Regi, ac almæ Vniuerſitatis Cracouienſis Patrono & Domino glorioſiſſimo *Rector, Doctores & Magiſtri Vniuerſitatis eius*, & deuotas in Domino orationes. Deliberantibus nobis quid ſuper inſtanti requiſitione clariſſimorum virorum, videlicet Marci Boni filij ſacræ paginæ, Staniſlai Sobimolb Præpoſiti Tridentini & Canonici Cracouienſis in Artibus liberalibus Magiſtrorum, Dorſlai de Boizynolb. Decretorum Doctoris Archidiaconi Cracouienſis & Nobilis Guillelmi de Baruia ſacroſanctæ Generalis Synodi Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè congregatæ vniuerſalem Eccleſiam repręſentantis & ſanctiſſimi D. Felicis Papæ V. Oratorum & Nunciorum reſponſuri ſimus, verbum illud Propheticum, *Errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa* Imprimis noſtræ conſiderationi occurrit.

1440 „ Et quidē SS. Doctores duobus modis exponunt aliquos errare ab vtero
„ S. Matris Eccleſiæ, quæ ſola genitos regenerat ad vitam, & ita demum
„ prolabi ad falſa, aut quia nec concipiuntur in vtero eius, nec naſcuntur
„ ex eo per fidei ſuſceptionem, aut ſi fidei Sacramentum ſuſceperunt, ſce-
„ leſtis tamen operibus degeneres effecti ab vnitate ipſius diuiduntur.
„ Quemadmodum enim Carnalis mater in carnali ſobole certas obſeruat
„ viciſſitudines & tempora quando puer primò in vtero naſcitur, & aliter
„ demum in lucem vitæ præſentis emiſſus matris manibus vt creſcat, geſta-
„ tur, vt tandem ablactatus ad menſam patris accedat, ſolidiore nutrien-
„ dus cibo; in hunc quoque morem quos ſancta educat Eccleſia, prius quaſi
„ in eius concipiuntur vtero dum rudimenta fidei Chriſtianæ ſuſcipiunt in
„ Catechiſmo & exorciſmo, & deinde per baptiſmi & aliorū Sacramentorū
„ perceptionem quaſi ad lucem iam in eis formata virtute generantur, tan-
„ dem veluti manibus bajulantur Eccleſiæ & lacte nutriuntur, dum ſimpli-
„ ciori & faciliori doctrina imbuuntur, donec à lacte ſimplicis ſenſus ab-
„ ſtracti accedant ad menſam Patris, vt ſic valido & grandium cibo veſ-
„ cantur, pane videlicet Angelorum (ex quo ſi quis manducauerit, viuet in
„ æternum) erudianturque cibo ſanæ doctrinæ ne oberrare videantur ab
„ vtero matris ſuæ & ad falſa prolabi, deſerto tramite veritatis, quæ iuxta
„ ſententiam B. Gregorij in Moralibus exponuntur verba 24. quæſt. 1. ex
„ ſola Eccleſia Catholica conſpicitur. *Ideo meritò falſa loqui quiſquis di-*
„ *citur, qui ab eius vtero errat & alienatur:* Et nedum errare quis ab vtero
„ falſa loquendo dicatur, ſed & vbi neceſſitas emergit, articulus, in quo
„ fidem expreſsè confiteri oporteat, ſi tegatur ipſa veritas ſilentio, occa-
„ ſione cuius in errorem qui erudiri poterant, pertrahentur. Vnde Gre-
„ gorius in 2. Paſtoralis ſui, *ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita in-*
„ *diſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit:* veritas quip-
„ pe prætermitti non dicitur, quando aliqua res vera tacetur, ſed quando
„ veritati ſilentio illius præiudicium generatur, quod quidem accidere
„ poteſt, vel ex doctrina contraria, vel ex aliquorum taciturnitate, vt
„ inquit B. Thomas in ſcripto 4. diſt. 38. in ſolutione art. 3. Quæſtionis illius
„ *vtrùm veritas propter ſcandala ſit dimittenda:* vtroque enim caſu ipſi veri-
„ tati derogatur, & infirmi & debiles ſcandalizantur, quorum vtrumque
„ mortale eſt ædificans ad gehennam. Ne igitur, glorioſiſſime Rex & Do-
„ mine! nobis gratioſiſſimè requiſitionem à vobis factam præterire videa-
„ mur ſilentio, ſicque errare ab vtero, quod abſit, matris Eccleſiæ; cùm pro-
„ pter id in hoc Majeſtatis veſtræ excellentiſſimæ Regno ſimus poſiti ma-
„ gniſque à progenitore B. memoriæ clariſſimo celſitudinis veſtræ dotati
„ facultatibus, vt parati eſſe debeamus rationem reddere omni poſcenti de
„ ea, quæ in nobis eſt fide, cenſuimus poſtulantibus morem gerere, vt ediſ-
„ ſeramus pro poſſe veritatem circa authoritatem vniuerſalis Eccleſiæ &
„ Concilij generalis ipſam pro tempore repræſentantis, ac Electione noui
„ ſummi Pontificis D. Felicis Papæ V. vt appareat, quid & nos ipſi de his
„ ſentire videamur, quatenus innixi ſtabili & inobliquabili fundamento,
„ quid de conſequentibus ſentiendum ſit, cunctis in Chriſtum Dominum
„ credentibus liquida ratione oſtendamus. Sed antequàm *deſcendamus mare*
„ *in nauibus facientes operationem in aquis multis*, de nauicula Petri inuocan-
„ dus eſt nobis primo pater omnium, qui ipſam Eccleſiam de qua nobis lo-
„ quendum occurrit, Filio ſuo per Incarnationis myſterium copulauit, in-
„ uocandus eſt nobis & Chriſtus Dominus ſponſus eius, qui cum ipſa vſque
„ ad finem ſeculi eſt pollicitus ſe manſurum. Inuocandus eſt ipſe Spiritus
„ ſanctus qui ipſam docet omnem veritatem, quatenus ipſo inſpirante non
„ aliud quàm vt ipſe efflagitat, ex ſcripturis ſanctis, his ipſis rebus, de qui-
„ bus agendum eſt, verum teſtem eum proferamus.
„ Vt autem diſtinctiùs determinatiúſve proſequamur propoſitum, cùm
„ de Eccleſia nobis eſt ſermo nunc habendus, opus eſt diſtinguere Ec-
„ cleſiam in membra & in partes ſuas, quæ à ſanctis poſitæ ſunt & diſtin-
„ ctæ; ſed cum huiuſmodi diuiſio Eccleſiæ apud Tractatores Catholicos

notiſſima

notiſſima ſit, cenſuimus pro compendio omittere. Non eſt itaque habendus ſermo de Eccleſia materiali, de qua dicebat Propheta: *In Eccleſijs benedicam te Domine*, & 1. ad Corinth. 4. *Nunquid domos non habetis ad manducandum, aut Eccleſiam Dei contemnitis*, ſed potius de ſpirituali non malignantium, de qua eſt ſcriptum, *odiui Eccleſiam malignantium*, quæ Corpus eſt Sathanæ & ipſe eius caput iuxta ſententiam B. Gregorij lib. 19. Moral. cap. 11. quam B. Auguſtinus in proceſſu lib. de Ciuitate Dei, vocat *Ciuitatem mundi*, ſed de Eccleſia ſpirituali Fidelium quæ eſt Domus Dei, de qua dictum eſt ore Prophetico, *Domine! dilexi decorem Domus tuæ*, & non de particulari, ſed de vniuerſali Eccleſia, non quidem de Eccleſia prædeſtinatorum, quæ eſt multitudo omnium ſaluatorum & ſaluandorum, de qua dicit B. Aug. ſuper Ioan. his verbis, *quæ autem peperit Abel, Noë & Enoch & Abraham, ipſa peperit & Moyſem & Prophetas tempore poſteriores ante aduentum Domini, & quæ iſtos ipſa & Apoſtolos, Martyres & omnes bonos Chriſtianos, omnes enim peperit qui diuerſis temporibus nati apparuerunt, ſed ſocietate vnius Populi continentur & eiuſdem Ciuitatis ciues labores huiuſmodi peregrinationis experti ſunt, & quidam eorum nunc experiuntur, & vſque in finem cæteri experientur.* Ponuntur verba 32. q. 4. *Recurrat:* Sed de Eccleſia vniuerſali militante vera, vel repræſentatiua, vera, inquam, quæ eſt congregatio omnium Chriſtianorum, continens in ſe omnes Fideles bonos & malos, quæ virginibus prudentibus & fatuis comparatur & ſagenæ miſſæ in mare, & hæc eſt multitudo omnium baptizatorum credulitatem fidei habentium & communionem in Sanctis, cuius Eccleſiæ confeſſio in Symbolo continetur, *ibi ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Repræſentatiua, inquam, quæ eſt vel eſſe ſolet in Concilio generali in Spiritu ſancto legitimè congregato ipſam repræſentante, ſed cum noſtri ſit propoſiti hæc diſſerere, antequam ad alia procedatur, inquirendum eſt de eſſentia Eccleſiæ ſpiritualis militantis, quid ſit, vt facilior ſit ad dicenda proceſſus. 1440.

Eſt *ergo Eccleſia Corpus myſticum organicum fide Chriſti animatum.* 1. *Corpus* ponitur pro genere, additur. *Organicum*, id eſt habens organa quæ ſecundùm Apoſtolum ſicut *in vno corpore materiali multa membra habentur, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi ſumus vnum Corpus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Et ſicut vnum membrum ſeruit ſibi & toti corpori, ſic in Eccleſia militante diuerſi in diuerſis ſtatibus & officijs ſibi & alijs in Eccleſia ſubminiſtrant. Additur *myſticum*, quia ſecundùm Apoſtolum, ſicut corpus vnũ eſt & multa membra habet, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum corpus ſunt, ita & omnes nos qui in Chriſto baptizati ſumus, vnum corpus conſtituimus Eccleſiæ 1. Corinth. 12. Additur *Fide Chriſti animatum*, quia ſicut anima Corpus, ſic fides animam viuificat, dicente ſcriptura *Iuſtus ex fide viuit.* Ex quo fit quod omnes baptizati habentes fidem Chriſti ſiue informem, ſiue formatam, conſtituunt Eccleſiam militantem, ſicut ſcriptum eſt ad Epheſ. 4. *Vnum Corpus, vnus Spiritus, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma*, intelligendo cauſaliter, videlicet quod Eccleſia eſt vnum Corpus propter vnum Spiritum, vnam fidem & vnum baptiſma.

Item ſequitur quod nulli hæretici ſunt in Eccleſia militante, vel pars Eccleſiæ militantis, ſed ſunt in Eccleſia malignante & pars eiuſdem; patet ex eo quod hæretici non ſunt fide Chriſti animati. Hanc autem Eccleſiam fundat approperate gratia gratum faciens, quæ quidem gratia eſt diſpoſitio in creatura rationali à Deo infuſa, quæ per modum formæ in exiſtens rationali creaturæ facit eam gratam Deo, ſiue ad beatitudinem, ſiue in beatitudine. Quoniam eſt quædam gratia gratum faciens in eſſe beatum, ſicut in patria, alia ad eſſe beatum ſicut in via. Prima gratia in patria eſt ipſamet beatitudo formalis, quæ beatitudo per modum formæ eſt beatificatio totalis, & conſummata creaturæ rationalis deificatio. 2. Gratia in via eſt beatitudo formalis in hac vita & via non conſummata, ſed inchoata. De qua loquitur Saluator, Matth. 5. *Beati Pauperes ſpiritu.*

1440. „ Et hæc gratia in quocumque viatore, ſiue prædeſtinato, ſiue præſcito eſt
„ miræ dignitatis: nam licet libertas mentis creatæ, ſiue voluntas eius li-
„ bera ſit magnæ dignitatis naturalis, gratia tamen in via longè excedit
„ libertatem voluntatis & liberam voluntatem. Quoniam illa libertas in
„ malo homine non ſufficit eum liberare à morte perpetua & inducere ad
„ vitam æternam. Sed minima gratia gratum faciens dum in termino viatio-
„ nis creaturæ rationali inexiſtit, liberat à morte perpetua & perducit ad
„ vitam æternam & pro quocumque tempore viatori, ſiue præſcito, ſiue
„ prædeſtinato inexiſtit, facit eum pro tunc charum & gratum Deo, bonum
„ & iuſtum & filium Dei, & ſic membrum Corporis myſtici: omnis enim
„ ſiue præſcitus, ſiue prædeſtinatus exiſtens in gratia eſt membrum vnum
„ Eccleſiæ militantis. Et ex hoc iſta gratia gratum faciens fundat Eccle-
„ ſiam vniuerſalem militantem: Sed non ex hoc quod ſoli in gratia exi-
„ ſtentes ſint in Eccleſia militante. Cum & mali carentes iſta gratia fide
„ Chriſti duntaxat animati, ſint etiam membra, ſed arida Eccleſiæ militan-
„ tis, & per conſequens ſint in Eccleſia militante. Sicut enim homo habens
„ duas manus, vnam aridam non ſuſcipientem influxum à capite, aliam
„ viuam influxus capacem, dicitur habere duas manus, ſic omnis Chriſtia-
„ nus habens fidem informem, eſt membrum Eccleſiæ militantis, non re-
„ cipiens influxum vitæ à capite Chriſto. Hinc eſt quod B. Aug. contra
„ Donatiſtas dicit, *ſi cuius manus eſt arida, viuum quidem eſt membrum quamuis*
„ *ſine ſanguine ſit inefficax & mortuum, ſic & fides cum ſit vera, tamen ſine operi-*
„ *bus mortua eſt*, habentur verba 1. quæſt. 1. *Sicut vrgeri*. Eſt enim triplex
„ vinculum, quo aliqui Chriſto tanquam capiti in Eccleſia militante col-
„ ligantur, ſcilicet fides, ſpes & charitas. Et ſi charitas, ſi etiam & ſpes in
„ aliquo membro deficiant, fide remanente, illud membrum quamuis
„ mortificatum, adhuc tamen corpori Eccleſiæ & capiti per talem fidem
„ vtcunque eſt myſticè colligatum. Si autem fides in aliquo deficiat, vt
„ in hæretico, mox vinculum illius membri ad corpus Eccleſiæ & caput
„ myſticum penitùs tollitur & deſtruitur. Hanc igitur Eccleſiam militan-
„ tem, ſic vt præmittitur, continentem bonos & malos, neceſſe eſt pone-
„ re, cum de ea ſcriptura Prophetica & Euangelica expreſsè loquatur, quæ
„ virginibus prudentibus & fatuis comparatur, Matth. 25. ſuper quo dicit
„ B. Gregorius in Homilia. *Sancta quippe Eccleſia decem Virginibus ſimilis*
„ *eſſe denunciatur, in qua quia mali cum bonis, & electi cum reprobis ſunt admixti,*
„ *rectè ſimilis virginibus prudentibus & fatuis perhibetur*. Item comparatur
„ Archæ. Vnde dicit B. Auguſt. de fide ad Petrum, cap. 14. *Firmiſſimè te-*
„ *ne & nullatenus dubites Archam Dei eſſe Eccleſiam, & in ea vſque ad finem ſecu-*
„ *li frumento commixtas paleas contineri*. Et infra. *In fine verò ſeculi bonos à ma-*
„ *lis etiam cum corpore ſeparandos, quando veniet Chriſtus habens ventilabrum*
„ *in manu ſua, & aream ſuam mundabit, & congregabit triticum in horreum ſuum,*
„ *palcas autem comburet igni inextinguibili*. Ad idem eſt Chryſoſtomus ſuper
„ illo verbo *Collegerunt bonos in vaſa ſua*, Matth. 13. Sic dicens, *Eccleſia me-*
„ *dia eſt inter cœlum, quod eſt locus tantum bonorum, & infernum, qui eſt locus tan-*
„ *tum malorum*. Ipſa verò *Eccleſia media eſt, quia indifferenter bonos & malos*
„ *colligit, quod ſignificatum eſt in Archa Noë, vbi animalia mitia fuerunt cum im-*
„ *mitibus, in qua quidem Eccleſia iuxta Catholicam doctrinam homines dicuntur*
„ *eſſe dupliciter, quidam numero tantum, non recipientes influxum à Chriſto capite,*
„ *alij numero & merito omnium bonorum ſpiritualium à Chriſto capite fluentium*
„ *tanquam membra viua, participes & capaces, quam participationem Propheta*
„ *optabat dicens: participem me fac, Deus! omnium timentium te & cuſtodientium*
„ *mandata tua*. Quæ quidem Eccleſia etſi in ſe contineat malos; non ideo
„ de ea hoc eſt ſentiendum quod ſancta dici non debeat aut poſſit. Sancta
„ dicitur & immaculata ſine macula & ruga, iuxta doctrinam Apoſtoli ad
„ Epheſ. 5. dicentis, *Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemetipſum tradidit pro ea vt*
„ *illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ vt exhiberet ipſe*
„ *ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſ-*
„ *modi*. Sed vt ſit ſancta & immaculata, propter quod Beda ſuper Cantic.

dicit, *ſemper Eccleſia caſta eſt*, fide munda, opere *ſemper lucens & feruens charitate, & quidquid prauitatis & immunditiæ eam attigerit, nunquam illud ſuſcipit, nunquam in illud conſentit; ſed corrigit, aut punit, aut exterminat.* Nam Eccleſiæ omnes nequitiæ extraneæ ſunt, quas aut cupit remittere, aut omni conatu expurgare, aut contra eas ſæuit & procedit vſque ad exciſionem. Hoc Beda. Vnde ſicut corpus naturale & animale requirit de neceſſitate ad ſui eſſentiam, materiam & formam, ſecundùm quod partes materiales continuè variantur, manens idem ſecundùm formam, vt dicit Philoſoph. 1. de Gener. ſic Eccleſia ſancta militans, cum ſit corpus myſticum fide Chriſti animatum, de neceſſitate debet habere aliquid pro materia & aliquid pro forma; ſed cum perſonæ hominum quaſi partes per accidens & materiales Eccleſiæ continuè fluant & refluant ſibi inuicem ſuccedentes, ſecundum quas Eccleſia continuè variatur, neceſſe eſt præter illas partes materiales dare vnam formam quæ eadem in numero ſemper manens facit illud compoſitum myſticum ſemper manere vnum. Hæc autem forma myſtica eſt fides I. C. eo quod vnica eſt fides omnium Chriſti fidelium præteritorum, præſentium & futurorum, ſicut dictum eſt ſupra. Exemplum in rem familiare appareret in flumine *Viſla*, qui *Vandalus* dicitur, qui ſemper idem in numero hic manet, quoad formam, quamuis partes illius fluuij quotidie varientur ſibi inuicem ſuccedentes. Ita hæc forma myſtica, ſcilicet vera fides Chriſti, eſt ſicut quidam myſticus fluuius in quo fluunt & refluunt perſonæ ſibi inuicem ſuccedentes, ſicut partes materiales, & per accidens Eccleſiæ Catholicæ, ſemper manente eadem Eccleſia quoad formam, id eſt, veram fidem Ieſu C. Quæ forma ſemper manet & manebit recta, ſana & immaculata, quoad ſe & in ſe. Itaque ei nullum falſum ſubeſt nec ſubeſſe poteſt, aut aliquis error. Et ſi complures hæretici quantum in eis eſt, conentur eam deprauare & maculare, ipſa tamen in ſe ſemper ſancta & immaculata manet iuxta verbum Domini, *Et portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam.* Igitur ſicut Eccleſia militans ſemper manet eadem, quoad formam, ſic ſemper manet ſancta & immaculata non habens in ſe aliquam maculam aut rugam. Et licet partes materiales multæ habeant maculam aut rugam per diuerſa peccata mortalia inquinatæ, nihilominus Eccleſia ſemper manet ſancta. Quemadmodum enim in compoſito naturali vt in homine, culpa homini imputatur, non ratione corporis, ſed ratione formæ vt animæ, ita in illo corpore myſtico culpa, macula ſiue ruga non ex parte partium materialium, ſed ex parte formæ debent imputari, alioquin ſi Eccleſia diceretur ſancta ratione partium materialium, profectò nec Eccleſia prædeſtinatorum eſſet ſancta, cum multi prædeſtinati ſint in peccatis mortalibus ſordeſcentes, imò & aliqui exciderunt à fide ad tempus & alij ad fidem nondum venerunt. Sic ergo nulla **Eccleſia eſſet ſancta, quod eſt hæreticum**, quia contra vnum artic. Symboli Apoſtolorum, *Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam.*

1440.

Alia quoque eſt ratio qua dicitur quod Eccleſia ſancta dicitur non propter ſanctitatem perſonarum in ea exiſtentium, ſed propter ſanctitatem Sacramentorum, quæ in ipſa conferuntur, nec inquinari poſſunt per maliciam Miniſtrorum, ſed ſemper placent Deo, & proſunt ſuſcipienti non ponenti obicem, ſiue per bonos, ſiue per malos Miniſtros diſpenſentur. Sic dicimus quia ſic legimus ex ſacrorum Canonum authoritate; non poteſt quantumcunque pollutus ſit Sacramenta diuina polluere quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtant; qualiſcunque Sacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt 15. quæſt. vlt. vlt. cap. vlt. & ſequitur. *Sumite ergo ab omni Sacerdote intrepidè Chriſti myſteria; quoniam omnia Sacramenta in fide Chriſti purgantur.* Alias profectò Sacramenta nouæ legis ſicut & Sacramenta veteris legis non placerent Deo ex opere operato, ſed tantum ex opere operantis, & ſic non eſſent maioris dignitatis & efficaciæ quàm Sacramenta veteris legis quod eſt error, & ex ſe non præſtarent gratiam quam figurant, ſed ex miniſtro

" conferente & eius bonitate. Et hoc ſit dictum de Eccleſia militante vera.

1440. " De Eccleſia verò vniuerſali repræſentatiua, ſcilicet de Concilio ge-
" nerali, quod dicitur Eccleſia vniuerſalis repræſentatiua ratione vniuer-
" ſalis Iuriſdictionis, authoritatis & Eccleſiaſticæ poteſtatis, vt apparebit
" infra, breuiter aliquid dicendum eſt. Eſt autem *Concilium generale congre-*
" *gatio legitima authoritate facta ad aliquem locum ex omni ſtatu Hierarchico*
" *totius Eccleſiæ Catholicæ nulla fideli perſonâ quæ audiri requirat, excluſa,*
" *ad tractandum & ordinandum ſalubriter ea quæ debitum regimen eiuſdem Ec-*
" *cleſiæ in fide & in moribus reſpiciunt, provt* colligitur ex 16. & 17. diſt. per
" totum. Generale enim Concilium vniuerſalem Eccleſiam repræſentans,
" de qua dictum eſt, *eſt regula à Spiritu ſancto directa & à Chriſto tradita*, vt
" quilibet cuiuſcunque ſtatus etiamſi Papalis exiſtat, eandem audire, & ſibi
" obedire teneatur: alioquin habendus eſt *ſicut Ethnicus & publicanus*, provt
" hoc colligitur ex verbis veritatis Matth. 18. provt infra clarius videbi-
" tur. Et etiam quia in omni materia fidei & Eccleſiaſtica recurrendum
" eſt cum omni reuerentia ad authoritatem Eccleſiæ quaſi ad Canonem
" diuinitùs inſpiratum amplius quam ad ſacram Scripturam, vel quamcun-
" que rationem, exemplo B. Aug. qui pro eius reuerentia & inobliquabili
" authoritate in libro contra Fauſtum dixiſſe legitur. *Ego Euangelio non cre-*
" *derem, niſi me authoritas Eccleſiæ commoueret.* Quoniam tanta eſt authori-
" tas Eccleſiæ, vt illud duntaxat Scriptura ſacra habenda ſit, quod ipſa
" ſacrum eſſe declarauit. Propter quod omnes Doctores Catholici ſuas
" meritò ſententias ipſius declarationi ſubmittunt; & niſi eorum libri ap-
" probentur ab ipſa, Catholici eſſe non poſſunt, quia omnis authoritas
" immediatè eſt à Spiritu S. vt dicit Symbolum Apoſtolorum, *Credo in Spi-*
" *ritum S. ſanctam Eccleſiam Catholicam*, omnes enim veritates Catholicæ de
" Sacramentis Eccleſiæ, de Clauibus, Officijs & Cenſuris Eccleſiæ, de re-
" bus, de libertatibus Eccleſiæ, de moribus, ritibus & ceremonijs, de ve-
" neratione reliquiarum & imaginum, de Indulgentijs, de ordinibus & re-
" ligionibus in Eccleſia, de Inſtitutionibus viuendi & ſingulis fidem & ſa-
" lutem animarum concernentibus, ſub hoc articulo fidei continentur,
" *Credo in Spiritum S. ſanctam Eccleſiam Catholicam*, quaſi diceret, *Credo*
" *quod omnia facta, inſtituta & dicta Eccleſiæ Catholicæ ſunt immediatè & prin-*
" *cipaliter à Spiritu S. veluti à cauſa eam totaliter & ſingulariter dirigente*, & in
" eam dona & gratias influente, ac eius rectoribus veluti Inſtrumentis
" vtente.

" His ſic in genere de Eccleſia præmiſſis, vt ad vlteriora progredia-
" mur, ſit iſta ad noſtrum propoſitum,

" Concluſio prima, *Vnam ſanctam Catholicam, quæ in his quæ fidei ſunt &*
" *ſalutis, errare non poteſt, confiteri homini viatori eſt de neceſſitate ſalutis.* Hæc
" concluſio habet duas partes, 1. *quod vnam S. Eccleſiam Catholicam confiteri*
" *cuilibet homini viatori eſt de neceſſitate ſalutis*, 2. pars, quod *hæc Eccleſia vna*
" *ſancta Catholica in his quæ fidei ſunt & ſalutis errare non poteſt.* Quæ Con-
" cluſio quoad primam ſui partem multa probatione non eget: cum veritas
" eius in Symbolo Apoſtolorum & Niceno ſit ſufficienter expreſſa, nec
" aliquis niſi hoſtis fidei de hoc habeat dubitare. Articulus eſt enim fidei,
" credere vnam S. Eccleſiam Catholicam quod Fidelis quilibet credere eſt
" aſtrictus: de quo ſi aliquis alio modo pertinaciter ſenſerit, pro hæretico
" eſt habendus. De veritate huius Concluſionis quoad hanc primam
" partem eſt etiam expreſſa veritas in Cap. *Firmiter de S. Trinitate & fide*
" *Catholica*, vbi dicitur: vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia extra
" quam nullus omnino ſaluatur. Cuius Eccleſiæ vnitatem & ſanctitatem
" tangit Apoſtolus ad Epheſ. 5. vt ſupra allegatum eſt, dicens, *Chriſtus Ec-*
" *cleſiam ſuam dilexit & tradidit ſeipſum pro illa, vt eam ſanctificaret.* Et in-
" fra, *vt ſit ſancta & immaculata.* Et 2. Corinth. 11. Ipſis Corinthijs in per-
" ſona Eccleſiæ ſcribens, *deſpondi*, inquit, *vos vni viro virginem caſtam ex-*
" *hibere Chriſto*, vbi in ſingulari legitur, nec ponimus differentiam quan-
" tùm ad præſens inter triumphantem & militantem Eccleſiam, quæ pro

vna reputatur Eccleſia, ſtatu, conditione & loco diſtante, quæ ſpeciem non diuerſificant, cuius vna pars regnat, altera militat; vna præmiatur altera meretur; vna gaudet, altera gemit. Vna igitur eſt, quia in ea vnum eſt baptiſma, vnus Dominus, vna fides, vnus Dominus Deus & Pater omnium qui ſuper omnes eſt, ad Epheſ. 4. cuius Eccleſiæ membra habent vnitatem in corpore per fidem, pluralitatem inter ſe per naturam, diuerſitatem in Officijs per donorum diſtinctionem. Sancta verò dicitur, quia ratione fidei quæ eſt forma eius & ratione Baptiſmatis & aliorum Sacramentorum ſanctos efficit & regenerat in vitam æternam. Catholica autem dicitur ſecundum Iſidorum de ſummo bono c. 21. quia vniuerſaliter per totum orbem diffuſa eſt, vnde ſecundum eundem 8. lib. Ethic. *Catholica Græcè, dicitur vniuerſalis Latinè*, quaſi ſimul complectens. Vnde B. Cyprianus in Epheſ. ad Nouatian. dicit, *Eccleſia vna eſt quæ in multitudine latius incremento fœcunditatis*, extenditur, quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cum de vno fonte riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. *Aucllo radium à ſolis corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit, vnum tamen lumen eſt quod vtique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur.* Hæc ille: Hanc vnitatem B. Aug. in lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 46. dicit eſſe figuratam in Miſſione Spiritus S. dicit enim ibidem. *Chriſtus aſcendit in cœlum & poſt dies 10. miſit promiſſum Spiritum ſanctum*, cuius venientis in eos qui crediderant tunc ſignum erat magnum & maximè neceſſarium, vt vnuſquiſque eorum linguis omnium gentium loqueretur. Ita ſignificans vnitatem Catholicæ Eccleſiæ per omnes Gentes futuram, ac ſic omnibus loquuturam. Hæc ibi. Extra hanc autem Eccleſiam dicit ipſe Auguſtinus neminem poſſe ſaluari in lib. de fide ad Petrum, dicens: *Firmiſſimè tene & nullatenus dubites non ſolum omnes Paganos, ſed omnes Iudæos & hæreticos atque Schiſmaticos qui extra Eccleſiam Catholicam hanc vitam mortalem præſentem ſcilicet*, finiunt, in ignem æternum ituros, qui præparatus eſt diabolo & Angelis eius. Hæc pars Concluſionis ampliori probatione non indiget, licet pro probatione ipſius adduci alia plura poſſent. 1440.

Secunda pars probatur ſic: Eccleſia Catholica regitur à Spiritu ſancto, ſed Spiritus S. errare non poteſt, nec Eccleſia. Secunda pars nota eſt, quia *Spiritus S. dicitur Spiritus veritatis*, & cum ſit Deus, qui eſt prima veritas, errare non poteſt. Prima pars innititur tam in Symbolo Apoſtolorum quàm in Niceno: Vbi ſtatim poſt articulum Spiritus S. cum dicitur, *Credo in Spiritum ſanctum*, ſubiungitur articulus de Eccleſia Catholica videlicet, *ſanctam Eccleſiam Catholicam*, vt ſit ſenſus, *Credo in Spiritum ſanctum*, dirigentem videlicet, & gubernantem & ſanctificantem S. Eccleſiam Catholicam imò & viuificantem. Vnde Albertus M. in Expoſitione Symboli quam ponit in Officio de tractatu Miſſæ, ſic dicit, *Iacobus minor reſpiciens ad hoc quod Spiritus ſanctus datur & mittitur ad ſanctificandum creaturam, quæ ſanctitas nunquam fallit in Eccleſia, ſed nonnunquam fallit in perſona, dixit ſanctam Eccleſiam.* Et quia omnis articulus fundatur in diuina & æterna veritate & non ſuper creatam veritatem, quia omnis creatura vana eſt & non habet ſolidam veritatem, ideo iſte Articulus hìc reſoluendus eſt, ſcilicet ad opus Spiritus ſancti, Hoc eſt *Credo in Spiritum ſanctum*, non ſolum ſecundum ſe, ſicut dicit præcedens articulus, ſed etiam, Credo in eum, ſecundùm proprium eius opus quo ſanctificat Eccleſiam, quam ſanctitatem profundis in Sacramentis & virtutibus & donis quæ dat ad ſanctitatis perfectionem & eandem in miraculis & donis gratis datis, ſicut ſunt ſapientia, ſcientia, fides, diſcretio Spirituum, operatio ſanitatum, Prophetia, & huiuſmodi quæ dat Spiritus ſanctus ad ſanctitatis Eccleſiæ demonſtrationem. Hæc Albertus.

Secunda. Chriſtus promiſit Eccleſiæ ſuæ aſſidentiam vſquè ad conſummationem ſeculi Matth. vltimo, promiſit etiam ſe eſſe in medio

1440. „ Congregatorum in nomine eius Matth. 18. promiſit etiam ſe Eccleſiæ da-
„ turum doctrinam Spiritus veritatis, cum dixit Ioan. 14. *Rogabo Patrem*
„ *& alium paraclitum dabit vobis.* Et iterum. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus,*
„ *quem mittit pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Et iterum. *Adhuc ha-*
„ *beo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò; cum autem venerit ille* Spiri-
„ *tus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Per quæ datur manifeſtè intelli-
„ gi commiſſum fuiſſe regimen Eccleſiæ Spiritui ſancto, Chriſto præſentia
„ corporali ab ea recedente, ſecundum illud, *Niſi ego abiero, Paraclitus non*
„ *veniet ad vos; cum autem abiero, mittam vobis eum.* Et quod Spiritus ſanctus
„ docuerit Eccleſiam omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem, appare-
„ bat hoc in viſibili miſſione eius cum datus fuerat in die Pentecoſtes in
„ linguis igneis, quibus omnes gentes doctrinam & fidem Spiritus ſancti
„ ſuſcepturæ erant poſtquam in omnem terram exiuit ſonus eorum, qui
„ tunc eundem Spiritum ſanctum acceperunt. Conſtat autem quod hæc
„ promiſſio facta de miſſione Spiritus veritatis, non erat facta alicui ſingu-
„ lari perſonæ, ſed toti vniuerſali Eccleſiæ, cùm Petrus poſt miſſionem Spi-
„ ritus ſancti, qui erat Princeps Apoſtolorum, circa obſeruationem lega-
„ lium videbatur erraſſe propter quod fuerat à Paulo reprehenſus, ad Gal.
„ 2. *Toti ergo Eccleſiæ & non vni ſingulari perſonæ hæc aſſiſtentia Spiritus ſancti*
„ *eſt permiſſa.* Vnde Iſidorus Spiritus ſancti præſentiam teſtatur congre-
„ gatio Sacerdotum. Et Chryſoſtomus in Homilia ſuper illo verbo, *Ecce*
„ *ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem*, ad hoc propoſitum dicit, quia
„ enim eis magna iniunxerat, erigens ipſorum ſenſum dicit: *Ecce Ego vobiſ-*
„ *cum ſum*, quaſi dicat, *Ne dicatis difficile eſſe iniunctum Officium*, Ego ſum
„ vobiſcum, qui omnia facio leuia, non autem cum illis ſolum dixit ſe fu-
„ turum eſſe, ſed cum omnibus qui poſt illos credunt. *Non enim vſque ad*
„ *conſummationem ſeculi*, Apoſtoli manſuri erant, ſed ſicut vni corpori fi-
„ delibus loquitur. Hæc Chryſoſtomus.

„ Tertia. Probatur veritas iſtius ſecundæ partis. Dicit enim Dominus,
„ Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ego vitam æter-*
„ *nam do eis, & non peribunt in æternum neque rapientur de manu eius.* Oportet
„ quod ſit aliquid quod eaſdem oues infallibiliter ducat, inducat & reducat.
„ Et hoc eſt vel eſſe debet per id quod per ſe eſt infaillibile & exemptum
„ ab omni errore, & hoc eſt Eccleſia, quæ eſt mater eius & magiſtra.

„ Quarta. Eccleſiæ eſt annexa omnis neceſſariæ veritatis notitia, ex quo
„ Chriſtus qui eſt veritas, non mentitur cum dicit, *Spiritus veritatis docebit*
„ *vos omnem veritatem*, ad quod propoſitum dicit B. Thomas 2. 2. quæſt. 5.
„ art. 3. *Obiectum fidei eſt veritas prima*, ſecundum quod manifeſtatur in ſcri-
„ pturis & doctrina Eccleſiæ. Et ſubdit. *Quicunque non inhæret Eccleſiæ, ſicut*
„ *infallibili & diuinæ regulæ, talis non habet fidem de articulis fidei, ſed opinio-*
„ *nem ſecundum propriam voluntatem.* Et ibidem in Reſponſione ad Argum.
„ **2. dicit quod omnibus articulis fidei inhæret fides propter vnicum me-**
„ dium, ſcilicet propter veritatem primam propoſitam ex Scripturis ſecun-
„ dum doctrinam Eccleſiæ intellectus, quod eſt notabile verbum. Si enim
„ Eccleſia aliquando poſſet errare, Doctores ſancti non ſubmitterent dicta
„ ſua Eccleſiæ, quod tum faciunt, & nemo debet maiorem fidem dictis eo-
„ rum adhibere quàm ipſimet ſibi ipſis adhibuerunt, vel alijs adhiberi vo-
„ luerunt. Sed ipſi in dictis & poſitionibus ipſorum ſæpè dubitabant, & ne
„ damnabiliter errarent, in omnibus ſe & ſua dictæ correctioni Eccleſiæ
„ ſubmittebant. Ergo & fideles non debent expoſitiones Doctorum cer-
„ titudinaliter veras reputare, nec eis fidem adhibere, niſi in quantum fue-
„ runt per Eccleſiam approbatæ: Vnde nec Auguſtinus crederet Euange-
„ lio niſi eum authoritas Eccleſia commoueret; vt ſupra allegatum eſt. Et
„ B. Thomas 2. 2. quæſt. 10. art. 12. & quodlib. 2. quæſt. 7. dicit quod magis
„ ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ quàm Auguſtini, vel Hieronymi, vel
„ cuiuſcumque alterius Doctoris. Hæc eſt enim regula & menſura totius
„ veritatis. Sicut enim fit in doctrinis omnium aliarum ſcientiarum, in
„ quibus Concluſiones reducuntur ad principia quæ per ſe vera ſunt, in

quibus eſt ſtatus, ſic quod contra negantem ea non eſt arguendum; ita etiam eſt in doctrina Catholicæ veritatis, ſi Doctores ſunt ad inuicem contrarij & orta fuerit in eorum dictis ambiguitas, id reducendum erit ad primam regulam & menſuram ſcilicet ad authoritatem vniuerſæ Eccleſiæ à Spiritu ſancto directæ. Et id quod ipſa definierit & teneri mandauerit, illud eſt inconcuſsè tenendum. Et ſi quis hanc eius authoritatem & infallibilem veritatem ei annexam negauerit, non eſt contrà eum tanquam contra negantem primum principium, diſputandum. Hæc eſt enim regula & menſura quæ errare non poteſt, 24. quæſt. 1. *A recto.* 1440.

Quintò. Lex vetus nouæ legis figuram gerens præcepit, Deuteron. 17. *Si aliquid difficile & ambiguum apud te Iudicium proſpexeris eſſe inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & Iudicium intra portas tuas videris variari, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tui iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus & docuerit, & iuxta legem eius, ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dextram, vel ad ſiniſtram.* Ecce in prædicta authoritate nihil aliud innuere voluit, niſi quod recurſus fieri deberet omnibus fluctuantibus ad congregationem Sacerdotum tanquam regulam infallibilem quæ errare non poſſit propter aſſiſtentiam Spiritus ſancti. Et ſignanter dictum eſt ad Sacerdotes pluraliter, quia plurium authoritas vni præfertur, exemplo Chriſti qui in gradibus correptionis ab vno iubet aſcendere ad plures. *Si*, inquit, *te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos*, notans per hoc Iudiciũ duorum fortius eſſe Iudicio vnius Matth. 18 vnde & Apoſtoli in primitiua Eccleſia ortis dubijs de certis obſeruantijs, recurſum habebant ad multitudinem diſcipulorum pro inquirenda veritate, vt plurium teſtimonio veritas clariùs eluceſceret. Et B. Apoſtolus certitudine ſui Euangelij quod non ab homine acceperat, ad ipſum ſtatuendum non ad Petrum ſolum recurſum habuit, ſed ad plures, ſcilicet Petrum, Iacobum & Ioannem, cum quibus veritatem ſui Euangelij conferre ſtuduit, qui principales erant inter Apoſtolos, de quo dicit ad Galat. 2. *Deinde poſt annos 9. aſcendit Hieroſolymam Barnabas, aſſumpto & Tito aſcendi autem ſecundum reuelationem, contuli cum eis Euangelium Dei quod prædico in Gentibus.* Ecce quanta certitudo veritatis in Eccleſia, vt etiam Paulus in tertium cœlum raptus, & ibi diuina reuelatione edoctus adhuc Euangelij confirmationem & ſtabilitatem ab Eccleſia recepit ne in vacuum cucurriſſet.

Sextò. Si neceſſe eſt confiteri vnam ſanctam Eccleſiam, vt dicit prima pars Concluſionis, ergo nunquam errantem, cum ſanctitas omnem excludat errorem: nihil enim erronei ſubeſt aut ſubeſſe **poterit articulis fidei. Igitur nihil erronei in ea ſubeſſe poterit**, aut falſi. Sequitur ergo quod Eccleſia vniuerſalis errare non poteſt in his quæ ſunt fidei & ſalutis. Quæ fuit ſecunda pars Concluſionis & quidquid dicitur de Eccleſia vniuerſali, idem ſentiendum eſt de Concilio generali legitimè congregato ipſam repræſentante, de quo infra dicetur. Et tantum de prima Concluſione.

De poteſtate Papæ.

SEd quoniam Eccleſia vniuerſalis quæ, vt dictum eſt, errare non poteſt, eſt vnum corpus habens diuerſa membra iuxtà doctrinam Apoſtoli & dictum Auguſtini 20. lib. de Ciuit. cap. 6. quod corpus ſine Capite eſſe non poteſt, ideo vt habeatur cognitio, ſeu notitia de capite iſtius corporis, ſit

Concluſio ſecunda. *Sicut vnum Caput principale, verum & immediatum eſt totius Eccleſiæ, quod eſt Chriſtus Ieſus, ſic vnum caput Miniſteriale, & Vicarium eſt eiuſdem Eccleſiæ & ſingulorum eius membrorum, quod eſt Pontifex Rom.* Hæc Concluſio duo dicit: Dicit enim primò quod Chriſtus eſt caput

" principale verum & immediatum totius Eccleſiæ. Secundò dicit quod
1440 " Pontifex Romanus eſt caput eiuſdem Eccleſiæ miniſteriale & Vicarium.
" Quæ Concluſio quoad primam eius partem probatione multâ non indi-
" get, cum de hoc Apoſtolus doctrinam ſuam quam non accepit ab homi-
" ne, manifeſtè expreſſerit, dicit enim ad Coloſſ. 1. *Adimpleo ea quæ deſunt*
" *paſſionum eius, ſcilicet Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.*
" Ecce appellat Eccleſiam Corpus Chriſti ſaltem myſticum. Et ſi Eccleſia
" Corpus Chriſti myſticum eſt, oportet quod Chriſtus eius ſit caput, cum
" aliud membrum eſſe non poſſit, quia nec pes, nec oculus, neque manus.
" Item ad Epheſ. 4. cum B. Paulus multas donationes & gratias enumeraſ-
" ſet in Eccleſia, *Alios*, inquit, *dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euan-*
" *geliſtas, alios Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus Mi-*
" *niſterij* ſubdit, *in ædificationem Corporis Chriſti.* Ecce iterum dicit Eccle-
" ſiam Corpus Chriſti, cuius ipſe eſt caput. Item 1. Corinth. 12. ait. *Vnum*
" *Corpus eſt & multa membra habet, omnia autem membra Corporis cum ſint, mul-*
" *ta vnum Corpus ſunt.* Ita & Chriſtus. *Etenim in vno Spiritu omnes in vnum*
" *Corpus baptizati ſumus, &c.* Vbi dicit Gloſſa. *Ita & Chriſtus etiam caput*
" *eſt vnum.* Quod manifeſtiùs exprimit Apoſtolus, ad Epheſ. 1 dicens.
" *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt Corpus ipſius & plenitudo*
" *eius.* Et meritò Chriſtus dicitur caput Eccleſiæ. Eſt enim eminentior, vt
" dicitur in Pſal. 18. *Ego primogenitum ponam illum excelſum præ Regibus terræ,*
" eſt dignior quia *Princeps Regum terræ.* Apocal. 1. eſt potentior, de quo di-
" citur, Matth. vlt. *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Dignior in-
" quam, quoad regiam dignitatem, Iuſtitiæ perfectionem, & gratiæ ple-
" nitudinem, potentior verò quia potenter iudicans, ſemper manens,
" rectè gubernans.

" Tertiò, Chriſtus aliquando in ſua humanitate fuit caput Eccleſiæ,
" cum in terra conuerſatus eſt & nunquam ſubduxit præſentiam ſuam ab
" Eccleſia, ſeu aſſiſtentiam; alioquin verax non eſſet in promiſſis. Quibus
" dicebat, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem*
" *ſeculi*, Matth. vltim. Cum ergo fuit & non deſijt eſſe, ergo ſequitur
" quod adhuc eſt caput Eccleſiæ, cum ſe non ſubduxerit à regimine ipſius.
" Ad quod clarius oſtendendum, in capite poſſumus tria conſiderare ſe-
" cundum B. Tho. in 3 part. quæſt. 8. art 1. ſcilicet ordinem, perfectionem,
" & virtutem, ordinem quia caput eſt prima pars hominis, incipiendo à ſu-
" periori: Et inde eſt quod omne principium conſueuit vocari caput, ſe-
" cundùm illud, Ezech. 16. *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis*
" *tuæ.* Perfectionem autem, quia in capite vigent omnes ſenſus interiores,
" exterioreſque, cum in cæteris ſit ſolus tactus, & inde eſt quod dicitur,
" Iſa. 9. *Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput.* Virtutem verò, quia virtus
" & motus & gubernatio cæterorum membrorum in ſuis actibus eſt à ca-
" pite propter vim ſenſitiuam & motiuam ibi dominantem. Vnde *Rector*
" dicitur, *caput populi*, ſecundùm illud 1. Reg. 15. *cum eſſet paruulus in oculis*
" *ſuis, caput in Tribubus factus es.* Hæc autem tria competunt Chriſto ſpiri-
" tualia. 1. Enim ordinem habet ratione propinquitatis ad Deum, & ideo
" prior & gratiâ altior, quia omnes alij acceperunt gratiam per reſpectum
" ad gratiam ipſius, ſecundùm illud Rom. 8. *Quos præſciuit, hos & prædeſti-*
" *nauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fra-*
" *tribus.* 2. Perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gra-
" tiarum, ſecundùm illud Ioan. 1. *Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis.*
" 3. Virtutem habet influendi gratiam in omnia, membra Eccleſiæ ſecun-
" dum illud, Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus:* Hæc B. Thomas.
" Ex quibus manifeſtè oſtenditur Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ; igitur pri-
" ma pars Concluſionis vera.

" Secunda pars Concluſionis, quæ plus videtur habere ambiguitatis, ſic
" oſtenditur; dicitur enim in cap. *ita Dominus*, 19. diſt. quod Dominus Ieſu
" C. munus poteſtatis Clauium ita ad omne Apoſtolorum officium perti-
" nere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum ſummo principaliter
collocaret,

collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Ecce dicit Petrum & per conſequens quemlibet ſucceſſorum ſuorum caput Eccleſiæ, de quo etiam in cap. *Fundamenta* de Elect. lib. 6. Nec poteſt hoc intelligi de capite vero, vt Papa dicatur verum caput Eccleſiæ, cum Chriſtus ſit verum caput Eccleſiæ ex prima parte Concluſionis, eſſet namque Eccleſia biceps aut bicipitalis & monſtruoſa, ſi haberet duo capita æquè prima. Vnde ſicut Papa non dicitur Epiſcopus vniuerſalis Eccleſiæ, vt in *ca. Ecce* 99. diſt. quia ſic Eccleſia vniuerſalis diceretur vacare, mortuo Papa, quod dicere eſt ridiculum, ſic etiam non dicitur verum caput Eccleſiæ, quia eo decedente, videretur eſſe Acephala: Dicitur ergo caput ſecundùm quandam metaphoram: ablato enim capite à corpore, deſinit vita Corporis; & tamen ablato Papa ab Eccleſia, non ceſſat vita Eccleſiæ, cum Eccleſia ſinè Papa viuat: Solus igitur Chriſtus eſt caput Eccleſiæ dans ei ſenſum & motum & omnem ſpiritualem influxum, vnde & ſcriptura Euangelij cum faceret mentionem de abſciſſione membrorum ſcandalizantium, commemorauit oculum, manum & pedem, Matth. 5. & 18. *Si oculus tuus ſcandaliſat te, &c.* & nunquam fecit ſcriptura mentionem de capite ad innuendum quòd verum caput & immediatum Eccleſiæ eſt Chriſtus quod non poteſt Eccleſia ſcandalizare, & ita nec reijci. Papa verò poteſt Eccleſiam ſcandalizare. Si ergo ipſe eſſet caput Eccleſiæ, verum etiam dictum fuiſſet de capite abſcindendo, ſicut de oculo vel de manu. 1440.

Vnde conſiderandum eſt quod Eccleſia vniuerſalis conſideratur dupliciter. Vno modo, *vt eſt corpus myſticum*; iſto modo conſideratur provt à Chriſto regitur donis & Kariſmatibus gratiarum, quæ eſt corpus verum viuens ſemper vita ſpirituali, fide & charitate; quanquam Chriſtus eam vt ſponſam ſuam reſpicit & gubernat, nec permittit eam maculari & à ſe ſeparari, quia ſibi ſpecialiter aſſiſtit defendens eam ab erroribus. Et iſto modo propriè caput Eccleſiæ eſt Chriſtus, iuxta regulam Apoſtoli ad Epheſ. 1. Alio modo conſideratur Eccleſia, *vt eſt corpus politicum*, ſecundùm quod conſideratur ſicut alia Communitas, aut Societas Politica, quæ etiam abſque influxu gratiarum & Kariſmatum, ac ſpeciali Chriſti aſſiſtentia, quantum eſt ex humano Iudicio, poteſt debitè regi humana, aut diuina lege; iſto modo poſſet dici, quod Papæ competeret dici caput Eccleſiæ: ſed provt Eccleſia eſt corpus myſticum, non propriè ſibi competit eſſe caput Eccleſiæ, ſed poſſet dici Vicarius & Miniſter capitis. Conſtat enim quod ei non conueniunt conditiones capitis, ſcilicet quod influat in Eccleſiam ſenſum & motum gratiarum & donorum ſpiritualium, nec efficienter vt Deus; nec meritoriè & excellenter, vt Chriſtus.

Et vt appareat ſecundùm quam conditionem conueniat Papæ eſſe caput Eccleſiæ, & ſecundùm quem influxum, pro iſto, notat B. Thomas in **3. p q. 8. art. 6. in Reſponſione principali, quod caput in aliqua membra** influit dupliciter, vno modo, quodam intrinſeco influxu provt virtus motiua & ſenſitiua à capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo ſecundùm quandam exteriorem gubernationem, provt ſecundum viſum & alios ſenſus qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior igitur influxus gratiæ non eſt ab aliquo, niſi à ſolo Chriſto cuius humanitas ex hoc quod eſt diuinitati coniuncta, habet virtutem iuſtificandi. Sed influxus in membra quantum ad exteriorem gubernationem poteſt alijs conuenire. Et ſecundùm hoc aliqui alij poſſunt dici capita Eccleſiæ, ſecundùm illud Amos 6. *Optimates capita populorum*; differenter tamen à Chriſto. 1. Quidem quantum ad hoc, quod Chriſtus eſt caput omnium eorum qui ad Eccleſiam pertinent ſecundùm omnem locum & tempus & ſtatum. Alij autem homines dicuntur capita ſecundùm quædam ſpecialia loca, ſicut Epiſcopi ſuarum Eccleſiarum, vel ſecundùm determinatum tempus, ſicut Papa eſt totius Eccleſiæ caput, ſecundùm tempus ſui Pontificatus, & ſecundùm determinatum ſtatum, provt ſcilicet eſt in ſtatu viatoris. Etiam quia Chriſtus eſt caput Eccleſiæ

" propria virtute & authoritate. Alij autem dicuntur capita, in quantum
1440. " gerant vices Chriſti ſecundùm illud 2. Corinth. 2. *Nam & ego quid donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti.* Et 2. Corinth. 5. pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Hæc B. Thomas. Ex qua authoritate apparet, quod Papa ſit caput Eccleſiæ ratione influxus exterioris gubernationis ſecundùm determinatum tempus & ſtatum; ſed non eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſupra oſtenſum eſt, neque etiam Concilij generalis ipſum repræſentantis, ſed bene reſpectu Eccleſiarum partialium & ſingularium membrorum Eccleſiæ. Quod non ſit caput Concilij generalis, patet. Eccleſia enim provt conſideratur in Concilio generali, potius ſe habet vt Corpus myſticum, quàm vt Corpus politicum; Chriſtus enim ibi aſſiſtit in medio adiuuans & defendens & influens ſuam gratiam & dirigens in agendis approbando & confirmando ſententiam quæ fit à Concilio, propter quod facta Concilij attribuuntur Spiritui ſancto, Act. 15. vbi dicitur. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* Ex quo apparet quod Spiritus S. ſimul operatur & iudicat cum his qui ſunt in Concilio; conſtat autem quod hæc reſpiciunt Eccleſiam, vt eſt Corpus myſticum, & quod procedunt ex influxu gratiarum & Kariſmatum ſanctus Spiritus. Non ergo poteſt dici quòd Papa ſit caput Concilij, cùm principale agens ſcilicet Chriſtus ibi per ſe & immediatè operetur, & ideo non eſt opus ibi facere aliquam mentionem de inſtrumento. Si enim Papa diceretur caput Concilij & haberet poteſtatem coërcitiuam, ceſſaret libertas quæ requiritur in Concilijs ad dandum vota, quia *vbi Spiritus Domini, vbi libertas*, vt dicit Apoſtolus. Nec obſtat quòd dicitur Papam habuiſſe interdum præſidentiam in Concilijs generalibus, vt in capit. *In nomine Domini*, 23. diſt. & in cap. *ad Apoſtolicæ*, de *re Iudic.* lib. 6. & in alijs Iuris concordantijs. Illa enim Iura & alia ſimilia intelligenda ſunt de honoraria poteſtate ad beneplacitum Conciliorum ei data. Facit ad hoc dictum capitulum, *in nomine Domini*, vbi dicebat Nicolaus Papa, *ſi Placet fraternitati veſtræ.* Et ita in cap. *ad Apoſtolicæ.* poterat habere præſidentiam ex conceſſione & permiſſione Concilij, vel ex tolerantia Patrum. Conſtat enim quod in pluribus vetuſtiſſimis Concilijs Papa non fuit Præſidens, vt patet in illis in quibus Rom. Pontifices non faciebant definitiones, ſed ipſum Concilium per ſe, dicendo *Placuit Concilio*, vt patet in capitulis quæ incipiunt, *Placuit*, de *Conſec.* diſt. 4. Et in pluribus alijs, & in Concilio Apoſtolorum 4. de quo Act. 15. Petrus licet fuerit præſens, ſententiam tamen non pronunciauit, ſed Iacobus dicens, *Placuit Apoſtolis & ſenioribus & omni Eccleſiæ.* Vnde & in Concilio Baſileenſi cum Legati Papæ veniſſent Baſileam, anno Domini 1434. Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem, Archiepiſcopus Tarentinus, Epiſcopus Paduanus & Abbas S. Iuſtinæ qui præſentatis litteris adhæſionis, quibus **ipſe Eugenius tunc Papa approbauerat Concilium & ei adhæſerat, poſt** primam reuocationem retractando & corrigendo omnia per eum prius indebitè facta, & peterent ſe admitti ad præſidentiam nomine Papæ, vigore literarum quas habebant, non fuerunt ſtatim admiſſi; ſed dati fuerunt Doctores in magno numero de toto orbe peritiſſimi, qui reuolutis ſcripturis & ſacris Canonibus, deliberare deberent, an ipſi Præſidentes eſſent admittendi ad præſidentiam authoritatiuam & coërcitiuam, provt petebant, qui in deliberatione perſiſtentes per tempus ſatis notabile, viſum eſt ipſis quod non admitterentur ad præſidentiam authoritatiuam & coërcitiuam. Ex poſt ventum eſt ad deputationes, & ſcrutatis ſingulorum votis concluſum eſt iuxta deliberationem illorum. Et ex poſt facta ſeſſione publica præſente Sigiſmundo Imperatore in apparatu Imperiali & Electoribus Imperij, vbi aderant Cardinales in notabili numero, tres Patriarchæ, Ambaſſiatores Regum & Principum, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates in maximo numero de ſingulis Nationibus, Nuncij ſtudiorum generalium & Doctores Legis diuinæ & humanæ in maximo numero de toto orbe peritiſſimi, decertatum eſt in illa Seſſione publica,

quod DD. Præſidentes non eſſent admittendi, nec admittebantur nomine Papæ cum poteſtate coërcitiua, vel cum præſidentia authoritatiua, ſed ſicut alia ſuppoſita Concilij, repræſentantia tamen perſonam Papæ. Qui Præſidentes ſic admiſſi præſtiterunt iuramentum Concilio ſicut alia Suppoſita Concilij facere conſueuerant. Nec illi Decreto tunc facto contradicebant: nec aliquis tunc Papæ nomine contradixit. Primò nedum ipſi, ſed & ipſe Papa idem Decretum tunc factum ſicut & omnia alia Decreta facta & fienda approbauit expreſsè. Ex quibus patet, vt ſupra dictum eſt, ipſum non eſſe caput vniuerſalis Eccleſiæ, neque Concilij generalis ipſam repræſentantis. Sed bene eſt caput reſpectu Eccleſiarum particularium & ſingularium membrorum Eccleſiæ reſpectu quorum dicitur habere plenitudinem poteſtatis cum ſit Vcarius Chriſti. 1440.

Vnde ne ſuæ poteſtati per hoc videatur derogatum eſſe aliquid, de ea commemoremus. De eius namque poteſtate dicit B. Thomas in Tractatu contra Errores Græcor. in cap. 66. vbi eum aſſerit Pontificem primum & maximum inter omnes Epiſcopos, & allegat Chryſoſtomum ſuper illud Matth. 18. *Acceſſerunt ad Ieſum Diſcipuli dicentes, Quis putas maior eſt in regno cœlorum?* Vbi dicit Chryſoſtomus, *quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quodiam in ſe occultare non poterant, & timorem cordis non ſuſtinebant in eo quod viderunt Petrum ſibi præferri & præhonorari.* Item allegat B. Thomas ad idem Chryſoſtomum, ſuper Act. Apoſt. dicentem: Petrus eſt vertex ſanctiſſimus veri Apoſtolici chori *Paſtor bonus.* Et ſi ſic, ergo & quilibet eius ſucceſſor. Iem ad idem eſt B. Thomas in præfato Tractatu, cap. 67. allegans Chryſoſtomum ſuper Matth. dicentem, *Filius qui Patris eſt, poteſtatem Petro vniuerſalium conceſſit vbique terrarum: Et homini mortali* omnium quæ *in cœlo ſunt, dedit authoritatem, dando & claues ad hoc vt Eccleſiam vbique terrarum amplificet.* Et ſuper Actus Apoſtolorum dicit idem. *Petrus à filio ſuper omnes qui filij ſunt, poteſtatem accepit, non ſicut Moyſes in Gente vna, ſed in vniuerſo orbe.*

Item pro hac authoritate Papæ eſt authoritas Cyrilli Hieroſolymitani Patriarchæ, quem allegat B. Thomas in prædicto Tractatu contra Græcorum errores, cap. 79. qui dicit ex perſona Chriſti ad Petrum. *Tu cum fine & ego ſine fine, cum omnibus quos loco tui ponam plenè & perfectè Sacramento & authoritate ero, ſicut & ſum tecum.* Ad idem eſt Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus in lib. Theſaurorum quem allegat B. Tho. ibidem, qui dicit *quod Apoſtoli in Euangelijs & Epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco Domini in eius Eccleſia*, eidem dantes locum in omni Concilio & Synagoga, in omni electione & confirmatione. Et infra. *Cui ſcilicet Petro omnes iure diuino caput inclinant & Primates mundi, ipſi tanquam Domino omnes obediunt:* vnde Chryſoſtomus ex perſona Chriſti, dicit; *Paſce oues meas*, id eſt, *loco mei eſto præpoſitus fratrum.* Cuius poteſtatem admirans B. Auguſt. in ſermone de Apoſtolis, dicit, *Quis*, inquit, *plebium piſcatorem Apoſtolorum crederet fieri Principem,* Regibus obſiſtere, Regem ſanctificare, Regnis omnibus imperare, mundum legibus firmare, dæmonem ſub pedibus calcare. Magna poteſtas eius eſt quia totius orbis obtinuit principatum, 9. quæſt. 3. *Cuncta per mundum.* Cuius ſedes à Domino primatum obtinuit 22. diſt. *Sacroſancta.* Et ideo ei, etiam ſi peccator ſit, ab omnibus obediendum eſt: quandiu enim ab Eccleſia toleratur, ſanctiſſimus dicitur, non quidem ex vitæ merito, ſed ex ſanctificandi officio, provt hoc clarè deducit Auguſtinus de Anchona in lib. de Eccleſiaſtica poteſtate, quæſt. 4. art. 2. vnde Gloſſa ſuper illo verbo 1. Corinth. 3. *Siue Cephas*, dicit quoniam maximus eſt; quia igitur maximus & ſummus eſt, non poteſt ab aliquo homine iudicari, 9. q. 3. *Facta.* Vbi dicitur, *facta ſubditorum non iudicantur à nobis, noſtra verò à Domino iudicantur.* Et in cap. *aliorum*, ibidem dicitur, *aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.* Et hoc eſt quod quotidie dicitur, *quod Papa non habet ſuperiorem in terris.* Sed hæc intelligenda ſunt in reſpectu ad Eccleſias particulares & membra

1440. & „ ſingularia Eccleſiæ, quoniam iudicari poteſt ab Eccleſia vniuerſali & à „ Concilio generali ipſam repræſentante in caſu hæreſis & notorij ſcan. „ dali, & ſic de alijs, vt infra videbitur. Ex his igitur apparere poteſt ex „ quo ſenſu Papa dicitur caput Eccleſiæ, & quam poteſtatem habere di- „ citur ſuper membra Eccleſiæ vniuerſalis, de cuius poteſtate etiam infra „ dicendum erit. Et tantum de ſecunda Concluſione.

„ Et quoniam Eccleſia vniuerſalis habens ſic vt prædicitur Chriſtum pro „ capite vero & immediato, ſummum verò Pontificem pro Capite Vicario „ & Miniſteriali, nunquam poteſt eſſe ſimul congregata in vnum: Nam „ Eccleſia conſtat ex præteritis præſentibus, & futuris fidelibus in diuerſis „ Mundi partibus conſtitutis. Præterita ſunt tranſlata, futura nondum ad- „ uenerunt, præſentia ſunt locorum diſtantia ſeparata. Vnde nunquam le- „ gimus totam vniuerſalem Eccleſiam in vna congregatione fuiſſe vnitam. „ Quædam enim eius membra ſunt in potentia, quædam in actu: Conſti- „ tuitur namque Eccleſia ex omnibus membris quæ ſunt, erunt & fuerunt „ & quæ nunquam ſimul fuerunt, nec erunt à principio mundi vſque ad „ finem, nec quantum ad eſſe naturæ, neque quantum ad eſſe gratiæ, vt „ dicit B. Thomas in 3. p. qu. 8. art. 3. in Reſponſione principali. Quæ qui- „ dem membra inuicem in vna fide & in vnitate Sacramentorum iuncta „ vnam faciunt Eccleſiam Catholicam, quorum omnium caput eſt Chri- „ ſtus ex Concluſione præcedenti, quæ continuatur in ſuis membris; licet „ diſtinguatur in militantem & triumphantem. Quæ Eccleſia militans „ areæ comparatur iuxta illud, Luc. 9. *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & „ igne, cuius ventilabrum in manu eius & purgabit aream ſuam, & congregabit „ triticum in horreum ſuum, paleam autem comburet igni inextinguibili.* Vnde „ B. Auguſt. in lib. de fide ad Petrum: *Firmiſſimè tene & nullatenus dubites, „ Aream Dei eſſe Eccleſiam Catholicam, & in ea vſque ad finem ſeculi frumento „ permixtas paleas contineri, &c.* Ex quibus patet Eccleſiam Catholicam „ compoſitam ex bonis & malis, præteritis præſentibus & futuris, vt etiam „ ſupra dictum eſt: vnde conſtat ipſam non poſſe in vnum ſimul actualiter „ congregari ex omnibus membris eius, & ita ex quo congregari non po- „ teſt, nequit exire in actum executionemque actualis iuriſdictionis, quam „ habet authoritatiuè & in habitu, dum congregata non eſt. Ideo vt poſſit „ exire in actum executiuum ſuæ iuriſdictionis & poteſtatis, oportet eam „ interdum congregari in ſuis certis ſuppoſitis & membris principaliori- „ bus & alijs: quod fieri poteſt & fit in Concilio generali legitimè congre- „ gato ipſam repræſentante. Et ideo ad hoc propoſitum ſit hæc

De poteſtate Concilij.

„ TErtia Concluſio. Quodlibet Concilium generale in Spiritu ſancto „ legitimè congregatum repreſentat vniuerſalem Eccleſiam, & habet „ poteſtatem immediatè à Chriſto. Hæc Concluſio non eget magna pro- „ batione, cum fundamentum & probationem ſumat ex decreto Concilij „ generalis Conſtantienſ. cuius verba ſunt iſta in forma, ne in ſequentibus ſit „ ea opus reſumi. *Hæc S. Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens & vni- „ uerſalem Eccleſiam repræſentans declarat quod ipſa poteſtatem habet immedia- „ tè à Chriſto, cui quilibet cuiuſlibet ſtatus, conditionis vel dignitatis, etiamſi Pa- „ palis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem Schiſ- „ matis & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Item declarat quod Qui- „ cunque cuiuſcunque conditionis, ſtatus vel dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, qui „ mandatis, ſtatutis & ordinationibus ſeu præceptis huius ſacræ Synodi & cuiuſcun- „ que alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea per- „ tinentibus factis, vel fiendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, „ condigne pœnæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſuffragia, ſi „ opus fuerit, recurrendo.* Iſta eſt Conſtitutio ſacri Concilij Conſtantienſis „ quæ ſufficere debet cuilibet Credenti ad aſſentiendum huic Concluſio- „ ni, cum ſit dictum vniuerſalis Eccleſiæ, cui ſancti Doctores dicta ſua

ſubmittebant, quia quidquid approbat, tenendum eſt; quidquid verò reprobat, fugiendum: vnde, nec Aug. dicit ſe velle credere Euangelio, niſi eum authoritas Eccleſiæ commoueret. Et B. Hieronymus in diſputationibus contra Luciferianum dicit, *Poteram hoc vnico ſole omnium tuarum diſputationum riuulos exſiccare*, vocat autem vnicũ ſolem, autoritatem Eccleſiæ. Præterea ſi Concilium generale non repræſentaret vniuerſalem Eccleſiam, non rectè dixiſſet Iacobus, Act. 15. *Placuit Apoſtolis & ſenioribus & omni Eccleſiæ, &c.* Conſtat enim quod ibi non fuerat omnis Eccleſia, eo quod humano modo loquendo non eſt poſſibile eam congregari in vnum locum. Nefas autem eſt dicere quod illud rectè dictum non fuerit: cum & illius Concilij facta attribuantur Spiritui ſancto, qui Spiritus ſanctus, cum ſit Spiritus veritatis, errare non poteſt, cum ſit Deus. 1440.

Sed quod Concilium generale habeat poteſtatem immediatè à Chriſto, manifeſtum eſt ex verbis Chriſti qui dicebat Collegio Apoſtolorum, *vbi duo, vel tres in nomine meo congregati fuerint, in medio eorum ſum*, Matth. 18. Nec adeſt ſine authoritate & poteſtate, cum nulla creatura ſine eo dicatur aliquid poſſe, quanto magis eum intereſſe credendum eſt turmis Sanctorum modo ſingulari vt influat in eos gratiam Spiritus ſancti, propter quod dicebat Celeſtinus Papa in Epiſt. ad Synodum Epheſ. *Spiritus ſancti præſentiam indicat congregatio Sacerdotum, nec ibi putanda eſt deeſſe diuinitas Trinitatis, quæ ſanctificat Concilium & ſanctum reddit.* Dicit enim Iſidorus in lib. Conciliorum, in Geſtis tertiæ Synodi Tolet. ponens verba Cœleſtini Papæ, *valde neceſſarium eſſe proſpexi veſtram in vnum conuenisſe multitudinem his ſententiæ diuinæ verbis, quæ dicit vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, &c. Credo, enim beatam S. Trinitatis diuinitatem intereſſe huic ſacro Concilio & ita tanquam ante conſpectum Dei, in medio veſtrum fidem meam protuli.* Hæc ille. Si ergo in Concilio eſt diuinitas Chriſti quæ eſt eadem totius Trinitatis, quis dicat poteſtatem Concilij immediatè non à Chriſto procedere? Nemo, inquam, dicit niſi hoſtis Eccleſiæ. Quis dicat Concilium non eſſe ſanctum vbi eſt diuinitatis ſingularis aſſiſtentia, etiamſi Prælati in eo interdum ſint mali, qui non obſtante deformi vitâ eorum adhuc poſſunt tractare & definire ea quæ ſunt fidei & ſalutis, cum non ipſi ſint qui loquuntur, ſed Spiritus Patris cœleſtis qui loquitur in eis: ſi enim propter vitia loqui veritatem pro vtilitate & ſalute Eccleſiæ non poſſent, iam portæ inferi prævalere aduerſus Eccleſiam viderentur: quod obſiſtit irrefragabili ſententiæ Chriſti qua dictum eſt. *Et portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam*, Matth. 16. Vnde & Balaam miſſus per Regem Baloch maledicere populo Domini, non maledixit, ſed benedixit dicens Regi, *Non poſſum aliquid loqui niſi quod iuſſerit Dominus*, & infra dicitur: Cui cum Dominus occurriſſet, poſuit verbum in ore eius. **Num. 23. Et ibid. 24. dicebat Balaam**, *ſi dederit mihi Baloch plenam domum argenti & auri; non potero præterire ſermonem Dei mei, vt vel boni, quid vel mali proferam ex ore meo, ſed quidquid Deus dederit, hoc loquar.* Et ſi ſic eſt, quanto magis credendum eſt, quod Dominus aſſiſtens Concilio generali iuxta promiſſionem ſuam modo ſingulari, ponat verbum in ore illorum qui pro ſalute & fide membrorum eius conuenerunt in nomine eius pro qua fide ipſe orauit Patrem. Eſtque pro ſua reuerentia exauditus, vt dicit Apoſtolus ad Hebr. 5. Cum ergo aſſiſtat Concilio generali, vt caput & Rector eius & ſui præſentia ſanctificet illud, non permittit ibi fieri contrarium fidei, aut ſaluti Eccleſiæ ſuæ. Sanctum igitur dicitur Concilium propter hæc quæ dicta ſunt: quem titulum quodlibet Concilium generale etiam ex vſu Eccleſiæ habente fundamentum ex ſcriptura & ex vſu Roman. Pontificum ſibi iam expreſsè adſcripſit. Dicitur enim in titulo cuiuſlibet Concilij generalis, *Sacroſancta generalis Synodus, &c.* quem titulum approbat totus Orbis; ſummique Pontifices ſcribentes Concilio in ſuis litteris eodem titulo iam vtuntur. Quia igitur ſanctum eſt & ſanctitatem habet à Chriſto, & quia ſanctam Eccleſiam

1440 „ repræſentat, meritò dicitur poteſtatem habere à Chriſto, qui eſt Rector
„ eius, à quo in ipſum dona profluunt & Kariſmata gratiarum. Et tantum
„ de tertia Concluſione.
„ Et quoniã Eccleſia vniuerſalis & Concilium generale, ipſam repræſen-
„ ſentans poteſtatẽ habet immediatè à Chriſto ex Concluſione præcedenti,
„ & ideo vt cognitum ſit quæ & qualis ſit iſta poteſtas Eccleſiæ vniuerſalis &
„ Concilij generalis ipſam repreſentãtis, ſit hæc Cõcluſio 4. *Poteſtas Eccleſiæ*
„ *vniuerſalis ac etiam cuiſlibet Concilij generalis legitimè congregati ipſam repræ-*
„ *ſentantis ſuperior eſt poteſtate Papæ & qualibet alia poteſtate in terris. Cui qui-*
„ *libet cuiuſcunque dignitatis ſtatus aut conditionis etiamſi Papalis exiſtat, obe-*
„ *dire & ſubeſſe tenetur: Et ſi non obedierit, poterit condigna animaduerſione pu-*
„ *niri.* Iſta Concluſio eſt fundamentum huius totius negotij. Et ideo circa
„ probationem eius erit diutius immorandum. Et antequam accedatur ad
„ probationem eius, hoc prius præmittendum eſt, quod ſicut Deus cuili-
„ bet creaturæ dedit certam periodum quâ determinatur ad durandum in
„ ſuo eſſe, & propriam virtutem innatam & intrinſecam quâ poſſit corrum-
„ pentibus ſe reſiſtere & ſe conſeruare in eſſe: ex quo ſecundum Damaſ-
„ cenum impoſſibile eſt ſubſtantiam eſſe expertem operationis naturalis: &
„ 4. meteor, dicitur, omne ens habet aliquam operationem per quam dum
„ poteſt, dicitur tale, &c. Ita & Eccleſiæ ſuæ quam voluit durare vſque
„ in finem ſeculi, dedit virtutem & poteſtatem, qua poſſit ſe in ſuo eſſe
„ regere & tueri & conantibus ad ſui deſtructionem reſiſtere; quod vide-
„ tur notari in verbis de Eccleſia dictis à Chriſto in ſua fundatione: cum
„ enim dixiſſet quod ſuper ſe Petram ædificaret Eccleſiam, ſtatim ſubiun-
„ git, *Et Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*: quaſi ſignificaret, quod
„ eo ipſo quod ædificata ſit, habet in ſe virtutem & poteſtatem ſe conſer-
„ uandi in eſſe & contrarijs reſiſtendi. Vnde de ea dicitur in Canticis, *Quia*
„ *eſt terribilis, vt Caſtrorum acies ordinata*, quomodo autem eſſet terribilis,
„ ſi huiuſmodi virtute careret. Et ſi vt dicunt quidam, licet erronèe, hu-
„ iuſmodi poteſtatem haberet ab extra, vt à ſummo Pontifice, cuius po-
„ teſtatem ſuper Eccleſiam vniuerſalem efferre videntur, quod falſum
„ eſt, Sequeretur ergo ex hoc quod deficere poſſet. Cum enim non ſit eſſen-
„ tialis dependentia Eccleſiæ ad Papam, qui pro ſuæ dignitatis officio te-
„ netur eam tueri & defendere, ſi Papa moritur, vel eam tueri nolit, ſi
„ tunc Eccleſia huiuſmodi virtutem non habeat, ſequitur quod tandem
„ deficere poſſit, quod ſentire eſt inſanum. Papa ergo non extante, habet
„ Eccleſia virtutem & poteſtatem quam per creationem Papæ quæ fit ex
„ ordinatione Eccleſiæ, non perdit, quam poteſtatem à Chriſto ad ſui regi-
„ men & conſeruationem accepit, principia quippe eſſendi non conſeruan-
„ di in ſuo eſſe. Hæc autem poteſtas iuxta doctrinam Apoſtoli, 1. Cor. 12.
„ videtur omnibus ineſſe membris ſiue toti corpori, non autem vni mem-
„ bro tantum. **Dicit enim Apoſtolus, *Corpus non eſt vnum membrum, ſed mul-***
„ *ta. Si dixit pes, quia non ſum manus, non ſum de corpore, non ideo non eſt de*
„ *corpore. Et ſi dixerit auris quia non ſum oculus, non ſum de corpore, non ideo non*
„ *eſt de corpore. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Et ſi totum auditus, vbi odo-*
„ *ratus? Nunc autem Deus poſuit membra vnumquodque eorum in corpore ſicut*
„ *voluit. Quod ſi omnia eſſent vnum membrum, perit corpus? Nunc autem multa*
„ *quidem membra, vnum verò corpus non poteſt dicere oculus manui, opera tua*
„ *non indigeo, aut iterum caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij.* Et infra. *Sed*
„ *tentauit Deus corpus vt non ſit Schiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicem*
„ *ſollicita* ſunt membra de membro, *Et quoſdam quidem Deus poſuit in Ec-*
„ *cleſia 1. Apoſtolos 2. Prophetas 3. Doctores, &c.* Apparet igitur ex autho-
„ ritate iunctis his quæ Apoſtolus, dicit ad Epheſ. 4. *Quod poteſtas Eccleſiæ*
„ *ſeipſam conſeruandi, regendi & tuendi* inſit Corpori, ſiue omnibus mem-
„ bris ſimul, non autem quod ex vnico membro dependeat in totum. Vnde
„ videtur hæc poteſtas eſſe in Eccleſia, non ſicut in quodam toto integra-
„ li aut vniuerſali, cuius eſſentia & virtus participetur à ſingulis partibus
„ ſubiectiuis, ſed ſicut in quodam toto poteſtatiuo, quemadmodum virtus

exercendi actus, id eſt operationes animæ, eſt in ipſa anima & ſuis po- 1440.
tentijs ſicut in quodam toto poteſtatiuo: quæ poteſtas, ſeu virtus non
reperietur adæquatè in aliqua ſuarum potentiarum, vel in vna princi-
paliter; ita vt ab illa totaliter alijs communicetur, ſed eſt in omnibus
ſimul potentijs ex virtute vnius animæ Sic videtur in Eccleſia eſſe hu-
iuſmodi poteſtas; quæ autem ſit hæc poteſtas Eccleſiæ ad ſe regendum
& conſeruandum, eſt communis ſententia Doctorum, quia eſt poteſtas
clauium, videlicet diſcernendi, & poteſtas iudicandi, ligandi & ſoluendi
quæ quidem poteſtas tantæ excellentiæ eſt, quod tota vniuerſitas homi-
num illam concedere non poteſt; ſed illam à ſolo Deo accepit Eccle-
ſia. Patet, nam in poteſtate communitatis in multitudine hominum eſt
aliquem, vel aliquos ex ſeipſis relegare & à ſua Societate ſeparare; ſed
quod ille qui ab eorum ſocietate excluditur, eo ipſo ſit ſeparatus à ſo-
cietate Dei & Angelorum, hoc non eſt in hominis poteſtate; poteſtas
autem clauium ad hoc ſe extendit, vt quæ ligantur in terris, ligata ſint
& in cœlis, Matth. 18. Et licet ſint aliæ poteſtates in Eccleſia, vt conſe-
crandi Corpus Chriſti & abſoluendi à peccatis & ſic de alijs, hic tamen
principaliter intenditur de iudiciaria poteſtate, an ſit penès Eccleſiam
principaliter, an penès Papam principaliter, vt quidam dicunt, & cuius
iudicio potius ſtandum eſt.

Ad probandum igitur hanc Concluſionem, aſſumenda eſt quadruplex
probatio. Prima erit ex ſcriptura Euangelij & ex ſcriptura Doctorum
ſanctorum ab Eccleſia approbatorum & etiam ex ſcriptura ſacrorum
Conciliorum vetuſtiſſimorum. Secunda probatio erit ex ſignificatione
nominis ac rei per illa ſignificatæ quæ in ſacra ſcriptura dicuntur de Ec-
cleſia. 3. Probatio erit ex conditione huiuſmodi poteſtatis provt eſt in
Eccleſia & in Papa. 4. Approbatio erit ex habitudine, cauſarum ſcili-
cet finalis, efficientis, formalis & materialis.

Quantum ergo ad primum, occurrit illa authoritas quæ expreſsè loqui-
tur de hac poteſtate, Matth. 16. *Tibi dabo claues Regni cœlorum, & quod-
cunque ligaueris ſuper terram, &c.* Hæc autem authoritas Euangelij provt
ſancti Doctores exponunt, verbum eſt potius promiſſionis quam con-
ceſſionis. Et cum illi cenſeatur illa poteſtas promiſſa cui fuit con-
ceſſa, nunquam verò reperiatur quod per hæc verba Chriſtus ſoli Petro
hanc poteſtatem conceſſerit; ſed ipſi Eccleſiæ provt eſt 1. Matth. 18.
Quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis, &c. Ergo ſequi-
tur quod hæc poteſtas clauium non ad ſolam perſonam Petri & ſuos ſuc-
ceſſores; ſed principaliter ad Eccleſiam pertinet, cui per eadem verba
legitur conceſſa, quod patet ex ſerie textus Euangelij: Conſtat enim
quod Chriſtus omnes diſcipulos ſimul, non autem ſolum Petrum interro-
gauit, & Petrus quaſi omnium eandem exprimens intentionem reſpon-
dit & Chriſtus ſic reſponſionem accepit, quod manifeſtè Lucas Euange-
liſta teſtatur in cap. 9. ſic referens: *dixit autem illis, Vos autem quem me
eſſe dicitis? reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei.* Et ille increpans
illos, *præcepit ne cui dicerent.* Cum ergo ſecundùm Rabanum & alios Do-
ctores propter meritum confeſſionis fidei ſit dictum verbum poteſtatis,
confeſſio autem fuerit non ſolum Petri, ſed omnium Apoſtolorum, quia
dicit, *Præcepit ne cui dicerent*, ſequitur quod authoritas poteſtatis ad om-
nes Apoſtolos & eorum ſucceſſores dicitur pertinere & per conſequens
hæc authoriras principaliter ad Eccleſiam ſpectat. Hoc autem patet ex
ijs quæ poſtea dicuntur in Euangelio. Nam deinceps legitur quod de
maioritate fuit tribus vicibus contentio inter Apoſtolos, Matth. 18. &
20. & Lucæ 22. non autem de hac re totiens contendiſſent, ſi intellexiſ-
ſent per prædicta verba. *Tu es Petrus, & tibi dabo claues.* Vel per illa, *Tu
vocaberis Cephas*, ſoli Petro, aut ei principaliter regendi Eccleſiam fuiſ-
ſe traditam poteſtatem.

Ne autem iſte ſenſus Scripturæ videatur eſſe noua doctrina, vel dica-
tur eſſe excogitatus nouiter, patet manifeſtè per authoritates Sanctorum

1440. „ Doctorum exponentium verba prædicta, qui dicunt quod cum Petrus „ claues accepit, S. Eccleſiam ſignificauit quodque Eccleſia à Chriſto claues „ accepit propriè, Petrus autem figuratiuè. Vnde Beat. Aug. ſuper Ioan. „ ſerm. 125. loquens de Eccleſia inquit, *huius Eccleſiæ Apoſtolus Petrus pro-* „ *pter Apoſtolatus ſui primatum gerebat figurata generalitate perſonam. Quod* „ *enim ad ipſum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtia-* „ *nus, abundantiori gratia vnus idemque Apoſtolus.* Sed quando ei dictum eſt, „ *Tibi dabo Claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram*, &c. „ *vniuerſam ſignificauit Eccleſiam*, quæ in hoc ſeculo diuerſis tentationibus „ velut imbribus, fluminibus & tempeſtatibus quatitur, & non cadit quo- „ niam fundata eſt ſuper firmam Petram. Vnde Petrus nomen accepit. „ Non enim Petra à Petro, ſed Petrus à Petra, ſic non Chriſtus à Chri- „ ſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur, ideo quippe ait Dominus, *ſu-* „ *per hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, quia dixerat Petrus, *Tu es Chri-* „ *ſtus filius* Dei viui, *ſuper hanc* ergo, inquit, *Petram quam confeſſus es, ædifi-* „ *cabo Eccleſiam meam, Petra enim erat Chriſtus*; ſuper hoc fundamentum „ quippe aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt „ Chriſtus Ieſus. Eccleſia ergo quæ fundatur in Chriſto, claues regni „ cœlorum ab eo accepit in Petro, id eſt, poteſtatem ſoluendi, ligandique „ peccata. Hoc B. Aug. & ſunt eius verba ſicut ponuntur in forma prout „ videri poterit in originali. Ad idem eſt B. Hieronymus cuius verba po- „ nuntur 24. qu. 1. *Omnibus conſideratis.* Vbi inquit, *omnibus conſideratis pu-* „ *to me non temerè dicere alios ita eſſe in Domo Dei, vt ipſi etiam ſint domus* „ *eadem Dei quæ dicitur ædificari ſuper Petram, quæ vnica Columba appellatur*; „ quæ ſponſa ſine macula & ruga & hortus concluſus, *& fons ſignatus & pu-* „ *teus aquæ viuæ & Paradiſus cum fructu pomorum, quæ domus etiam claues ac-* „ *cepit & poteſtatem ligandi & ſoluendi. Hanc domum ſi quis corrigentem corri-* „ *pientemque contempſerit, ſit tibi tanquam Ethnicus & publicanus.* Hoc B. „ Hieronymus; vbi expreſsè dicit Eccleſiam recepiſſe claues & per con- „ ſequens iudiciariam poteſtatem. Ad idem eſt B. Auguſt. lib. 1. de Doct. „ Chriſtiana, cap. 13. qui dicit, *Eſt Eccleſia Corpus ſicut Apoſtolica doctrina* „ *commendat*, quæ coniux etiam dicitur. Et paucis interpoſitis dicit. *Has* „ *igitur claues dedit Eccleſiæ ſuæ vt quæcunque ſolueret in terra, ſoluta eſſent in* „ *cœlo, & quæ ligaret in terra, ligata eſſent in cœlo.* Ad idem eſt Innocentius „ ille Doctor famoſiſſimus in ſerm. de Beatis Apoſtolis, qui incipit ſic. *In-* „ *terrogabat Ieſus Diſcipulos ſuos, &c.* Qui inter cætera quæ de Eccleſia lo- „ quitur ſic dicit. *In ea autem viget cœleſtis authoritas, ad illud dignitatis pro-* „ *uecta faſtigium, vt eius ſententia quæ probetur in terris, etiam obſeruetur in* „ *cœlis.* Ad idem eſt Aug. de fide ad Petrum, c. 2. vbi dicit, *nunquam pec-* „ *catori eſſet indicta pro peccatis deprecatio, ſi deprecanti non eſſet remiſſio concedenda*; ſed etiam pœnitentia peccatori tunc prodeſt, ſi eam in Eccleſia Catho- „ **tholica gerat, cui Deus in perſona B. Petri ligandi ſoluendique tribuit** „ poteſtatem, dicens, *quæcunque autem ligaueritis ſuper terram, erunt ligata &* „ *in cœlis.* Ad idem eſt Leo Papa in ſermone de Beatis Apoſtolis, dicens „ quod vis iſtius poteſtatis & huius decreti conſtitutio ad omnes Eccleſiæ „ Principes commeauit, ſed non fruſtra vni conceditur, quod omnibus inti- „ matur. Eccleſiæ igitur datæ ſunt claues principaliter, ſed quod Scriptu- „ ra dicit Petrum eas etiam accepiſſe, dicit B. Hieronymus quem allegat „ Magiſter in 4. diſt. 19. *Quod ideò Petrus dicitur eas accepiſſe, vt omnes* intel- „ ligant quod quicunque ab vnitate fidei & ſocietate Eccleſiæ ſe ſeparaue- „ rit; nec à peccato ſolui, nec cœlum ingredi poteſt. Hæc B. Hieronymus. „ Ad idem eſt B. Aug. in lib. de Agone Chriſtiano; dicens *non enim ſine cauſa* „ *inter omnes Apoſtolos huius Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinuit Petrus: huic* „ *Eccleſiæ enim claues Regni cœlorum datæ* ſunt cum Petro. Et quod ei dicitur, „ ad omnes dicitur. *Amas me, paſce oues meas.* Ad idem eſt Rabanus qui „ dicit ſic, *quamuis ſoli Petro hæc poteſtas data videatur; cæteris tamen Apoſtolis* „ *dabatur* teſte Chriſto, *qui inſufflauit in eos dicens: Accipite Spiritum ſanctum,* „ *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ad idem eſt Aug. ſuper Ioan. &

habetur

habetur 24. q. 1. *Quodcunque.* Si Petro tantum dictum eſt illud. *Quodcunque ligaueritis*, non hoc facit Eccleſia. Si autem in Eccleſia fit, vtique quæ in terra ligantur, & in cœlo ligata, & quæ ſoluuntur in terra, ſoluta ſunt & in cœlo; quia cum excommunicat Eccleſia, in cœlo ligatur excommunicatus; cum reconciliat Eccleſia, in cœlo ſoluitur reconciliatus. Si ergo hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam S. ſignificauit, quod exponit Archidiaconus, id eſt, *ſub ſigno & nomine Eccleſiæ accepit.* Ad idem eſt Gloſſa ordinaria ſuper illo ad Epheſ. 4. *Quoſdam quidem dedit Apoſtolos, alios Prophetas*, dicit Gloſſa *vice Chriſti prædicantes & omnium Ordinatores & Iudices.* Ad idem eſt Auguſtinus in Quæſt. noui & veteris teſtamenti, q. 79. & in ſer. 13. de Apoſt. Petro & Paulo, vbi dicit. *D. Ieſus Chriſtus Diſcipulos ſuos ante Paſſionem ſuam, ſicut noſtis, elegit; inter quos pœne vbique Petrus ſolus totius Eccleſiæ meruit geſtare perſonam &* proterea, audire meruit, *Tibi dabo claues, &c.* Et ſequitur, *has autem claues non vnus homo, ſed vnitas accepit Eccleſiæ.* Ad idem eſt authoritas manifeſta in cap. de ſumma Trinit. & fide Cathol. vbi ponitur fides noſtra pro qua, ſi neceſſe eſt, moriendum eſt, vbi dicitur: Sacramentum Euchariſtiæ nemo poteſt conficere niſi Sacerdos qui rite fuerit ordinatus, ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Ecce dicit quod claues Eccleſiæ non Petri, & eas conceſſas Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus non ſoli Petro.

Ex quibus authoritatibus Sanctorũ patet quod Eccleſia accepit claues principaliter ex commiſſione Chriſti. Cum ergo quæri oporteat vbi de hac commiſſione legatur in Euangelio, nec alius locus aptior quàm vt dictum eſt, Matth. 18. *Quæcunque alligaueritis ſuper terram.* Sequitur quod poteſtas clauium ſit principaliter data Eccleſiæ in perſonis Apoſtolorum. Quod ſatis videtur probari ex dicto textu Euangelij, Matth. 18. maximè attenta hiſtoriæ narratione: nam Matth. 16. Chriſtus dixerat Petro verba promiſſiua, *Tu es Petrus & tibi dabo claues Regni cœlorum.* Deinde in cap. 17. in fine mandauit Petro ſoluere ſtateram pro eo & ſe, vnde quia ex eis videbatur eum conſtituere Capitaneum ſuper alios, vt dicit Gloſſ. ſuper eodem verbo, ideò ſtatim continuatiuè ſubditur in cap. 18. in principio: *In illa hora aſcenderunt ad Ieruſalem Diſcipuli dicentes, Quis, putas, eſt maior in Regno cœlorum*, ſeu in Eccleſia, quia Gloſſa ibi exponit, id eſt, *in Collegio Iuſtorum.* Vnde patet quod propriè Euangeliſta loquitur de ſuperioritate. Et tunc, quibuſdam interpoſitis, Chriſtus volens ſoluere huiuſmodi quæſtionem de ſuperioritate, de qua quærebant Apoſtoli, ſubiunxit in eodem Capitulo: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum; ſi autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos.* Et infra. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* **Ecce dicit Iudicium Eccleſiæ eſſe ſuperius iudicio Petri.** Et conſequenter vt oſtendat, quale ſit Iudicium Eccleſiæ & quæ ſit eius poteſtas, ſtatim ſubnectit: *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, &c.* Ecce loquitur Apoſtolis collectiuè & eorum ſucceſſoribus, non ſoli Petro. *Quæcunque alligaueritis, quæcunque ſolueritis, pluraliter.* Et expoſita ſic poteſtate Eccleſiæ ſequitur de poteſtate Concilij generalis ibidem quaſi Chriſtus velit reſpondere tacitæ Quæſtioni: Potuiſſent enim Apoſtoli dixiſſe Chriſto, *Domine ecce ſumus iam certificati de ſuperioritate, de qua quærebamus*, & ſcimus vbi debeat haberi recurſus, ſi frater fuerit incorrigibilis, quia ad Eccleſiam, & ſcimus quanta eſt poteſtas Eccleſiæ, quia extendit ſe ad cœlum & ad terram. Dic ergo nobis quod modo futuris temporibus Eccleſiæ tuæ quæ per totum orbem dilatanda eſt, dicere poterimus, ſeu hoc dictum adimplere, *dic Eccleſiæ*, cum Eccleſia nullibi ſimul congregata erit. Vbi ergo querelas huiuſmodi audire poterit? reſpondet Dominus quaſi velit dicere. *Dicam vobis vbi Eccleſiam meam reperire poteritis.* Vnde ſubdit conſequinter, *iterum dico vobis*, inquit Dominus Apoſtolis, *vbi duo, vel tres*

1440.

1440 „ *congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum.* Quod de celebratione
„ generalium Conciliorum exponit Celeſtinus in Epiſt. ad Synodum Ephe-
„ ſinam, vt dicit Iſidorus in lib. Concil. quæ authoritas eſt ſupra poſita.

„ Ecce ergo poteſtas Concilij generalis ſumens fundamentum ex illis
„ verbis Euangelij, *vbi duo vel tres, &c.* & illo dicto *Quæcunque alligaueritis*
„ *ſuper terram, erunt ligata & in cœlis.* Ex qua authoritate Euangelij 4. no-
„ tari videntur. 1. Quod claues regni cœlorum de quibus ſupra, Eccleſiæ
„ per hæc verba ſunt conceſſæ, patet cum per eadem verba ſub quibus fa-
„ cta erat promiſſio, hîc exprimantur. Dixerat enim Chriſtus prius Petro
„ repræſentanti vniuerſalem Eccleſiam verba promiſſiua: *Tibi dabo claues re-*
„ *gni cœlorum.* Hîc autem quod promiſerat, expreſsè donat omnibus Apo-
„ ſtolis, ſeu toti Eccleſiæ, in perſonis eorum dicens *quæcunque alligaueri-*
„ *tis, &c.* Secundò notatur in illis verbis, quod conceſſio facta eſt Eccle-
„ ſiæ in omni ſtabili firmitate. Patet per verbum quod in donatione præ-
„ mittitur *Amen*, quod notat iuramenti authoritatem.

„ 3. Quia in his verbis innititur conceſſa poteſtas Eccleſiæ, non limita-
„ ta vel in certis caſibus & ſuper certas perſonas, ſed in omni plenitudine.
„ Patet ex ſignis vniuerſalibus *quæcunque alligaueritis & quæcunque ſolueri-*
„ *tis.* 4. Notatur ex dictis quod Chriſtus voluit iudicium Eccleſiæ eſſe
„ maius & ſupremum in terris, & huic iudicio Eccleſiæ etiam ipſum Petrum
„ ſiue Papam debere acquieſcere & obedire, patet, nam verba prædicta
„ *ſi peccauerit*, Chriſtus dicebat ad Petrum. Si ergo Petrum inſtituit ad ju-
„ dicium Eccleſiæ recurrere in hoc quod ei dixit *dic Eccleſiæ*, ſequitur iu-
„ dicium Eccleſiæ eſſe ſuperius: ſi enim iudicium Petri eſſet ſuperius iudi-
„ cio Eccleſiæ, peccator poſt iudicium Eccleſiæ, non deberet reputari
„ tanquam publicanus. Reſtaret enim iudicium Petri, qui tanquam ſupe-
„ rior examinare deberet iudicium Eccleſiæ. Cum ergo dicitur Petro
„ quod incorrigibilitatem fratris debeat referre ad iudicium Eccleſiæ &
„ non Eccleſiæ ad Petrum, ſequitur quod iudicium Eccleſiæ ſit maius, ſu-
„ premum & finale.

„ Itaque quod Papa includatur ſub iudicio Eccleſiæ, ex eo probatur
„ quod à correctione fraterna nemo Fidelium excipitur: cum enim quemli-
„ bet liceat fraternè corrigere, & ſi non audiat, debeat iuxta doctrinam præ-
„ dictam deferri Eccleſiæ; Ita etiam ſi Papa nolit fraternæ correctioni ac-
„ quieſcere, debet deferri ad iudicium Eccleſiæ: fruſtra autem deferre-
„ tur, ſi Eccleſia non haberet poteſtatem in eum ferendi iudicium. Sicut
„ enim qui ſecretè ammonitus non corrigitur, licet eum ammonere coram
„ vno vel duobus teſtibus, ita coram his ammonitum, ſi non acquieſcit,
„ licitum eſt eum deferre ad iudicium Eccleſiæ. Cum ergo Papa non exi-
„ matur à 1. & 2. gradu correctionis fraternæ; ergo nec à 3. videlicet vt
„ dicatur Eccleſiæ. Vnde illa authoritas *dic Eccleſiæ* etſi iuxta communem
„ **ſententiam exponatur de Prælato, ſicut cum Prælatus inferior ammoni-**
„ tus contemnit, oportet dici non ſibi, ſed Prælato ſuperiori: ita erit de
„ ſummo Prælato, cum ipſe non habeat Prælatum ſuperiorem, ſi ſic cor-
„ rectus doctrinæ Euangelij noluerit acquieſcere, oportet dici Eccleſiæ,
„ ſi ſimul congregata haberi poſſit: ſed quia non poteſt, dicendum eſt
„ Concilio generali ipſam repræſentanti, cui Papa obedire tenetur, & ſi
„ non obedierit, poterit puniri, vt patet ex conſtitutione Concilij genera-
„ lis Conſtantienſis. Verum enim eſt documentum Apoſtoli. *Omnis anima*
„ *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Rom. 13. Nec ab hac vniuerſalitate
„ excipitur anima Papæ, ſicut nec à correctione fraterna.

„ Quod autem ſummus Pontifex comprehendatur ſub nomine fratris,
„ patet, quia Petrus in cuius locum ſuccedunt ſummi Pontifices, aliorum
„ Eccleſiæ membrorum ſe fratrem aſſeruit Act. 1. Vbi dicitur *exurgens Pe-*
„ *trus in medio fratrum dixit, erat autem turba hominum ſimul fere 120. Viri*
„ *fratres! oportet impleri ſcripturam quam prædixit Spiritus S. per os Dauid.* Ec-
„ ce ergo habemus ex authoritate Euangelij & dictis Sanctorum probatum
„ authoritatem Eccleſiæ eſſe ſuperiorem poteſtate Papæ & quacumque

altera poteſtate in terris, & quod dicitur de vniuerſali Eccleſia, intelligendum eſt etiam de Concilio generali legitimè congregato ipſam repræſentante. 1440.

Veniamus vlteriùs ad decreta ſummorum Conciliorum, & incipiamus à primo, recipiamuſque 1. in manus 4. Concilia de quibus fit mentio in Actibus Apoſt. in primo namque Concilio de quo Act. 1. de electione Matthiæ in Apoſtolatum, habetur quod licet Petrus qui primus erat, vnde dicitur *exurgens Petrus*, ſicut cæteris honorabilior, & provt ſpectat ad Præſidentem, propoſuerit & concluſerit ſic faciendum; Actus tamen qui videntur notare authoritatem & iuriſdictionem, fuerunt omnibus communes. Nam dicitur de omnibus quod *ſtatuerunt duos & dederunt eis ſortes & cecidit ſors ſuper Mathiam.* Ecce dicitur *ſtatuerunt* & non dicitur *Petrus ſtatuit.*

In 2. verò Concilio de quo Act. 6. hæc authoritas Eccleſiæ & Concilij ipſam repræſentantis clarius exprimitur: nam dicitur ibidem quod 12. Apoſtoli conuocantes multitudinẽ diſcipulorum, dixerunt: *Non eſt bonum nos derelinquere verbum Dei & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo ex vobis ſeptem viros boni teſtimonij plenos Spiritu S. quos conſtituamus ſuper hoc opus.* Et infra dicitur quod *impoſuerunt eis manus.* Conſtat autem quod hæc manifeſtè notant in omnibus Apoſtolis communem authoritatem, quia dicitur: *conſtituamus*, non dicitur *Petrus conſtituit*, & dicitur *impoſuerunt*, non eſt dictum *Petrus impoſuit.*

Ex iſtis inferuntur duo. 1. Quod nedum ſtatuere, ſed etiam Concilium conuocare eſt commune non ſoli Petro, ſed omnibus Apoſtolis. Patet ex illo verbo, cum dicitur *12. Apoſtoli conuocantes*, ex qua ſcriptura ortum habere potuit decretum ſacri Concilij generalis Conſtantienſis de perpetua Conciliorum generalium celebratione in futurum; quod incipit: *Frequens.* 2. Infertur quod non ſolum tractare cauſas fidei, ſed etiam miniſtros Eccleſiæ in eorum Officijs & Beneficijs inſtituere pertinet non ſolum ad Petrum, ſed etiam ad omnes Apoſtolos & eorum ſucceſſores videlicet Pontifices, patet ex illo verbo, cum dicitur *quos conſtituamus ſuper hoc opus.* Facit ad hoc quod dicitur ad Titum, vbi Paulus mandauit Archiepiſcopo Cretenſi *conſtituere Epiſcopos per ciuitates.* Et ita non ad ſolum Petrum hoc pertinere videtur. Et ita hodie decretum eſt in Concilio generali, quod Archiepiſcopi, examinata electione, Electos in Epiſcopos confirment, vt res ad eum ſtatum redeat in quo prius fuit.

In 3. autem Concilio de quo habetur Act. 15. ſatis hoc idem clarè patet: cum enim Iacobus vltimò iudicauit, non dicit quod Petrus qui præſens erat, iudicauit, ſed dixit, Simon narrauit, Iacobus verò ſententiam dixit, dicens *propter quod dico non inquietare eos qui ex Gentibus conuertuntur.* Epiſtola etiam non nomine Petri, ſed Apoſtolorum & ſeniorum Miniſtrorum nominibus facta dicitur.

In 4. Concilio de quo Act. 25. patet idem, quando Paulo fuit iniunctum à Congregatione Seniorum vt deberet ſe conformare in ceremonijs legis Moſaicæ, actio ibi notatur communis, quia ſubditur: *hoc ergo fac quod tibi dicimus.* Similiter quod Petrus acquieſceret iniunctis ſibi & ordinatis per Concilium, & quod obediret Concilio, patet manifeſtè Act. 8. Vbi dicitur quod *audientes Apoſtoli quod Samaria recepiſſet verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem.* Et Petrus abſque vlla diſcuſſione ſtatim iniuncta compleuit. Miſſio autem de ſui ratione importat authoritatem in mittente reſpectu miſſi, argumento eius quod dicitur Luc. 7. *Nam ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, & dico huic vade & vadit, & alio veni & venit, & ſeruo meo fac hoc, & facit.* Item patet hoc ex Concilio magno Niceno ſub Iulio Papa & Conſtantino Principe celebrato. Vbi inter cætera dicitur *hæc eſt fides quam expoſuerunt Patres. 1.* quidem aduerſùs Arrium blaſphemantem & dicentem creaturam Filium Dei & aduerſùs omnem hæreſim extollentem ſe & inſurgentem contra Catholicam Eccleſiam, quam cum authoribus ſuis damnant apud

1440. „ Patres quorum nomina cum Prouincijs ibidem ſunt ſubſcripta. Ecce
„ manifeſtè apparet authoritas Concilij generalis in Concilio Niceno re-
„ præſentante vniuerſalem Eccleſiam: Scilicet quod Concilium habeat po-
„ teſtatem iudiciariam, patet ex verbo *damnant*, quod notat ſententiæ
„ prolationem. Item patet hoc ex Concilio Africano, in quo cum Legati
„ Papæ oſtendiſſent litteras & propoſuiſſent intentionem ſuam, remiſſio
„ facta fuit ad decreta Concilij Niceni pro deliberatione ſuper propoſi-
„ tis facienda. Ecce reuerentia Decretorum Concilij generalis, de qui-
„ bus dicetur infra in Concluſione ſequenti. Idem patet ex alijs Concilijs
„ generalibus de quibus per Iſidorum in libris Conciliorum reperitur ſic
„ dictum, *Sancta Synodus, vel ſacrum Concilium ſtatuit, vel* definit *declarat,*
„ vel anathematizat, vel *placuit*, aut *placet ſanctæ Synodo*. Et in ſubſcri-
„ ptione Epiſcoporum, qui intererant Synodis reperitur ſic dictum. *Ergo,*
„ *&c. Epiſcopus definiens ſubſcriptus vel iudicans, vel ſtatuens.*

„ Item patet authoritas Concilij generalis ſuper Papam & conſequenter
„ ſuper omnes alios ex Decretis Concilij Conſtantienſis famoſiſſimi, cui
„ Ioannes Papa XXIII. in principio præſidebat: Cum enim, vt habetur in
„ Geſtis eiuſdem Concilij, ipſe Ioannes Papa de Conſtantia clandeſtinè
„ receſſiſſet, ex eius receſſu quidam putabant Concilium eſſe diſſolutum,
„ ſtatim ſucceſſiuè factæ ſunt 3. Seſſiones in quibus Decretatum eſt quod
„ per receſſum Papæ & Prælatorum certorum non eſſet Concilium diſſo-
„ lutum, ſed quod remaneret in ſua integritate. Item Decretatum eſt,
„ quod ipſe Ioannes non poſſit mutare, aut transferre ipſum Concilium
„ Conſtantienſe ad alium locum, neque Curiam tunc ibi exiſtentem, de-
„ cernens cenſuras per eum factas, vel fiendas in contrarium irritas & ina-
„ nes. Item quod non crearet nouos Cardinales quos volebat, ſi creaſſet,
„ pro non Cardinalibus haberi, nec Prælatos transferret in præiudicium
„ Concilij Conſtantienſis. Item tunc decretauit duo decreta de poteſtate
„ Conciliorũ generalium. In alia ſeſſ. indixit certam formam Procuratorij,
„ per quam Ioan. Papa XXIII. deberet renunciare Papatui, ſeu conſti-
„ tuere Procuratores ad renunciandum. Item eadem Synodus poſtea con-
„ tra eundem Ioan. protulit ſententiam depoſitionis & eiectionis à Papatu
„ propter Simoniacam prauitatem & alia ſcelera de quibus fuerat Conci-
„ lio delatus. Quæ omnia facta iſtius Concilij ſunt & erunt ſempiternum
„ memoriale in generationibus. Ex quibus manifeſtè apparet an Conci-
„ lium generale habeat iuriſdictionem ſupra Papam, quod quilibet ſanæ
„ mentis cognoſcere poteſt.

„ Item per hoc idem ex ſeſſ. 31. Concilij Conſtant. vbi factum eſt decre-
„ tum de perpetua Conciliorum generalium in futurum celebratione, vbi
„ ſtatuta eſt etiam forma iuramenti, quod quilibet electus in Rom. Ponti-
„ ficem præſtare debet. Et inter cæteras clauſulas inſeritur hoc quod Pa-
„ pa iuret tenere fidem ſecundum traditionem ſacrorum Conciliorum ge-
„ **neralium. Si ergo iurare debet ſeruare fidem ſecundùm decreta Conci-**
„ liorum, non videtur quod ea paſſim poſſit ad libitum reuocare, de quo
„ tamen dicetur in 6. Concluſione.

„ Itaque cum Concilia generalia infligant pœnas ſummis Pontificibus
„ propter perpetratos exceſſus, & ſtatuant ipſis legem per quam ſuas in
„ futurum dirigant actiones, & Eccleſia vniuerſalis ſeu Concilium genera-
„ le ipſam repræſentans deponat Papam, Papa autem non poſſit deponere
„ aut deſtituere Eccleſiam à ſua dignitate, cum ipſa duratura ſit vſque ad
„ finem ſeculi, manifeſtè apparet ſuperioritas Eccleſiæ vniuerſalis & Con-
„ cilij generalis ſuper Papam, & præſertim cum agitur de fide, de extir-
„ patione Schiſmatis & reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, ſiue
„ de pertinentibus ad illa. Et ſi ſuperior eſt ipſo Papa, conſequens eſt vt
„ ſit ſuperior omnibus alijs membris Eccleſiæ: Quod ſic adhuc oſtenditur
„ tali ratione. Licet enim vnicuique rei inſit virtus ſe conſeruandi in eſſe
„ & contrarijs reſiſtendi, hoc tamen non eſt in ſummo gradu, ita quod
„ poſſit fortiori poteſtati reſiſtere, ſed in certo gradu, ita videlicet vt

ſubijciatur violentiæ maioris virtutis, vt patet manifeſtè in animantibus quæ occiduntur & conſumuntur à fortioribus in virtute. In Eccleſia tamen virtus & poteſtas ſe conſeruandi à nulla ſuperatur virtute in terris. Quod patet manifeſtè ex illo verbo Chriſti, Matth 16. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Cum enim Iob teſtante 41. *Non ſit virtus ſuper terram quæ huic comparetur*, ſcilicet poteſtati Leuiathan, & hoc non poteſt aduerſus Eccleſiam præualere, ſequitur quod à nulla creata virtute poterit ſuperari. 1440.

Item aliter probatur: Si Eccleſia Dei nihil eſt fortius, ſequitur quod nec Papa erit ea fortior vel ſuperior. Patet antecedens per B. Chryſoſtomum in Homilia quæ incipit, *Multi quidem fluctus*, vbi dicit quod Eccleſia Dei nihil eſt fortius, quæ charior eſt Chriſto quam cœlum. Non eſt Eccleſia propter cœlum, ſed cœlum propter Eccleſiam. Præterea Eccleſia Vniuerſalis approbauit & recepit Euangeliũ, cum alij plures patres ſcripſerint Euangelium, vt Thomas & Nicodemus, Eccleſia tamen ſolum 4. Euangelia in authoritate recepit, vnde nec Auguſtinus Euangelio crederet niſi eum authoritas Eccleſiæ commoueret, provt ſæpius eſt repetitum. Similiter plures tranſtulerunt Bibliam, nec tamen omnes tranſlationes ſunt receptæ niſi Hieronymi. Similiter multa ſunt quæ non continentur in corpore Bibliæ quæ tamen Eccleſia tenet & approbat ſicut Euangelij veritatem, & hoc non eſt niſi ex eo, quia in cauſa eſt ſumma authoritas & vniuerſalis poteſtas ſuper omnia membra eius, quæ quidquid approbat, tenendum, quidquid reprobat, fugiendum. Præterea ſi Concilium generale non haberet Iuriſdictionem ſuper Papam, ſequeretur quod depoſitio facta de Ioanne XXIII. per Concilium Conſtantienſ. non fuiſſet iuſta, neque valida, cum facta fuerit ab eo qui poteſtatem non habebat. Et ſequitur vlterius quod Electio facta de D. Martino Papa, non fuit Canonica, cum facta fuerit viuente Ioanne. Sequitur conſequenter quod omnes Epiſcopi promoti per Martinum Papam non habebant titulũ in ſuis dignitatibus, nec erant Paſtores animarum, nec faciebant fructus ſuos, ſed tenebantur ad reſtitutionem & ſimiliter alij Beneficiati ac Rectores Parochialium Eccleſiarum promoti per Martinum Papam & per Epiſcopos ab eo promotos, non habebant titulum in ſuis Beneficijs, nec erant Paſtores animarum, nec habebant poteſtatem ligandi & ſoluendi: quæ ſi bene ſonant, quilibet poterit iudicare, omnia enim videntur inconuenientia & alia plura quæ ſequuntur ex illis. Item cum nemo ambigat Concilium generale habere aliquam poteſtatem; Vel ergo eam habet vniuerſaliter, vel particulariter. Si vniuerſaliter, ergo hæc poteſtas extendit ſe ad Papam vt ipſius Concilij iudicio ſupponatur, quia de ratione vniuerſalitatis non exceptiuæ eſt ad omnia poſſe extendi. Si particulariter, hoc eſt contra dictum Euangelij, vbi dicitur *toti Eccleſiæ* in perſona Apoſtolorum, ***Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.*** Matth. 18. quæ loquutio eſt vniuerſalis. Et tantum de 1. probatione.

2. Probatio quod Iudicium Eccleſiæ ſit dignius ac ſuperius, ſumitur ex conſideratione nominis & rei ſignificatæ per illud, quæ in ſacra ſcriptura dicuntur de Eccleſia, quæ tamen Papæ non poſſunt competere. Dicitur namque de ipſa Eccleſia quod eſt mater Eccl. 24. *Ego Mater pulchræ dilectionis.* Item dicitur *Domina gentium.* Tren. 1. Item *Regina* Pſ. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis.* Item dicitur *ſponſa Cantic. 1.* & Apocal. 21. *vidi Ciuitatem* ſanctam Ieruſalem *nouam deſcedentem de cœlo.* Et infra *tanquam ſponſam ornatam viro ſuo.* Dicitur enim Corpus ad Epheſ. 1. Ex 1. ergo appellatione cum Eccleſia ſit mater, Papa vero filius ipſius, ratione excellentioris dignitatis quæ eſt in Matre, & ratione honoris & obedientiæ quæ à filio debentur Matri, cenſetur eſſe inferior, nec poteſt dici quod ipſe propter ſui excellentiam & dignitatem non ſit filius Eccleſiæ. Dicit enim B. Aug. in lib. de Symbolo Tractatu 4. *Si quis ab Eccleſia ſeparatus inuentus fuerit, alienus erit à numero Filiorum Dei, nec habebit Deum*

1440. „ *Petrem qui Eccleſiam noluerit habere Matrem.* Et alibi, dicit *quod Eccleſia ſit* „ *ſponſa Chriſti vnica, quod omnes filios quos Chriſtus habet, hos Eccleſia gignit* „ *ſine parturit.* Ex hoc ſequeretur multo minus dici poſſe quod Papa ſit pa- „ ter Eccleſiæ cum nullus ſit Pater ſuæ Matris. Sicut enim Saluator, Matth. „ 23. docuit dicens, *quod vnus eſt Pater veſter qui in cælis eſt*, ſic in terris eſt „ vnica Eccleſia omnium fidelium Mater.

„ 2. Deduci poteſt ſuperioritas in Eccleſia reſpectu Papæ ex eo quod „ Eccleſia dicitur Domina. Papa verò & Epiſcopi non Domini, ſed iuxtà „ authoritatem Apoſtoli dicuntur *Miniſtri & diſpenſatores myſteriorum Dei.* „ Vnde & Chriſtus cum de maioritate doceret Apoſtolos, dixit Matth. 20. „ *Quicunque inter vos voluerit maior fieri, ſit veſter miniſter.* Ita Lucæ 22. *Ego* „ *autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.* Vnde propter hoc conue- „ nit Papæ appellari ſummum Miniſtrum Eccleſiæ & eſſe ſeruum ſeruo- „ rum Dei, quanquam ſit Vicarius Ieſu Chriſti, qui ſcilicet Chriſtus eſt Do- „ minus & ſponſus Eccleſiæ. Facit ad hoc quod dicitur communiter quod „ dominium rerum temporalium quæ ab Eccleſia poſſidentur, eſt apud Ec- „ cleſiam tanquam dominam, apud Epiſcopos verò tanquam apud diſpen- „ ſatores & Miniſtros Sponſi.

„ 3. Probatur ſuperioritas in Eccleſia ex ea parte, qua Eccleſia dicitur „ Regina, eſt enim coniux eius, qui eſt Rex Regum & Dominus dominan- „ tium & Princeps Regum terræ Apocal. 1. de quo ſupra allegata eſt au- „ thoritas B. Aug. in lib. de doctrina Chriſti.

„ Item 4. ex eo quia Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, Papa verò non dicitur „ Sponſus, ſed Paranymphus Eccleſiæ, vt dicit B. Bernardus in lib. de „ Conſid. ad Eugen. Papam, Chriſtus enim eſt ſponſus Eccleſiæ, Matth. 25. „ Ex qua denuntiatione ſatis apparet dignior excellentia Eccleſiæ reſpe- „ ctu Papæ, vnde ex hac conſideratione Aug. in lib. de Symbolo, dicit „ *quod Eccleſia totum poſſidet quod à viro ſuo accepit in dote.* Si totum poſſidet, „ iuxta ſententiam Auguſt. ergo abſque omni exceptione omnia ſunt ſibi „ ſubiecta, quæ Chriſto Sponſo ſuo: ipſa autem eſt ſubdita viro ſuo.

„ 5. Probatur ex hoc ſuperioritas in Eccleſia, quia ipſa eſt Corpus „ Chriſti vt ſupra allegata eſt authoritas Apoſtoli, Papa verò vnum ex „ membris iſtius Corporis. Omne autem corpus vnum Organicum con- „ ſtituitur ex diuerſis membris tanquam ex partibus integrantibus ipſum „ totum. Eccleſia autem eſt Corpus Chriſti myſticum Organicum fide „ Chriſti animatum, vel Eccleſia eſt vniuerſitas Fidelium bonorum & ma- „ lorum orthodoxam fidem tenentium in Sacramentis Eccleſiæ haben- „ tium ſocietatem. Cum ergo Papa non ſit corpus hoc quod eſt Eccleſia, „ ſed vnum ex membris ipſius, iuxta Doctrinam Apoſtoli, vt ſupra allega- „ tum eſt, ſequitur quod Papa eſt pars corporis iſtius & ipſa Eccleſia eſt „ quoddam totum. Communis autem animi conceptio eſt: *Omne totum eſt* „ *maius ſua parte.* Ego ſequitur quod Eccleſia quæ eſt quoddam totum, ma- „ ior eſt & excellentior ipſo Papa. Maius autem non eſt intelligendum „ mole quantitatis corporeæ, ſed magnitudine virtutis, excellentiæ & „ dignitatis ſiue poteſtatis. Ex his poteſt inferri, quod licet Papæ conue- „ niat ſuo modo dici caput Eccleſiæ, non propterea ſe debet Eccleſiæ ante „ ferre, quinimo ex hoc forte inferri poſſet eo ipſo quod ſic contendit ſe „ præferre Eccleſiæ facto ſiue aſſertione tanquam malè ſentiens de autho- „ ritate & dignitate S. matris Eccleſiæ, quod nedum non ſit ſuperior, ſed „ etiam quod non ſit de membris Eccleſiæ tanquam carens recta fide: re- „ putat enim ſe caput talis corporis, quod ſibi aſſimiletur in conditione, „ videlicet quod ſicut ipſe poteſt errare & deficere, ita & Eccleſia poſſit. Eo „ enim ipſo quod vult iudicium ſuum præferri iudicio vniuerſalis Eccleſiæ, „ manifeſtè conuincitur quod æſtimat eam errare: Et ſic eam non ſemper „ eſſe ſanctam & Catholicam. Quæ quidem aſſertio ſi ſit de ijs quæ ſunt fi- „ dei, aut de neceſſitate ſalutis, manifeſtè conſtat. Vnde poſſit merito infer- „ ri quod ſeparat ſe ab Eccleſia & deſinit eſſe membrum eius & per conſe- „ quens caput, quandocunque enim reperitur diuiſio inter Eccleſiam &

aliquod membrum eius ſicut inter Papam & Eccleſiam, notiſſimum eſt " ——
quod hæc diuiſio non eſt ex parte Eccleſiæ, de cuius ratione eſt ſemper " 1440.
eſſe vnam ratione vnius fidei, quæ eſt forma eius. Ergo ſequitur quod "
hæc diuiſio tenet ſe ex parte membri ſcilicet Papæ qui cum ſit mortalis "
per naturam & ſæpè moritur per culpam, poteſt effici membrum putri- "
dum, ſi vult ſe in dignitate præferre Eccleſiæ matri ſuæ, quæ eſt ſponſa "
Corporis Chriſti & ſemper viuit in fide & charitate, nec eſt vſque in finem "
ſeculi deſitura. Et de hac Excellentia Eccleſiæ ſuper omnia membra "
ſua dicit Auguſtinus tractans illud Prouerb. vltim. *Mulierem fortem quis* "
inueniet? Vbi dicit *per Mulierem fortem Eccleſiam debere intelligi*, & in- "
ter cæteras laudes dicit, quod ipſa Eccleſia iuxta authoritatem diuinæ "
ſcripturæ pretioſior eſt omnibus ſuis lapidibus pretioſis, vocatque lapi- "
des pretioſos filios & ſanctos eius. Vnde dicit quod quantumcunque ſit "
aliquis magnus, ipſe tamen, ſi lapis pretioſus eſt, eſt ornamentum eius, "
quia omnis lapis pretioſus eſt ornamentum eius & ipſa eſt pretioſior om- "
nibus lapidibus pretioſis & omnibus ornamentis eius. Si autem Papa eſ- "
ſet ſuperior Eccleſia, iam ipſa non eſſet pretioſior omnibus lapidibus "
pretioſis, aut nec huiuſmodi lapis pretioſus eſſet ornamentum eius. Se- "
quitur ergo quod Papa non ſit ea ſuperior, nec æqualis. Et tantum de "
ſecunda probatione. "

3. Probatio principalis, per quam probatur ſuperioritas poteſtatis "
Eccleſiæ ſuper Papam, ſumitur ex conditione huiuſmodi poteſtatis, pro- "
vt eſt in Eccleſia & in Papa. Eſt namque in Eccleſia hæc poteſtas con- "
tinuè, permanenter & perpetuè. Non eſt enim aſſignare diem, horam, "
vel momentum in quo Eccleſiæ deficiat hæc poteſtas, & durabit vſque "
ad conſeruationem ſeculi: in Papa verò non eſt ſic, cum non ſemper vi- "
uat, poſſit etiam priuari & ſic carere hac poteſtate, poſſitque de nouo eli- "
gi, & iterum eam habere. Et quoniam omne permanens & continuum "
præfertur variabili, interpolato & temporali, ſequitur quod poteſtas ſi- "
ue authoritas Eccleſiæ præemineat poteſtati Papæ. 2. Quia poteſtas "
hæc ſemper in Eccleſia fuit & eſt & erit recta, quo ad ea quæ ſunt iuris "
& fidei, nec vnquam Eccleſia à fide deuiauit, Papa verò frequenter. "
Cum igitur in Eccleſia hæc poteſtas ſit inobliquabilis, ita quod nedum "
nunquam errauit, ſed nec errare poteſt in his quæ ſunt fidei, de ipſa "
namque dictum eſt Oſeæ 2. *Sponſabo te mihi in fide, in ſempiternum.* Hoc au- "
tem non competit ſummo Pontifici, vt eo ipſo quod aliquis creatur in "
Papam, ſit impeccabilis, manifeſtè patet ſuperioritas Eccleſiæ ſupra Pa- "
pam. 3. Quia in Eccleſia eſt cognitio omnis neceſſariæ veritatis ad ſalu- "
tem, iuxta illud Ioan. 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* "
Et 1. ad Timoth. 3. dicitur quod *Eccleſia eſt columna Dei viui & fundamen-* "
tum veritatis. Gloſſ. 10. *In ſe ſuſtinens veritatem ne corruat.* Quæ duo ver- "
ba ſcilicet *columna* & *fundamentum* denotant manifeſtè inobliquabilita- "
tem Iudicij: ſummus verò Pontifex ſæpè indiget ab alijs doceri etiam "
de veritatibus ad ſalutem neceſſarijs. Per Eccleſiam autem innoteſcit "
multiformis ſapientia Dei, nedum hominibus, ſed etiam principatibus "
& poteſtatibus, provt dicit Apoſtolus ad Epheſ. 3. Igitur hæc ſuperiori- "
tas videtur eſſe maior in Eccleſia. Ex quo infertur quod authoritas Ec- "
cleſiæ ſe habet vt menſura & regula, reſpectu actionum Papæ. Patet quia "
Rectum eſt Iudex ſui & obliqui, vt dicit Philoſophus 1. de anima. Et "
omne quod obliquabile eſt, deficere & errare poteſt, regulari & ordi- "
nari habet per aliquid inobliquabile & indeficiens. Sic eſt de authorita- "
te Papæ, reſpectu Eccleſiæ. "

Ex his inferri poteſt, quod licet poteſtas de qua ſupra, ſit in Eccleſia & "
in ſummo Pontifice, non tamen eſt diuerſa, ſed eadem: accidentia enim "
mutantur mutatione ſuorum ſubiectorum, vt dicit Philoſophus 5. Me- "
taph. ſed cum ſit idem ſubiectum poteſtatis iſtius ſcilicet in Eccleſia (Papa "
enim non eſt diſtinctum ſuppoſitum ab Eccleſia, cum ſit vnus de Eccle- "
ſia) ſequitur quod hæc poteſtas ſit in eodem ſubiecto, ſcilicet in Eccleſia, "

1440. » & ita eſt vna & eadem & non plures. Et etiam eadem quia eſt propter
» eundem finem & circa idem obiectum, & ab eodem authore.
» Sed ex quo eſt vna & eadem poteſtas vtrobique, quomodo poteſt eſſe
» maior in Eccleſia, & in Papa minor? Reſp. quia hoc eſt propter diuerſum
» participandi modum: Eccleſia nãque, vt præmiſſum eſt, ſic habet eandem
» poteſtatem quod in ea eſt continuè, perpetuè & inobliquabiliter; & an-
» nexa eſt illi notitia omnis neceſſariæ veritatis, provt dictum eſt in proba-
» tione 1. Concluſionis ad quod allegata eſt authoritas B. Thom. in 2. 2. q.
» 5. art. 3. Quod non habet locum in Papa qui errare poteſt; vnde ſicut
» videmus in ſimili quod vnum & idem eſt liberum arbitrium in viatoribus
» & Beatis quoad coactionis immunitatem: in quantum tamen comparatur
» ad id ad quod ordinatur, ſcilicet ad ſeruandam rectitudinem, iſto modo
» liberum arbitrium in Beatis eſt maius, quia ſemper hanc rectitudinem
» ſeruat, ex quo confirmatum eſt per gratiam, ſic quod errare non poteſt,
» in viatoribus verò deficit à gratia confirmationis, nec ſemper huiuſmodi
» rectitudinem ſeruat, ſed ab ea frequenter deficit. Ideo ſecundum com-
» munem ſententiam Doctorum poteſtas liberi arbitrij in beatis eſt maior,
» in viatoribus autem minor. Sic ſuo modo loquendi eſt in propoſito, quia
» Eccleſia eſt ſic à Chriſto fundata ſupra Petram quod errare non poteſt
» in his quæ fidei ſunt & neceſſaria ad ſalutem. Ideo hæc poteſtas provt
» conſideratur in Eccleſia, videtur habere quandam gratiam Confirmatio-
» nis, quoad hæc propter promiſſionem Chriſti, quia promiſit quod mitte-
» ret paraclitum qui maneret cum Fidelibus in æternum, quodque orauit
» Patrem vt non deficeret fides Eccleſiæ; & quod ipſe eſt cum Fidelibus vſ-
» que ad conſummationem ſeculi. Et quoniam hæc inflexibilitas ad erro-
» rem non eſt in ſummis Pontificibus de quibus plures à fide leguntur erraſ-
» ſe, ideò merito poteſtas in Eccleſia ſuperior eſt propter huiuſmodi in-
» flexibilitatem ad errorem; in Papa verò eſt inferior.
» Et ſicut Fideles tenentur credere reuelationibus Angelorum quos
» ſciunt fallere non poſſe, vnde & Zacharias percuſſus fuit ſilentio quia
» Angelo dicenti credere noluit, Luc. 1. Ita etiam Fideles tenentur ſtare
» determinationi Eccleſiæ quam ſciunt errare non poſſe. Si enim ab Eccle-
» ſia diſcunt Angeli & eius doctrinæ veneranter acquieſcunt ſecundùm
» Apoſtolum ad Epheſ. 3. quanto magis homines qui ſunt ignari & pecca-
» biles, tenentur ſtare determinationi & diſpoſitioni Eccleſiæ. Summus ve-
» ro Pontifex eo amplius eam honorare tenetur. Non enim accepit digni-
» tatem Papatus ab Eccleſia vt cum ante ſuam electionem reputaretur ſan-
» cta, Catholica & immaculata & verax in Iudicio, quod poſt electionem
» ſuam hæc auferantur ab ea & transferantur in Papam. Et quod potius
» fideles teneantur ſtare iudicio Papæ quam iudicio Eccleſiæ, quod con-
» tingeret ſi iudicium Papæ deberet præferri iudicio Eccleſiæ. Hanc enim
» dignitatem **quod errare non poteſt, habet Eccleſia à Chriſto & vſque ad**
» finem ſeculi habebit, nec hanc conditionem transfert Eccleſia in Papam,
» cum ipſum in ſede Papatus conſtituit, ſed apud ſe retinet. Vnde ratione
» huius dotis quam à Chriſto recepit, primatum & poteſtatem habet ſuper
» omnes homines in terra, nec cuiquam eſt ſubiecta niſi Chriſto ſponſo ſuo;
» & ita nec Papæ; ſed è conuerſo Papa eſt ſubiectus ipſi Eccleſiæ. Et hæc
» de tertia probatione principali.
» 4. Probatio per quam probatur ſuperioritas Eccleſiæ ſuper Papam,
» & conſequenter ſuper omnia alia membra Eccleſiæ capitur ex habitu-
» dine 4. cauſarum. 1. Ex habitudine cauſæ finalis, licet enim omnium
» quæ ſunt à Deo conſtituta, Deus ipſe ſit primus finis & principalis, ta-
» men conſtat etiam in his quædam ordinari ad ſuos fines 1. Eth. manife-
» ſtum eſt autem quod inter hæc duo, ſcilicet eſſe alterius finem & ordinari
» ad aliud tanquam in finem; primum potius conuenit Eccleſiæ quam Papæ,
» Id enim finis dicitur alterius ad cuius benè eſſe alterum ordinatur, Ec-
» cleſia autem non ordinatur ad benè eſſe Papæ, ſed è conuerſo Papa om-
» nes ſuas actiones ordinat ad benè eſſe Eccleſiæ: Huic enim actiones Papæ

ſunt

ſunt bene ordinatæ, quando ex ipſis prouenit bonum Eccleſiæ, malè verò quando ab hoc fine deficiunt, ſiue eidem contrariantur. Hoc autem videtur dicere Apoſt. 1. Corinth 3. *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* Super quem locum dicit gloſſ. ordin. *omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti non puri hominis, & ideo non in puro homine gloriamur, cuius ſumus creatione & recreatione reparati.* Hoc autem ideo videtur dicere Paulus, vt ſicut hæc nobis, ſeu propter nos conceſſa ſunt, ita & nos Chriſto nos ipſos ſubijcere debemus. Vnde manifeſtè apparet quod Cephas potius eſt Eccleſiæ, & ad eam ordinatur tanquàm ad finem, & ipſius iudicio ſubijcitur, quàm è conuerſo. 1440.

2. Probatur hoc idem ex habitudine Cauſæ efficientis: habet enim Eccleſia ſe in ratione efficientis principalis, ſicut anima cum ſit finis corporis, habet ſe ad omnes actiones in ratione principalis efficientis. Cum ergo huic Corpori quod eſt Eccleſia, multæ competant operationes, quæ habent exerceri per membra ſua ad bene eſſe huius Corporis & ad ipſius virtutem, ſequitur quod ipſum Corpus ſe habet ad ipſas operationes in ratione principalis agentis, membra verò eius vt minus principalia ſiue vt inſtrumenta, ſicut potentiæ animæ dicuntur quaſi quædam inſtrumenta ad operationes animæ. Papa ergo licet ſit membrum nobiliſſimum Eccleſiæ ſub Capite Chriſto, tamen quia in ipſius Corporis virtute & fide & ad eius finem operari debet, non ſibi competit reſpectu Eccleſiæ habitudo principalis agentis aut inſtrumenti primarij. Quod autem ſe habet ad aliud in ratione principalis agentis, præfertur ei quod eſt in ratione ſecundarij ſeu inſtrumenti. Cum igitur Eccleſiæ competat ratio principalis agentis, Papa verò ſe habeat vt inſtrumentum, ſequitur quod authoritas Eccleſiæ præfertur authoritati Papæ, & per conſequens præfertur cuilibet membro inferiori Eccleſiæ.

3. Probatur hoc idem ex habitudine Cauſæ formalis. Omne nempe iudicium quod habet ſe inconcuſsè & inobliquabiliter ad rectitudinem veritatis ſiue legis, eſt forma illius iudicij quod poteſt ab huiuſmodi rectitudine declinare: ſic autem eſt de iudicio Eccleſiæ reſpectu actionum Papæ, quia Eccleſia nunquam deuiat, nec oberrare poteſt à fide recta, vt ſupra oſtenſum eſt; Papa verò frequenter 19. diſt. *Anaſtaſius*: ideo iudicium Eccleſiæ dignius eſt iudicio Papæ.

4. Probatur hæc authoritas maioritatis ratione Cauſæ materialis ſiue ſubiecti. Papa enim & alia omnia membra inferiora ſunt ſubiectum ſiue materia iudicij Eccleſiæ, quia poteſt omnia membra & etiam ipſum Papam iudicare, deponere, ſuſpẽdere ad tempus vel perpetuò, vt patet ex decreto Concilij Conſtantienſis. Papa autem reſpectu Eccleſiæ hoc non poteſt cum ipſa duratura ſit vſque in finem ſeculi, nec Papa poteſt præcipere aut ſtatuere, quod **nullus in Eccleſia oraret, laudaret Deum**, vel baptiſaretur, & ſic de alijs. Cum ergo Eccleſia poſſit Papam priuare ſiue ſuſpendere ab actionibus Papalibus, Papa verò non poſſit Eccleſiã ſuſpendere ab actionibus quæ ſibi in quantum talis eſt, competunt, conſtat quod Papa ſe habet vt ſubiectum ſiue materia, ſuper quam Eccleſia poteſt exercere iudicium, non autem è conuerſo. Materia autem habet rationem inferioritatis, vt notum eſt, ergo ſequitur quòd ipſe Papa inferior eſt Eccleſia.

Nec obſtat cap. *ſi Papa* 40. diſt. *ſi Papa animas ſubditorum cateruatim ad inferos deduceret, nullus mortalium poſſet eum iudicare, niſi deprehenderetur à fide deuius*, illud enim ſoluit ſeipſum, cum dicitur *mortalium:* denegatur enim iudicium ſingulis mortalibus, ſed non vniuerſali Eccleſiæ; neque Concilio generali, quod poteſt ipſum corrigere, ſi delinquit. Hoc per rationem naturalem poteſt fortificari, ſuppoſito illo quod Papa ſit caput miniſteriale Eccleſiæ reſpectu membrorum ſingularium. Videmus enim quod licet caput in corpore humano ſit ordinatum ad directionem & gubernationem membrorum, non ſitque licitum membra à capite, id eſt ab obedientia Capitis recedere, ſi tamen Caput in corpore humano

„ efficiatur languidum ſeu infirmum, licitum eſt membris illud ligare &
1440. „ cauterizare, ne totum corpus languor inuadat, ſi dolor non fuerit cura-
„ tus in capite. Ita etiam ſi Papa efficiatur furioſus & habens enſem in
„ manu exiens Palatium, & quos ſibi obuiàm reperiret, occideret, vtique
„ liceret ſubditis inferioribus eum capere & ligare. Et ſi hoc liceret ſubdi-
„ tis pro ſaluatione Corporis, multo magis licere debet Concilio generali
„ vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti pro ſalute animarum, quando Pa-
„ pa male regendo & Eccleſiam ſcandalizando animas ſubditorum ad viam
„ damnationis induceret. Similiter non obſtàt prædictis quod dicitur quo-
„ tidie, quod Papa non habet ſuperiorem in terris. Verum eſt enim quod
„ non habet ſuperiorem Prælatum, cum ipſe ſit ſummus Prælatus, habet
„ tamen ſuperiorem ſe Eccleſiam vniuerſalem Matrem diuinam & reginam
„ & Sponſam Chriſti.

„ Sed quod dicitur ſummus Pontifex, dicit B. Bernardus in lib. de Con-
„ ſideratione ad Eugenium, quod Papa eſt ſummus non conſummatiue,
„ ſed comparatiuè, non comparatione meritorum, ſed miniſteriorum. Eſt
„ enim ſummus inter Miniſtros & ſummus Pontifex reſpectu aliorum Pon-
„ tificum. Summus ergo eſt reſpectu perſonarum Officialium, non reſpe-
„ ctu vniuerſalis Eccleſiæ, in quam Iuriſdictionem exercere non poteſt,
„ quæ eſt ſponſa & Corpus Chriſti.

„ Similiter non obſtat illud quod dicitur in Cap. *nemo* 9. q. 3. vbi dicitur.
„ *Nemo iudicabit*, primam ſedem, & ſequitur. *Neque enim ab Auguſto, ne-*
„ *que ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo iudex iudicabitur.* Et
„ gloſſa ibi dicit, *quod ſi totus mundus ſentiret in aliquo negotio contra Papam,*
„ videtur quod ſententiæ Papæ ſtandum eſt 24. q. 1. *hæc eſt fides.* Illud enim
„ intelligendum eſt quando non ſubeſt cauſa iudicandi: aliàs ſi ſubeſt cau-
„ ſa, ſcilicet notorium ſcandalum, poteſt iudicari, & puniri per Concilium
„ generale, ſi ſit incorrigibilis. Ad quod propoſitum dicebat Gloſſa in
„ dicto Cap. *Nemo*, quod cum Papa peccat, poteſt peccatum eius Eccleſiæ
„ denunciari, ſecundum ammonitionem Euangelij, cum & ipſe ſubſit Euan-
„ gelio. Nec obſtat dictum Hoſtienſis in Cap. *propoſuit* de Conceſſ. Præ-
„ bend. vbi videtur dicere quod Eccleſia præcedendo ſecundam ammo-
„ nitionem Euangelicam, non poteſt iudicare Papam, quoniam ſalua pace
„ ſua illud mandatum Euangelij, *ſi peccauerit*, omnibus fuit dictum & con-
„ tra omnes peccantes, etiam contra Papam, ſicut contra alios quando
„ Papa peccat notoriè in ſcandalum vniuerſalis Eccleſiæ: ſicque practica-
„ tum fuit in Concilio Conſtantienſi contra Ioan. XXIII. facit pro autho-
„ ritate Conciliorum, quod habetur 43. diſt. *Hinc etiam*, ibi dum dicitur,
„ *ſcientes quia eius ſedi* 1. Petri Apoſtoli meritum. Deinde ſicut à iuſſione
„ Domini Conciliorum authoritas ſingularem in Eccleſijs tradidit poteſta-
„ tem quamuis Gloſſa ibidem hoc dictum moderetur dicens, quod Eccle-
„ ſia Rom. poteſtatem principaliter habuit à Domino, ſecundario à Con-
„ cilijs. Cui concordat Gloſſa Capituli. *Dudum* 3. q. 6. Sed quamuis ita
„ ſit, hoc non infert Papam non ſubijci Concilio, quando Eccleſiam no-
„ toriè ſcandalizat, attento quod Petrus poteſtatem accepit à Chriſto, vt
„ miniſter Eccleſiæ dominæ ſuæ, & ita cum onere ſcilicet quod eſſet ſub-
„ miſſus ipſi Eccleſiæ dominæ ſuæ quando notoriè illam ſcandalizaret ſuper
„ quam non recepit poteſtatem neque iuriſdictionem, ſed ſuper Eccleſias
„ parriales, quod notat verbum *Cæteris* in Capitulo quamuis 21. diſt. Vbi
„ dicitur, *Quod vniuerſæ per Orbem Eccleſiæ ſunt vnus Thalamus Chriſti, & Ec-*
„ *cleſia Rom. cæteris Eccleſijs eſt Prælata*, non dicitur quod ſit Prælata thala-
„ mo Chriſti, ſed cæteris Eccleſijs, quod eſt dignum nota, ad Gloſſam au-
„ tem Capitul. *Nemo* prius allegatum vbi dicitur, *quod ſi totus mundus, &c.*
„ dicendum eſt quod Gloſſa loquitur argumentatiuè, arguendo pro & con-
„ tra, ſed non deciſiuè. Vnde dicit *videtur*, & quidquid in hoc paſſu ha-
„ ctenus per gloſſas & Doctores interdum affirmatiuè, interdum negatiuè
„ fuerit opinatum, ſtandum eſt hodie definitioni factæ per ſacrum Con-
„ ſtantienſe Concilium, quoad caſus in Decreto eius expreſſos, videlicet

cum agitur de fide, de extirpatione Schiſmatis, de reformatione Eccleſiæ in Capite & in membris, & de pertinentibus ad caſus præmiſſos, ſicut eſt caſus notorij ſcandali; & ſic de alijs, quòd in his Papa ſit inferior Concilio generali. Et ſi quis contrarium pertinaciter aſſereret, hæreticus eſſet cenſendus. Sed pro probatione ſecundæ partis Concluſionis, ſcilicet quod Eccleſiæ vniuerſali & Concilio generali ipſam repræſentanti quilibet cuiuſcunque dignitatis, ſtatus aut conditionis etiamſi Papalis exiſtat, obedire & ſubeſſe teneatur, Et ſi non obedierit, poterit puniri condigna animaduerſione, non eſt opus adducere ſcripturas ſupra ſcripturam veritatis Euangelicæ, qua dicitur, *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Et poteſt probatio huius ſecundæ partis patere ſufficienter ex prædictis. Et tantùm de hac Concluſione & probationibus ſuis. 1440.

Sed cum Eccleſia vniuerſalis, ſeu Concilium generale ipſam repræſentans ſit quædam Communitas, ſeu multitudo Fidelium, quæ regulari habet legibus, decretis & conſtitutionibus, quas ex poteſtate ſumma ſibi à Chriſto tradita ex præcedenti Concluſione poteſt condere, quibus plurimum reniti & contraire nemo ſine pœna poteſt, ideo vt appareat hoc eis non eſſe licitum pro iſto ſit hæc

Concluſio 5. *Decreta vniuerſalis Eccleſiæ, ſeu generalium Conciliorum ipſam repræſentantium ab omnibus Eccleſiæ membris, quacunque etiam ſi Papali præfulgeant dignitate, ſunt inuiolabiliter obſeruanda, quorum tranſgreſſionem quicunque cuiuſcunque ſtatus, conditionis, aut dignitatis etiamſi Papalis ſit, ex contemptu incurrerit, poterit condigna animaduerſione puniri.* Hæc Concluſio duo dicit 1. quod Decreta vniuerſalis Eccleſiæ ab omnibus ſunt obſeruanda. 2. dicit de pœna non obſeruantium. Quantum ad primam partẽ, probatur Concluſio. Vniuerſalis Eccleſia & Concilium generale ipſam repræſentans habet poteſtatis plenitudinem & iuriſdictionem vniuerſalem ſuper omnia membra Eccleſiæ ex Concluſione præcedenti. Ergo ſequitur quod legibus & conſtitutionibus eius obedire quilibet eſt adſtrictus. Eſſet enim inconueniens & rationi diſſonum aliquem eſſe ſubiectum alicui & eius iuſſionibus contraire: vnde dicit Canon, *Ridiculum & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitùs à Patribus ſuſcepimus, infringi patiamur.* 12. diſ. *ridiculum.* Et præſertim traditiones vniuerſalis Eccleſiæ. Si enim Conſtitutio ſedis Apoſtolicæ, ſiue Eccleſiæ Rom. quæ ſubiecta eſt vniuerſali Eccleſiæ tanquam pars toti, ex prius dictis omnes adſtringit, & ad eius obſeruationem omnes tenentur, vt in capitulo vlt. de Conſtitutionibus, multo magis Conſtitutio vniuerſalis Eccleſiæ, aut Concilij generalis ipſam repræſentantis omnes obligat & adſtringit. Propter quod in Concilio Toletano ſtatutum fuit, vt omnes Archiepiſcopi ſuis Eccleſijs notificent quæ in Concilijs generalibus ſtatuuntur 18. diſtinct. *decernimus.* Et non ex alio niſi quia omnes huiuſmodi ſtatuta ſeruare tenentur. Canonum namque ſtatuta ab omnibus ſunt ſeruanda de Conſtit. Cap. 1. maximè autem ſummus Pontifex, qui præeminentiam habet in Eccleſia tanquam principale membrum ſub Capite Chriſto ad huiuſmodi Decretorum obſeruantiam conſtrictus eſſe videtur. Si enim in principio aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, iurare debet ſe velle tenere fidem ſecundum decreta generalium Conciliorum, provt decretatum eſt in Concilio Conſtantienſi, non videtur quomodo ea paſſim reuocare poſſit. Quod attendebat ipſa Synodus Conſtantienſis, condendo decretum de quo ſupra; vbi ſtatuit quod quicumque cuiuſcumque ſtatus, conditionis vel dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ordinationibus ſeu præceptis huius ſacræ Synodi & cuiuſcumque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus factis vel fiendis contumaciter obedire contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſuffragia ſi opus fuerit, recurrendo. Et rectiſſimè mota eſt S. Synodus ad condendum huiuſmodi ſtatutum, etiam quoad perſonam Papæ, qui eſt

1440. „ Pontifex primæ ſedis, nullam magis ſedem quàm primam exequi oportet
„ decretum vniuerſalis Eccleſiæ 23.q.1. *Confidimus*. Vbi eſt hoc expreſſum,
„ & meritò, cum ſcriptum ſit. *Patere legem quam ipſe tuleris*. De Conſtitut.
„ *Cum omnes*. Et imperatur his à Domino qui dicunt & non faciunt, & qui
„ alijs onera grauia imponunt & ipſi nec digito volunt ipſa mouere Matth.
„ 23. Ex quo autem ipſe eſt pars vniuerſalis Eccleſiæ, meritò debet huiuſ-
„ modi decreta ſeruare. Vnde ſicut habetur ad Galat. 3. quia Petrus da-
„ bat occaſionem, vt alij Fideles non obſeruarent decretum factum in 3.
„ Concilio, de quo Actuum 15. *Paulus reſtitit Petro in faciem reddens cauſam*
„ *reſiſtentiæ*, quia reprehenſibilis erat, eò quòd non ambularet ad veritatem
„ Euangelij. Ex qua authoritate notandum quod decretum ipſius Concilij
„ ab Apoſtolo reputabatur tantæ authoritatis vt diceret quod veritas ip-
„ ſius eſt veritas Euangelij. Conſtat enim quod non continebatur ſaltem
„ expreſsè, in Euangelio ſuper quo Paulus reprehendebat Petrum; ſed
„ continebatur in Decreto Concilij. Et forte ex verbo Apoſtoli Grego-
„ rius poterat ſumpſiſſe, vt diceret 4. Concilia veneranda, vt 4. Euangelia
„ 15. diſt. Sicut ſancti, quia Paulus veritatem decreti dixit veritatem Euan-
„ gelij. Et ſi hoc ſoli Paulo licuit declarare videlicet contra actiones Petri
„ quod non ambularet ad veritatem Euangelij, quanto magis licebit Con-
„ cilio generali legitimè congregato reſpectu ſummi Pontificis? Ex hac
„ igitur authoritate Scripturæ quæ meritò pro manu tenenda libertate Ec-
„ cleſiæ ſcribenda eſt litteris aureis, patet manifeſtè quod ſummus Ponti-
„ fex tenetur obſeruare decreta Concilij: nam ſi non teneretur, iniuſtè
„ Paulus redarguiſſet Petrum. Item ſi non, ſequeretur valde abſurdum.
„ Ex quo enim Papa peccare & errare poteſt 19. diſt. *Anaſtaſius*, poſſibile
„ eſt dare in futuro tempore Papam, Domino permittente, qui ſit malus,
„ ignorans, plenus iniquitate: at arbor mala non facit niſi fructus malos.
„ Si ergo in poteſtate ſua eſſet reuocare decreta generalium Conciliorum
„ in quibus ſæpè actum eſt de fide: Et ſi Fideles ei in hoc tenebuntur obe-
„ dire, ſequitur quod Eccleſia erit tandem poſita in magno periculo,
„ quod videtur abſurdum. Potius ergo debet decreta Conciliorum gene-
„ ralium venerari, quàm ea reuocare ſine euidenti & vrgentiſſima ac ratio-
„ nabili materia, quæ ab Eccleſia vniuerſali reputaretur legitima atque
„ iuſta. Vnde ſicut habetur Act. 15. quod tempore Apoſtolorum in tanta
„ veneratione erat Concilium ſiue Congregatio Apoſtolorum & ſenio-
„ rum, quod putabatur non licere quidquam ardui etiam ipſum. Petrum
„ facere in contrarium, abſque aliorum Apoſtolorum & ſeniorum delibe-
„ ratione. Vnde quia Petrus baptizauerat Cornelium qui erat Gentilis &
„ comedebat cum eo, quando reuerſus eſt, vbi erat Congregatio Apoſto-
„ lorum, diſceptabant aduerſus eum pro hoc opere bono, & ad quietan-
„ dum eos, oportuit eum rationem reddere de geſtis. Conſtat autem quod
„ illud opus bonum erat, quia prædicare Gentibus verbum Dei & Bapti-
„ zare iniunctum erat omnibus Apoſtolis, Matth. vlt. Ex quibus habetur
„ quod omnes adſtringuntur ad obſeruantiam Decretorum Concilij, etiam
„ ipſe Papa.

„ Nec obſtat Cap. *Non debet*, de Conſang. & affin. vbi Papa prohibitio-
„ nem Concilij generalis reduxit ad 4. gradum, & in lib. *Statutum* de Reſ.
„ l. 6. conſtitutione Concilij generalis de duabus diebus ſeu dietis reduxit
„ ad vnam dietam, & ita videtur quod poſſit tollere Conſtitutiones gene-
„ ralium Conciliorum, ſed dicendum illud ibi fieri per Papam in Concilio
„ generali, ipſo conſentiente, & permiſſione ipſius Concilij: quod patet ex
„ verbis illius textus cum dicitur *Sacri Concilij approbatione*. Similiter in
„ Ca. *ſtatutum*, illud quod factum eſt, factum eſt per Papam pro bono com-
„ munis Iuſtitiæ tanquam per Miniſtrum & diſpenſatorem Eccleſiæ, & in
„ caſu quo Concilium generale non erat congregatum, nec ipſe prohibitus
„ fuerat facere ſine conſenſu Concilij. Poſſet enim de conſenſu Concilij
„ imò & diſſoluto Concilio, & poteſt ſtatuta condere pro regimine Eccle-
„ ſiæ, Conſtitutiones interpretari, vel eas mutare ex euidenti vtilitate, vel

vrgente neceſſitate. Quia quoad hoc Princeps non aſtringitur legibus, non ſic vt ad earum obſeruantiam non teneatur, ſed ſic non ſtringitur, quin poſſit legesinterpretari, vel mutare, vel nouas condere pro vtilitate Eccleſiæ, dummodo id expediat. Iſto enim modo ſcilicet quantum ad mutationem Principem eſſe ſupra legem, nec eum conſtrictum legibus dicit B. Thomas 1. 2. q. 96. art. 2. in Reſponſione principali, dicens quod lex humana in tantùm rectè mutatur, in quantum per eius mutationem communi vtilitati prouidetur. Habet autem ipſa legis mutatio quantum in ſe eſt quoddam detrimentum communis ſalutis. Quia ad obſeruantiam legum plurimum valet conſuetudo, in tantum quod ea quæ contra communem conſuetudinem fiunt, & ſi ſint leuiora de ſe, grauiora videntur, vnde quando mutatur, hæc diminuitur vis conſtrictiua legis, in quantum tollitur conſuetudo. Et ideo nunquam debet lex humana mutari niſi ex aliqua parte tantum recompenſetur communi ſaluti, quantum ex iſta parte derogatur. *Quod quidem contingit, vel ex hoc quod aliqua maxima & euidentiſſima vtilitas ex nouo ſtatuto prouenit, vel ex eo quod maxima neceſſitas euenit, ex eo quod lex conſtituta maximam iniquitatem continet, aut eius obſeruatio eſt plurimum nociua, vnde dicitur à iuris perito, quod in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum viſum eſt.* Hæc B. Tho. Sic ergo per iſtum modum Princeps dicitur eſſe ſupra legem. Sed quantum ad vim directiuam, dicit eum eſſe ſub lege. Sic etiam quantum ad vim diſpenſatiuam poteſt dici ſupra legem in qua diſpenſare poteſt, de quo ponit notam B. Tho. vbi ſupra art. 4. quod diſpenſatio propriè importat commenſurationem alicuius communis ad ſingula: aliquis autem diſpenſare dicitur in quacumque multitudine ex eo quod ordinat qualiter aliquod commune præceptum ſit à ſingulis adimplendum. Contingit autem quandoque quod aliquod præceptum quod eſt ad commodum multitudinis, vt in pluribus non eſt conueniens huic perſonæ, vel in hoc caſu, quia vel per hoc impeditur aliquid melius, vel induceret aliquod malum; periculoſum autem eſſe vt hoc iudicio cuiuſlibet committeretur, niſi propter euidens & ſubitum periculum. Et ideo ille qui habet regere multitudinem, habet poteſtatem diſpenſandi in lege humana, vt ſcilicet in perſonis & caſibus in quibus lex deficit, licentiam tribuat vt præceptum legis non ſeruetur. Si autem abſque hac ratione pro ſola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in diſpenſatione, aut erit imprudens. Infidelis quidem ſi non habeat intentionem ad bonum commune, imprudens ſi rationem diſpenſandi ignorat, propter quod Dominus dicit, Luc. 12. *Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?* Et ex his patet probatio primæ partis Concluſionis.

1440.

Sed quoad 2. partem ſcilicet quod propter tranſgreſſionem decretorum poterit quis congrua animaduerſione puniri. **Pro veritate iſtius partis vltra id quod expreſſum eſt in decreto Concilij Conſtantienſis, de** quo ſupra, eſt Canon etiam alterius Concilij generalis 1. quæſt. 7. *Si quis omnem*, vbi dicitur. *Si quis omnem traditionem Eccleſiaſticam ſcriptam violat, anathema ſit.* Et in cap. *Violatores* 25. quæſt. 1. dicitur. *Violatores Canonum voluntarie, grauiter à SS. Patribus iudicantur & à Sancto Spiritu inſtinctu cuius ac dono dictati ſunt, damnantur. Quoniam blaſphemare, non incongruè videtur Spiritum ſanctum qui contra eoſdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt.* Nec videtur eſſe verè Catholicus, qui decreta vniuerſalis Eccleſiæ non recipit. Vnde dicit Leo Papa ſcribens Epiſcopis Britanniæ. Et ponitur 20. diſt. de Libellis, vbi dicitur. *Qui illa quæ prædiximus SS. Patrum inſtituta quæ apud nos Canones prætitulantur, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue Prælatus alius, ſiue Clericus, ſiue Laicus non indifferenter*, conuincitur recipere, nec Catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta 4. Euangelia vtiliter & efficaciter ad officium, ſiue retinere, vel credere probatur. Et tantum ex hac 5. Concluſione.

1440. „ Et quoniam ex non obſeruantia Decretorum vniuerſalis Eccleſiæ, vel „ contradictione eorum, quanquam ipſis contradicere non liceat, ex præ- „ cedenti Concluſione Concilium generale Baſileenſe quod noſtris tem- „ poribus exortum vidimus, à quibuſdam dicitur non fuiſſe legitimè con- „ gregatum, vel ſi fuerit, diſſolutum tamen creditur à quibuſdam, ideo pro- „ poſitio ſit hæc.

„ Concluſio 6. *Sacra Synodus Baſileenſis in & à ſui exordio vſque ad præſens* „ *fuit & eſt in Spiritu S. legitimè congregata & inſtituta, quam nullus quacumque* „ *dignitate, etiamſi Papali præfulgeat, potuit ſine eius conſenſu expreſſo diſſoluc-* „ *re, neque poteſt.* Concluſio duo dicit. 1. Quod ſacra Synodus Baſileenſis „ in & à ſui exordio vſque ad præſens fuit & eſt in Spiritu S. legitimè con- „ gregata. 2. Dicit quod nullus cuiuſcunque poteſtatis exiſtat, etiamſi „ Papalis, potuit ſine eius conſenſu expreſſo diſſoluere, neque poteſt. Pro „ veritate 1. partis Concluſionis ſatisfacit hoc; quia congregatio Concilij „ Baſileenſis habuit ortum ex decreto Concilij Conſtantienſis habente fun- „ damentum ex ſcriptura, vt ſupra oſtenſum eſt, vbi inter alia decretatum „ eſt, approbante mortuo Papa Martino, quod poſt finem Concilij Con- „ ſtantienſis, quinquennio completo, debebat celebrari Concilium genera- „ le pro reformatione Eccleſiæ in Capite & in membris, ſicut & factum „ eſt, ac demum poſt ſeptennium immediatè ſequens debebat celebrari „ aliud Concilium generale pro reformatione Eccleſiæ in Capite & in mem- „ bris, quod & factum eſt; & conſequēter de decemnio in decennium. Iuxta „ huiuſmodi decretum Concilium Baſileenſe fuit congregatum, lapſo dicto „ ſeptennio. Quod & Eugenius Papa per ſuas Patentes litteras in principio „ ſui Pontificatus approbauit, miſitque legatos ſuos ad præſidendum qui „ in incorporatione per eos facta præſtiterunt iuramentum ſuper decretis „ in dicto Concilio factis & fiendis, manutenendis & obſeruandis, & in di- „ ctis & alijs quampluribus literis ſuis ipſum Concilium generale nomina- „ uit. Vnde & in Bulla ſua quæ incipit *Moyſes*, quæ ab eo poſt prætenſam „ eius diſſolutionem vltimam emanauit, dicit ipſum fuiſſe Concilium ge- „ nerale. In alijs etiam ſuis litteris, per quas reuocauit 1. diſſolutionem „ prætenſam per eum factam, confitetur dictam diſſolutionem ſuam prædi- „ cti Concilij Baſileenſis præbere cauſam multis grauibus diſſenſionibus, „ & præfatum generale Concilium Baſileenſe omni deuotione & fauore „ proſequendum, ipſumque legitimè inchoatum & continuatum fuiſſe, & „ eſſe, ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet, reuocauitque duas litteras in Pa- „ latio Apoſtolico promulgatas in præiudicium prædictæ diſſolutionis, ac „ totum quidquid nomine ſuo in præiudicium & derogationem prædicti „ Concilij Baſileenſis, ſeu contra eius authoritatem factum fuerat & atten- „ tatum, pollicituſque fuerat deinceps à nouitatibus, grauaminibus, ſeu „ præiudicijs inferendis, ipſi ſacro Concilio, vel ſuppoſitis eius & adhæ- „ rentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtere velle. Ecce ergo inchoa- „ tionem & continuationem Concilij Baſileenſis, **omni firmitate vallatam,** „ nec à quoquam debere hæſitari de eodem, aut de ipſius legitima Con- „ gregatione. Sic ergo patet 1. pars Concluſionis, quod Concilium Baſi- „ leenſe in & à ſui exordio fuit & eſt Concilium generale in Spiritu Sancto, „ authoritate legitima congregatum.

„ Pro 2. verò parte probatur Concluſio. Scilicet, *quod Concilium Baſi-* „ *leenſe non potuit neque poteſt per quempiam, ſine eius conſenſu expreſſo diſſolui.* „ Patet quia ſi per aliquem, maximè per ſummum Pontificem, quod fieri „ non poteſt. Papa iam pro libito ſuo non poteſt Concilium generale diſ- „ ſoluere; aut enim ipſe volens diſſoluere Concilium, innititur authoritati „ legis materialis, aut legis poſitiuæ, aut authoritati legis Euangelicæ. „ Non 1. quia Papa, non videtur habere poteſtatem à iure naturali, cum ſit „ vna libertas 1. diſt. *Ius Naturale.* Nec etiam poteſt ſe iuuare iure poſiti- „ uo, quia Eccleſia vniuerſalis & Concilium generale Papam repræſentans „ nullo iure poſitiuo ſtringitur, aut ligatur, cum ſit ſponſa Chriſti imma- „ culata, quæ à Chriſto Capite ſuo ſummam in terris obtinet poteſtatem

ex 4. Concluſione: Non etiam poteſt ſe iuuare lege Euangelica: quia ſupra probatum eſt, quod ſecundum legem Euangelij Papa ſubeſt Eccleſiæ, cum ſit dictum Petro, *dic Eccleſiæ*. Si ergo nullo iure poteſt ſe iuuare, ſequitur quod ipſum Concilium diſſoluere de iure non poterit ſine conſenſu Concilij, nec transferre. 2. Probatur ſpecialiter quod ipſe Eugenius tunc Papa Concilium Baſileenſe diſſoluere non potuit, vel in Ferrariam, aut in alium locum transferre. Nam poſt receſſum clandeſtinum Ioannis Papæ XXIII. de Conſtantia, ſi ipſe Ioannes XXIII. diſſoluiſſet Concilium Conſtantienſe, vel in alium locum tranſtuliſſet, quæritur vtrum huiuſmodi tranſlatio, vel diſſolutio tenuiſſet, vel non tenuiſſet, ſeu robur habuiſſet, aut non habuiſſet. Si ſic, ſequitur quod decretum Concilij Conſtantienſis ſuper hoc factum de contrario, fuiſſet iniquum & iniuſtum, cum factum fuiſſet ſuper re de qua fieri non poterat, lex autem debet eſſe iuſta & poſſibilis. 4. diſt. *Erit autem*. Et ſequitur quod Concilium Conſtantienſe in hoc erraſſet, quod vſque huc nemo dicebat, recedente enim ipſo Ioanne XXIII. de Conſtantia, fugæ præſidio decretatum fuerat, quod ipſe Ioannes non poſſit mutare, aut transferre ipſum Concilium Conſtantienſe ad alium locum, neque ipſam Curiam ibi tunc exiſtentẽ, decernens Cenſuras per eum factas, vel fiendas in contrarium irritas & inanes, ipſeque Ioannes nondum erat eiectus à ſede Papatus. Si autem non tenuiſſet, ſeu robur non habuiſſet huiuſmodi diſſolutio, vel tranſlatio quæ fuiſſet facta per Ioan. Ergo nec iſta habet robur quæ facta eſt per D. Eugenium de Concilio Baſileenſi. Patet quia eadem eſt poteſtas illius & illius Concilij, cum per vtrumque eadem Eccleſia vniuerſalis repræſentetur, cuius Caput eſt Chriſtus, & illi duo Pontifices Ioannes & Eugenius fuerunt paris poteſtatis.

3. Probatur ſpecialius quod Concilium Baſileenſe in ſui exordio fuit Concilium generale legitimè congregatum ex 1. parte Concluſionis: ergo ſequitur quod Papa tenebatur obedire eius ſtatutis & ordinationibus, etſi non obediret, poſſet puniri pœna Canonica ex 5. Concluſione. Sed quia in principio Concilij Baſileenſis in decreto 11. ſeſſ. Quod incipit. *Quoniam frequens* decretatum eſt quod nullus quacumque authoritate etiamſi Papali fulgeat, poſſet diſſoluere Concilium Baſileenſe, vel ad alium locum tranferre, niſi duæ partes Concilij conſentirent. Ergo & huic decreto Eugenius Papa obedire tenebatur, præſertim cùm ipſum per ſuam ſubſequentem adhæſionem approbauerit, ſicut alia omnia decreta facta vel fienda, ſuique Præſidentes ſuper his præſtiterunt iuramentum, ſed quia nondum duæ partes Concilij Baſileenſis conſenſerunt ad diſſolutionẽ eiuſdem Concilij, ſequitur quod nondum eſt diſſolutum & per conſequens permanet in ſua integritate & authoritate, ſicut fuit in ſui exordio. Et ſi dicerctur per partem aduerſam, Epikeia, ſeu interpretatio legis ſemper remanet in Principe; Et ſi ſic, **poterit Papa interpretari decreta Concilij Conſtantienſis & Baſileenſis, & ita diſſoluere** Concilium pro libito ſuo, vel de loco ad locum tranferre. Reſponſio, quod Epikeia eſt quædam virtus directiua Iuſtitiæ legalis ex 5. Ethic. & eo melior & notabilior quo per eam modo nobiliori & perfectiori obediretur menti & intentioni Legiſlatoris pro eo quod ipſi Legiſlatores ſtatuendo leges frequenter reſpiciunt ad ea quæ vt in pluribus accidunt, & raro de contingentibus prouident: quia ad ſingula contingentia humanitùs non valent prouidere. Quibus de nouo occurrentibus & ſe in actionibus humanis offerentibus fit prouiſio per hanc virtutem interpretatiuam legum, quæ virtus ſemper remanet in Principe, niſi expreſsè ſit ei prohibitum epikeiſare per eum qui hoc poteſt. modò hîc expreſsè ei prohibitum eſt per Concilium generale in Cap. *Quoniam frequens*, ne diſſoluat, vt reformatio in Eccleſia ſequi poſſit in Capite & in membris. Epikeiſare ergo non poteſt in hoc caſu maximè durante Concilio generali & id ipſum prohibente, & habente poteſtatem ſupra Papam ex prius dictis, cuius virtus prohibitiua intelligitur eſſe excepta in dicta Epikeia.

1440.

1440 „ Sed obſtare videtur prædictis Capit. *Significaſti* de Elect. vbi dicitur
„ quod per Eccleſiæ Rom. authoritatem omnia Concilia robur accipiant,
„ & ideo in eorum ſtatutis Rom. Pontificis patenter excipitur authoritas
„ ex quo videtur argumentum colligi, quod ex quo Concilia robur acci-
„ piunt ab authoritate Rom. Eccleſiæ, quod non poſſit aliquod Concilium
„ congregari ſine authoritate Papæ, de quo 17. diſt. per totum. Similiter
„ ex quo authoritas Rom Pontificis excipitur in ſtatutis Conciliorum, vide-
„ tur quod Papa poterat interpretari decretum Concilij Conſtantienſis &
„ Baſileenſis; & ita in alium locum transferre. Reſponſio. Regulariter lo-
„ quendo Concilium generale non poteſt eſſe legitimè congregatum ſine
„ authoritate Papæ, niſi quando immineret neceſſitas congregandi illud
„ pro intereſſe vniuerſalis Eccleſiæ, & Papa nollet congregare, de quo
„ infra dicetur. Sed poſtquam Concilia generalia authoritate Papæ, vel
„ aliàs legitimè congregata ſunt, poteſtas eorum non dependet à Papa,
„ ſed à Chriſto immediatè tanquam à Capite, vt ſupra oſtenſum eſt: Con-
„ cilium autem Baſileenſe non fuit congregatum ſine authoritate Papæ;
„ imò de authoritate Martini Papæ factum fuerat decretum in Concilio
„ Conſtantienſi de celebratione Concilij Baſileenſis, & poſtea idem Con-
„ cilium fuit per D. Eugenium tunc Papam confirmatum ratificatum & ſta-
„ bilitum, & dicebatur notanter niſi immineret neceſſitas congregandi il-
„ lud pro intereſſe vniuerſalis Eccleſiæ; ſtaret enim ſine authoritate Papæ
„ ipſum Concilium congregari poſſe. Quia ſi nullo Papa exiſtente eſſent
„ Cardinales obſtinati & nollent eligere Papã volentes turbare Eccleſiam,
„ vel non poſſent conuenire, vel eſſent per tyrannidem impediti, aut in-
„ carcerati, vel omnes mortui, vel ſi omnes Cardinales cum Papa eſſent
„ hæretici, vel Papa eſſet ſcandaloſus notoriè, vel incorrigibilis, aut ſi
„ Papa proferret cum Collegio ſententiam dubiam, aut contrariam in ma-
„ teria fidei, & in hoc pertinaces eſſent nolentes Concilium conuocare,
„ vel eſſet exorta dubitatio de contentione plurium de Papatu, nolletque
„ Papa conuocare Concilium, vel aliquis alter caſus ſe offerret qui ver-
„ geret in noxam Eccleſiæ, conſtat quod in talibus caſibus, aut aliquo eo-
„ rum poſſet, imò deberet Concilium conuocari ſine mandato Papæ, etiam
„ ipſo renitente, aliàs ſi non poſſet, tunc tota politia Eccleſiæ poſita
„ eſſet in periculo & magna turbatione. Verum eſt ergo dicere quod Con-
„ cilium congregari poteſt etiam ſine authoritate Papæ. De hoc tamen iam
„ ſufficienter prouiſum eſt per Concilium Conſtantienſe in quo factum
„ eſt decretum de perpetua Conciliorum generalium in futurum celebra-
„ tione. Quandocunque ergo erit congregatum aliquod Concilium, ſem-
„ per congregabitur authoritate Papæ & etiam vniuerſalis Eccleſiæ, quæ
„ fuerat in Concilio Conſtantienſi congregata, ſicut & Concilium Baſi-
„ leenſi fuerat & eſt eadem authoritate congregatum ex 1. parte Con-
„ cluſionis. Et ita ſtandum eſt poſteriori iuri facto in Concilio Conſtan-
„ tienſi de celebratione generalium Conciliorum.

„ Similiter quod dicebatur quod in ſtatutis generalium Conciliorum
„ Rom. Pontificis excipitur authoritas, verum eſt iuxtà ea quæ dicta ſunt
„ in Concluſione præcedenti, quod intelligitur huiuſmodi authoritas ex-
„ cepta ad interpretandum, declarandum & moderandum ſtatuta Conci-
„ liorum ſecundum varietatem temporum ſuadente euidenti vtilitate, vel
„ vigente neceſſitate cum conſilio maioris partis Cardinalium, quod de
„ honeſtate requiritur quandocunque Rom. Pontifici pro bono Reipub.
„ videretur faciendum: quæ quidem authoritas interpretandi dicitur Epi-
„ keia ſeu interpretatio legis, vt ſupra dictum eſt. In qua interpretatione
„ ſemper intelligitur excepta authoritas prohibitiua vniuerſalis Eccleſiæ
„ & Concilij generalis ipſam repræſentantis tanquam authoritas Supe-
„ rioris, vt quandocunque Eccleſiæ vniuerſalis, ſeu Concilium generale
„ ipſam repræſentans prohibet epikeiſare, ſicut in caſu prædicto expreſſo
„ in Ca. *Quoniam Frequens*, ibi non poteſt Papa epikeiſare, quia expreſsè
„ per Eccleſiam prohibetur ne diſſoluat Concilium. Si enim contrarium

diceremus,

diceremus, ſequeretur abſurdum, ſcilicet quod Papa vigore dictæ Epikeiæ poſſet derogare omnibus Conſtitutionibus ſacrorum Conciliorum & omnem bonam Politiam euertere, quod eſt valde inconueniens, cùm non habeat poteſtatem ad deſtructionem, ſed ad ædificationem, 2. ad Corinth. 10. 1440.

Apparet ergo ex his quòd Papa pro libito ſuo non poteſt diſſoluere Concilium generale: iſta enim non concordant, *dicere poſſe Papam iudicari à Concilio in caſu hæreſis*, quod Papa negare non poteſt; & ex alia parte, *dicere Papam poſſe diſſoluere Concilium ad libitum ſuum*. Aut enim aliquis Papa erit hæreticus ante Concilium, vel tempore Concilij. Si ante Concilium, ipſe nunquam congregabit Concilium, ſi hæreſim pertinaciter defendere voluerit, aliàs inijceret ſibi laqueum. Si tempore Concilij erit hæreticus & ſciuerit contra ſe ferendam ſententiam, ſicut & ferenda eſt contra pertinaces, ſtatim diſſolueret Concilium, ſi verum erit dicere quod ad hoc paſſim poteſtatem habeat: Et ita nunquam ſententia poſſet fieri contra Papam hæreticum: Et ita ius quod dicit Papam in caſu hæreſis poſſe iudicari per Concilium, erit ludibrio & fruſtra. Potiùs ergo dicendum eſt quod in tali caſu & in ſimili quando ipſe ſcandalizaret Eccleſiam notoriè, Eccleſia habet poteſtatem congregandi Concilium generale, provt decretatum eſt in Concilio Conſtantienſi quod Papa pro libito ſuo diſſoluere non poteſt. Et ita nec Concilium Baſileenſe ipſe Eugenius tunc Papa poterat tunc diſſoluere, ſine eius expreſſo conſenſu; debebat quippe ipſe Eugenius cum transferre voluit ipſum Concilium Baſileenſe, recordari illius decreti, quod ipſe per ſuam adhæſionem approbauit expreſsè, vbi decretatum eſt & declaratum omne Concilium quod iſto durante contingeret alibi erigi, non fore Concilium, ſed Schiſmaticorum conuenticulum. Intelligitur autem durare donec ex conſenſu duarum partium iuxta tenorem decreti ſuper hoc facti fuerit diſſolutum. Debebat etiam recordari quod ſi iuxta decretum Concilij Conſtantienſis locum futuri Concilij alio tempore celebrandi ſine conſenſu Concilij actu congregati aſſignare, & niſi ad loca ibidem declarata inuitare non poſſet, nihilominus poſſet Concilium actu congregatum ſine eius conſenſu diſſoluere, vel ad alium locum transferre. Debebat præterea non obliuiſci Decreti facti ſuper conuentione Græcorum per ipſum approbati, quo cauetur Concilium in Baſilea firmiter permanſurum, donec Græci ad portum peruenirent per Concilium Baſileenſe nominandum. Si hoc Papa aduertiſſet, nullatenus Concilium tranſtuliſſet: Si ergo tranſtulit vel diſſoluit, dicitur hoc feciſſe de facto, quod nullius eſt roboris vel momenti; & tantum de 6. Concluſione principali quamuis plura poſſent huc adduci. Sequitur 7. & vltima Concluſio.

Et quoniam ſacra Synodus Baſileenſis quæ ſecundum veritatem nondum **diſſoluta exiſtit ex Concluſione præcedenti, propter prętenſam** eius diſſolutionem de facto præſumptam à quibuſdam creditur in depoſitione Eugenij tunc Papæ, & conſequenter in Electione D. Felicis Papæ V. perperàm proceſſiſſe, ideo pro ipſo ſit hæc Concluſio 7. & vltima. *Suſpenſio & depoſitio de ipſo Eugenio olim Papa IV. factæ per ſacrum Concilium Baſileenſe cenſendæ ſunt validæ atque iuſtæ, Electioque ex poſt facta D. Felicis Papæ V. ad Rom. Pontificium per idem Concilium cenſenda eſt Canonica qui ſolus pro Rom. Pontifice vero & indubitato ab omnibus viatoribus* neceſſariò *habendus eſt, eique obedientia præſtanda eſt à cunctis Chriſti Fidelibus ſub periculo ſalutis æternæ.* Iſta Concluſio tria dicit: primum de ſuſpenſione & depoſitione Eugenij olim Papæ IV. 2. de Electione D. Felicis Papæ V. Et 3. dicit quod ipſi D. Felici omnes ad præſtandam obedientiam ſunt adſtricti.

Hæc Concluſio magis ex proceſſu hinc inde facto probationem ſuam accipit, quàm ex ſcripturis, ad quem proceſſum in hoc caſu debet ſe quilibet referre. Iam pro proceſſu Iudicis præſumendum eſt donec probetur contrarium. In hoc autem caſu non poteſt oſtendi contrarium, cùm

1440. „ talis Iudex protulerit ſententiam à quo appellari non poteſt. Tribunal
„ namque vniuerſalis Eccleſiæ ſupremum eſt in terris ex 4. Concluſione:
„ quod refutari non poteſt. Per appellationem enim cum Iudex aditur
„ ſuperior, ſententia inferioris Iudicis contemnitur, neque eius iudicio
„ ſtatur. Sed quis dicat ſententiam vniuerſalis Eccleſiæ præſertim in his
„ quæ ſalutis ſunt, contemnendam & ſponſam Chriſti reformandam? nul-
„ lus enim niſi hoſtis fidei. Quantum tamen poſſibile eſt hic & propoſito
„ ſufficit, oſtendi poteſt 1. pars huius 7. Concluſionis iſto modo. Suſpen-
„ ſio & depoſitio de ipſo Gabrielle tunc Eugenio Papa factæ per Concilium
„ Baſileenſe, ſunt factæ à Concilio generali legitimè congregato nondum
„ diſſoluto ex præcedenti concluſione: Concilium autem generale potuit
„ & poteſt facere huiuſmodi ſuſpenſionem & depoſitionem, cum etiam
„ poteſtatem habeat ſupra ſummos Pontifices ex 4. Concluſione, ſummuſ-
„ que Pontifex tenetur & eſt adſtrictus obedire Decretis Concilij gene-
„ ralis; quibus ſi non obedierit, poterit puniri per Concilium generale ex
„ 5. Concluſione. Si ergo ipſe Eugenius aliquid huiuſmodi commiſerit, ſi-
„ cut de facto commiſit, propter quod de iure Papatu priuari debeat,
„ non dubium quin Concilium generale poterit eum congrua animaduer-
„ ſione punire, etiam vſque ad ſententiam depoſitionis procedendo, ex
„ quo incorrigibilis apparebat. Et hoc patet ſpecialiter ex decreto 11. ſeſſ.
„ quod incipit: *Quoniam Frequens*. Quod etiam ipſe Eugenius approbauit
„ per ſuam ſubſequentem adhæſionem, ſicut & omnia alia Decreta facta
„ & fienda, in quo decretatum eſt quod ſi Papa attentaret diſſoluere, vel
„ ad alium locum transferre Concilium Baſileenſe, & infra 4. menſes ab hu-
„ iuſmodi facto non deſiſteret, quod eo ipſo eſſet ab adminiſtratione ſuſ-
„ penſus, quæ adminiſtratio deberet eſſe ad Concilium deuoluta. Quod ſi
„ huiuſmodi pœnam per 2. menſes animo indurato ſuſtineret, quod contra
„ ipſum deberet procedi ad priuationem incluſiue per Concilium generale,
„ quod & factum eſt exigentibus ſuis criminibus & exceſſibus in proceſſu
„ & ſententia depoſitionis nominatis, quæ hîc pro expreſſis habeantur.

„ Nec videtur obſtare his *C. Nunc autem* 21. diſt. vbi videtur dici quod
„ Concilium non habebat poteſtatem proferendi ſententiam contra Mar-
„ cellianum Papam de hæreſi impetitum, quia ſacrificauerat Idolis, quam-
„ uis idem Marcellianus thurificationem huiuſmodi confiteretur. Verba
„ enim ibi poſita non ſunt verba Concilij, ſed Nicolai Papæ ad Michaëlem
„ Imper. Et quidquid dicat ipſe Nicolaus, veritas eſt quod Concilium
„ non obmiſit condemnare Marcellianum de hæreſi propter defectum po-
„ teſtatis, ſed quia idem Marcellianus per metum coactus fuerat thurificare
„ idolis & erat corrigibilis, & per conſequens non debebat deponi 24. q. 3.
„ Dicit Apoſtolus, vt dicit Gloſſ. in dicto C. *Nunc autem*. Certum eſt enim
„ quod de hæreſi contra Papam poteſt agi dicto C. *ſi Papa*, in quo caſu
„ Concilium generale eſt Iudex, vt notauit Ioan. Andreæ & Archidiaco-
„ nus C. 3. *de hæreticis* lib. 6. Et non ſolum in caſu fidei, ſed etiam de quo-
„ cunque crimine notorio de quo ſcandalizaretur Eccleſia, poſſet accuſari
„ & iudicari per Concilium, vt notat Gloſſ. in Cap. *Si Papa*. Quia ergo
„ ipſe Eugenius erat incorrigibilis, non eſt iſte caſus ſimilis illi. Ergo ſe-
„ quitur quod huiuſmodi ſuſpenſio & depoſitio de ipſo factæ per Conci-
„ lium ſunt cenſendæ validæ atque iuſtæ. Igitur 1. pars Concluſionis vera.

„ 2. Verò partis eiuſdem Concluſionis veritas videlicet, quod *Electio de*
„ D. Felice Papa V. ſit cenſenda Canonica, ſic oſtenditur. Huiuſmodi enim
„ electio facta eſt à Concilio generali habente poteſtatem à Chriſto ex 3.
„ Concluſione. Quod potuerit facere huiuſmodi Electionem quanquam
„ Electio Rom. Pontificis pertinere videatur ad cœtum Cardinalium, pa-
„ tet hoc per decretum Concilij Baſileenſis à principio decretatum. In
„ principio enim Concilij Baſileenſis decretatum eſt quod ſi durante Con-
„ cilio Baſileenſi, contingeret ſedem Apoſtolicam vacare, quod electio
„ Rom. Pontificis non in alio loco fieri deberet niſi in Concilio generali:
„ quod Decretum ipſe tunc Eugenius per ſuam adhæſionem approbauit

expreſsè ſicut & alia omnia decreta facta & fienda. Ex quo ergo ſedes vacauit pro depoſitione, poterat eiuſmodi Electio fieri canonicè ac iuſtè præmiſſâ citatione legitimâ contra Cardinales & alios ſuâ intereſſe putantes. Sed videtur huic obſtare C. *licet* de Elect. vbi dicitur quod Eccleſia Rom. ſuperior eſt alijs, quia ibi ad Superiores non poterit recurſus haberi, quod loquitur de difficultatibus emergentibus circa Electionem ſummi Pontificis. Si ergo non poteſt recurſus ad Superiorem haberi, ergo nec ad Concilium & per conſequens non poterat electio fieri in ipſo Concilio, ſed non obſtat hoc: Loquitur enim ibi Alex. 3. habendo reſpectum ad tempus in quo vacante Eccleſia Rom. Concilium generale non erat congregatum, nec ſpecialiter congregari poterat, aliàs illo congregato poſſet ad illud recurſus haberi ſuper difficultatibus emergentibus circa electionem Rom. Pontificis, *11. Cap. ſi duo* 79. diſt. cum ibi notaris in Gloſſa, & per Ioan. Andreæ in Cap. *de Renunc.* l. 6. in Nouella: ſi enim non poſſet, iniuſtè intromiſiſſet ſe Concilium Conſtantienſe de depoſitione Ioannis XXIII. de electione Martini Papæ, qui à toto orbe pro ſummo Pontifice tentus & habitus eſt, nec vſque nunc per quempiam contrarium dictum eſſe repertum eſt. Conſtat ergo quod ipſa electio facta à Concilio Baſileenſi de D. Felice fuit & eſt Canonica atque iuſta. Igitur 2. pars Concluſionis vera. 1440.

Sed pro 3. parte Concluſionis quod videlicet ipſi D. Felici ab omnibus Chriſti Fidelibus ſit præſtanda obedientia ſub periculo ſalutis æternæ, probatio ex præcedentibus notiſſima eſt. Si enim electio eius eſt Canonica ex 2. parte huius Concluſionis; ergo pro ſummo Pontifice eſt habendus & per conſequens ſibi obedientia à cunctis Chriſti Fidelibus eſt præſtanda, pro quo poſſent adduci multi Canones. Et patet hoc expreſsè per extrauagantem Bonifacij *Vnam ſanctam*, quæ expreſsè determinat, quod ſubeſſe Rom. Pontifici omni creaturæ humanæ eſt de neceſſitate ſalutis. Et patet id Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt, itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ſibi ipſis damnationem acquirunt.* Item patet per illud Deuter. 17. vbi dicitur. *Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo & Decreto Iudicis, moriatur homo ille.* Et facit ad hoc quod dicit Maximus in Epiſtola directa Orientalibus quem allegat B. Thom. in Tract. contra Errores Græcorum, cuius quidem Epiſtolæ verba ſunt iſta. *Coadunatam & fundatam ſupra Petram Confeſſionis Petri dicamus vniuerſalem Eccleſiam ſecundum definitionem Saluatoris in qua neceſſario ſalutis animarum noſtrarum eſt manere & ei obedire ſuam ſeruantes fidem & confeſſionem.* Si itaque Eccleſiæ vniuerſali obediendum eſt, vt deductum eſt in 4. Concluſione, ergo & ſummo Pontifici ab ea electo, cum Eccleſia vniuerſalis **non videatur errare poſſe circa Electionem** Ro. Pontificis, ex quo hoc videtur eſſe de pertinentibus ad ſalutem. Nec in hoc caſu adhibenda eſt aliqua neutralitas, vt videlicet electo nec depoſito præſtetur obedientia. Probatio huius patet exprobatione 3. partis iſtius Concluſionis. Si enim tantum D. Felici obediendum eſt & non alteri ſub periculo ſalutis æternæ, non poteſt eſſe ibi aliqua neutralitas. Eſſe enim in neutralitate, aut eſt eſſe in Eccleſia, aut extra Eccleſiam, cum non detur medium. Si 2. damnabile eſt ſecundum Auguſt. in lib. de fide ad Petrum. Extra enim Eccleſiam nemo ſaluatur, vt in C. *firmiter de ſumma Trinit.* & fide Cath. & ſecundum B. Hieronym. *Quicunque ab vnitate fidei & ſocietate Eccleſiæ ſe ſeparauerit, nec peccatis ſolui, nec cœlum ingredi poteſt*, vt ſupra allegatum eſt. Sequitur, ſcilicet in Eccleſia ſic eſſe eſt ſubeſſe ſummo Pontifici. Vel ergo vni tantum vel pluribus. Non 2. quia plures ſimul eſſe non poſſunt; quod probatione non eget; ergo ſequitur quod vni tantum. Et ſi vni, vel ergo ab vniuerſali Eccleſia reprobato habendum eſt. Vnde & Euangelium ſi per eam non fuiſſet receptum, recipi non deberet, vt ſupra allegatum eſt, ſi verò ab vniuerſali Eccleſia electo, hoc eſt

1440. „ ſub eſſe vero ſummo Pontifici & per conſequens non eſſe in neutralita-
„ te. Præterea non poteſt quis ſimul eſſe fidelis & infidelis, cum fides ſit
„ virtus quæ conſiſtit in indiuiſibili, nec ſufficit credere vnum art. niſi cre-
„ dantur omnes, cum fides in ſe comprehendat credulitatem omnium Ar-
„ ticulorum. Vnde dicit B. Thom. 2. 2. quæſt. 5. art. 3. quod qui diſcredit
„ vnum art. fidei, non habet habitum fidei formatæ neque informis. Et
„ paucis interpoſitis dicit, *Manifeſtum eſt quod ille qui inhæret doctrinæ Eccle-*
„ *ſiæ tanquam infallibili regulæ, omnibus aſſentitur quæ Eccleſia docet, alioquin*
„ *ſi de ijs quæ Eccleſia docet quæ vult, tenet, & quæ vult non tenet, non inhæret*
„ *doctrinæ Eccleſiæ ſicut infallibili regulæ, ſed propriæ voluntati.* Hæc B. Thom.
„ Conſtat autem quod non inhærere doctrinæ Eccleſiæ damnabile eſt. Ex
„ quo ergo iſte caſus de quo ſermo eſt, contingit fidem, quia articulum
„ quo creditur Eccleſiam eſſe ſanctam: Ergo in hoc caſu non poteſt quis
„ eſſe neutralis ſine peccato infidelitatis & ſine periculo ſalutis æternæ. Si-
„ cut enim peccatum mortale contrariatur charitati; ita etiam ſecundum
„ B. Thom. vbi ſupra, diſcredere vnum art. contrariatur fidei; ſed Charitas
„ non remanet in homine poſt vnum peccatum mortale, ego neque fides
„ poſtquam diſcreditur vnus articulus fidei. Nec cautum videtur in caſu
„ imò inſanum & damnabile, ſequi vocem & tumultum populi, ſi in con-
„ trarium niteretur, cui non eſt commiſſa fidei defenſio qui audire tenetur
„ & obſequi, non docere, docendus quippe eſt populus non ſequendus. 62.
„ diſ. *Docendus*. Nec in hoc caſu Prælati Eccleſiarum referre ſe debent ad
„ ſummum Pontificem tantum; dicitur enim à quibuſdam. *Videant illi qui*
„ *diſſident de Papatu, cum conuenerint in vnum, illum ſequemur qui ſequendus erit.*
„ Res enim hæc fidei eſt, cuius defenſio pertinet non ſolum ad ſummum
„ Pontificem, ſed & ad omnes Prælatos, qui ſuccedunt ad locum Apoſto-
„ lorum vnde & Paulus non reſtitiſſet Petro in faciem qui fuerat eo ſupe-
„ perior in adminiſtratione, niſi fuiſſet ei par in fidei defenſione, vt di-
„ cit B. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 4. ad 2. Nec in caſu hoc vtilis eſt di-
„ latio ad adhærendum vni parti, imò eſt damnabilis. Aut enim expectatur
„ victoria vnius partis, aut clarior informatio de veritate Quæſtionis in hu-
„ iuſmodi differentia ſic exorta. Sed vtrunque erroneum eſt. Nunquam
„ enim, ſi pars habens iniuſtam cauſam vincere videretur, licet in veritate
„ non vinceret, quia fides ſemper inuicta manebit ſicut & Eccleſia cum vin-
„ ci creditur ſub preſſuris & tribulationibus non vincitur, ſed vincit, ei
„ adhærendum eſſet? Abſit. Quis enim diceret trucidatoribus Martyrum
„ & Occiſoribus Apoſtolorum qui fidem conabantur deſtruere, adhæren-
„ dum eſſe? Et ſi vincere videbantur licet non vincebant, ſed trucidatos
„ efficiebant victores pluſque affligebantur trucidantes quam trucidati,
„ quibus fuit vna mens vt eos, nec violentia frangeret, nec ira ſubuerte-
„ ret, nec à deuotionis obſequio timor mortis cohiberet, vt dicit B. Cy-
„ prianus in **Epiſtola de laude Martyrij. Nunquam ſi princeps, aut Populus**
„ alicuius terræ à fidei veritate & doctrinæ diſcedere vellet, vel actu diſce-
„ deret, ſequendus eſſet; abſit.

„ Si autem in hac re dilatio eligitur, vt habeatur clarior informatio, non-
„ ne eſt hoc ſe oſtendere dubium in fide; dubius autem in fide hæreticus
„ eſt, vnde enim poterit expectari clarior, certior & verior informatio
„ quam ab Eccleſia vniuerſali, cum ei ſancti Doctores ſua dicta ſubmittant
„ tanquam infallibili regulæ quæ errare non poteſt ex 1. Concluſione. Si
„ enim alibi recepta fuerit, ſuſpecta erit, moneta namque recepta & non
„ de publica officina ſuſpecta eſt, nec de bono metallo & iuſto pondere
„ præſumitur fabricata. Sic ſuſpecta erit doctrina, quam expectant ſub
„ neutralitate ſtare volentes, Si non receperint de publica officina vniuer-
„ ſalis Eccleſiæ: nonne moneta de falſitate ſuſpecta afferenda eſt in pu-
„ blicum officinam vt probetur? Nonne ſi Doctores Catholici in materia
„ fidei ſibi ipſis contradicerent, ad Eccleſiam eſſet hæc differentia referen-
„ da, cuius determinationi ſtandum eſſet? Eſt ne alicui in caſu noſtro ſicut
„ & in alijs omnibus plus credendum, quàm Chriſto Filio Dei dicenti Petro

ſi non audierit, dic Eccleſiæ, tanquam tribunali ſupremo? vbi eſt doctrina publica indeuiabilis & ſancta cui nullus niſi hoſtis Chriſti contradicere poteſt. Non eſt ergo neutralizandum in hac re cum ſit res fidei; hoc eſt enim claudicare ad vtramque partem more Prophetarum Baal quibus dictum eſt per Heliam Prophetam, 3. Reg. 18. *Vſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini illum;* quid illis claudicantibus acciderit in ſcriptura ibidem teſtatur, quia interfectio in torrente Cyſon. Et quod illis in corporibus accidit, formidandum, ne id eueniat neutralizantibus in animabus eorum, & præſertim quibus cura animarum commiſſa eſt, hoc eſt enim eſſe neque calidum neque frigidum, Apocal. 3. *Vtinam eſſes calidus, aut frigidus, ſed quia tepidus es, & nec calidus, nec frigidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Non recta quippe eſt intentio viam neutralitatis amplectentium & dicentium, cui parti alij adhærebunt, illam ſequemur, ſi de rectè ſapientibus intelligeretur, rectè dictum eſſet. Non hæc loquutio ſufficit ad profeſſionem fidei Chriſtianæ iuxta dictum B. Gregorij in Homilia dicentis. *In plebe Chriſtiana ſunt nonnulli qui Chriſtum ideo profitentur, quia cunctos Chriſtianos conſpiciunt eſſe: nam ſi nomen Chriſti in tanta gloria hodie non eſſet, tot profeſſores Chriſti Eccleſia non haberet. Non ergo ad probationem fidei vox ſufficit quam defendit à verecundia profeſſio generalitatis.* Hæc ibi. Abijcienda eſt ergo opinio de hac ipſa neutralitate, propter hæc quæ dicta ſunt ab omnibus qui videri & eſſe cupiunt fidei Chriſtianæ cultores, vitamque optant promereri beatam, quam nobis præſtet Deus per ſecula Benedictus. Amen. 1440.

Et hæc eſt glorioſiſſime Princeps, Chriſtane & Illuſtriſſime Rex, Domine nobis gratioſiſſime: ſententia & profeſſio veritatis noſtræ quam ex diuinis & Canonicis collegimus ſcripturis & quam in hac Vniuerſitate pro fidei ſanctæ cuſtodia poſiti & Regiæ Majeſtatis veſtræ abundantiſſimis ſtipendijs foti ſub vmbra celſitudinis veſtræ quieſcentes, cunctis qui zelum Chriſtianæ Religionis habent, quibuſque ſalus cordi eſt, & potiſſimum huic Chriſtiano & inclyto excellentiſſimæ potentiæ veſtræ Poloniæ Regno amplectendam, tenendam & profitendam perſuademus, ne vt in exordio verba dicta recenſeamus, *ab vtero S. Matris Eccleſiæ*, per Concilium generale prædictum veraciter repræſentatæ oberrantes, aliter quam prædiximus ſentiendo de ipſa, ad deuia & falſa prolabi videamur. Quoniam hæc eſt ſola & vnica Mater noſtra per quam regnamus ad vitam, extra quam ſalus eſſe non poteſt. Et ob hoc ſi quis eam deſeruerit, ſi quis eam docentem tanquam Magiſtram veritatis non audierit, vt ad falſa corruat, falſaque loquatur & ſentiat, neceſſe eſt, Propheta teſtante, *Errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa.* Quamobrem cum hæc veritas talis ſit vt nulla ratione taceri debeat aut poſſit, nos eam taliter, vt **præmiſimus, profitemur, oramuſque altiſſimum & ſpiritum veritatis**, vt cuncti Eccleſiarum Prælati & fidei columnæ quibus eſt commiſſa fidei defenſio tantò feruentiori Spiritu & promptiori animo eadem proſequantur quantò maiori ſuarum ſibique commiſſarum animarum inuoluerentur periculo, ſi iam requiſiti obmuteſcerent, & quibuſcunque ſuſpenſionibus vlterioribus indulgerent, & ne ſenſui proprio inniti videamur, hæc ſcripta noſtra Eccleſiæ vniuerſalis quantum neceſſe eſt iudicio corrigenda limandaque & emendanda ſubmittimus, parati in his quæ minus oculatè digeſta forent, ſentire tenere & credere ſicut ſentit credit & tenet vniuerſalis Eccleſia Mater noſtra in qua error eſſe non poteſt.

Finis iſte Tractatus anno Domini 1442. die Martij.

Sequuntur hoc in eodem MS. Victorino notato p. 12. 689. Reſponſio facta Ambaſſiatoribus Papæ per D. Iulianum S. Angeli legatum & præſidentem in ſacro Baſileenſi Concilio. Item Quæd. Ep. facta per M. Thomam de Courcellis Magiſtrum in Theol. miſſa Principibus. Item Quæd. Propoſitio facta Bituris ex parte ſacri Concilij Baſil. coram Sereniſſimo

1440. Principe ſupremo D. noſtro Rege Franciæ ſacri Concilij Baſileenſi facta Bituris per Organum M. Thomæ de Courcellis coram Rege Franciæ ad quædam per Epiſcopum Dignenſem pro parte D. Eugenij propoſita. Item Reſponſio Regi Angliæ per ſacrum Concilium Baſileenſe data ad certas litteras, per ſuam regiam Majeſtatem ipſi Concilio tranſmiſſas. Item proteſtatio coram Patribus ſacri Concilij Baſileenſis facta per Oratores, ſeu Ambaſſiatores D. Ducis Mediolanenſis pro & nomine dicti Ducis anno 1438. Item Reſponſio ſacri Concilij Baſileenſis, prædicta proteſtatio approbata per omnes deputationes dicti Concilij & concluſa in Congregatione generali in maiori Eccleſia Baſileenſi, die Veneris 13. Septemb. an. 1438. Item alia Reſponſio data per ſacrum Concilium Baſileenſe Oratoribus Sereniſſimorum Regum Romanorum & Francorum, concluſa in Congregatione generali Sabbato 17. Iunij 1439. & reſponſiua eſt ad quandam ſcedulam per dictos Ambaſſiatores ſacro Concilio traditam pro & ſuper mutatione loci. Item alia reſponſio facta per ſacrum Concilium Oratoribus Sereniſſimorum Regum Roman. Franciæ ac etiam cæterorum D. D. ſuper quadam ſcedula dicto Concilio per ipſos exhibita, data Baſileæ menſe Feb. 1439. Item ſermo M. Ioan. de Segobia ſacræ Theol. Profeſſoris, factus coram Electoribus Imperij in Maguntia & nuper lectus in generali Congregatione. Item Acta & ſeſſiones Concilij Baſileenſis.

Legitur quoque ad Pag. 311. longus Tractatus contra Baſileenſes, vbi agitur de Principatu Eccleſiaſtico, & Apoſtolicæ ſedis.

1441. Anno 1441. celebratus eſt Conuentus Moguntinus menſes Maio, cui interfuerunt Oratores Regij & Vniuerſitatis Pariſienſis à Friderico Cæſare per litteras inuitati. Cauſas egerunt ſuæ quiſque partis Eugeniani & Feliciani Legati. Pro Felicianis eleganter & fusè M. Thomas de Courcellis quem Hiſtorici aiunt authorem fere fuiſſe omnium Decretorum Baſileenſium. Pro Eugenianis Ioannes Caruajal & Nicolaus de Cuſa. Quibus auditis, in hanc tandem ſententiam conuentum eſt, pro Pace Eccleſiæ celebrandum eſſe nouum generale Concilium extra Baſileam & Florentiam: & ſi Contendentes locum eligere nollent, nominatum iri ſex loca in Germania & totidem in Gallia; Oratores nomine Cæſaris, ac Regum & Principum mittendos eſſe ad Eugenium menſe Nouembri; item & Felici ſignificandum per aliquem ex ſuis Prælatis, Concilium omninò inchoandum Kalendis Auguſti an. 1442.

His ita actis Imperator inuitauit denuò Vniuerſitatem Pariſienſem per litteras ad Conuentum ſuum Francfordienſem eodem anno menſe Nouembri celebrandum: quæ quidem in Comitijs Centuriatis lectæ ſunt 7. Octob. anno 1441. vt legitur in Actis. *Anno Domini 1441. die 7. Octob. Congregata fuit Vniuerſitas ad audiendum litteras Imperatoris Romanorum miſſas ad Vniuerſitatem.* ***Litteræ continebant ſupplicationem Imperatoris, vt*** *Vniuerſitas mitteret Ambaſſiatam circa feſtum S. Martini proximè futurum ad Concilium ſuum Franc. Fordiæ celebrandum, ad ibi conſulendum, cooperandum & ſecum concludendum finaliter ſuper facto iſtius deflendiſſimi Schiſmatis. Quam Imperatoris ſupplicationem Vniuerſitas conceſſit, gratias agens eidem ſuper communicatione ſuarum litterarum & bona admonitione ad bonum Eccleſiæ.*

Paulo ante à Felice venerat Antonius de Boracijs, cuius legatio parum grata fuit Vniuerſitati, eo quod contra Baſileenſe Concilium & Pragmaticam-Sanctionem declamarit, vt habetur in actis. *Anno Domini* 1441. die 2. Septemb. facta fuit congregatio Vniuerſitatis in S. Bernardo ad audiendum de Boracijs iuxta quæ attulerat Matri Vniuerſitati ex parte ſummi Pontificis. Propoſuit multa de Boracijs *in diffamationem Concilij Baſileenſis in ſua primordiali propoſitione.* Demum legebantur quæ attulerat. Finaliter iterum incepit loqui de Boracijs multa *contra Pragmaticam-Sanctionem Regiam*, aſſerens eam *hæreticam* multis de cauſis. *Iſta dicendo non fuit permiſſus ad plenum loqui quæ vellet.* Imprimis gratias egit Vniuerſitas ſummo Pontifici: *Finalem tamen relationem M. Antonij de Boracijs rejecit.*

Circa Pragmaticam illam Rex paucis antè diebus Declarationem ediderat, quæ ſequitur ex MS. Herouualli. 1440.

DECLARATIO SVPER PRAGMATICA.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE: Sçauoir faiſons à tous preſens & aduenir, nous auoir entendu, que ſous ombre & couleur de noſtre Pragmatique-Sanction par nous faite du conſentement & par deliberation des Prelats & autres Gens d'Egliſe de noſtredit Royaume & Dauphiné de Viennois, aſſemblez en la ville de Bourges, par laquelle entre autres choſes fut ordonné que les Promotions aux dignitez Eccleſiaſtiques, tant Metropolitaines, Epiſcopales, que autres Elections ſeroient d'illec en auant faites par élection ſelon l'ordre des droits & Saints-Canons anciens, que la Collation des autres Benefices ſe feroient par les Ordinaires Collateurs d'iceux, ſans ce que reſeruations Apoſtoliques euſſent aucun lieu en receuant aucuns Decrets faits au Concile de Baſle, entant qu'ils nous ſemblent & à ladite Aſſemblée raiſonnables, aucuns ont voulu & ſe ſont efforcez & s'efforcent de interpreter & eſtendre noſtre Pragmatique-Sanction au temps de la date dudit Decret fait au Concile de Baſle, long-temps parauant noſtredite Pragmatique-Sanction & de ſouſtenir iceulx Decrets de Baſle auoir lieu & deuoir ſortir effet en noſdits Royaume & Dauphinè, auant la date de noſtredite Pragmatique-Sanction, tant en promotion de dignitez Archiepiſcopales que autres, auſquelles a eſté pourueu & d'autres Benefices donnez & conferez par noſtre S. Pere le Pape Eugene, depuis la date d'iceluy Decret fait à Baſle & parauant noſtredite Pragmatique-Sanction eſtre de nulle valeur qui ſeroit contre l'intention de nous & de toute ladite Aſſemblée de l'Egliſe de noſdits Royaume & Dauphiné, faite à Bourges, comme dit eſt: & meſmement que iuſques au iour de la date de noſtredite Pragmatique-Sanction, les Reſeruations Apoſtoliques, meſmement d'Egliſes Metropolitaines, Epiſcopales & autres auoient lieu & en diſpoſoit & pourroit diſpoſer noſtredit S. Pere le Pape ſelon la teneur des accords faits entre luy & nos Ambaſſadeurs par nous à luy enuoyez. Sous ombre de laquelle interpretation pluſieurs litiges, plaids, debats & procez pourroient ſourdre & aduenir, en ſourdent & aduiennent de iour en iour entre nos ſubjets, dont grands maux & inconueniens peuuent aduenir à la Choſe-publique de noſtredit Royaume, voulans preuenir aux difficultez qui y pourroient aduenir par telles interpretations voulentaires qui ne loyſe à quelque perſonne faire ne noſtredite Pragmatique-Sanction, ne autre noſtre Loy ou Ordonnance interpreter & entendre, ſans ſur ce nous conſeiller. Et que à ce tendons à euiter & oſter toutes voyes & matieres de litiges, debats & diſcordes entre nos ſubjets & y tenir & mettre bonne paix & concorde & venir à la verité des choſes. Pour ce eſt-il, que nous eu regard aux choſes deſſuſdites & auſſi que parauant & iuſques au iour de la date de noſtre Pragmatique Sanction, noſtredit S. Pere le Page Eugene notoirement & par l'accord deſſuſdit fait entre luy & nos Ambaſſadeurs a pourueu aux dignitez Eccleſiaſtiques, Archiepiſcopales, Epiſcopales & autres, & fait les Promotions en tel cas neceſſaires & de telles perſonnes qu'il a veu eſtre expedient, & à luy auons obey en noſdits Royaume & Dauphiné: Et pluſieurs fois l'auons requis de ce faire pour ceulx que en eſtoient dignes en entretenant l'accord d'entre luy & noſdits Ambaſſadeurs voulans oſter toutes doubtes & incertitudes que on pourroit alleguer à l'occaſion de noſtre Pragmatique-Sanction & icelle eſtre ſainement & certainement entenduë ſelon la voulenté que lors auions & auſſi ceulx de ladite Aſſemblée de l'Egliſe de noſdits Royaume & Dauphiné & ſelon la verité, par grant & meure deliberation de Conſeil, auons dit & declaré, diſons & declarons par la teneur de ces preſentes, que l'intention de nous & de ceulx qui eſtoient en ladite Aſſemblée de l'Egliſe de noſdits Royaume & Dauphiné à Bourges eſtoit & à touſiours eſté &

1441 „ eſt encore noſtre intention & voulenté & eſt le vray ſens & entention de „ noſtredite Pragmatique-Sanction, que les Promotions faites par noſtre- „ dit S. Pere le Pape Eugene, tant d'Egliſes Cathedrales, Metropolitai- „ nes & autres depuis & ſelon l'accord deſſuſdits, fait entre noſtredit S. „ Pere & nos Ambaſſadeurs iuſques au iour de la date de noſtredite Prag- „ matique-Sanction vaillent & tiennent, ſans ce qu'il ſoit loiſible à aucuns „ de nos ſubjets ſoient Iuges ou autres, de quelque autorité qu'ils ſoient, de „ venir au contraire. Et en outre declarons que l'intention de nous & de „ ceux de ladite Aſſemblée en faiſant ladite Pragmatique-Sanction fut & „ eſt de preſent noſtre intention, que l'accord fait entre noſtredit S. Pere „ & noſdits Ambaſſadeurs ſoit & demeure valable & fortiſſe effet, iuſques „ au iour de la date de ladite Pragmatique-Sanction, ſans auoir aucun re- „ gard à la date dudit Decret fait à Baſle, par auant la date de noſtredite „ Pragmatique-Sanction & qu'il fut par nous receu. Et ne voulons & n'eſt „ noſtre intention, que noſtredite Pragmatique-Sanction, ſoit en aucune „ maniere, eſtenduë & ait, ne fortiſſe aucun effet, & ſoit tenuë & gardee ou „ temps ſubſequent de la date d'icelle ſeulement. Si donnons en Mande- „ ment à nos Amez Conſeillers les Gens tenans & qui tiendront noſtre „ Parlement & tous nos Seneſchaux, Baillifs, Preuoſts, Iuges & autres „ Officiers & tous les autres Iuſticiers de noſtre Royaume, qu'ils tiennent, „ obſeruent, gardent & facent tenir, obſeruer & garder noſtredite De- „ claration par tout noſtredit Royaume, ſans enfraindre, &c. Donné à S. „ Denys en France, le 7. Aouſt 1441. & de noſtre Regne le 19. Signé par „ le Roy en ſon Conſeil, Chaligant, Garnier. *Lecta publicata & regiſtrata „ Pariſ. in Parlamento 17. die Aug. 1441. Sig. Chenebran.*

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem M. Petrus de Vaucello Natio. nis Gall. quo Rectore certatum eſt cum ijs quos Electos vocabant, pro defenſione Priuilegiorum: cum enim Ioannes Poquet vnus de 24. Librarijs eorum ſententia iuſſus fuiſſet pendere tributum militare, atque ab ijs ad Curiam Generalium prouocaſſet, Vniuerſitatis adiunctionem ſibi concedi poſtulauit, & conceſſa eſt, vt patet ex hiſce literis Protectorijs, quæ ſeruantur in Tabulario Academico ſub hiſce notis, A. 1. y.

„ NOs Petrus de Vaucello Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scho- „ larium Pariſius ſtudentium Certificamus omnibus & ſingulis quo- „ rum intereſt, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, dictam „ Vniuerſitatem eſſe adiunctam cum diſcreto viro Ioanne Poquet alte- „ ro 24. Librariorum Iuratorum dictæ Vniuerſitatis & Scholari Pariſius „ ſtudente in Facultate Decretorum in certa cauſa appellationis à quadam „ ſententia per Electos Pariſienſes ſuper facto ſubſidiorum ordinatorum „ **pro guerra contra dictum Poquet lata nuper ad** Curiam Generalium ſu- „ per facto Iuſtitiæ dictorum ſubſidiorum ordinatorum per eundem Po- „ quet interjectæ, per quam quidem ſententiam prædicti Electi dictum „ Poquet condemnauerunt ad ſoluendum Receptori dictorum ſubſidiorum „ pro D. noſtro Rege 10. Marcas Argenti, &c. Quo circa mandamus om- „ nibus & ſingulis dictæ Vniuerſitatis Conſiliarijs, quatinus præfato Ioan. „ Poquet in proſecutione dictæ appellationis auxilium, conſilium & fauo- „ rem præſtent. Datum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ anno „ Domini 1441. die 16. menſis Nouemb.

Verum neque à Generalibus ſibi ſatisfactum putauit Vniuerſitas: itaque cum in dies magis ſua videret imminui Priuilegia, alijs & alijs ſubinde conquerentibus, quod aut Tributum Vinarium ſoluere cogerentur, vt M. Iacobus Fournier Magiſter in Artibus & in vtroque Iure Licentiatus, aut militare, ſeu vt vocabant *pro facto Guerrarum*, vt prædictus Poquet, ad Regem è ſuis nonnullos Primariæ notæ delegauit, qui ſarta tecta eſſe priuilegia deprecarentur. Miſit itaque MM. Petrum de Brene, Ægidij de Brena olim Prouiſoris Nauarrici nepotem & Io. Panetchair, quibus

quibus & de impenſarum ſecuritate cauit, vt patet ex ſequentibus litteris notatis ſimiliter, A 1. Y.

1441.

NOs Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſ. Dilectis & fidelibus noſtris MM. Petro de Brene in Decretis Doctori & Io. Pain & Chair in Theol. Baccalario formato in Artibus Magiſtris Ambaſſiatoribus noſtris ad D. noſtrum Regem deſtinandis pro nonnullis negotijs nos & Priuilegia noſtra concernentibus iuxta formam, ac tenorem Inſtructionum per nos eis traditarum proſequendarum promittimus bona fide pro qualibet die computando à die ſui receſſus à villa Pariſ. quandiu in ſua Legatione permanebunt, tradere & ſoluere 24. ſolidos Pariſ. videlicet cuilibet ipſorum 12. ſolid. Pariſ. eoſque reddere indemnes. Et pro maiori ſecuritate ipſis de facto & præmanibus ſummam 28. lib. Turon. tradi & liberari fecimus. Præterea volumus & conſentimus quod quædam littera obligatoria à quibuſdam Malefactoribus qui nuper quendam Religioſum de Ordine FF. Eremitarum B. Aug. interfecerunt nobis facta in manibus dictorum Ambaſſiatorum ponatur, vt ipſi ſuper ſumma nos contingente aliquas pecunias mutuo recipere poſſint. In cuius rei teſtimonium Sigilum noſtrum Magnum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius in noſtra Congregatione generali, apud S. Math. ſolemniter celebrata, an. Domini 1441. die 8. menſ. Ian.

Eremita ille Auguſtinianus de quo in litteris ſermo, fuerat à Ioanne Boyart & Conſocijs trucidatus: quamobrem ipſa Vniuerſitas apud Præpoſitum Pariſienſem litem intentarat inque Reorum bona omnia & reditus manum iniecerat.

Porro non caruerunt ſuſpicione præuaricationis & proditionis nonnulli ex intimis Officiarijs Vniuerſitatis, præſertim verò Promotor, ſeu Syndicus, quem Decanus ſalub. Facultatis Medicinæ palam, apud Vniuerſitatem inſimulauit, quod ipſius ſecreta Aduerſarijs panderet & Priuilegiorum abrogationi conniueret. Tunc erat Promotor M. Radulphus Barneſſe, qui in Comitijs 17. Ian. habitis poſtulauit ſibi licere Decanum extra Vniuerſitatem in ius vocare, niſi palam quæ dixerat, reuocaret. At ille non ab vno, ſed à centum alijs ſe audiuiſſe dixit, *quod ſcilicet fautor eſſet Aduerſariorum Vniuerſitatis reuelando eis eiuſdem ſecreta.* Vt ſcribit M. Albertus Scriptoris Nat. Anglicanæ Procurator.

Anno 1442. 6. Kal. Maij Eugenius in Seſſione Publica Florentiæ celebrata propoſuit tranſlationem Concilij Florentini ad vrbem Romam, eo quod Legati Zara Iacob Magni Æthiopum Regis quem Preſbyterum Ioannem vulgò vocant, ad Concilium Oecumenicum properarent; Romanam autem Sedem commodiorem & auguſtiorem fore. Alias quoque cauſas huiuſce tranſlationis ſatis æquas protulit, quæ à Concilio acceptæ, à Baſileenſibus & alijs **erga Eugenium minus bene affectis in alium** ſenſum detortæ ſunt. Interim verò Fridericus Imperator celebrato magnâ Principum Legatorumque frequentiâ, Franc-Fordienſi Conuentu, auditiſque vtriuſque partis Oratoribus, poſt multas diſputationes multaque Conſilia concluſit quod ſupra in Moguntino Conuentu concluſum fuerat, celebrandum eſſe aliud Concilium indubitatum. Quamobrem Legatos miſit Baſileam ad Felicem, & Florentiam ad Eugenium, quibus Eugenius reſpondit mirari ſe quamobrem Cæſar alijque Principes aliud Concilium peterent, cum ipſe Oecumenicam Synodum Ferrariæ & Florentiæ celebraſſet & celebraret; ſi quid eſſet de quo dubitaretur, ad eam Legatos mitti poſſe, qui dubia proponerent. Tamen, vt ipſis morem gereret, ſe cum primum Romam peruenisſet, quo Florentinum Concilium tranſtulerat, conuocaturum maiorem Prælatorum numerum, cumque eis acturum an expediret aliud Concilium generale & alio loco celebrari. Quod Reſponſum Imperatoris aliorumque Principum deſiderio non ſatisfecit, ſicut nec illud quod à Felice Cæſar præſens acceperat Baſileæ, vbi illum inuiſerat. Quamobrem de conſilio Caroli noſtri nouum

1442.

Conuentum indixit Nurembergæ ad annum proximum, ad quem etiam
1442. per litteras inuitauit Vniuerſitatem Pariſienſem, vt infra dicetur.

" Eodem an. conuocata Natio Gall. die 5. Maij conceſſit *ſupplicationem*
" *factam per M. Yuonem de Ponto Decanum Prouinciæ Turon. qui ſupplicauit*
" pro quodam Religioſo, in quantum videlicet erat Gallicus, quod aliqui
" Deputati Nationis vellent adire Facultatem Theologiæ ſibi ſupplican-
" do ex parte Nationis; quatinus vellet audire præfatum Religioſum in
" juſtitia & æquitate ad præſeruandum ſibi præſentationem quæ debebat
" fieri de eo, vt dicebat ad Facultatem præfatam pro Baccalariatu in
" Theol. ſicut ſolitum eſt per 4. Ordines ſingulis annis præſentare eidem
" Facultati, altero eiuſdem Ordinis videlicet Carmelitanum renitente &
" impediente.

CONTRA MENDICANTES. Eodem anno, cum Mendicantes ab Eugenio Bullam obtinuiſſent aduerſantem Priuilegijs & legibus Vniuerſitatis, ipſa Vniuerſitas, habitis Comitijs decreuit & conſtituit non eſſe deinceps admittendos vllos è Mendicantibus in ſinum Academiæ, donec tot Bullis ſuis omnino renunciaſſent, contrariaſque retuliſſent; quâ de re ſic legitur in Actis Vniuerſitatis. " Anno Domini 1442. Vniuerſitate conuocata in S. Bernardo
" per D. Rectorem 20. Septemb. propter quandam Bullam contradicto-
" riam ex directo Priuilegijs Vniuerſitatis, & ſpecialiter ſtatutis Faculta-
" tis Theologiæ, à 4. Ordinibus Mendicantium impetratam à ſummo Pon-
" tifice, concluſum eſt per Nationem Franciæ & conformiter per alias
" Nationes, quod priuarentur omnes tam graduati quàm non graduati
" dictorum 4. Ordinum à conſortio Vniuerſitatis; & vnanimiter ad ſup-
" plicationem venerandæ Facultatis Theologiæ, ab omnibus actibus Scho-
" laſticis, donec & quo vſque dicti Mendicantes impetraſſent aliam Bullam
" nouam contrariam de verbo ad verbum iſti Bullæ per eos impetratæ à
" ſummo Pontifice. Quinimo etiam voluit Natio vnà cum alijs Nationibus
" quod habitâ nouâ Bullâ contrariâ impetratæ, Vniuerſitas haberet vide-
" re quid eſſet actura de nouâ incorporatione dictorum Fratrum. Et de
" omnibus iſtis quæſiuit D. Rector qui pro tunc erat, inſtrumenta publica.

Signatum Odo de Credulio cum Syngrapha.

Hic mos agendi Mendicantium, hæc conſuetudo arripiendæ occaſionis dum alijs rebus intenta eſt Vniuerſitas. Videbant parum bene affectum Eugenium erga Vniuerſitatem, eo quod pro Baſileenſi Concilio diu ſtetiſſet: illamque legationibus mittendis & accipiendis impeditam. Vt autem intelligunt mentem Vniuerſitatis, precantur ſuſpendi priuationem, ſpondentque ſe ipſi Vniuerſitati ſatisfacturos. Ergo ſuſpenditur priuatio: interim verò certæ leges feruntur ad lecturam Bibliorum & Sententiarum pertinentes. In Libro Procuratorum Gallicanæ Nationis totum hoc negotium fuſius tractatum legitur, his verbis.

CONTRA MENDICANTES. " **Anno Domini 1442. die 11. menſis Decembris tempore Procurationis**
" Odonis de Credulio licentiati in medicina concorditer fuit concluſum in
" S. Mathurino *per Nationes & Facultates* propter controuerſiam motam
" in veneranda Facultate Theologiæ inter Mendicantes & alios non Men-
" dicantes occaſione cuiuſdam Bullæ impetratæ à dictis Mendicantibus
" contradictoriè ex directo ſtatutis Facultatis Theologiæ & Vniuerſitatis
" quamplurimum derogantis eiſdem, quod articuli ſequentes redigeren-
" tur in ſcriptis, in libris Nationum: & illos iurauerunt omnes Magiſtri 4.
" Ordinum Mendicantium tam Regentium quàm non Regentium ſpecia-
" liter ad hoc vocati, & Baccalarij in Theologia dictorum Ordinum in con-
" ſpectu videlicet Vniuerſitatis obſeruare. Sic verò erat inſcriptum in
" ſcedula.

" Super Controuerſia nuper mota inter venerandam Facultatem Theo-
" logiæ ſtudij Pariſ. & DD. Religioſos 4. Ordinum Mendicantium occa-
" ſione cuiuſdam Bullæ nouiter impetratæ à D. Eugenio Papa IV. nomine
" prædictorum 4 Ordinum quæ ſit incipit. *Ad Iugem diuinæ ſcientiæ, &c.* Poſt
" multas diſceptationes & crebras Collationes habitas tam per Deputatos

quàm in pluribus Congregationibus Magiſtrorum eiuſdem Facultatis, tandem & nouiſſimè die videlicet 10. Decemb. anni 1442. prædicta Facultas ſuper hoc ſpecialiter conuocata concluſit pro pace & concordia finali Media, ſiue articulos qui ſequuntur. 1. Pro ſecuritate Facultatis prædicti Fratres tam Magiſtri quàm Baccalarij iurabunt & promittent bona fide, quantum in eis eſt, & mediante Inſtrumento in præſentia Facultatis & totius Vniuerſitatis, nunquam vti Bulla prædicta nouiter impetrata nomine 4. Ordinum; quodque laborabunt & cum effectu dabunt operam toto conatu & poſſe ſuo erga ſuos Generales quatinus Reuocatoriam illius, vel Caſſatoriam in Regiſtro Curiæ Rom. impetrent, & de prædictis caſſatione & annulatione facient conſtare dictæ Facultati Theologiæ intra feſtum Exaltationis S. Crucis proximum. Et ne in poſterum ſuper Biblicis Baccalarijs & præſentandis eorundem Ordinum alicuius diſcordiæ ſuboriatur occaſio, determinauit & concluſit prædicta Facultas die quo ſupra in S. Mathurino conuocata, quædam in forma ſubſcripta, ſatis conformiter ad ſcedulas per eoſdem Religioſos exhibitas Facultati. Videlicet quod ſtudentes 4. Ordinum qui mittentur ad legendum Sententias *ſient Pariſius ante dictam lecturam per 3. annos, videlicet per annum ante lecturam Bibliæ & per annum in quo legent Bibliam, & per 3. in quo ſe diſponent ad Lecturam Sententiarum*, vt ſententia ipſorum & mores comprobentur. Et ſi contingat aliquem mitti à ſuo Superiori ad legendum Sententias, qui non fuerit diſpoſitus & ordinatus ad legendum Bibliam, tenebitur ſimiliter iſte Pariſius ſtetiſſe per 3. annos ante dictam lecturam Sententiarum; in quorum 2. vel 3. tenebitur facere duos Curſus & ſoluere iura Facultatis. Si verò quis Extraneus, id eſt, de Extra Gallias fuerit ad prædictam lecturam Sententiarum aſſignatus, ſtabit Pariſius ante lecturam Sententiarum per 2. annos, vt mitius agatur cum ijs qui de longinquo veniunt ad præclariſſimum Pariſienſe ſtudium. Quo ad reliquam temporum moram requiſitam de ſtatuto Papali ad lecturam Sententiarum, acquirent in Vniuerſitatibus, aut ſtudijs Generalibus ſuorum Ordinum in quibus ſecundum morem cuiuſlibet Ordinis ſunt Lectores, Regentes & Baccalarij actu legentes Sententias Scholaſticè & ordinariè & reſpondentes de Quæſtionibus ordinarijs, & in quibus conſueuerunt aſſignari ſtudentes pro exercitio Theologiæ. Quæ quidem ſtudia ſua vel Conuentus præter Vniuerſitates Generales in Gallijs ad certum numerum deſignata ſunt, & per eoſdem deſcripti. Extra verò Gallias non deſignarunt quia non habent certam de illis notitiam, ita tamen quod propter reuerentiam huius Pariſienſis ſtudij duo anni in prædictis Vniuerſitatibus, aut ſtudijs ſuis pro vno anno ſibi computentur. De Præſentaneis autem concluſit Facultas conformiter ad ſcedulas per eoſdem Religioſos datas quod de cætero & in poſterum antiquior Baccalarius formatus præſens Pariſius præſenteturin die **Licentiæ Ordinariæ præſente Facultate** ſeruata apud Prædicatores viciſſitudine Intraneorum & Extraneorum; Et habeat ſic Præſentatus ſex menſes vltra alios, quo caſu tenebitur reſpondere de duplici Ordinaria, provt in ſtatuto habetur. Quæ omnia ſupradicta iurauerunt & promiſerunt Religioſi tenere; & modo quo ſupra dictum eſt, quantum in eis eſt, obſeruare, & à ſuis prædictis Generalibus, vt præmiſſum eſt, impetrationem annulationis antedictæ procurare & promouere intra prædictum inſtans feſtum Exaltationis S. Crucis. His autem per ipſos Religioſos iuratis & promiſſis Facultas prædicta decreuit & concluſit Priuationem de eis factam ſuſpendere, ac ipſa ſuſpendit vſque ad prædictum feſtum. Et pari forma Vniuerſitas. Infra quod ſi de prædictis adnullatione & caſſatione, aut reuocatoria prædictis non conſtiterit, decernit ex nunc provt ex tunc eos provt ſunt, priuatos fore vſque ad beneplacitum eiuſdem Facultatis. Et de omnibus antedictis habetur inſtrumentum à M. Michaële Heberti Scriba Vniuerſitatis, quod eſt in Archa Vniuerſitatis. 1442.

Vt autem pateat quam ob cauſam tot motus excitati fuerint in

Vniuerſitate, operæ pretium eſt Bullam Eugenij IV. his attexere.

1442. BVLLA EVGENII PRO M.N. DICANTIBVS.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad lugem diuinæ ſcientiæ & ſacræ Theol. propagationem, vt peculiare illius ſtudium ad ſalubrem fidelium ædificationem vndique ſuos funiculos longiores efficiat, continuas noſtræ meditationis ſolicitudines impendimus, ac illis quæ propterea ſingulis ſublaris diſpendijs profutura fore conſpicimus, fauores Apoſtolicos diffuſius impertimur. Sanè pro parte Dilectorum filiorum Generalium & FF. Minorum, Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini & Carmelitarum Ordinum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet iuxta antiquas & laudabiles dudum etiam à tanto tempore, cuius contrarij non exiſtit memoria, in Facultate Theologiæ Vniuerſitatis ſtudij Pariſ. inconcuſsè obſeruaras cõſuetudines ſinguli dictorũ Ordinũ Fratres, qui pro felici dicti ſtudij Theologiæ cõtinuatione & ſalutari conſummatione per Generalia cuiuſcunque ex dictis Ordinibus Capitula, vel per ſuos Generales, aut eorum Vicarios, ſeu alios ad id ſufficientem poteſtatẽ habentes ad Vniuerſitatem Pariſ. miſſi & ad legendũ Bibliã publicè deputati & aſſignati fuerunt, ſi per Deputatos Facultatis Theologiæ dictæ Vniuerſitatis ad hoc reperti fuerint ſufficientes, ſolutionum iuribus eiuſdem Facultatis ſine mora alicuius præcedentis temporis ad legendum Bibliam publicè huiuſmodi ab eadem Facultate admiſſi & recepti ſiue acceptati fuiſſent. Nec non illi qui ſimili modo ad legendum Sententias deputati fuerunt, ſine alicuius præcedentis temporis acquiſitione, ſine Bibliæ lectura, ſine curſibus & abſque vlla ipſorum Curſuum perſolutione ab ipſa Facultate ad legendum Sententias, ſiue librum Sententiarum admiſſi extiterunt: & poſtquam dicti Fratres Baccalaurei formati in dicta Theol. facti fuerunt, quilibet ex eiſdem Ordinibus Regens vnum ex dictis Baccalaureis pro obtinenda Sententia in dicta Theol. Cancellario Eccleſiæ Pariſ. præſentare conſueuit, ipſeque Baccalaureus ſic præſentatus ad immediatam ſequentem tunc Sententiam licet etiam ſtatuti temporis, videlicet 5. annorum, dum tamen bis de Ordinario reſpondiſſet, ſpatium non compleuiſſet, protinus admiſſi extitiſſent & ex præmiſſis plurimi dictorum Ordinum Fratres in eadem Theologia legendo & diſputando multipliciter profecerunt, ac plura exinde Deo grata & hominibus accepta bona ſucceſſerunt: Tamen à multis annis citra Nonnullis ex Facultate Theologiæ Vniuerſitatis huiuſmodi dictis Fratribus, ac Ordinibus, eorumque vtilitati ſe opponentes, ita fecerunt vt eis exindemulta diſpendia prouenire noſcantur. Pro parte Generalium & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt ſuper ijs prouidere opportunè de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque vberes & commendabiles quos dicti Fratres dudum in Dei Eccleſia afferunt fructus, propenſiùs attendentes, ac eorum ſtatui, ac indemnitati in præmiſſis opportunè **conſulere cupientes, ac obſeruandas** fuiſſe & in futurum perpetuò obſeruari debere cenſentes, ac decernentes, præſentis perpetuò valituræ & irrefragabiliter obſeruandæ Conſtitutionis Edicto, eadem authoritate ſancimus, ſtatuimus & ordinamus quod deinceps perpetuis futuris temporibus omnes & ſinguli dictorum Ordinum Fratres qui pro continuatione & conſummatione ſtudij Theologiæ huiuſmodi per aliqua ex Generalibus dictorum Ordinum Capitula, vel eorum aliquod, aut per ſuos Generales, vel eorum Vicarios, ſeu quoſcunque alios ſufficientem ad id poteſtatem habentes ad dictam Vniuerſitatem miſſi & ad legendum inibi Bibliam publicè deputati & aſſignati fuerint, ac per dictos Deputatos Facultatis Theologicæ ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint, *ſolutis iuribus eiuſdem Facultatis indilatè, & abſque alicuius præcedentis temporis mora ad legendum Bibliam publicè huiuſmodi; necnon illi qui ſimili modo ad legendum Sententias deputati fuerint, nulla cuiuſuis temporis exſpectata mora ſine lectura Bibliæ, ſine curſibus, & abſque vlla ipſorum curſuum perſolutione ad legendum Sententias, ſiue librum*

Sententiarum à dicta Facultate omnibus contradictione & difficultate penitùs ceſſantibus liberè admittantur & admitti debeant, ac poſtquam dicti Fratres formati in eadem Theologia Baccalaurei fuerint, quilibet ex eiſdem Ordinibus Regens vnum ex dictis Baccalaureis pro obtinenda Licentia in dicta Theologia prædicto Cancellario præſentet, & præſentare debeat, ipſeque Baccalaureus ſic præſentatus ad immediatam tunc ſequentem Licentiam licet ſtatuti temporis videlicet 5. annorum ſpatium non compleuerit, dum tamen bis de Ordinario reſponderit, ſine aliqua contradictione protinus liberè admittatur. Mandantes nihilominus Cancellario dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, nec non Vniuerſis Doctoribus, Magiſtris & Scholaribus dictæ Facultatis, eiſque & eorum cuilibet in virtute S. Obedientiæ, ac in ſuorum remiſſionem peccaminum diſtrictè præcipiendo iniungentes, quatenus Sanctionem, Statutum & Ordinationem prædicta efficaciter obſeruent & ab omnibus faciant obſeruari: ac decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuperijs à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ, Vniuerſitatis, Facultatis & Ordinum prædictorum confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate hactenus, vel in poſterum roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque, quibus per præſentes volumus derogari. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ, an. Incarn. Dominicæ 1442. 3. Kal. April. Pontificatus noſtri an. 12. 1442.

Eodem anno, more Gall. die 12. Martij inſtituta eſt à Rectore ſupplicatio ſolemnis ad D. Maglorij, quâ die Epiſcopus Pariſienſis ſolemnem quoque ſupplicationem habebat: itaque apud Mathurinenſes ingens diſſidium ortum eſt inter Facultates ſuperiores & Nationes: Facultates enim volebant, vt Rector procederet ad Baſilicam D. Virginis, ibidem fieret Concio ad populum à Concionatore Vniuerſitatis, ne vt inter ipſam & Epiſcopum exurgeret diuortium, dum non pareret ipſius mandatis. Contra 4. Nationes aiebant non eſſe iam liberum Rectori mutare Scedas, Epiſcopum parere debere, quia Rector prior edixiſſet ſe proceſſurum. Facultates à Rectore poſtulabant, vt ſe illis adiungeret: re diſcuſſa, ille Nationibus ſe adiunxit, & Facultates tandem paruerunt. Rem ſic ſcribit M. Victor Textor. Procurator Nat. Gall.

Die Dominica ſequente 12. Martij eiuſdem anni quia D. Rector conuocauit Vniuerſitatem ad eundem proceſſionaliter apud S. Maglorium, & quia pro honore Nationis & Vniuerſitatis egebamus virga argentea, conuocaui Deputatos nobiles & numero multiplici vſque quadraginta ante receſſum proceſſionis, quibus præſentibus accepi virgam ab Executoribus & fideiuſſoribus defuncti Ioannis de Bucy, & eiſdem reſtitui ſicut iuſtum erat, ſuam fideiuſſionem, ſeu obligationem, & pro certa refectione factain eadem pro quadam **ruptura facta antequam dictus de Bucy haberet**, ſoluit Receptor ex ordinatione Nationis 4. ſolidos.

Eadem die mota eſt magna diſſenſio *inter venerandam Artium Facultatem & 3. ſuperiores Facultates*: volebant enim Magiſtri ſuperiorum Facultatum ad requeſtam Gentium Regiarum & D. Epiſcopi Pariſienſis ire Proceſſionaliter ad Eccleſiam B. Mariæ Pariſ. ad quam ipſe Dominus Pariſienſis conuocauerat ſuum Clerum, villam & omnes ſuos ſubditos in fauorem Regis & Hoſpitij Dei Pariſienſis, vt dicebat & dicebant Magiſtri pro eo in iſta cauſa ſtipulantes. In contrarium allegabatur à Magiſtris Facultatis Artium, quòd *ſcedulæ erant affixæ Quadriuijs, & quod Vniuerſitas, quæ eſt filia Regis primogenita, non erat trahenda ab Epiſcopo Pariſ. imò potius è contra:* His poſitis in deliberatione ad requeſtam Magiſtrorum Artium, concluſerunt tres Superiores Facultates ire ad noſtram Dominam Pariſienſem cum Domino Pariſienſi. Sed præclara Artium Facultas concluſit ire ad locum deſtinatum ſcilicet ad S. Maglorium iuxtà tenorem ſuarum ſcedularum, & non eſſe alibi ſermonem quàm in S. Maglorio. Et caſu quòd aliæ Facultates eſſent in contrarium, quod D. Rector haberet tran-

" tranſire ad illum locum & præcipere omnibus Magiſtris de ſuperioribus
1442. " Facultatibus, vt ſequerentur eum periuramentum, quod factum eſt poſt
" magnas altercationes hinc inde habitas; & requiſitus *ſæpe ab illis tribus vt*
" *concluderet pro illis, concluſit ad Concluſionem Facultatis Artium & receſſit*
" *cum Magiſtris & Procuratoribus eiuſdem Facultatis.* Et tandem ipſæ tres ſupe-
" riores Facultates conuerſæ ad Dominum venerunt cum prædicta Facul-
" tate Artium apud S. Maglorium, ad magnum honorem Facultatis Artium.

Die Lunæ ſequenti conuocata eſt Natio Gall. ad eligendum Procuratorem: & in illis Comitijs ſic ſcribit idem Prourator. Et in illa congregatione requiſiuit me inſtantiſſimè Natio Franciæ vt ego vellem quam primum requirere D. Rectorem *quod conuocaret Facultatem Artium ad pu-*
" *niendum, declarandum perjurum, & priuandum quendam dictum Magiſtrum*
" *Nicolaum de Capella Decanum Carnotenſem, qui in Proceſſionibus D. Pari-*
" *ſienſis contra Concluſa Facultatis Artium præſumpſerat prædicare.*

" Die mercurij Vniuerſitate vocata per D. Rectorem Vniuerſitatis ſuper
" quadam litterâ tranſmiſſa à D. noſtro Rege, Facultate congregata ad
" audiendum deliberationes Nationum, Ego requiſiui D. Rectorem, vt
" ipſe conuocaret Facultatem quàm primum commodè *poſſet ad puniendum*
" *illum qui prædicauerat in Proceſſione D. Pariſienſis contra deliberationem, &*
" *voluntatem, & conſuetudinem Vniuerſitatis.* Ad idem fecit Procurator Pi-
" cardiæ & Alemaniæ, &c.

Anno 1443. Fridericus Imperator litteris ſuis datis Kalendis Quinti-
1443. libus inuitauit omnes Principes & Prælatos ad Conuentum Nurimbergenſem; ſpeciatim verò Vniuerſitatem Pariſ. rogauit, vt à Rege Legatos impetraret ad extinctionem pernicioſi Schiſmatis, ſuos quoque vt ipſa mitteret. Sic enim in Actis Nat. German. legitur. *Anno Domini 1443. 19. die menſ. Octob. congregata in S. Mathurino recepit litteras Sereniſſimi Princi-*
pis D. Imperatoris quibus requirebatur eadem Vniuerſitas vt exhortaretur ſu-
premum D. noſtrum Regem ad comparendum, vel Ambaſſiatores mittendos ad
dietam Norubergenſem circa inſtans feſtum Martini ſuper terminatione Schiſ-
matis celebrandam; & quod eadem Vniuerſitas mittere vellet ſuos Ambaſſiato-
res. Concluſum fuit, quod dandæ eſſent grates D. Imperatori ſuper pijs exhor-
tationibus ſuis, & gratà communicatione ſuarum litterarum. Placuit etiam ſcri-
bere D. Regi. Signatum A. Scriptoris cum Syngrapha.

De Vvesselo. Et Nominalivm, formalivm et Realivm sectis.

HOc anno aut ſequente Weſelus Gransfortius, aliàs Baſilius Groningenſis vir duræ ceruicis & proinde *Magiſter Contradictionis* vocatus Lutetiam venit, eo animo vt Philoſophos quoſdam Formales refutaret, qui tum ibi florebant: ſed ab ijs de propriâ ſententiâ deiectus eſt, vt ipſe
" fatetur in Epiſtolâ ad M. Iacobum Hoeck. Mihi crede, *inquit*, ſi erro,
" non tam libidine quam hebetudine ſeducor, bono interim & ſereno ani-
" mo, certus mihi quod ſemper tantâ ſolicitudine veritatem fidei quæſiui
" & quæro, quam cum inuenero, non ſolùm per tui ſimiles viros doctiſſi-
" mos & probatiſſimos, ſed & per quemcunque, etiam nouiſſimum, etiam
" per me ipſum ſemper paratus ſum corrigi & conſiteri. Et id facto non
" ſemel Pariſius oſtendi. 1. Quando vocatus Heidelbergam neglectis gran-
" dibus Beneficiorum pollicitationibus quas per dictum Quapponum Co-
" mes Palatinus offerebat, eâ ſolâ intentione & animo Pariſios contende-
" bam, vt famoſiſſimos illos duos viros Henricum Zomerem & Nicolaum
" Trauerti velut nouus & ſingularis Athleta ſuis opinionibus diſturbarem,
" & à ſententia Formalium in meam Realium reuocarem. Hæc mihi tamen
" arrogantia fuit. Sed vbi fortiore occurſu propriam deprehendi imbe-
" cillitatem, ante tres menſes meæ ſententiæ ceſſi, & mox omni ſtudio
" Scriptores conquiſiui in libros Scoti, Maronis & Boneti, quos illius viæ
" Principes acceperam. Neque illo contentus ante annum inceptæ viæ
" Scoti cum omni diligentiâ quantùm potui perſpectæ, grauiores in ea
" quàm in viâ Realium errores deprehendens, etiam corrigi paratus muta-
" ui ſententiam & Nominales apprehendi: in quibus fateor ſi quid fidei

contrarium putarem, hodie paratus remearem, vel ad Formales, vel ad Reales, &c. " 1443.

Hinc diſcimus illis temporibus in Philoſophorum Scholis tres viguiſſe ſectas. Vnam *Nominalium*, quæ circa an. 1000. originem ceperat in Academiâ Pariſienſi, quibus autem authoribus, diximus. Alteram *Realium*, quam amplexi ſunt Petrus Abaelardus, Ioannes Sareſberienſis & multis poſt annis Thomas Aquinas. Tertiam denique *Formalium*, quæ Ioannem Scotum agnoſcebat authorem. Sed vt ad Weſelum redeam, c. 6. eiuſdem Epiſt. meminit. Trium Doct. Theologorum Pariſ. maximi tunc nominis, Willielmi de Phales, Ioannis de Bruxella, & Ioannis Picardi, quorum duos ait fuiſſe de pœnitentiaria Papæ; & paulò poſt addit M. Iacobum Scheluuert. Capite autem 9. eiuſd. Ep. oſtendit Logicam Theologis eſſe neceſſariam exemplo Petri de Alliaco, vbi notat Ordinem Prædicatorum ab Vniuerſitate Pariſ. 14. annis abſciſſum fuiſſe, eo quod eorum Baccalaurei Errores Ioannis de Monteſono nollent abiurare zelo doctrinæ S. Thomæ. Docuit autem Weſelus Lutetiæ per 16. annos fere. Obijt autem Groningæ an. 1489. natus an. 1400.

Die S. Andreæ vltima Nouembris Vniuerſitatis in Mathurinenſi congregatæ decreto publicata eſt ceſſatio Lectionum & Sermonum tempore aduentus donec iniuriæ ipſi illatæ & pecuniæ ablatæ reſtituerentur: (quamobrem autem id, non inuenio.) Sic autem legitur in libro Procuratorum Nat. Gall. ita ſcribente M. Antonio Guiert Procuratore. 1. " die menſis Decemb. quæ erat 1. Dominica Aduentûs conuocaui Natio- " nem per iuramentum in S. Mathurino hora 7. præcisè de mane ſuper 2. " artic. 1. fuit ſuper aliqua tangentia honorem Nationis, ſcilicet ſuper op- " poſitione & appellatione Nationis ſuper facto ceſſationum: quam ap- " pellationem Natio fecit in die S. Andreæ in quo fuit Vniuerſitas congre- " gata in S. Mathurino: & voluerunt illa die 3. Facultates ſuperiores oppo- " ſitum Concluſionis præhabitæ in dicto S. Mathurino. Volebant enim " quod fieret ſuſpenſio Ceſſationum & reſumptio ſermonum vſque ad 1. " diem anni incluſiue: & tamen Concluſio prius habita fuerat quod non ſuſ- " penderentur Ceſſationes, nec Sermones reſumerentur, niſi omnia vadia " & pecuniæ primò eſſent redditæ: & quia Concluſio aliqua Vniuerſitatis " non poteſt deſtrui niſi Vniuerſitate conuocatâ ſpecialiter ſuper deſtru- " ctione talis Concluſionis & tunc Vniuerſitas non erat ſpecialiter conuo- " cata ſuper illud, ideo Natio ſe opponebat & appellabat: & in nomine " Nationis me oppoſui ne Rector concluderet & appellaui caſu quo con- " cluderet: *& quia appellatione pendente, Rector non poterat concludere, ideo* " *Rector permanſit in 1. Concluſione.* Nihilominus tamen poſtquam receſſit " Rector à S. Mathurino, ipſe fecit ſcribi ſcedulas in quibus continebatur " quod Vniuerſitas ſuſpendebat Ceſſationes vſque ad 1. diem anni & vole- " bat ire proceſſionaliter apud Eccleſiam Pariſienſem. Ideo quia Natio ap- " pellauerat, Ego die ſequenti feci conuocari Nationem ad videndum an " vellet deſiſtere ab appellatione, vel manere in ea. Et hæc erat materia " 1. articuli. 2. art. fuit communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quan- " tum ad 1. art. voluit Natio manere in dicta appellatione & voluit inſuper " quod Ego præciperem per iuramentum omnibus Graduatis Nationis ne " irent ad Proceſſiones & Pædagogiſtis vt reducerent pueros ad domum, " quod ita feci. Et ad hoc veneranda Natio Picardiæ ſe nobiſcum coniun- " xit, nec illa die Magiſtri Nationis noſtræ, nec etiam Picardiæ proceſſio- " naliter ad dictum locum proceſſerunt, &c. "

Nec omittendum quod eodem anno orta eſt controuerſia inter Magiſtrum, Procuratorem, ac Burſarios Collegij Bajocenſis & M. Gerua- ſium Melloti nouiſſimè Burſarium nominatum; quam quidem illi ad Caſtelletum non aditâ Natione Gall. ad quam ſpectabat ſua Collegia reformare eiſque ius dicere, detulerant: at illi poſtea ſe vltro Vniuerſitatis Iudicio ſubmiſerunt. In Comitijs ergo 16 Ian. *Supplicauit M. Geruaſius Melloti quatinus illi Domini & Magiſtri Collegij Bajocenſis in caſu quo non*

vellent deſiſtere à quodam proceſſu in caſu nouitatis pendente in Caſtelleto Pariſienſi ratione Burſarum collatarum dicto M. Geruaſio, & viſo quod ipſi petebant audiri in Vniuerſitate, & quod fuerat ſententia tum per DD. Deputatos almæ Vniuerſitatis ſuper illa diſcordia huiuſmodi Burſarum, quod illi priuarentur, Natio conceſſit ſupplicationem ſuam.

1443.

Et in Actis 21. Ian. ſic legitur. *Quantum ad 1. art. expoſitum fuit quo modo Natio Franciæ plenariam habet non ſolum viſitationem in ſuis Collegijs, immo etiam reformationem, Prouiſionem & Inſtitutionem:* quare vt videbatur primâ facie, libertas & prioritas huiuſmodi lædebatur non modicum ratione cuiuſdam controuerſiæ ortæ inter Magiſtrum, Procuratorem & Scholares Collegij Bajocenſis ex parte vna & M. Geruaſium Melloti parte ex altera, ratione Burſarum collatarum dicto M. Geruaſio. Viſo quod dicti Magiſter, Procurator & Scholares dicti Collegij ſupplicauerunt audiri in Vniuerſitate in vltima Congregatione eiuſdem. Etiam viſo quod fuerat aliàs ſententiatum per DD. Deputatos ex parte Vniuerſitatis datos in dicta Controuerſia de eadem & ſuper eadem materia. Iſtis tamen obſtantibus prædicti vocabant dictum M. Geruaſium in Caſtelleto ſuper eadem materia. Quare vt Procurator eiuſdem Nationis & ex conſilio Antiquorum prælatæ Nationis habebant requirere & ponere in deliberatione quod prædicti Magiſtri & Procurator alijque Scholares huiuſmodi Collegij renunciarent huiuſmodi proceſſui Caſtelleti, & quod vellent recipere dictum M. Geruaſium in Burſarium eiuſdem Collegij conformiter ad prædictam Deputatorum Vniuerſitatis ſententiam. Quod ſi non vellent hoc facere, cum erat libertas Nationis prouidere in hoc, quod dicti priuarentur à Natione. Quibus per me expoſitis Magiſter, Procurator & alij Scholares huiuſmodi Collegij fecerunt vnam ſupplicationem quod in prædicta materia taliter placeret Nationi deliberare, quod ſtatuta ſui Collegij remanerent illæſa, & quod ea placeret defendere. Et quantum ad iſtum art. placuit Nationi huiuſmodi materiam remittere ad Deputatos nominatos, qui viſitarent dicti Collegij ſtatuta, & poſtea in alia Congregatione referrent, & quod interim ſuſpenderetur proceſſus ille Caſtelleti, quouſque fuerit deliberatum ſuper relatione prædictorum deputatorum. Natio enim annuit ſupplicationi prædictorum Magiſtrorum.

Eodem anno Eugenius Pontifex Maxim. ad Regem quoſdam articulos tranſmiſit de vnione fidei, quos Rex per ſuum Cancellarium Vniuerſitati tradi voluit: vt intelligitur ex actis die 19. Feb. ſic ſcribente M. Petro Pilatre Pariſ. Procuratore Nat. Gall. Die Mercurij 19. Feb. Vniuerſitas congregata S. Mathurino per D. Rectorem ſuper aliquibus art. Inter quos tamen fecerat idem D. Rector mentionem de modo melioris Prouiſionis habendo & practicando pro factis Vniuerſitatis in quibuſdam articulis expreſſo datis per Reuer. in Chriſto Patrem D. Archiepiſcopum Remenſem Cancellarium Franciæ D. Rectori: qui quidem articuli dati & oblati fuerant per S. D. N. Eugenium Papam D. noſtro Regi, ſiue eius conſilio pro vnione habenda in ſancta Dei Eccleſia. *Et Natione retracta ad partem, ad deliberandum vt faciunt aliæ Nationes*, concluſum fuit quod prædicti articuli haberentur & reciperentur, ſiue duplicarentur pro Natione, vt quilibet Magiſter poſſet eos videre & ſuper eiſdem melius deliberare; & quod primò viſitarentur per Deputatos, & ipſis viſitatis per DD. Deputatos conuocaretur poſtea Natio non ſolùm vna vice; imò pluribus ad deliberandum ſuper eiſdem. Voluit & Natio quod D. Rector proſequeretur litteram Compulſoriam DD. Prælatorum erga D. Cancellarium Franciæ & quod Ego ipſum requirerem nomine Nationis de habendo prædictam huiuſmodi Compulſoriam, quod ita feci.

1444. Anno 1444. anno actum eſt de Reformatione Facultatis Artium, & in hanc rem conuocata Facultas à Rectore ad 26. Septemb. vt ſcribit M. Stephanus Nicolay aliàs de Clemengijs; nominatique à ſingulis Nationibus Proceres qui cum Procuratoribus capita Reformationis conficerent, & examinarent.

examinarent. Sed non video prædictam facultatem fuiſſe reformatam niſi cum alijs, an. 1452 à Cardinale Tutauillæo. Interim tamen prouiſum eſt aduerſùs Scholares aliarum Vniuerſitatum, cautumque ne tam facile admitterentur ad Baccalaureatum & Licentiam in Facultate Artium. Et conuocata Natio Galliæ per ſuum Procuratorem 23. Octob. eiuſdem anni ſtatuit eiuſmodi Scholaſticos non eſſe ampliùs admittendos, niſi ſub diligenti cautione. Sic ea de re Procurator eiuſdem Nationis Stephanus Nicolay in libro Procuratorum ſcribit. *Quantum*, inquit, *ad 2. articulum expoſui quomodo temporibus retroactis aliqui admiſſi ſunt ad gradum Baccalariatus, & permiſſi ſunt examina Licentiandorum intrare [illegible] nnulli Scholares qui neque Pariſius, neque in aliquo ſtudio ſolemni, ſeu Generali, libros audiuerant requiſitos ad huiuſmodi gradus, neque ſtuduerant per tempus requiſitum, ſecundùm ſtatuta perpluræ Facultatis Artium, & quod de nouo de Cadomo venerant aliqui tales, à quorum amicis fueram requiſitus eos ad taxationem Burſarum pro Baccalariatu admittere, quod, Natione inconſultà, facere non præſumpſi. Super quo perlectis ſtatutis hunc caſum & conſimiles concernentibus, ad tollendum huiuſmodi abuſus maturè concluſit Natio & decreuit tales non eſſe admittendos attento ſtatuto Papali ad hoc repugnante & omnimoda diſpenſatione interdicente. Et voluit inſuper Natio quod Ego & futuri Procuratores à modò tales admittere non præſumant. Quinimo quod Ego requirerem D. Rectorem, vt ſuper hoc faceret Congregationem Facultatis in quâ legeretur præfatum Papale ſtatutum ad tollendum conſimiles abuſus in alijs Nationibus; in quâ Congregatione Ego nomine Nationis me haberem opponere ad admiſſionem talium in alijs Nationibus.*

1444.

STATVTÙ CIRCA SCHOLARES ALIARVM VNIVERSITATVM.

Verùm cùm à Rectore conuocata fuiſſet Facultas Artium rogatu Procuratoris Nationis Gallicanæ ad 6. Nouemb. cæteræ Nationes cenſuerunt pro eo anno Scholaribus eiuſmodi eſſe indulgendum, eoſque admittendos. Perſtitit tamen Natio Gallicana in ſua Concluſione, voluitque vnanimiter 24. Ianuarij eiuſdem anni à M. Victore Textoris Procuratore ſuo conuocata ſucceſſores Procuratores admoneri, adigique iuramento, ne quem ex alijs ſtudijs eo anno quo fieret Baccalaureus, admitterent ad Licentiam, vel ad Magiſterium. Tunc enim prauâ quadam conſuetudine Scholaribus eiuſmodi extraneis, eodem anno tres illi gradus conferebantur. Cui malo obuiam ijt Natio Gallicana potiſſimum: imò vetuit admitti poſt hac vllum ad Licentiam Artium eo anno quo Baccalariatum conſecutus fuiſſet. Idque confirmatum alijs Comitijs eiuſdem Nationis 10. Febr. habitis, vt legitur in lib. Procuratorum illius Nationis. Sic igitur ſcribit M. Stephanus de Clamengijs Procurator Nat. Gall. ad 6. Nouemb.

Item 6. Nouemb. Facultate conuocata in S[illegible]uliano, per D. Rectorem ad requeſtam mei Stephani Nicolay aliàs de Clamengijs Procuratoris Nationis ex ordinatione & præcepto Nationis, provt patet ſuperiùs in **principio tertiæ paginæ præcedentis** ad prouidendum plurimis abuſibus emegentibus propter Scholares aliarum Vniuerſitatum qui quamprimùm applicuerunt Pariſius, volunt promoueri ad gradum Baccalariatus & conſequenter immediatè in proximâ licentia & in eodem anno admitti ad examen licentiandorum contra ſtatuta Papalia dictæ Facultatis. In qua quidem Congregatione, Natione retracta ad partem, vt moris eſt, vnanimiter concluſit tales non eſſe admittendos, & voluit atque ordinauit quod à modo nulli tales admittantur. Voluit præterea quod caſu quo aliæ Nationes in aliquo ſtatutum Papale diſſimulando, vel tacendo, aut alio quouiſmodo infringere conſentirent, Ego nomine Nationis ne contra dictum ſtatutum aliquid concludatur, me haberem opponere, & ſi opus fuerit, appellare. Quia verò veneranda Natio Picardiæ in ſua Concluſione voluit dictis Scholaribus gratiam ſibi poſſibilem impertiri, ſtatuto tamen Papali inuiolabiliter obſeruato & in ſuo robore permanente, cum aliæ duæ Nationes videlicet Normaniæ & Angliæ voluiſſent dictos Scholares admitti pro anno præſenti duntaxat; quod tamen licitè non

" poterant obſtante prædicto ſtatuto Papali omnimodam diſpenſationem
1444. " interdicente, D. Rector fauore ductus quia Pædagogus, prætextu & ſub
" colore & palliatione gratiæ poſſibilis impertitæ per dictam venerandam
" Nationem Picardiæ dicere nitebatur quod à tribus Nationibus poterat
" concludere dictos Scholares pro præſente anno admittendos eſſe, ad
" quod ne concluderet, nomine Nationis, me oppoſui.

Item die Sabbati 14. Ian. Congregatis Regentibus in Clauſtro Regiæ Nauarræ. *Inſuper omnes & ſinguli Regentes quia principaliter erant conuocati ad refundendum, requiſiuerunt me quod Ego facerem iurare meum ſucceſſorem, quod non reciperet ad Iuramenta pro Licentia ac Magiſterio illos qui hoc anno fuerant Baccalarij de alijs ſtudijs, & quod nullus cuiuſcunque ſtudij eo anno quo fiet Baccalarius, admittatur ad Licentiam, vel Magiſterium. 2. Quod ad hoc vellem requirere Procuratorem Picardiæ quod illam Concluſionem ſæpius in ſua Natione captam quam erga ſuos Baccalarios teneret, etiam apud alios vellent conſeruare, videlicet quod illo anno quo aliquis eſt Baccalarius, non intret ad examen pro Licentiâ: quod & feci. 3. Requiſierunt me DD. Regentes quia anno præterito fuerunt plures qui non diſputauerunt in Quadrageſima, & qui non ſoluerunt burſas tempore ſtatuto & qui non audiuerint Logicam, &c.*

Item die 10. Febr. quâ die electus eſt in Procuratorem M. Antonius Grier, *voluit Natio* quod *præter ſolita juramenta haberet iurare quod non admitteret Baccalarios huius anni ad iuramenta Licentiæ & Magiſterij, & ſimiliter illos repelleret, qui alio anno præter conſenſum aliquorum Examinatorum fuerant admiſſi.*

1445. De Procvratore Intrante.

Anno 1445 Natio Gallicana ſtatutum edidit, quo vetuit ne Procurator Intrantis vices obiret deinceps ad eligendum Rectorem, propterea quod quoties noua Electio recurrebat, ambitione importunâ, rixis & tumultibus res tota peragebatur. Item ne quis deinceps Pro vllo Munere
" Officio vè ſupplicaret. De ea re ſic habetur in Actis, tum pro curatore M.
" Io. de Martigniaco. *13. Octob.* conuocaui Nationem apud S. Math. hora 8.
" per juramentum ad ſtatuendum pro 1. vice & pro 1. art. &c 2. art fuit com-
" munis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. expoſui Nationi
" inconuenientia, vituperia & iacturas quæ in grande diſpendium Natio-
" nis proueniebant, *(ex eo quod Procurator ad eligendum Rectorem interdum*
" *vigore ſtatuti iam dudum editi intrabat)* ex vna parte, quales pariter & quan-
" tæ inſolentiæ, brigæ, diſſolutiones, & inauditæ ſollicitationes in Natio-
" ne fiebant, ratione & occaſione huius, quod, proh dolor! præter expreſ-
" ſum contentumve in antedictæ Nationis ſtatutis *vnicuique licebat pro obti-*
" *nendis Officijs Nationis ſupplicare & ad huiuſmodi honeſta Officia ſe impuden-*
" *ter præſentare.* Vnde multotiès contingebat Magiſtrorum deliberantium
" animos ſuis exquiſitiſſimis medijs obligari, ſuorum pariter Notorum im-
" portunis rogitationibus dictorum deliberantium libertatem auferri. *Et*
" *plerunque quod nequius eſt & Reipub. pernicioſius accidebat, indignos viris bene*
" *meritis* huiuſmodi occaſione præferri. Ea propter huiuſmodi non magis
" occurrentibus quàm imminentibus ſcandalis videbatur prouidendum.
" Super quibus ſic breuiſſimè tactis Natio deliberauit & concluſit, quòd
" de cætero, *Procurator non intraret, ſaltem virtute ſtatuti. Quantum verò ad*
" *diſtributiones Officiorum, concluſit quod nullus de cætero ſupplicaret, aut ſe in-*
" *gerendo præſentaret; quinimo ſi foret per duos, vel plures fide dignos conuictus*
" *quamcunque diligentiam quouis modo feciſſe, ipſo facto inhabilis redderetur &*
" *indignus.*

Die Veneris immediatè ſequenti quæ fuit 15. Octob. concluſum quoque vnanimiter *Procuratorem de cætero non debere intrare*, tum propter prædictas brigas, fabricas, inhoneſtates & damna quæ inde ſequi videbantur; *tum etiam quia Procuratoria & Intrantia ſunt ſtatuta* (officia) *Nationis ordinaria & diſtincta, quæ per aliud quoddam expreſſum ſtatutum Nationis ab eodem Suppoſito, pro eodem tempore, ſaluo iuramento non poterant occupari.*

Die Sabbati 16. eiuſdem menſis tertiò conuocata Natio idem concluſit; item & 19. denique 23. Martij tale ſtatutum editum.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis & audituris Nos omnes & ſinguli Magiſtri Nat. Gall Pariſ. tam Regentes quàm non Regentes apud S. Math. pro tertia vice ad ſtatuendum ſuper ſequentibus, ſolemniter ſub debito iuramenti congregati Sal. in Dom. Notum facimus quod Nos attendentes præcipuè quod rerum varietas & temporum mutata qualitas id exigunt, vt annui mores mutentur, iuxta quorum mutationem ſtatuta variantur humana: Nos enim retroacta edocent tempora quanta diſpendia, quot jacturas, diuiſiones, diſcordias, abiectiones, commotiones, quotque inſultus & contumelias Communitati noſtræ Nationis intulerunt *Libertas ſupplicandi pro Officijs noſtræ Nationis diſtribuendis & obtinendis, necnon* libertas quærendi fauores, & præterea libertas ſuggerendi & interdum deliberantium animos diuertendi, qui plerumque contra Deum & conſcientiam in totius Nationis vituperium & jacturam & non meritis minus dignos preferunt. Denique quæ grauamina ex intempeſtiua, ac præuenta electione Intrantis ad Rectoris electionem contingant, prælibata tempora ſufficienter oſtendunt. Quocirca Nos cupientes omnem diuiſionum, ac diſcordiarum fomitem in ſinceri amoris vnitatem, omnem prorſus iacturam in communem prædictæ noſtræ Nationis vtilitatem ſalubri commercio commutare, cæterorumque generum imminentia diſcrimina euitare zelantes, quò ſalubriùs, ac fructuoſiùs talentum à Domino nobis traditum, omni paſſione ſedata, multiplicare queamus, ordinanda ſeu ſtatuenda decreuimus quæ ſequuntur. Videlicet quod Procurator de cætero ad eligendum nouum Rectorem non intrabit in vi Procurationis. *Et quod de cætero quælibet Prouincia per ſe meram libertatem habebit eligendi & præſentandi ſuum Intrantem in die Electionis Rectoris.* Præterea ad idem declaramus & ordinamus ſtatutum de incompatibilitate duorum Officiorum Nationis fore irrefragabiliter obſeruandum, clauſulamque in antiquo ſtatuto de Electione Officialium noſtræ Nationis, cuius tenor talis eſt. In Electione verò aliorum Officialium ad quæcumque Officia deputatorum noſtræ Nationis, ſeruabitur mos antiquus; qui quidem mos fuiſſe talis dignoſcitur, quod quotieſcunque aliquis Officialis eligi debuerat in Natione prædicta, quælibet Prouincia de prædictis vnum Magiſtrum deputabat, & quem dicti Deputati, vel ipſorum maior pars eligebant, ſtabat in Officio per illius temporis ſpatium, ad quod quidem Officium fuerat poſtulatus. Et quod Procurator, cuius tempus non tranſierat & cuius Officium non expirauerat, adueniente tempore vacationum, in ſuo Officio remanebat, ac in prædicto fine creabatur alius Procurator. *Hoc immutabiliter addentes quod nullus vnquam pro quocumque Officio honeſto* ſupplicet, aut ſe præſentet. Et quicumque oppoſitum fecerit, eo facto ipſum **inhabilem & indignum reputamus**; & ex nunc dicto Officio ipſum pro illa vice priuamus. Statuimus finaliter, ordinamus & volumus, quod nos omnes & ſinguli Magiſtri prædictæ Nationis & noſtri in poſterum Succeſſores corporaliter iuremus & iurent hoc præſens ſtatutum inuiolabiliter obſeruare. Et ad hoc volumus nos & prædictos noſtros Succeſſores ſub pœna perjurij & priuationis adſtringi: Quodque in diſtributione cuiuſcunque officij, de verbo ad verbum intelligibiliter huiuſmodi ſtatutum in facie totius Nationis legatur. Nobis nihilominus & prædictæ noſtræ Nationi ſemper reſeruatâ poteſtate augendi, diminuendi, corrigendi, totaliterque ſi opus ſit, quotiens nobis, vel prædictæ noſtræ Nationi videbitur expedire, annullandi. Exceptis tamen duobus primis annis à die datæ præſentium computandis, in quibus nihil poterit immutari, ſed practicabitur hoc ſtatutum inuiolabiliter. Datum & actum tempore Procurationis M. Petri Caros an. D. 1445. die 23. menſis Martij. 1445.

Elapſis duobus annis, M. Ioannes Ramier Procurator eiuſdem Nationis voluit in praxim & in vſum reuocare antiquum ſtatutum, eiuſque vi Intrantis obire vices, ſed obtinere non potuit, vt ipſemet ſcribit. Die 15.

1445. » Martij 1447. *Facultate Artium apud S. Iulianum Pauperem conuocata ad eli-*
» *gendum nouum Rectorem*, placuit Nationi procedere ad electionem noui
» Rectoris, iuxta morem hactenus obſeruatum. Et quoad factum Intrantis
» Ego ſupplicaui in Natione, vt intrarem in vim ſtatuti in quo cauetur, *Si*
» *autem Procurator ſit illius Prouinciæ quæ debet intrare ad electionem Rectoris,*
» *intret ipſe Procurator.* Et quamuis fuerit aliud nouum ſtatutum condi-
» tum an. ab Incarnatione Domini 1445. menſis præfati 15. die, illud ta-
» men erat temporale, & tempus iam elapſum erat; quia vt prima fronte
» mihi videbatur, debebam virtute antiqui ſtatuti intrare. Super quo or-
» dinauit Natio quod Prouincia illa quæ electura erat Rectorem, veniret
» in certum locum ad ſui Intrantis electionem proceſſura. Quod & ita fa-
» ctum eſt. Et tunc fuit electus venerabilis vir M. Henricus Hugonis, cuius
» electione facta, *concluſi à pluralitate vocum in vigore ſtatuti antiqui intrare*
» *non poſſe.* Concluſit præterea, *quod ſtatutum nouiter conditum maneret in*
» *ſuo robore, donec Natio ad hoc ſpecialiter vocata aliud ſuper re iſta determi-*
» *naret.*

Idem ſtatutum die vltima April. anno 1448. videlicet quod ſtatutum nouum factum in Procuratione M. Petri Caros pro electione Officiariorum Nationis adhuc per 2. annos continuaretur inuiolabiliter à data iſtius diei, hoc addito *quod nullus Intrans pro Officio pro quo intrat, ab alijs eligatur.*

Verum experta eſt paulo poſt Natio nihilò meliorem eſſe Intrantium viam, immò etiam eſſe corruptiorem, coactaque eſt tandem illam abrogare, ſic ſcribente M. Io. Milonis eiuſdem Nat. Procuratore. *Die Sabbati quæ* fuit 7 menſis April. (an. 1452.) Natione conuocatâ in S. Mathurino ſuper 3. art. *Quoad 1. deliberauit Natio quod non placebat ſibi vlterius procedere ad electiones Officialium per Intrantes, propter venditiones Officiorum quæ committebantur in hac electione per dictos Intrantes, & continuauerunt me ſimpliciter 4. Prouinciæ ſine Intrantibus ſecundum modum antiquum.* Sed filum Hiſtoriæ noſtræ reſumamus.

Eodem anno 1445. proclamatæ ſunt Inducíæ Bellorum inter Reges, iam anno ſuperiore ſancitæ. Verum ad ſtipendiorum militarium ſecuritatem cum vrbium Incolis fuiſſet Edicto Regio mutuum quoddam impoſitum, fuiſſentque Lutetiæ 4. Iudices Delegati, ſeu Commiſſarij conſtituti apud quos ſi quid oriretur ea de re contentionis, diſceptaretur, turbata eſt Vniuerſitas ob imminutionem Priuilegiorum, quorum non habita ratione Quidam è Priuilegiatis legi communi ſubditi ſunt.

Turbata quoque eadem Vniuerſitas ab Epiſcopo Pariſ. alia de cauſa. Scilicet Scholaris quidam, in carceres Curiæ Parlamenteæ compactus fuerat: Illum Epiſcopus, illum Vniuerſitas repetebant. Hinc igitur **Vniuerſitatis aduerſus Parlamentæos Patres querelæ ortæ, quod Epiſcopo Pariſienſi Captiuum adiudicaſſent; item aduerſus Epiſcopum, qui violato iuramento quod Vniuerſitati præſtiterat, Scholarem detinebat.**

TVRBÆ IN VNIVERSITATE PROPTER INCARCERATOS SCHOLARES.

Totum hoc negotium ſatis clarè legitur in vetuſto Codice Procuratorum Nationis Gallicanæ; vbi habetur, quod cum 17. menſis Nouembris in Comitijs Centuriatis Rector expoſuiſſet detineri in carceribus Palatij Scholarem quendam, eiuſque liberationem prohiberi ab Epiſcopo Pariſ. quinimo requiri vt ad ſe remitteretur, aiente, *Quod ipſe neque ſui Officiarij tenebantur* ſeruare iuramentum quod aliàs præſtiterant Vniuerſitati, quantum ad ea quæ concernunt vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, & quod de eiuſmodi re habebat declarationem *à ſummo Pontifice.* Iuſſis igitur Nationinibus & Facultatibus ad ſuas ſedes ſe recipere ad deliberandum, Natio Gallicana, ita referente M. Antonio Pauli Procuratore concluſit, vt habetur in eodem libro. Voluit Natio quod Priuilegia Vniuerſitatis ſeruarentur ad vnguem. Et quantum ad factum in carcerati, voluit Natio, quod
» Præfatus D. Rector cum notabili Comitiua accederet ad Detentores di-
» cti Scholaris, quibus ſi ipſum dimittere recuſarent, nunc pro tunc, &
» tunc pro nunc ceſſationes aliàs ſuſpenſas intimaret. Et quantum ad verba

prolata, vt dicebatur per D. Pariſienſem, quæ multum ægrè tulit præ- " ——
fata Natio, voluit eadem quod Præfatus D. Rector haberet vocare ad ſe " 1445.
omnes Officiarios dicti D. Pariſienſis Iuratos noſtræ Vniuerſitatis, & ſi- "
gnanter M. Petrum Monqueris Officialem Pariſienſem, eumque & eos "
requirere ſub debito Iuramenti, an præmiſſa deliberatione volebant vti, "
per quos ſeu aliquem eorum ſi reſponderetur quod ſic, eum vel eos nunc "
pro tunc, & tunc pro nunc priuabat, & pro priuatis habere volebat à gre- "
mio Vniuerſitatis, & ſignanter Nationis eiuſdem, ſi ſuppoſita eſſent il- "
lius, perpetuis temporibus. Attendens quod quilibet Iuratus in dicta Vni- "
uerſitate iurat ad quemcunque ſtatum deuenerit, ſeruare. "

Eadem fuit cæterarum Nationum & Facultatum ſententia, tandemque totius Vniuerſitatis hæc fuit Concluſio, vt Rector cum Decanis & Procuratoribus, necnon & alijs Proceribus adiret Patres Parlamentæos, cauſam ſuam exponeret, ſuaque Priuilegia ſarta tecta ſeruari depoſceret. Si verò iam traditus fuiſſet Epiſcopo Pariſ. Scholaris incarceratus, eum quoque adiret, repeteretque *ſub cautione Iuratoria*, vt vocant, iuxta Priuilegia Vniuerſitatis; & de Reſponſo Patrum & Epiſcopi quamprimum referret ad Vniuerſitatem. Quæ omnia fideliter exequutus eſt Rector, & habitis die Lunæ 29. Nouemb. Comitijs, expoſuit Epiſcopum Pariſ. nolle dimittere Scholarem incarceratum, *ad cautionem iuratoriam, ſecundùm formam Priuilegij Vniuerſitatis*. Quamobrem iuſſis deliberare Facultatibus & Nationibus quid facto opus eſſet, ſingulæ concluſerunt ceſſandum eſſe in omnibus Scholis, ni Epiſcopus ſatisfaceret; quâ de re ſic prædictus Pauli Procurator Gallicanus in Codice. *Quæ omnia expoſui in Natione matre mea ad partem retractâ. Quæ quidem Natio deliberauit in modum qui ſequitur. Et 1. quod ad 1. artic. voluit quod Ceſſationes currerent, ſtatim caſu quo Præfatus D. Pariſienſis dictum incarceratum modo prædicto dimittere recuſaret. Et hoc idem concluſit Vniuerſitas.* A Pauli. *Ita eſt.*

Additum tamen Vniuerſitatis Concluſioni, vt Rector iterum adiret Epiſcopum, deque Reſponſo referret hora 2. Pomeridianâ. Quod & præſtitit; & eadem die hora 2. poſt prandium iterum conuenit Vniuerſitas, ad quam retulit Rector ſe inuiſiſſe D. Epiſcopum ab eoque nomine totius Academiæ repetijſſe Scholarem Conuictorem quem detinebat, nihil verò ſe ab eo potuiſſe impetrare & obtinere. Quamobrem ſecedentes ad deliberandum Facultates & Nationes in ſua quæque loca, retulerunt per Decanos & Procuratores vnanimiter, niſi intra diem idem Epiſcopus redderet, fore ceſſationes in toto Regno Academico; quâ de re ſic prædictus Procurator ſcribit. *Quæ omnia expoſui in Natione matre mea ad partem retractâ quæ conformiter ad deliberata de mane, caſu quod idem Penſionarius non reſtitueretur, infra noctem, Ceſſationes à ſermonibus concluſit; & caſu quod per tres dies immediatè ſequentes non reſtitueretur, nunc pro tunc & tunc, pro nunc ceſſationes ab omni actu concludebat. Et illud idem concluſit Vniuerſitas.* Tunc Rector erat Vniuerſitatis M. Ioannes Haueron qui ſucceſſorem habuit M. Martinum Chaboz Baccalarium formatum in Theol. Societatis Nauarricæ.

Ceſſatum-ne fuerit an non, nihil comperi: Sed certum eſt menſe Februario fuiſſe adhuc in carcere detentos Scholares: nam 20. Feb. conuocata per Rectorem Vniuerſitas in Bernardinorum ædem, deliberauit, iuxta relationem eiuſdem Rectoris ſuper incarceratione M. Iacobi de Gouda qui poſtea Rector fuit; cuius liberationem Facultates & Nationes omnes ſeſe proſecuturas pollicitæ ſunt, nullique impenſæ, donec id fiat, parcituras, ſimulque ad liberandos è carceribus alios Scholares opem, operam, pecuniamque collaturas.

Eodem anno Eugenius Papa conatus eſt per Legatos à Rege obtinere Pragmaticæ-Sanctionis abrogationem, oblatis interim Beneficiorum quamplurimorum Prouiſionibus, ſeu Collationibus: quod vbi ab Vniuerſitate intellectum eſt, cum Eccleſiæ Gallicanæ libertates acerrime tueretur, habitis Comitijs & deliberationibus omnium & ſingularum

Facultatum & Nationum, conſtituit ad Regem ſcribere in eam rem, &
1445. ad Ducem Burgundiæ, quem ſimiliter Papa ad ſuas partes traducere nitebatur.

Et 22. Decembris eiuſdem anni in Congregatione generali lectæ ſunt quædam litteræ ad Regem eiuſque Confeſſarium tranſmittendæ ſuper prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis; quibus Rex humillimè ab Vniuerſitate filia ſuâ rogabatur, ne pateretur aliquid innouari circa Pragmaticam-Sanctionem, ipsâ inauditâ. In eandem rem lectæ ſunt litteræ ad Ducem Burgundiæ.

Item eadem die omnes Facultates & Nationes annuerunt ſupplicationi M. Martini Chaboz Rectoris petentis ſubſcriptionem, ſeu vt vocant, Adiunctionem, ad cauſam iniuriarum ſibi illatarum; vt refert M. Guill. Nicolay Pariſ. tunc Procurator Nationis Gallicanæ; quæ res vrgebatur in Curia Parlamentæa.

HISTORIA VIRI ADMIRABILIS.

Eodem anno ex Hiſpania Lutetiam venit Iuuenis quidam ſacræ Theol. Doctor tam mirabilis ingenij & ſcientiæ, vt nunquam ei par viſus, neque poſthac videndus ſit. Vocabatur autem Ferrandus Cordubenſis, de
» quo ſic Trithem. in Chron. Spenheim. Is *an. 1445.* Iuuenis annorum 20.
» miles auratus, Artium, Medicinæ & ſacræ Theol. Doctor cum 8. equis
» de Hiſpania venit in Franciam & totam Pariſiorum Scholam ſuâ mirabili
» ſcientia vertit in ſtuporem. Erat enim in omni Facultate ſcripturarum
» doctiſſimus, vitâ & conuerſatione honeſtiſſimus, non ſicut ille de quo iam
» diximus (*ad an. 1301.*) arrogans & ſuperbus, ſed humilis multùm & reue-
» rentia plenus, memoriter enim Bibliam totam, Nicolaum quoque de
» Lyra, ſcripta S. Thomæ Aquinatis, Alexandri de Hales, Ioannis Scoti,
» Bonauenturæ & aliorum in Theologia complurium, Decretum quoque
» & omnes vtriuſque Iuris libros: & in Medicis Auicennam, Galenum,
» Hippocratem & Ariſtotelem atque Albertum: omneſque Philoſophiæ &
» Metaphyſices libros & Commentaria, ad vnguem, vt aiunt, memoria
» conſeruabat. In allegando fuit promptiſſimus, in diſputando acutus & à
» nullo vnquam ſuperatus. Denique linguas Hebraïcam, Græcam, Lati-
» nam, Arabicam & Chaldæam perfectè legit, ſcripſit ac intellexit. Romam
» à Rege Caſtellæ miſſus Orator, in omnibus Italiæ, Galliæque Gymnaſijs
» publicis diſputans conuicit omnes, ipſe à nemine, vel in minimo conui-
» ctus. Varia de ipſo inter Doctores Pariſienſes mouebatur opinio: alijs
» magum illum, ac dæmone plenum cauillantibus; alijs ſentientibus
» contrarium. Non defuerunt qui Anti-Chriſtum putarent propter incre-
» dibilem ſcientiam ſcripturarum, quâ cunctos mortales videbatur excel-
» lere. Commentaria quædam in Almageſtum Ptolemæi edidit & Apoca-
» lypſim D. Ioannis expoſitione pulcherima illuſtrauit. Scripſit Ingenij
» ſui & alia quædam plena eruditionis opuſcula. Iſte Fernandus erat qui
» Carolo Duci Burgundionum aſtronomicâ vaticinatione longe ante præ-
» dixit, interitum quem ille ſpernens non ſuſpicabatur eſſe tam proximum.

Huiuſce Doctoris mentio habetur in Actis Nationis Gall. ad diem 22. Decemb. aientibus lectas fuiſſe litteras quaſdam ad Ducem Burgundiæ tranſmittendas, *Ne velit adhibere fidem dictis cuiuſdam Doctoris Hiſpani, qui ſe obtulerat Vniuerſitati reſponſurum; qui tamen noluit reſpondere, ſed ſe excuſauit dicendo quod celerrimè erat iturus apud D. Ducem dictum.* Cæterum tam ad ipſum Ducem quàm ad Regem miſit Vniuerſitas Oratores ſuos plurimas ob cauſas. 1. Vt de negotio pacis Eccleſiaſticæ agerent. 2. De reditibus Beneficiorum in ditione Normaniæ, deque ſtudio Cadomenſi, ſtantibus Bellorum Inducijs inter vtrumque Regem. 3. De iniurijs illatis Rectori qui Caput eſt Vniuerſitatis: Ijſque Oratoribus datæ Inſtructiones quæ ſequuntur, quæque habentur in membrana in Tabulario Academiæ, notata hiſce notis, A A 1.

Inſtructiones Almæ Pariſienſis Vniuerſitatis pro ſuis Ambaſſiatoribus ad D. noſtrum Regem deſtinandis. 1445.

PRimò exhibitis humiliter reuerentia & honore debitis & præſentatis litteris Credentialibus Vniuerſitatis eiuſdem, ipſaque Vniuerſitate Regiæ Celſitudini deuotè commendata, ſuæ legationis cauſas feriosè reſerabunt.

Imprimis quod ipſa Vniuerſitas perpetua & primogenita filia Regiæ Majeſtatis, zelatrix fideliſſima publicæ ſalutis Catholici Orbis, præcipuè Regiæ exaltationis & proſperitatis huius Chriſtianiſſimi Regni ex debito ſuæ profeſſionis vnionem, pacem & tranquillitatem vbique deſiderans, ea quæ ad pacem ſunt, hortari & dogmatizare tenetur.

Et ſingulariter quod circa ſtatum Eccleſiæ, vigente nunc, proh dolor! notorio & peſtifero Schiſmate, plurimùm turbatæ neceſſariam & ſalutarem vnionem ipſa Vniuerſitas proſequi tenetur, & circa hunc inſiſtentes articulum dicti Oratores habeant reſerare quantum ſit huiuſmodi vnio neceſſaria & vtilis, extra quam nullus reſidere cenſetur fidelis Catholicus, cum gratiarum etiam actionibus magnificis Regiam extollentes prouidentiam qui ad ſuorum inſtar illuſtris memoriæ Prædeceſſorum multis iam Prælatorum Franciæ conuocationibus, Ambaſſiatis, laboribus & ſumptibus circa hanc vnionem vacare dignata eſt.

Item ad Regiam reducant memoriam Proteſtationes conſultiſſimas per ſuam excelſam prouidentiam in materia Eccleſiæ ſolemniter emiſſas, quibus tandem exprimere voluit vt Chriſtianiſſimus Rex quod vt S. Eccleſiæ Determinationem tutiùs inquireret & ipſius vnionis media pertingeret, ſuam Franciæ Eccleſiam conuocaret ſolemniter, & ſecundùm aduiſamenta & conſultationes eiuſdem ſecurus ambularet.

Item & oſtendant quod iam opus inſtat ipſam Eccleſiam Franciæ congregare in loco aptiſſimo & numero ſolemni in omnibus ſuis ſuppoſitis notabilibus, vt exinde ſolemnis procedat deliberatio quam proſequi Regia fidelitas ſecurè poterit & debebit ad inueſtigandam Eccleſiæ vnionem.

Petant igitur humiliter circa hanc materiam præfati Oratores quod placeat Regiæ Majeſtati vocare Prælatos omnes huius Regni ſanctè & prouidè aduiſaturos media Pacis & Eccleſiaſticæ vnionis ac in propria perſona comparituros, neque per Procuratores admittendos niſi vrgente neceſſitate impedimentum præbente legitimum, de quo fidem facere tenebuntur, qui tunc validè excuſati loco ſui viros notabiles ſinguli ſingulos ſuis ſumptibus mittere non differant. Sitque locus huiuſmodi Congregationis Pariſ. hæc Ciuitas, in qua locorum & victualium amplitudo viget & multitudo refulget litteratorum qui veritatem bene nouerint diſcernere & conſulere fideliter & ſanè.

Item quod vſque ad ipſam Eccleſiæ Gall. Congregationem petitam nihil valeat innouari, neque immutari etiam, neque in Collatione Beneficiorum, *Electionum celebratione ac cæteris Biturix aliàs ſolemniter concluſis*, & præcipuè donec ipſa Vniuerſitas ſuper his ad plenum ſit audita, cuius intereſt grauiſſimè.

Item neque in oppoſitum mouere debet Regiam Celſitudinem *Congregatio prædicta facta Bituris*, in qua pauci admodum Prælati interfuerunt, cum tamen res tanta requirat ſolemnem omnium Prælatorum comparitionem & præſentiam.

Item & quoniam prouiſio Suppoſitorum Vniuerſitatis, ſeu Nominationum *eiuſdem per Sanctionem Pragmaticam* expreſſa, fere inanis & inutilis cenſetur ex defectu compulſionis Collatorum, petant ipſam Compulſionis litteram, aliàs à Regia Majeſtate Vniuerſitati conceſſam, aut talem ſaltem compulſionem qualem D. noſter Rex pro ſuis nominatis exercet aſſiduè.

1445 „ Item & ſicut ex litteris Regijs patentibus aliàs ordinatum & procla-
„ matum extitit, iterum ordinetur & publicetur, quod pendente huiuſ-
„ modi Eccleſiaſticæ pacis proſecutionis tempore nullus moleſtetur in per-
„ ſona, beneficijs, ſeu bonis per quantancunque authoritatem, vel Cen-
„ ſuram hac occaſione, vel ratione. Etſi quid factum ſit, reuocetur, & com-
„ pellantur compellendi.

„ Item & vbi contingeret aliquid ſuper collatione Beneficiorum inno-
„ uari, ita quod Domino noſtro Papæ altera pars & altera DD. Prælatis,
„ ſeu Collatoribus & Patronis Ordinarijs aſſignaretur, ſic dignetur Regia
„ Majeſtas pro prouiſione ſtudentium intendere quod pro Nominatis &
„ Nominandis per Vniuerſitates 4. menſes in quolibet anno aſſignentur
„ diſcreti & expreſſi; quoniam & ſic litium ſublata materia & pace relicta
„ ſtudentibus rectè ipſa Beneficia Eccleſiaſtica conferentur illis quibus
„ ſacra Iurium documenta iubent, volunt & decernunt debitè aſſignare.

„ Item vt vitetur circuitus, & ordo rectus confuſionem aboleat, diſpo-
„ natur quod in qualibet Prouincia vnicus ſcilicet Metropolitanus confe-
„ rat per Vniuerſitates Nominandis omnia Beneficia in dictis 4. menſibus
„ vacantia præter illa quæ ad ſuam propriam collationem, ſeu qualemcun-
„ que diſpoſitionem vacare contigerit, quæ per primum ſuum ſuffraga-
„ neum certum & nominandum conferantur dicto tempore alteri dictorum
„ Nominandorum.

Pax Regni.

„ ITem & conſequenter ipſi Oratores aperientes ruinas & ſciſſuras hu-
„ iuſmodi Chriſtianiſſimi Regni, proh dolor! occaſione guerrarum in eo
„ prolixarum deſolatiſſimi laudare & commendare habeant pacem & ſere-
„ nitatem eiuſdem fore conuenientiſſimè perquirendam, ſolidam tamen
„ atque veracem.

„ Item & quoniam ad pacis media Treuga aliqua publicata eſt per D.
„ noſtrum Regem conceſſa ad tempus, oſtendatur quod hac treuga duran-
„ te, damna non modica inferuntur Vniuerſitati Pariſ. necnon pluribus
„ Eccleſijs & viris Eccleſiaſticis huius Regni qui ſuos Reditus habent ſpi-
„ rituales, Eccleſiaſticos & Beneficiales in partibus Normaniæ, *qui Reditus*
„ *iam ad vtilitatem cedunt notoriè Anglicorum.*

„ Item præcipuè aperiatur quomodo ipſa Vniuerſitas Pariſ. in ſuis Col-
„ legijs maximè fundata eſt in quibus quaſi tota reſidet, *immò & durantibus*
„ *guerrarum diſſidiis iam ipſa periſſet, ſi in ipſis Collegijs non eſſet conſeruata.*
„ Quorum tamen Collegiorum fere media pars in dictis Normaniæ parti-
„ bus ſuos habet fructus & reditus, quibus & Scholares in ſtudio alimen-
„ tari & ipſa Collegiorum ædificia ſuſtentari ſolita ſunt. *Sunt etiam plures*
„ *Scholares & Magiſtri in dictis Partibus Normaniæ Beneficiati, qui ſuorum*
„ Beneficiorum fructibus in ſtudio ſuſtentari ſolebant.

„ Item & iam pium eſt intueri ipſa Vniuerſitatis Collegia ibidem funda-
„ ta ruinas minari grauiſſimas, Suppoſitis & Studentibus vacuari, ipſoſque
„ ibi Beneficiatos egeſtate confundi. Ex eo præcipuè quod à tempore re-
„ ductionis vrbis Pariſienſis ad Regiam obedientiam ſuos reditus & fructus
„ conſuetos minimè perceperunt, quæ in dictæ Vniuerſitatis iacturam non
„ modicam cedere noſcuntur.

„ Item & longè grauius in dictæ Vniuerſitatis diſſipationem cedit, quod
„ dictorum Collegiorum fructus & Reditus per Aduerſarios applicantur ad
De Stv- „ *quoſdam in illo ſtudio Cadomenſi de nouo ſtudentes prætenſos, qui in huiuſmodi*
dio Ca- „ *Vniuerſitatis extirpationem erigi noſcuntur. Et iam in vlteriorem cedit iactu-*
domensi. „ *ram quod dicti Cadomenſes publica proclamatione* fecerunt, ſeu pronuncia-
„ uerunt *inhiberi*, ne quis ex dictis partibus Normaniæ audeat ad Studium
„ Pariſ. accedere ſub grauibus & maximis pœnis, immò ab Apoſtolica ſede,
„ vt fertur, impetrarunt quod præferantur in aſſecutione Beneficiorum
„ omnibus alijs Studijs & alibi ſtudentibus.

Petant

Petant igitur Oratores præfati vt Regiæ Celſitudinis Prouidentia dum aguntur Media pacis, ſeu treugarum conceſſio, placeat ad publicam ſalutem maximè in S. Eccleſiæ & eiuſdem Vniuerſitatis fauorem & conſeruationem ſic agenda diſponere, vt ipſi Eccleſiarum, Collegiorum & Beneficiatorum Reditus ad ſuos redeant antiquos Poſſeſſores, ſcilicet ad loca & perſonas præfatas præcipuè hîc in ſtudio morantes, cum ſint res ſpirituales cenſendæ, immò & ipſi Eccleſiæ & Vniuerſitatis alumni tali notoriè immunitate gaudere debeant, quod nullo iure intra guerrarum profanos amplexus debeant comprehendi, tollaturque dicta inhibitio, & liberum ſit omnibus Pariſius ſtudere volentibus accedere, ibidem & morari & cæteris præferri Studijs & Nominatis, ſecundùm formam ſuorum Priuilegiorum & obſeruantias notorias. Petent etiam omnium Priuilegiorum dictæ Vniuerſitatis & præcipuè Papalium plenum & liberum curſum in dictas Normaniæ partes expediri, necnon alia dominia in Regno Franciæ Anglicis ſubiecta. 1445.

Pax Vniuerſitatis.

ITem & quoniam in tranquillitate & pace propria Vniuerſitas ipſa viget & conſeruatur Regia ſemper clementia diſponente, & paterno fauore filiam tantum amplexante, iuſtum cenſetur, vt ipſa iam turbata Vniuerſitas ad Regium paternumque recurrat auxilium.

Item & huiuſmodi turbationis cauſam cum omni humilitate & amaritudine poterunt ipſi Oratores declarare & cætera conferentia animaduertere & exprimere pro vt in Inſtructionibus nouiſſimè datis duobus vener. Magiſtris ad Regiam Majeſtatem tranſmiſſis latiſſimè continetur. Quæ Inſtructiones ſigillatæ præſentibus Oratoribus pro ſua rurſum inſtructione traditæ ſunt, ac ſi hîc haberentur inſertæ & de verbo ad verbum expreſſæ, vt ipſi Oratores præſentes illa procurent, petant, & perficiant pro viribus, quæ per dictos ven. Magiſtros non fuerunt completa & perfecta, petita vel obtenta.

Item & quoniam dicti vener. Magiſtri à Regia ſerenitate benigniſſimè ſuſcepti ſunt, & inter petita quædam vtilia reportarunt, Regiæ Celſitudini gratiarum dicentur actiones, etiam quia alteri dictorum Magiſtrorum, prout ipſe retulit, ipſa Regia liberalitas ſummam 100. ſcutorum donauit gratiſſimè.

Item & quia non eſt ſatisfactum humilibus eiuſdem Vniuerſitatis Requeſtis, neque ſentit ipſa Vniuerſitas ſuarum atrocium iniuriarum aliquam reparationem, ſed potiùs aggrauationem & magnam proceſſuum inuolutionem per quædam contenta litterarum quas ipſi vener. Magiſtri attulerunt. Idcircò quærendo quæ ad pacem ſunt, iterùm Vniuerſitas eadem remedium iterato decreuit humiliter implorandum.

Item & ſuper hoc ipſi Oratores habeant declarare quomodo Vniuerſitas contra Regis Officiarios nihil querelæ vult, voluit neque vellet intentare, ſed ſolum contra Exceſſuum perpetratores, ſingulariter in ſuum Caput & Rectorem, in ſuos Officiarios & alumnos palàm commiſſorum in enorme ſcandalum eorundem læſionem atque iacturam, ſcilicet contra Grandinum de Tu. & Petrum de Carnay ſuoſque Complices. Et nihilominus ipſa littera Regios Officiarios, immò & ſic Regium Procuratorem partem formalem aduerſus Vniuerſitatem conſtituere videtur, contra dictæ Vniuerſitatis mentem & intentionem. Abſit enim quod contra D. noſtrum Regem, aut ſuum Procuratorem ipſa Vniuerſitas litem debeat, neque velit intentare, cuius adiunctionem, & tuitionem ipſa poſtulat humiliter & inſtanter.

Item & aperiantur cætera ex ipſa littera oriri parata in eadem Vniuerſitate turbamina, inquietationes & prolixæ Proceſſuum Ordinariorum inuolutiones, difficultas congregandi in vnum 4. diſpares Iudices, *quos Vniuerſitas ſuos non eſſe Iudices profitetur, cum ſola Regia Majeſtas præſentialiter*

1445. „ *ſui corporis cauſas ſolita ſit tractare tanquam ſuæ filiæ primogenitæ & perpe-*
„ *tuæ; inter quos etiam Iudices prætenſos vnus ex Generalibus aſſignatur, licet ipſa*
„ *Vniuerſitas, diu eſt, appellauit, ne quis Generalium de ſuis cognoſcat agendis.*
„ Hæc enim omnia frangunt & grauiter offendunt Iura, priuilegia, liber-
„ tates & vſus, immò tranquillitatem & quietem Vniuerſitatis eiuſdem.
„ Item & declaretur quomodo ipſa Vniuerſitas ſine Iudiciorum ſtrepitu
„ audiri, debet & expediri, & ſibi illata læſio ſummariè & de plano per iu-
„ dicium Regiæ Celſitudinis reparari, & ita factum eſt temporibus retro-
„ actis in facto D. Caroli de Sauoiſy, in facto D. de Tignonville & alijs
„ pluribus. Sic enim notoria mala continuò reparantur, iuſtitia petentibus
„ erogatur & pax perennis in eadem Vniuerſitate ſeruatur.
„ Item oſtendant ipſi Oratores quod licet ad nullam illatæ Vniuerſitati
„ iniuriæ reparationem ſit proceſſum, ob reuerentiam tamen Regiæ Maje-
„ ſtatis & pro ſuarum ſatisfaciendo contentis litterarum ipſa Vniuerſitas
„ omnes *Scholarum & Lectionum actus reſumpſit, licet ſuorum* Priuilegiorum
„ tenor haberet quod licebat vſque ad condignam reparationem ceſſare.
„ Item vt iam pateat cum omni reuerentia loquendo, quod ipſarum lit-
„ terarum contenta noua inconuenientia, turbationes & contentiones pa-
„ riant & afferant, declaretur modus quem iſti DD. prætenſi Iudices te-
„ nuerunt, & quomodo Regius Procurator partes contra Vniuerſitatem
„ aſſumit, iniuriarum autoribus in pace dimiſſis. Quanquam neque Vniuer-
„ ſitas, neque partes aduerſæ litteras ipſas acceptarint, præſentauerint,
„ aut ſe eiſdem voluerint iuuare, immò ex partibus aduerſis declarantibus
„ ſe partes conſtituere non velle.
„ Item ſatis eſt mirandum quod Commiſſarij *Ordinati ſuper illo mutuo,*
„ *cuius occaſione* orta eſt contentio, inſtante Vniuerſitate noluere & nomi-
„ na & ſummas dare Vniuerſitati illorum per eos impoſitorum & compul-
„ ſorum quos dicebat velle eximi & abuti priuilegijs dictæ Vniuerſitatis.
„ Quanquam ipſa Vniuerſitas eorum nomina peteret, vt reformaret ſi quos
„ reperiret abuſus & à D. noſtro Rege non peteret liberationem abuten-
„ tium quorumcunque, & vt poſſet Regia Majeſtas videre, cum qua pro
„ modica ſumma tanta inſurgit turbatio, ſimiliter etiam non obſtante Or-
„ dinatione Regia annullante mutuum nuper impoſitum, non redduntur
„ neque reſtituuntur vadia capta quibuſcunque Suppoſitis, ſcilicet Ioan.
„ Theobaldi Papietario noſtro, neque Franciſco Fanouche ſimiliter vadia
„ capta à noſtris Suppoſitis reſtituuntur.
„ Petant igitur dicti Oratores quod placeat D. noſtro Regi reparatio-
„ nem iniuriarum Vniuerſitati illatarum ſicut petitur, aut aliàs rationabi-
„ lem in promptu & ſummariè decernere, & ordinare attento quod clarè
„ conſtat de eiſdem per multiplices & ſolemnes informationes, immò ipſa
„ facti notorietate, aduocatis ad ſuam Regiam præſentiam omnium litium
„ & proceſſuum inde ortorum & futurorum materijs atque cauſis; & im-
„ poſito ſilentio ſuo Procuratori & nominatis, ſeu prætenſis Iudicibus, ac
„ alijs quibuſcunque; quod etiam Priuilegia dictæ Vniuerſitatis illæſa ab
„ omnibus conſeruentur, *& ſecundum ea ſigillo Rectoriæ* plena fides adhi-
„ beatur vbique.

Ex his patet præcipuam huiuſce Legationis cauſam hanc fuiſſe, vt Rex ipſe filiæ cauſas cognoſceret non alijs Iudicibus dijudicandas traderet, à quibus malè ſolebat tractari, præſertim verò à Curia ſubſidiorum, ſeu Generalium, vt infra clarius patebit. Quis autem fuerit legationis exitus, ex ſequentibus clarum eſt. Nam qui aduerſabantur Vniuerſitati, Regi conſulunt, vt Curiæ Parlamentęæ cauſarum ipſius cognitionem attribuat tam in agendo, ſeu, vt vocant, petendo, quàm opponendo ſeu reſpondendo, hoc prætextu quod ipſa Vniuerſitas ſæpè cum Præpoſito Pariſ. Iurato ſuo aut litigia exerceret, aut criminum impunitatem paciſceretur. Impetrantur ergo litteræ, & ad Curiam diriguntur.

1446. Et ad an. 1446. earum fit mentio in Actis Curiæ, in quibus ſic legitur. *Du 2. May* 1446. *Ce iour ont eſté leües & publiées certaines lettres Patentes*

du Roy noſtre Sire, & ordonné eſtre enregiſtrées par leſquelles il mande à la Cour connoiſtre de toutes les Cauſes & Actions de l'Vniuerſité de Paris & des Suppoſts d'icelle. Et au Procureur de ladite Vniuerſité, en a eſté octroyé copie. Litterarum autem Regiarum quarum hîc mentio, contextus eſt eiuſmodi.

1445. PARLAMENTO COMMISSÆ CAVSÆ VNIVERSITATIS.

CONſideré que noſtre Cour de Parlement eſt ſouueraine, à laquelle « tous ceux de nôtre Royaume ſont ſubjets, & auſſi que pour les grands « & hauts affaires de noſtredit Royaume en quoy nous ſommes continuel- « lement occupez, *ne pourrions vacquer ny entendre en noſtre Perſonne à oüir* « *& decider des querelles, cauſes, negoces & queſtions de noſtre fille l'Vniuerſité de* « *Paris*, ny des Suppoſts d'icelle & que de plus grandes choſes de moult « que celles de ladite Vniuerſité, noſtredit Cour de Parlement connoiſt, « decide & determine de iour en iour, & en laquelle eſt faite iuſtice à vn- « chacun, ſans acception de perſonnes. Voulans pouruoir à ladite Vniuer- « ſité & aux Suppoſts d'icelle, & obuier aux inconueniens & ſcandales qui « pourroient aduenir en noſtre Royaume, & bonne juſtice & briefue ex- « pedition eſtre faite & adminiſtrée à noſtredite fille l'Vniuerſité de Paris « & aux Suppoſts d'icelle, & rejetter tous delais, longueur & inuolutions « de Procez & pour autres cauſes & conſiderations, à ce nous mouuans, « *Ordonnons & Appointons que noſtredite Cour de Parlement connoiſſe & deter-* « *mine des Cauſes, querelles & negoces de noſtredite fille l'Vniuerſité de Paris &* « *des Suppoſts d'icelle. Tout ainſi que ferions en noſtre perſonne, ſi preſens y eſtions.* « Donné à Chinon le 27. iour de Mars 1445. & de noſtre Regne le 24. «

Cum his concordant ea quæ leguntur in Actis Nationis Gall. ad 7. Maij, nimirum à Receptore ipſius aſſes duos numeratos Petro Bedello *pro duplicatione litteræ impetratæ contra Vniuerſitatem, vt ſcilicet teneremur placitare in Parlamento.*

Rector Vniuerſitatem conuocat 13. Maij, rem refert vt erat, fuiſſe ſcilicet impetratas *de nouo* à Rege litteras *in præiudicium Vniuerſitatis ſuper Reſponſione & defenſione in Parlamento.* Placuit verò earum exemplaria cum Conſilio ſuo communicari. *Et facta fuit oppoſitio in Curia Parlamenti & tradita in ſcriptis, ſecundùm conſilium ipſorum Conſiliariorum,* vt ſcribit M. Ioan. de Conflans Baccalaureus formatus in Theologia, Societatis Nauarricæ, eiuſdemque Nationis Procurator.

Hinc ergo videtur ſumendum initium Commiſſionis Cauſarum Academicarum Curiæ Pariſienſi traditæ. Vnde Præpoſitus Pariſ. iura ſua videns imminuta, eidem Vniuerſitati Iuramentum ſolitum præſtare detrectauit. Donec tandem ſecutis temporibus ita edictum, vt quæ Vniuerſitatis ipſius nomine cauſæ agitarentur, illæ ad Senatum deferrentur; quæ verò ad ſingularia Suppoſita pertinerent, illæ in Prætorio Vrbano, apud Præpoſitum diſceptarentur.

Cum autem eodem anno nonnulli Optimates & viri Principes Laïci ab Eugenio impetraſſent quandam Decimam ex bonis Eccleſiaſticis percipiendam, interceſſit Vniuerſitas, & ab Edicto Pontificio ad Concilium generale prouocauit. Sic enim legitur in libro Procuratorum Franciæ, ita ſcribente M. Henrico Megret eiuſdem Nationis Procuratore, ad diem 30. Decembris, quâ conuocata eſt à M. Ioanne Beguin tum Rectore Vniuerſitatis, *vt deliberaret de remedio opportuno ſuper quadam Decima nuper aliquibus Principibus Franciæ à ſummo Pontifice conceſſa. Et quantum ad hoc, voluit quòd leuaretur appellatio. Voluit etiam quòd Procurator noſter in Curia Parlamenti ſe opponeret Publicationi litterarum tam Regiarum quam Apoſtolicarum.* Tum Rector erat M. Beguin Baccal. in Theolog. electus die 17. Decemb.

In eandem rem iterùm conuocata eſt Vniuerſitas apud S. Mathurinum 14. Ianu. ſcilicet ad relegenda quædam Inſtrumenta appellationis à ſummo Pontifice ad Concilium generale, & interceſſionis apud Curiam Parlamenti, ne quid quod libertati & commodis Academicis aduerſaretur, fieret. Dataque eſt M. Petro Desfriſches Procuratori Vniuerſitatis

prouincia intercedendi apud Curiam eo nomine, vt ex Actis colligere
1446. eſt.

Du 27. Ianu. 1446. M. Pierre Desfriſches Procureur de l'Vniuerſité de Paris, s'eſt opposé & oppoſe à ce que aucunes lettres touchant le fait du Dixieſme qu'on dit n'agueres auoir eſté octroyé par noſtre S. Pere le Pape, ne ſoient publiées au preiudice de ladite Vniuerſité & des Suppoſts particuliers d'icelle.

Item in ijſdem Comitijs 14. Ianu. habitis concluſum vt Rex à Filia ſua enixiſſimè rogaretur reuocare Mandatum quoddam, ſeu Edictum impetratum ab Electis, item iubere vt Præpoſitus Pariſienſis iuramentum ſolitum præſtaret, quod præſtare recuſabat, contra conſuetudinem & ſtatuta. *Vt Rex vellet cogere Præpoſitum Pariſ. ad faciendum Iuramentum, vt* » *moris eſt, cum non ſit memoria de oppoſito. Item vt dignaretur nobis conferre* » *Mandatum abolitiuum Mandati Electorum vt valeamus cum omnibus nobis fa-* » *mulantibus viuere in quiete.* Hinc liquet Vniuerſitatem illis temporibus cœ- » piſſe collabi, & priuilegiorum ſuorum iacturam facere.

Eodem anno, more Gallicano, 23. Febr. Eugenius Papa moritur, cui ſuccedit Thomas Sarzana ex oppido Lucenſis agri, infimæ ſortis Parentibus, Bartholomæo Medico & Andreola ortus; qui Nicolai V. nomen ſumpſit. Et ſub eo Schiſma finem cœpit, vt ſuo loco dicemus. Interim non erit ſuperfluum notare Nicolaum fuiſſe virum tam in humanioribus quàm in diuinis litteris apprimè eruditum, amplaque Doctoribus harum-ce Facultatum ſtipendia aſſignaſſe: Græca quoque volumina in Latinum ſermonem vertenda curauiſſe, vt refert Philephus lib. 13. Epiſt. ad Calixtum III. *Videmus*, inquit, *vnius eius optimi, ſapientiſſimique Pontificis vel diligentiâ, vel munificentiâ id eſſe factum, infinita pœnè Græca volumina quæ noſtris hominibus erant ignota de rebus maximis atque clariſſimis à Græcis, Philoſophis, Hiſtoricis, Oratoribus eleganter ſcripta in Latinum eſſe tradu&ta ſermonem: idemque factum de libris Theologicis atque Mathematicis.* Verùm bonus ille Pontifex nimis facilis fuit in concedendis Priuilegijs Ordinibus Mendicantium, qui eius facilitate abuſi Bullam obtinuerunt contrariam ſacris Canonibus & veterum inſtitutis, vt tum credebatur.

COLLEG. BONORVM PVERORVM S. HONORATI.

Hoc anno cùm Epiſcopus Pariſienſis Burſas Collegij Bonorum Puerorum S. Honorati alijs conferret quàm Gallicanis, Natio Gall. voluit illum adiri & admoneri Collegium iſtud ad ſe pertinere, nec poſſe alijs quam ſuis Burſas conferri. Primùm tamen per Deputatos relegi voluit ſtatuta & fundationem dicti Collegij. Sic enim ſcribit M. Nicolaus de Foro Tullenſis Procurator Nat. Gall. & Regens in Coll. Nauarrico. 20. » die eiuſdem menſis Iulij conuocata Vniuerſitate in S. Mathurino per D. » Rectorem ſuper aliquibus, & Natione retracta ad partem more ſolito » poſui in medium, quod cum Collegium Bonorum Puerorum prope S. » Honoratum ſit Collegium Nationis, vt multi dicebant, non poterant re- » cipi Burſarij alij quàm Gallici: & etiam ad hoc erant laudabiles Conſue- » **tudines; nec erat memoria de oppoſito. Idcirco cum D. Pariſienſis Bur-** » ſarum illius Collegij Collator vellet aliquibus Normanis, vel Picardis vt » dicitur Burſas prouidere; quod fieri non poterat ſine præiudicio maximo » Nationis, quæſiui vtrum placebat quod me opponerem eorum recep- » tioni: ſuper quo fuit deliberatum quod haberem celebrare ſolemnes De- » putatos, & Ego vnà cum eis haberem viſitare Collegium prædictum, ac » ſtatuta eiuſdem & haberem me informare de dictis Burſis: & ſi reperirem » quod Conſuetudines eſſent ad hoc quod ſoli Gallici recipiantur, vel ſi » ſtatuta expreſſam faciant mentionem, quod DD. Deputati & ego adire- » mus D. Pariſienſem, ſupplicando eidem quod, vel ſecundum ſtatuta, vel » laudabiles Conſuetudines vellet huiuſmodi Burſas Gallicis conferre & » non alijs, & ſecundum reſponſionem ſuam habito Conſilio Deputato- » rum v'terius agere vellem.

Anno 1447. ſeriò actum eſt de Reformatione Vniuerſitatis, quam Ec-
1447. cleſiæ Schiſmata & Regni tumultus bellaque Ciuilia plurimùm deformauerant. Natio Gallicana ei rei inſtitiſſe videtur quam maximè apud

Curiam Parlamentæam. Scribit enim M. Bernardus de Miramonte Procurator eiuſdem ſibi die 5. menſis Maij in Comitijs Mathurinenſibus injunctum, *vt Reformationem quam ſupremæ Curiæ Parlamenti per vnam ſupplicationem dudum Natio concors requiſiuerat, viriliter proſequeretur pro poſſe.* Et in Comitijs 2. die Iunij habitis ad electionem Procuratoris M. Ioannes Priardi electus iuſſus eſt ſpecialiter iurare viriliter proſequi *reformationem in Curia Parlamenti.* In eam quoque rem vt incumberet Curia, Carolus Rex litteris patentibus iuſſit. Quod vt ab Vniuerſitate intellectum eſt, habitis Generalibus Comitijs ad Regem Legatos miſit, aſſerens ſe paratum parere, nec Reformationem detrectare; petebat tamen id ſibi licere facere de ſeipſa; quippe ſcienti quâ in re peccaretur. Indulſit Filiæ Parens facultatem inſtituendæ Reformationis, inque ſeipſam animaduertendi. Hinc ad Procuratorem ſuum generalem ſcribit, vt ab incepto deſiſtat. Hac de re ſic legitur in Actis eiuſdem Nat. Gall. ſcribente Procuratore Ioanne Ramier.

1447. De Reformatione Vniuerſitatis.

Die 14. menſis Martij eiuſdem an. 1447. conuocata Vniuerſitate Pariſienſi in S. Mathurino ſuper fienda Reformatione in Vniuerſitate per Regem ordinata & Vniuerſitati delegata. 2. Super ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. regraciabatur vener. Natio Franciæ ſupremo D. noſtro Regi, & quod notificaretur Procuratori Regio venerabilis Curiæ Parlamenti vt viſis litteris deſiſteret à Reformatione fienda in eadem Parlamenti Curia, quia ad Nos remittebat prædictam Reformationem. Et quoad factum in ſe, placuit Nationi præfatæ *procedere ad Reformationem fiendam, ſi altiores Facultates vellent in defectibus ſuis reformari etiam per Facultatem Artium, aliàs non.* Nullo tamen modo placuit nationi Nominatio Reformatorum facta per M. Io. de Oliua in ſacris apicibus Magiſtrum. Sed *voluit quod quælibet Natio vnum, aut plures nominaret Reformatores.* Nominauit autem honorabilem & ſcientificum virum M. Ioannem Luillier Baccalarium in Theologia actu legentem Sententias Pariſius in venerabili Collegio Sorbonæ; *& quod Nominati per Nationes & Facultates haberent quidem aduiſare modum Reformationis, nihil tamen concludere, ſed tantum Vniuerſitati referre.*

Quia verò Rex nihilominus conſcribi iuſſerat certa quædam capita, in quibus potiſſimùm peccari, videbatur; eaque ad Vniuerſitatem tranſmiſerat examinanda, ipſa ſtatuit Comitijs die 5. April. eodem anno habitis, vt illorum Capitum, ſeu Articulorum exemplaria fierent, traderenturque ſingulis Facultatibus & Nationibus, communicanda deinde cum Deputatis, autographum verò, ſeu vt vocant, Originale reponeretur in Tabulario Vniuerſitatis. Tum erat Rector M. Ioannes Pluyette Philoſophiæ Profeſſor clariſſimus.

Eodem anno cum periſtylium & Eccleſiam Mathurinenſium inſolentes nonnulli polluiſſent, **M. Ioannes Fabri tunc Domus Miniſter**, apud Vniuerſitatem queſtus eſt ea de re die 3. menſis Aug. vt patet ex ijs quæ ſcribit M. Io. Priardi tum Nationis Gall. Procurator.

Die 3. Aug. anni prædicti fuit Vniuerſitas conuocata apud S. Mathurinum per D. Rectorem ſuper aliquibus articulis. Et Natione ad partem retractâ, ſupplicauit Magiſter noſter M. Ioannes Fabri Miniſter S. Mathurini, quatenus Natio ſibi vellet dare auxilium, fauorem & adiunctionem contra quendam Iudocum Tirement ſuoſque Complices qui paulo ante maximas iniurias nedum dicto Monaſterio S. Mathurini, immò & ipſi Domino Miniſtro fecerant & intulerant, etiam cum manuum violentarum in perſonam dicti D. Miniſtri iniectione: quæ ſupplicatio fuit per Vniuerſitatem & Nationem conceſſa.

Eodem anno orta eſt in Facultate Medicinæ diſcordia quædam occaſione diſpenſationis quam M. Carolus de Mauregart, petebat à ſtatuto, quo vxorati arcebantur ab actuali Regentia. In eam rem habita ſunt plura Comitia, vt legere eſt in Reg. prædictæ Facultatis.

Medici vxorati.

10. Iunij vocata Facultate per ſcedulam apud S. Mathurinum ſuper diſpenſatione vnius ſtatutorum cum M. Carolo de Mauregart, qui

» vxorem duxerat, vt admitteretur ad Regentiam, diſtulit Facultas deli-
1447. » liberare quouſque in ampliori numero congregarétur. 15. eiuſdem menſis
» iterum conuocata per ſcedulam ſuper eodem art. concluſit propter vxo-
» rem viduam quam idem M. Carolus duxerat incurrens bigamiam, velle
» per amplius informari à Iuriſperitis & alijs ſi poſſibile foret cum eo diſ-
» penſare in hoc propter nonnullos ſuæ Regentiæ ſe opponentes. Contra
» verò vocata Facultate 22. eiuſdem menſis ſuper ſupplicatione dicti M.
» Caroli propter multos ſe opponentes, conuentum eſt per modum ap-
» punctuamenti, quod dictus M. Carolus Regens eſſet honoris, vt priui-
» legijs Vniuerſitatis gauderet & immunis eſſet à tallijs cæteriſque ſub-
» uentionibus & ſubſidijs Regijs. Nec placebat dictum M. Carolum ad
» aliqua aſſumi Facultatis Officia, tum propter bigamiam, tum propter alia
» ipſos mouentia. A qua quidem Concluſione dictus M. Carolus appellauit.
» 27. Nouemb. (tum Decano M. Roberto Iulienne actu Regente)
» Facultate Med. congregata ad ſedandum & finaliter terminandum litem
» inceptam inter ipſam ex vna parte & M. Carolum de Mauregart vxora-
» tum cum muliere vidua ex altera, qui impetrauerat caſum nouitatis à
» Præpoſito Pariſ. per quam niſus eſt Magiſtros Regentes eiuſdem Facul-
» tatis compellere adhoc quod ipſum reciperent in Regentem non obſtan-
» te ſtatuto Facultatis contrario. 1. Fuit deliberatum quod dictus M. Ca-
» rolus ſuam impetrationem primitus caſſabit, annullabit & reuocabit, ip-
» ſamque Facultatem & Magiſtros Regentes in eadem contra quos dictum
» caſum executari fecit, indemnes reddet. Inſuper quod quidquid à Fa-
» cultate obtinebit per ſupplicationem gratioſam quam vnus ſolus poteſt
» impedire, habebit. Quibus ſic deliberatis & nuntiatis dicto M. Carolo,
» ipſe acquieſcens per omnia voluntati dictæ Facultatis renunciauit, caſſa-
» uit & annullauit ſuam impetrationem, promiſitque ipſam Facultatem &
» ſingulos Magiſtros hac de cauſa inquietatos indemnes reddere. Et vl-
» terius humiliter tanquam obedientiæ filius ſupplicauit quatinus mater
» Facultas cum eo vellet diſpenſare quod ad Regentiam admitteretur, non
» obſtante ſtatuto contrariante. Qua ſupplicatione auditâ Magiſtri ibi-
» dem præſentes ob reuerentiam, Gradus & perſonæ dicti ſupplicantis, &
» penſatâ eius humilitate concluſerunt & deliberauerunt cum eo fauora-
» biliter procedere quantum ſtatuta poſſunt portare. Et 1. quod dictus M.
» Carolus de Mauregart in Proceſſionibus Vniuerſitatis & Miſſis Facultа-
» tis cum voluerit, poterit comparere in habitu Regentis, percipere etiam
» diſtributionem ſubiacendo pœnis refuſionis. Voluerunt etiam dicti Ma-
» giſtri quod in feſtis Magiſtrandorum in habitu Regentis compareat, bi-
» retum & chirotecas recipiendo. Permittitur inſuper quod legere poſ-
» ſit omnia alia ad veros Regentes pertinentia. Hîc non expreſſâ in dicto
» M. Carolo dicta Facultas ſuſpendit.

Atque ne quis deinceps auderet ſtatuta conuellere, aut aliò litem deferre, cauit eadem Facultas in Comitijs 22. Feb. habitis. *Eadem Facultas propter bonum honorem & pacem Magiſtrorum concluſit quod quicunque Magiſter, Baccalarius, vel Scholaris de cætero præſumpſerit venire contra ſtatuta, vel Concluſiones Facultatis impetrando caſum nouitatis, vel aliàs ponendo litigia ſi quæ oriantur, extra Facultatem, vel gremium Vniuerſitatis, eo facto priuatus ſit & pro priuato eum tenet, & periurum reputat ſine ampliori conuocatione.*

ELECTIO GVILL. QVADRIGARII IN EPISCOPVM PAR.

Eodem anno M. Guillelmus Quadrigarius aliàs Chartier Iuris vtriuſque Profeſſor, Canonicus & Senator Curiæ Pariſienſis electus eſt ad Epiſcopatum Pariſ. ob eamque rem M. Robertus Sybolle à Capitulo ſupplicauit Vniuerſitati, vt vellet ipſi auxilium fauoremque impendere. Rem ſic narrat M. Antonius Pauli Procurator Nat. Gall.

» Die Lunæ 12. Decemb. anni ſupradicti conuocauit Vniuerſitatem Ma-
» trem meam honor. D. meus D. Rector (M. Ioan. Luillier) ſuper 2. art....
» ſupplicauit etiam in prædicta Congregatione Magiſter noſter honoran-
» dus M. Robertus Sybolle qui ſupplicauit ex parte Capituli Pariſ. quod

Vniuerſitas Pariſ. Mater mea vellet dare auxilium & fauorem D. Electo Pariſienſi M. ſcilicet Guill. Quadrigarij qui via Spiritus ſancti fuerat electus in Epiſcopum dictæ villæ Pariſ. Et quod dicta Vniuerſitas vellet mittere litteras ſigillatas magno ſigillo Vniuerſitatis D. noſtro Regi, ſummo Pontifici, DD. Cardinalibus, D. Confeſſori D. noſtri Regis, D. Archiepiſcopo Senonenſi, & alijs dominis quibus eſſet opportunum & neceſſarium mittere in fauorem ſupradicti domini & Magiſtri ſcientifici D. Guill. Quadrigarij Electi Pariſienſis bene meriti. Quam quidem ſupplicationem Vniuerſitas mater mea conceſſit. Et ibi fuerunt lectæ in facie Vniuerſitatis litteræ Miſſiuæ ſupradictis Dominis, quas litteras Vniuerſitas ſupradicta mater mea admiſit, dummodo viſitarentur in Deputatis & congratulata fuit valde de tam ſolemni Electione tam ſcientifici & prudentiſſimi viri ſupradicti D. & M. Guill. Quadrigarij. 1448.

Anno 1448. ſub initium nonnihil accidit diſcordiarum inter Vniuerſitatem & Capitulum Sacræ Capellæ Palatinæ: qua de re actum in Comitijs Generalibus 10. Maij, & concluſum vt aduerſùs Priuilegiorum turbatores procederetur, *vſque ad priuationem, niſi deſiſterent renunciarentque & annihilarent quaſdam litteras Regias impetratas ſuper caſu nouitatis.*

Epiſcopo Pariſienſi & Vniuerſitate in mutuam gratiam ob liberatos Captiuos de quibus aliàs, reuerſis, M. Ioannes Normani Rector Vniuerſitatis ab Epiſcopo inuitatus eſt ad prandium, ad quod antequam accederet, ad quod etiam inuitati erant Epiſcopi, ſoluta eſt & deciſa quæſtio toties agitata, quo loco Rector ſeſſurus eſſet; & tandem concluſum honoratiore loco ſeſſurum, omneſque Prælatos præceſſurum. Rem ſic refert M. Ioannes Beguin Procurator Nationis Gallicanæ in vetuſto Codice Procuratorum, ad 3. Auguſti.

In hac præſenti Procuratione, inquit, *accidit vnum quod multum facit ad ſoluendam quandam obiectionem ſæpe fieri ſolitam. Nulli ſiquidem formidant, quin D. Rector Vniuerſitatis debeat præferri Epiſcopis in Actibus Scholaſticis, quia à tam longinquis temporibus ita ſolitum eſt fieri, quòd non eſt memoria de contrario. Et etiam quia omnes fere Prælati huius Regni ſunt Iurati de hac Vniuerſitate, modo vnuſquiſque iurat quando incorporatur Vniuerſitati, ferre honorem D. Rectori etiam ad quemcunque ſtatum deuenerit. Sed multi dubitant in actibus Hierarchicis. Et fuit mota iſta dubitatio in Deputatis. Iſtam autem Dubitationem penitus reſoluit & annihilauit Reuerendus in Chriſto Pater & DD. Guillelmus Chartier Epiſcopus Pariſienſis qui dum intrare deberet in habitu Pontificali Ciuitatem ſuam, licet à multis pulſaretur, vt non inuitaret Rectorem ad ſuum ſolemne Prandium, quia graue eſſet DD. Epiſcopis quod D. Rector eos deberet præcedere, Præfatum tamen Rectorem cum Procuratoribus 4. Nationum licet ore proprio inuitaſſet in quadam viſitatione per Præfatum Rectorem facta, attamen denuo fecit inuitari & ordinauit, vt intuitu antiquæ Vniuerſitatum Parentis, & etiam Scholaſticæ Profeſſionis D. Rector Vniuerſitatis omnibus Prælatis præponeretur, quod de facto executioni dedit eo modo quo priùs ordinauerat.*

NOTA DE PRÆSESSIONE RECTORIS.

Hoc eodem anno Nicolaus V. Pontifex Romanus miſſis ad Carolum Legatis, conatus eſt Pragmaticam-Sanctionem conuellere, pollicitus exemplo Eugenij Prouiſionem Beneficiorum, tum Regi, tum Vniuerſitatibus. Quod vt ab Vniuerſitate intellectum eſt, ſtatim M. Ioannes Daucart Rector Comitia habet 27. Octob. apud Mathurinenſes; in quibus actum de mittendis Legatis ad Regem, ad quem iam peruenerat Legatus ſummi Pontificis, vt ibi cum eo de Prouiſione Beneficiorum paciſcerentur, quod Eccleſiæ Gallicanæ & Vniuerſitati expedire videretur; Pragmaticam vero defenderent. Sed quia concluſum tum fuit, vt mitterentur tres Legati nomine trium Facultatum ſuperiorum, & vnus tantùm nomine Facultatis Artium, qui quatuor tunc nominati ſunt, Concluſio non placuit maiori Parti Facultatis Artium, præſertim vero Nationi Gall. ideoque reuocata eſt 15. Nouembris in Comitijs Centuriatis, & alij Legati nominati, ſcilicet ſeptem, nomine ſeptem Ordinum Vniuerſitatis, vt fieri conſueuerat: *Idque omnibus Nationibus & Facultatibus gratum fuit*

& acceptabile, eodemque modo per totam Vniuerſitatem concluſum.

1448. Hoc quoque anno Schiſma Eccleſiæ ſedatum eſt voluntariâ ceſſione Felicis, & vbique in toto orbe Chriſtiano Nicolaus V. pro vero Papa agnitus, à quo Felicis Cardinales recepti & beneficijs cumulati ſunt. Ad Nicolaum autem miſſus eſt ab Vniuerſitate Rotulus per Legatos.

Die 5. Martij cum eſſet Vniuerſitas apud Mathurinenſes congregata, ſupplicauit M. Guill. Bouylle nomine M. Michaëlis Hebert ſcribæ Vniuerſitatis valde infirmi ſenis & decrepti vt ei liceret Officium ſuum alteri reſignare. Rem ſic ſcribit M. Ioannes Videgrain Procurator Nat. Gall. *Quantum ad 2. art. ſupplicauit M. noſter M. Guill. Bouylle, vt Scriba Vniuerſitatis reſignaret Officium ſuum M. Richardo Viart ad vtilitatem ſuam, prouidendo ſcilicet ſibi de vita. Sed ſuper hoc non eſt habita concordia.* At in Comitijs ibidem habitis 13. Martij in quibus 2. deliberationis articulus fuit *ſuper prouiſione Scribæ pro Vniuerſitate.* Et ſic concluſum, vt *detur Officium M. Guillelmo Nicolay, ſic tamen quod habeat prouidere alteri Scribæ impotenti ſecundum taxam, ſecundum quam determinabunt ad hoc Deputati.*

1449. Initio anni 1449 ſenſit ſe opprimi Vniuerſitas extra modum vexationibus cuiuſdam Ioannis de Inſulis qui Priuilegia ſua oppugnabat, præſertim ea quæ pertinebant ad Curiam Conſeruatoris. Itaque habitis Comitijs apud Mathurinenſes 3. Maij, placuit duplici viâ hominis inſolentiam reprimere, iuxta conſilium Deputatorum & Patronorum Vniuerſitatis pridie illius diei ſuper ea re habitum. Prima autem hæc fuit via, vt ſcribit Guill. de Placentia Procurator Nationis Gallic. in vetuſto Codice Procurat. *vt impetraretur mandatum Regium in Cancellaria ad adjournandum quendam qui dicitur Ioannes de Inſulis ad comparendum perſonaliter coram Præpoſito Pariſienſi Conſeruatore Priuilegiorum eiuſdem* (Vniuerſitatis) *& quod per eundem Conſeruatorem poneretur idem Ioannes de Inſulis in carceribus Caſtelleti, & bona ſua in manu Regis ponerentur, tanquam attentator prædictorum Priuilegiorum prædictæ Vniuerſitatis, ad reuocandum & retractandum quæcunque per ipſum acta contra huiuſmodi Priuilegia dictæ Vniuerſitatis.*

De Privilegiis Vniversitatis.

Altera via hæc fuit. *Vt Reuerendus in Chriſto Pater D. Epiſcopus Syluanectenſis tanquam Conſeruator huiuſmodi Priuilegiorum ſignanter illius, ſuper quo tunc erat ſermo, vt patet in Regiſtro dictorum Priuilegiorum dictæ Vniuerſitatis: quod idem Reuerendus Pater per monitiones & citatoria contra prædictam Ioannem de Inſulis & ſuos Complices viriliter ageret, in tantum vt ijdem deſiſterent & ceſſarent ab omni moleſtatione & attentatione facta contra huiuſmodi Priuilegia dictæ Vniuerſitatis, necnon contra quoſdam Iudices Leodinenſes ſibi datos occaſione cuiuſdam Reſcripti à ſummo Pontifice impetrati per dictum Ioannem de Inſulis, vel ſuos, eadem ſententiâ excommunicationis feriendo, ſi contra huiuſmodi Priuilegia dictæ Vniuerſitatis aliquid attentare præſumerent.*

In ijſdem Comitijs placuit quoque cum Theſaurario & Canonicis ſacræ Capellæ amicè tranſigere, & ad faciliorem tranſactionem & compoſitionem adire Parlamenti Curiam, eamque Arbitram conſtituere. Et ea de re actum rurſus in Comitijs 11. die eiuſdem menſis habitis: item & 15. placuit eos, niſi curarent per Senatores Parlamentæos pacem & concordiam initam confirmari, & ni Mandatis Apoſtolicis in Curia Conſeruatoris parerent, priuari & excommunicari.

Die 15. eiuſdem menſis & anni conuocata Vniuerſitas per Rectorem apud Mathurinenſes audiuit legi litteras ſummi Pontificis Nicolai V. quas attulerat M. Donatus de Puteo, Italus Doctor Theol. vnus è Legatis, quos ad ſummum Pontificem anno præterito miſerat ad congratulandum ei de felici ſua promotione ad Papatum. Lectæ quoque litteræ adipſam Vniuerſitatem directæ à Patriarcha Antiocheno, & à cæteris Vniuerſitatis Nuncijs qui adhuc Romæ commorabantur. De quibus omnibus Vniuerſitas ſummo Pontifici primùm, deinde Præfato Patriarchæ, poſtremò legatis ſuis gratias egit immortales; decreuitque ſupplicationes ſolemnes pro iucundis nuntijs quæ exinde acceperat. Inter cætera autem

autem admonebat Papa ſe cum Rege Francorum de conuenienti & commodâ via Beneficiorum conferendorum propediem acturum, certioremque volebat eſſe Vniuerſitatem ſe nunquam illi defuturum, omniaque eius commoda procuraturum. 1449.

Litteræ verò quas ad Regem miſit, illæ ſunt, credo, quas omnibus notas eſſe voluit de approbatione Concilij Baſileenſis: nam Rex non immemor malorum quæ Schiſma diuturnum, regnante Patre & auo inuexerat, Eugenio Papæ contra Felicem adhæſerat, nec tamen minus Concilij Baſileenſis Decreta pro ſacris Sanctionibus tanquam ab Oecumenico & Generali Concilio editis habebat, in his maximè quæ ad authoritatem Concilij & Beneficiorum diſpoſitiones pertinebant. Igitur Nicolaus iam vnus, verus & certus Pontifex factus, quò omnium Chriſtianorum animos ad vnionem reduceret, ſic edixit. APPROBATIO CONCILII BASILEENSIS.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Vt pacis quâ nihil deſiderabilius in vniuerſali Eccleſia ampliſſimè diffundatur, & perduret ſerenitas, & omnium corda quæ exagitauit & defatigauit diuiſio, vnitas integra ad cuiuſlibet ſtatus & honoris proſperitatem conſolidet, libenter ſecundùm noſtræ & Apoſtolicæ authoritatis plenitudinem, magnitudinemque voluntatis omnia amplectitur per quæ non ſolum ſuper præſentibus & futuris, ſed & ſuper præteritis, vt illibata permaneant, debitæ prouiſionis adhibetur remedium.

Cùm itaque poſt crebras variaſque conturbationes quibus multis ab annis ſancta Dei ſubiacuit Eccleſia, cauſantibus diuiſionibus quæ inter felicis record. Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum & tunc Baſileenſe Concilium viguerunt, hoc in noſtro tempore ex altiſſimi Dei prouidentia ineffabilis interpoſitu, tractatuque Oratorum chariſſimorum in Chriſto Filiorum, Francorum, Angliæ, Renati Siciliæ Regum, necnon Delphini Viennenſis primogeniti Francorum Regis illuſtris, pacem Eccleſiæ redditam videamus, dum percipimus venerabilem & clariſſimum Fratrem noſtrum Amedeum primum Cardinalem Epiſcopum Sabinenſem in nonnullis prouincijs Apoſtolicæ ſedis Legatum, Vicarium. que perpetuum, Felicem Papam V. tunc in ſua obedientia nominatum, iuri quod in Papatu aſſerebat ſe habere, ad huiuſmodi pacem Eccleſiæ obtinendam, ceſſiſſe: eos verò qui Baſileæ, poſtmodum Lauſanæ ſub nomine Generalis Concilij hactenùs congregati permanſerunt, ordinaſſe & publicaſſe nobis tanquam vnico, ac indubitato ſummo Pontifici obediendum eſſe à cunctis Fidelibus, præfatam Lauſanenſem diſſoluiſſe congregationem. *Deſiderantes igitur toto affectu ea perficere quibus Chriſti Fideles ſupreſſis & extinctis diſſenſionum & differentiarum ſeminarijs*, communi fruantur concordia, cuiuſlibet eorum ſtatus, honoris, reputationis & quietis ſtabilitate firmata quaſcunque Promotiones, Electiones, Confirmationes, Poſtulationes, Admiſſiones, Tranſlationes, Commendas, Adminiſtrationes & Prouiſiones ad quaſcunque Patriarchales, Metropolitanas & Cathedrales Eccleſias, necnon Abbatiales, Dignitates ac Monaſteriorum regimina quoruncumque Exemptorum & non Exemptorum, necnon quaſcunque Collationes, Prouiſiones & Diſpoſitiones quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Regularium & Secularium de Iure Patronatus etiam Laïcorum, cum Cura, vel ſine Cura, etiamſi Eccleſiæ Parochiales in Cathedralibus, vel Principales in Collegiatis exiſtant, Perſonatuſque, perpetuæ Adminiſtrationes, vel Officia etiam Curata, vel Electiua, in quibuſcunque Eccleſijs, Prioratus, Conuentuales, aut cuiuſcunque conditionis, qualitatis, vel naturæ fuerint, etiam alterius generis quam expreſſa, paris vel maioris, etiam ex quauis cauſa, tunc diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſeruata, fuerint litigioſa, aut aliàs affecta, vel ad ſedem Apoſtolicam quomodolibet deuoluta; in vim quorum, ſeu prætextu Collationum, Prouiſionum, aut aliarum Diſpoſitionum huiuſmodi, ſeu alicuius præmiſſorum, aliàs quàm

ex titulo priuationis factarum, præmiſſarum occaſionum, Diuiſionum ip-
1449 " ſarum Eccleſiarum, Beneficiorum, Dignitatum, Officiorum, Perſona-
" tuum, Adminiſtrationum, Canonicatuum & Præbendarum habita, ſeu
" adepta ſit poſſeſſio & poſſidentur de præſenti; Admiſſiones etiam Reſi-
" gnationum quorumcunque Beneficiorum, Dignitatum, Eccleſiarum,
" ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis factarum, Authorizationum & in-
" ſtitutionum, Penſionum item quarumcunque ſuper quorumcunque Be-
" neficiorum Eccleſiaſticorum fructibus, reſeruationibus & aſſignationi-
" bus cum Proceſſibus & fulminationibus inde ſecutis, necnon vniones,
" annexiones, incorporationes quarumcunque Dignitatum & Beneficio-
" rum Eccleſiaſticorum, Secularium & Regularium, quibuſcunque Pa-
" triarchalibus, Archiepiſcopalibus, Abbatialibus vel Capitularibus Men-
" ſis, aut Monaſterijs, Conuentibus, Dignitatibus, Canonicatibus & Præ-
" bendis vel Beneficijs, ſeu ad inuicem ſub quibuſuis verborum formis, di-
" membrationes etiam Eccleſiarum & Beneficiorum quorumcunque, Ec-
" cleſiarum quoque, Monaſteriorum STVDIORVMQVE GENERALIVM fun-
" dationes, erectiones, ſuppreſſiones & ſubiectiones & quorumcunque
" Beneficiorum creationes, exemptiones, item reuocationes, Pallij datio-
" nes, conſecrationes, benedictiones, perſonarum de Ordine ad Ordinem
" tranſlationes, infeudationes, inſtitutiones, contractuum confirmationes,
" facultatis teſtandi conceſſiones, abſolutiones, liberationes, quittantias
" ſuper quibuſcunque debitis ratione Decimarum, Semidecimarum, In-
" dulgentiarum, Annatarum, Communium & minutorum ſeruitiorum, vel
" aliàs quomodolibet, diſpenſationes tam ſuper ætatis quàm Natalium &
" aliarum inhabilitatum defectibus, ſuper incompatibilibus in quocumque
" numero, etiam ſi ad Curas Parochiales, Matrimonijs, iuramento, Ordi-
" nibus & voto etiam tranſmarino, & rebus alijs quibuſcunque, necnon ab-
" ſolutiones à quibuſcunque Excommunicationum, Anathematizationum
" & alijs Cenſuris Eccleſiaſticis, Interdictorum tam generalium quàm ſpi-
" ritualium relaxationes, ac illarum fulminationes & appoſitiones iura-
" mentorum, etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni ma-
" cula irregularitatis, aut alia inhabilitate, vndecumque proceſſerit, Reſti-
" tutiones etiam ad famam & honores gratiarum, Indultorum, Indulgen-
" tiarum & priuilegiorum & quaſcumque alias Conceſſiones, ac omnia &
" ſingula tam Iuſtitiam quàm gratiam concernentia, ſiue in foro conſcien-
" tiæ, aut contentioſo, in perſonis, aut locis quæ tempore conceſſionum &
" præmiſſorum obedierunt præfato venerabili, ac Chariſſimo Fratri noſtro
" Amedeo Cardinali Epiſcopo, Legato & Vicario ſupradicto, tunc Felici
" Papæ V. nominato, ac congregatis antedictis, ſeu eorum alteri tam per
" ipſum tunc Baſileenſe Concilium & Amedeum in ſua Obedientia Feli-
" cem V. nuncupatum quàm illos qui in Baſileenſi & Lauſanenſi Ciuitati-
" bus, ſub nomine generalis Concilij congregati remanſerunt, aut alium
" **ſeu alios, ſuâ aut alterius eorum authoritate etiam de latere Legatos,**
" delegatos, ſiuè alios quoſcunque ab eis, vel eorum altero poteſtatem
" habentes coniunctim, vel diuiſim qualitercumque facta, geſta, con-
" ceſſa, data, indulta, diſpoſita, & ordinata, etiamſi maiora & grauiora,
" aut alterius cuiuſcunque naturæ à præmiſſis exiſtant & ſpecialem requi-
" rant expreſſionem quæ volumus & decernimus pro expreſſis ſpecificè ha-
" beri, cum omnibus & ſingulis inde ſecutis. Ac etiam omnia & ſingula per
" Ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis & vnione Eccleſiæ, motu
" proprio ex certa ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de con-
" ſilio & aſſenſu venerabilium Fratrum noſtrorum S. Ro. Eccl. Cardina-
" lium præſentium ſerie approbamus, ratificamus & etiam confirmamus,
" rataque & firma haberi volumus. Necnon potiori pro cautela de perſo-
" nis Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum qui-
" buſcunque Eccleſijs & Monaſterijs quorum aſſecuti ſunt poſſeſſiones &
" poſſident de præſenti, nec non de Dignitatibus, Prioratibus, Perſonatibus,
" Adminiſtrationibus, Officijs, Canonicatibus & Præbendis, Commendis

& Beneficijs quibuſcunque etiam ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel gene. " ——
raliter reſeruatis, deuolutis, vel quomodolibet affectis eorum poſſeſ. " 1449.
ſoribus quibuſlibet de nouo prouidemus, ac ipſorum omnium fructus, "
reditus & prouentus, necnon emolumenta ſingula in quibuſcunque & "
vbicunque etiam extra Diœceſim, in quibus Eccleſia, Monaſterium "
Prioratus, Dignitas ſeu Beneficium huiuſmodi fuerit, conſiſtentia ad eo- "
rum poſſeſſores ſpectare & pertinere. Et quod ipſi in ſuarum Eccleſia- "
rum, Monaſteriorum, Prioratuum, Dignitatum & Beneficiorum, provt "
eorum ſingulos concernit, poſſeſſionibus pro huiuſmodi bono pacis & "
vnionis pacifici remaneant & quieti, decernimus & declaramus gratis & "
abſque ſolutione Communium, vel Minutorum Seruitiorum, Annata- "
rum aut Vacantiæ, tam noſtræ Cameræ quàm vener. Fratrum noſtrorum "
S. Ro. Eccl. Cardinalium Collegio facienda, nomina & cognomina, va- "
loreſque ipſorum Beneficiorum & Dignitatum, ac non obſtantibus ipſo- "
rum poſſeſſorum pro expreſſis habentes Conſtitutionibus & Ordinatio- "
nibus Apoſtolicis nonobſtantibus quibuſcunque. "

Inſuper quaſcunque obligationes ſeu debita de & ſuper Annatis ſeu "
Communibus & Minutis ſeruitijs iuxta Curiæ noſtræ conſuetudinem "
cæteriſque Iuribus nobis & S. R. Eccl. Cardinalium Collegio cæteriſque "
Officialibus debitis ſi quæ deberi dicerentur, occaſione quarumcunque "
Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum, Monaſteriorum, Di- "
gnitatum, Prioratuum, etiam Conuentualium, Beneficiorum & Officio- "
rum huiuſmodi vſque ad præſentem diem poſſeſſoribus antedictis ex ſi- "
mili ſcientia remittimus & relaxamus pariter & donamus: Eoſque qui "
huiuſmodi debitis obligati eſſent, ab omni eorum ſolutione abſoluimus, "
liberamus & ſemper illis dari quittantias petentibus, aut volentibus de- "
mandamus in forma plena debita & opportuna, fructus etiam illos quos "
durante huiuſmodi diuiſione ex dictis Eccleſijs, Dignitatibus, Beneficijs "
& Officijs perceperunt, etiamſi nobis & Cameræ Apoſtolicæ debiti eſſent, "
penitùs ipſis & cuilibet ipſorum remittimus de dictæ ſedis munificentia "
liberali Camerario, Theſaurario, Clericis, Cameræ Collectoribus & Sub- "
collectoribus noſtris quibuſcunque, inhibentes ſub Excommunicationis "
ſententia & alijs Cenſuris Eccleſiaſticis atque pœnis quas remiſſioni & "
inhibitioni noſtris huiuſmodi contrauenientes incurrere volumus ipſo "
facto, ne fructus prædictos occaſione præmiſſa, dicta diuiſione durante, "
perceptos & per nos remiſſos, vt præfertur, à quoquam quomodolibet "
exigere ſeu extorquere præſumant. Dictorum rurſus poſſeſſorum ſingu- "
lis Aduerſarijs ſuper præfatis Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, Digni- "
tatibus, Officijs & Beneficijs perpetuum ſilentium imponentes, quaſ- "
cunque promotiones, impetrationes, conceſſiones, prouiſiones & lit- "
teras deſuper pro ipſis Aduerſarijs & alijs quibuſcunque in præjudicium "
ipſorum poſſeſſorum, vel derogationem huiuſmodi per nos confirmato- "
rum quomodolibet, etiamſi motu proprio ex certa ſcientia, aut plenitu- "
dine poteſtatis & de vener. Fratrum noſtrorum S. R. Eccl. Cardinalium "
conſilio & aſſenſu, tam per dictum noſtrum Prædeceſſorem quàm nos "
ſiue alium quemcunque illius, aut noſtra authoritate, alia quacunque "
factas, datas, conceſſas & habitas etiamſi in vim earum ipſis, aut alicui eo- "
rum in re vel ad rem ius quæſitum foret, necnon definitiuas & alias etiam "
quæ in rem tranſierunt iudicatam ſuper Eccleſijs & alijs præmiſſis in Ro. "
Curia, vel aliàs vbicunque contra dictos Poſſeſſores promulgatas ſenten- "
tias & quæcunque inde ſecuta prædictis motu & ſcientia, ac plenitudi- "
ne pro bono pacis & vnionis prædictarum caſſamus, irritamus & annul- "
lamus, ac caſſa, irrita, infecta, nullaque & inania, ac viribus vana de- "
claramus & denunciamus. Illa verò ex ſententijs quæ pro prædictis poſ- "
ſeſſionibus ſuper præmiſſis, ac etiam quaſcunque alias ſententias & ſub- "
rogationes quæ pro quibuſuis perſonis, partibus ſe defendentibus, illa- "
rum omnium nominibus & cognominibus pro expreſſis habentes, & quæ "
in rem tranſiuerunt iudicatam in Baſileenſi, ſeu Lauſanenſi Ciuitatibus, "

1449. » ſeu in Curia præfati vener. ac Clariſſimi Fratris noſtri Amedei primi Cardinalis, vt præmittitur, Legati Vicarijque perpetui, Felicis V. in ſua » obedientia nominati, vſque in hodiernum diem prolatæ, ac ſubrogationes pro altero ex collitigantibus mutuò ſe defendentibus factæ ſunt, » validas & ratas decernentes, necnon quaſcunque lites & cauſas deſuper » in noſtra Curia, vel alibi contra ipſos poſſeſſores ſuper prædictis Eccleſijs, Dignitatibus, Beneficijs, quomodolibet procedentibus, quorum » omnium etiamſi vna vel duæ, ſeu plures definitiuæ, vel aliæ ſententiæ » prolatæ ſint, ſtatus præſentibus pro expreſſis habentes ad Nos aduocamus & totaliter extinguimus.

» Et pro maiori omnium & ſingulorum ſecuritate & roboris validitate » quibuſcunque perſonis tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus cuiuſcunque » dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant etiamſi Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiſcopali, Epiſcopali, » aut alia quacunque præfulgeant dignitate, necnon quarumcunque tam » Cathedralium quàm Collegiatarum & aliarum Eccleſiarum & Monaſteriorum Capitulis, Collegijs & Conuentibus, ac ſingularibus perſonis earundem, illique vel illis ad quem ſeu ad quos dictarum Eccleſiarum, Beneficiorum Eccleſiaſticorum & Officiorum Electio, Collatio, Prouiſio, » Præſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio communiter, vel diuiſim pertinet, » ac huiuſmodi poſſeſſorum aduerſarijs quibus per nos, ac noſtrum prædeceſſorem, ſeu alium quemcunque factæ ſunt, conceſſiones & prouiſiones » de huiuſmodi Eccleſijs, Beneficijs & Officijs poſſeſſis, omnibus & ſingulis » alijs quorum intereſt, vel intererit quomodolibet in futurum, Mandamus expreſsè inhibentes, videlicet Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis ſub ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, Minoribus verò perſonis ſingularibus ſub excommunicationis, necnon dictorũ poſſeſſorum aduerſarijs, ſub ſimili excõmunicationis pœna, ac priuationis omnium & ſingulorum Beneficiorum ſuorum quæ obtinent, & inhabilitationis ad illa & alia » in poſterum obtinenda, perpetuæque infamiæ. Collegijs verò, Capitulis & Conuentibus ſub ſuſpenſionis à diuinis, pœnis, ſententijs & Cenſuris quas contrafacientes & rebelles, provt quemlibet ipſorum concernit, ex nunc provt ex tunc, & ex tunc, provt ex nunc incurrere volumus » ipſo facto, ne ipſi, ſeu eorum alter publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæſito colore, vel ingenio contra declarationes, conceſſiones, approbationes, ratificationes, confirmationes & alia prædicta, » vel eorum aliquod in præiudicium, damnum & grauamen dictorum Poſſeſſorum & derogationem præmiſſorum per nos confirmatorum, aut alicuius eorum facere, dicere & attentare, ſeu ipſi prænominati ad quos » ſpectat huiuſmodi Electio, collatio, prouiſio, præſentatio ſeu quæuis » alia diſpoſitio quempiam alium ad Eccleſias, Dignitates, Beneficia & » Officia, ſeu alia præmiſſa hactenùs ſic poſſeſſa recipere & admittere, ne» **que poſſeſſores huiuſmodi ſuper præmiſſis in aliquo vexare, perturbare,** » moleſtare ſeu inquietare quomodolibet præſumant; ſed ea omnia & ſingula inuiolabiliter & ſine contradictione quacunque quantum in eis eſt, » manu teneant & obſeruent, dictoſque poſſeſſores in poſſeſſione ſua huiuſmodi teneant & defendant.

» Si quæ etiam, quod abſit, per quempiam quacunque etiam authori» tate noſtra contra præmiſſa, ſeu eorum aliqua, aut in præiudicium dictorum poſſeſſorum, ſeu alicuius eorum nouitates factæ fuerint, ſeu fierent, illas ac quæcunque inde ſecuta ex tunc, provt ex tunc habemus » & haberi volumus pro infectis. Et nihilominùs contra venientes & rebelles huiuſmodi, ſiue Patriarchæ, Archiepiſcopi, aut Epiſcopi fuerint, » ab ingreſſu Eccleſiæ, Minores verò perſonas ſingulares, excommunicatos, necnon dictos aduerſarios & eis auxilium dantes vltra excommunicationis pœnam Beneficijs & officijs ſuis priuatos, inhabiles & infames; Capitula verò, Collegia & Conuentus à diuinis ſuſpenſos per » quemlibet Ordinarium loci, aut alterum in dignitate conſtitutum, ſiue

Canonicum alicuius Eccleſiæ Cathedralis per quemcunque ex huiuſmodi poſſeſſoribus eligendum & requirendum, ſeu Executorem dandum ſuper huiuſmodi noſtra voluntate in Rom. Curia, ſiue extra declarari & denunciari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & ſingulis, ipſis & eorum cuilibet authoritate Apoſtolica damus atque concedimus facultatem reiectis in præmiſsis omnibus & ſingulis cautelis & appellationibus quibuſcunque in præjudicium præmiſſorum interpoſitis, ſeu interponendis, quas tanquam friuolas & inanes cùm inde ſecutis & ſecuturis extunc, provt ex nunc, & ex nunc, provt ex tunc caſſamus, irritamus, annullamus & pro infectis haberi volumus. Vice Cancellario & quibuſuis alijs Officialibus noſtris expreſsè inhibentes ne ad cuiuſuis inſtantiam ſuper cauſis prætentarum appellationum huiuſmodi, aut aliàs viâ ſimplicis querelæ, ſeu reſtitutionis in integrum aliquam commiſſionem ſignare, ſiue Reſcriptum etiam extra Rom. Curiam concedere, nec Auditores cauſarum Palatij noſtri, ſiue Ordinarij loci, aut quicumque alij Commiſſiones, ſiue Reſcripta huiuſmodi recipere, ſeu cauſas deſuper motas & mouendas audire præſumant ſeu attentent. Adijcientes quod ſi vllo vnquam tempore appareret de aliqua conceſsione, ſeu declaratione per nos, aut noſtros, ſeu dicti Prædeceſſoris litteræ quaſcunque Clauſulas etiam derogatorias, generales, vel ſpeciales ſub quacunque verborum forma in ſe continentes, licet in illis dicatur, non obſtantibus Clauſulis dicentibus quod illis non derogetur, niſi de eis ſpecialis mentio fiat, aut quod de verbo ad verbum & cum toto tenore illarum inſeri debeat, facta ſeu fienda, per quam dictos poſſeſſores, ſeu eorum Beneficiatorũ aliquem in huiuſmodi ſuorum Beneficiorum poſſeſsionem, ſeu aliàs turbari, vexari, moleſtari, ſeu inquietari, aut contra huiuſmodi noſtras conceſsiones, prouiſiones & alia per nos approbata fieri atque contraueniri poſsit, etiamſi motu proprio, ex certa ſcientia, ſiue de plenitudine poteſtatis & de ipſorum vener. Fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio & aſſenſu emanarent, ſeu emanaſſent, tales declarationes, ſeu conceſsiones pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ nullatenùs effectum ſortiri, ſed pro infectis ex nunc, provt ex tunc haberi volumus. Verùm ſi inobedientia prædictorum tunc nuncupati Felicis & illorum qui Baſileæ & Lauſanæ ſub nomine generalis Concilij tunc permanſerunt duo, vel plures ſuper vno, vel pluribus Beneficijs litigantes, poſſeſsio non poſsidenti non afferat præiudicium, ſed cuilibet ius ſuum ſemper ſaluum conſeruetur, ac etiam vnicuique maneat ius quod ante huiuſmodi diuiſionem ſibi quæſitum erat. Etſi fuerint aliquæ Eccleſiæ, ſeu Beneficia quarum, ſeu quorum caput in vna obedientia & membra in altera exiſtant, membra reducantur ad caput. Saluo tamen quod membrum obtinens in illius remaneat poſſeſsione, ſi ius eidem competebat ante huiuſmodi diuiſionem, &c. Nulli ergo omninò horum, &c. **Datum Spoleti, anno Incarn. Dom.** 1449. 14. Kal. Iulij Pontif. noſtri an. 3. 1449.

Cum igitur poſtulante per Legatos Pontifice, Rex Concilium Eccleſiæ Gallicanæ Rotomagi indixiſſet, Vniuerſitas menſe Auguſto duos ad illud Oratores miſit Regem deprecaturos, vt filiam ſuam commendatam habere vellet in diſpenſatione Beneficiorum, ſine quibus ſubſiſtere, ſplendoremque ſuum conſeruare non poterat. Ad ipſum autem Concilium Nominatorum Catalogum, nec non & Articulos quoſdam ad eam rem pertinentes tranſmiſit.

Menſe verò Ianuario eadem per M. Gaufridum Calui conuocata ad audiendum quid ferrent litteræ ſuorum Legatorum, cenſuit mittendum ad eoſdem Inſtrumentum Procuratorium omnium Facultatum & Nationum ſigillis probè munitum, vt ſi Prouiſionem Beneficiorum in prædictis Articulis contentorum obtinere non poſſent, nomine publico appellarent.

1449. TVRBA IN ELECTIONE RECTORIS.

EOdem anno die ſcilicet Martij 24. in Electione Rectoris orta eſt graui ſſima contentio inter Quatuor-viros, ſeu vt vulgo dicitur, *Intrantes* Facultatis Artium, vt habetur in antiquo libro papyraceo Procuratorum Nat. Gall. quam ſic deſcribit M. Nicolaus de Foro tunc eiuſdem Nat. Procurator. Die Martis 24. Martij an. Dom. 1449. fuit veneranda Artium Facultas ſolemniter conuocata in San-Iuliano per D. Rectorem
" ad eligendum nouum Rectorem, & more ſolito datis Intrantibus 4. Na-
" tionum proceſſum eſt ad Electionem noui Rectoris, qui poſtquam ingreſ-
" ſi ſunt Conclaue, poſt multas altercationes hinc inde factas ſic proceſ-
" ſiſſe teſtati ſunt, videlicet quod Gallicus dedit Picardo vnam conditio-
" nem pro M. Gaufrido Normani, & vnam ſuſcepit pro Fratre eius ſcili-
" cet pro M. Ioanne Normani, ab eodem Picardo; parte ex altera venit
" Almanus; dedit eidem Picardo conditionalem pro M. Ioanne Baille, &
" vnam ab eodem ſuſcepit pro M. Alberto Scriptoris: quo peracto venit
" idem Almanus ad Gallicum qui dedit eidem pro Magiſtro Ioan. Norma-
" ni, dummodo ſibi daret pro M. Alberto Scriptoris. Gallicus verò reſ-
" pondit quod hoc voluit & quod acceptat, & vlterius quod habebat Re-
" ctorem. Idem autem dicebat Almanus quod habebat Rectorem. Dum
" autem hæc inter eos fieret contentio de Rectore, dedit Normanus Ca-
" tegoricam Almano pro M. Alberto. Quo facto ad oſtium percuſſit Al-
" manus dicens habere Rectorem, contradicente tamen Gallico. Et tunc
" D. Rector venit ad oſtium quærens ab eis vtrum eſſent concordes, reſ-
" pondit Almanus quod ſic. Similiter Normanus, & Picardus tacebat, &c.
" Solus Gallicus contradicebat. Audiens autem antiquus Rector quod
" tres erant concordes, aperuit oſtium & ſtatim egreſſus eſt Almanus
" pronuncians M. Albertum Rectorem quem ſequebatur Normanus, ſed
" ad inſtantiam cuiuſdam Magiſtri dicentis ſibi, *Nolite exire, non placet*
" *Nationi* reuerſus ad Conclaue. hoc idem fecit Picardus timens per exi-
" tum ſuum priuari, & in Conclaui remanſerunt tres. Coram autem Fa-
" cultate fuit auditus Almanus qui exiuerat, & per Facultatem ordinatum
" fuit quod D. Rector antiquus cum Procuratoribus adiret alios tres qui
" remanſerant in Conclaui ad adiurandum eos de dicendo formam & mo-
" dum electionis quam fecerant. Et ita factum eſt, & inuentũ eſt quod omnes
" concorditer deponebãt; & eorum depoſitio relata fuit in conſpectu totius
" Facultatis per Organum D. Rectoris antiqui: vnde quibuſdam videbatur
" quod M. Ioannes Normani ius habebat. Alijs verò viſum eſt quod M.
" Albertus. D. antiquus Rector poſt hæc poſuit in medium & deliberationem Facultatis quod eidem placeret hanc diſcordiam pacificare. Su-
" per poſitis verò in deliberatione deliberauit Natio quod eidem vide-
" batur quod M. Ioannes Normani Suppoſitum ſuum ius haberet, atten-
" to quod per præuentionem acceptationis pro eo quam fecit in Con-
" claui, Intrans Franciæ habebat tria vota quæ ſufficiunt ad electionem.
" Tamen ad ſedandum diſcordiam placebat eidem, caſu quo etiam place-
" ret alijs Nationibus, dare nouum Intrantem cum alijs Intrantibus alia-
" rum Nationum dandum, qui eſſet electurus nouum Rectorem, *priuauit-*
" *que primos Intrantes propter extinctionem Candelæ*, quæ ſtatim poſt ſubſecuta
" eſt, nondum habit â concordâ in Facultate. Et quia ita placuit alijs duabus
" Nationibus, ſcilicet Nationi Picardiæ & Normaniæ, ideo acceſſerunt noui
" Intrantes dati & præſentauerunt ſe conſpectui Facultatis ad procedendum ad electionem nouam. Acceptauerunt autem tres prædictæ Natio-
" nes, Franciæ ſcilicet Picardiæ & Normaniæ vnum venerabilem Magi-
" ſtrum de Natione Almaniæ pro Intrante illius qui ſe præſentauerat &
" obtulerat ad intrandum ex eo quod illa veneranda Natio Almaniæ vo-
" lens ſuſtinere ius ſui ſuppoſiti, *ſcilicet M. Alberti*, requiſita refutauit dare
" & præſentare nouum Intrantem. Et illi 4. præfati Intrantes noui præſti-
" terunt Iuramenta ſolita. Ab hac verò Concluſione Facultatis & à nouis
" Intrantibus & à proceſſu ad ſecundam Electionem *appellauit M. Albertus*

ad Vniuerſitatem. Nihilominus tamen proceſſum eſt ad electionem, & finaliter electus eſt concorditer venerabilis & diſcretus vir D. Gerardus Thomè Licentiatus in Theologia qui Rectoriam acceptauit. Et more ſolito eundem conduxit Facultas vſque ad domum ſuam, in qua ſumpſit Vinum & Species hora prope Octaua de Nocte. Hæc ſunt quæ facta ſunt illâ die quæ præterire ſilentio nolui, quoniam ex hac duplici Electione magna inde exorta eſt inter Electos contentio, ſicut in ſequentibus patere poteſt euidenter. ſig. Nicol. de Foro. 1449.

In hanc rem conuocata tota Vniuerſitas, hoc eſt tres Facultates & 4. Nationes, ſingulæque ſententias dixerunt, ſed non potuit haberi concordia, vt legitur in Actis ſequentibus.

Die Lunæ 30. Martij conuocaui Nationem per iuramentum in S Math. ſuper 2. duobus art. 1. fuit ad habendum conſilium ſuper aliquibus agendis per me. 2. fuit communis ſuper ſupplicationes & iniurias. Quantum ad primum expoſui quod præcedenti die ſcilicet die Dominica venerunt ad me apud Collegium Nauarræ quamplures venerabiles Magiſtri tam de Natione Picardiæ quam de Natione Almaniæ, dicentes mihi in hunc modum: Domine Procurator! veritas habet quod die Veneris vltimatè præterita congregata fuit Vniuerſitas Pariſ. & in illa congregatione M. Albertus Scriptoris qui prætendit habere ius in Rectoria, & qui appellauit à Facultate Artium ad dictam Vniuerſitatem, releuauit ſuam appellationem in dicta Vniuerſitate dicendo cauſas ſuæ appellationis. Et ſimiliter in eadem Congregatione M. Gerardus Thomè qui eſt in poſſeſſione Rectoriæ, ſuas exhibuit defenſiones. *Quibus ad longum auditis, non fuit in Vniuerſitate concordia habita, quoniam in Facultate Artium duæ Nationes fuerunt pro vno & duæ Nationes pro altero. Facultas verò Theologiæ ſimpliciter fuit pro M. Gerardo Thome, Facultas verò Medicinæ ſimpliciter fuit pro M. Alberto Scriptoris, ſed Facultas Decretorum dedit Deputatos: & ſic neutra fuit. Et ſic patet quod non fuit in dicta Congregatione Concordia.* Et quoniam quando euenit diſcordia inter aliquos contendentes de Rectoria, ad vos pertinet durante tali diſcordia congregare & conuocare Facultatem Artium, ad quam ſpectat tractare hanc materiam Rectoriæ, ideò præſentialiter venimus ad vos tanquam ad illum ad quem ſpectat, ſupplicantes & requirentes quod dictam Facultatem Artium velitis conuocare ad ſedandum diſcordiam nunc vigentem: Ex quo per Vniuerſitatem non fuit inter iſtos duos Contendentes concordia poſita. Quibus omnibus per me auditis, reſpondi eis, habito tamen prius ſuper hoc conſilio aliquorum DD. meorum, videlicet quod quia Natio Franciæ mater mea aliàs deliberauerat in fauorem M. Gerardi Thomé nunc poſſidentis Rectoriam, Ego nil poteram in hac materia facere niſi conuocata prius Natione matre mea, & quod libenter eam ſuper eorum requeſta conuocarem & exequi paratus eram quæ ipſa præcipere dignaretur. Et ideo hæc erat cauſa, quia hac die Magiſtros Nationis Franciæ matris meæ per iuramentum conuocaueram, ſcilicet ad habendum conſilium ſuper ſupplicatione & requeſta prædictorum Magiſtrorum Nationum Picardiæ & Almaniæ. Iſta fuit materia primi artic. Quantum ad 2. art. acceſſit ad conſpectum Nationis M. Albertus Scriptoris exponens ius prætenſum in Rectoria. Similiter ex parte M. Gerardi Thomé præſentauerunt ſe quidam venerabiles Magiſtri illius Nationis Normaniæ, ſcilicet qui etiam expoſuerunt prætenſum ius M. Gerardi Thomé: Quibus auditis quoniam Natio abundabat in ſuppoſitis, tum quia fuerat facta Congregatio per iuramentum; tum etiam quia multi ſperabant de diſcordia illa ſermonem fieri in prædicta Congregatione, Ideò dixerunt quidam Magiſtri quod deliberandum erat per Prouincias, quia etiam fiebant ſupplicationes contradictoriæ propter quas ſolet ſemper Natio ſe retrahere per Prouincias. Alij in oppoſitum dicebant quod deliberandum erat in communi ſuper principale, & ſic fiebant hinc inde magni clamores. Volui tamen vota

Electio Rectoris.

1449. " ſingulorum in communi colligere. Sed nec primus deliberans ſuper his
" potuit integrè audiri. Videns autem quod hi clamores continuabant,
" volui alium modum & aliam viam tentare, & dixi eis quod non poteram
" aliquem in communi audire, & ſe retraherent per Prouincias ſuas. Dum
" verò eſſem in Prouincia mea credens deliberare, venerunt ad me complu-
" res Magiſtri miſcentes ſe noſtræ Prouinciæ & impedientes deliberatio.
" nes Magiſtrorum Prouinciæ noſtræ, coactus fui iterum ad Nationem re-
" dire & eos omnes conuocare vt vota eorum in communi colligerem. Sed
" tunc fuit error peior priore, nec quouis modo per illum modum potui.
" Tunc dixi quod finaliter pro omni verbo ipſi propter confuſionem tol-
" lendam deliberarent per Prouincias. Quidam obediuerunt euntes ad
" Prouinciam ſuam, alij verò non iuerunt. Cum verò deliberatio facta
" fuiſſet in ſingulis Prouincijs, conuocaui Nationem ad audiendum deli-
" berationes Prouinciarum & ad concludendum ſuper illis. Sed tunc in-
" currerunt impetus, & facti ſunt clamores in me, adeo quod nec me, nec
" alios poteram cum vocis diſcretione percipere. Conſiderans verò quid
" acturus ſuper his eſſem, expediens reperi quod DD. Decani, aut eorum
" locum tenentes qui præſederint in ſingulis Prouincijs, vocarentur in lo-
" co tuto, aperto & pacifico & quod audirentur, & ſuper auditis conclu-
" deretur: & ita à loco S. Mathurini propter cauſas dictas ſine concluſione
" receſſi. Dum verò eſſem in noſtro Collegio, facta eiuſmodi congregatio-
" ne, acceſſit ad me M. Albertus & cum eo multi Magiſtri requirentes me
" vt DD. Decanos vellem audire & concludere auditis eorum deliberatio-
" nibus, quos remiſi vſque ad 2. horam poſt prandium: in qua hora compa-
" ruerunt Decani perſonaliter qui fuerunt in S. Mathurino de mane in
" Congregatione & Decanorum locum tenentes qui non fuerunt in Con-
" gregatione à quibus audiui videlicet *in Capitulo Regalis Collegij Nauar-*
" *ræ in quo ſolent multæ Congregationes & potiſſimè DD. Regentium fieri, ſin-*
" *gularum Prouinciarum deliberationes* venientes ad hoc in effectum, quan-
" tum ad 1. art. quod placebat eis mihi dare conſilium & tale ſcilicet quod
" haberem iuxta illorum Magiſtrorum requeſtam, Facultatem conuocare.
" Quantum ad 2. fuerunt 4. Prouinciæ nullo modo diſcrepantes, ſcilicet
" auditis partibus contendentibus & omnibus hinc inde conſideratis quæ
" conſideranda veniebant, videbatur eis quod M. Albertus bonum ius in
" Rectoria habebat, & quod eum reputabant Rectorem Vniuerſitatis Pariſ.
" Placebat inſuper quod in Facultate per me conuocanda eidem habe-
" rem dare biretum Rectoriæ, & cætera inſignia ad Rectoriam pertinentia.
" Et quod ſi Natio in die Electionis Rectoris potuiſſet de iure eius infor-
" mari, ſicut nunc eſt informata, ipſe ex tunc eundem approbaſſet Recto-
" rem; Prouincia verò Pariſienſis ſuper ſuperioribus nihil aut modicum
" dixit. Quibus auditis, concluſi quod conuocarem Facultatem & quod
" in eadem haberem exequi illud quod Natio præcipiebat ſecundum Con-
" cluſionem hanc vniformiter à 4. Prouincijs captam. De quarum Pro-
" uinciarum deliberatione, ac etiam concluſione ex illis facta, petitum
" eſt à M. Alberto inſtrumentum publicum à quodam Magiſtro ſcilicet
" Magiſtro Io. Lonchart Imperiali & Apoſtolico Notario, in quo Inſtru-
" mento ea quæ dicta ac facta ſunt, patent euidenter. Quibus factis iuxta
" Concluſionem Nationis Franciæ matris meæ, Facultatem ſequenti die,
" ſcilicet die martis conuocaui in S. Iuliano Paupere, quia etiam ex quodam
" ſtatuto incumbebat mihi In qua conuocatione ſeu Congregatione præ-
" ſentibus 4. Procuratoribus 4. Nationum, ac etiam quamplurimis Ma-
" giſtris, comparuit M. Albertus cum Epitogio & præmiſſis excuſationi-
" bus, ac regratiationibus officium Rectoriæ ad quod fuerat electus, acce-
" ptauit. Et poſt hanc acceptationem, præſtitis iuramentis ſolitis, eidem bir-
" retum dedi, & in ſignum poſſeſſionis actualis & realis librum, cum alijs
" ſolitis tradidi. Paulo poſt verò ſupplicauit vt Facultas vellet eidem dare
" conſilium: Sed eius ſupplicatio interrupta fuit per quoſdam Magiſtros
" clamantes & impetentes. Finaliter eundem conduxit Facultas vſque ad
domum

ſuam in qua domo ſumpſerunt Magiſtri vinum & ſpecies, & ibidem comparuerunt Procuratores Nationum Picardiæ & Almaniæ, & ego cum eis & complures Magiſtri. Hæc facta ſunt his duobus diebus, ſcilicet die Lunæ 30. Martij & die Martis 31. eiuſdem menſis. Sig. X. de foro cum Syng. 1449.

Ad an. 1449. legimus in Chartulario, ſeu Archiuis noſtris renunciationem quandam à Capitulo Laudunenſi factam obtenti cuiuſdam priuilegij contra Iura Vniuerſitatis.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, Capitulum Eccleſiæ Laudunenſis ad Rom. Eccleſiam ſine medio pertinentis Sal. in Dom. Noueritis quod hac die Mercurij 17. menſis Decemb. an. D. 1449. Coram nobis perſonaliter conſtituti venerabiles & diſcreti viri DD. & MM. Ioannes Landas Archidiaconus Laudunenſis, Guill. Champ-Bodon Cantor, Io. Caſtellani, Nicolaus Begart, Iac. Houuart, Euſtachius de Meſnillo, Io. de Ianta, Theobaldus Geruin, Petrus Bouini, Nicol. Ioſſe, Randulphus Caignart, Michaël Flamigi, Io. Roſier, Io. de Lyart, Guill. Pennetiau, Io. du Vabengler, Io. Bondifflart, Guill. Michiel, Io. Bocquet, Io. Gillon, Petrus Rouſſelli, Gerardus Behoris, Io. Villart, Iac. Vairon, Io. Fabri, Io. Charlet, Mauricius de Rochefort, Gobaudus de Anya & Io. Arnulphi Canonici Laudunenſes renunciauerunt & eorum quilibet renunciauit certis caſibus Nouitatis, ſeu Mandatis Regijs impetratis ab anno citra per Capitulum Laudunenſe, & etiam impetrandis in præiudicium priuilegiorum noſtræ Matris Vniuerſitatis Pariſ. & M. Io. Sellarij Senior Canonicus & Theſaurarius noſtræ prædictæ Eccleſiæ Laudunenſis, qui pariter renunciauit, ſicut & prædicti, prouiſo quod omnes alij proceſſus & citationes qui emerſerunt & emergere poſſent in futurum, tam occaſione dictarum litterarum Regiarum impetratarum, quàm occaſione Henrici de Furno, & aliàs ponantur ad nihilum & annullentur, quodque occaſione præmiſſorum ipſe D. Theſaurarius non citetur, aut inquietetur in futurum, aliàs non. De quibus ſic dictis & factis ad approbationem præmiſſorum ipſi petierunt & eorum quilibet petijt præſentes litteras ſigno noſtri Notarij ſignari & ſigillo noſtro communiri. Datum in Capitulo noſtro, anno, menſe & die prædictis Tricquoti cum ſequentibus.

Hancce renunciationem non accepit Vniuerſitas ob conditiones appoſitas; itaque idem Capitulum poſtea amore pacis cum Vniuerſitate pure ſimpliciterque omnibus priuilegijs contra ipſius Iura impetratis paulo poſt renunciauit, vt patet ex hac chartula.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Capitulum Eccleſiæ Laudun. ad Rom. Eccl. nullo medio pertinentis Decanatu Vacante ſal. in Domino. Noueritis quod nos Ioan. Landas Archidiaconus Laudun. **Philippus de Longolio Archidiaconus Tranſchac, Io. Sellarij Theſaurarius**, Guil. Champ-Bodon Cantor, Ioan. Caſtellani, Nicol. Begart, Iac. Houuart, Michaël Flamigi, Guill. Pommetiau, Euſtachius de Meſnillo, Io. de Ianta, Theob. Geruin, Petrus Bouuin, Randulphus Caignart, Nicol. Ioſſe. Robertus Hutte, Io. de Lyart, Ioan. Roſier, Io. du Vallengler, Gerardus Behoris, Io. Bondifflart, Guill. Michiel, Guill. de Layens, Io. Villart, Io. Bocquet, Iac. Gillon, Petrus Rouſſelli, Mauricius de Rochefort, Io. Charlet, Iac. Vairon, Io. Fabri, Io. Arnulphi & Gobaudus de Anya, Canonici Laudun. in Capitulo noſtro congregati & Capitulum noſtrum facientes, *renunciauimus, & quilibet noſtrum renunciauit certis caſibus Nouitatis, ſeu Mandatis Regijs ab anno citra per nos impetratis, & etiam alijs impetrandis in præiudicium priuilegiorum noſtræ Matris Vniuerſitatis Pariſ.* In cuius rei teſtimonium ſigillum Capituli noſtri præſentibus litteris duximus apponendum. Datum in Capitulo noſtro Laudunenſi an. Domini 1449. die 9. menſis Ian.

Die autem 28. eiuſd. menſis habitis Comitijs Vniuerſitatis Inſtrumentum

prædictæ renunciationis lectum eſt publicè, & eo abunde ſatisfactum ſibi putauit Vniuerſitas, vt legitur in Actis diei.

1450. Anno 1450. Angli omnino è Normania expulſi ſunt, quibus ait Meyerus nihil feliciter in Gallia ſucceſſiſſe ex quo Ianam Puellam crudeli Iudicio flammis damnaſſent. Ob inſignem autem hanc victoriam Mandato Regis inſtitutæ ſunt in toto Orbe Gallico ſupplicationes. Inter cæteras autem maximè memorabilis fuit illa quam celebrauit Guillelmus Carterius Epiſcopus Pariſienſis ab Æde SS. Innocentium ad Baſilicam D. Mariæ, in quâ 12000. Pueri Impuberes à ſeptimo ad vndecimum ætatis annum, cereum accenſum ſinguli manu geſtantes, bini proceſſerunt.

Menſis Maij die 7. cum conueniſſet Vniuerſitas à Rectore conuocata, Beneficiandorum Catalogum, ſeu Rotulum conſcriptum claudi iuſſit, vetuitque deinceps vllos conſcribi & nominari qui non præſentes adeſſent: Rotulum autem illum ad Nuncios ſuos qui in Concilio Carnotenſi adhuc commorabantur, tranſmiſit.

Die 11. Iulij in Comitijs Centuriatis apud Bernardinos Rector expoſuit fuiſſe aliquos ex Suppoſitis & Officiarijs Vniuerſitatis incarceratos occaſione alicuius doni per Ciuitatem Pariſienſem Regi, ob recentem victoriam oblati, propterea quod impoſitam ſibi taxæ portionem perſoluere, iuxta priuilegia Academica detrectauerant. Igitur in hanc ſententiam à pluribus itum eſt, vt Rector ſuo & Vniuerſitatis nomine repoſceret Officiarios & Scholares Vniuerſitatis, & ni repræſentarentur & reſtituerentur, ceſſari placebat ab omni Officio Scholaſtico, tam occulto quàm manifeſto. Item placuit ad Epiſcopum Beluacenſem Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis ſcribi, vt Lutetiam venire vellet, aut, ni veniret, mitteret aliquem cum poteſtate Cenſuris illigandi eiuſmodi vexatores & deſtructores Priuilegiorum.

Præcipuum verò negotium fuit in luſtrandis Collegijs, ſtatutis relegendis ac recognoſcendis, rebuſque ipſorum diſponendis ad commodiorem reformationem quæ à Cardinale Tutavillæo paulo poſt facta eſt.

Die 18. Nouemb. facta electio Rectoris, quamobrem verò anticipatum fuerit tempus, non videmus. Inter Quatuoruiros autem oborta eſt diſcordia, ob æqualitatem ſuffragiorum. Franci enim & Picardi elegerunt M. Nicolaum Fraterni in Rectorem, reliqui duo M. Ioannem Canedy Scotum. Diſſidium diremit Antiquus Conclaue ingreſſus præſtito prius Iuramento *in manibus Procuratoris Franciæ*, vt legitur in Actis, & prædictum Fraterni in Rectorem renunciauit.

Die verò 17. Ian. huiuſce anni Vniuerſitas apud Mathurinenſes congregata audiuit relationem Oratorum qui ad Concilium Rothomagenſe miſſi fuerant pro tuitione & conſeruatione ſuorum priuilegiorum: ijſque gratias verbis egit ampliſſimis, quod res Academiæ propugnaſſent fortiter, eorumque acta rata habuit & probauit. Hi autem miſſi fuerant **MM. Guill. Eurardi, Petrus Maugier & Gaufridus Normani.**

In ijſdem Comitijs actum eſt de interceſſione, iampridem facta, ne Cadomi erigeretur Vniuerſitas. Item vt relegerentur veteres Rotuli, fieretque Codex membranaceus in quo omnium nominandorum nomina deſcriberentur. Eadem etiam Vniuerſitas Citatorijs modum adhibuit, néve ad quemlibet citandum & cauſam quamlibet ad Præpoſitum Pariſienſem vllus abuti poſſet Priuilegio Academico, ſtatuit vt ſi quis Citatorio, ſeu Mandato Præpoſiti indigeret, ſupplicaret prius apud Vniuerſitatem cauſamque ederet, & neceſſitatem impetrandarum eiuſmodi litterarum. Rogata quoque Vniuerſitas à Comite Dunenſi per litteras, vt quidam Rotomagenſes, qui propter contumaciam vrgente, ac inſtante ipſa excommunicati fuerant, relaxarentur; indulſit relaxatione ad mediam Quadrageſimam.

Die Mercurij 3. Febr. in Comitijs apud Dominicanos habitis concluſa eſt Apertio Rotuli Nominandorum. Item recitatæ ſlitteræ Vniuerſitatis Louanienſis, quæ petebat ſibi remitti quandam cauſam motam inter M.

Iacobum.... Suppoſitum Pariſienſis Vniuerſitatis & M.... Suppoſitum Studij Louanienſis. Quam in rem nominauit Vniuerſitas viros eximios, qui cum D. Rectore litem examinarent. Et illi tandem concluſerunt propter certas rationes non eſſe cauſam remittendam ad Louanienſes, ſed retinendam. 1450.

Die verò 9. eiuſdem menſis apud Mathurinenſes egit Vniuerſitas de mittendis Legatis Turonium qui Priuilegia ſua propugnarent apud Regem & Concilium quod ibi celebrabatur. Item de interceſſione ſua aduerſus Academiam Cadomenſem, cuius inſtitutionem & erectionem iam antè impedire conata fuerat. Item aduerſus Chartam Normanicam quæ contraria erat Priuilegijs Vniuerſitatis.

Quia verò pecuniarum penuria laborabant, tres Nationes, inter quas Gallicana potiſſimùm, exiſtimarunt non eſſe mittendam celebrem Legationem priuſquam audiretur ab Eleemoſynario Regis Vniuerſitatis amantiſſimo, quid rei faciendum foret. Nihilominus tamen quia Natio Normaniæ pollicita eſt ſe pecuniam daturam in rem Legationis, dum ſibi ſufficienter de reſtitutione caueretur, cæteræ Facultates cum ipſa concluſerunt eſſe mittendam.

Deinde lecti ſunt articuli nonnulli Reformationis, itemque Inſtructionum priuatarum qui tribus illis Nationibus, Gallicanæ, Picardicæ, Germanicæ non placuerunt, donec amplius examinati fuiſſent à Deputatis quos nominari volebant. Itaque à Concluſione prædictâ appellarunt *ad Vniuerſitatem ipſam melius congregandam.*

Hac appellatione ſpretâ, Rector nihilominus ad 11. Febr. edicit vt Procuratores adeſſent in Collegio Nauarrico, afferrent claues, intereſſentque ſigillationi Litterarum prædictæ Legationis, atque aliarum ad Regem & ad alios mittendarum. *Et quantum ad hoc*, inquit M. Petrus Rauelli Procurator Nationis Gall. in veteſto Codice, *licet magna arca Vniuerſitatis præfatæ fuerit aperta, vt affigeretur ſera venerandæ Nationis Almaniæ, cuius clauis fuerat perdita, tamen nihil fuit ſigillatum, nec permiſſum eſt extrahi paruum cofrum in quo reponitur magnum ſigillum dictæ Vniuerſitatis. Et hoc propter oppoſitionem & appellationem prædictarum Nationum Franciæ & Almaniæ factarum per earundem Procuratores. Et fuit ſic clauſa dicta arca Vniuerſitatis cum quinque clauibus Nationum & Rectoris. Tunc illâ die & horâ D. Rector dictæ Vniuerſitatis almæ præcepit mihi & alijs Procuratoribus per iuramentum, & ſub pœnâ leuandi ſeras & incurrendi punitionem, quod intereſſemus in dicto loco, & capellâ de Nauarra cum Decanis aliarum Facultatum, Procuratoribus & Deputatis horâ 3. poſt prandium, ad expediendum ea quæ forent expedienda & fienda. Et ideo feci conuocari per iuramentum notabiles Deputatos ſingularum Prouinciarum & ſingularum domorum in competenti numero apud Prædictum Collegium de Nauarrâ eadem die, horâ primâ poſt prandium ad conſulendum & prouidendum mihi quid eſſem facturus & reſponſurus ſuper hac re D. Rectori & Deputatis prædictis, propter illud præceptum mihi per eundem D. Rectorem factum & iniunctum. Ex quibus iuxta maturam deliberationem eorundem Deputatorum Nationis matris meæ fuit concluſum quod nullo modo conſentirem ad huiuſmodi expeditionem & ſigillationem, inconſultâ Natione ſolemniter congreganda ſuper his prædictis, & quod haberem requirere D. Rectorem & Deputatos ſuos quatenus ſuperſederent negotium hoc vſque ad craſtinam diem, & quod haberem copiam dictarum Inſtructionum & obligationum prædictarum, vt eidem Nationi matri meæ oſtenderem & per legerem in facie ciuſdem ſperando, quòd per hunc modum Natio præfata contentaretur. Et caſu quo ipſe D. Rector vellet me aliter rogare, vel adſtringere ad prædictam ſigillationem, vel ad inflictionem pœnæ, quod appellarem ab eo ad Vniuerſitatem.*

Id præſtitit Procurator Nationis Gallicanæ, obſtititque quominùs aliquid illa die ſigillo Vniuerſitatis muniretur. Et Rector ad craſtinam diem proximam eundem *citauit coram* Vniuerſitate ad dicendum *& allegandum cauſas oppoſitionis & appellationis.* Ille verò Nationem ſuam horâ 7. matutinâ diei Craſtinæ adeſſe iuſſam edocuit quæ geſta eſſent, legique iuſſit

1450. Inſtructionem Legatorum, Cautionem Nationis Normanicæ pro pecunijs quas mutuò dederat, aut dare ſpondebat. Petijt etiam quid fieri placeret in ea appellatione, ſeu Citatione Rectoris ad Vniuerſitatem. Quibus expoſitis & auditis, Natio nominauit M. Ioannem de Martigniaco ad exponendum cauſas appellationis & interceſſionis. *Qui*, vt habetur in prædicto Codice, *coram Vniuerſitate, hora & præfatam Ambaſſiatam non fore vtilem, nec neceſſariam, imò infructuoſam, tum propter occupationem Regiæ Majeſtatis, tum propter penuriam pecuniarum: & quia etiam non placebant eidem Nationi quidam articuli in his inſtructionibus poſiti, nec etiam placebat obligatio in formà quam continebat.* Re in medium poſita ad deliberandum, Tres Nationes, Galliæ, Picardiæ & Germaniæ in eandem ſententiam iuerunt. Tres Facultates ſuperiores cum Normania in contrariam; ſecundum quas vt pote ſecundum pluritatem concluſit Rector & iuſſit vt adeſſent Procuratores hora 3. poſt prandium in Collegio Nauarrico, vtque claues afferrent ad ſigillum ex arcâ extrahendum & ſigillandum. Sed propter eorum abſentiam ea die nihil adhuc fieri potuit.

Die 13. Feb. conuocatâ rurſus per Rectorem apud Mathurinenſes Vniuerſitate & re expoſitâ, tandem amicè tota controuerſia compoſita eſt, conſentientibus Facultatibus & Nationibus, vt emendarentur nonnulli articuli; vtque cum alijs Legatis mitteretur M. Gaufridus Normani: vt collectio pecuniæ alio modo fieret, neque ſumeretur à Normanis pecunia mutuò; ſed vt vocabant, per Burſam impoſitam omnibus, præſertim verò *Baccalarijs tam ſuperiorum Facultatum quàm Baccalarijs Facultatis Artium.*

Eodem anno Rector nomine Facultatis Artium, cum Abbate San-Genouefiano litem intendit Cancellario eiuſdem Domûs apud Curiam Parlamenti propter inſignia peccata in Examine admiſſa tum ab ipſo & Procancellario ſuo, tum ab Examinatoribus. Quibus euidenter probatis, Senatus in eorum locum ſubſtituit ad annum, alium Cancellarium, ſub-Cancellarium & alios Examinatores, quos Abbas præſentauit Facultati Artium.

De Cancellario Sanc-Genouefiano.

Verum Natio Gallicana in Comitijs die Veneris 5. Martij habitis omnino improbauit nouorum Examinatorum nominationem, nec Rectoris acta quoad hoc habere rata voluit, quòd exiſtimaret iniuriam factam fuiſſe Facultati Artium. Rem referam, vt ſcriptam reperio à M. Petro Rauelli Procuratore Nationis Gall.

1450. *Die Veneris*, inquit, *5. Martij eodem anno 1450. fuit Facultas Artium ſolemniter congregata per D. Rectorem apud S. Iulianum Pauperem ſuper duobus articulis. Quorum primus fuit ad audiendum nomina & cognomina aliquorum; ſcilicet M. noſtri, M. Nicolai Iuuenis in ſacra Pagina Profeſſoris qui fuit præſentatus ad Officium Cancellarij Tentaminis S. Genouefæ; & etiam Magiſtri noſtri M. Petri de Vaucello, etiam in ſacra Pagina Profeſſoris qui ſimiliter fuit præſentatus ad Officium Sub-Cancellariatus per eundem Reuerendum in Chriſto Patrem D. Abbatem S. Genouefæ: & etiam nomina & cognomina 4. aliorum Magiſtrorum qui fuerant ordinati per Curiam Parlamenti & deputati ad Tentamen Baccalariandorum in examine S. Genouefæ propter proceſſum pendentem in dicta Curia inter prædictum D. Abbatem & M. Philippum Anglici Religioſum eiuſdem loci S. Genouefæ & tunc Cancellarium examinis prædicti. Quos 4. Magiſtros, ſcilicet M. Antonium Vrſi pro Natione Franciæ, M. Iacobum de Boſco pro Natione Picardiæ, M. Ægidium Marie pro Natione Normaniæ & M. Walterum de Wernia pro Natione Almaniæ prædicta Curia deputabat & conſtituebat Tentatores eiuſdem Examinis prædicti vnà cum alijs 4. Tentatoribus antiquis ad reformationem antiqui examinis. Secundus Art. eſt communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs.*

Quantum ad primum Articulum, placuit Nationi Franciæ matri meæ, quod Præfatus M. Nicolaus Iuuenis præſentatus per D. Abbatem Præfatum ſecundum Ordinationem dictæ Curiæ habeat exercere dictum Officium Cancellarij pro

hoc anno, ſine præjudicio Statutorum Facultatis. Et ſimiliter placuit prædictæ Nationi matri meæ quod præfatus M. Petrus de Vaucello, item præſentatus, vt dictum eſt, etiam haberet exercere officium Sub-Cancellariatus eiuſdem examinis pro hoc anno. Sed non placuit, quod alij 4. prænominati per Electorem & præſentati per D. Abbatem prædictum ſecundùm Ordinationem Curiæ admittantur tanquam Tentatores, ſed ſolum tanquam aſſiſtentes. 1450.

Quantum ad 2. articulum M. Ioannes Normani ſupplicauit quod Facultas haberet diſcernere & dicere ſi fuerit de mente & conſenſu Magiſtrorum & totius Facultatis, quod D. Rector duceret proceſſum contra Tentatores antiquos, quorum ipſe M. Ioannes Normani erat vnus, & in Curia Parlamenti. Et ſi ad hoc negotium ipſa Facultas haberet D. Rectorem gratum, ratum & aduoatum. Super quo 2. articulo præfata Natio mater mea deliberauit & expreſsè dixit quòd non fuit de mente ſua, nec de conſenſu quod præfatus D. Rector procederet in Parlamento contra Tentatores præfatos. Et in hoc præſata Natio habuit ipſum D. Rectorem ingratum & inaduoatum. Et ſimiliter deliberauerunt & expreſsè dixerunt aliæ duæ Nationes, ſcilicet Normaniæ & Alemaniæ. Et vltra, prædictæ duæ Nationes Normaniæ & Almaniæ etiam deliberauerunt vniformiter ſicut fecerat Natio Franciæ mater mea, quòd caſu quod D. Rector non vellet concludere, & exprimere, ſeu proferre dictas deliberationes ſuas, quòd Ego tanquam Decanus & primus Procuratorum haberem concludere & exprimere, ſeu proferre deliberationes ſuas. *Supplicationibus quorum Ego compulſus & coactus per Nationem matrem meam annuerem prædictis ſupplicationibus præuiâ proteſtatione mea & promiſſione factâ à prædictis Nationibus in præſentiâ Notariorum duorum M. Guillelmi Nicolay ſcribæ Vniuerſitatis & M. Petri Boudic, quod haberent me in hoc defendere & obſeruare à quocunque intereſſe apud quemcunque, accipiendo huiuſmodi factum eſſe ſuum proprium factum. Sub tali tuitione, proteſtatione & promiſſione factis in abſentia D. Rectoris qui noluit concludere, & receſſit, concluſi in hunc modum, quod quantum ad primum articulum placebat Facultati recipere M. Nicol. Iuuenis & M. de Vaucello, vt prædictum eſt, ad officia prædicta pro hoc anno. Et ſimiliter placebat recipere alios nouos Tentatores ſecundùm Ordinationem Curiæ Parlamenti ſine præiudicio ſtatutorum Facultatis, depoſito quinto qui erat ſuſpectus, eò quòd morabatur in Pædagogio & habebat proprios Scholares ſub ſe; & quod Curia Parlamenti fuerat de illo minus bene informata. Et quantum ad 2. artic. concluſi conformiter ad deliberationem Nationis Franciæ matris meæ quod non fuit de mente Facultatis, nec de conſenſu quod D. Rector proceſſerit contra antiquos Tentatores: & in hoc Facultas habuit ipſum D. Rectorem ingratum, & inaduoatum.*

Die ſequenti, ſcilicet 6. Martij idem Rector Vniuerſitati quam conuocauerat, expoſuit ea quæ pridie geſta erant in Comitijs Facultatis Artium, deque ijs rebus deliberari iuſſit: an ſcilicet æquum foret quod pridie Facultas Artium decreuerat, cum præſertim quod ipſe egerat, id de conſilio egiſſet. Natio Gallicana perſtitit in ſua deliberatione & concluſionibus: **non item cæteræ; nec ſimiliter reliquæ Facultates,** quæ Acta Rectoris grata & rata ſe habere reſponderunt.

Die Veneris 2. Aprilis ante Paſcha Congregata apud S. Mathurinum Vniuerſitas per M. Iacobum de Gouda, tunc Rectorem audiuit relationem Legatorum ſuorum in Concilio Turonenſi, gratamque habuit eorum legationem. Lectæ ſunt quoque ibi litteræ Regiæ, quibus inter cætera monebatur Vniuerſitas, vt quamplurimos abuſus & prauas conſuetudines quæ irrepſerant, emendaret. Quibus lectis ſtatutum eſt in eam rem deinceps adhibitum iri diligentiam, quàm poſſet fieri, maximam.

Anno 1451. expulſis ex Aquitania Anglis extinctiſque factionibus quæ Gallicanum Orbem tandiu turbauerant, vbique feſti dies ludique celebrati; conuerſa ad preces Academia ſupplicationem inſtituit ſolemnem & extraordinariam ad D. Germani Autiſſiodorenſ. 19. Maij, *Pro exorando Altiſſimum pro vnione* S. Matris Eccleſiæ, proſperitate Regis Chriſtianiſſimi Karoli VII. ex nomine, Reginæ eius conſortis inclytiſſimæ, D. Delphini Principis famatiſsimi potiſsimè apud Exteros & Antiquos « 1451.

" hoſtes huius Regni glorioſi, DD. de Sanguine Regio, *& pro felici conduc-*
1451. " *tione Exercitus Regij ad partes Burdigalenſes*, pro augmentatione huius al-
" mæ matris in ſuppoſitis, *conſeruatione huius inclytæ vrbis & pro temperie aëris*
" *& multiplicatione bonorum terræ*. Hæc in Actis Nat. Gall.

In ijſdem legitur habitis die 23. eiuſdem menſis Comitijs apud Mathurinenſes expoſuiſſe Rectorem quod in Ditione Normanica Priuilegiorum Academicorum ratio nulla haberetur in ijs quæ pertinent ad Conſeruationem, ſeu ad Cauſas quæ ad Forum Conſeruationis Regiæ, aut Apoſtolicæ remitti debebant, carceribuſque manciparentur qui Citatorias litteras ſignificabant. Et circa materiam iſtam dictum fuit, vt ſi qui inter Turbatores eiuſmodi Priuilegij, Iurati eſſent, illi euocarentur audituri ſententiam aduerſus ſe tanquam aduerſus perjuros & infames ferendam; ſi verò non iurati, citarentur ad Curiam Conſeruationis, vtque ſi non poſſet haberi acceſſus liber & ſecurus ad locum ipſum in quo reſidebant, in vicino fieret denunciatio.

De Pergameno. Habitis quoque die 20. Iunij Comitijs Generalibus, expoſuit Rector Abbatem San-Dionyſiarum præter morem & conſuetudinem nouum quoddam ius ſibi arrogare voluiſſe paulò ante in recognoſcendo Pergameno Indictali, vnumque è Pergamenarijs Iuratis nomine Theodet, ſeu Thuaudet in ea re parum gnauiter ſe geſsiſſe. *Auditis autem tribus Decanis ſuper. Facultatum & 4. Procuratoribus*, placuit conſuli Patronos *& Conſiliarios Vniuerſitatis tam de Curia Parlamenti quàm de Curia Caſtelleti, & ſecundum conſilia eorum procedere contra Abbatè & Conuentum S. Dionyſij, qui neſcio quâ authoritate & contra vſum hactenus obſeruatum volunt viſitare Pergamenum in præiudicium Rectoriæ & Libertatis Vniuerſitatis*. Habuit. Theo-
" det Pergamenarium Iuratum contumacem, quia vocatus ad Congre-
" gationem, venire contempſit, & quia D. Rectori ſuiſque Deputatis
" viris inter cæteros Vniuerſitatis famatiſsimis irreuerenter locutus eſt, in
" præiudicium libertatis Rectoriæ & ipſius Vniuerſitatis, *eum ſuo Officio in*
" *perpetuum ſine vlla ſpe miſericordiæ priuauit; & vt cunctis pateat & cæteris cedat in exemplum, decreuit vt in Quadriuiis affigerentur ſcedulæ, in quibus euidentiſſimè notetur de periurio*. Tunc erat Rector M. Nicolaus Fraterni, cui die 23. eiuſdem menſis nempe quæ Vigilia erat Sacrat. Sacramenti & S. Ioannis quæ duo Feſta in vnum diem coinciderant, ſubſtitutus M. Thomas Rouſſelli, viringentis nominis & famæ. Et ille procedendum habuit contra Electum de Carentan in Normania qui miſſos ab Vniuerſitate & Conſeruatore ad ſignificandum litteras citatorias incarcerari iuſſerat, vt patet ex Actis diei 26. Aug.

Contra Minoritam Rothomagi Prædicantem. Die Mercurij 6. Octob in Comitijs Mathurinenſibus expoſuit Rector, quid rei molirentur Rothomagi Fratres Minores, legique iuſsit litteras Archiepiſcopi Rothom. quibus ſignificabat Vniuerſitati quàm periculoſum eſſet pati Minores arrogare ſibi poteſtatem Concionandi, ſeu, vt **aiunt, prædicandi in ſingulis Prouincijs, etiam ſine licentiâ Curionis, non** etiam ipſius Archiepiſcopi, petebatque vt Vniuerſitas vellet ſeſe huic cauſæ adiungere. Quod quidem illi vnanimiter conceſſum eſt. Interim ipſe Archiepiſcopus iuſsit obſeruari Minores ſuæ Metropoleos, & inter cæteros F. Bartholomæum, cuius nonnullas Propoſitiones nimis temerarias notari & exſcribi voluit, illaſque ad Vniuerſitatem miſit cum quibuſdam Inſtrumentis Inquiſitionis factæ in Prædicti Fratris Bartholomæi dicta & Aſſerta. In hanc rem igitur conuocata eſt à D. Rectore Vniuerſitas, & ab ea Statutum factum, vt infra patebit.

Interim vero F. Bartholomæus citatus adfuit, & donec Aſſertionum ſuarum rationem reddidiſſet, ei interdictum Licentiam proſequi. Sed tandem ille errores correxit, propoſitiones explicauit, ſeque apud matrem Vniuerſitatem planiſſimè excuſauit. Itaque in integrum reſtitutus eſt die 4. Decemb. vt ſcribit M. Ioannes de Martigniaco Procurator in vetuſto Codice Procuratorum Nationis Gall. his verbis.

1451. ABSOLVITVR A NATIONE GALL.

DIE 4. menſis Decemb. an. 1451. Vniuerſitate apud S. Mathurinum ſolemniter congregata ad audiendum quaſdam Informationes factas ex parte Reuerendi in Chriſto Patris D. Archiepiſcopi Rothomagenſis contra Reuerendum virum F. Ioannem Bartholomæi Ordinis FF. Minorum, occaſione quarundam propoſitionum prædicatarum per eundem Rothomagi. Vnde Prædictus Frater in licentia eius impediebatur. Super quo prædictis Informationibus & earum proſecutoribus auditis ſatis ad longum: audito præterea iam dicto Fratre ex aduerſo reſpondente, ſe excuſante & declarante prædictas propoſitiones fuiſſe per Eccleſiam deciſas. Et cum ſtarent cum Generali Statuto *Omnis vtriuſque ſexus*, per eas nunquam intenderat, ſed nec intendit derogare Iuri, poteſtati, ſeu authoritati Prælatorum, vel aliorum quorumcunque ſub Ordine Hierarchico conſtitutorum, vnde Parochiani ab Obedientia & reuerentia Curatorum, ſeu Prælatorum valerent abduci, imò potius, vt dicebat, eas propoſuit & proponit cum effectu ſemper inducere quatenus dicti Parochiani dictis ſuis Prælatis & Curatis obedientiam, reuerentiam & honorem curioſiùs exhiberent, ſingula iura ſoluendo.

Natio Franciæ veneranda concluſit, quod dictus Frater propter hoc nullatenùs erat impediendus, ſed recipiebat eius excuſationes, reſponſiones, & declarationes, repræſentans prædictas Informationes propter multa ſuſpectas, præſertim propter hoc quod dictæ propoſitiones prædicatæ fuerant in Quadrageſimâ anno Dom. 1450. cum gratia ſingulorum & ſignanter præfati Reuerendi in Chriſto Patris D. Archiepiſcopi Rothomagenſis, & dictæ Reformationes factæ fuerant in fine Auguſti & in Septembri & propter aliam occaſionem. Et propterea etiam quia omnes ibi Deponentes ſunt Beneficiati Curati, aut de familia præfati Reuerendi in Chriſto Patris Archiepiſcopi: Mihi ſingulariter iniungens quatenùs dictum Fratrem ex parte præfatæ venerandæ Nationis cæteris Nationibus, D. Decano Facultatis Theologiæ & D. Cancellario B. Mariæ ſpecialiter recommendarem: quod & feci vt potui, & ita Concluſi.

AMPLIATVR A PICARDICA.

Hæc fuit Sententia Nationis Gallicanæ, cui ferè conformis fuit concluſio Nationis Picardorum, vt legitur in Actis Nationis eiuſdem hoc modo. Tamen rem integram remiſit ad Facultatem Theol. & Decret.

ANNO Domini 1451. die 4. Decemb. fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas apud S. Mathurinum hora 8. de mane ſolemniter congregata, ad audiendum quaſdam Informationes factas ex parte Promotoris D. Archiepiſcopi Rothomagenſis contra & aduerſus quendam Fratrem Ioannem Bartholomæi Ordinis FF. Minorum. Expoſuit D. Rector qualiter præ dictus Frater nuperrimos ſermones in villâ Rothomagenſi & partibus circumvicinis fecerat, & in illis palam & publicè quaſdam Propoſitiones **fecerat, ſeu dixerat in præiudicium Curatorum** & virorum Eccleſiaſticorum, ac eorum iurium. *Puta quod Parochiani poſſunt liberè ſe Mendicantibus per Ordinarios admiſſis confiteri abſque Curatorum licentia & aliis eos abſoluere; nec prima peccata Mendicantibus confeſſa ipſis Curatis iterum confiteri*, prout tunc extitit latius lectum in Congregatione & contentum in Informatione. *Quare ex Conſilio Deputatorum, D. Cancellario Eccleſiæ Pariſ. ac Decano Facultatis Theol. inhibitiones fecerat dictus D. Rector ne eum ad gradum licentiæ in prædicta Facultate Theologiæ admitterent, donec & quouſque per amplius Vniuerſitas deliberaſſet & ordinaſſet & prædictum Fratrem audiuiſſet.* Qui perſonaliter comparens dixit nunquam velle & voluiſſe quicquam in præiudicium Curatorum dixiſſe & dicere. Sed cum quærebatur an ſemel in anno, obſtante quocunque priuilegio Parochiani ſuis Curatis teneantur confiteri iuſtâ cauſâ ceſſante, generaliter vt priùs, & non aliter voluit reſpondere. Et quantum ad iſtum articulum non eſt habita Concordia, ſed eius licentia, ſeu præſentatio facienda ad gradum quouſque impedita. Et hanc materiam remiſit Natio mater mea ad Facultates

1451. " Theologiæ prædictæ & Decretorum. Acta fuerunt hæc anno, menſe, die " & loco præallegatis, præſentibus venerabilibus viris DD. & M Roberto " de Landa, Io. Berthe, Nicolao Ruys, Reginaldo Cati, Andrea Waſ- " ſelin, Guill. Houppelande, Io. Cinis, & quampluribus alijs notabilibus " Magiſtris prædictæ Picardiæ Nationis, teſte meo ſigno Manuali hìc ap- " poſito. P. DAVBY.

Eadem fere fuit cæterarum Nationum & Facultatum quoque ipſarum ſententia. Itaque, Die 13. eiuſdem menſis iterum fuit Vniuerſitas congregata apud Math. ſuper materia & facto eiuſdem Fratris Bartholomæi & in aliàs deliberatis perſtiterunt Nationes & Facultates, vt idem de Martigniaco ſcribit.

Die 15 eiuſdem menſis Decembris cum à Rectore M. Clemente Parmentier conuocata fuiſſet Facultas Artium in San-Iulianenſem Ædem, Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. adſtitit, & conqueſtus eſt de multis abuſibus qui in eam Facultatem irrepſerant, ſupplicauitque vt ijs vellet ipſa Facultas remedium afferre; quâ de re ſic ſcribit M. Petrus de Martigniaco Procurator Nat. Gall.

CONTRA ABVSVS FESTORVM. " DIE 15. menſis Decemb. an. Domini 1451. congregata fuit Facultas " Artium veneranda apud S. Iulianum Pauperem ſuper duobus arti- " culis. 1. fuit ad audiendum aliqua proponenda per D. Cancellarium B. " Mariæ concernentia Statum Facultatis Artium ſupradictæ. 2. Fuit com- " munis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Ad quam Congregationem vo- " cati fuerunt & comparuerunt multi Magiſtri de ſingulis Facultatibus ſu- " periorum ſingularum Facultatum ad conſulendum. Quantum ad primum, " propoſitis per præfatum D. Cancellarium varijs inconuenientibus, abu- " ſibus, improperijs, & deformitatibus, quibus iam dictæ Facultatis honor, " ſeu fama vbilibet quamplurimùm denigratur, Tum quoad Doctrinam & " docendi modum in vico ſtraminis ex incuria & negligentia Magiſtrorum, " Tum quoad diſciplinam moralem & bonorum morum & honeſtæ con- " uerſationis compoſitionem ex prædictorum Magiſtrorum pernicioſa diſ- " ſimulatione. Quemadmodum conſtat de ſuperfluitatibus, vanitatibus, " diſſolutionibus & exceſſibus commiſſis in celebratione quorundam feſto- " rum. Et quantum ad iſtum vltimum articulum, Veneranda Natio Fran- " ciæ maturè & abſolutè concluſit, quod de cætero talia feſta fieri non " permitterentur cum minis, ſeu inſtrumentis altis, cum tapetis & breui- " bus, ſeu quibuſuis diſſolutis habitibus animum Scholarium diſtrahenti- " bus à profectu & inducentibus ad laſciuiam. Similiter & aliæ Nationes " idem conſuluerunt volentes vnanimiter quod hæc Concluſio redacta ſub " ſigillo D. Rectoris per vnum, vel duos ex Bedellis ad ſingulas domos & " Collegia, in quibus tenentur Pædagogia, de præcepto dicti D. Rectoris " ante inſtantia feſta diligenter tranſmittatur Principalibus dictarum do- " **morum, ſeu Collegiorum Magiſtris, omnibus ſuis Scholaribus in Aula** " propter hoc ad pulſam Campanæ vocatis in præſentiâ dictorum Bedel- " lorum per dictos Principales Magiſtros diſtrictiùs publicanda, ne ſub præ- " textu ignorantiæ, &c. ſubiungentes pœnam priuationis Magiſtrorum & " retardationis ſuorum Scholarium quorumcunque pertinacium, rebel- " lium ſeu Tranſgreſſorum. Quantum verò ad alium artic. & totalem Re- " formationem Facultatis, concluſit Natio, quod darentur notabiles De- " putati duo, vel tres qui cum D. Rectore, DD. Cancellarijs & Procura- " toribus aduiſarent, & inuenirent modum optimæ Reformationis, & ſi " eſſet opus, vocarentur de Superioribus Facultatibus ad conſulendum; & " quod articuli lecti per D. Cancellarium copiarentur & communicaren- " tur dictis Deputatis ad addendum, vel diminuendum, &c. Conſulit " præterea quod futurus Rector iuraret iſta proſequi, ſimiliter & Procu- " rator. Et ita concluſi.

Huc vſque pro agendis negotijs Vniuerſitatis ſolebat ſingulis Suppoſitis imponi Burſa, ſeu taxa maior aut minor, prout erant grauiora, aut leuiora

leuiora negotia. Quæ quidem Burſa, ſeu contribuendi neceſſitas ſæpè magnarum contentionum & diſſidiorum cauſa fuit: quia plerumque Facultates & Nationes ſe ſentiebant oppreſſas, aut ære alieno, aut eiuſmodi contributionibus ſingularibus. Sed hoc anno cum ageretur de mittendâ ſolemni legatione, nec Burſæ Receptor rationes ſuas reddere voluiſſet, de alia ratione inueniendæ pecuniæ initum eſt conſilium. Scilicet vt quælibet Facultas & quælibet Natio ſuum legatum proprijs impenſis aleret & muneraretur, impoſitâ ſingulis qui deinceps reciperentur, ſeu admitterentur in gremium Vniuerſitatis, taxâ certâ & determinatâ. Hancque Natio Gallicana rationem inuenit, vt teſtatur M. Io. de Martignia-co in vetuſto Codice Nationis. 1451. NOVVM GENVS CONTRIBVTIONIS.

DIE, *inquit*, 29. menſis Decemb. an. 1451. Vniuerſitate apud S. Mathurinum ſolemniter congregata, &c. Et quoad modum habendi pecunias pro agendis Vniuerſitatis, Natio ex tunc aduiſauit alium modum quàm per Impoſitionem Burſæ, videlicet quod quælibet Facultas & Natio ſuo prouideret Ambaxiatori, vel quod fieret theſaurus communis. Hoc modo videlicet, quod quilibet nouiter veniens volens iurare, volens prætentis priuilegijs, immunitatibus atque libertatibus Vniuerſitatis gaudere, in ſuâ intronizatione ſoluat vnum ſcutum tam diues quàm pauper, aut quilibet ſecundùm qualitatem & exigentiam ſui ſtatus, Nobilis videlicet, Abbas, Prælatus & quilibet in quacumque dignitate conſtitutus vnum nobile Aureum; Mediocris vnum Scutum, Inferior ſiue pauper medium ſcutum; & quod tales compellerentur iurare, antequàm reputarentur Pariſius pro promotione tempus acquirere, ſicut fit in alijs Vniuerſitatibus, Andegauenſi, Aurelianenſi, Colonienſi, Louanienſi; & de hoc fieret Edictum commune ſingulis menſibus per Vniuerſitatem tam in ſermonibus, lectionibus, & alijs actibus quàm ſcripto vbilibet publicandum.

Die 5. menſis Ianuarij Natio Gallicana eodem Procuratore edixit in hunc modum.

EDICTVM PRO BVRSA.

NOVERINT Vniuerſi quod anno Domini 1451. die 5. menſis Ianuarij veneranda Franciæ Natio apud S. Mathurinum ſuper nonnullis Agenda eiuſdem Nationis concernentibus ſolemniter congregata, ſinguliſque ipſius Nationis Prouincijs ad deliberandum more ſolito retractis ad partem, inter cætera per prædictam concordi fuit omnium deliberatione concluſum ad obuiandum graui pauperum Scholarium oppreſſioni. Et præterea ad euitandum iam dictæ Nationis & Iuratoris eius diu continuatum tributum in ſolutione Burſæ 4. ſolidorum Pariſienſium, quod dicta 4. ſolidorum Pariſienſium Burſa ceſſaret, & curſum de cætero non haberet, quinimo ex tunc dictam 4. ſolidorum Pariſ. Burſam **quaſſauit, reuocauit penitùs & annulauit**, prout quaſſat, reuocat & annullat. Voluit, vultque dicta Natio per alium modum iam aduiſatum, aut ſi opus eſt, aduiſandum in Facultate & Vniuerſitate, loco & tempore congruis declarandum pro agendis & proſequendis prædictorum Vniuerſitatis, Facultatis & Nationis de pecunijs prouidere. QVAPROPTER NOS IOANNES de Martigniaco præfatæ venerandæ Nationis PROCVRATOR VOBIS OMNIBVS MAGISTRIS, SCHOLARIBVS, & Suppoſitis tam Iuratis quàm non Iuratis Nationis præfatæ præcipimus & diſtrictè mandamus quatenus huic Concluſioni pareatis, & veſtros parere diligenter & cum effectu faciatis ſub pœnâ perpetuæ priuationis cuiuſlibet veſtrum delinquentis. Datum Pariſius apud S. Mathurinum ſub ſigillo Procuratoriæ Nationis præfatæ. Anno, menſe, die quibus ſupra.

Anno 1452. facta eſt memorabilis illa Pariſienſis Vniuerſitatis Reformatio à Guill. Cardinale **Tutavilleo**, quam ſuperioribus annis tentatam & inchoatam abſoluerunt hoc anno Clariſſimi Proceres Academici ex ſingulis Facultatibus & Nationibus huic rei præpoſiti. Abſolutam verò, 1452.

lectam & relectam, approbatamque ab ipſa Vniuerſitate, confirmauit
1452. prædictus Cardinalis cum Quadrigario Epiſcopo Pariſ. & alijs Commiſſarijs Regijs, dieque 1. Iunij ſigillo ſuo roborauit. Eſt autem talis.

Reformatio Vniuerſitatis Pariſienſis facta à Cardinale Tutavilleo anno Domini 1452.

" GVILLELMVS miſeratione diuina tituli S. Martini in Montibus ſacro
" ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, de Eſtouteuilla vul-
" gariter nuncupatus, in Regno Franciæ ſinguliſque Galliarum Prouincijs
" Apoſtolicæ Sedis Legatus. Maiores noſtri, ſummi illi priſcique Philo-
" ſophi maximam edendis conſcribendiſque legibus operam, ac ſtudium
" impenderunt; exiſtimantes nullam Vrbem, nullum hominum cœtum,
" nullam denique benè viuendi rationem poſſe ſubſiſtere, niſi æquis legi-
" bus ac ſalubribus inſtitutis conſtituta firmataque ſit. Quippe cùm lex,
" ratio ſumma ſit inſita à natura quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohi-
" betque contraria; quod ſine authoritate cuiuſquam, ſatis experientia
" magiſtra rerum edocuit. Conſtat namque maximas Reſpublicas, ac ciui-
" tates legum obſeruantiâ floruiſſe, tranſgreſſione verò penitùs decidiſſe.
" Sed cùm omnibus legum inſtitutio atque obſeruatio ſit neceſſaria, qui
" vitam honeſtam ingredi cogitant, nullis tamen expeditior aut decentior
" eſſe videtur, quàm doctis ac litteratis viris, qui ſtudio ſapientiæ & virtu-
" tis incumbunt; omnibus ſcilicet qui abiectis illecebris, bonis artibus at-
" que optimis diſciplinis ſe ſe tradiderunt. Hos enim cùm oporteat cæte-
" ris moribus & vita præire, & alijs rectè viuendi lumen oſtendere, ipſi ſe
" primùm inſtitutis legibuſque cohibeant neceſſe eſt. *Legem enim*, vt Cicero
" inquit, *vitiorum emendatricem eſſe oportet, commendatricemque virtutum, vt
" ab ea bene viuendi ratio ducatur.* Quæ alma Pariſienſis Vniuerſitas ſapien-
" ter ac diligenter attendit; quæ quanquam priſcis temporibus ſaluberri-
" mis inſtitutis ac legibus *diutiſſimè* recta & gubernata fuerit; tamen vel
" bellicis cladibus, quæ tam Vrbem quàm doctos & ſtudioſos homines di-
" ſtraxerunt, vel hominum arrogatâ licentiâ, ab illa Scholaſtica diſciplina
" ac viuendi inſtitutione aliquantulum declinaſſe videbatur, ſenſimque ad
" id deuentum fuerat, vt viri Scholaſtici priſcas illas & honeſtiſſimas inſti-
" tutiones, aut de conſuetudine pro abrogatis haberent, aut illas temerè
" violarent, aut, quod grauius erat, earum plurimis vt priuilegijs atque
" indultis abuterentur. Quæ clari ac docti viri indignè ferentes, ex aduen-
" tu noſtro ad hanc Florentiſſimam Pariſienſem Vrbem, omnia in meliùs
" reformari poſſe ſperauerunt; eamque ſpem nobis etiam certis indicijs,
" ac votis ſignificauerunt. Quam quidem ſpem honeſtiſſimam eſſe putantes,
" adiuuandam atque ad effectum deducendam eſſe cenſuimus: attenden-
" tes ad id nos iure Legationis adſtringi, vt hominum vitam ac mores in
" melius reformemus, vt miniſterium illud impleamus, quod Legatis in-
" cumbere propheticus ſermo declarat; vt ſcilicet euellant & diſſipent,
" ædificent & plantent. Et cùm omnibus prouidere & proſpicere iniunctum
" nos coarctet officium; eis tamen ſpecialiùs intendere, inuigilare, conſu-
" lereque debemus, quorum aliquando præceptis ac diſciplinis imbuti con-
" firmatique fuimus: Nam cùm *in ipſa alma Vniuerſitate in minoribus annis
" ſtudentes fuiſſemus, & ab illa quantulamcumque diſciplinam ac doctrinam, & in
" Artibus Magiſtratus honorem acceperimus, debemus vtique diuinitùs nobis col-
" latæ induſtriæ fructum rependere ijs à quibus illam accepimus*; reminiſcentes
" inſuper nobis à Sede Apoſtolica, & à SS. D.N. Nicolao diuinâ proui-
" dentiâ Papa V. ex cuius latere licet immeriti ſumus emiſſi, id ſpecialiter
" fuiſſe commiſſum, vt Studia, Collegia, Capitula, atque Vniuerſitates
" viſitaremus ac reformaremus Statuta, & noua condendo & vetera corri-
" gendo, ad ipſam reformationem faciendam omnem operam curamque
" conuertimus. Et quoniam Legiſlatorem in ipſa legum conſtitutione an-
" te omnia conſiderare decet, vt Canonis teſtatur authoritas, quòd iuſta

& honeſta ſit lex, vt patriæ, loco, temporique conueniens, vtilis vel ne- "
ceſſaria, & id præmeditari oportet, antequam ſanciat: quoniam, *cùm ſe-* " 1452.
mel fuerint inſtitutæ & firmatæ leges, non licebit, vt beatus Auguſtinus ait, "
iam amplius de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas. Idcirco vt clariùs & com- "
modiùs proſpicere & conſiderare poſſemus quæ reformanda, aut immu- "
tanda viderentur, veterum Statutorum ſingularum Facultatum volumi- "
na curiosè, ac diligenter euoluimus atque perlegimus; præſertim autem "
aliqua *reformationum ſtatuta, quæ quondam bonæ memoriæ Reuerendiſſimi in* "
Chriſto Patres Ioannes S. Marci, & Ægidius S. Martini in Montibus Pres- "
byteri Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legati exactiſſimè ediderunt, cæteraque "
omnia quæ ad rem pertinere videbantur, ſtudiosè ac diligenter attendi- "
mus. Conſiderantes autem, quòd iuxta Apoſtoli ſententiam, non ſumus "
ſufficientes ex nobis aliquid cogitare, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, "
ipſius ſummi Legiſlatoris optimique Parentis præſidium inuocauimus, ex "
cuius vultu iuſtum prodit iudicium, & per quem legum conditores iuſta "
decernunt, illiuſque ope freti quaſdam Reformationes, Decreta & Le- "
ges edidimus, ſolliciteque curauimus id in illis contineri, quod in Legi- "
bus canonica ſanctorum Patrum inſtituta requirunt; *vt ſcilicet Religioni* "
congruant, rationi conſentiant, diſciplinæ conueniant & ſaluti proficiant. Et "
quoniam ex omnibus Artibus ac Facultatibus, Theologia vna eſt quæ "
ci ca rerum diuinarum & omnipotentis Dei cognitionem contemplatio- "
nemque verſatur, ritè ab illa & eius Profeſſoribus ſumemus exordium. "

Reformatio Facultatis Theologiæ.

QVàm graues moribus & vita integros eſſe deceat illos, qui hanc di- "
uinam ſapientiam omnium doctrinarum dominam Reginamque vir- "
tutum Theologiam profitentur, ipſius ſapientiæ præcipuus & peculiaris "
fructus manifeſtat. Ex alijs enim Artibus & diſciplinis cùm fauor, laus, "
aut gratia humana requiratur, ex hac vna mirabilis & præcellens fructus "
exoritur, vt Deum Creatorem noſtrum cognoſcamus, cognitum ame- "
mus, & amato fruamur. Quocirca totius Religionis, continentiæ atque "
virtutis ſtola, Profeſſores illius debent ſe ſe contegere, vt ad cœnam "
ſummi Regis ſecuri procedant; Ne iuxta Dominicam parabolam, aliena "
veſte, leuitate ſcilicet & ſcurrilitate ſordidi inter diſcumbentes agniti, "
iure merito repellantur. Cupientes igitur decori & grauitati Facultatis "
opportunè prouidere; *Ad cuius gradus & honores prouehi non debent niſi græ-* "
ui & moribus commendabiles viri, ſtatuimus & ordinamus, vt Scholares, "
etiam Magiſtri in Artibus non admittantur ad primum curſum Theolo- "
giæ, ſi rixas aut clamores inſolentes in ſuis *Nationibus* excitare aut aliàs "
diſſoluti, vagabundi aut malæ conuerſationis eſſe dicantur, & ſuper eo "
ſint notoriè diffamati. **Item cùm maximè deceat Theologos Sapientiæ** "
diuinæ Profeſſores, iuxta Apoſtolum ab omnibus comeſſationibus & "
ebrietatibus abſtinere, ne iuxta verbum Saluatoris lumen, quod in eis "
eſt præclaræ doctrinæ, tenebræ ſint exemplo turpitudinis & vitæ inho- "
neſtæ. Hinc eſt quòd eorum honeſtati conſulere cupientes, ſtatuimus "
& ordinamus diſtrictiùs inhibentes Magiſtris eiuſdem Facultatis, ne Bac- "
calarios eiuſdem Facultatis, prætextu cuiuſcumque Actus Scholaſtici "
compellant verbo vel facto, aut quouis alio quæſito modo, ad prandia "
ſeu conuiuia facienda, non obſtante quacumque conſuetudine, imò ve- "
riùs corruptelâ; Quin potius moneantur per ipſos Magiſtros Baccalarij, "
prout & eos monemus, ne occaſione prædictorum Actuum faciant ſum- "
ptus immoderatos, ſed ab ijs abſtineant potius; cùm cedant in prædictæ "
Facultatis non modicum dedecus, & grauamen ipſorum ſtudentium. Si "
qui autem circa prædicta prandia excedant, contra hanc noſtram ordi- "
nationem & prohibitionem venientes, per Cancellarium, ad quem ſpe- "
ctat ipſos Baccalarios promouere, authoritate Apoſtolica compeſcantur "
& reprimantur de conſilio Magiſtrorum Facultatis. "

1452. „ Item non liceat quoquo modo Baccalario, ſeu Baccalarijs Curſoribus, „ vel Formatis accedere, aut in publicum prodire ad communes Congre- „ gationes Vniuerſitatis cum tunica curta, aut deſuper ſuccincta, ſed cum „ veſte honeſta & decenti, talari & clauſa atque diſcincta, ſimiliter cum „ caputio honeſto & decenti ac breui corneta, abſque farcitura, ſeu burre- „ leto ad modum Armigerorum vel haſtricorum, nec habeant ſolatures ro- „ ſtratos, aut aliàs inhoneſtos; ſtatuentes generaliter, vt in omni inceſſu, „ geſtu, victu, veſtitu omnimoda ſeruetur honeſtas, & Scholaſtica reſ- „ pondeat diſciplina, volentes diſſolutiùs ſe gerentes in prædictis grauiter „ coërceri.

„ Item ſtatuimus & ordinamus conformiter ad antedicta Statuta, quòd „ Baccalarius, ſiue ſit Curſor, ſiue Formatus, aut etiam Licentiatus, ſi vo- „ catus fuerit ad Facultatem, aut etiam ſi præſente Facultate loqui, aut „ aliquid dicere, ſeu proponere debeat in Vniuerſitate, accedat cum epi- „ togio, vel cappa ſi fuerit Formatus, provt antiquitus extitit obſerua- „ tum, aliàs per Facultatem puniatur.

„ Item circa Congregationes Magiſtrorum Facultatis ſtatuimus & ordi- „ namus, quòd de cætero celebrentur grauiter & honeſtè ſecundùm con- „ decentiam Facultatis; quòdque fiant deliberationes Magiſtrorum ordi- „ natè & cum omni pace, nec vnus votum alterius interrumpat, ſed ſuæ ſeſ- „ ſionis ordinem quiſque expectet ad loquendum. Quòd ſi contingat ali- „ quem Magiſtrorum ſuæ grauitatis oblitum temerè prorumpere ad alte- „ rius contumeliam vel iniuriam, cæteri Magiſtri talem ſic blaſphemum, „ vel iniurioſum à ſuo repellant conſortio, donec ſatisfecerit parti læſæ „ ad arbitrium Facultatis, nec ad congregationes admittatur, donec iniu- „ riam paſſo conciliatus illi etiam pro iniuria ſatifecerit.

„ Item ſtatuimus & ordinamus, *antiqua illa Statuta* innouantes, quoad „ Scholares, qui nouiter incipiunt audire Theologiam, vt quatuor primis „ annis portent, vel portari faciant ad Scholas Biblici *Bibliam*, & qui au- „ diunt Sententias *librum Sententiarum*, provt in *Reformatione & ſtatutis an- „ tiquis habetur.*

„ Item addendo ad prædicta, ſtatuimus & ordinamus authoritate Apo- „ ſtolica circa prædictos Scholares, quòd priuſquam admittantur Schola- „ res in Theologia ad Baccalariatum, fidem faciant in Facultate, quòd per „ tempus ſtatutum frequentauerint lectiones Biblicorum & legentium „ Sententias; & hoc per ſcedulas Biblicorum & Baccalariorum, ſub qui- „ bus *Bibliam & Sententias* audiuerint vna cum iuramento & teſtibus, provt „ eſt de more Facultatis.

„ Item innouamus Statutum de quinque annis ante primum curſum; & „ quoad ſextum annum additum per Statutum Facultatis, non diſpenſetur „ faciliter aut paſſim, ſed occurrente materia, ex bona & ſufficienti cauſa „ ad arbitrium maioris partis Facultatis ſuper hoc ſpecialiter conuocatæ. „ Per hoc autem non intendimus conſuetudinibus obſeruatis hactenus Re- „ ligioſorum Mendicantium & aliorum priuilegiatorum pro Baccalarijs ad „ lecturas Sententiarum & Bibliæ, aut curſum præſentandis per ſuum Or- „ dinem, & quibus hactenus pacificè vſi ſunt, in aliquo derogare.

„ Item circa Statutum, quòd quilibet Curſor ante lecturam Sententia- „ rum reſpondeat ſemel adminus, ſtatuimus & ordinamus, quòd quilibet „ Baccalarius Curſor qui debet reſpondere de Quæſtione Tentatiua, ſup- „ plicet pro Magiſtro in Facultate, nec procuret ſibi directè vel indirectè „ per ſe, vel per alium ſibi dari Magiſtrum ad votum ſuum, ſed liberè per „ Magiſtros eligatur, qui ſit alterius Domus, Nationis & Collegij ſecun- „ dùm Statutum Facultatis ſuper hoc editum.

„ Statuimus quod iuxta morem antiquitus obſeruatum in hoc Studio, „ quilibet Ordo quatuor Mendicantium & Collegium S. Bernardi omninò „ & abſque vllo defectu habeat Baccalarium Biblicum, qui ordinariè ſe- „ cundùm Statuta ſua habeat legere *Bibliam* regulariter & abſque inter- „ ruptione per tempus ſtatutũ & horâ conſuetâ: alioquin ſi quis Ordinum,

aut Collegij prædictorum dare, aut præſentare neglexerit Biblicum, " priuetur pro anno illo Baccalario Sententiarum in ſuis Scholis. Si verò " 1452.
Biblicus præſentatus & receptus in ſua lectura defecit, ad lecturam Sen- "
tentiarum poſtmodùm non recipiatur quoquo modo. "

Statutum illud quod in reformatione prædicta reperimus, quòd nul- "
lus legens Sententias legat Quæſtionem ſuam, aut Principium per qua- "
ternionem, aut aliàs in ſcriptis, &c. moderandum cenſemus; Cùm huiuſ- "
modi lectiones ad profectum Studentium & Auditorum ex rationabili "
cauſa ſint introductæ, ita faciendæ ſunt, vt eo exerceantur modo & or- "
dine, quo magis ad finem ſtudij proficere comperiuntur. Igitur quia ex "
virorum Doctorum & fide dignorum relatione didicimus fore magis cer- "
tum, & ad Auditorum eruditionem vtilius, ac ſecurius in hac Facultа- "
te, ſi Baccalarius bonas & vtiles lectiones in quaternione faciat & legat, "
quàm ſi ſola mente illas tenendo pronunciet; cùm memoria hominum "
labilis, maximè circa ſubtiles Theologiæ materias plerumque deficiat; "
præfatum Statutum declarando ſtatuimus, vt ſi quis Baccalarius ſuum "
Principium, aut Sententias legere per Magiſtros fuerit admiſſus, poſſit "
in quaternione legere; tali tamen conditione, & non aliàs, vt ſibi non "
liceat legere in codice alieno, nec lectionem tranſcriptam à præceden- "
tium Baccalariorum lectura de verbo ad verbum tranſcriptam facere ſeu "
legere, ſed elaborato ſtudio ipſe Baccalarius componat ſuas lectiones "
per ſe ipſum iuxta capacitatem ſui intellectus, ſcribendo vel dictando "
ex proprio ſtudio & labore, cum perquiſitione ac reuolutione librorum "
& voluminum, quos ſubſeruire ſibi videbit; alioquin talis lectura non il- "
li proficiat quoquo modo ad gradum; ſuper quo fiat diligens inquiſitio "
per Decanum Facultatis & vnum Magiſtrum ad hoc ſpecialiter depu- "
tandos per Facultatem. "

Item ordinamus & ſtatuimus quod Sermones & Reſponſiones quos ex "
ſtatutis prælibatis facere tenentur dicti Baccalarij tam Curſores quàm "
Formati, & etiam Magiſtri, nullatenus per eos omittantur. Specialiter "
autem de Sermonibus & Collationibus ita duximus ſtatuendum, vt om- "
ni excuſatione ceſſante, præterquam ægritudine aliqua præpediente, "
fiant Sermones tam Magiſtrales quam alij ſecundùm morem antiquum "
laudabilem: alioquin ſi Magiſter Sermonem ſibi aſſignatum neglexerit & "
omiſerit, Regentiâ illius anni, & Baccalarius vno Iubilæo abſque rela- "
xatione priuetur; & hoc Statutum authoritate Apoſtolica diſtrictiùs ob- "
ſeruari mandamus ſub pœna periurij, quam tranſgreſſores Magiſtri, ſeu "
Baccalarij, ſeu etiam diſſimulantes illud obſeruare ipſo facto incurrant. "

Item ſtatuimus circa lectiones Magiſtrorum, quatenus legant ad minus "
de quindecim diebus in quindecim dies, provt antiquitus extitit con- "
ſuetum; niſi hoc impediat frequentia & multitudo Actuum Scholaſtico- "
rum Facultatis; quicquid ſit, tamen non differatur lectio Magiſtrorum "
vltra tres ſeptimanas. "

Statuimus circa Bidellos Facultatis Theologiæ, vt compareant in Acti- "
bus Facultatis in habitu decenti; & ſpecialiter ordinamus vt maior Bi- "
dellus habeat epitogium cum capitio foderato in Actibus ſolemnibus, "
provt ante iſta tempora fuit obſeruatum ad honorem Facultatis. Cætera "
autem Statuta tam Apoſtolica quàm etiam per Facultatem facta, eaque "
nominatim, quæ exquiſito ſtudio ad reformationem edita ſunt à bonæ "
memoriæ Reuerendiſſimis Patribus DD. Ioanne S. Marci, & Ægidio "
tituli S. Martini in Montibus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Apo- "
ſtolicæ Sedis Legatis, dummodo noſtris ſupraſcriptis non repugnent in- "
ſtitutis, laudamus, approbamus & authoritate Apoſtolica roboramus. "
Contraria verò ſupradictis noſtris reformationum Statutis, eadem au- "
thoritate penitus quaſſamus, abrogamus & abolemus. Volumus autem "
& diſtrictè præcipimus ſupra ſcripta noſtra Reformationum Statuta in "
libris Statutorum Facultatis ad perpetuam memoriam inſeri & annota- "
ri, vt eò firmiùs obſeruentur, quo ſæpius fuerint memoriæ repetita; "

» mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, ea Statuta per ſingulos annos
» in principijs Ordinariorum publicari.

1452.

Reformatio Facultatis Decretorum.

» POſt Theologiæ Facultatem ſtudium Decretorum in alma hac Pari-
» ſienſi Vniuerſitate vigere ac florere proſpeximus; cuius quidem Fa-
» cultatis honori ac decori conſulere, & eorum Mores atque Statuta re-
» formare æquum & neceſſarium duximus. Eius enim Facultatis Profeſſo-
» res moderatiſſimos eſſe decet, cùm Iuri operam dent, quod teſte Iuriſ-
» conſulto eſt ars boni & æqui, cuius eos meritò quis Sacerdotes appellat
» Taliter ergo vita & moribus eos ſe gerere oportet, vt dignè tam præcla-
» rum nomen videantur eſſe ſortiti, præſertim cùm hoc alijs impetrent at-
» que præcipiant. Iuris enim illa præcepta notiſſima ſunt, *honeſtè viuere, al-*
» *terum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere.* Igitur circa dictam Decreto-
» rum Facultatem reformanda & ſtatuenda videntur quæ ſequuntur.
» Multorum abuſum reformare volentes, qui re & nomine ſe Scholares
» profitentur, vt priuilegia & immunitates aſſequantur. Qui tamen nec
» Scholas frequentant, nec de Scholaſtica diſciplina quicquam oſtendunt:
» Cùm ijs tantùm priuilegia concedantur qui verè ſtudijs & diſciplinis in-
» cumbunt; nec præmia non niſi legitimè decertantibus debeantur; re-
» nouamus vetus Statutum; & id authoritate Apoſtolica approbantes de-
» cernimus neminem de cætero cenſendum eſſe Scholarem Facultatis De-
» cretorum, vt priuilegijs Vniuerſitatis immunitatibuſque fruatur, niſi ter
» aut bis ad minus per ſingulas hebdomadas Legentium de mane Scholas
» frequentauerit, & more Scholarium lectiones audierit. Vt autem hoc
» nulla poſſit tergiuerſatione celari, *prohibemus ne Rector Vniuerſitatis pro*
» *tempore, cuiquam literam teſtimonialem det, quà declaret ipſum eſſe Scholarem,*
» *& vt vulgò dicunt, ſuper Scholaria ſcedulam tradat aut ſigillet; niſi illi per ſce-*
» *dulam ſui Legentis de mane, de audientia frequentiaque Scholarum præmiſſis*
» *ſibi conſtiterit vnà cum ſcedula ſui Doctoris.* Circa Licentiatos tamen conti-
» nuam in Vniuerſitate Pariſienſi moram trahentes & Baccalarios ter ad
» minus in hebdomada legentes, quos conſtat priuilegijs gaudere debere;
» Cùm *gradus & reſidentia* ſatis apertum afferant teſtimonium, volumus
» ſcedulam ipſorum Doctorum illis ad priuilegia aſſequenda & retinenda
» ſufficere. Interdicimus tamen diſtrictè ipſis Legentibus de mane, atque
» Doctoribus, ne pro huiuſmodi traditione ſcedularum teſtimonialium à
» Scholaribus aliquid exigant aut recipiant, ſub excommunicationis &
» periurij pœnis: Ne quod ad prouiſionem conſtituimus, ad quæſtum re-
» feratur. *Et ne paſſim ſcedulæ à Doctoribus concedantur, & vt omnia clariùs or-*
» *dinatiúſque procedant, inhibemus quoque ipſis Doctoribus, ne ſcedulas ad Bac-*
» *calariatum volentibus promoueri concedant, niſi priùs eis litteræ Legentium ex-*
» *hibeantur de prædicta frequentatione Scholarum, & ſedulitate lectionum teſti-*
» *monium perhibentes. Mandamus autem, ne quiſquam prætendere poſſit igno-*
» *rantiam, hoc ſaluberrimum Statutum noſtrum per annos ſingulos in principijs Or-*
» *dinariorum publicari.*
» Item ſtatuimus & ordinamus, quòd ipſi Baccalarij loca inhoneſta fugiãt:
» & habitus deferant honeſtos & talares veſtes non gorgiatas ſiue apertas, &
» ex toto in parte anteriori fiſſas, neque etiam in ſuperiori parte fiſſas, vel in
» colaribus apertas, neque ſotulares roſtratos, neque capitia cum burre-
» letis, aut indumentis gibbum ſupra ſpatulam habentibus vtantur, aut alijs
» diſſolutis veſtibus. Quòd ſi in tali indecenti habitu deprehenſi, & à De-
» cano Facultatis ad quem volumus huius rei curam pertinere, tertiò com-
» moniti non reſipuerint, ipſo iure ab omnibus Vniuerſitatis priuilegijs,
» honoribus, immunitatibus cenſeantur eſſe priuati.
» Statuimus & ordinamus, quòd omnes & ſinguli Doctores Facultatis
» Decretorum teneantur legere & continuare ſuas lectiones ſecundùm an-
» antiqua ipſius Facultatis Statuta; ita tamen quòd vltra quindecim dies

nullatenus eorum lectiones differantur. Et ne Lectio matutinalis ipſius Facultatis impediatur, præfati Doctores in pulſu Primæ Eccleſiæ Pariſienſis ſuas Scholas intrabunt lecturi bene & condecenter per horam, vt antiquitùs fieri ſolitum erat, aliàs minime Regens contra faciens reputetur. 1452.

Item vt Lectio matutinalis, quæ ab antiquo vſque ad moderna tempora refloruit, in melius reformetur, ſtatuimus vt omnes & ſinguli de mane Legentes, lectionem ipſam bene mane in horâ Statutis expreſsâ habeant inchoare, eam vſque ad pulſum horæ Primæ in Eccleſia Pariſienſi benè & fructuosè continuando & finiendo.

Item quia profectus ſtudentium in auditione Lectionum potiſſimè conſiſtit, ſtatuimus vt nullus ad Baccalariatum admittatur, niſi dictam Lectionem matutinalem audierit, vt præfertur, debitè & continuè per tempus in Statutis expreſſum vnà cum proprij lectione Doctoris, nec poſſit ſuper hoc per Facultatem diſpenſari.

Item quia ſæpiſſimè *fraudes* in prædictis committuntur, & plerumque minimè Legentes pro Legentibus reputantur & è contrà, ſtatuimus vt ſuper informatione circa tales Baccalarios facienda duo Doctores per Facultatem deputentur, qui ſuper hoc fidele perhibebunt teſtimonium veritati.

Item quia plerumque propter materiarum cumulum, proceſſus librorum per Legentes de mane quolibet anno ſecundùm antiqua Facultatis Statuta legendorum impeditur, ſtatuimus vt cum diligenti modeſtia dictam Lectionem cum materia rectè occurrenti expediant, abſque verborum ſuperfluitate, peregrinas materias minimè, aut etiam parùm textum concernentes omittendo; nec modo pronunciantium reſumptione ſecundum ſtatutorum antiquorum tenorem.

Item quia ſæpiſſimè furtiuè & per ſurreptionem, aliqui inuenti ſunt gradum Baccalariatus obtinuiſſe, *ſtatuimus vt nullus Legens de mane litteram certificatoriam ſuæ auditionis lecturæ alicui concedat, niſi veraciter informatus ſciuerit, ipſum Scholarem eandem lectionem audiuiſſe, & debitè continuaſſe abſque fraude & cum librorum delatione.*

Item quia diſputationes quamplurimùm ſolent ingenia ſtudentium excitare, ſtatuimus vt quilibet ipſius Facultatis Doctor, ſiue habeat Baccalarium ſub ſe reſpondentem, ſiue non, teneantur ſemel in anno vnam ſolemnem *Repetitionem* publicam facere, concluſiones, notabilia ſuper Decretali ac Canone ad eius arbitrium eligenda, ſeu eligendo & ponendo, omnibus & ſingulis Baccalarijs in prædicta Facultate legentibus reſpondendo.

Item quia in Actibus Graduandorum virtus & ſcientia comprobatur, ſtatuimus vt Baccalariandi de cætero ſuum faciant Propoſitum & Orationem corde tenus, iuxta morem antiquum, ſuas lectiones durante ſuo curſu in vico Clauſi Brunelli horis debitis, & per horam ad minus textum, gloſſam & materiam libri, quam duxerunt eligendam abſque vllo quaternione, ſiue codicello legendo, ſiue expediendo.

Item & quia omnis ars & doctrina per exercitium ſuſcipit incrementum, ſtatuimus *vt nullus ad examen, ſeu Licentiam admittatur, niſi primitùs in diſputatione publica & ſolemni Pariſius reſpondcrit ſub Doctore.* ſuper quo tamen poſſit, iuſta ſubſiſtente cauſa, per Facultatem diſpenſari.

Item ſtatuimus & ordinamus, *quòd ſinguli ipſius Facultatis Doctores cum grauitate ſolita in congregationibus Vniuerſitatis & alijs Scholaſticis Actibus cæterarum ipſius Vniuerſitatis Facultatum cum cappa ordinaria, aut epitogio bene & condecenter compareant.*

Item ne ex inordinata Bidellorum ad aliquem particularem Doctorem affectione cæteris præiudicium afferatur, inhibemus ne Bidellus aliquis in fauorem alicuius Doctoris ipſius Facultatis, nouum Scholarem in proprium Doctorem eligendi ſollicitare, monere, aut quouis modo inducere præſumat; aliàs ſi ſuper hoc fuerit per Facultatem conuictus, ab officio totaliter repellatur.

1452. „ Cùm non ſumptuum vanitate, ſed virtutis ac doctrinæ merito debeant
„ Scholaſtici viri ad honores attolli, non modicus videtur in alma Pariſienſi
„ Vniuerſitate circa Canonicę Facultatis Suppoſitos abuſus inoleuiſſe, quòd
„ ij qui ad Baccalariatus, vel Licentiæ aſſumentur honorem, ita ſub ſpecie
„ quarumdam, quas vulgò Burſas appellant, immoderatos ſumptus facere
„ cogantur, vt & ipſi hac vanitate facultatibus exhauriantur; & cæteri qui
„ nolunt, vel nequeunt conſimiles expenſas facere, hac occaſione frequen-
„ ter ab aſſumptione huiuſmodi honoris retrahantur. Sanè licet ex veteri
„ Statuto quædam huic abuſui prouiſio videretur adhibita, quo cauebatur
„ vt Baccalariandi & Licentiandi quatuor cum dimidia Burſas perſoluc-
„ rent, earumque ſingulas per propriũ iuramentum æſtimarent quantùm
„ vnâ hebdomadâ veriſimiliter eſſent expoſituri. Quia tamen percepimus
„ varijs modis exquiſitiſque coloribus huiuſmodi Licentiandos, ac Bacca-
„ lariandos à Magiſtris & Doctoribus fuiſſe compulſos, plerumque etiam
„ deierando præfatam æſtimationem excedere; Nos volentes certiùs ac
„ ſalubriùs prouidere, & exactionibus immoderatis occurrere, certum
„ modum duximus ſtatuendum, eaſque burſas ad certam ęſtimationem du-
„ ximus prætaxandas. Quam quidem æſtimationem non licet Graduandos
„ prædictos excedere, adinſtar iuramenti in litem, in quo licet intereſſe
„ iuramento declaretur, Iudicem tamen prætaxare oportet, quantum in
„ cauſa iuretur iuxta legitimas Sanctiones. Statuimus itaque circa Licen-
„ tiandos maiores ac ſublimiores perſonas quacumque nobilitate & digni-
„ tate præfulgeant, etiamſi Prælati & Principum filij exiſtant, non licere
„ eis quatuor Burſas cum dimidia tam pro Facultate, Doctoribus, quàm
„ Bedellis, quas ex Statuto præſtare tenentur, vltra duodecim ſcutorum
„ numerũ ęſtimare: ita quod nec Licentiandus vltra illam ſummam, earum
„ Burſarum prætextu, vel loci præeminentia, pro acceleratione examinis,
„ vel alia quacumque occaſione ſoluere poſſit; nec Doctores, ſiue Magiſtri
„ aliquid vltra ab illis exigere, petere, nec à ſponte dantibus recipere
„ poſſint. Circa Baccalariandos ſimiliter maiores & quacumque præditos
„ dignitate, nolumus vltra ſeptem ſcutorum, vel aureorum numerum, nec
„ à Baccalariando perſolui, nec à Doctoribus, vel Magiſtris burſarum,
„ præeminentiæ, accelerationis, vel alterius rei occaſione exigi vel recipi;
„ quam ſummam tanquam maiorem maioribus etiam perſonis præfinimus,
„ eamque nulla ratione, vel cauſa excedi permittimus; hoc ſolo excepto
„ quod circa Licentiandos toleramus, vt pro collatione examinis, ſimili-
„ ter pro potu & confectionibus vnus aureus tantùm exigatur, interdicen-
„ tes aliquid amplius ea occaſione recipi, exigi, vel etiam ſponte perſolui.
„ Non tamen mediocres & inferiores, aut pauperiores perſonas ad tantam
„ ſummam volumus coarctari, ſed ab illis iuxta vetus Statutum nihil am-
„ plius exigatur & recipiatur pro vnaquaque burſa quàm quod iurauerit,
„ & quod veriſimile eſt vna hebdomada illos fuiſſe expenſuros. Itaque
„ prædicta ſumma nullatenùs excedatur. Si qui autem huius noſtræ ordi-
„ nationis, taxationis ſiue ſtatuti tranſgreſſores reperiantur, dantes & ſpon-
„ te etiam vltra præordinatam ſummam per ſe, vel per alium offerentes, à
„ Licentiæ & Baccalariatus gradibus pro illo anno repellantur; Doctores
„ autem & Magiſtri aliquid amplius directè, vel indirectè exigentes, pe-
„ tentes, vel à ſponte dantibus recipientes, tanquam periuri & infames ab
„ honore Regentiæ, & omnibus Vniuerſitatis honoribus, priuilegijs &
„ emolumentis ſint tamdiu ſuſpenſi, donec & quouſque duplum illius plu-
„ ris exacti, vel recepti perſoluerint, ſimplum ſcilicet Vniuerſitati, & al-
„ terum ſimplum Hoſpitali domus Dei Pariſienſis. Quòd ſi ſuſpenſione du-
„ rante & ante præmiſſam ſatisfactionem ſe Regentiæ honoribus & emolu-
„ mentis Vniuerſitatis ingeſſerint, *tunc ſint ipſo facto excommunicati*, à qua
„ excõmunicatione ab alio quàm à Cancellario Pariſienſis Eccleſiæ abſolui
„ non poſſint, qui tamen Cancellarius abſolutionem impendere nequeat,
„ niſi ſupradicta dupli ſatisfactione præmiſſa. *Quòd ſi contigerit, quod abſit,*
„ *omnes & ſingulos Doctores & Magiſtros Facultatis in præmiſſis exceſſiſſe, &*

animo

animo indurato ſatisfacere nolle, tunc imminente tempore Iubilæi Vniuerſitas poſſit alios Doctores, vel Licentiatos ſubſtituere pro Actibus illius Facultatis, qui Doctoribus incumbunt, exercendis. Mandamus quoque, & diſtrictè præcipimus, vt veritas clariùs eluceſcat, ipſos Licentiandos, vel Baccalariandos poſt examinationem & præſentationem in ipſa gradus collatione per Cancellarium Pariſienſis Eccleſiæ per iuramentum interrogari, an aliquid per ſe, vel alium Doctoribus & Magiſtris vltra ſummam ſoluerint memoratam. Nec antè gradus Licentiæ & Baccalariatus illi, vel illis debere conferri, quàm corporale in manibus Cancellarij prædicti præſtiterint iuramentum, quòd dictam ſummam non exceſſerint, nec per ſe vel per alium vltra perſoluerint, fraudemve commiſerint, volentes eos qui veritatem indicauerint proprio ſacramento, & illicitam exactionem reuelauerint, ſi coacti vel inducti id fecerint, prædictam pœnam repulſionis euadere. Vt autem hæc noſtra Statuta, Ordinationes ac Reformationes diſtrictiùs obſeruentur, præcipimus atque mandamus, vt intra decem dies à die publicationis ipſarum, omnes Doctores Regentes ac Magiſtri Facultatis Decretorum præſtent in manibus Reuerendorum in Chriſto Patrum DD. Patriarchæ Antiocheni, Archiepiſcopi Rhemenſis, Abbatis S. Germani de pratis, Archidiaconi Belgenciacenſis, Archidiaconi Antiſſiodorenſis, quos ſimul vel ſeparatim ſingulos eorum, ad recipiendum dictum corporale iuramentum deputamus de obſeruandis ſupraſcriptis Statutis & Ordinationibus noſtris; & nihilominus præcipimus quòd in libris Statutorum dictæ Facultatis de verbo ad verbum in ſcriptis redigantur, ad perpetuam rei memoriam. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ ea Statuta atque Ordinationes per ſingulos annos *in principijs Ordinariorum publicari.* 1452.

Reformatio Facultatis Medicinæ.

POST ſacræ Theologiæ & Iurium eminentiſſimas Facultates, ſuccedit illa ſalutaris humano generi Medicina, ſalutem incolumitatemque noſtram & ſeruare & reſtituere profitens, *circa quam pauca quædam reformanda & corrigenda videntur.*

Vetus Statutum, quo coniugati à Regentia in Facultate Medicinæ prohibentur, impium & irrationabile reputantes, cùm ipſos maximè ad eam Facultatem docendam & exercendam admitti deceat, corrigentes & abrogantes ſancimus deinceps coniugatos, ſi docti & ſufficientes appareant, & morum grauitate decenter ornati, ad regendum in dicta Facultate admittendos, niſi eos leuitas, aut vitium aliquod reddat indignos; ſuper quo iudicium & correctionem relinquimus Facultati.

Item cùm *Artium ſtudium*, ad cognitionem Medicinæ vtile & expediens videatur, præſertim autem *Philoſophiæ*, ex qua *principia* ſumantur ad Medicinam, **quam conſtat etiam in rerum naturalium cognitione fundatam**, nimis durum videtur eſſe Statutum illud antiquum, quo ſtatuitur Regentes in Facultate Artium non acquirere tempus in ſtudio Medicinæ. Nos igitur antiqui ſtatuti ſeueritatem temperantes, ne Medici neceſſarijs careant principijs, nec admodum peregrinis ſtudijs à principali ſtudio Medicinæ diſtrahantur, Statuimus Regentes in Artibus ante Baccalariatum, dimidium temporis in Regentia Artium impenſi in Medicinæ Facultate lucrari. Itaque pro duobus annis in Artibus vnus annus in Facultate Medicinæ computetur; poſt Baccalariatum autem prohibemus eos alteri quàm Medicinæ intendere Facultati, ſi tempus ſibi computari voluerint.

Item ſtatuimus & ordinamus quòd cùm à principio Quadrageſimæ vſque ad feſtum omnium Sanctorum, nulli vel pauci admodum fiant Actus in Facultate Medicinæ præter lectiones ordinarias & extraordinarias, quas nolumus intermitti, decernimus id in hac Facultate ſeruandum quod in alijs Facultatibus laudabiliter inſtitutum; videlicet quod Baccalarius Licentiandus infra prædictum tempus publicè in diſputatione

1452. „ ordinaria reſpondeat, vbi ad vtramque partem propoſitarum quæſtio-
„ num arguatur, Baccalarijs quoque argumenta proponantur. Baccalarij
„ replicent etiam decenter & modeſtè iuxta morem in Facultate Medici-
„ næ hactenus obſeruatum. Interdicimus tamen huius diſputationis præ-
„ textu, Baccalarios ad ſumptus aliquos, vel expenſas adſtringi, vel co-
„ arctari; interſint autem dictis diſputationibus Magiſtri Regentes ordi-
„ narij, vt de Baccalariorum ſufficientia rectiùs perhibeant teſtimonium,
„ quod perhiberi volumus & mandamus antequam admittantur. Inhiben-
„ tes præterea Cancellario in virtute ſanctæ obedientiæ, ne quemquam
„ Baccalarium admittat, niſi priùs ſibi de dicta diſputatione conſtiterit.
„ Hæc autem noſtra Statuta & Ordinationes in libris antiquorum ipſius Fa-
„ cultatis Statutorum inſeri volumus, & annotari de verbo ad verbum, &
„ per ſingulos annos in principijs Ordinariorum ſolemniter publicari.
„

Reformatio Facultatis Artium.

„ EXactis authore Deo quæ circa Studia grauiora atque maiora in-
„ ſtauranda videbantur; conſequens eſt vt Artium Facultatem, ar-
„ duam illam quidem & perneceſſariam, *in qua ſuperiorum ſtudiorum quaſi*
„ *moles quædam baſiſque conſiſtit, ſuper quam maioris ædificij altitudo conſurgit,*
„ *aggrediamur*, in qua tantò etiam vtilior reformatio neceſſariorque vide-
„ tur, quantò illius Facultatis ſtudentium ætas infirma maiori diſciplina
„ ſtrictioribuſque præceptis eſt confirmanda; in quibus licet ſolerti ſtudio
„ & peruigili cura intenderint bonæ memoriæ Reuerendiſſimi in Chriſto
„ Patres Ioannes tituli S. Marci, & Ægidius S. Martini in Montibus, S.
„ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteri Cardinales, Sedis Apoſtolicæ Legati, à qui-
„ bus multæ ſalubres editæ Conſtitutiones, quæ in voluminibus Statuto-
„ rum Facultatis ipſius redactæ extiterunt; temporis tamen conditio atque
„ varietas ex quibus non iniuriâ ſtatuta alterantur, humana pleraque im-
„ mutanda, quædam etiam innouanda, plura inſtauranda ac reformanda
„ ſuadent. Primò circa noui Rectoris electionem, innouamus antiquum
„ Statutum, mandantes illud in ſua integritate obſeruari cum iuramentis
„ & modis, tam per Reuerendiſſimum Patrem Simonem dudum tituli S.
„ Ceciliæ Preſbyterum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum, quàm
„ etiam per Facultatem prædictam traditum. Adjicientes ad prædicta, vt
„ omnis tollatur abuſus, *quòd nullus Magiſtrorum, ad ipſius electionem per Na-*
„ *tiones ſingulas deputatorum, quocumque auſu temerario præſumat aliquid ac-*
„ *cipere auri, argenti, aut aliquid licet exile munus, vt det votum ſuum alicui Ma-*
„ *giſtro quantumcumque digno, vel notabili cuiuſcumque Nationis, aut ſtatus exi-*
„ *ſtat, ſub periurij, infamiæ & excommunicationis pœnis*, quas incurrere volu-
„ mus ipſo facto. *Quòd ne valeat, aut aliqua tergiuerſatione celari, aut ſub diſ-*
„ *ſimulatione tranſiri, volumus quatuor Procuratores Nationum ſollicitam huius*
„ ***rei curam gerere*, mandantes illis in virtute ſanctæ obedientiæ, vt huiuſmo-**
„ di vænalitatis ſordes cautè & diligenter inquirant, & quos inuenerint
„ turpitudinis illius reos atque culpabiles, ſub eiſdem pœnis Facultati non
„ differant indicare, qui taliter indicati atque conuicti, vti periuri & infa-
„ mes ab omnibus Vniuerſitatis muneribus & honoribus repellantur, &
„ tanquam excommunicati ab omnibus euitentur; donec ad ipſius Facul-
„ tatis arbitrium condignè mulctati atque puniti, ab eadem reconciliatio-
„ nis gratiam mereantur; ſed nec reconciliati, abſolui poſſint ab alio quàm
„ à Cancellario Pariſienſi, præterquam in mortis articulo. Quoniam verò
„ multorum & fide digniorum relatu percepimus, nouum quoddam in di-
„ cta electione illicitæ pactionis genus irrepſiſſe, *vt electores, vel alij ſtudentes*
„ *mutuas ſibi operas repromittant, quoſdam, qui in iure innominati contractus*
„ *vocantur, facientes do ſcilicet vt des, & conditionaliter vota ſua conferentes*
„ *alicui*; ſi à fautoribus illius alteri quem cupiunt ſuffragia & vota com-
„ mittantur, *tales pactiones tanquam illicitas & deteſtabiles, ac ſacris Canoni-*
„ *bus contrarias penitùs reprobamus, eaſque conuentiones fieri de cætero penitùs*

interdicimus. Mandantes iuxta iuramenta prædictorum Magiſtrorum fiat ſimplex & canonica electio, non habito reſpectu ad perſonam ſeu Nationem, ſed ad eum qui magis vtilis & idoneus videbitur, provt in iuramentis & ſtatutis cauetur. Electionem autem talibus conuentis & illicitis pactionibus celebratam ex nunc irritam decernimus & inanem, ſtatuentes electum taliter pro Rectore non eſſe cenſendum, nec tanquam Rectori ab aliquo illi fore parendum. 1452.

Item ſtatuimus & ordinamus, vt de cætero nullus ad regimen Puerorum ſe ingerat, *qui non fuerit bonæ famæ & conuerſationis honeſtæ; alioquin ſi fama contrà notoriè laboret, cum non honeſtè conuerſari, Mandamus ipſum per Rectorem Vniuerſitatis qui pro tempore fuerit, adhibitis quatuor Nationum Procuratoribus admoneri;* Quòd ſi monitione prædicta non corrigatur, ſignificetur ſuis Scholaribus, quòd tempus non acquirent in Facultate quamdiu ſub illo erunt, qui à ſua turpitudine non deſiſtit monitus & requiſitus,

Item ſtatuimus & ordinamus, ac ſub interminatione diuini iudicij præcipimus & monemus, *ne quis Pædagogus, Magiſter, aut Regens Pueris, aut Diſcipulis ſub eo degentibus efficiatur, qui ſit alicuius mali, aut turpitudinis author, conſultor, ſiue patronus: cùm enim Pueros Magiſtri debeant, non tam ſcientiâ ac doctrinâ, quàm moribus atque virtutibus erudire, graui nimis ſunt animaduerſione plectendi, qui quos docere debent ad bonum, ſeducunt ad vitium.*

Item ſtatuimus, vt ſingulis annis Rector qui pro tempore fuerit, concongreget Facultatem Artium inter feſtum ſancti Dionyſij & omnium Sanctorum, vt à dicta Facultate quatuor viri ex ſingulis Nationibus Magiſtri in Artibus, Graduati in aliqua ſuperiorum Facultatum homines boni teſtimonij, Deum timentes & ſolertes in rebus agendis eligantur, quibus iniungimus, & authoritate Apoſtolica committimus atque mandamus, *vt ſingula Collegia atque Pædagogia, in quibus commorantur Artiſtæ, viſitent, ibique ſedulò ac diligenter inquirant, quæ ſit vitæ & conuerſationis honeſtas, quæ communitas victus, quæ docendi ſolertia, quæ regendi modeſtia, quæ denique Scholaſtica diſciplina ſeruetur, vt quicquid viderint, aut percoperint reformandum ſecundùm Deum ac Iuſtitiam & Statutorum obſeruantiam, noſtra & Apoſtolica authoritate freti, reforment atque reſtaurent.* Mandantes vt id illis iniunctum reformationis officium diligenter, ac fideliter exequantur. Quòd ſi in prædictis negligentes extiterint aut remiſſi, eorum negligentiam per Reuerendum in Chriſto Patrem Epiſcopum Pariſienſem pro tempore exiſtentem ſuppleri volumus, ita quod prædictus Epiſcopus authoritate Apoſtolica quatuor viros probatiſſimos, Graduatos, & Deum timentes poſſit dictæ inquiſitioni præficere, qui, vt præmiſſum eſt, inquirant & inueſtigent diligenter, & inquiſita quæ reformanda putauerint, Epiſcopo fideliter referant, vt is Apoſtolica authoritate ac noſtra, provt ſecundùm Deum & honeſtatem putauerit expedire, opportunè debitèque prouideat, **contradictores & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas** compeſcendo. CENSORÙM CREATIO.

Item *monemus omnes & ſingulos Pædagogos præſentes & futuros in virtute ſanctæ obedientiæ, vt ſic intendant regimini ſuorum domeſticorum Puerorum & Scholarium, vt coram ſupremo Iudice de profectu eorum tam in ſcientia quàm in moribus exigendam ab eis reddere poſſint rationem: quia, vt ait Apoſtolus, qui ſuorum, maximè domeſticorum curam debitam non habet, eſt omni infideli deterior.*

Item mandamus & præcipimus, *vt quilibet Magiſter Pædagogus aſſumat ſibi Regentes & Submonitores viros bonos, graues & doctos, qui ſint ſuis Diſcipulis ad exemplum, & qui tales ſint vt eos pro merito virtutum & ſcientiæ in Scholaribus reuereantur: Eſt enim metus ac reuerentia neruus Scholaſticæ diſciplinæ.* Et vt tales apud ſe teneant & habeant, volumus eiſdem Regentibus & Submonitoribus per Principales Pædagogos de competenti ſalario cum victu prouideri, nec liceat quoquo modo Principali Pædagogo aliquem in Submonitorem aſſumere, à quo penſionem vel quantamcumque ſummam

" pecuniæ pro ſuo victu cum labore docendi exigat, aut recipiat: *Nec enim*
" *facile eſt putandus idoneus, qui non ſuæ induſtriæ mercedem expetit, ſed ipſe ſui*
1452. " *laboris ſoluit vſuram.* Quòd ſi quis reperiatur qui pro docendo, vel regen-
" do quicquam dederit, à Regentia & omni honore Facultatis arceatur.

" Item ſtatuimus & mandamus, vt Actus ille ſolemnis de diſputatione
" Quolibetorum, qui dudùm ad decus Facultatis, exercitium ſtudiorum
" ac ingenia excitanda fuit laudabiliter inſtitutus, obſeruetur, mandan-
" tes id in virtute ſanctæ obedientiæ exercitium iuxta veterem morem apud
" S. Iulianum, omni excuſatione poſtpoſita, reintegrari ac renouari per
" præſtantes ipſius Facultatis Magiſtros per ſingulas Nationes eligendos.

" Item circa prædictos Pædagogos & domorum Principales Magiſtros,
" ſtatuimus & ordinamus, *ne tanquam ambitioſi, aut quæſtui turpiter inhian-*
" *tes per manſiones & loca concurrant, aut Tabernas & Hoſpitia circumeant per*
" *ſe vel per alios, ad rogandos, vel requirendos ſibi Scholares. Quodque iuſtum*
" *& moderatum pretium pro victu ſecundum rerum & temporum qualitatem à*
" *Scholaribus exigant; victualia munda, ſana atque ſalubria Scholaribus ſubmi-*
" *niſtrent, & ex illis, honeſtâ fragilitate ſeruatâ, præſtent cuique congruam por-*
" *tionem.*

" Item inhibemus diſtrictiùs ſub pœna excommunicationis, quam ipſo
" facto incurrant, ne præſentes Pædagogi, aut etiam futuri faciant inter
" ſe colluſiones, conuenticula, aut monopolia ſuper determinatione, aut
" præfixa quota penſionis ſoluendæ à Scholaribus, ſed vnuſquiſque quod
" iuſtum & honeſtum fuerit plus minuſve recipiat ſecundùm portionem ad
" quam Scholaris voluerit expenſas facere. Quòd ſi tales ſuæ ſalutis imme-
" mores reperiantur, qui ſimilia monopolia fecerint contra bonos mores
" & Rempublicam, decernimus eos eſſe grauiter puniendos, & ab alio-
" rum conſortio tanquam excommunicatos excludi; à qua quidem excom-
" municatione abſolui non poſſint ab alio quàm à Cancellario Pariſienſi,
" præterquam in mortis articulo, & competenti priùs ad arbitrium Vni-
" uerſitatis ſatisfactione præmiſſa.

" Item eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus & præcipimus,
" *quatenus correctiones & diſciplinas Scholaſticas faciant erga ſuos Scholares ſe-*
" *cundùm exigentiam culparum; ne, in eorum damnationem, vitia ſuorum Scho-*
" *larium per diſſimulationem nutriant, ſed non liceat Scholari iuſtè ob culpam, ne-*
" *gligentiamve correcto, ad euitandam diſciplinam ac correctionem, niſi alia cau-*
" *ſa ſufficiens & honeſta ſuppetat, ad alium tranſire Pædagogum; inhibentes ne*
" *talis ab alio Pædagogo recipiatur in domo ſua, qui propter correctionem debi-*
" *tam prioris Magiſtri domum exierit*; alioquin prior Magiſter qui correctio-
" nem fecit, ius habeat illum repetendi coram Cancellario, vel eius Of-
" ficiali.

" Item, quia ex bonorum virorum fida relatione accepimus nonnullos
" Magiſtros Regentes in Artium Facultate ab antiquo more legendi &
" **regendi non minus in eorum vituperium** quàm Scholarium damnum de-
" cidiſſe, mandamus, & diſtrictiùs in virtute ſanctæ obedientiæ præcipi-
" mus omnibus & ſingulis Magiſtris Regentibus & Docentibus, quatenus
" circa textum Ariſtotelis Scholaribus ſuis exponendum de puncto in pun-
" ctum intendant, ſiue de capitulo in capitulum diligenter commenta &
" expoſitiones Philoſophorum & Doctorum ſtudeant & exquirant: ita
" quod lectiones ſuas elaborato ſtudio ſuis Diſcipulis ore proprio dicant
" & pronuntient: quia, vt Hieronymus ait, *habet neſcio quid latentis energiæ*
" *viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de authoris ore transfuſa fortiùs ſonat.*

" Item præfatis Regentibus inhibemus, ne legant de verbo ad verbum
" in quæſtionibus alienis, ſed intendant labori & ſtudio taliter quod per
" ſeipſos ſciant & valeant lectionem facere, & diſcipulis tradere ſufficien-
" tem, ſiue legant ad pennam ſiue non, nonobſtante antiquo Statuto de
" non legendo ad pennam, ſuper quo diſpenſamus; dummodo ita ſuas com-
" ponant lectiones, quod ex eorum ſcientia & labore per exquiſitionem
" librorum procedere videantur. Specialiter autem & ſub pœna excom-

municationis, inhibemus ne quaſdam quæſtiones, quamuis bene compilatæ exiſtant, tradant vni de Scholaribus ſuis ad legendum & nominandum cæteris ſtudentibus; quod, vt accepimus, quidam facere non erubeſcunt in damnum Scholarium, & graue ſcandalum Facultatis Artium. 1452.

Item monemus prædictos Regentes conformiter ad prædicta Statuta & laudabiles conſuetudines Facultatis Artium obſeruandas, vt ceſſante legitimo impedimento, ſingulis diebus & horis ſtatutis ad vicum Straminis ſe transferant lecturi modo & forma, quibus ſuprà regulariter & ordinatè, abſque hoc quod reſeruent ſibi textus plures vna vice legendos, ſed ſecundùm Statuta libros legant ad profectum Auditorum, vt præmiſimus, regulariter & ordinatè.

Statuta autem quæ in prædicta reformatione præfatorum Reuerend. Patrum & DD. Cardinalium Ioannis & Ægidij habentur, ipſos Scholares & Auditores Artium concernentia tanquã rationabilia laudamus. Verùm quoniam ab vſu receſſit, primum illud Statutum de epitogijs portandis ad Scholas, quando Determinantes & Licentiandi in Artibus vadunt ad lectiones ſuas, etiam in Sermonibus, quod quidem Statutum, vt accepimus, minimè pro nunc valet obſeruari; ideo ſuper illo diſpenſamus, nec ad id eos volumus obligari.

Item ſtatutum illud quòd Scholares audientes lectiones ſuas *ſedeant in terra coram Magiſtro, vt occaſio ſuperbiæ à Iuuenibus ſecludatur*, laudamus & volumus illud obſeruari.

Item Statutum illud quod in dicta reformatione reperimus tanquam perneceſſarium, diſtrictius volumus & mandamus obſeruari, eadem authoritate; videlicet, quod Scholares antequam ad determinandum in Artibus admittantur, congruè ſint in Grammatica edocti, & Doctrinale ac Græciſmum legerint, vel audierint, dummodo in Studijs, aut alijs locis, vbi Grammaticam didicerunt, dicti libri legantur. Ad prædicta verò adijcimus diſtrictiùs inhibentes Magiſtris, ne permittant Scholares ad Logicales lectiones conſcendere, niſi priùs in prædictis, & in arte metrificandi fuerint competenter edocti.

Item ſequens approbamus Statutum, quòd Scholares priuſquam admittantur ad determinandum, audiant veterem Artem totam, librum Topicorum potiſſimè quoad quatuor libros, & libros Elenchorum, Priorum & Poſteriorum completè, etiam librum de Anima in toto, vel in parte. *Adijcimus autem, vt ſuper auditione prædictorum librorum teneantur facere fidem Rectori & Procuratori ſuæ Nationis per ſcedulam ſui Magiſtri, antequam determinent in vico Straminis; aliàs pro Determinantibus non habeantur.* Abipſis autem Scholaribus propter hoc quidquam à quoquam exigi diſtrictiùs inhibemus.

Item laudamus & approbamus illud Statutum quoad Determinantes, quòd *nullus admittatur ad determinandum in Artibus, niſi fuerit ſtudens Pariſius per duos annos omni diſpenſatione interdicta.* Declaramus autem omnem diſpenſationem interdici, niſi in caſu quo talis Scholaris fuiſſet *in alio generali ſtudio, in quo duo anni in omni Facultate pro vno Pariſius ſolent computari.* Volumus tamen quòd talis Scholaris, *qui in alio generali ſtudio fuerit, condignam ſuper hoc, aut per litteras, aut per Teſtes fidem faciat Procuratori ſuæ Nationis* antequam determinet.

Item quia Baccalariatus in Artibus videtur eſſe ianua prima pro cæteris Gradibus ſuſcipiendis, & melius eſt indignos ab ingreſſu arceri, quàm, poſtquam ingreſſi ſunt, ignominiosè repelli, ſtatuimus & ordinamus, *vt Magiſtri, qui per ſingulas Nationes ad examen Baccalariandorum ſolent eligi, de cætero eligantur cum bona deliberatione, nec ſint eligibiles Magiſtri cuiuſcumque Nationis ad illud examen faciendum, niſi ſint in tertio anno à gradu Magiſterij ſuſcepto, & hoc abſque vlla diſpenſatione volumus, & authoritate Apoſtolica obſeruari mandamus.* EXAMINATORES.

Item ſtatuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus & præcipimus huiuſmodi Magiſtris Examinatoribus, ſic vt præmittitur, & non aliàs

1452. „ electis, quatenus *ſub debito iuramenti, quod in manu Procuratoris ſuæ Nationis præſtare habeant de non admittendo indignos, fideliter & diligenter intendant ad probationem Scholarium examinandorum. Et fiat examen iſtud de congruitate Grammaticali, De primis Logicalibus, & alijs libris quos audiuiſſe debuerunt, vt experimento habito de illis ſecundùm exigentiam & ſufficientiam quæ ad Baccalariatum requiritur, ſi quos incongruè loquentes & aliàs non idoneos reperierint, omninò ſub pœna periurij illos repellant, & ad ſeruentiùs ſtudendum ſuis Magiſtris remittant.*

„ Item ſtatuimus & mandamus ſingulis Magiſtris Pædagogis & Regentibus, vt diligenter intendant circa diſputationes Baccalariorum prædictorum in vico Straminis *per tempus Quadrageſimæ*, provt eſt de Statuto & more antiquo obſeruatum; quatenus de qualibet Domo, ſeu de quolibet Pædagogio vnus aſſiſtat Magiſter Regens, qui non permittat in dictis Diſputationibus, aut eundo, aut redeundo aliquas inſolentias fieri, ſed ex ipſorum Magiſtrorum Regentium præſentiâ, vel aſſiſtentiâ dictæ Diſputationes magis ordinatè & abſque diſſolutis fiant clamoribus; & id diſtrictiùs mandamus obſeruari ad ipſorum tam Baccalariorum quàm Magiſtrorum honeſtatem & profectum.

„ Item ordinamus & ſtatuimus, vt in Domibus, ſeu Collegijs Artiſtarum fiant diſputationes & exercitia ſecundùm prædictorum Collegiorum & Domorum ordinationes & ſtatuta, quas omninò *ad intentionem Fundatorum tam in victu quàm in ſociali conuerſatione volumus obſeruari.*

„ Item circa taxationes burſarum Baccalariandorum mandamus & ordinamus, quatenus Magiſtri, qui ad hoc per Nationes fuerint deputati, ſecundùm Deum & conſcientiam abſque grauamine Scholarium modo & forma debitis, *& ſecundùm proportionem burſarum ſuæ expenſæ tam in domibus Pædagogorum, quàm ſecundùm exigentiam burſæ Collegiorum, in quibus habitant, illas taxare habeant*, inhibentes diſtrictiùs ne circa prædictos Scholares aliquas exactiones faciant, *ſed piè & miſericorditer ſecundùm qualitatem perſonarum & ſuarum facultatum*, illos pertractent.

„ Item illud Statutum innouamus, quòd nullus admittatur ad Licentiam in dicta Facultate, nec in examine beatæ Mariæ, nec in examinæ beatæ Genouefæ, niſi vltra prædictos libros audierit *Pariſius, vel in alio Studio generali* librum Phyſicorum, de Generatione & corruprione, de Cœlo & mundo, parua Naturalia; videlicet libros de ſenſu & ſenſato, de ſomno & vigilia, de memoria & reminiſcentia, de longitudine & breuitate vitæ, librum Metaphyſicæ, vel quod actu audiat eundem, & quod aliquos libros Mathematicales audiuerit; quodque audiuerit libros Morales, ſpecialiter librum Ethicorum quantum ad maiorem partem. Ad hoc autem Statutum quod perneceſſarium eſt, adijcimus præcipientes, vt prædicti libri audiantur non curſim & tranſcurrendo, ſed ſtudiosè & grauiter. Specialiùs autem *monemus Magiſtros, vt non permittant ſuos Scholares vel Baccalarios ad Tentamen exhiberi, niſi ſciuerint ipſos ſufficienter in prædictis eſſe inſtructos.* Specialiùs autem mandamus quatenus ipſi Scholares diligentiùs inſiſtant Metaphyſicalibus libris & Moralibus addiſcendis; alioquin in Tentamine volumus & mandamus illos, vt merentur, repelli.

„ Item conformiter ad aliud Statutum ſequens, ordinamus & ſtatuimus, vt nullus ad Licentiam in examine aliquo admittatur, niſi frequentauerit diſputationes Magiſtrorum, & cum hoc bina vice reſponderit in vico Straminis iuxta morem Facultatis, ſuper quo, provt in Statuto, fidem faciat. Declaramus autem prædictas diſputationes fieri abſque fraude & dolo, ſed grauiter ad profectum Audientium, nec habeat Magiſter Præſidens reſpondere pro Baccalarijs, ſed permittat eos Magiſtro arguenti provt ſciuerint, reſpondere; quia præfata reſponſio ad probationem Reſpondentis introducta fuiſſe dignoſcitur. Poterit tamen ex officio in Præſidentiæ Reſpondentem monere honeſtè ac dirigere provt oportet talibus, omni maturitate ac honeſtate ſeruata. Statuimus etiam vt Determinantes quæſtiones morales grauiùs illas de cætero ante Baccalariatum

habeant determinare, & protenſius, nec ita perfunctoriè, aut currenter pro ipſius Actus, qui ex antiquitate fuit introductus, condecenti grauitate. 1452.

Item circa iſta diſtrictiùs inhibemus in virtute ſanctæ obedientiæ, ne Determinantes in ſuis determinationibus conuiuia faciant, niſi admodùm modeſta & temperata; & hoc ſuis dumtaxat Socijs & Magiſtris conformiter ad Statutum. Inhibemus etiam exceſſus, aut exceſſiuas expenſas fieri in reſponſionibus, ſeu diſputationibus prædictis, ne pauperes Scholares grauentur quoquo modo.

Item ſpecialiùs inhibemus ne permittant ipſi Magiſtri Scholaribus ſuis in Feſtis Nationum, aut aliàs, choreas diſſolutas & inhoneſtas ducere, ludos etiam inhoneſtos & prohibitos agere, habitus indecentes & laïcales deferre, maximè qui ad luxum prouocent Adoleſcentes: quin potiùs permittant eos virtuosè & eutrapelicè ludere, ad laboris leuamen & ſolatium honeſtum; nec eis permittatur in prædictis Feſtis liberè per Vrbem, aut de domo in domum circuire, provt ipſam Facultatem, nuper honeſtati eorumdem conſulentem, intelleximus ſtatuiſſe; quod laudamus & approbamus.

Item innouamus illud Statutum dictæ Reformationis, quo cauetur in forma, quòd in tentamine examinis ſanctæ Genouefæ quatuor Magiſtri interſint cum Cancellario, vel Subcancellario *Iurati in præſentia Facultatis* ſæpe dictæ, quòd fideliter tentabunt, dignos admittendo, & indignos repellendo, ſicut ſunt quatuor Magiſtri per Cancellarium B. Mariæ ad tentandum iurati & electi. Hoc quidem Statutum in prædicta reformatione, vt retulimus in forma poſitum, eadem authoritate innouamus, & inuiolabiliter volumus & mandamus obſeruari. Verùm quia in prædicto Statuto non reperimus, nec in illo cauetur, quòd prædicti quatuor Tentatores tam in examine beatæ Mariæ quàm in examine ſanctæ Genouefæ debeant per dictos Cancellarios de anno in annum in eiſdem perſonis continuari; & multæ ad nos querimoniæ factæ ſunt, multaque inconuenientia fuerunt coram nobis, vicibus iteratis tam verbo quàm ſcripto per viros etiam graues in Theologia Magiſtros & alios de omni Facultate, & præſertim ex parte venerabilium Collegiorum huius Vniuerſitatis, & in magno numero fuerit nobis expoſitum, quòd antedicti Tentatores prætextu ſuæ continuationis & quaſi perpetuationis in dictis Officijs, cùm tamen per ipſos Cancellarios poſſint & debeant annuatim mutari, in dicta Facultate multos abuſus commiſerunt, & plurima Vniuerſitati obuenêre diſpendia. Nam cùm prædicti Pædagogi ſuos Baccalarios habentes domeſticos & commenſales ad id Officium præficerentur, immoderato fauore & inordinato affectu ſuos etiam indignos attollebant, dignis & benemeritis præferentes. Collegiorum verò Baccalarios & alios qui de ſuo grege non erant, quantumcunque dignos & doctos per iniuriam **repellebant, quæ res graues diſcordias, ac ſeditiones poſſet excitare:** Nos autem volentes huiuſmodi abuſibus obuiare, & ſcandala, quantum in nobis eſt, ſubmouere; attendentes Officia ac Magiſtratus annuos eſſe debere, eamque etiam in Tentatoribus iſtis fuiſſe mentem ſtatuentium; & continuationem ac perpetuationem Officiorum nihil aliud quàm inſolentias & iniurias Officialium in ſubditos confouere. Hoc conſultiſſimo declaramus edicto dictos Tentatores de cætero annuos eſſe debere; & vtroſque Cancellarios, ſcilicet beatæ Mariæ & ſanctæ Genouefæ, & quemlibet ipſorum pro ſuo examine per annos ſingulos quatuor nouos Magiſtros eligere debere ad examen & approbationem dignorum, & repulſionem indignorum iuxta vetus Statutum faciendam, ita quòd non poſſint veteres confirmare, & illis Officium continuandum permittere. Eligant autem viros doctos, expertos & graues, *qui per ſex annos ante ad minus fuerint Graduati*, proprios Baccalarios non habentes. Vocamus autem proprios qui ſunt iurati ſub eis, aut qui in ſuis domibus commenſales, vel commorantes exiſtunt. Inhibemus autem vtrique Cancellario

EXAMINATORES.

" tam beatæ Mariæ quàm ſanctæ Genouefæ ſub pœna excommunicationis
1452. " quam incurrant ipſo facto, nec à Magiſtro Examinatore ſic & ſecundùm
" conditiones prædictas electo, vel eligendo aliquid exigat ob cauſam ele-
" ctionis prædictæ factæ vel faciendæ; nec ad hoc vt eligatur etiam ſponte
" oblatum ab eo recipiat, ſed abſque prece, vel pretio liberè habeat vter-
" que Cancellarius in ſuo Tentamine prædictos Magiſtros eligere, ſub mo-
" do tamen, forma & circunſtantijs ſupradictis; à qua quidem excommu-
" nicatione ab alio quàm ab Epiſcopo Pariſienſi abſolui non poſſint, qui
" tamen Epiſcopus dictam abſolutionem non impendet, niſi duplum illius
" recepti perſoluerint, ſimplum ſcilicet Vniuerſitati, & alterum ſimplum
" Hoſpitali Domus Dei Pariſienſis applicandum.

" Item ſtatuimus & ordinamus vetera renouando tam Facultatis quàm
" ipſius Vniuerſitatis Statuta, quatenus ad Congregationes Facultatis, aut
" etiam Vniuerſitatis, vel etiam Nationis non præſumant Magiſtri Artium
" comparere in veſte curta, aut deſuper cincta, nec cum capitio farciato,
" aut, vt vulgò dicitur, burreleto, nec cum ſotularibus roſtratis, aut liripi-
" piatis: ſed omninò volumus, & diſtrictiùs in virtute ſanctæ obedientiæ
" obſeruandum præcipimus ſub pœna periurij & ſuſpenſionis à Gradibus
" ſuperiorum Facultatum, ad quos non poſſint promoueri, ſi per Recto-
" rem, aut Procuratores Nationum ſuarum termoniti, à talibus non deſti-
" terint, quodque quandiu ſtabunt in veſte cincta, aut curta, aut alijs ha-
" bitibus inhoneſtis prædictis, nullum penitùs votum habeant in ſuis Na-
" tionibus, nec inter vota Nationis talium vota computentur quoquo
" modo.

" Item circa eaſdem Congregationes Facultatis, Vniuerſitatis, aut etiam
" Nationis, ſeu Nationum ſtatuendum & ordinandum duximus, prout ſta-
" tuimus & ordinamus, & authoritate Apoſtolica præcipimus, vt honeſtè
" & grauiter ſecundùm condecentiam Facultatis & Vniuerſitatis, aut etiam
" Nationis celebrentur, fiantque deliberationes Magiſtrorum ordinatè,
" nec vnus votum alterius interrumpat, ſed ſuæ ſeſſionis ordinem, & gra-
" dus antiquitatem ad loquendum omni modo expectet. Quòd ſi contin-
" gat, quod abſit, vt aliquis Magiſtrorum in manifeſtam iniuriam, aut con-
" tumeliam, vel conuitium prorumpat alterius, quamdiu deliberatio in ſua
" Natione procedit, Procurator & Magiſtri talem ſic blaſphemum, con-
" uiciantem & iniurioſum à ſuo repellant conſortio, *donec ſatisfactione facta*
" *parti iniuriatæ ad arbitrium Rectoris & quatuor Procuratorum reconciliari me-*
" *reatur.* Quòd ſi à clamoribus, ſeditionibus, aut iniurijs *præfati moniti per*
" *Rectorem, vel Procuratorem non deſiſtant*, excommunicationis ſententiæ vin-
" culo authoritate Apoſtolica innodamus, à qua non poſſint abſolui, niſi à
" Cancellario Pariſienſi, præterquam in mortis articulo, nec eorum vo-
" tum in concluſione facienda dictæ Congregationis vſque ad eorum ab-
" ſolutionem computetur.

BIDELLI. " **Item ſtatuimus & ordinamus nihilominus diſtrictiùs inhibentes** omni-
" bus & ſingulis eiuſdem Facultatis Bidellis cuiuſcunque Nationis exiſtant,
" ne à Scholaribus Determinantibus, Baccalarijs, Licentiandis, aut etiam
" Magiſtrandis aliquid exigant præter iura antiqua, quæ debent & conſue-
" uerunt per eoſdem illis, ratione ſuorum Officiorum, & non aliàs, debitè
" perſolui. Cætera autem Facultatis Statuta quæ ad honorem & decentiam
" Facultatis conducere videntur, & quæ commodè ſecundùm rerum &
" temporum exigentiam honeſtè & abſque ſcandaloſa nouitate, poſſunt
" obſeruari, commendamus & approbamus, & exhortamur illa obſeruari,
" dummodò talia non ſint, quæ ſupra ſcriptis noſtris Statutis & Ordina-
" tionibus obſtent. Contraria enim & repugnantia noſtris Ordinationibus
" authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia reuocamus, quaſſamus & abro-
" gamus. Specialiter autem volumus aliquem, qui de nouo in dicta Facul-
" tate ſit incepturus, obligari ad iuramenta quæ ſequuntur. 1. Ad iura-
" mentum illud ſecundum in ordine iuramentorum in manu Rectoris fa-
" ciendorum, videlicet de diſputatione quadraginta dierum, & determi-

nationc

natione Quæſtionum poſt inceptionem in dicta Facultate. 2. Ad iura- " 1453.
mentum ſequens de eundo in habitu per quindecim dies. "

Item de intereſſendo in habitu ſepulturæ Scholarium diebus feſtiuis & " alijs diebus. Sed, licet iuramento eos nolumus adſtringi, tamen ad tam " pium & humanum officium Sodalibus impendendum per viſcera pietatis " Saluatoris noſtri, cunctos obteſtamur & inuitamus. "

Item de legendo Pſalterium in morte actu Regentis Magiſtri remitti- " mus arbitrio & deuotioni ſuperſtitum Magiſtrorum. "

Item iuramentum de incipiendo in cappa noua non accommodata, non " conducta. "

Item iuramentum de legendo per ſex annos continuè. "

Item iuramentum de habendo cappam propriam nigram. "

Item in prædictis Statutis noſtris diſpenſamus & declaramus, ne ab " aliquo exigatur iuramentum de non legendo ad pennam. Super omni- " bus ſupraſcriptis quæ commodè, pro conditione perſonarum & tempo- " rum minimè nouimus obſeruanda, authoritate Apoſtolica diſpenſamus, " nec ad illa de cætero per iuramentum volumus aliquem Magiſtrorum " Artium arctari. Vt autem præſens Reformatio, & Statuta, & Ordinatio- " nes noſtræ, imò veriùs Apoſtolicæ futuris temporibus ad profectum, de- " cus & honorem Facultatis prædictæ Artium obſeruentur, volumus, & in " virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, *quatenus in Rectoris Vniuerſitatis* " *prædictæ Pariſienſis, & in ſingularum Nationum libris, in quibus Statuta Fa-* " *cultatis & Vniuerſitatis deſcripta tenentur, de verbo ad verbum inſcribantur,* " eadem authoritate Apoſtolica mandantes, *vt in qualibet Natione ad hæc* " *ſpecialiter per Procuratorem congregata, in principio ſingulorum Ordinariorum* " *publicè legantur, ne quiſquam ignorantiam prætendere valeat prædictorum.* " Nec enim decet quæ tanta deliberatione geſta ſunt, è memoriâ oblite- " rari, quin potiùs per ſingulos annos ad memoriam perpetuam publicari. " Ea enim faciliùs memoriæ commendantur, quæ ſæpiùs repetuntur, & " frequentiùs in publicum releguntur. Hæc ſunt ſalubria inſtituta, quæ " ad almæ Vniuerſitatis huius decus, Reformationem morum, & ſtudio- " rum incrementum magno ſtudio elaborata, ac digeſta conſcripſimus, " aſſiſtentibus nobis Reuerendis Patribus DD. Guillelmo Pariſienſi & " Ioanne Meldenſi Epiſcopis & clariſſimis viris in Iure peritiſſimis, Arnol- " do de Marle Regij Parlamenti Præſidente, Georgio Hauart Magiſtro " Requeſtarum, Guillelmo Cotin in camera Inqueſtarum Præſidente, Mi- " lone Dilliers Decano Carnotenſi & Regij Parlamenti Conſiliario, Ro- " berto Cibole Eccleſiæ Pariſienſis Cancellario, M. Ioanne Simonis Regio " Aduocato, omnibus prædictis à Chriſtianiſſimo & excellentiſſimo Prin- " cipe D. Carolo Francorum Rege ad Regia Priuilegia reformanda depu- " tatis, quorum in prædictis Statutis edendis conſilium adhibuimus; Eaque " Statuta atque Decreta noſtra ſingulis **Facultatibus ſeorsùm ad nos euo-** " **catis**, ipſis præſentibus tradidimus, inſinuauimus & publicauimus, ha- " rumque ſerie illis in perpetuum valitura tradimus, inſinuamus, atque ſub " authentico ſigillo noſtro tranſmittimus, decernentes, vt etiam ſuprà " mandauimus, in voluminibus Statutorum ſingularum Facultatum ea re- " digi fideliterque tranſcribi. Datum Pariſius anno Incarnationis Domi- " nicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, die prima " menſis Iunij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, " Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ quinti anno ſexto. "

Promulgatâ iſtâ Reformatione, die 29. eiuſdem menſis Iunij in Gene- ralibus Comitijs Mathurinenſibus delecti ex omnibus Ordinibus Orato- res ad Concilium Bituricenſe mittendi. E Theologi MM. Guill. Erar- di & Io. Boucart, è Decretiſtarum Ordine M. Petrus Maugier. E Me- dicis M. Inguerandus de Parrenti, è Natione Gall. M. Io. Normani tunc Rector, è Picardica Iacobus de Boſco, è Normanica Dionyſius Cytharœdi, è Germanica nullus ob diſcordiam.

1453. Anno 1453. ferè incipiente turbata eſt vehementer Vniuerſitas ob captos iuſſu Prætoris rerum Capitalium Scholaſticos, & Caſtelleti carceribus clauſos, quorum plurimi inſontes erant. Ad eos igitur in libertatem vindicandos indicta ſunt à Rectore comitia, & habita die 9. Maij: in quibus ab omnibus Ordinibus ſtatutum fuit vt Rector cum Oratore & frequenti comitatu Præpoſitum Pariſ. adiret, captiuoſque repeteret; quâ de re ſic ſcribit M. Ioan. Beguin Procurator Nationis Gallicanæ in vetuſto Codice. Die mercurij ſequenti, *inquit*, quæ fuit 9. prædicti menſis Maij, fuit conuocata Vniuerſitas ad prouidendum ſuper nonnullis atrocibus moleſtis per Locum-tenentem Criminalem de Caſtelleto Scholaribus factis: eo ſcilicet quod omnes Scholares indifferenter & bonos & malos faciebat duci ad carceres, ſic quod in ſummâ erant 40. iam mancipati carceribus. Fuit concluſum per Nationem & generaliter per totam Vniuerſitatem quod D. Rector adiret D. Præpoſitum Pariſienſem pro huiuſmodi expeditione dictorum Scholarium: & propoſuit honorificè & elegánter Magiſter noſter M. Ioannes Huë aſſumendo pro Themate illud Apoſtoli. *Omnia fiant ordinatè in vobis*, adaptando quomodo Ordo qui eſt in Inferioribus, effluxit & emanauit ab Ordine Attributorum in Deo aſſumptorum, videlicet potentiæ, ſapientiæ & bonitatis; & oſtendit quomodo ſicut in diuinis non eſt potentia ſine ſapientia & bonitate; ita etiam nec in ijs qui ſceptrum Iuſtitiæ tenent, non debet eſſe potentia ſine ſapientia & bonitate, quia aliter non eſſet Iuſtitia, ſed Tyrannis. Et deſcendendo ad particularia, dixit quod ita videbatur eſſe in D. Præpoſito, aut ſaltem in ſuo Locum-tenente qui vtebatur poteſtate ſine ſapientia & bonitate: quoniam per modum tyrannidis & cuiuſdam furiæ tanquam furioſus vſus fuerat authoritate Iuſtitiæ incarcerando inſontes & Innocentes: & nedum incarcerando, ſed quod peius eſſe videtur, tetris carceribus eos mancipando. Multa alia fuere propoſita, quæ tanquam Sathanæ pungentia accepit D. Præpoſitus: & ad veritatem reſpondit multum benignè, & annuit ſupplicationi Vniuerſitatis: & iniunxit cuidam Magiſtro Nicolao nuncupato, vt expedirentur omnes Innocentes ſine aliquibus expreſſis & Culpabiles ad cautionem iuxta formam ſtatuti noſtri.

TVMVLTVS PROPTER INCARCERATOS SCHOLARES.

Cum igitur eductis illis è carcere, rediret Rector cum 800. & amplius tum Magiſtris, tum Scholaribus qui eum comitati fuerant, ecce in viâ nouus tumultus exoritur per Commiſſarium quendam & Clientes, qui Scholaſticos aggreſſi nonnullos ex ijs vulnerarunt, vnum occiderunt. In eoſdem impetum fecerunt Ciues magno numero, vixque Rectorem ſalvum abire permiſerunt. Quod idem Procurator ſic deſcribit. Poſt gratiarum Actiones D. Rector cum cæteris eum aſſociantibus qui erant circiter octo centum, receſſit à domo Præpoſiti multùm gaudiosè & lætabundè. Sed gaudium illud non fuit, proh dolor, magnæ durationis, quoniam antequam D. Rector eſſet ante Interſignum Vrſi in vico S. Antonij quidam Commiſſarius & **Clientes circiter octo, vel nouem venerunt, qui** tranſeuntes iuxta illam cateruam Scholarium, lites cœperunt cum dictis Scholaribus. Et quia prohibitum fuerat ſub debito iuramenti quod nullus diceret verbum Clientibus, nec apponeret manum in eis, dicti Clientes fugauerunt omnes Scholares ordine quem prius tenebant, prætermiſſo, & interfecerunt vnum ſimpliciſſimum hominem bonæ fidei & indolis, Baccalarium in Decretis ſupra locum. Similiter vulnerauerunt duos Preſbyteros lethaliter, & bene quindecim, aut ſexdecim alios notabiles Iuuenes. Et poſt occaſum illius venerabilis Magiſtri nomine de Mauregard nuncupati, venit quidam Cliens nuncupatus Charpentier ad Rectorem, & volebat eum interficere, niſi fuiſſet vnus venerabilis Burgenſis. Quidam etiam Sagittarius volebat dictum Rectorem perforare ſagittâ, niſi deſurſum per modum dicti Burgenſis ſubſidium euenisſet. Fuerunt etiam tenſæ catenæ & clamatum ad arma: & multi Villatenſes inſurrexerunt in Scholares. Multa alia fuerunt facta quæ apparent in proceſſu.

Vixigitur incolumis inde reuerſus Rector cum Magiſtris; amiſſis Scholaribus quibuſdam, nonnullis captis, alijs vulneratis, poſtridie habet Comitia, refert quæ pridie accidiſſent, deplorandumque Vniuerſitatis ſtatum exaggerat; quibus auditis, vna voce ſtatutum eſt vt vbique ceſſaretur ab omni docendi concionandique munere; Quâ de re ſic idem Procurator. Die Iouis ſequenti quæ fuit decima menſis prædicti, auditâ miſerâ & lugubri moleſtiâ diei præcedentis; auditâ nece dicti M. Raymundi de Mauregard Magiſtri in Artibus & Baccalarij in Decretis: auditâ etiam vulneratione lethali plurium notabilium Magiſtrorum: auditâ etiam incarceratione plurimorum Scholarium & deperditione plurimorum bonorum, fuit Vniuerſitas ſolemniter & per iuramentum in S. Bernardo congregata, & poſt maturam deliberationem fuit concluſum per Nationem, & etiam per totam Vniuerſitatem quod placebat ceſſare à ſermonibus & lectionibus tam publicis quàm priuatis, tam citrà pontes quàm vltra, donec & quouſque haberetur ſatisfactio condigna iuxta vocationem dictæ Vniuerſitatis. Die etiam Iouis, die feſto Aſcenſionis Dom. D. Rector & tota Vniuerſitas, aut ſaltem pro maiori parte, fuerunt ad inhumationem dicti M. Raimundi de Mauregart & dedit Natio, ſicut & cæteræ Nationes 4. tædas de 7. libris cum media. 1453.

His auditis, Præſes Curiæ Rationũ Regiarũ, ſeu Computorum & alij cum eo, veniunt ſupplicantes, vt Vniuerſitas vellet ſuſpendere Concluſionis prædictæ executionem: At illa viciſſim poſtulat vt Præpoſitus Pariſienſis, eiuſque Vices-gerens carceribus mãcipentur, vt habemus ex ijſdem Commentarijs Nationis Gallicanæ. Die Veneris ſequenti quæ fuit vndecima menſis prædicti, fuit conuocata Vniuerſitas ad audiendũ ea quæ propoſita fuerant per D. Præſidentem Cameræ Computorum aſſociatum per venerabiles viros M. Ioannem Picart, M. Ioannem Paillart, M. Burellum Bouchier Præpoſitum Mercatorum & 4. Scabinos qui petebant quòd ſuſpenderemus ceſſationes noſtras. Concluſum fuit quod non placebat frangere concluſionem heſternam; imò potius ſolidare. Et vltra concluſum fuit quod adiremus D. Pariſienſem ad requirendum Interdictum in Ciuitate Pariſienſi, aut ſaltem in illis 3. Parochijs in quibus tam ſceleratum facinus fuit perpetratum. Concluſimus etiam quod adiremus ſupremam Curiam Parlamenti ad exprimendum grauamina nobis facta. Concluſum etiam fuit quod faciebamus nos partem contra Præpoſitum & contra Locum-tenentem ſignanter. Concluſum etiam fuit per Nationem quod Scholares illarum Parochiarum non acquirerent gradum in Vniuerſitate, donec eſſet facta emenda condigna. Item fuit concluſum quod placebat Nationi quod non fierent ſermones in illis Parochijs vſque ad decennium. Fuit concluſum finaliter per Nationem & per Vniuerſitatem quod Præpoſitus & Locum-tenens manciparentur carceribus. Et quoniam in die præcedenti M. Raymundus de Mauregard fuerat inhumatus, & concluſum fuerat die Iouis precedenti quod D. Rector & cæteri de Vniuerſitate aſſociarent corpus vſque ad inhumationem, vt qui paſſus in ſocietate Vninerſitatis fuerat, per illam Vniuerſitatem ſaltem in funeralibus honoraretur, ſupplicatum fuit, vt illæ 4. tædæ quas dederat Natio, ob reuerentiam dicti de Mauregard deportarentur ad ſeruitium in Eccleſiam S. Germani veteris; & placuit Nationi.

Die ſequenti D. Rector cum frequenti Comitatu & Oratore Publico, adijt ſupremam Parlamenti Curiam, ſupplicauitque mulctam irrogari Præpoſito Pariſ. eiuſque Vices-gerenti; quâ de re ſic ſcribit idem Procurator. Die Sabbati 12. menſis Maij D. Rector adiuit Curiam Parlamenti cum notabili Comitiua Deputatorum: & propoſuit Magiſter noſter M. Ioannes Pannechier, & aſſumpſit pro Themate verbum è Iudicum 20. c. inſcriptum. *Nunquam tantum nefas & tam grande piaculum factum eſt in Iſraël. Adeſte omnes filij Iſraël, Decernite quid facere debeatis.* Et explicuit, quomodo in reditu à Domo Præpoſiti Pariſ. ad quam D. Rector iuerat pro poſtulanda Iuſtitia ſecundum formam noſtrorum Priuilegiorum &

1453. „ iuramentum dicti Præpoſiti; quidam Commiſſarius comitatus pluribus „ clientibus, venit obuiam dicto D. Rectori & Deputatis: & dixit D. Rector „ dictis Commiſſario & Clientibus, *Pro Deo non tranſeatis per viam hanc, ne* „ *faciatis commotionem quia iam videmini moti.* Qui dixerunt quod erant „ ſeruitores Regis, & quod tranſirent illâ horâ. *Viuat Rex*, dixit Rector, „ *& omnes Beniuoli Regis:* & tranſeundo per iter, percuſſerunt Scholares „ quamplurimos, & interfecerunt vnum nominatum Raymundum de Mau- „ regard, & vulnerarunt quindecim, aut circiter, etiam lethaliter. Quare „ concluſit nunquam tantum nefas, *nec tam grande piaculum fuit in Iſraël;* „ hoc eſt in Vniuerſitate Pariſ. quæ fluxit ab Iſraël, hoc eſt à monte Sion, „ ſicut nunc eſt, *Adeſte omnes filij Iſraël*, id eſt, Domini de venerabili Curia „ Parlamenti, decernite quid facere debeatis in tam grande nefas. *Fons* „ *ſcientiæ læditur, Mater Vniuerſitatum deſtruitur. Nonne Chriſtianiſſimi Regis* „ *filia perditur & totus Clerus confunditur: quoniam nedum Priuilegia ſubuertun-* „ *tur, totum ius commune & Iuriſdictio Eccleſiæ annihilatur: imò nulla iam ſecu-* „ *ritas in Pariſiaca vrbe per amplius exſpectatur; quæ omnia ad conſeruationem* „ *tanti ſtudij & multum eo minoris requiruntur.* Quare concluſit quod nun- „ quam tantum nefas & tam grande piaculum factum eſt in Iſraël, *Adeſte* „ *omnes fili Iſraël, decernite quid facere debeatis*, proteſtando tamen imprimis „ quod Vniuerſitas non petit ſanguinem, ſed ſolum intendit finem Ciui- „ lem: & ideo petebat emendam condignam fieri ſecundum formam Ec- „ cleſiaſticæ profeſſionis. Et in fine requiſitum fuit per Organum D. Recto- „ ris quod Præpoſitus Pariſ. & eius Locum-tenens incarcerarentur: & quod „ Vniuerſitas ſe faciebat Partem, modo ad inſtantiam partis quicunque de- „ bet incarcerari. Ad hæc & ſingula reſpondit D. Præſidens M. Reginal- „ dus de Merbe; & dixit in effectu quod Curia nihil aliud faciebat niſi la- „ borare ſuper emendâ fiendâ, & quod tantùm triſtis erat quod non pote- „ rat verbis exprimere. Vnum tamen poſtulabat quod ſuſpenderemus ceſ- „ ſationes: & hoc faciendo, Curia faceret bonam & breuem Iuſtitiam. Et „ tunc gratiarum actionibus perſolutis, D. Rector & cæteri Deputati receſ- „ ſerunt dicendo, hoc referemus libenter Vniuerſitati. Hæc facta ſunt „ eo die.

In Comitijs deinde apud Bernardinos habitis retulit Rector reſponſum quod à Curia habuerat: at Vniuerſitas moleſtè tulit quod M. Ioannes Pennechair Orator non poſtulaſſet Præpoſitum Pariſienſem & eius Vices-gerentem ad carcerem, conſtanſque fuit in propoſito ceſſationis iuxta ea quæ antè decreta fuerant: atque in his Comitijs concluſum fuit vt Rector rediret ad Curiam, deferret Conſtitutionem de Ceſſatione, poſtularetque Præpoſitum eiuſque Vicarium incarcerari.

Poſtridie igitur Rector & Electi adeunt Curiam Parlamenti, poſtulata ſua & Decreta exponunt & ſibi ius reddi rogant; ſed incaſſum: quinimo increpantur & quod mutauiſſent ſententiam; & quod Ceſſationem ra- „ tam eſſe vellent: vt ibidem legitur. Die Martis ſequenti D. Rector & „ Deputati adiuerunt venerabilem Curiam Parlamenti, & præſentauerunt „ Concluſionem Vniuerſitatis; & requiſiuit D. Prior S. Bernardi Magiſter „ in Theologia quod Præpoſitus & Locum-tenens ad inſtantiam Vniuerſi- „ tatis incarcerarentur. Ad quam petitionem reſpondit D. De Merbes „ Præſidens quod Vniuerſitas erat variabilis in Concluſionibus ſuis; & quod „ non ita dixerat die Sabbati præcedenti, ſicut dicebat. Præterea dixit „ quod fecimus ceſſationes & non debebamus, nec poteramus ſecundùm „ Priuilegia noſtra. Et ſuper hoc Aduocatus Regius nobis adduxit Priui- „ legia in ſcripto, per quæ videbatur innuere; quod non poſſemus facere „ ceſſationes tam facile, &c.

Vt ergo vidit Vniuerſitas ſe nihil eorum quæ maximè cupiebat, à Curia obtinere poſſe, ad Regem recurrit, Legatos mittit & per eos conqueritur tam de Curia Parlamenti quæ ius reddere morabatur, quàm de Præpoſito Pariſienſi. Rex datis ad Parlamentum litteris, iubet quam citiſſimè negotium expediri, ne litium importuna prorogatione cogeretur

Vniuerſitas ſtudia ſua interturbare. Ita referunt Legati ad Vniuerſitatem in Comitijs 16. Iunij habitis: in quibus etiam quidam Doctor Theologus per decennium omni Priuilegio Academico priuatus eſt, eo quod durante interdicto, conciones habere auſus fuiſſet. Quâ de re ſic legitur in eodem Codice. 1453.

Die 16. Iunij fuit Vniuerſitas congregata ad audiendum Ambaſſiatores qui adiuerant D. noſtrum Regem, & ſecum apportauerunt vnum mandatum Regium, per quod mandabatur Curiæ Parlamenti, vt faceret bonam & celerem expeditionem in materiâ illâ tam agitatâ. Quibus auditis ſat ad longum, Natio retracta ad partem concluſit quod habebat eos gratos & aduoatos; & volebat illud mandatum præſentari Curiæ, cum iſtis proteſtationibus, quod caſu quo illa venerabilis Curia non faceret bonum Iudicium & breuem Iuſtitiam & vltimam, non intendebat acceptare. Quia etiam veneranda Facultas Theologiæ querimoniam faciebat de Magiſtro noſtro M. Vrſino Thibouſt, & requiſiuit per organum Magiſtrorum noſtrorum Guillelmi Pommier & Prioris Bernardiſtarum quod priuaretur per decennium à Regentia, ſupplicationi dictæ Facultatis annuit Natio & priuauit eum ideo quod prædicauerat in Interdicto.

Interim verò Curia quæſtionem habebat de facto Clientum illorum qui Scholaſticos vulneraverant & occiderant, quorum plurimi in carceribus detinebantur. Et lite illorum diligenter examinata, mandauit Vniuerſitati Curia, vt ſi vellet, Iudicio adeſſet. In hanc rem conuocata Vniuerſitas, & re propoſitâ, diuiſæ fuerunt ſententiæ. Alij enim adeundam eſſe Curiam cenſebant; alij putantes eo Iudicio ſibi non ſatisfactum iri, contrarium ſentiebant.

Fertur tandem Senatuſconſultum; damnantur rei, iubentur ſe ſiſtere Vniuerſitati cum tædis & in camiſijs, veniamque precari. Id fit die 21. Iunij. *Et in Ianuâ S. Bernardi venerunt octo Clientes, ſex cum tædis & in Camiſijs, & duo ſine tædis, veſtiti ſine capucio & zona; & fecerunt emendam honorabilem: & quidam nuncupatus Charpentier habuit pugnum ſciſſum.*

Hacce autem mulctâ non contenta Vniuerſitas petebat inſuper à Senatu decerni aduerſus Præpoſitum Pariſ. Legatum ſeu Vicarium eius, & Curatorem Regionis, ſeu vt vocant Commiſſarium prædictos, ac proinde ſupplicem Libellum obtulit ex ſententia Delegatorum & Conſultorum ſuorum, ne lis ordinariè procederet; ſed vt ſummariè & de plano iudicaretur; propterea quod in Proceſſu ordinario litis longior mora eſt. Sed tandem cauſâ vtrinque ſummâ animorum contentione peroratâ, ampliatum eſt. Quod vehementius adhuc quàm antea Vniuerſitatis animos exulcerauit. Sic enim ſibi videbat illudi, ſuos omnes conatus irritos fieri, ſe ludibrio haberi, ſceleratos impunè dimitti. Quippe decreuerat Senatus vt Vniuerſitas ſpeciatim & amplius inquiri **curaret in facta & iuſſa Præpoſiti Pariſ. & aliorum** negantium fuiſſe à ſe imperatam cædem, aut comprehenſionem vllius è Magiſtris & Scholaſticis: quod quidem ſatis ſe probauiſſe putabat Vniuerſitas. Sed ſingula Senatuſconſulti Capita ex Commentarijs prædictis intelligere eſt; provt faſtis conſignauit M. Ioannes Perron Procurator Nationis Gall.

Die Iouis 13 Sept. ex conſilio Deputatorum & Conſiliariorum Vniuerſitatis conuocauit D. Rector Vniuerſitatem per iuramentum in S. Bernardo ſuper 2. art. 1. erat ſuper Arreſto dato in Parlamento die præcedenti in Proceſſu Vniuerſitatis. 2. fuit communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quoad 1. art. explicuit D. Rector quomodo Arreſtum fuerat datum in Parlamento die prædictâ: per quod quidem Arreſtum eramus appunctuati quantum ad Locum-tenentem & Præpoſitum & Commiſſarium contra quos procedebat Vniuerſitas ad facta contraria & ad faciendam nouam inqueſtam. Et quoad alios fuerunt tres condemnati ad emendam honorabilem & pecuniariam Vniuerſitati faciendam, qui etiam propter eorum abſentiam fuerunt banniti, vt patuit per *Dictum Arreſti*, quod tunc

1453. „ porrexit in manibus Scribæ ad legendum. Ideo quærebat D. Rector an
„ placebat Vniuerſitati proſequi dictum Arreſtum, & quid faciendum. Et
„ quoad hoc, Natione retracta ad partem, Natio concluſit quod D. Rector
„ ſuper hoc haberet conuocare notabiles Deputatos qui haberent ſuper
„ hoc aduiſare ad referendum Vniuerſitati: & quod in dictis Deputatis non
„ haberet conuocare Magiſtrum noſtrum M Ioannem Pannechair, quod
„ ipſe eſt de magno Conſilio Regis. Et vlterius ſuper dicto articulo conſi-
„ derans Natio quod ſecundùm audita multum in cauſa noſtra nocuerat
„ nobis D. Epiſcopus Pariſ. ideo iniunxit mihi quod ego haberem requi-
„ rere D. Rectorem in plenâ Vniuerſitate, vt ipſe haberet proſequi exem-
„ ptionem Vniuerſitatis à Iuriſdictione Epiſcopi aliàs concluſam. Quia
„ conſiderabat quod multæ aliæ Vniuerſitates viliores almâ Vniuerſitate
„ Pariſ. erant exemptæ à Iuriſdictione Ordinarij: ſicut eſt Vniuerſitas Co-
lonienſis & multæ aliæ Vniuerſitates. Et ita ſecundùm concluſionem
Nationis id in prædictâ Vniuerſitate requiſiui.

Huicce Nationis Gallicanæ ſententiæ conformes fuerunt aliarum Facultatum & Nationum ſententiæ quoad primam partem deliberationis; ſecundum quam aduocati in Conſilium Iureconſulti Vniuerſitatis reſponderunt ſibi videri adeundam eſſe ſupremam Curiam & per Oratorem demonſtrandum non poſſe Vniuerſitatem adhærere Decreto Senatûs, nec litem proſequi, quandiu Præpoſitus Pariſienſis & alij quorum res agebatur, muneribus ſuis fungerentur, propterea quod Teſtes aduerſus eos nihil auderent; ſupplicandumque Curiæ vt eos vellet ab exercendis muneribus ſuis ad tempus prohibere. Statim igitur Vniuerſitas ex conſilio prædicto Curiam adit, ſuas rationes fuſiſſimè per Curionem S. Seuerini
„ exponit, ſupplicatque vti earum ratio haberetur: Sed nihil obtinet.

„ Die Mercurij 19. eiuſdem menſis adiuit D. Rector Curiam Parlamen-
„ ti cum Procuratoribus & notabili Comitiuâ Deputatorum: & habuit
„ verbum D. Curatus S. Seuerini Doctor in Theologia manifeſtans eis
„ breuiter cauſam propter quam illuc veneramus, oſtendendo quod ap-
„ punctuamentum per eos datum non poſſet Vniuerſitas proſequi, niſi
„ ſuſpenderent ab Officijs D. Præpoſitum & Locum-tenentem, & hoc cer-
„ tis de cauſis; quia per arreſtum oportebat quod Vniuerſitas faceret in-
„ queſtam & examinaret teſtes de nouo quod non poſſet bene fieri, ipſis
„ manentibus in Officijs: nam nullus contra eos auderet deponere. Et de-
„ mùm poſt habuit verbum D. Rector porrigendo eiſdem Dominis de Par-
„ lamento requeſtam quandam quæ totum factum ad longum continebat.
„ Ad hæc autem omnia & ſimilia, habitâ prius deliberatione inter eos, reſ-
„ pondit D. Præſidens M. Yuo Deſpeaulx, & dixit primò quod Curia vi-
„ derat requeſtam Vniuerſitatis & ſuper eâ deliberauerat: in quâ requeſtâ dicebat quod videbatur Curiæ quòd Vniuerſitas vellet notare Curiam; quia continebatur in prædictâ requeſtâ quod Curia abſoluebat Pro-
„ **curatorem Regium in Caſtelleto, & cauſa quia mortuus eſt, bis reſu-**
„ mendo verbum, & ita dicebat, qui hoc dicebat male. Aduiſabat quod
„ Curia in ſententiando non aſpicit ad mortem & vitam hominis, ſed ac-
„ cepit hominem in ſtatu in quo erat, quando proceſſus fuit inchoatus. Et
„ ita quod qui talia verba proferret vlterius, aduiſaret prius & antea be-
„ ne. Et quoad requeſtam in ſe & ad propoſita per Magiſtrum noſtrum,
„ dicebat quod Curia in die Lunæ præcedenti dederat reſponſum Domi-
„ nis Deputatis Vniuerſitatis qui ſimilem requeſtam in ſententia porrexe-
„ rant Curiæ videlicet, quod ſtylus Curiæ eſt non publicare depoſitiones
„ teſtium: & ita, quod propter ea non debebat Vniuerſitas dimittere quin
„ faceret ſuam inquieſtam, & quod ſi timeret Vniuerſitas de aliquibus, qui
„ non vellent deponere, proponat Curiæ, & Curia prouideret tempore
„ & loco. Demùm ad alia ſe dimittens dixit iſta verba. Certè hic eſt Pro-
„ curator veſter quem fecit venire Curia, quia per partes aduerſas fuerat
„ data requeſta qua quærebant diſtributionem Conſilij: & ideo petebat
„ quid volebat ſuper hoc dicere Vniuerſitas. Et quoad hæc omnia reſpondit

in propria D. Rector. Et 1. ad Primum dicens quod dicta requeſta fuerat viſitata per ſolemnes Deputatos & etiam per multos Conſiliarios, per quos non videbatur quod aliquid eſſet corrigendum in dictâ requeſtâ. Et quoad Reſponſum per eos ad requeſtam, requiſiuit D. Rector quia ſtylus Curiæ erat dare reſponſum in ſcriptis, quod placeret eis dare reſponſum Vniuerſitati in ſcriptis. Et iterum habitâ ſuper hæc deliberatione, per eos reſponſum eſt per D. Præſidentem quod placebat Curiæ quod daretur Reſponſum in ſcriptis. Et quoad diſtributionem conſilij petiuit quid volebat dicere Rector: ad quod reſpondit D. Rector quod ad hoc illuc non venerat. Et ita receſſit à Curia cum Deputatis. 1453.

His auditis quæ ſupplicationi Vniuerſitatis non faciebant ſatis, ne quâ in re peccaretur, Rector conſilium habuit Electorum & Conſultorum apud S. Eligium; & ſecundùm eorum ſententias habuit Comitia Centuriata apud Bernardinos, rogauitque an in Curia litem proſequi placeret, an ad Regem Legatos mittere. Concluſum tandem eſt Legatos ad Regem eſſe mittendos, & præterea inſtandum & fortiter incumbendum ſubſtractioni à Iuriſdictione Epiſcopali. Id quoque idem Procurator faſtis conſignauit his verbis. Die Iouis 20. Septemb. ex conſilio Deputatorum & Conſiliariorum conuocatorum in S. Eligio conuocauit D. Rector Vniuerſitatem in S. Bernardo ſuper duos art. 1. erat ad aduiſandum an proſequendum eſſet appunctuatum datum in Parlamento, vel deberet Vniuerſitas mittere ad Regem. Et quoad iſtum articulum adduxit rationes pro & contra quas faciebant Dputati & Conſiliarij. Secundus art. fuit communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et quoad iſtum art. requiſiui D. Rectorem ſecundum quod aliàs feceram ex Concluſione Nationis quod vellet exemptionem à D. Epiſcopo ponere in medium & ita fecit, &c. Quoad 1. artic. Natione tractâ ad Partem concluſit Natio auditis rationibus hinc & inde quod nolebat amplius ſuper dicto Arreſto procedere in Curia Parlamenti, ſed quod mitteretur Ambaſſiata ad D. noſtrum Regem conformiter ad Vniuerſitatem. Et de modo & tempore mittendi & articulis conficiendis remittebat ad Deputatos ad referendum. Quoad 2. art. concluſit 1. Natio ſecundum quod aliàs concluſerat quod volebat quod iſta exemptio viriliter proſequeretur. Et ad id fuit tota Facultas Artium & etiam Facultas Medicinæ. Et caſu quo Vniuerſitas non vellet proſequi, placebat Nationi pro parte ſua, quòd Facultas Artium proſequeretur, &c.

Secundum igitur totius Vniuerſitatis Concluſionem electi ſunt Legati ad Regem mittendi inter quos nominatus fuerat M. Thomas Gerſon: Sed cum legitimas ſuas excuſationes Artium Facultati probauiſſet, alterum ſufficere pluribus placuit. Reliquo autem hoc menſe & ſequenti magnâ ex parte nihil aliud ferè actum in Comitijs, quàm quomodo Legatio illa expediretur & quibus ſumptibus, & vnde pecunia ſumeretur. Porro diſcordia inter Facultates orta eſt ob Ceſſationes à munere docendi. Nonnullæ enim volebant ad tempus ſuſpendi, inconueniens & abſurdum eſſe ratæ ad Regem accedere, quandiu turbata foret Vniuerſitas, & ſtudia eſſent interrupta. Aliæ contra: quâ de re ſic ſcribit M. Antonius Guerry Trecenſis Procurator Nationis Gallicanæ.

Die Iouis 24. Octob. eiuſdem anni, ex conſilio Deputatorũ conuocauit D. Rector præclaram Artium Facultatem matrem meam ſuper 2. artic. apud S. Iulianum Pauperem per Iuramentum. Primus art. erat ad reperiendum concordiam de Ambaſſiata tranſmittenda ad D. noſtrum Regem: Nam Facultates Theologiæ & Decretorum nolebant ipſam Ambaſſiatam expediri, niſi aliqualiter ſuſpenſis, aut moderatis Ceſſationibus. Secundus art. erat communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et ſupplicauit M. Ioannes de Montigny Artium Magiſter & Decretorum Doctor dicens ſe potius loqui per modum exhortationis quàm ſupplicationis de præfatis Ceſſationibus moderandis, aut ſuſpendendis, eo quod, vt aſſerebat, malum erat quaſi cum gladio accedere Ambaſſiatores ad

" Regiam Majeſtatem ſuper reparatione Iniuriarum noſtrarum. Perſuade-
1453. " bat igitur Facultati Artium, vt cum D. Rectore deberet diſpenſare de
" iuramento quod præſtiterat in manu Prædeceſſoris de non retractandis
" ceſſationibus. Natio Franciæ retracta ad partem non diſpenſauit cum D.
" Rectore, ſed dedit Deputatos M. Victorem Textoris & M. Ioannem
" Pluyette, ſtando in aliàs deliberatis. Et ita concluſi, nec in Facultate fuit
" concordia habita pro tunc.

Ex his colligitur Rectorem, qui tunc erat M. Petrus Caros Baccalarius in Theol. & Magiſter Collegij Montis-Acuti, iuſſum fuiſſe iurare ſe cauſam iſtam Vniuerſitatis totis viribus proſecuturum. Præterea omnes Facultates & Nationes ſubſtractionem Epiſcopo Pariſ. denunciant. Tum verò maximè, cum audiunt ipſum verbis atrocibus in Vniuerſitatem palam & publicè *fuiſſe* inuectum in Sermone quem habuerat ad Clerum in Synodo Prouinciali, contra ceſſationes ſtudiorum & ſermonum. Quam ob rem congregata Vniuerſitas decernit quæ ſequuntur.

DECRETVM CONTRA EPISCOPVM PARISIENSEM.

" Die Lunæ 29. Octob. eiuſdem anni conuocauit D. Rector Vniuerſita-
" tem apud S. Mathurinum ſuper 2. artic. 1. fuit, 1. ad appellandum à Re-
" uerendo in Chriſto Patre D. Guillelmo Charretier Pariſienſi Epiſcopo
" propter quendam ſermonem factum per eum in ſua Synodo Pariſienſi,
" contra ceſſationes matris Vniuerſitatis, & propter multa alia grauamina
" quæ præfata mater Vniuerſitas per eundem Epiſcopum & eius Officiarios
" ſuis Suppoſitis conſiderabat illata; & per huiuſmodi appellationem vo-
" lebat Præfatus D. Rector matrem Vniuerſitatem deliberare de Exem-
" ptione noſtrâ ab eodem Epiſcopo & alijs Ordinarijs. 2. Ad celeriter ex-
" pediendam Ambaſſiatam tranſmittendam ad D. noſtrum Regem propter
" reparationem iniuriæ nobis illatæ. Ad quam quidem Ambaſſiatam non
" poterat aliquis Theologus reperiri. 3. Vt affigerentur monitiones impe-
" trandæ à D. Abbate S. Genouefæ ad curſum burſæ 2. ſolidorum pro ex-
" peditione præfatæ Ambaſſiatæ. Et quoad hunc articulum placuit 1. Na-
" tioni retractæ ad partem, vt moris eſt, quod D. Rector vniuerſaliter ha-
" beret procedere contra prædictum Epiſcopum, appellando à grauamini-
" bus illatis & inferendis per eum pro & nomine Vniuerſitatis, & in hoc
" proſequi exemptionem. Et quod Præfatus D. Rector vocatis Notario
" & Teſtibus haberet facere Informationem de particularibus grauami-
" nibus ipſorum Scholarium per ipſum D. Epiſcopum illatis, & potiſſimè
" in emendis pecuniarijs & incarcerationibus ipſorum Scholarium contra
" Priuilegia Vniuerſitatis. Et caſu quod non placeret toti Vniuerſitati, aut
" etiam toti Facultati Artium proſequi prædictam Exemptionem, volebat
" Natio mater mea vt ego eum nomine Nationis facerem citari ad Curiam
" Conſeruationis Apoſtolicorum Priuilegiorum noſtrorum, contra eum,
" quantum ad ipſam Nationem tangebat, & Suppoſita ipſius Nationis qui-
" bus grauamina intulerat, proceſſurus. Placuit 2. matri Nationi pro Theo-
" logo Ambaſſiatore eligere alterum duorum, videlicet vel M. Thomam
" de Gerſono, vel M. Antonium Vrſi: & caſu quo nollet alter eorum onus
" Ambaſſiatæ ſumere, volebat in craſtino Facultatem Artium Præclaram
" congregari apud S. Iulianum Pauperem ſolemniter per D. Rectorem,
" proceſſuram contra eoſdem Magiſtros noſtros, quorum vterque erat
" Magiſter Artium, omnibus vijs & modis poſſibilibus, etiam vſque ad
" priuationem ineluſiuè ipſorum Magiſtrorum noſtrorum tanquam periu-
" rorum, ſi prædictam Ambaſſiatam recuſarent acceptare. 2. Placuit eidem
" matri Nationi quod impetrarentur monitiones à D. Abbate S. Genoue-
" fæ, affigendæ in locis Communibus, & Contra-Rotulatorem prædictæ
" Burſæ eligi, vel de Facultate Decretorum, vel de Facultate Medi-
" cinæ, &c.

Ita decreuit Natio Gallicana, cui ſubſcripſerunt reliquæ Nationes & Facultates; vt ſcilicet ab Epiſcopo Pariſ. appellaretur. Eodemque die per Notarios confectum eſt Inſtrumentum publicum appellationis: vt in eodem Codice legitur. *Eadem die poſt prandium vocatis Notario & teſtibus*

ad

ad hoc ſpecialiter, interiecit D. Rector appellationem contra Præfatum D. Epiſcopum Pariſ. coram venerabili & circunſpecto viro M. Ioanne Militis Artium Magiſtro & in Facultate Theologiæ licentiato Archidiacono in Eccleſia Cenomanenſi. 1453.

Interim verò Rex de victoria, quam in Anglos retulerat, deque reductione Ditionis Burdegalenſis ſub iugum Francicũ, certiores fecit omnes Ordines Vrbis & Ciuitatis Pariſienſis, agique Deo gratias poſtulauit. Quia verò nemo in tota Ciuitate ſacras conciones habere audebat propter Interdictum Rectoris & Vniuerſitatis, prædictus Epiſcopus Pariſienſis M. Guillelmus Quadrigarius Vniuerſitatem rogauit ſimul cum Præpoſito Mercatorum, vt concederet hoc lætitiæ publicæ: ſcilicet vti Magiſtrum aliquem è ſuis daret, qui ad Populum concionaretur, gratias agendo Deo propter reportatam victoriam. In hanc rem conuocata eſt Vniuerſitas, & habita Comitia die 10. Nouemb. vt ex eodem Codice intelligitur.

Eadem die (*hoc eſt 10. Nouemb.*) poſt prandium Congregata Vniuerſitate per D. Rectorem ſuper 2. articulis: quorum primus erat ad reſpondendum duabus ſupplicationibus factis per D. Pariſienſem & Præpoſitum Mercatorum Pariſienſ. 1. Supplicationum erat vt conſentiret Vniuerſitas quod Præfatus D. Epiſcopus Pariſienſis, viſis, litteris Regijs ſibi directis de reductione Patriæ Burdegalenſis: Viſo etiam quod erat Vaſſallus D. noſtri Regis & requiſitus per Curiam Parlamenti poſſet per ſe, vel per aliquem de Magiſtris noſtris in Theologia ſibi conceſſum ab Vniuerſitate facere quendam ſermonem, vel potius quandam recommendationem ſine forma ſermonis de Victoria glorioſa eiuſdem D. noſtri Regis poſt Offertorium Miſſæ in craſtino celebrandæ per eum in Eccleſia Pariſ. ad quam conuenire debebant Proceſſiones Ciuitatis Pariſ. Et hanc ſupplicationem, quanquam gratioſa erat, interemit Natio retracta ad partem, volens præcipi D. Rectori ex parte ipſius Nationis cuius erat Suppoſitum, quod de hoc nihil haberet concludere, ſi aliæ Facultates, vel Nationes deliberarent annui prædictæ ſupplicationi: & ſe opponebat & appellabat Natio caſu quo aliter fieret. Volens appellationem iam interiectam pro facto Exemptionis groſſari & ſignificari, ſeu intimari præfato D. Pariſienſi, antequam haberet prædictam Proceſſionem celebrare. Placuit inſuper Nationi quod D. Rector haberet releuare inſtrumentum de prædicta appellatione quod reponeretur in Archiuis Vniuerſitatis & inſereretur libris Rectoris & Nationum. Secunda ſupplicatio erat vt D. Rector die Lunæ, aut Martis ſequenti haberet conuocare Vniuerſitatem, vt compareret præfatus Epiſcopus & aliqui de Pariſijs aduiſaturi Vniuerſitatem ſuper aliquibus in materia currenti. Et placuit eidem Nationi quod poſt receſſum Ambaſſiatorum noſtrorum quem eis præfigi volebat ad bimeſtre, poſſet conuocari Vniuerſitas **& non antè ad eos audiendos**: hoc appoſito quod ſuam ſupplicationem in Vniuerſitate formandam prius notificarent D. Rectori & Deputatis; ſed quod nullam mentionem facerent de Ceſſationibus rumpendis, aut ſuſpendendis.

Hocce tempore conſilium Rex inijt de inſtituendo Pictauij nouo Parlamento: atque ideo Curia Pariſienſis coacta eſt ad Vniuerſitatem recurrere, rogareque vt ſe ipſi adiungeret apud Regem.

Die Lunæ 26. Nouemb. Congregatâ Vniuerſitate per D. Rectorem apud Prædicatores ſuper 3. art. 1. erat ad reſpondendum DD. de Parlamento & de Ciuitate Pariſienſi petentibus adiunctionem Vniuerſitatis ad impetrandum à D. noſtro Rege ne de nouo conſtitueretur Parlamentum Pictauis. Secundus erat 1. ſuper appellatione interiectâ à venerandâ Natione Normaniæ opponente ſe & appellante ad Curſum Burſæ capitalis impoſitæ ad recuperanda 200. ſcuta conceſſa à Natione Franciæ; eo quod per hoc impediebatur Curſus ſuæ Burſæ. Et quoad hoc placuit Nationi ſicut & Vniuerſitati dare Deputatos nominatos qui haberent aduiſare modum concordandi illam Nationem cum Natione

" Franciæ & tota Vniuerſitate; quibus etiam concedebat Vniuerſitas om-
1453. " nimodam poteſtatem claudendi compotum M. Ioannis Leſcombart &
" omnium aliorum qui aliquas pecunias habebant, vel receperant pro &
" nomine Vniuerſitatis, &c. Tertius art. erat communis ſuper ſupplicatio-
" nibus & iniurijs. Supplicauit D. Rector in plenâ Vniuerſitate quod da-
" rentur Deputati aſſociaturi eum iturum ad D. Epiſcopum Pariſ. ad pe-
" tendum Apoſtolos ſuper appellatione interiectâ contra eundem Epiſco-
" pum per Vniuerſitatem: quia nullus volebat eum aſſociare in hoc facto,
" licet prædicta Appellatio pluries fuiſſet concluſa per Vniuerſitatem: ſed
" oportuit vt ego ſolus inter Officiarios iremDD. Decanis ſuperiorũ Facul-
" tatum & aliarum Nationum Procuratoribus renitentibus binâ vice, vnâ
" cum D. Promotore Vniuerſitatis, videlicet ad intimandum præfatam
" appellationem, & vnâ vice ad petendum Apoſtolos, quâ non dedit ac-
" cedere mihi ad eundem D. Pariſienſem. Et quo ad hoc placuit Nationi
" ſicut & toti Vniuerſitati quod DD. Decani & Procuratores haberent ea-
" dem die poſt prandium aſſociare D. Rectorem ad ipſos Apoſtolos peten-
dos; & iuxta hanc Concluſionem, adierunt D. Epiſcopum D. Rector &
DD. Decani & Procuratores, vt legitur in eodem Codice. Eadem die
" poſt prandium cum notabili Comitiua adiuit D. Rector, D. Epiſcopum
" Pariſienſem horâ Veſpertinâ ab eodem Epiſcopo aſſignata; & ad Capel-
" lam quæ eſt in eius domo Epiſcopali; quæ quidem Capella erat locus per
" eum aſſignatus ad dandum Apoſtolos; qui quidem D. Epiſcopus poſt mul-
" ta verba remiſit Nos ſine Apoſtolis; ſed tamen retinuit ſecum MM. Guil-
" lelmum Nicolai & Petrum Boſdiere Notarios Apoſtolicos per quos mi-
" ſit eoſdem Apoſtolos ad D. Rectorem, &c.

Sequentibus Comitijs fere ſemper actum eſt de proſequendâ viriliter Subſtractione, ſeu Exemptione à Iuriſdictione Ordinariorum apud ſummum Pontificem. Et die Martis 4 Decemb. Congregatâ per Rectorem Vniuerſitate, cum nonnulli impenſis maximis ad proſecutionem iſtius rei opus fore, dicerent, Natio Gallicana ſtatuit ſe vel proprijs ſumptibus exẽptionem illam & appellationem proſecuturam. Nec res abijt abſque diſcordia Quidam enim Magiſtri è Theologiæ & Decretorum Facultatibus publicè aſſerebant hoc ſapere hæreſim, & Facultatem Artium præſertim inſimulabant, quòd ardentior eſſet cæteris in eâ Exemptione proſequenda. Quamobrem edixit Rector, vt ad 13. Decemb. in San-Iulianenſi æde adeſſet Facultas Artium, Cauſamque in Edicto perſcripſit. Quid autem ijs Comitijs actum fuerit, habemus ex eodem Codice, vbi ſic ſcribit idem Guerry Procurator.

" Die Iouis 13. Decemb. conuocata per Iuramentum præclara Artium
" Facultas apud S. Iulianum Pauperem ſuper 2 art. Quo ad 1. punctum pri-
" mi art. Nationi ad partem retractæ diſplicuit multùm quoſdam de Magi-
" ſtris noſtris in Theologia irreuerenter eſſe locutos de D. Rectore & Fa-
" cultate Artium, eo quod ſpecialiter ipſa ſuſtinebat appellationem con-
" tra D. Epiſcopum Pariſienſem: propter quod ipſi dicebant prædictam
" appellationem quoad quædam, ſapere hæreſim. Vnde ex conſilio Magi-
SCHISMA IN VNIVERSITATE. " ſtrorum noſtrorum in Theologia qui ſunt de Natione Franciæ, videlicet
" MM. Dionyſij Sabrenois, Guillelmi Eurardi, Petri de Vaucello & Io.
" Monnet qui in Congregatione iſta informauerunt Nationem. Viſo quod
" ea quæ à quibuſdam hæretica dicebantur, iſti aſſerebant Catholica &
" inſerta libris magnorum Doctorum Eccleſiæ, placuit Nationi quod Fa-
" cultas haberet ſuſtinere appellationem in formâ quæ erat, & ſe ſubſcri-
" bere contra quoſcunque volentes eam articulare. Placuit inſuper quod
" ad craſtinam Facultatis congregationem vocaretur Decanus Theologiæ;
" qui in Congregatione Vniuerſitatis præceptum fecit D. Rectori eo quod
" erat in Theologia Baccalarius: & dixit, quod Facultas Theologiæ vnà
" cum Inquiſitore fidei intendebat agere contra iſtam appellationem: Et
" D. Cancellarius Eccleſiæ Pariſ. qui contra eandem appellationem ſuo
" officio dixit ſe functurum, &c.

Cum autem hæc verba Decani Theologiæ offendiſſent Facultatem Artium, poſtridie, hoc eſt 14. Decemb. apud San-Iulianum in Comitijs eiuſdem Facultatis, ſacer Theologorum ordo per Cancellarium B. Mariæ & 4. Magiſtros in Theol. deprecatus eſt culpam Decani, petijtque ignoſci quod temerè dixerat; nolle enim Facultatem Theol. à Facultate Artium vllo modo ſeiungi, aut deſciſcere. Ita ſcribit idem Guerry. 1453.

Die Veneris 14 Decemb. Congregata Facultate Artium apud S. Iulianum Pauperem per D. Rectorem ſuper 2. artic. quorum primus erat ad audiendum excuſationes D. Decani Theologiæ & D. Cancellarij. Secundus ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Comparuerunt præfatus D. Cancellarius B. Mariæ & 4. Magiſtri in Theologia, duo Seculares & duo Religioſi, ex parte ipſius Theologiæ Facultatis Deputati, qui Præfatum D. Decanum Theologiæ & Præfatam Facultatem Theologiæ excuſauerunt dicentes quod non volebat ſeparari à Facultate Artium, & hortabatur Nos ad bonam pacem & vnionem cum ipſis, non approbantes quæ temerè à Præfato Decano & quibuſdam alijs de illâ Facultate dicta fuerant, volendo articulare Facultatem Artium in ſuſtinendo appellationem prædictam. Et eis regraciata eſt Natio & potiſſimè Magiſtro noſtro M. Thomæ de Courcellis qui elegantiſſimè propoſuit in facie Facultatis Artium, &c.

Die Sabbati 15. Decemb. in Comitijs Facultatis Artium San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes Hauede Scotus qui iurare coactus eſt ſe totis viribus reparationem iniuriarum à Præpoſito Pariſ. & alijs illatarum, appellationem D. Pariſienſi Epiſcopo ſignificatam proſecuturum, & quæcumque aduerſus Cancellarium Pariſ. ſtatuta fuerant, rata habiturum. Et ita reliqui dies huiuſce menſis tranſierunt, donec tandem redierunt à Rege Legati Vniuerſitatis, felici ſucceſſu. Quâ de re ſic in eodem libro legitur.

Die Mercurij 2. Ian. conuocauit D. Rector Vniuerſitatem apud S. Mathurinum ſuper 3. art. 1. fuit ad audiendum relationem DD Ambaſſiatorum noſtrorum ad Regiam Majeſtatem videlicet M. Petri Mauger Decretorum Doctoris & M. Odonis de Credulio Magiſtri in Medicina, qui in ſuo reditu alios duos videlicet Magiſtrum noſtrum M. Thomam de Gerſono & M. Victorem Textoris antecеſſerant. Qui Ambaſſiatores priores facta ſua relatione in facie Vniuerſitatis ſupplicauerunt pro ſua aduoatione. Secundus artic. erat ſuper quadam appellatione interiectâ per M. Humbertum Dominici qui appellauerat ad Curiam Parlamenti caſu quo D. Rectori expediret Scriba Commiſſionem decretam per D. Vices-gerentem in Curia Conſeruationis ad faciendum informationem de grauaminibus nobis illatis per D. Pariſienſem à quo appellauit Vniuerſitas. Qui quidem M. Humbertus & Scriba citati ad congregationem, comparuerunt in Congregatione eadem. Scriba contentus fuit dare prædictam Commiſſionem groſſatam, non tamen ſigillatam, D Rectori. Supplicauit tamen quod redderetur indemnis per Vniuerſitatem contra prædictum M. Humbertum. Prædictus autem M. Humbertus arroganter & auſu temerario non ceſſabat in facie totius Vniuerſitatis appellare ab Vniuerſitate ad Parlamentum, dicens ſe etiam eſſe exemptum à Iuramento præſtito D. Rectori & Vniuerſitati, & abſolutum per Priuilegium quod habet à D. Epiſcopo Pariſienſi. Videns autem ego eius arrogantiam & fatuitatem inuerecundam, ſecundùm Priuilegia noſtra requiſiui D. Rectorem vt in medium Vniuerſitatis poneret eius priuationem à Practica Curiæ Conſeruationis. Deinde D. Decanus Facultatis Decretorum & ego requiſiuimus D. Rectorem ponere in medium Vniuerſitatis ſuã priuationem ab Vniuerſitate & periurium. Tertius art. erat communis. Et quantum ad 1. art. Natio Franciæ retracta ad partem regraciata eſt imprimis D. noſtro Regi, qui ſolus inter omnes de ſuo conſilio habet ſinceram affectionem ad ſuam filiam Vniuerſitatem, & omnibus qui aliqua obſequia contemplatione matris Vniuerſitatis repræſentarunt, Aduoationem

TVRBA PROPTER EPISCOPVM PARIS.

" Ambaſſiatorum ſuſpendit vſque ad aduentum aliorum. Quantum ad 2.
1453. " art. volebat indemnem reddi Scribam Curiæ Conſeruationis de Expedi-
" tione ipſius Commiſſionis. Priuabat ex tunc M. Humbertum ex Curia
" Conſeruationis & ab Vniuerſitate, reputans eum periurum. Ne tamen
" ex quadam temeritate videretur procedere, volebat eum citari ad pro-
" ximam Congregationem, auditurum ſuam priuationem, niſi renunciaret
" appellationi ſuæ & ſatisfaceret in eodem loco de iniurijs illatis Vniuer-
" ſitati, & D. Decano Facultatis Decretorum, qui per Facultates & Natio-
" nes ad partem retractas ſupplicabat pro priuatione ſaltem à praxi in Curia
" Conſeruationis, quæ ſupplicatio fuit per Nationem conceſſa & amplius.
" Et hoc Concluſi. GVERRY.

Interim prædictus M. Humbertus diem dicit Rectori, Decanis Decretorum & Medicinæ, ac Procuratoribus Nationum, 4. Ianuarij vt adeſſent, cauſamque apud Parlamentum contra Epiſcopum Pariſienſem defenderent. Et die 7. Ianuarij cum ob eam rem Comitia celebrarentur apud Bernardinos, idem ſignificauit per Oſtiarium Curiæ. Quod quidem non parum turbauit Vniuerſitatem, eóque adduxit vt Curiæ denunciatum voluerit ſe nolle eius ſtare Decretis; quod omnia ſua priuilegia infringeret, ſed ſi ſecùs facere & vltra progredi vellet, ſe Regem appellaturam, cæterum Humbertum ex Vniuerſitatis gremio excuſſum voluit. Patet ex eodem Codice ad diem 7. Ianuarij quo legitur Vniuerſitatem ſuper 3. art. fuiſſe congregatam apud Bernardinos. *Primus erat ad prouidendum quibuſdam adiornamentis ex parte M. Humberti factis contra D. Rectorem, Decanos Decretorum, Medicinæ & Procuratores Nationum die Veneris 4. Ian. Qui quidem M. Humbertus adhuc in facie totius Vniuerſitatis adiornari fecit de nouo in ipſa Congregatione in S. Bernardo Facultatem Artium, Medecinæ & Decretorum ad Curiam Parlamenti ad dies Præpoſituræ Pariſ. fecitque Oſtiarius Curiæ præfatæ Parlamenti inhibitiones ſub magnis pœnis D. Rectori, Decanis, Procuratoribus & Commiſſarijs datis ad faciendum informationem contra dictum D. Pariſienſem. Vocatuſque eſt ipſe M. Humbertus, & in Congregatione ipſa & ante per Bidellum citatus, qui cum præſens eſſet, non dignatus eſt reſpondere. Et quoad iſtum artic. placuit Nationi Franciæ ad partem retractæ priuare adhuc ipſum M. Humbertum, & Curiæ Parlamenti notificare, quod caſu quod vellet ſic priuilegia noſtra & nos moleſtare, Vniuerſitas appellabat ad D. noſtrum Regem; nec volebat ipſam Curiam de ſtatutis Priuilegijs noſtris, aut priuationibus & Conſtitutionibus per Nos factis aliquo modo cognoſcere. Placuit inſuper ipſi omnes Adiornatos indemnes reddere, &c.*

In hiſce anguſtijs poſita Vniuerſitas expectabat iuxta litterarum Regiarum tenorem, donec ſibi à Senatu Pariſienſi ſatisfieret: præſertim quoad Ceſſationum cauſam; quamobrem delecti fuerunt ab Vniuerſitate, qui cum DD. Senatoribus colloquerentur, reique componendæ rationes excogitarent. **Quod cum ſæpè reliquo hoc menſe agitatum fuiſſet,** tandem nonnullos pacis Articulos porrexit Curia; ſed quia volebat reſumi lectiones antequam aliquid ſtatueretur, cum id relatum eſt in Comitijs 3. die Febr. habitis, Vniuerſitas in duas ſententias omnino diuerſas abijt: alij enim reſumi volebant; alij non, ante quàm articuli lecti & ſigillo Curiæ ſigillati fuiſſent, vt legitur in eodem Codice, ſcribente M. Petro Marie tunc temporis Gallicanæ Nationis Procuratore.

Die, *inquit*, 3. Feb. conuocauit D. Rector apud S. Leonardum Vniuer-
" ſitatem ſuper 2. art. 1. fuit ad audiendum relationem Deputatorum Vni-
" uerſitatis, & ad audiendum aliqua quæ fuerunt conceſſa Vniuerſitati ad
" pacificandum materiam Ceſſationum per dominos de Curia Parlamenti.
" Secundus articulus fuit communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et
RVRSVS TVRBA INTERFACVLTATES ET 4. NATIONES. " quoad illum art. ſupplicauit quidam pro adiunctione Vniuerſitatis. Quan-
" tum ad 1. art. placuit Nationi conformiter ad alias imprimis habere lit-
" teram illorum articulorum nobis conceſſorum per dominos de Curia
" Parlamenti ſigillatam ſigillo Grafarij; quâ habitâ, deliberare ſuper

reſumptione Lectionum, & non aliter: quia materia reſumptionis lectionum non erat poſita in medium per D. Rectorem. Nihilominùs tertio ſuperiores Facultates abſoluebant D. Rectorem à ſuo Iuramento & volebant actualiter reſumere lectiones; & quod die Martis ſequenti fieret proceſſio Vniuerſitatis: volebant tamen quod iſta reſumptio non ſortiretur effectum quo vſque & donec vidiſſent huiuſmodi litteras. Et quoad hoc renuit D. Rector concludere, attento quod non poſuerat materiam Reſumptionum in medium. Sed Decanus Facultatis Theologiæ concluſit vſurpando Officium Rectoris: & ſic fuit quædam diſcordia mota inter ſuperiores Facultates & Artium Facultatem. 1453.

Hæc diſcordia leui de cauſa orta inter Facultates, ipſam pœne Vniuerſitatem ſubuertit. Moleſtè ferebat Artium Facultas exemplum illud ſine exemplo, temeritatemque Decani plecti poſtulabat: & reuera donec pœnas luiſſet, interdixit omnibus ſuis ſuppoſitis frequentare lectiones vllius Magiſtri de Superioribus Facultatibus: vt legitur in eodem Codice.

Die Sabbati 4. Feb. fuit conuocata Facultas Artium per D. Rectorem in Iacobitis ſuper 2. art. 1. erat ad pacificandum diſcordiam motam inter Facultates ſuperiores & Artium Facultatem, ſuper modo procedendi. Secundus fuit communis. Quantum ad 1. art. placuit Nationi Franciæ conformiter ad alias Nationes, quod D. Rector non diſpenſaretur de iuramento præfato ſuper materia Ceſſationum; ſed potius illud idem haberet renouare. Quantùm ad modum procedendi, voluit quod mitteretur notabiliſſima Ambaſſiata ad D. noſtrum Regem, ad informandum eum ſuper exceſſibus iniuriarum filiæ ſuæ illatarum. Placet inſuper formare appellationem contra illos de ſuperiori Facultate, de attentatis, vel attentandis per eos ad illum, vel ad illos, ad quem vel quos ſpectabit. Voluit inſuper quod D. Rector haberet præcipere omnibus tam Iuratis quàm non Iuratis, quod non vadant ad lectiones Magiſtrorum de ſuperiori Facultate ſub pœnâ periurij & priuationis in perpetuum à conſortio Vniuerſitatis: & conſimili pœnâ punirentur Magiſtri Legentes. Et voluit quoad hoc quod D. Rector haberet affigere litteras de eorum periurio & priuatione in perpetuum à gremio Vniuerſitatis.

Voluit quod in prima Congregatione conuocaretur D. Decanus Facultatis Theologiæ reuocaturus Concluſionem illam, ſi fas ſit eam vocare concluſionem, quam fecerat in S. Bernardo in die Dominica præcedente. Et iuxta hanc Concluſionem per Bidellum ipſi Decano ſignificatum vt ſiſteret ſe, die 8. apud S. Iulianum, adfuit, & iuſſus reuocare Concluſionem quam tulerat, veniamque precari quod nouo exemplo & nunquam antea audito auſus fuiſſet Rectorem agere, recuſauit; donec ſuam Facultatem aliaſque Superiores in hanc rem conſuluiſſet. Igitur contra eum ſententia lata eſt quæ ſequitur ex eodem Codice.

Die 8. eiuſdem menſis fuit conuocata Facultas Artium in S. Iuliano **per iuramentum ſuper 2. artic. 1. fuit ad audiendum annullationem & reuocationem** Concluſionis quam fecerat D. Decanus Facultatis Theologiæ in S. Bernardo in nouiſſima Congregatione. Secundus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. artic. comparuit D. Decanus in dicta Facultate & interrogauit eum D. Rector an concluſerat: & reſpondit, quod ſic. Tunc præcepit ſibi D. Rector quod vellet annullare & reuocare dictam Concluſionem. Reſpondit quod non erat vocatus ad renunciandum Concluſioni, ſed ſolum ad conſulendum: Et quod volebat petere conſilium ab illis de ſua Facultate & de Superioribus Facultatibus. Et ſuper hoc deliberauit Natio quod tricies conuocaretur per iuramentum ad dictam Facultatem renunciaturus præfatam Concluſionem, computando primam vocationem pro vna vocatione: & ſi non compareret, & ſi etiam non vellet reuocare eam, quod declararetur periurus per affixionem ſcedularum in valuis Eccleſiæ, &c.

Anxius ille Facultatem ſuam aliaſque Superiores conſuluit: quæ factum improbantes, poſtridie nonnullos è ſuis miſerunt qui prædictum Decanum

excuſarent, Concluſionem irritam declararent, factum infectum eſſe
1453. velle teſtarentur, neque velle cum Facultate Artium vllo modo diuortium facere. Id quoque in eodem Codice habetur.

» Die 9. ſequenti fuit conuocata Facultas Artium in S. Mathurino per » iuramentum ſuper tres articulos Primus ad audiendũ annullationem & re» uocationem Concluſionis captæ per Decanum Theologiæ. Et quoad illum » artic. venerunt nonnulli Magiſtri de Superioribus Facultatibus deputati » ab illis Facultatibus, ad intimandum aliqua Facultati Artium. Imprimis » exhortabantur Facultatem Artium ad vnionem Pacis & Concordiæ. *Vl» terius excuſabant D. Decanum Facultatis Theol. dicebantque quod erat par» cendum ſuæ Senectuti, & dicebant quod Concluſionem quam fecit, reputabant » nullam. Et de illo dicto quæſiui inſtrumentum nomine Nationis.* Quantum ad » iſtum artic. deliberauit *Natio Franciæ quod D. Decanus coram Notario ha» beret dicere quod reputat Concluſionem illam quam fecit, pro non habita, & mo» dum faciendi pro non facto. Et quod virtute illius Concluſionis non intendit in » futurum præiudicare Artium Facultati.* Secundus artic. fuit ad audiendum » minutam cuiuſdam litteræ porrigendæ illis de venerabili Curia Parla» menti quam confecerant deputati de Facultate Artium. Et ſuper iſto » puncto deliberauit Natio, quod volebat quod iſta minuta communicare» tur Decanis de Superioribus Facultatibus, qui haberent conuocare ſua » ſuppoſita ad viſitandum illam minutam, quâ viſitatâ D. Rector conuoca» ret Deputatos Vniuerſitatis. Et ſi videret, quod illi de Superiori Facul» tate vellent ſe vnire nobiſcum ad porrigendam illam litteram dominis de » Parlamento, D. Rector haberet conuocare Vniuerſitatem & non aliàs. » Tertius art. fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et quoad hoc regra» ciatur Natio Magiſtris de eorum exhortatione ad pacem & concordiam, quia ipſa non quærit niſi pacem & concordiam.

Cæterum reſumptis aliqualiter Lectionibus ſublataque ceſſatione ſermonum præterquam in tribus Parochijs vnde cauſa mali proceſſerat, Ecce dum 24. Martij, ad electionem Rectoris concurritur, oriuntur noui tumultus, ad quos ſedandos aditur Curia Pariſienſis. Et illa M. Nicolaum Marchant Senatorem iubet inquirere in factum factique rationem. Electus autem fuerat à 3. Nationibus, Franciæ, Picardiæ & Germaniæ M. Petrus Caros: ab alijs vero & à totâ Natione Normaniæ M. Henricus Megret pro quo cum ſententiam tuliſſet Senator prædictus, ab eius Iudicio Facultas Artium appellauit: nec tamen loco & tempore opportuno appellationem ſuam intimauit: quamobrem prædictus Megret petijt & impetrauit Mandatum Regium quo cogeret Facultatem ab appellatione deſiſtere, aut cauſas appellationis proferre. Sed id potius vlcerauit animos Facultatis, quæ Iudicia Curiæ omnino ſtatuit non ſubire; vt ſcribit

NOVA TVRBA IN ELECTIONE RECTORIS.

» M. Ioannes Quarreti Procurator Nationis Gallicanæ.

» Die Mercurij, *inquit*, quæ fuit 10. April. D. Rector fecit Facultatem Ar» tium in S. Iuliano conuocari ſuper 3. artic. 1. erat ad audiendum tenorem » cuiuſdam Mandati Regij impetrati per M. Henricum Megret. Secundus » erat ad aduiſandum modum procedendi in dicto negotio quod tangebat » electionem D. Rectoris. Tertius erat communis, &c. Quantum ad 1. » artic. lectum fuit prædictum mandatum, cuius Concluſio erat, vt cum » Facultas appellaſſet à M. Nicolao Marchant commiſſo per Parlamen» tum ad faciendum informationem ſuper modo Electionis Rectoriæ & non » releuaſſet ſuam appellationem, quod erat in præiudicium Impetrantis, » propter dilationem; cum Officium Rectoriæ de quo erat ſermo, ſit ſolum » trium menſium, haberet infra certos breues dies ipſa Facultas dicere » cauſas appellationis, &c. Cui mandato extitit Reſponſum, quod non ad » Parlamentum erat appellatum, ſed ad ſupremum D. noſtrum Regem. » Et diſplicuerunt in ſumma quædam narrata in dicto Mandato, videlicet » quod aliqui de Facultate & ſignanter D. Rector M. Petrus Caros voca» bantur Clamatores, Brigatores & talia huiuſmodi. Diſplicuit etiam quod M. Henricus Megret qui erat vocatus per Iuramentum, non comparuit

jn Congregatione. Et fuit concluſum quod iteratò vocaretur ad primam " 1453.
dicturus cauſas. Quantum ad 2. artic. placuit Nationi, quod ego habe- "
rem adire Curiam Parlamenti cum alijs Procuratoribus & dicere quali- "
ter appellaueramus ad Regem, nec intendebamus quouis modo ſubire Iu- "
riſdictionem illius Curiæ. Et caſu quo vellent directè, vel indirectè co- "
gnoſcere de huiuſmodi Electione Rectoris, quod de nouo appellaremus "
ab eiſdem ad dictum ſupremum Regem. Quantum ad 3. artic. ſupplicauit "
D. Rector quod Facultas haberet defendere factum tanquam proprium, "
cum tangeret Priuilegia Facultatis. Et placuit Nationi defendere viri- "
liter contra quoſcunque & expenſis Facultatis. Et ſi erat neceſſarium "
mittere ad Regem, erat parata dare ſuum Ambaſſiatorem & ſuam quo- "
tam pecuniæ, &c. "

Sequentibus Comitijs vocatus eſt iterùm, ac tertiò prædictus Megret, è gremio Vniuerſitatis ejectus, omnique iure priuatus, & eius priuatio- nis ſcedulæ publicè proſtiterunt. Item 3. Procuratores Curiam Parla- menti adire iuſſi referunt remiſſam cauſam illam Rectoriæ Electionis ad Vniuerſitatem. Quâ de re ſic ſcribit prædictus Procurator Quarreti in eodem Codice.

Die Sabbati, quæ fuit 13. menſis Aprilis, conuocauit D. Rector præ- " claram Facultatem Artium in S. Iuliano ſuper 3. artic. quorum Primus " erat ad aduiſandum ſi idem D. Rector cum 3. Procuratoribus, ſcilicet " Franciæ, Picardiæ & Almaniæ qui erant adiournati perſonaliter com- " parituri in Parlamento, haberent ibidem comparere. Secundus erat ad " audiendum reſponſum M. Henrici Megret qui 4. vice & de abundanti " erat citatus, & per iuramentum vocatus ad dictam Facultatem. Tertius " erat communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. artic. " Natione retracta ad partem, vt moris eſt, placuit eidem quod tres Pro- " curatores qui erant adiournati, vt prædictum eſt, haberent eandem ad- " ire venerandam Curiam Parlamenti. Nec placebat quouis modo quod " D. Rector haberet eandem adire pro quocunque mandato facto vel fien- " do. Procuratoribus verò, limitabat poteſtatem videlicet de ſolum de- " clinando forum illius Curiæ. Et caſu quo illi de prædicta Curia vellent " cognoſcere de materia tunc currente quæ erat materia Electionis Recto- " riæ, Procuratores haberent ab ijs appellare ad ſupremum Regem. Et vt " Concluſio haberet vigorem, iurauerunt omnes Magiſtri qui tunc fue- " runt in Congregatione in manu ſui Procuratoris & ſuper ſancta Euange- " lia, nunquam obedire alteri Rectori niſi ordinato & recepto per Facultа- " tem, non obſtante quocunque mandato Regio, aut etiam Arreſto dato, " vel dando per Regem, vel Curiam Parlamenti. Quantum ad 2. art. fuit " vocatus M. Henricus Megret per Bidellum alta voce pro 4. vice, & de " abundanti, qui cum non compareret, ſiue ex contemptu, ſiue aliâ qua- " cunque cauſâ inconſultâ, voluit Natio conformiter ad alias Nationes, " quod quàm celeriùs fieri poſſet, affigerentur ſcedulæ per valuas Eccle- " ſiarum & alia loca ſolita, periurium, priuationem, & perpetuam à gre- " mio & conſortio Facultatis reſecationem continentes. Quantum ad 3. " art. ſupplicauerat D. Rector pro adiunctione, conſilio, auxilio in materia " currente. Cui ſupplicationi benignè annuit Natio cum alijs Nationibus " capiendo etiam factum ſuum tanquàm proprium. Voluit etiam quòd poſ- " ſent fieri diſputationes in vico Straminis tempore inordinario ad expe- " ditionem Baccalariorum. Inſuper comparuit D. Cancellarius S. Geno- " uefæ qui præſentauit Facultati 4. Examinatores pro ſuo examine videli- " cet M. Ioannem Sannier pro Natione Franciæ, M. Ioannem Boulanger " pro Natione Picardiæ, M. Ioannem de Bauent pro Natione Normaniæ " & M. Arnoldum..... pro Natione Almaniæ quorum 3. ſcilicet Gallicus, " Picardus, & Almanus fuerunt acceptati per Facultatem & fecerunt iu- " ramenta ſolita in conſpectu Facultatis. Normanus verò non iurauit illâ " die, cum inhibuiſſet ſibi Procurator ſuæ Nationis propter ſeparatio- " nem quam fecerant ab alijs Nationibus. Non obediebant enim tunc D. "

1453. „ Rectori, ſcilicet M. Petro Caros, ſed præbebant conſilium, auxilium & „ fauorem M. Henrico Megret quamuis non eſſet de Natione ſuâ. Et iſta „ omnia concluſi.

„ Finita autem hac Congregatione, Procuratores Picardiæ & Almaniæ „ cum ſuis Deputatis: & ſimiliter Deputati Nationis Franciæ, & ego adi- „ uimus Curiam Parlamenti, ſicut erat concluſum. Sed antequàm intrare- „ mus Cameram ad habendum audientiam, ſuperuenit M. Guillelmus Me- „ rault qui ſecum afferebat ſcedulas Priuationem M. Henrici Megret con- „ tinentes, ſigillis Procuratorum ſigillandas; quas etiam in Capella Pa- „ latij ſigillauimus, & ſigillatas in valuis Eccleſiarum & locis publicis affigi „ mandauimus ſine mora. Quo facto, intrauimus Cameram & habuimus au- „ dientiam oſtijs clauſis. Et omnibus propoſitis pro parte M. Henrici „ Megret & Nationis Normaniæ ſibi adhærentis: Similiter ad omnia Reſ- „ ponſionibus datis conformiter ad priuilegia noſtra per aduocatum Facul- „ tatis extitit ordinatum per Curiam quod cauſa remittebatur ad Vniuer- „ tatem. Et eadem hora remiſiſſent ad Facultatem, ſicut quærebamus; ſed „ dicebant Facultatem eſſe partem: qua propter non debebat ſibi remit- „ ti cauſa. Indignati etiam fuerunt Domini illius Curiæ contra Faculta- „ tem Artium propter tria. Primo quia fuerat eis relatum quod nedum „ concluſeramus, ſed etiam iuramento roborari feceramus Concluſionem „ de non obediendo Ordinationi Curiæ, ſi quid ordinaret contra Conclu- „ ſionem Facultatis. Secundo quod priuaueramus & priuatum declaraue- „ ramus M. Henricum Megret, non obſtante appellatione ſuâ ad Parla- „ mentum & eiuſdem appellationis intimatione. Tertio quia Scholares M. „ Roberti Remigij priuaremus eo quod M. Henricus Megret moram tra- „ hebat in ſua domo. Sed de iſto tertio ſiniſtrè erant informati. De alijs „ verò duobus oportuit quod haberent patientiam cum fuiſſent concluſa „ per Facultatem & executioni demandata. Et nihilominùs ſi fuiſſent in „ fieri, mater Facultas erat intentionis ducendi ad factum eſſe.

Interim M. Petrus Caros Rector veritus ne cauſa eſſet longioris & pe- riculoſioris diſſidij, ſi Rectoratum retineret, vt viditadiri Curiam, iam libens abdicauit, etiamque Facultati Artium ſuum Magiſtratum ſponte remiſerat, cum Senatuſconſultum de quo ſupra, latum eſt. Quamobrem prædictus Quarreti Procurator Nat. Gall. conuocauit Facultatum Ar- tium, ad quam retulit quæ in Curia Parlamenti geſta eſſent. Sic autem ille hac de re ſcribit in eodem Codice.

RECTOR SPONTE RECTO- RATV SE ABDICAT. „ Die Lunæ 15. April. Ego Ioannes Quarreti conuocare feci Facultatem „ Artium in S. Mathurino ſuper 3. artic. Et hoc incumbebat mihi ex officio „ Procuratoris, cum vacaret ſedes Rectoralis & Facultas careret Rectore; „ & hoc per reſignationem puram & ſimplicem, & proprio motu, quam fe- „ cerat M. Petrus Caros in manibus Facultatis. Primus erat ad audiendum „ quæ acta per Nos die Sabbati præcedente fuerant in Parlamento Regio. „ **Secundus erat ad audiendum ordinationem Curiæ ſuper materia curren-** „ te quæ erat Electionis Rectoris Vniuerſitatis. Tertius erat communis ſu- „ per ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. artic. expoſui in conſpectu „ ipſius Facultatis ea quæ propoſita fuerant per Procuratorem & Aduoca- „ tum M. Henrici Megret & Nationis Normaniæ adhærentis. Quæ qui- „ dem omnia tendebant ad iſtam Concluſionem, quod Domini de dicta „ Curia haberent eidem Megret adiudicare Ius Rectoriæ, & munimenta „ Rectoris è manibus M. Petri Caros ſubſtrahere per manus oſtiarij Par- „ lamenti, & eidem Megret tanquam vero Rectori tribuere. Requirebant „ etiam ijdem Procurator & Aduocatus detentionem & incarcerationem „ Procuratorum Facultatis, qui non obſtante appellatione dicti Megret, „ ipſum priuatum declaraverant, & ſcedulas per loca publica affigi decre- „ uerant; ſicut ipſi Procuratores Franciæ, Picardiæ & Almaniæ in præſen- „ tia totius Curiæ confitebantur. Expoſui inſuper quid per Aduocatum „ noſtrum fuerat reſponſum; *videlicet quod Electio Rectoris ad ſolam Facul-* „ *tatem Artium ſpectabat, & per hoc præeminentiam ſupra cæteras Facultates*

habebat

habebat; & hoc ex Priuilegio Apoſtolico. Quapropter ipſa *Facultas de ciuſmodi electione volebat ſola cognoſcere; nec ante quoſcunque Iudices, nec quamcunque Curiam quanquam ſupremam tractari huiuſmodi materiam.* Et ideo quærebat idem Aduocatus noſter remiſſionem cauſæ prædictæ ad ipſam Facultatem, ad quam ſolam ſpectat, diſcordiam, ſi qua in eadem materia oriatur, pacificare. Quantum ad 2. artic. expoſui Ordinationem Curiæ quæ erat talis, videlicet quod Curia remittebat cauſam ad Vniuerſitatem. Et hoc quia Facultas Artium faciebat ſe partem contra dictum Megret; & ſic non habebat in huiuſmodi materia ſententiare. His ergo, vt præmittitur, declaratis, traxerunt ſe Nationes ad partem ad deliberandum quid ſuper his eſſet agendum. Diſcuſſa ergo materia, ad longum in qualibet Natione & particulariter Concluſione capta adunauerunt ſe prædictæ Nationes ad publicè manifeſtandum per organa Procuratorum quid ſuper materia fieri videretur eis opportunum. Primitùs igitur regraciatum eſt dictis Procuratoribus, & de pœnis, laboribus & diligentijs in huiuſmodi proſecutione aſſumptis. Placuit cuilibet Nationi, *vt ego Procurator Nationum tanquam Vices-gerens Rectoris haberem requirere Decanos ſuperiorum Facultatum, vt conuocarent ſuppoſita ſuarum Facultatum in craſtino.* Et ego ſimiliter conuocarem Facultatem Artium, & ibi publicaretur Ordinatio Curiæ: non quod vellent illi de Facultate Artium parere ordinationi dictæ Curiæ quantum adhoc quod concernebat remiſſionem cauſæ ad Vniuerſitatem, ſed ad requirendum illos de ſuperioribus Facultatibus quod vellent remittere cauſam ad Facultatem quemadmodùm Parlamentum remiſerat ad Vniuerſitatem. Et caſu quo dicti Domini de Superioribus Facultatibus vellent quouis modo directè, aut indirectè ſiue tanquam Commiſſi per Arreſtum Parlamenti, aut aliàs Rectorem eligere, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, appellabat Facultas Artium ad S. Sedem Apoſtolicam tanquam ad Iudicem noſtrum immediatum. Cum ex Priuilegio Apoſtolico tandiu obſeruato & à tanto tempore, quod contrarium in memoria hominum non exiſtit, *ad ſolam Facultatem Artium pertineat Rectorem eligere.* Deliberationibus ergo ſingularum Nationum auditis, *Ego vt Rectoris Vices-gerens*, ita fiendum concluſi. Quantum ad 3. artic. ſupplicauerunt quidam venerabiles Magiſtri Franciæ & Picardiæ Nationum, vt Normanos qui ſeparauerant ſe à conſortio aliarum Nationum vellet mater Facultas declarare periuros & infames, quod non liceret vni Nationi ſe ab alijs ſeparare. Sed aduiſauerunt quidam prudentiſſimi de dicta Facultate illud non eſſe pro tunc conueniens, neque opportunum; cum potius deberet dicta Facultas velle eorum perpetuam ſeparationem quàm coniunctionem, propter diuiſiones quas aſſerunt oriri continuè in dicta Facultate tam inter Nationes, quàm inter ſuppoſita Nationum ad inuicem. Ideo Concluſi ſuper iſto quod ſi ipſis placeret ire Cadomum, aliæ Nationes locarent naues pro **prijs ſumptibus & expenſis.** 1453.

Cum ergo Procurator Nationis Gallicanæ, Rectoriâ vacante, Comitia in craſtinum edixiſſet, ijs poſtridie præfuit apud Mathurinenſes, & propoſito Senatuſconſulto quo lis de Rectoria remittebatur ad totam Vniuerſitatem, tantùm effecit, vt ipſa Vniuerſitas rem totam permiſerit arbitrio Facultatis Artium, ad quam ſolam Rectoris creandi ius pertinere ſciebat, tanquam ad eam quæ prima & præcipua fuiſſet in Vniuerſitate; quâ de re ſic ſcribit idem Procurator.

Die Martis quæ fuit 16. Aprilis, *fuerunt ſuperiores Facultates vnà cum Facultate Artium per me conuocatæ in S. Mathurino adunatæ* ſuper 2. artic. Primus erat ad audiendum ea quæ acta erant per Parlamentum in materia noſtra, ſcilicet in materia Electionis Rectoris. Et quoad iſtum articulum, lecta fuit ordinatio Parlamenti quæ continebat *in forma, quod cum totalis diſpoſitio, electio, confirmatio & deſtitutio Rectoris ſpectaret ad Facultatem Artium*, & hoc ex Priuilegio Apoſtolico, vt per Aduocatum ipſius Facultatis fuerat promulgatum: *& in hoc ipſa Facultas haberet præeminentiam*

" *ſuper alias Facultates, nihilominus quia ipſa iam dicta Facultas præclara ſe-*
1453. " *cerat ſe partem formalem* contra vnum in dicto Officio contendentium,
" ſcilicet contra Megret, & factum ceperat tanquam proprium, in hoc de-
" bebat ipſa Facultas Artium priuari authoritate iudicandi, cum ante litis-
" conteſtationem ſuum protuliſſet Iudicium & Ius-Rectoriæ M. Petro
" Caros attribuiſſet, M. verò Henricum Megret non habere quodcunque
" ius, declaraſſet. Quapropter decernebat rationi congruum, vt mater
" Vniuerſitas, cuius Facultas Artium præclara membrum erat notabile,
" auditis hinc inde contendentibus, & eorum rationibus & motiuis prola-
" tis & declaratis, haberet in ea re ponere concordiam, & alteri eorum, ſi
" potius ius haberet, Officium adiudicare. Secundus art. erat communis
" ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et quantum ad iſtum articulum mul-
" tùm perlucidè, eloquenter & leporinè locutus eſt famoſiſſimus & ſaga-
" ciſſimus vir & M. Ioannes Haueron pro parte Facultatis Artium, non
" quod ipſa Facultas ſupplicaret, ſed vt ipſi Domini de Superioribus Fa-
" cultatibus non poſſent allegare ignorantiam priuilegiorum, propoſuit
" idem Magiſter qualiter ex *Priuilegio Apoſtolico, cum Facultas Artium eſſet*
" *fundamentum Vniuerſitatis, eidem erat conceſſa Electio Rectoris: qui quidem*
" *Rector debet eſſe de ipſa Facultate Artium, & non de alijs.* Et ideo digna-
" rentur prædicti Domini de Superioribus Facultatibus, ſicut Domini de
" Parlamento ad Vniuerſitatem remiſerant cauſam tractandam, ſimiliter
" remittere ad Facultatem per eam terminandam, ſicut etiam iuſtum
" erat & parendo Priuilegijs Apoſtolicis & ſeruando præeminentiam ipſius
" Facultatis ſicut & multi de Superioribus Facultatibus iurauerant inuio-
" labiliter ſeruare, *ad quemcunque ſtatum*, &c. Et caſu quo non vellent præ-
" dicti de Superioribus Facultatibus eandem cauſam remittere, ſed vel-
" lent quouis modo de iure diſcutere, opponebat ſe dicta Facultas pro-
" teſtando de appellando ad ſummum Pontificem qui erat Dator Priuile-
PRÆROGATIVA FACULTATIS ARTIVM. " gij, &c. *Quapropter per ipſas Facultates Superiores fuit totalis cognitio, diſ-*
" *cuſſio, adiudicatio & diſpoſitio dictæ Rectoriæ ad ipſam Facultatem remiſſa,*
" craſtino, vel quàm celerius fieri poſſet prouidendo, ſiue per electionem
" contendentium, ſiue vnius tertij ad beneplacitum ipſius præclaræ Fa-
" cultatis Artium. Et ita gaudens & hilaris concluſi. Sig. QVARRETI, &c.

Ita Facultas Artium voti ſui compos, edicente eodem Procuratore poſtridiè conuenit & Comitia ſua in San Iuliano habuit, in quibus vt ſuam tueretur dignitatem, neue iuri ſuo quidquam derogaret, Rectorem refecit M. Petrum Caros. Quâ de re ſic ſcribit idem Procurator.

" Mercurij ſequente quæ fuit 17. prædicti menſis, conuocaui Facultatem
" Artium in S. Iuliano hora conſueta ſuper 2. artic. Primus erat ad eligen-
" dum Rectorem. Secundus ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum
" ad 1. artic. primitùs & ante omnia ad auxilij diuini inuocationem ſine
" quo nihil æquum, aut iuſtum perpetrari poteſt, feci vnam Miſſam S.
" Spiritus, vt moris eſt, celebrari, **vt ipſius illuſtratione ſingulorum Facul-**
" tatis Artium Magiſtrorum corda fauore, pretio, prece, ira, promiſſo,
" ſtirpe, rancore, affinitate, amore, vel quocunque alio modo obtenebra-
" ta ad lucem veram & lumen perfectum reducerentur. Sic quod delibe-
" rationes ſuæ & opiniones indicarent ipſos ad bonum commune & ſpe-
" cialiter ad priuilegia Facultatis oculos gerere & dirigere toto niſu. Miſſa
" igitur celebrata in conſpectu Facultatis, vti melius potui, expoſui qua-
" liter mater Vniuerſitas nolens attentari contra priuilegia Facultatis Ar-
" tium, ſed potius volens illa ſolidare & roborare, cognitionem electionis
" Rectoriæ ad ipſam Facultatem remiſerat terminandam per eandem. Qua-
" propter dignarenturipſi Domini de dicta Facultate, ſignanter illi ad quos
" ſpectabat Intrantium electio, oculos ad bonum Facultatis habere: ſic quod
" Intrantes non ſuſpectos, non fabricatos, ſed penitus fauore, odio pre-
" ce, vel pretio non corruptibiles, & affectum ad honorem Facultatis Ar-
" tium habentes, ſuum bonum priuatum & particulare poſtponentes & bo-
" num commune præponentes eligerent: quatenùs illi ſic electi hominem

prudentem, eloquentem, ſagacem, iuſtum, æquum & ſanctum omnibus « virtutibus præmunitum in Rectorem tantæ Communitatis, quanta erat « 1453.
mater Pariſienſis Vniuerſitas tot tantis & tam arduis materijs inuoluta « haberent eligere: Vt ille Electus ſuâ ſagaci induſtria, & ſalubri conſilio « negotia Vniuerſitatis ſic haberet tractare, quod illa ad finem perduceret « votiuum, priuilegia, libertates, & franchiſias ipſius Vniuerſitatis tuendo « & defendendo toto poſſe..... «

Reliqua deſiderantur in exemplari: ſed ex ſequentibus Actis ſatis patet quod idem M Petrus Caros qui Rectoratum abdicarat, Rector refectus eſt ab ipſa Artium Facultate, quæ in eo honorem ſuum tueri voluit, autoritatemque conſeruare: atque eidem Caros Natio Gall. reſtitui voluit decem nummos, ſeu decem ſcuta aurea, quæ ab ipſo impenſa fuerant in litem & die 22. Iunij anni ſequentis ſucceſſorem habuit M. Guill Houppelande. *Vt infra dicetur.*

Anno 1454. compoſitâ pace inteſtinâ, externum bellum Vniuerſitati 1454.
ſuſtinendum fuit, recruduitque diſſidium inter eam & Epiſcopum Pariſienſem, à cuius Iuriſdictione ſe ſe eximi volebat. Iam litis conteſtatio fuerat apud Parlamentum: & Vniuerſitas quanquam inuita, ibi conteſtabatur: nec, quandiu Iudicium in incerto fuit, Officio defuit. Igitur 11. Maij in Comitijs Mathurinenſibus decreuit litem illam quacunque ratione fieri poſſet, eſſe proſequendam. Et 13. Iunij idem ſtatuit, nominauitque Viros ſpectabiles qui Articulos in eam rem conficerent, proſequerenturque in Iudicio Exemptionem à Iuriſdictione Epiſcopali. Verùm paucis pòſt diebus Senatuſconſultum factum eſt parum gratum Vniuerſitati, quo Epiſcopo antiqua iura ſeruabantur.

Itaque in eam rem conuocata Vniuerſitas 25. Iunij à Rectore M. Guillelmo Houppelande, vt lectionem audiret tenoremque Senatuſconſulti; illud nullo modo probauit, quinimo ad Regem appellatum voluit. Sic enim legitur in Codice Gallicanæ Nationis. *Cuius Senatuſconſ. tenor, neque ſubſtantia placuit, nec acceptatum eſt tale dictum, ſed placuit appellare ad D. noſtrum Regem. Placuit etiam ſtatuere quod pro quacunque cauſa nullus haberet trahere ad Parlamentum cauſam tangentem Vniuerſitatem, Facultatem, Nationem, vel Prouinciam, ſiue pro Officio, vel quacunque alia cauſa ſub pœnis priuationis & reſecationis quam ipſo facto incurret & declarabitur per Rectorem.*

Die 6. Iulij, Statutum eſt vt appellatio Epiſcopo Pariſienſi intimaretur. Die 13. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ litteræ tranſmittendæ ad Regem per M. Gerardum Rotarij Oratorem electum ab Vniuerſitate. Qui quidem impetratâ audientiâ, poſtridie Kalendas Auguſti reuerſus retulit Reſponſa Regis parum etiam grata, verbalia ſcilicet promiſſa, re nulla, aut nullius effectus; Quod extra modum ipſam Vniuerſitatem conturbauit, quæ nihilominus in eadem mente perſtitit, & habitis 20. Auguſti Comitijs idem quod ſupra concluſit aduerſus Epiſcopum Pariſienſem, placuitque priuare, reſecare, declarare periuros & infames omnes malefactores Vniuerſitatis & eorum Complices.

Tunc autem adhuc erat ceſſatio in Vniuerſitate. Et licet plurimi illam tolli vellent, aut ſaltem ſuſpendi, ſemper obſtitit Facultas Artium, cuius pluris intererat, quòd læſa fuiſſet, ſuoſque amiſiſſet. Itaque 10. Septemb. decreuit non ante ſuſpenſum iri Ceſſationes à Sermonibus, quàm M. Ioannes Beſon, & eiuſdem ſceleris, ac factionis Populares pœnas luiſſent, qui propterea quod Statuta Vniuerſitatis contempſerant, nec comparere iuſſi comparuerant, ab Vniuerſitate, quâ pœnâ licuit, damnati ſunt. Nam cum iterum ea die, hoc eſt 10. Sept. decretum fuiſſet, vt citarentur, nec citati ſe ſtitiſſent, tandem 20. Septemb. aduerſus eos decretum eſt vt ſequitur, quemadmodum refert & ſcribit M. G. d'Auuergnat Procuraror Nationis Gallicanæ.

Die 20. Septemb. *inquit*, fuit alma Vniuerſitas Pariſ. in S. Mathurino « congregata de mane hora 8. ſuper 2. art. Primus fuit ſuper facto Beſon & « ſuorum Complicum citatorum ad comparendum in facie Vniuerſitatis, «

" & ad reſpondendum aliquibus Interrogatorijs D. Promotoris Vniuerſi-
1454. " tatis. Secundus communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quoad 1.
" artic. vocatus eſt M. Ioannes Beſon qui citatus fuerat in domicilio ſuo &
" non comparuit. Et ſimiliter ſigillifer Caſtelleti Henricus le Févre, &
" quidam alij vocati fuerunt; inter quos ſolus Henricus Faber comparuit.
" Et ipſe D. Promotor, præſtito primùm iuramento, de multis interroga-
" uit concernentibus ea quæ euenerunt in Suppoſitis dictæ Vniuerſitatis in
" tranſlatione B. Nicolai, an. D. 1453. & dictus Henricus Faber ad omnia
" reſpondit dicendo quod nunquam fuit cauſa neque principalis, nec ex-
" citatiua malorum quæ illa die euenerunt in Suppoſitis Vniuerſitatis: imò
" quod dixit multis Clientibus Caſtelleti quod cauerent ne ſcandalizarent
" Vniuerſitatem, & quod multos fauores præbuit Scholaribus & illâ die &
" alijs diebus. Quibus omnibus auditis, Facultatibus & Nationibus retractis
" ad partem vt ſolitum eſt, deliberauit Natio Franciæ, quod audito quod
" Beſon non erat Pariſijs, quòd ipſe perenniter citaretur in primâ Congre-
" gatione Vniuerſitatis poſt inſtans feſtum B. Martini Hyemalis, quoad
" declarationem ſui periurij & ad eius priuationem. Quantum ad alios &
" ad attinentes ipſius Beſon, ipſos repellit ab honoribus, libertatibus, pri-
" uilegijs, franchiſijs & quibuſcunque gradibus ſuſtinendis in iſta alma
" Vniuerſitate Pariſ. & omnes deſcendentes ab eis in recta linea, vſque ad
" quartam generationem incluſiuè, & in Collaterali vſque ad quintum gra-
" dum: Nec placet eos incorporare in Vniuerſitate: imò vult quod D.
" Rector de cætero adiuret omnes Incorporandos, & quòd iurent quòd
" non ſunt attinentes Beſon, Henrico Fabri, Sigillifero Caſtelli qui pro
" nunc eſt de dictis Complicibus vſque ad quartum gradum in linea Colla-
" terali, nec deſcendentes ab eis vſque ad quartam generationem. Et quod
" quilibet Rector in ſui creatione haberet hoc iurare. Supplicauit ſæpè fa-
" tus Henricus Fabri Vniuerſitati, vt ipſe & ſui non repellerentur ab hono-
" ribus & ab incorporatione Vniuerſitatis. Et ipſam dicta Natio intere-
" mit: Alias ſupplicationes remiſit ad deputatos.

Interim verò D. Epiſcopus Pariſienſis, licet in Curia ſuperior fuiſſet, nihilominùs à pluribus Ciuibus qui ægrè ferebant Vniuerſitatem tandiu ab eo diuulſam permanere, neque vllo Scholaſtico munere defungi, exagitatus colloquium petijt, vt res amica lege componerentur. Et quia videbat Facultatem Artium ſibi magis aduerſari, nonnullos ex Superioribus Facultatibus ſibi deuinxit, reque cum illis diſcuſsâ, articulos porrexit iuxta quos putabat pacem poſſe ſtabiliri. Illa agendi ratio primùm non placuit Facultati Artium, at paulò poſt vbi intellexit non id ex eum contemptu feciſſe, ſed quia timebat ne exulceratos animos magis exacerbaret, viros delegit qui porrectos articulos cum alijs examinarent. Igitur in hanc rem primùm conuocata eſt Vniuerſitas 26. Septemb. vt ſcribit idem Procurator.

" Die Iouis, *inquit*, 26. Septemb. fuit Vniuerſitas Pariſ. in S. Mathurino
" congregata ſuper 2. artic. Primus fuit ſuper quibuſdam Prolocutis inter
" Reuerendum in Chriſto Patrem D. Epiſcopum Pariſienſem, & quoſdam
" Deputatos Superiorum Facultatum. Secundus fuit communis ſuper ſup-
" plicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. art. Vniuerſitate retractâ ad par-
" tem, veneranda Natio Franciæ concluſit quod attento quod præclara
" Facultas Artium in incarcerationibus, expenſis & huiuſmodi factis in Cu-
" ria D. Pariſienſis de Suppoſitis eiuſdem Facultatis maius intereſſe & dam-
" num patiebatur: & quod ipſa fuerat neglecta in dictis proloquutis habitis
" cum prædicto D. Pariſienſi ſuper pace & concordia habenda & firmanda
" inter ipſum & almam Vniuerſitatem: quod pro tunc non admittebat
" oblationes D. Pariſienſis contentas in Prolocutis lectis in facie Vniuer-
" ſitatis: ſed petebat duplum dictorum Proloquutorum, & ad viſitandum
" ea, dedit notabiles Deputatos videlicet M. Victorem Textoris, M. Ioan-
" nem Guerry, M. Simonem le Clerc & M. Gaufridum Calui qui haberent
" addere quæ viderentur addenda & auferre auferenda, & illo facto per

amplius deliberaret dicta Natio. Quantum ad 2. artic. ſupplicauerunt Re- "
uerendi DD. & Magiſtri in Theologia videlicet M. Guillelmus Eurard, " 1453.
vt ſermones in ſua Parochia videlicet in S. Geruaſio reſumerentur: & "
conſimiliter M. Gerardus Gehe pro Parochia S. Ioannis in Grauia. Et "
illa die in Natione ſupplicauerunt duo vel tres Magiſtri Regentes, &c. "
Quantum ad ſupplicationem Magiſtri noſtri M. Guillelmi Eurardi & M. "
Gerardi Gehe, conſiderauit Natio, quod nimis repente poſt Concluſio- "
nem Vniuerſitatis captam de priuatione ſupradictarum Parochiarum à "
ſermonibus venerant, ne dicta Natio de leuitate argueretur, interemit "
eorum ſupplicationem. "

Nec dubium quin eadem fuerit ſententia totius Vniuerſitatis, maximè quoad 1. artic. Nam 3. Octob. cum eſſet Natio Galliana apud Mathurinenſes congregata, audiuit ea quæ per ſelectos viros deliberata fuerant in negotio Epiſcopi Pariſienſis. Et illâ die ſtatuit vt conficerentur ſex, aut ſeptem codicilli *Prolocutorum eiuſmodi*, traderenturque viris quibuſdam ſpectabilibus examinandi, conferendique cum Priuilegijs, ne quid aduerſùs ea peccaretur.

Die autem 8. Octob. Artium Facultas admiſit ſupplicationes Parochorum de quibus ſupra, ſacraſque conciones ad Populum fieri conceſſit. Item eadem die relatum eſt à Rectore ſibi fuiſſe inhibitum à Curia Parlamenti, vexare nonnullos Magiſtros qui à Curia Promotoris & Conſeruatoris Priuilegiorum Apoſtolicorum ad ipſam prouocauerant: ipſique etiam Promotori inhibitum, *ne Vices-gerens, aut Promotor appellatione pendente, de cauſa ſe intromitterent, aut appellantes quouis modo vexarent.* Res autem hæc ad ſelectos viros diſcutienda remiſſa eſt.

Die 30. Octob. Artium Facultas per M. Reginaldum du Brullé Iuniorem Picardicæ Nationis, Rectorem Vniuerſitatis conſulta eſt in San-Iuliano, an ei placeret admittere & accipere articulos quoſdam de pace qui à D. Pariſienſi Epiſcopo & ſelectis Facultatum compoſiti fuerant. Quid fuerit ab ipſa Facultate decretum & ſtatutum, non habeo impræſentiarum: crediderim tamen, aut tunc, aut non longè poſt diſſidium iſtud fuiſſe compoſitum annuentibus alijs Nationibus: quia de eo nihil amplius in Actis legitur.

Rurſus propter inhibitiones & Interdicta quæ fuerant Promotori & Vices-gerenti ſignificata de mandato Curiæ Pariſienſis, congregata eſt Vniuerſitas apud Mathurinenſes die 5. Nouemb. decretumque Priuilegia eſſe tuenda illæſa, quantum fieri poſſet. In ijſdem Comitijs caſtigatus quidam Minorita qui ſtante Interdicto Vniuerſitatis, auſus fuerat publicè concionari; quâ de re ſic legitur in Commentarijs Gallicanæ Nationis. *Eodem anno, die vero 5. Nouemb. Congregata eſt Vniuerſitas Pariſ. ſuper 3. art. in S. Math. Primus fuit ſuper quibuſdam inhibitionibus factis per Curiam Parlamenti D. Vices-gerenti Conſeruatoris in Curia Conſeruationis Priuilegiorum Vniuerſitatis. Secundus fuit ſuper citatione cuiuſdam Fratris de Ordine Fratrum Minorum. Tertius fuit communis ſuper ſuppoſito. Quoad 1. artic. veneranda Franciæ Natio dixit quod D. Vices-gerenti præciperetur vt Statuta Vniuerſitatis concernentia Curiam Conſeruationis obſeruet illæſa, nec obediat mandatis, vel præceptis ſibi factis per Curiam Parlamenti, aut alterius Curiæ ſecularis, alioquin cedat Officio. Voluit inſuper quod interdicatur ſibi ne innodatos ſententia excommunicationis, ex quorum occaſione fuit facta iſta inhibitio, abſoluat. Et quoad Principale factum, remittit ipſum ad Deputatos. Quoad 2. artic. vocatus fuit per vnum Bidellum in facie Vniuerſitatis. Quidam Frater Minor qui comparuit, & fuit interrogatus per iuramentum, vtrum ignorans Concluſionem Vniuerſitatis à Ceſſationibus ſermonum in Parochia S. Pauli prædicauerat, ita quod ſi ſciuiſſet Concluſionem, non prædicaſſet; qui iuramento firmauit quod ignorans fecit. Et quoad eum dixit Natio quod ſibi multum diſplicet quod ita temerè iurauit, quod ignorans ſupradictam Concluſionem prædicauerat in S. Paulo, cum notabiles Magiſtri iſtius venerandæ Nationis, videlicet M. Ioannes de Conflantio & quidam alij ſibi illa die dixerint quòd adhuc*

1454. *erant ceſſationes à ſermonibus in S. Paulo, in S. Ioanne in Grauia & in S. Geruaſio. Et ideo voluit quod iterum citaretur in proximâ Congregatione.*

Cum autem die 4. Decemb. conueniſſet Vniuerſitas apud Mathurinenſes de negotio Priuilegiorum deliberatura, ſupplicatum venerunt plurimi Ciues è Parochia S. Pauli, vt ſineret ipſa reſumi Conciones ad Populum. Quorum ſupplicatio non fuit eo die admiſſa. Idem ſupplicarunt alij Ciues cum Curione S. Ioannis in Grauia 12. Decemb. quâ die ſupplicationes ſolemnes factæ, proceſſumque ad D. Genouefæ, ac proinde non licuit, aut vacauit audire, aut examinare ſupplicationem huiuſmodi. Nec pro ſecunda vice admiſſa eſt alia die. Sed tandem victa Vniuerſitas, eorum precibus annuit die 23. Decemb. vt infra dicetur. Ad quam gratiam concedendam non parum contulit Senatuſconſultum tunc latum, vt in loco in quo perpetratum fuerat homicidium Baccalaurei, ob quod iuſſum fuerat ceſſari, Inſcriptio poneretur ad perpetuæ deteſtationis memoriam, honorem verò & laudem Vniuerſitatis: Ergo die 23. Decemb. habita ſunt Comitia & deliberatum de ceſſationibus tollendis.

" Placuit Nationi Gallicanæ prorogare ſuſpenſionem Ceſſûs à ſermo-
" nibus vſque ad Dominicam in Quinquageſima: infra quod tempus pro-
" curabitur apud venerabilem Curiam Parlamenti executioni demandari
" Arreſtum datum per dictam Curiam, quoad illum artic. *in quo expreſſum*
" *eſt quod in loco ſceleratiſſimi Criminis contra Vniuerſitatem almam Pariſienſem*
" *per nonnullos Officiarios Regios perpetrati fiet & ponetur vnum Epitaphium ima-*
" *ginibus & ſcripturâ deſcriptum ad perpetuam dicti Criminis memoriam, ipſum*
" *deteſtando, Maleſactores deprimendo, & almam Vniuerſitatem Pariſienſem ſuper*
" *exaltando.* Quod ſi infra dictam Dominicã non perfecerit dicta venerabilis
" Curia, vult veneranda Natio Franciæ ceſſum à ſermonibus indilatè & per
" totam Ciuitatem Pariſ. irreuocabiliter ſine vlteriori conuocatione Vni-
" uerſitatis, vt prius currere vſque ad complementum prædictorum. Quoad
" Articulum ſupplicationum, de gratia ſpeciali conceſſit ſupplicationem
" D. Curati & Parochianorum S. Ioannis in Grauia qui in magno numero
" ternâ vice venientes ad Vniuerſitatem, eidem humiliter ſupplicauerunt
" pro ſermonibus reiterandis, ſeu reſumendis in ſua Eccleſia. Et hoc idem
" prius fecerant Parochiani Eccleſiarum S. Pauli & S. Geruaſij, quorum
" omnium ſupplicationes conceſſæ ſunt; dummodò de eorum ſupplicatio-
" nibus fiat inſtrumentum publicum, in quo ponatur quod dictæ ſupplica-
" tiones conceduntur de gratiâ ſpeciali. Seruabitur verò antedictum in-
" ſtrumentum in Magno-Coffro Vniuerſitatis ad perpetuam rei memoriam.
" Sig. MILONIS. Procurator Nationis Gall.

Hocce tandem tempore omnia diſſidia compoſita ſunt. Epiſcopus Pariſienſis & Vniuerſitas amicè litem tranſegerunt: Senatus Pariſienſis vtcunque eiuſdem Vniuerſitatis poſtulatis ſatisfecit: & illa quoque Lectiones reſumpſit.

Menſe Martio, ſcilicet 9. Kal. April. Nicolaus V. Pontifex Romanus diem extremum obijt, ſepultuſque eſt in Baſilica Vaticana cum hoc Epitaphio.

Hic ſita ſunt Quinti Nicolai antiſtitis oſſa,
Aurea qui dederat Secula, Roma! tibi.
Conſilio illuſtris, virtute illuſtrior omni
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem, quo Schiſma infecerat vrbem,
Reſtituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Bernardino ſtatuit ſua ſacra Senenſi,
Sancta Iubilæi tempora dum celebrat.

Cinxit honore caput Friderici & Coniugis auro.
Res Italas icto fœdere compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit, in tumulo fundite thura ſacro.

1454.

Cuius Pontificis Bullæ à Mendicantibus ſubreptæ magnos anno 1456. in Academia Pariſ. tumultus excitarunt, vt ſuo loco dicetur, vt autem intellectum eſt obijſſe, ei die 10. Maij, anni ſequentis parentatum eſt apud Dominicanos ab omnibus Academiæ Ordinibus.

1455.

Anno 1455. incipiente, non parum laborauit M. Nicolaus Dentis Rector in conciliandis animis Suppoſitorum Vniuerſitatis, & in præcauendis malis quæ ipſi imminebant. Vix enim naufragium effugerat, cum ecce noua tempeſtas à Magiſtris libellorum Supplicum, ſeu, vt vocant Requeſtarum, opugnantibus Priuilegia Vniuerſitatis. Quam ob cauſam idem Rector Comitia habuit die 6. Maij, retulitque Priuilegia vexari & turbari in prædicta Magiſtrorum Claſſe. Concluſum verò fuit vt Rector cum ſpectabili comitatu adiret Curiam Pariſienſem, deque ea re querelas deferret, exponendo iniurias quæ Vniuerſitati inferebantur. In ijſdem Comitijs ſupplicauit vir quidam Religioſus pro ſtipendio annuo pollicitus ſe Scholam litterarum Hebraïcarum habiturum. Cuius ſupplicationi annuit Vniuerſitas; & in Rationibus Nationis Gallicanæ video octo ſcuta data illi Religioſo fuiſſe legenti litteras Hebraïcas *pro ſuo ſalario, pro quota Nationis ex eiuſdem Concluſione.*

Idem Rector die 3. Iunij apud Vniuerſitatem in Comitijs Mathurinenſibus queſtus eſt de quibuſdam iniurijs ſibi à M. Ioanne de Oliua Doctore Theol. illatis, à quo non modò verbis atrocioribus, ſed pugnis etiam impetitus fuerat. Stitit ſe de Oliua & faſſus eſt ſe verbo tenus D. Rectorem offendiſſe. Tunc Facultas Artium, maximè verò Natio Franciæ declarauit eum periurum & priuatum; voluitque *inquiri in manuum iectionem:* quæ ſi facta appareret, promiſit ſe acerbiùs flagitium vlturam.

Die 15 Iunij idem Rector rem in medium protulit apud Bernardinos: & Natio Gallicana à ſuo gremio & conſortio reſciſum eſſe voluit prædictum de Oliua, periurumque & priuatum, quanquam nonnullis reclamantibus declarauit. Die autem 17. cum Procurator Nationem conuocaſſet petijſſetque, an ſcedulas quibus priuatio M. Ioannis de Oliua continebatur; ſigillo muniret & publicaret, ille humiliter ſe ſe ſtitit, petijtque veniam peccati: & pro ea die vetitum ne proponerentur, affigerenturque ſcedulæ. Et die 20. Iunij eadem Natio apud S. Iulianum cum alijs Nationibus congregata audiens abſolutum fuiſſe prædictum M. Ioannem de Oliua per viros ab Vniuerſitate non delectos, eundem priuauit, voluitque eius priuationis & proſcriptionis proſtare tabulas: qua de re ſic legitur in Actis Nat. Gallic. *Viſo quod Deputati qui abſoluerant M. Io. de Oliua, non erant Deputati per Vniuerſitatem nominati, & viſo inordinato eorum fauore, quoniam abſoluerant eum à Principali & condemnauerunt eum in expenſis, Natio priuat dictum M. Io. de Oliua, nonobſtante quacumque Concluſione aliàs ſuper hoc capta vſque ad condignam reparationem exhibitam Facultati. Vult quoque Natio quod nonobſtantibus quibuſcunque oppoſitionibus, vel appellationibus, affigantur ante occaſum ſolis ſcedulæ ſuæ priuationis. Et vult quoque Natio D. Rectorem, DD. Procuratores & omnes alios reddere indemnes, ſi contingat eos aliquid pati occaſione huius Concluſionis.* Eandem Concluſionem die 23. Iunij confirmauit: item 1. Iulij, voluitque eidem inhiberi ne litem euocet extra Vniuerſitatem.

Relatum etiam eſt die Martis 1. Iulij in Comitijs Mathurinenſibus, turbari Vniuerſitatem à Secretarijs Regijs, occaſione cuiuſdam M. Thomæ Triboule & nonnullorum aliorum, remque delatam ad Curiam Pariſienſem. At die 4. eiuſdem menſis Senatuſconſultum latum eſt in gratiam Vniuerſitatis quo *amplius* pronunciatum: quamobrem in Comitijs

Mathurinenſibus decreuit Vniuerſitas gratias agendas Curiæ.

1455. Quia verò in dies magis Priuilegia turbabantur & Iuriſdictio Conſeruatoris impediebatur, decretum die 9. Iulij vt Rector cum ſpectabili comitatu adiret Curiam Pariſienſem, deque ea re conquereretur per aliquem Oratorem è Magiſtris Theologiæ; ac niſi remedium afferretur, viſque prohiberetur, diceret ceſſaturam Vniuerſitatem *à Sermonibus*. Natio Gallicana hoc addidit: *Vult inſuper Natio, quod Vices-gerens à modò non habeat obedire quibuſcunque mandatis contra Iuriſdictionem Apoſtolicam fiendis, ſed quod habeat viriliter contra moleſtatores priuilegiorum procedere. Et vult quod iſte Triboule cuius occaſione hæc omnia venerunt, excommunicetur.*

Die verò Auguſti 12. cum relatum fuiſſet Secretarios nolle cum Vniuerſitate paciſci, ſtatutum vt Vices-gerens Conſeruatoris excommunicationem M. Thomæ Triboule & aliorum Turbatorum proponeret: vtque citarentur Secretarij Regij. Sed illi nec die Mercurij 13. nec Iouis 14. comparuerunt: itaque contumaciæ & rebellionis nomine damnati ſunt. Illi verò bona ſeu Temporale, vt vulgò loquimur, Vices-gerentis occuparunt. Vniuerſitas die 22. conſtituit adire Curiam Pariſienſem, eique ſua grauamina exponere, ac niſi bona reſtitui curaret, ceſſaturam à ſermonibus. Item eà die ſtatutum, vt mitterentur legati ad ſummum Pontificem qui querelas Vniuerſitatis deferrent, rogarentque vt Priuilegia Apoſtolica ſuâ authoritate ſeruari iuberet. Atque in eam rem die 6. Septemb. lectæ ſunt quædam Inſtructiuæ litteræ. Interim verò Regem appellauit Vniuerſitas. Et die 5. Octob. lectæ ſunt legatorum Inſtructiones ad Regem mittendorum, contra Secretarios Regios.

Hoc anno retractata eſt cauſa Ianæ Aurelianenſis puellæ iuxta Bullam Calliſti Papæ, qui fuerat in Papam electus, deque ſua Promotione certiorem fecerat Vniuerſitatem per litteras. Vnde illa die 19. Iulij Centuriatis Comitijs decreuit gratiarum actionem *ſuper bona communicatione ſuarum litterarum, ac etiam de ſincero affectu quem gerit erga Vniuerſitatem.* Voluit fieri *ſolemnes Proceſſiones pro conſeruatione ſuæ Sanctitatis, nec non & pro confirmatione ſui ſancti propoſiti, quod habet ad impugnandum Magnum Turcam diriſſimum hoſtem Religionis Chriſtianæ.* Cæterum Ianæ Puellæ defenſionem primus omnium ſcripto ſuſcepit M. Robertus Ciboullus tunc Cancellarius Pariſ.

De diſſidio autem quod habebat Vniuerſitas cum Redemptoribus Vectigalium, ſic ſcribit ad 28. Feb. M. Ioan. Peron Procurator Nat. Gall.

CONCORDIA INTER VNIVERSITATEM ET GENERALES.

„ Die 28. conuocauit D. Rector Vniuerſitatem ſuper 2. art. 1. fuit ad au-
„ diendum diligentias factas pro concordia habenda ſuper facto Priuile-
„ giorum per DD. Deputatos Vniuerſitatis, D. Patriarcham Antiochechenum & alios Generales. Secundus fuit communis, &c. Quoad 1.
„ placuit Nationi & fuit acceptata oblatio pacta per Generales & alios ſuper facto Priuilegiorum, videlicet *quod ſuper facto Scholarium reſidentium Pariſius, Firmarij haberent adhibere fidem ſigillo Rectoris immediatè & eis deliberare ſua bona*, alioquin ſi reperirentur defectuoſi & quod iniuſtè vexarent dictos Scholares, condemnarentur in expenſis & bona emenda. *Et quoad Scholares non reſidentes Pariſius ſuper quibus eſt æqualis expenſa & difficultas, ſi reperiretur æqualis dubitatio, dicti Firmarij haberent definire in aliqua domo alicuius Burgenſis aliquam partem bonorum videlicet vſque ad ſummam quam deberent ſoluere, ſi non reperirentur viri Scholares,* & quod prædicti *Generales haberent cognoſcere de cauſa ſummariè, & de plano, ita quod ſi reperirentur dicti Firmarij culpabiles, condemnarentur, vt ſupra.* Et ita habuit acceptum
„ Natio, & placuit ſuſpendere Ceſſationes à ſermonibus pro tunc curren-
„ tes, quo vſque & quandiu pactum initum inter Vniuerſitatem & Gene-
„ rales remaneret integrum; ita quod ſi contingeret peractum immutari
„ per Firmarios & alios, placebat Nationi, ex tunc ceſſare à ſermonibus,
„ ſine vlteriori congregatione Vniuerſitatis, & quod D. Rector futurus
„ hoc haberet iurare, &c.

Die 13. Martij in Comitijs Mathurinenſibus nonnihil propoſitum eſt de

de Pragmatica-Sanctione quod videbatur eſſe contrarium Priuilegijs Vniuerſitatis. Sic igitur. *Die 13. Martij fuit congregata Vniuerſitas in S. Mathurino ſuper 3. art. Primus ſuper facto rotuli Nominationum qui continebat duas partes. Prima pars continebat punctum Pragmaticæ-Sanctionis, quo in Palatio videtur dicere quod nomina*, Commnnes Curæ, *non ſe extendunt ad Dignitates. Secunda pars erat ſuper occaſione rotuli. Et quoad 1. partem, concluſit Natio quod D. Rector haberet conuocare M. Petrum de Vaucelle & D. Doctorem M. Petrum Maugier qui cum alijs Deputatis & Procuratoribus haberet viſitare Pragmaticam-Sanctionem, quâ viſitatâ, dictus Magiſter ex parte Vniuerſitatis præſente D. Rectore & notabili Comitiua haberet oſtendere DD. de Parlamento, quomodo in hoc nobis & toti Vniuerſitati infertur magnum præiudicium, & quod illo modo nollet Pragmaticam-Sanctionem interpretari, ſed ſecundùm Decretum Concilij vellet Iudicare.* 1456.

Die 19. eiuſdem menſis electus eſt in Rectorem M. Guill... Riueti, vir vt legitur in Actis, *magno grauitatis, moribus & ſcientia perornatus*, Magiſter Collegij Burgundiæ.

Turbatio Vniuerſitatis à Mendicantibus.

INitio anni 1456. noua tempeſtas detonuit, perfractaque nubes quæ cœlum Vniuerſitatis aliquandiu obſcurauerat. Ecce igitur in arenam prodeunt Mendicantes armati Bullâ quam obtinuerant à Nicolao V. ſummo Pontifice, non tam contra Vniuerſitatem quàm contra Hierarchiam, quam illa ſemper defendit. Aliunde verò oppugnabatur Pragmatica-Sanctio, & cuniculis ſubruebatur, ad cuius defenſionem indicta ſunt Comitia Mathurinenſia à M. Guillelmo Riueti Rectore Academiæ ad 12. April. in quibus omnium Ordinum calculo delectus eſt Orator ad Curiam Pariſ. M. Guillelmus Bouylle Doctor Theologus, qui cauſam Vniuerſitatis & Eccleſiæ eleganter tuitus eſt. Neque in eo conſiſtit Vniuerſitas: 19. eiuſdem menſis habitis apud Mathurinenſes Comitijs mittit Legatos ad Regem pro conſeruatione & defenſione Priuilegiorum, MM. Antonium Vrſi & Ioannem de Martigniaco.

Sed Res Mendicantium, præcipuum fuit huius anni negotium. Cum à Nicolao V. Bullam obtinuiſſent conſimilem illi quam obtinuerant ab Alexandro V. de quâ ſuo loco, eamque Carmelitæ obtuliſſent Officiali Pariſienſi, ſtatim admonita Academia, diem illis dicit, edicitque vt ſe ſiſterent ad 22. Maij apud Mathurinenſes. Quâ die in Comitijs Centuriatis M. Guillelmus Riuetus iuſſit legi exemplar Bullæ, eoque lecto interrogauit Carmelitas, an ei renunciare parati eſſent, an eam tueri vellent. Reſponderunt Beneficium Papæ tueri ſibi eſſe in animo. Itum deinde in ſuffragia, & ex omnium Ordinum relatione concluſit Rector videri Bullam *Subreptitiam, ſcandaloſam, Pacis turbatiuam & concordiæ, ſubuerſiuamque Ordinis Hierarchici & Eccleſiæ:* ac proinde non poſſe Vniuerſitatem, **nec debere eam admittere**, ſed appellare; appellationemque ſignificandam Generali Præpoſito Carmelitarum & cæteris Mendicantibus, Epiſcopo Pariſienſi, Prælatis omnibus, Vniuerſitatibus, Principibus. Iubet etiam diem dici Mendicantibus vt adeſſent die Lunæ 24. Maij. Vt legitur in libro Picardicæ Nationis ad hunc Titulum. *Ex Rectoria M. Guill. Riueti.*

Nouerint Vniuerſi quod anno 1456. die Sabbati 22. menſis Maij, Almâ Vniuerſitate Studij Pariſ. apud S. Mathurinum ſolemniter congregata & ſpecialiter conuocata ad audiendum lecturam copiæ cuiuſdam Bullæ per quoſdam Fratres de Ordine Carmelitarum Officiali Pariſienſi præſentatæ. Inter cætera concluſum extitit vnanimiter ipſis auditis quod diſplicebat impetratio huiuſmodi Bullæ; & videtur quod ſit ſcandaloſa, turbatiua pacis & concordiæ, ſubuerſiua Ordinis Hierarchici Eccleſiæ ac ſubreptitia. Placet formare appellationem præſertim in quantum derogat huiuſmodi Bulla Iuri communi, Decretali omnis vtriuſque ſexus & Clementinæ Dudum, de Sepulturis. *Dicta Appellatio Generali Carmelitarum & cæteris Mendicantibus, D. Epiſcopo Pariſ. & alijs DD. Prælatis Eccleſiarum reſcribatur, Vniuerſitatibus Regni & extra Regnum,*

ſummo Pontifici, cæteris Prælatis Eccleſiæ, ac etiam Dominis Temporalibus.

1456. *Conuocentur Mendicantes ad Vniuerſitatem die Lunæ proxima congregandam viſuri ſuas priuationes, ſi dictæ impetrationi renunciare noluerint, & impetrare reuocatoriam ipſius; in quantum præiudicat & derogat Decretali.* Omnis vtriuſque ſexus, *& Clementinæ,* Dudum de ſepulturis, *& habeant ponere ipſam Bullam penes Vniuerſitatem. Requirantur Prælati quod non admittant Fratres Mendicantes ad Prædicandum in ſuis Diœceſibus, donec renunciauerint & obtinuerint huiuſmodi Reuocatoriam.* Ex nunc priuat omnes Mendicantes Iuratos à gremio, *ſed executionem priuationis ſuſpendit vſque ad diem Lunæ proximam. Alios autem non iuratos reſecat à ſuſceptione graduum quoruncunque & acquiſitione temporis in quacunque Facultate Pariſienſi, donec renunciauerint dictæ Impetrationi, in quantum præiudicat vt ſupra. Datum in noſtra Congregatione Generali ſolemniter celebrata loco, anno, die & menſe quibus ſupra.*

Ad diem dictam ſe ſiſtunt Mendicantes: iubentur renunciare prædictæ Bullæ, pollicerique ſe intra certum tempus reuocationem à ſummo Pontifice Calliſto obtenturos. Renuunt: igitur maturo conſilio ſuper ea re habito Omnes Mendicantes Iurati declarantur periuri, expelluntur que è gremio & conſortio Vniuerſitatis; non Iurati verò à ſuſceptione graduum quoruncunque excluduntur. Imperatum etiam vt huiuſce Decreti ſcedulæ valuis templorum & quadriuijs proponerentur; vt in eodem Codice legitur his verbis.

Conſequenter die Lunæ proximè ſubſequente, quæ fuit 24. Maij, an. Dom. 1456. almâ ipsâ Vniuerſitate ſpecialiter conuocatâ & ſolemniter congregatâ apud S. Mathurinum ad audiendum ea quæ vellent dicere D. Generalis Carmelitarum, & cæteri de Ordinibus Mendicantium ſuper facto dictæ Bullæ qui ad hoc erant ſpecialiter vocati & citati. Quibus citatis per Rectorem & eorum Reſponſis in plena Vniuerſitate auditis, inter cætera concluſum extitit quod in fine Congregationis ſummarentur & requirerentur renunciare dictæ Bullæ, & eius reuocatoriam pro quanto derogat iuri Communi Decretali, Omnis vtriuſque ſexus, *& Clementinæ,* Dudum de ſepulturis, *promitterent impetrare infra certum tempus ſub pœnis antedictis: Quod facere renuerunt & diſtulerunt. Idcirco ipſa Vniuerſitas ex tunc Omnes Iuratos de dictis Mendicantium Ordinibus reputauit & declarauit periuros & priuatos à gremio & conſortio ipſius, non Iuratos autem reſecauit à ſuſceptione Graduum quoruncunque & acquiſitione temporis Pariſius in quacunque Facultate. Et voluit quod de huiuſmodi priuationibus affigerentur illicò ſcedulæ in valuis Eccleſiarum & Quadriuijs vicorum Pariſius & alibi. Datum in Congregatione vt ſupra, anno die & menſe prædictis.* Tale autem fuit Progamma.

„ Nos Guillelmus Riueti Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum, ac Scho-
„ larium Pariſius ſtudentium. Cum quædam prætenſa Bulla Apoſtolica de
„ filo plurimum ſuſpecta, pacis in eadem Vniuerſitate ſolemniter iuratæ
„ & Status Hierarchici in Eccleſia ſancta Dei plurimum turbatiua, ſcanda-
„ loſa & aduerſa Iuri communi, Sanctionibus ſacris & Pragmaticæ-Sanctio-
„ ni de nouo permanus cuiuſdam de Ordine Fratrum Carmelitarum præ-
„ ſentata ad dictæ Vniuerſitatis notitiam peruenerit, ſuper quâ renuncian-
„ dâ & eiuſdem reuocatoriâ impetrandâ, pro quanto obuiat iuribus ſacris
„ Decretali, *Omnis vtriuſque ſexus,* & Clementinæ, *Dudum de ſepulturis,* Re-
„ ligioſi 4. Ordinum Mendicantium fuerunt attentiùs ſubmoniti, quod fa-
„ cere renuerunt & diſtulerunt. Notum igitur facimus vniuerſis, quod ex
„ cauſis præmiſſis & alijs rationabilibus, de mandato & ex ſpeciali & ma-
„ tura deliberatione & Concluſione dictæ Vniuerſitatis, omnes & ſinguli
„ Iurati ipſius Vniuerſitatis de dictis 4. Mendicantium Ordinibus à gremio
„ dictæ Vniuerſitatis perpetuò ſunt priuati: Non iurati autem ab eiuſdem
„ conſortio & graduum in eadem ſuſceptione ſimiliter reſecati. Veruntamen ſi humiliter ad eiuſdem piæ matris gremium obedientes acceſſerint,
„ quæ nulli claudit gremium debitè redeunti, & ſuis obtemperauerint Con-
„ cluſionibus cum effectu, cum eiſdem miſericorditer agere intendit alma

ipſa Vniuerſitas. In quorum omnium teſtimonium Sigillum Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ præſentibus duximus apponendum. Datum Pariſius an. Dom. 1456. die 25. Maij. *Ita eſt ſignatum Rufi cum Syngrapha.* 1456.

Ita reſecti & excluſi Mendicantes nullum non lapidem mouent vt in integrum reſtituantur, ſed incaſſum. Publicè declamant aduerſus Academiæ Decreta: Sed ſtatim illis omni Concione & functione exteriori interdicitur. Magnatum authoritatem interponunt: at fruſtra: Bulla enim erat eiuſmodi vt eâ admiſsâ & receptâ totius Hierarchici ſtatus ordo turbandus eſſet. In his altercationibus tota iſta Rectoria fuit: nec pacatior fuit quæ ſecuta eſt M. Gaufridi Calui Coriſopitenſis electi in Rectorem die 23. Iunij. Quo Rectore, res à Mendicantibus ad Parlamentum delata eſt. Vniuerſitas vadimonium adit & per M. Ioannem Panechar Doctorem Theologum Oratorem ſuum, rationes ſuas exponi voluit. Eóque tandem Mendicantes adducit vt ad preces deſcenderint: nec tamen auditi fuerunt. Vltimo rogant rem diſceptari per ſelectos viros: annuitur, quia id quoque viſa eſt Curia poſtulare, Epiſcopus Pariſienſis & alij viri ſpectabiles.

Ergo die 1. Iunij, eodem Rectore Riueti M. Nicolaus Ripault Bituricenſis Baccalaureus Theologus, ac ſocius Nauarricus electus in Procuratorem Nationis Gallicanæ in faſtis eiuſdem Nationis ad 5. Iunij notat celebrata fuiſſe Comitia Vniuerſitatis ad audiendam relationem Oratorum, qui ad Prælatos tunc Lutetiæ Synodum celebrantes miſſi fuerant contra Mendicantes. Item ad ſtatuendum ſuper diei dictione quam Mendicantes obtinuerant in Cancellaria; propterea quod è gremio Vniuerſitatis expulſi fuerant. Et quoad iſtam partem, ſtatutum, vt ibidem legitur, *Vt D. Rector adiret Curiam Parlamenti, & etiam Curiam Requeſtarum, prius tamen habito conſilio noſtrorum Conſiliariorum tam de Curia Parlamenti quàm Caſtelleti cum notabili Comitiua & Proponente notabili, qui eis demonſtraret, qualiter non ſubijcimur eorum Iuriſdictioni, maximè in his quæ concernunt noſtra Priuilegia tam Papalia quàm Regalia. Demonſtraret nec non ſatis aſperè illis dominis de Curia Requeſtarum quod nimis citò tradunt contra noſtra priuilegia, adiornamenta; & quod tempore & loco faceremus querimoniam Regi, ſi amplius ita faciliter concedant. Voluit etiam Natio Gallicana quod fieret Inqueſta per Gentes Regias de illis qui remouerunt ſcedulas priuationis Mendicantium à Compitis villæ & valuis Eccleſiarum. Fieret etiam inqueſta de illis qui reuelant ſecreta Vniuerſitatis Mendicantibus.*

Die 9. Iunij in Comitijs Mathurinenſibus auditi ſunt Legati Vniuerſi- «
tatis qui ad Regem miſſi fuerant. Die 19. in alijs Comitijs eodem loco «
habitis retulit M. Ioannes Huë Doctor Theologus quæ verba feciſſet ad «
D. Conneſtabularium Franciæ, quidque reſponſi habuiſſet. Lectæ quo- «
que ſunt litteræ Vniuerſitatis ad omnes Regni Prælatos & ad cæteras «
Vniuerſitates tranſmittendæ ſuper Bullâ Mendicantium; quarum exem- «
plar **ex authentico ſeu Originali Bibliothecæ Cluniacenſis** mihi pro ſua «
ſingulari benevolentia exſcribi curauit Quidam Amicus meus, Doctor «
Theologus è Primatibus noſtræ ætatis. Nec enim dubito quin quas ad «
Epiſcopum Cabilonenſem direxit Vniuerſitas, ijſdem ad cæteros ver- «
bis ſcriptas tranſmiſerit. Res ſic habet. «

Reuerendo in Chriſto Patri & D. D. Ioanni diuina miſeratione Epiſcopo Cabilonenſi Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſ. ſalutem.

REVERENDE in Chriſto & Prouidiſſime Pater, pro militantis Eccleſiæ «
regimine ſalutari à Chriſto Capite Sacerdotium diſcretorum in no- «
uo Teſtamento ſumpſit exordium, qui 12. Apoſtolos tanquam Maiores «
Sacerdotes & 72. Diſcipulos quaſi Minores inſtituit. Apoſtolorum ſi «
quidem loca tenentes Reuerendos Epiſcopos tanquam Antiſtites & Ma- «
iores, cæterorum verò Diſcipulorum miniſterio ſucceſſiſſe Parochiales «
Preſbyteros veluti Prælatos Minores non ambigitur. Hijs ſiquidem ſub «

" Chriſti Domini Vicario Petri ſucceſſore ab olim militantibus, præteritis
1456. " temporibus Eccleſia floruit, & tranquillæ pacis concluſa limitibus cre-
" ditis miniſterijs ſalubriter & officiosè vacauit. Etſi deinceps multiplica-
" to grege Domini in Miniſterij ſubſidium quoſdam vocauerit Eccleſia,
" certis tamen & ſacris Sanctionibus expreſſis regulis id actum gratioſè di-
" gnoſcitur, expreſſis tamen & Eccleſiaſticæ Parochiæ ordine nihil de-
" tracto quomodolibet. Loquimur hæc, digniſſime Pater, quoniam & Ec-
" cleſiæ S. Dei dignitatis, authoritatis & litterarum zelatores & pro Do-
" ctrinali eiuſdem directores dudum intuemur ſecundum Mendicantiũ Or-
" dines certis fauoribus & eminentibus expreſſis in Clementina *Dudum de*
" *Sepulturis*, ex gratia multos vocatos in ſubſidium Prælatorum, & dudum
" attendimus quod hi ſuis ſæpius terminis non contenti in Ouile proprium
" vltra permiſſum contendere & omnem ordinem vetuſtum turbare con-
" tendunt; frequentius nempe & his diebus afferre non verentur quan-
" dam prætermiſſam defuncti Eugenij ſeu Nicolai bonæ memoriæ Chriſti
" Miniſtri Conceſſionem, quæ etſi ſuſpecta plurimum cenſeatur & ex Apo-
" ſtolica ſententia nullatenus credatur emanaſſe, ex hac tamen Populo-
" rum ſumpta ædificatio, & ordinatæ authoritatis paciſque Eccleſiaſticæ
" læſio inſurgere creditæ ſunt. Hinc reſiſtere proximæ conceſſioni decer-
" nimus, & ne verſutia fallacis hoſtis inficiat Ouile Domini, huiuſmodi
" ſuggeſtionibus ſalubriter duximus obuiare. Verum Reuerendos Epiſ-
" copos quos præpoſuit Spiritus S. Speculatores in domo Domini, ſui gre-
" gis Principes, Duces & Paſtores, quorum res geritur, vt in his vigiles
" habeantur, præcipuè duximus excitandos. Itaque, digniſſime Pater, vt
" perſeueret Eccleſia ſancta à Chriſto prædicti ordinis celebratione inſti-
" tuta, & ne diebus veſtris, ſeu noſtris tantæ læſionis pulluletoccaſio, hor-
" tamur in Domino, & per viſcera Chriſti prouidentiam veſtram obteſta-
" mur, vt ſecundum Eccleſiaſticam ſacrorum Conciliorum & Canonum
" doctrinam plebs veſtra per vos & eoſdem ſubditos veſtros Parochiales
" Curatos in prædicationibus, doctrinis & Confeſſionibus Sacramentaliter
" dirigatur in forma illius approbatiſſimæ Decretalis, *Omnis vtriuſque ſexus*,
" nec à modò dictorum Ordinum Fratres prædicaturi admittantur, ſeu
" Confeſſiones aliter audituri, aut alia facturi quàm præfata expreſſerit
" Clementina eiſdem plurimùm fauorabilis, ita tamen vt primùm renun-
" ciare ſolemniter teneantur huiuſmodi ſubreptitiæ Conceſſioni & ſimili-
" bus dicti Ordinis Eccleſiaſtici turbatiuis & dictis iuribus alienis. Hic enim
" & nos Fratres ipſos à noſtro conſortio, donec ea adimpleuerint, non im-
" meritò abdicamus; quærimus Pacis Eccleſiaſticæ vetuſtam conſeruatio-
" nem ſub qua dignis & officioſis Miniſterijs à ſuis fidelibus colatur obten-
" tæ Pacis Autor, qui ad exaltationem S. Fidei Orthodoxæ & Catholici
" Ouilis veſtram Reuerentiam regere & conſeruare dignetur. Scriptum
" Pariſius in noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum ſolem-
" **niter celebrata. Die 19. menſis Iunij, anno Domini 1456.**

Ad veſtrum beneplacitum præfati Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis. Sic ſignata NICOLAY.

In prædictis Comitijs expoſuit Rector M. Gerardum Rotarij fuiſſe apud Inquiſitorem fidei vocatum vt vocant *perſonaliter* occaſione ſuarum Veſperiarum. Et concluſumid factum præter conſuetudinem, necid eſſe Inquiſitoris munus. *Expoſuit D. Rector Vniuerſitati quemadmodum Reuerendus Mag. Gerardus Rotarij fuerat citatus perſonaliter coram Inquiſitore fidei, occaſione ſuarum Veſperiarum. Super quo deliberauit Natio* (Gall.) *quod Facultas Theologiæ caperet caſum nouitatis contra illum Inquiſitorem fidei, aut procederet contra eum eo modo quo expediens ſibi videretur; & quod dabat ſibi adiunctionem & etiam M. Gerardo Rotarij. Volebat inſuper quod ille Inquiſitor fidei citaretur coram noſtro Conſeruatore, ex officio reſponſurus ſuper iniuriis factis eidem M. Gerardo Rotarij.*

INQVISITOR FIDEI.

Die 23. Iunij creatus eſt in Comitijs San-Iulianenſibus M. Gaufridus Calui in Rectorem Vniuerſitatis: cui etiam ſæpè luctandum fuit cum Mendicantibus; quam in rem pluries habita ſunt Comitia tum hoc menſe, tum conſequente, nec pax conciliari potuit. Tandem res ad Parlamentum delata eſt à Mendicantibus, & abijs dies dicta Vniuerſitati vt ſe ſiſteret. 1456.

Die 19. Iulij in Comitijs Mathurinenſibus litteræ Vniuerſitatis ad Regem & ad alias Vniuerſitates lectæ ſunt; decretumque fuit, vt quantocyus ſigillis munirentur & mitterentur, quò plures in eam litem deſcenderent.

Quia verò Mendicantes vrgebant Vniuerſitatem, inſtabantque vt ſe ſiſteret apud Curiam Parlamenti, illa antequàm vadimonium obiret, deliberauit declinanda ne eſſet Iuriſdictio Curiæ, quia in ea lite agebatur de priuilegijs, an non: & declinare placuit; decretum tamen vt rogaretur Curia, ne litem cognoſceret: in eamque rem Orator delectus Doctor Theologus M. Ioannes Panetchar.

Die 3. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus retulit D. Rector quæ verba facta fuiſſent ab Oratore Vniuerſitatis M. Ioanne Panetchar ad Auguſtiſſimæ Curiæ Proceres; item quæ à Patrono ſeu actore Mendicantium, atque etiam ab Aduocato Regio; retulit quoque quid decreuiſſet Curia per modum ampliationis, ſeu vt vocabant *Appunctuamenti*, quod fuit eiuſmodi, vt ſcribit Nicolaus Ripaut tunc Procurator Nationis Gallicanæ. *Quod Curia dolebat de controuerſia habita inter Vniuerſitatem & Mendicantes, & ad Nos pacificandum deputabat DD. Archiepiſcopum Remenſem, Patriarcham Antiochiæ & D. Pariſienſem cum 4. Dominis de Societate eorum, videlicet M. Guillelmum Cottin, D. Archidiaconum de Ioſayo, Decanum Pictauienſem & D. Stephanum de Mondidier. Volebat etiam Curia quod Vniuerſitas deputaret 4. de ſuo gremio & DD. Mendicantes alios 4. de ſuis Ordinibus: qui omnes ſimul haberent nos concordare ſi poſſent, remittebatque diem Iouis proximè venientem ad diem Lunæ.* Hoc Curiæ decretum valde placuit Vniuerſitati: & nominauit Quatuor viros; in Facultate Theologiæ MM. Petrum de Vaucello & M. Panetchart qui Orator fuerat: In Facultate Decretorum M. Petrum Maugier & Martinum de Fraxinis, vel Facultatis Decanum. De eadem reſic legitur in libro Picardicæ Nationis. De Fide Agitur.

Anno Domini 1456. die 3. Auguſti, fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas « ſtudiorum antiqua Parens in S. Mathurino conuocata ſuper 2. art. Primus « fuit ad audiendas diligentias factas in materia Mendicantium, & potiſſi- « mùm ad audiendum relationem propoſitionis factæ per Magiſtrum no- « ſtrum M. Ioannem Panetchar coram DD. de Parlamento, necnon ad au- « diendam eorum relationem. Secundus fuit communis ſuper ſupplicatio- « nibus & iniurijs. In 1. artic. declarauit D. Rector quomodo Magiſter no- « ſter M. Ioannes Panetchar eleganter propoſuerat ſecundum Concluſio- « nem nouiſſimè **captam, & aſſumpſerat verbum pro Themate:** *Diligite lu- « men ſapientiæ qui præeſtis Populis:* quia ſecundum Concluſionem vltimò « captam dandus erat per Facultatem Theologiæ Proponens ad eundum « ad illam Curiam: & ideo exequendo iſtam Concluſionem D. Rector con- « gregauit die Dominica Deputatos ad dandum inſtructiones D. Propo- « nenti & ad eundum quæſitum & petitum audientiam. Et habuimus au- « dientiam die Lunæ: & ibi fuimus auditi coram DD. de Parlamento. Et « fuerunt præſentes etiam DD. Mendicantes. Et tandem poſt multas al- « tercationes Curia dedit Deputatos ad prouidendum pacem, & ad adui- « ſandum media pacis. Et ordinauit ita, non per modum ſententiæ, ſed ad « inueniendum medium pacis quod D. Patriarcha, D. Archiepiſcopus Re- « menſis & D. Epiſcopus Pariſienſis vnà cum 4. DD. de Parlamento, ſcilicet « D. Cottin & tribus alijs: & etiam Vniuerſitas dabit 4. Deputatos, & etiam « Mendicantes, vt iſti haberent deliberare & inuenire media pacis: & iſti « ſolum habebant poteſtatem referendi in Vniuerſitate. Et etiam placuit « Vniuerſitati dare ſuos Deputatos, in primis gratulando D. Rectori, D. «

——— » Proponenti, cæteriſque Deputatis, & etiam DD. de Parlamento, de
1456. » gratâ eorum ſuſceptione & audientia & reſponſione: & dedit Magiſtrum
» noſtrum M. Petrum de Vaucello, M. Ioan. Panetchar, Maugier & de
» Fraxinis. Hæc acta fuerunt anno, menſe, die quibus ſupra, præſentibus
" venerabilibus viris DD. & MM. ſcilicet Ioanne Clerici, Houppelan.
» de, &c. & pluribus alijs. Teſte meo ſigno manuali. Ita eſt Ruffi cum
» Syngrapha.

Die 7. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus expoſuit idem Rector quamplurimas vias pacis fuiſſe propoſitas à ſelectis, ſed vnam tandem plus placuiſſe cæteris. Scripto tradita eſt & exhibita Vniuerſitati. Quæ tamen cum lecta fuiſſet, habitâ deliberatione vnanimiter reiecta eſt, niſi apponeretur hæc conditio: *vt ſcilicet Mendicantes renunciarent Bullæ impetratæ*, quæ cauſa ſcandali, & pacis turbatiua fuerat, pollicerenturque ſe eam pro non obtenta habituros, nec ex ea ſibi Iuris aliquid adrogaturos. Quod Decretum ſtatim Mendicantibus ſignificatum eſt, & ab ijs nonnihil conceſſum ad placandos Vniuerſitatis animos, non omnino tamen paruerunt.

Itaque cum die 11. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus retuliſſet idem Rector an placeret Tranſactio nonnullis ſuis partibus emendata, reſponſum eſt non placere. Si tamen vellent Mendicantes ſuſpenſa manere omnia vſque ad proximum futurum Generale Concilium Eccleſiæ, aut etiam Eccleſiæ Gallicanæ, vbi hæc materia fuſiùs tractaretur & accuratiùs, vltro etiam deſcenſuram Vniuerſitatem ad ſuſpenſionem priuationis eorum è gremio Vniuerſitatis; ea tamen lege vt Bulla illa remaneret penes D. Pariſienſem Epiſcopum, idque ſponderent Generales 4. Ordinum Mendicantium, ſcedulamque darent ſuis ſigillis munitam. Item vt ad matrem Vniuerſitatem venirent atque ab ea cum debita animi ſubmiſſione depoſcerent ſuſpenſionem ſuæ priuationis. Verum noluerunt illi hiſce conditionibus ſubſcribere. Itaque ad Curiam Parlamenti cauſa redijt: vt latius continetur in faſtis Picardicæ Nationis in Rectoria M. Gaufridi Calui: vbi quæ ſequuntur, legere eſt.

» Super diſcordia in Rectoria præcedenti orta inter almam matrem Vni-
» uerſitatem Pariſienſem & Religioſos Mendicantes in hac præſenti Recto-
» ria ſic extitit proceſſum. Prædicti namque Fratres Mendicantes appel-
» lationem per ipſos in ſua priuatione interiectam ad illum, vel ad illos re-
» leuauerunt ad venerandam Curiam Parlamenti, ad quam ob illam cauſam
» fecerunt Vniuerſitatem adiornari & conueniri. Quam Curiam per ſo-
» lemnes Proponentes bis declinauit Vniuerſitas, requirendo quod confor-
» miter ad ſua priuilegia & ſtatuta, & ad ea quæ conformiter prius fuerant
» geſta, ipſam cauſam ſibi remitterent, aſſerendo quod de ſtatutis ſuis &
» priuilegijs prædictis iſta Curia non debebat quouis modo cognoſcere.
» Prædictis tamen fratribus renitentibus in aduerſum, ac requirentibus
» per ipſam Curiam ſuam priuationem declarari de iure fuiſſe nullam: &
» etiam ſuam Bullam ex parte Vniuerſitatis arreſtatam ſibi liberari & ex-
» pediri. Vbi primò per illam venerandam Parlamenti Curiam quæſita ſunt
» inter partes media Pacis, datis pro Arbitris 4. colendiſſimis DD. illius
» venerabilis Curiæ vna cum Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus & DD.
» D. Patriarcha Antiocheno, Epiſcopo Pictauienſi, & D. Archiepiſcopo
» Rhemenſi, necnon Reuerendo in Chriſto Patre D. D. Epiſcopo Pari-
» riſienſi, qui acceptis & vocatis 4. honorandis DD. de Vniuerſitate duo-
» bus in Theologia, & alijs duobus in Decretis Doctoribus: & totidem vi-
» delicet 4. de Mendicantibus, aduiſauerunt & quantum in eis fuit, decre-
» uerunt Concordiam in modum qui ſequitur fore tenendam & ſtabi-
» liendam.

» Exorta nuper, vt creditur, à Pacis æmulo diſcordiarum materia inter
» Vniuerſitatem *Studij Pariſienſis* & Fratres 4. Ordinum Mendicantium
» occaſione cuiuſdam Bullæ in manibus *Scribæ Officialis Pariſienſis* arreſtatæ
» incipientis *Gregis nobis crediti*, quam dicta Vniuerſitas præiudiciabilem

Decretali, *Omnis vtriuſque ſexus*, & Clementinæ, *Dudum* prætendebat, in aduerſum eiſdem Fratribus prætendentibus, ac conquerentibus ſuper priuatione quam contra eos à dictâ Vniuerſitate repente nimium dicebant emanatam, & alijs inde ſequutis, *Venerabilis Curia Parlamenti* hinc inde adita conſuluit viam pacis inter partes prædictas per nos C. & C. ab eadem Curia ordinatos ex conſenſu partium fore primitus inducendum. Cum itaque nos C. & C. vt ipſam viam pacis aſſequi conuenientius valeremus ipſas partes hinc inde, ſeu Deputatos ab eis coram Nobis mandauimus, & eiſdem auditis pacis ſalutaria aperuimus media quamplurima. Tandem Domino cooperante ad omne vitandum ſcandalum, ad turbationis materiam amputandam, & pacis ſolidæ validam reformationem, ex mutuo dictarum partium, ſeu Deputatorum ab eis conſenſu ad pacem & concordiam deuentum eſt in forma quæ ſequitur. 1456.

Videlicet quod prædicti Fratres & Religioſi declarabunt & promittent coram Nobis ſicut & iam in præſentia noſtra eorum Deputati dixerunt, quod per impetrationem dictæ Bullæ, ſeu quemcunque Actum indeſequutum non intelligunt, nec intendunt acquiſiuiſſe, ſeu in futurum acquirere aliquod ius nouum, poſſeſſionem, vel titulum: quodque abſtinebunt ab omni dogmatizatione & vſu prædictæ Bullæ in præiudicium prædictarum Decretalium & Clementinæ. His autem mediantibus priuationes factæ & publicatæ ex parte Rectoris Vniuerſitatis prætextu dictæ Bullæ contra ipſos fratres interiectæ perinde habeantur, ſopitis differentijs & litigijs quibuſcunque, ac ſi prorſus non emanaſſent, vel penitus factæ non eſſent; ipſique Fratres dictorum 4. Ordinum ad matris Vniuerſitatis gremium admittentur pacificè & quietè forma & modo & ſubitatutis & iuramentis hinc inde ab antiquo ſeruari conſuetis, & abſque innouatione quacunque, partibus ipſis hinc inde ſuis iuribus, poſſeſſionibus & priuilegijs manentibus, in quibus erant ante initium controuerſiæ præſentis inchoatæ; ipſaque Vniuerſitas prædictos Ordines & eorum Profeſſores affectu beniuolo pertractabit ad ipſam humiliter redeuntes ſicut ad piam matrem. Cuius quidem Concordiæ tenor non ex toto placuit Vniuerſitati ſuper hoc ſolemniter congregatæ: ſed concluſit Vniuerſitas modum qui ſequitur.

Auditâ relatione factâ in Vniuerſitate ſuper præloquutis inter DD. Prælatos & Deputatos in materia tangente Bullam Mendicantium arreſtatam in manu Iuſtitiæ, Concluſit Vniuerſitas concorditer per omnes Facultates & Nationes quod ſemper ſibi placuit bona concordia ſi reperiri potuiſſet: ad quam non eſt viſa ſufficere ſcedula ſuper huiuſmodi præloquutis confecta & lecta. Ad ipſam tamen pacem aſſequendam placet Vniuerſitati Bullam ipſorum Mendicantium abſque publicatione manere arreſtatam, ſicut nunc eſt; cùm materia & diſcuſſio ipſius dictæ Bullæ & articulorum in ea contentorum remittantur ad proximum futurum Generale **Concilium Eccleſiæ vniuerſalis, vel Eccleſiæ Gallicanæ.** Et quod Fratres Mendicantes promittant non vti interim dicta Bulla & quod in ea non publicabunt, prædicabunt, nec dogmatizabunt publicè, vel occultè. Quo facto placet vniuerſitati eos cum humilitate venientes recipere in gremium ſuum vt prius, iuxta tenorem ſtatutorum & iuramentorum ipſius Vniuerſitatis, habita etiam ſecuritate valida ſub ſigillis Prouincialium & Generalium ſuorum infra tempus competens eiſdem limitandum pro ſe & ſuis Ordinibus, quod præmiſſa inuiolabiliter obſeruabunt. Et caſu quo ante huiuſmodi diſcuſſionem Concilij aliquis dictorum Mendicantium contrarium fecerit præmiſſorum, publicando videlicet, prædicando, vel dogmatizando dictam Bullam, ſi ſuus Prior, Guardianus, Prouincialis, aut Generalis eum non puniuerint infra menſem à tempore huiuſmodi exceſſus noti, vel intimati, ex tunc nempe elapſo, totus Ordo ipſius excedentis priuatus maneret ipſo facto, quo vſque talis ſic delinquens, vel tranſgrediens debitè punitus fuerit. Ad quam Concluſionem condeſcendere noluerunt prædicti Fratres Mendicantes.

1456. Quare iterum ad prædictam venerabilem Curiam Parlamenti recurrerunt; quam iterum vt prius declinauit Vniuerſitas. Super quo appunctuamentum in hac materia dando, prædicta venerabilis Curia omnia in ſtatu remiſit ad ſequens Parlamentum poſt feſtum videlicet Beatiſſimi Martini Hiemalis proximè venturi, Partes iterum ad Concordiam & pacem hortando & admonendo. Datum 11. Aug. an. 1456.

Die 25. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus Rector retulit ad Vniuerſitatem quid factum fuiſſet in Curia Parlamenti in negotio Mendicantium: & quemadmodum Patronus Vniuerſitatis fortiter egiſſet: Item quod Curia ſatis gratum Vniuerſitati Decretum tuliſſet *amplius* pronuntiando. In ijſdem Comitijs concluſum vt ad Regem, Principes & Barones Regni, Capitula, Abbates & Priores, ac Conuentus ſcriberetur quàm citiſſimè fieri poſſet. Et in eam rem celebrata ſunt Comitia die 2. Septemb. in quibus concluſum eſt vt ad ſummum Pontificem mitteretur Legatio cum litteris Vniuerſitatis. Quamobrem ſequentibus Comitijs 29. Septemb. & 6. Octob. de inuenienda pecunia in hancce legationem actum eſt.

Die 20. Octob. in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium; expoſuit Rector ſibi ſupplicatum fuiſſe à Mendicantibus, vt iterum Vniuerſitas nominaret Arbitros quibuſcum ipſi agere poſſent de modis inueniendæ pacis & paciſcendi fœderis. Qui cum nominati fuiſſent, eadem die poſt prandium conuenerunt cum Mendicantibus; variæque hinc inde propoſitæ ſunt rationes: ſed nihil perfici potuit. Igitur concluſum eſt, vt inſtruerentur Legati ad ſummum Pontificem mittendi, ijſque pecunia ſubminiſtraretur. Interim verò vt Rector adiret Epiſcopum Pariſienſem, omniaque exponeret quæ acta fuerint, ab eoque ſubſcriptionem expoſtularet, & huic cauſæ adiunctionem.

Die 25. Octob. in eadem rem habita ſunt Comitia & decretum, vt ſequitur. Anno Domini 1456. die 25. Octob. fuit alma Pariſienſis Vniuerſi-
„ tas congregata apud S. Mathur. ad audiendum diligentias factas ſepti-
„ manâ proximè lapsâ per DD. Deputatos Vniuerſitatis ſuper materiâ
„ Mendicantium, & ad audiendum inſtructiones per eoſdem DD. Depu-
„ tatos confectas ſuper materia Mendicantium ad Celſitudinem Regiam,
„ necnon ad ſummum Pontificem tranſmittendas. Aperuit D. Rector qua-
„ tenus Martis & Iouis diebus ſeptimanæ vltimò lapſæ, ad inſtantiam & ſup-
„ plicationem DD Mendicantium conuocauerat ſolemnes Deputatos in
„ S. Mathurino ad prouidendum aliquod medium Pacis inter Vniuerſita-
„ tem & DD. Mendicantes. Retulit etiam D. Rector qualiter oblata fue-
„ rant Mendicantibus quamplurima media Pacis ex parte Vniuerſitatis
„ per DD. Deputatos, quodque nullum acceptare voluerunt; imò potius
„ in ſuo extremo pertinaciæ manere maluerunt. Placuerunt Vniuerſitati
„ Inſtructiones confectæ per M. Petrum Maugerij, videlicet quoad hoc,
„ **ipſa Vniuerſitas quamplurimum gratulata eſt prædicto Doctori M. Petro**
„ Maugerij de laboribus aſſumptis. Placuit tamen Vniuerſitati quod præ-
„ dictæ inſtructiones iteratò legerentur per Deputatos, vt ſi quæ ſint ad-
„ denda, addantur, & ſi quæ inſtruenda, inſtruantur; & quoad iſtum articu-
„ lum placuit Vniuerſitati tranſmittere ſuos Oratores ad Regem & ad ſum-
„ mum Pontificem ad minus duos, vnum ex Superioribus Facultatibus &
„ vnum è Facultate Artium quos placuit ſtipendiare more ſolito. Signatum
„ Io. Ægidij cum Syngrapha.

Die 3. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus narrauit idem Rector ſe à duobus ſpectatiſſimis Magiſtris conuentum, admonitumque Prælatos omnes de Ducatu Normaniæ Synodum celebraſſe, ibique Mendicantium Negotio agitato, concorditer concluſiſſe adiunctionem & ſubſcriptionem cauſæ Vniuerſitatis, promiſiſſeque auxilium, pecuniam, legationem etiam ad ſummum Pontificem. Item conueniens fore adire Epiſcopum Pariſienſem, rogareque vt Clerum ſuum conuocaret, vti omnes detectâ fraude Mendicantium & tergiuerſatione, ac verſutijs

patefactis

patefactis eodem conſilio ad ſummum Pontificem mitterent. Quod Vniuerſitati maximè placuit. Et hac de re ſic legitur in actis.

Anno Domini 1456. die 3. Nouemb. fuit congregata Vniuerſitas in S. Math. ad audiendum diligentias factas in materia Mendicantium, & ad prouidendum de Ambaſſiatoribus tranſmittendis ad D. noſtrum Regem. D Rector narrauit diligentias, quomodo in Deputatis inſtructiones pro Ambaſſiatoribus fuerant correctæ. Narrauit etiam quod duo notabiles Magiſtri venerant ad eum, ad intimandũ ei quod omnes Prælati de Ducatu Normaniæ fuerant congregati in Ciuitate Rotomagi ſuper materia Mendicantium qui concorditer concluſerant inter ſe quod placebat eis ſe adiungere Vniuerſitati Pariſ. contra Mendicantes, & procedere cum Vniuerſitate mittere ad Regem & ſummum Pontificem Ambaſſiatores ex parte ſui. Et quoad hoc dabunt tempore & loco auxilium pecuniale. Explicuit etiam D. Rector quòd ſecundùm quod inuentum erat à Deputatis, expediebat quod D. Rector cum notabili Comitiua adiret D. Epiſcopum Pariſ. & quod haberet eum requirere vt vellet & dignaretur conuocare Clerum ſuum ſuper iſta materia Mendicantium & dare operam poſſibilem vnà cum Vniuerſitate contra eoſdem Mendicantes, viſo quod res directiùs tangebat eum & cæteros Prælatos, quàm Vniuerſitatem. Requiſiuit etiam D. Rector in eadem congregatione, quòd darentur ei Deputati de ſingulis Facultatibus qui haberent poteſtatem plenariam ad prouidendum & diſponendum de Ambaſſiatoribus & ad pecunias habendum pro eis, & ad multa alia, vt Vniuerſitas non tantùm vexaretur, & etiam vt negotium ſecretiùs tractaretur. Deliberauit Natio quod gratulabatur D. Rectori & DD. Deputatis de diligentijs & laboribus aſſumptis per eos in correctione inſtructionũ & articulorum requiſitorum ab Ambaſſiatoribus. Quoad electionem Ambaſſiatorum, placuit Nationi nominare & eligere vnum de ſuppoſitis ſuis M. Io. Fornelli in Ambaſſiatorem: & caſu quo aliæ Nationes & Facultates non deſcenderent in eum, placebat ei aſſociare M. Gaufridum Normani de veneranda Natione Picardiæ, vel illum in quem maior pars deſcenderet, & id pro Theologo. Gratulabatur etiam Natio DD. Prælatis de Ducatu Normaniæ, & placebat ei quod ſcriberentur eis literæ commendatoriæ & etiam gratulatoriæ. Placuit ipſi Nationi quod D. Rector cum bonâ comitiuâ adiret D. Epiſcopum Pariſ. & requireret quod vellet congregare Clerum ſuum & exponeret ei quod multa media pacis oblata fuerant Mendicantibus ex parte Vniuerſitatis, & nunquam voluerunt deſcendere ad media pacis. Quoad requiſita D. Rectoris in habendo Deputatos, cum poteſtate prætacta, voluit Natio dare Deputatos vt petiuit.

1456.

Die 20. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus expoſuit idem Rector ſe propter duplicem cauſam indixiſſe Comitia. Nimirum & propter rem Mendicantium, & propter nouam quandam Decimam quæ à D. Legato, **authoritate Apoſtolica dicebatur eſſe Beneficiatijs omnibus huius Regni** impoſita. Quoad Mendicantes, retulit ſe cum Oratore & cæteris ab Vniuerſitate Pariſ. nominatis Arbitris adiſſe Epiſcopum Pariſ. iuxta decretum Vniuerſitatis, rogauiſſeque vti Clerum ſuum conuocaret ſuper adiunctione Vniuerſitati dandà: illum autem conuocato Clero & re expoſita, ex omnium ſententiâ ſubſcripſiſſe poſtulationi Vniuerſitatis. Quod maximè gratum omnibus fuit. Quoad Decimam verò illam, decreuit Vniuerſitas modis omnibus eſſe huic exactioni obſiſtendum, imò appellandum futurum Concilium.

Die 14. Decemb. celebrata ſunt in eandem rem Comitia ad audiendum diligentias factas per D. Pariſienſem & DD. Deputatos Vniuerſitatis & etiam Cleri in materia Mendicantium. Narrauit D. Rector quatenus poſt congregationem, vltima vice, loco ſupradicto factam D. Epiſcopus Pariſ. mandauerat vnâ die Religioſos Mendicantes ad audiendum ab eis, ſi ad aliqua media pacis deſcendere vellent, qui in illa conuocatione ceperunt dilationem ad alium diem. Quo die cum ad D. Pariſ. acceſſiſſent,

1456. „ nullum finale reſponſum adhuc dare voluerunt; tum propter nuntium „ quem expectabant venturum intra triduum, allaturum literas Vniuerſi- „ tati directas à D. Legato: tum etiam propter certas res nouas quas expe- „ pectabant de die in diem à Generalibus Fratrum Prædicatorum & Car- „ melitarum, propter quas excuſationes datum eſt eis ſpatium prædicta ex- „ pectandi octo dies. Et quoad iſtum articulum Vniuerſitas gratias egit D. „ Pariſienſi de ſuis laboribus in iſta materia inſumptis, necnon de commu- „ nicatione ſuarum literarum tranſmiſſarum à D. Legato. Et placuit Vni- „ uerſitati capere inſtrumentum publicum ſub iſto Rectore de adiunctione „ Cleri & D. Pariſienſis in materia Mendicantium. Signatum Ioa. Ægidij „ cum Syngrapha.

Die 15. eiuſdem menſis lectæ ſunt litteræ Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Cardinalis Auinionenſis in Francia & Regionibus circumvicinis Legati, quibus hortabatur Vniuerſitatem ad pacem & concordiam cum Mendicantibus: Decretum eſt autem vt ad ipſum Cardinalem reſcriberetur. Quæ omnia continentur in Actis Rectoriæ D. Nicolai Berthoul, his verbis.

„ Poſt varias multipliceſque atque repetitas ſæpenumerò Vniuerſitatis „ almæ de tranſmittendis ad S. Apoſtolicam ſedem & Regiam Celſitudi- „ dinem Oratoribus pro dicto facto Mendicantium & cæteris multis ipſam „ Vniuerſitatem concernentibus deliberationem & concluſiones ob pecu- „ niarum defectum & alia motiua retardatas, poſt ipſorum Religioſorum „ Mendicantium pro ſingulis ſuis Ordinibus coram ſolemniſſimis Vniuer- „ ſitatis Deputatis binâ vice comparitionem, & eorundem pro ſua rein- „ tegratione ac vnione ſupplicationem. Poſt varia & quamplurima ampliſ- „ ſima pacis media per Prælatos Deputatos ipſis Mendicantibus oblata, „ cum charitatuis multùm & fraternis exhortationibus ab eiſdem indurato „ quamplurimum corde recuſata, pro vlteriori contra eos prouiſione, ma- „ iorique ipſorum Mendicantium ad pacem contractione & incitatione, „ poteſtatumque per ſuam Bullam; quibus priuati extiterunt, prætenſa- „ rum repreſſione dicto tempore Rectoriæ præſentis vltra provt ſequitur „ elaboratum.

„ Ex conſilio nempe & aduiſamento Deputatorum, & conſequenter ip- „ ſius Vniuerſitatis maturâ deliberatione adijt Rector cum Deputatis & ſo- „ lemni Proponente Reuerentiam Reuerendi in Chriſto Patris D. Epiſcopi „ Pariſ ibique per dictum Proponentem aſſumpto verbo Dei & deducto, „ requiſiuit ipſum Reuerendum in Chriſto Patrem quatenùs dignaretur „ conuocare ſuum Clerum, tam exemptos quàm non exemptos ad au- „ diendum ſupplicationem prædictæ Vniuerſitatis inclitiſſimæ in materia „ prætactâ Mendicantium, & pro ſua benignitate libens & cum diligentia „ multa fecit quidem Reuerendus Pater. Coram igitur ipſo Reuerendo „ Patre & Dominis multis Clerum huius inclytiſſimæ vrbis in numero co- „ pioſo repræſentantibus, idem Rector & Deputati per ſolemnem, vt di- „ ctum eſt, Proponentem, aſſumpto vt tractatum eſt & deducto verbo Dei „ quæſierant ipſius Reuerendi in Chriſto Patris & DD. Præfatorum Cle- „ rum repræſentantium adiunctionem in dictæ materiæ Mendicantium „ proſecutione & deductione, quæ per nonnullos & præſertim huius Ci- „ uitatis præfatæ meritos pleniſſimè ex tunc conceſſa eſt & donata, alijs „ inducias deliberatorias quærentibus. Omnes tamen poſt paucos dies di- „ ctam ei adiunctionem dederunt; quidam plenam: alij poſt ſe adiunxerunt „ quantum ad impediendum vſum, dogmatizationem & publicationem „ dictæ Bullæ. Aduiſatumque eſt ex tunc quod Deputati Vniuerſitatis de „ cætero conuenirent cum Deputatis Cleri viſuri de medijs pacis & vlte- „ riori modo procedendi in negotio. Quibus omnibus in Vniuerſitate re- „ litis, regraciata eſt quam plurimum eidem Reuer. Patri pro ſuis laboribus „ in ſui Cleri conuocatione, & eidem ſuo Clero de ſuâ benignâ adiunctio- „ ne, Rectori & Deputatis pro pœnis & diligentijs aſſumptis in dictæ ad- „ iunctionis proſecutione. Placuitque ipſi Vniuerſitati quod ſui Deputati

& tunc & aliàs nominati conuenirent cum Deputatis Cleri materiam tractaturi, ſi inueniri poſſet, ſaluo etiam recurſu ad proceſſum vlteriorem, 1456. vbi pax haberi non poterit. Ad hanc pacem per ipſum Reuerend. Patrem multis poſtea conuentionibus elaboratam, quæ, durante dictâ Rectoriâ, haberi non potuit, quanquam de eadem ſpes non modica foret, tandem poſt hos labores ſupplicauit dictus Rector haberi gratus, recommiſſus, & acta ſua rata, grata & aduoata. Cuius ſupplicatio pleniſſimè conceſſa eſt. Reſcripſit ſuper hac materia Reuerendus in Chriſto Pater Cardinalis Auinionenſis exhortando, quodque ad ſuam Reuerendam Paternitatem tranſmitteretur vnus de Vniuerſitate cum poteſtate plenaria ad componendum pacem, quem ſic mittere nondum decreuit ipſa Vniuerſitas, ſed voluit præmittere pacem per ſuos Deputatos cum Deputatis Cleri iuxta ſæpius concluſa, ſi poſſibile fuerit tractari; ſin autem, tunc deliberabit. Decreuit tamen ipſe Reuerendo Patri reſcribere, regratiando & excuſando ſinguliſque Prælatis & ſingulis de Clero Regni & Partium Regno vicinarum & pro adiunctione habenda per Deputatos aduiſanda ſcripto ſupplicare. Hæc principalia Acta tempore præſentis Rectoriæ. Sic ſignatum N. Berthoul.

Die 16. Decemb. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ludouicus Scanulieghe Picardus, à quo lis Mendicantium tandem compoſita eſt. Atque imprimis ille in Comitijs Mathurinenſibus die 24. habitis, expoſuit quanto ſtudio D. Epiſcopus Pariſienſis cum Vniuerſitate concurreret contra Mendicantes: quamobrem illi decreuit actionem Gratiarum Vniuerſitas.

Non videntur autem cæteri Ordines Religioſi ſe ſe turbis hiſce immiſcuiſſe, aut Mendicantibus vllo pacto fauiſſe: & cum ijs pariter benigne egit Vniuerſitas, ſi quid illam rogarent. Ciſtercienſes Collegij Bernardinorum poſtulata ſocietate ad Theologorum Ordinem admittuntur etiam non præfinito numero, vt patet ex Actis ſacræ Facultatis.

Anno Domini 1456. die 10. Menſis Ianu. conuocata & congregata ſolemniter pro tertia vice Facultate Theol. in S. Math. ad deliberandum & concludendum ſuper quadam ſupplicatione eidem factâ ex parte Reuer. Patris D. Abbatis Ciſtercienſis, ac DD. Diffinitorum Capituli Generalis dicti Ordinis Ciſtercienſis, videlicet quod dicta Facultas permitteret *quod ſinguli Scholares Collegij S. Bernardi Pariſius ditti Ordinis Ciſtercienſis, qui in dicto Studio Pariſius*, vel alio famoſo Studio 8. annis ſtuduerint, *poſſint legere Sententias* ordinariè in eadem Facultate, dum tamen ad hæc idonei reperti fuerint, ſicut in Priuilegijs à Sede Apoſtolica ſuo Ordini conceſſis dicebant contineri. Super qua ſupplicatione, vnà cum quibuſdam alijs ex parte Prædictorum requiſitis dicta Facultas notabiles dedit Deputatos ad viſitandum priuilegia dicti Ordinis & Statuta Facultatis: qui quidem Deputati materiâ inter eos diſcuſsâ, ſuam relationem dictâ die præfatæ Facultati fecerunt. Qua per eandem auditâ poſt maturam deliberationem ſingulorum Magiſtrorum noſtrorum, in eadem Congregatione exiſtentium, per organum M. Dionyſij de Sabrenois in Theologia Magiſtri, dictæ Facultatis Decani fuit concluſum in hunc modum, videlicet, *quod quicunque Religioſus Ord. Ciſter. ſtuduerit Pariſius per ſex annos completos & intrauerit ſeptimum, iuxta Statutum Facultatis conformiter ad Seculares, aut alibi in Studio Generali, computando duos annos pro vno Pariſius, admittetur ad primum Curſum Bibliæ, dummodò ſufficiens & idoneus repertus fuerit.* Item tenebuntur dicti Religioſi præfati Ordin. Ciſterc. habere omni anno vnum Baccalarium, qui ſicut præfertur, habeat tempus prædictum qui ordinariè legat Bibliam.

Die Martis 18. Ianu. eiuſdem anni more Gallicano, in Comitijs Mathurinenſibus expoſuit Præfatus Rector quo pacto per Arbitros Vniuerſitatis, Cleri Pariſienſis & Mendicantium confecta fuiſſet quædam ſcedula ad pacem ſanciendam: quæ tum lecta fuit, quæque, vt ſcribit M. Ioannes Roërij tunc Procurator Nationis Gallicanæ, *continebat in ſummâ quod*

" *Fratres nihil prædicarent in præiudicium illius Decretalis*, Omnis vtriuſque ſe-
1456. " xus, *& Clementinæ* Dudum *de ſepulturis*: quodque eorum Bulla maneret
" in manibus D. Epiſcopi Pariſ. & hoc medio reciperentur dicti Fratres
" in gremio Vniuerſitatis, & facerent Actus ſuos ſicut ante eorum priuatio-
" nem facere conſueuerant. Sed tamen quia Fratres Mendicantes de Con-
" uentibus Pariſienſibus non habebant poteſtatem ratificandi & confirman-
" di contenta in ſcedula pro 4. Ordinibus vniuerſaliter, cauebatur in eadem
" ſcedula quod Fratres prædicti de 4. Conuentibus Pariſienſibus procura-
" rent pro poſſe ſuo prædictam ſcedulam & contenta in eadem, ratificari &
" approbari in ſuis Capitulis Generalibus ſingulorum Ordinum. Super
" quo deliberauit Natio præfata, cum Fratres de 4. Conuentibus Pariſien-
" ſibus poteſtatem huiuſmodi non haberent Tractatum aliquem, ſeu Con-
" uentionem faciendi pro omnibus Fratribus ſingulorum Ordinum: quod
" etiam non promitterent abſolutè procurare ratificationem prædictæ ſce-
" dulæ in ſuis Generalibus Capitulis, ſed ſolum pro poſſe ſuo; quod non
" poteſt cum eiſdem Fatribus fieri aliquis Tractatus ſecurus ſuper contro-
" uerſia currente, donec & quo vſque dicti Fratres habuerint poteſtatem
" ſufficientem per Procuratorium, vel aliter à ſingulis Ordinibus Fratrum
" Mendicantium. Et vult Natio quod prius habeant prædictam poteſta-
" tem impetrare quàm cum ipſis firmetur Tractatus in prædictâ ſcedulâ
" contentus. Et caſu quo aliæ Facultates & Nationes præfatam ſcedulam
" vellent admittere, ſe opponit & appellat ad Vniuerſitatem melius con-
" gregatam. Voluit quod ego requirerem D. Rectorem de congregando
" Facultatem Artium ad aduiſandum modum procedendi in hac materia.
" Quod & feci referendo Concluſionem Nationis in præſentia Rectoris,
Procuratorum & totius Facultatis. Nec dubito quin tota Vniuerſitas in
eandem ſententiam deſcenderit: vt patebit ex ſequentibus.

Die vero 21. eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt quædam litteræ Vniuerſitatis Toloſanæ ad Vniuerſitatem Pariſienſem quarum tenor erat eiuſmodi. Cum quidam Epiſcopus in partibus circumvicinis compelleret Cenſuris Eccleſiaſticis Beneficiarios ad ſoluendam Decimam, Vniuerſitas verò Toloſana ijſdem gaudeat priuilegijs quibus Pariſienſis, enixiſſimè poſtulabat ab Vniuerſitate Pariſ. vt ſibi mentem ſuam ſuper hac Decima ſignificaret. Concluſum eſt reſcribendum Vniuerſitati ſorori, quod Vniuerſitas Pariſ. ab eiuſmodi Decimæ impoſitione appellaſſet.

Die 3. Febr. conuocatâ & congregatâ apud Mathurinenſes Vniuerſitate, lectum eſt exemplar Bullæ ſummi Pontificis Calliſti per Epiſcopum Atrebatenſem ad Vniuerſitatem miſſum: quâ Bullâ prædictus Pontifex reuocare dicebatur Priuilegia Mendicantibus à Nicolao prædeceſſore ſuo conceſſa contra ius Secularium Sacerdotum, & contra Decretalem *Dudum, de ſepulturis*. Quamobrem Vniuerſitas decreuit ſolemnes ſupplicationes.

" Anno 1456. die 3 Febr. conuocata fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas
" apud S. Mathurinum per D. Rectorem, ad audiendum lecturam Copiæ
" Bullæ cuiuſdam emanatæ de nouo à ſummo Pontifice Domino noſtro
" Papa concernentis materiam FF. Mendicantium, quæ Copia miſſa fuit
" Vniuerſitati per Reuerendum in Chriſto Patrem D. Epiſcopum Atreba-
" tenſem. Et quantum ad iſtum artic. auditâ lecturâ prædictæ copiæ deli-
" berauit Natio Franciæ veneranda mater mea, quod quia prædicta Bulla
" pacem dabit prout ſperatur inter Seculares & Religioſos per reuocatio-
" nem & caſſationem Priuilegiorum FF. Mendicantium quæ impetrata
" ſunt in præiudicium ſecularium Sacerdotum & contra Decretalem *Du-*
" *dum*, ſicut latiùs videri poteſt in prædicta Copia, gratulatur humiliter
" Domino noſtro ſummo Pontifici B. Calliſto qui dignatus eſt hanc Bul-
" lam multarum diſcordiarum & litium deſtructiuam concedere. Vult ſo-
" lemnes Proceſſiones Vniuerſitatis fieri ad exorandum Altiſſimum ſingu-
" lariter pro vnione & pace S. Matris Eccleſiæ & proſperitate & felici

ſucceſſu D. noſtri ſummi Pontificis. Gratulatur etiam quamplurimum Reuerendo in Chriſto Patri & D. Epiſcopo Atrebatenſi de tranſmiſſione Copiæ prædictæ, & vult litteras gratulatorias ei tranſmitti ex parte Vniuerſitatis. Deliberauit inſuper quod vult Bullam vnam conſimilem habere ſub plumbo quæ reponatur in arca Nationis, & quod eſſet expediens quamlibet Facultatem & Nationem, vnam habere ad perpetuam memoriam & ſecuriorem cuſtodiam, mittendo proprium nuncium ad ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſi non poſſit aliter haberi. 1456.

Die 18. eiuſdem menſis Febr. celebrata ſunt Comitia Generalia apud Bernardinos: quibus interfuerunt DD. Conneſtabularius Franciæ, & Reuerendi in Chriſto Patres Archiepiſcopus Remenſis & Epiſcopus Pariſienſis, ad reducendos in gremium Vniuerſitatis Fratres Mendicantes, ſedandaſque diſcordias & lites quæ occaſione Bullæ ab ipſis impetratæ enatæ fuerant; quæ de re ſic ſcribit Roërius Procurator Nationis Gall. Quantum, *inquit*, ad iſtum articulum auditis proloquutis & aduiſamentis illuſtris Domini & potentis Conneſtabularij Franciæ tam per organum eius, quàm etiam cuiuſdam venerabilis viri M. Guillelmi Papin eius Conſiliarij, deliberauit Natio Franciæ veneranda quod propter reuerentiam & præſentiam D. Conneſtabularij requirentis & ſupplicantis in Vniuerſitate pro reintegratione Fratrum Mendicantium & pro bono pacis & Concordiæ, placebat quod Fratres Mendicantes reciperẽtur in Vniuerſitate ſicut prius punctis, ſeu articulis 4. promiſſis & iuratis, quæ ſequuntur.

1. Art. quod Bulla de quâ eſt & fuit contentio, & pro quâ fuerunt priuati, de conſenſu Partium manebit in manibus D. Epiſcopi Pariſienſis Ordinarij.

2. Punctus quod omnes proceſſus & appellationes tam in Curia Parlamenti quàm alibi, qui occaſione ſuæ priuationis exorti fuerant, ceſſabunt omnino.

3. Punctus, quod quamprimùm venerit Bulla Pariſius quæ creditur emanaſſe à ſummo Pontifice quæ incipit, *Calliſtus*, quæ reuocatoria eſt omnium Nouitatum impetratarum per dictos Mendicantes, vel de ea ſufficienter apparuerit, ipſi per omnia obtemperabunt & acquieſcent dictæ Bullæ.

4. Quod promittent non vti Bullâ de quâ eſt contentio. Et adiecit Natio quod prædicti Fratres Mendicantes iurarent & promitterent nullam aliam Bullam vnquam impetrare in præiudicium Bullæ reuocatoriæ quæ de nouo dicitur emanaſſe à ſummo Pontifice. Quod etiam Fratres Mendicantes Pariſienſes procurarent in ſuis Capitulis Generalibus prædicta accordari & ratificari, & niſi ita facerent, quod curreret eorum priuatio ſicut prius. Voluit vltra Natio quod huiuſmodi Fratres Mendicantes cum humilitate venirent ad Vniuerſitatem & ſupplicarent pro ſuâ reintegratione non cum elatione & verborum tumore, ſicut Quidam de Ordine Prædicatorum qui dicitur Breart Doctor alterius Vniuerſitatis qui in ſuâ ſupplicatione dicebat quod non venerat ad ſupplicandum & quod coactus loquebatur, & quædam alia & plura indiſcretè prolata per organum eiuſdem: quæ minimè accepta fuerunt Vniuerſitati, & meritò: propter quod in fine Congregationis facta eſt & porrecta vna humillima ſupplicatio pro parte Fratrum Mendicantium per organum cuiuſdam venerabilis Patris de ordine Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Doctoris ſacræ Theologiæ huius Vniuerſitatis in præſentia D. Conneſtabularij, Reuerendorum Patrum D. Archiepiſcopi Remenſis & Epiſcopi Pariſ. & omnium Magiſtrorum ſingularum Facultatum & Nationum ſtantibus Doctoribus & Magiſtris Ordinum Mendicantium, capitibus diſcoopertis, in loco humiliratis & ſupplicantium per ſpatium vnius horæ & amplius præſente ſemper D. Conneſtabulario qui ab hora octaua de mane vſque fere duodecimam, deliberationem Vniuerſitatis expectauit, vt pacem & concordiam firmaret inter Vniuerſitatem & Mendicantes; quod fecit authore Deo; & recepti ſunt Mendicantes in fine illius Congrega-

1456. " tionis, in gremio Vniuerſitatis ſicut prius. Multa & complura acta fue-
" runt in hac congregatione ad honorem Vniuerſitatis contra FF. Mendi-
" cantes quæ narrare longum & tædioſum ſtylo rudi & non præmeditato.
" Sed hæc omnia ad longum narrari debent in inſtrumento accepto de actis
" & factis in hac Congregatione à quatuor publicis Notarijs præſentibus
" & vocatis ad hoc; ſicut concluſum extitit non ſolum in Natione, ſed in
" tota Vniuerſitate.

Eadem res habetur in Actis Rectoriæ M. Ludouici Scanulieghe, in quibus etiam continetur Inſtrumentum fœderis & pacis inter Vniuerſitatem & Mendicantes. Sic igitur habetur.

TRANSACTIO INTER VNIVERSITATEM ET MENDICANTES. " Multiplicibus conuocationibus & congregationibus habitis inter ſolemnes Deputatos almæ Vniuerſitatis Pariſienſis & nonnullos Fratres 4. Ordinum Mendicantium ſuper quadam Bullâ ſcandalosâ, Pacis & concordiæ ſubuerſiua & Ordinis Hierarchici Eccleſiæ, ac ſubreptitia; propter quam Prędicti Fratres à gremio Vniuerſitatis antedictæ reſecati fuerant, Tandem interpretationibus, ac interlocutionibus Illuſtris Principis Conneſtabularij Franciæ, nec non Reuerendiſſimorum & Reuerendorum in Chriſto Patrum, ac Dominorum Archiepiſcopi Remenſis ac Epiſcopi Pariſienſis, habita eſt concordia in modum qui ſequitur.

" In Nomine Domini, Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod anno ab Incarnatione eiuſdem 1456. Indictione 5. die verò 18. Febr. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Calliſti diuinâ prouidentiâ Papæ III. anno 2. Almâ Vniuerſitate Pariſ. apud S. Bernardum ſolemniter congregata, adſtantibus ibidem quampluribus ſacræ Theologiæ & Decretorum Doctoribus, in Medicina & in Artibus Magiſtris, ſingularumque Facultatum & Nationum Decanis & Procuratoribus, venerabili & ſcientifico viro M. Ludouico Scanulieghe dictæ Vniuerſitatis Rectore & præſidente & exponente quod prædictam Vniuerſitatem congregari fecerat ſuper 2. artic. Quorum articulorum 1. erat ad audiendum aliqua proponenda per Illuſtriſſimũ Principem D. Arturum de Britania, Comitem Richemundiæ & Franciæ Conneſtabularium, necnon Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem D. Ioannem Iuuenalis Archiepiſcopum Remenſem primum Franciæ Parem, & Reuerendum in Chriſto Patrem D. Guillelmum Quadrigarij Epiſcopum Pariſienſem. Super certâ controuerſiâ ortâ inter Præfatam Vniuerſitatem & DD. Religioſos 4. Ordinum Mendicantium occaſione cuiuſdam Bullæ per dictos Religioſos impetratæ, ſubuerſiuæ, vt ferebatur, ſtatûs, Ordinis Hierarchici, pacis & vnionis inter Religioſos & ſeculares quondam factæ & iuratæ eneruatiuæ, in manibus præfati Reuerendi Patris Epiſcopi Pariſienſis ad requiſitionem ipſius Vniuerſitatis. Secundus articulus erat ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quibus articulis per dictum D. Rectorem in medium poſitis, veniendo ad primi articuli declarationem, expoſuit tunc Rector quod præfati DD. Conneſtabularius, Archiepiſcopus Remenſis, & Epiſcopus Pariſienſis erant in Eccleſia dicti loci S. Bernardi, & quod ob reuerentiam ipſorum bonum eſſet & honeſtum quod aliqui ex DD. Doctoribus irent eis obuiam: quo dicto deliberato; ita factum eſt. Tunc illico & incontinenti D. Conneſtabularius & alij aſſociati pluribus Baronibus, militibus, ſcuriferis, nobilibus & alijs perſonis intrauerunt locum Capitularium, in quo præfata Congregatio habebatur. Et ipſis ſedentibus in conſpectu D. Rectoris, præfatus D. Conneſtabularius dirigendo ſermonem ſuum primò ad ipſum D. Rectorem & deinde ad totam Vniuerſitatem honorificè & reuerenter præſentibus ibidem etiam DD. Religioſis Mendicantibus 4. Ordinum prædictorum in copioſo numero, verbis Gallicis expoſuit, quod præfati Religioſi ad ſuam præſentiam pluribus & iteratis vicibus acceſſerant, eidem ſupplicando quatenùs vices ſuas impendere vellet ad media pacis tractanda inter ipſos Religioſos & Vniuerſitatem Pariſienſem præfatam. Dicens vlterius quod quia boni Principis eſt laborare

ad ea quæ pacis ſunt, ipſe & præfati Domini ſibi aſſiſtentes, modos & vias per quas concordiæ & pacis fœdera & vnio ad caput ſcilicet Religioſorum Mendicantium ad Vniuerſitatem eorum matrem quæ dulciſſimo ſcientiæ lacte eos nutriuit, & melle virtutum eos pauit, iuribus Vniuerſitatis inconcuſsè manentibus deliberauerunt. Qui modi dictarum pacis & concordiæ, de Mandato præfati Principis per organum viri litterati M. Guillelmi Papyri D. noſtri Regis Conſiliarij prudenter, elegantèr & bono ordine, in conſpectu dictæ Vniuerſitatis propalati fuerunt & publicati, præſentibus dictorum Ordinum Fratribus expreſsè conferentibus in hunc modum. 1456.

Ad ſopiendas lites iamdiu motas & moueri ſperatas, Reuerendi Patres 4. Ordinum Mendicantium ceſſabunt ab vſu Bullæ præfatæ quæ incipit: *Nicolaus*, &c. & conſeruabitur dicta Bulla in manibus Epiſcopi Pariſ. de communi conſenſu partium, ceſſantibuſque proceſſibus quibuſcunque cum humilitate redibunt & manebunt dicti Fratres in gratia Vniuerſitatis, ſicut erant ante iſtam controuerſiam. Et habitâ Bullâ D. Calliſti Papæ moderni reuocatoria dictæ Bullæ cuius copia aliàs coram Vniuerſitate publicata extitit quæ incipit: *Ad perpetuam Rei memoriam Nicolaus*, &c. promittent ex nunc pro vt ex tunc dicti Mendicantes ſtare illi Bullæ, & obtemperare ſecundum amplitudinem ſuæ continentiæ. Quo dicto ex parte DD. Religioſorum Mendicantium ſupplicauit venerabilis & Religioſus vir M. Ioannes Brehal Prior Conuentus Pariſ. de Ordine Prædicatorum ſub idiomate materno loquendo in hunc modum.

Préſuppoſé premierement les Concluſions priſes & propoſées par Monſeigneur le Conneſtable chy preſent, Nous vous requerons & ſupplions tres-humblement tant que faire poons; que à celles requeſtes & concluſions vous pluiſe obtemperer à nous receuoir comme Suppoſts & membres. Quibus ſic deductis & peractis prælibatus D. Rector omnia & ſingula præmiſſa in omnium & ſingulorum Decanorum, Doctorum, Procuratorum & Magiſtrorum ibidem exiſtentium deliberatione retractanda poſuit, & Facultatibus ad loca vbi in arduiſſimis negotijs deliberare conſueuerunt, retractis; poſt maturam diuturnamque deliberationem dictis Facultatibus pro concludendo in vnum, vt moris eſt, conuenientibus, & deliberationibus dictarum Facultatum per quarumlibet Facultatum & Nationum Decanum & Procuratorem repetitis, per præfatum D. Rectorem adunatis & concluſis, ipſe D. Rector eloquentem & eximium Doctorem Magdal. de Oliua in ſacra Paginâ Profeſſorem requiſiuit, quatenus vellet pro & nomine Vniuerſitatis, præfato D. Conneſtabulario & alijs DD. ſecum aſſiſtentibus & adſtantibus concluſa per almam Vniuerſitatem referre in idiomate materno & congruo; eo quod ipſe D. Rector de Patria Flandriæ oriundus extitit. Qui de Oliua iuſſibus & mandatis præfati D. Rectoris, velut obedientiæ filius obtemperans, onus eiuſmodi delationis in ſe aſſumpſit. Et illicò illuſtris D. Conneſtabularius cum DD. Prælatis ſecum adductis præfatis DD. Religioſis præfatam congregationem iteratò adijt qui prorupit in hæc verba.

Meſſieurs ie vous remeine ces bons Religieux vos Suppoſts qui n'eſtoient pas bien aduiſez quand ils ont fait leur ſupplication, & pourtant ie vous les remeine mieux aduiſez. Eo quod præfatus Brehal in ſua ſupplicatione pro parte dictorum Religioſorum facta, ſatis elatè, vt videbatur, primâ facie locutus fuerat, nec eidem Vniuerſitati ſua grata fuerat ſupplicatio. Quibus ſic per præfatum illuſtrem Principem dictis & expoſitis, venerabilis & circunſpectus vir M. Nicolaus Prior Conuentus Pariſ. Auguſtinorum in Theologia Magiſter pro parte prælibatorum Religioſorum ſupplicauit. Sic inquiens dirigendo ſermonem ſuum præfato D. Rectori & Vniuerſitati, Nos humiles & deuoti filij venimus ad vos tanquam ad matrem pueri, humillimè ſupplicaturi, quatenus dignemini nos tanquam filios in ſinu veſtræ pietatis recipere, & in veſtro cœtu digniſſimo, & charitatiuè & cum beniuolentia reunire, & parati ſumus omnia iuſſa per vos concluſa

1456. „ prompto & parato animo pro viribus adimplere. Quâ ſupplicatione fa-
„ ctâ præfatus illuſtris Dominus multùm reuerenter & cum magno cordis
„ affectu dixit. *Ie vous prie mes bons Seigneurs chy preſens & pour le bien du Païs*
„ *que vous pluſe de les receuoir comme vos Suppoſts & les traittiez amiablement*
„ *comme deuant.* Quo facto Reuerendus Magiſter præmiſsâ plurimum elo-
„ quenter ſolemni gratulatione ad ipſos excelſum Principem & Reueren-
„ dos Prælatos & Nobiles ſuper zelo & affectione beneuolis, laboribuſque
„ ſuis ad pacem & vnionem inſtantem cum almâ matre Vniuerſitate zela-
„ trice pacis, concordiæ & vnionis ſuper materiâ præſenti conclusâ per
„ matrem Vniuerſitatem cum decenti & politâ verborum affluentiâ, nihil
„ de neceſſarijs penitus omittendo, præfatis Dominis aperuit & reſerauit,
„ provt ſequitur.

„ Illuſtris Princeps! alma mater Vniuerſitas deliberauit & concluſit,
„ vultque & ſibi placet ob reuerentiam præſentiæ veſtræ, excelſæ nobili-
„ tatis, ac DD. Reuer. Aſſiſtentium vt Mendicantes renuncient appella-
„ tioni interiectæ & omnibus inde ſecutis; placet inſuper quod amplius
„ non vtantur Bullâ exiſtente in manibus Reuerendi D. Epiſcopi Pariſien-
„ ſis, neque ſimilibus, & maneat dicta Bulla in manibus præfati Epiſcopi ſi-
„ cut eſt: & quod vnus pro omnibus Iuratus de Ordine Mendicantium pro
„ ſuâ reintegratione habeat ſupplicare, & habeant Mendicantes antedicti
„ obedire Bullæ reuocatoriæ & ratificari per ſuos Generales infra annum.
„ Item iurabunt quod nunquam impetrabunt ſimiles Bullas; alioquin ex
„ tunc, provt ex nunc reincident in ſimiles priuationes & pœnas. Quam
„ Concluſionem ſic publicatam in præſentia dictorum Illuſtris Principis &
„ Reuerendorum Prælatorum & nobilium perſonarum aſſiſtentium Reli-
„ gioſorum pro partibus ſingulorum Ordinum, ipſi Religioſi, videlicet M.
„ Ioannes de Vernon Carmelita & aliorum vnuſquiſque pro ſuo Ordine,
„ ſcilicet M. Stephanus Moreau pro Auguſtinenſibus, M. Thomas Veret
„ pro Prædicatoribus, M. Petrus de Groſſis pro Minoribus omnes in Theo-
„ logia Magiſtri, multique Licentiati, Baccalarij formati & alij de dictis
„ Ordinibus acceptauerunt, ſic tenere inuiolabiliter, ac ſeruare & adim-
„ plere promiſerunt, & ſolemniter manu ad pectus impoſitâ iurauerunt in
„ dictam Concluſionem Vniuerſitatis quoad ſingula puncta, & humiliter
„ admitti ſupplicarunt. Quibus iuramentis emiſſis ob reuerentiam tanto-
„ rum Principis & Prelatorum dicti Fratres humiliter ſupplicantes pro quo-
„ libet Ordine ſigillatim, inſtantibus multum honeſtis dictis Principe &
„ Prælatis, ad gremium Vniuerſitatis matris recepti ſunt. Acta fuerunt hæc
„ Pariſius ſub anno, indictione, die, menſe, loco & Pontificatu ſupradictis,
„ præſentibus ad hæc venerabilibus & ſcientificis viris DD. & M. M. Guil-
„ lelmo Euerardi, Thoma de Courcellis in Theologia, Martino de Fraxi-
„ nis, Petro Maugier Decretorum Doctoribus, Guillelmo de Comere,
„ Odone de Credulio in medicina, Radulpho de Barneſſe, Iacobo Ber-
„ nardi, Gaufrido Normani, Andrea Vaſſelin, Clemente Parmentarij,
„ Ioanne Amici, Alberto Scriptoris 4. Nationum prædictarum Procura-
„ toribus in Artibus Magiſtris & quam pluribus alijs Doctoribus & Magi-
„ ſtris, alijſque perſonis fide dignis ad præmiſſa vocatis. Sic ſignatum L. Sca-
nulieghe.

Die 5. Martij quæ dies erat Sabbati vigilia Brandonum Profeſſores Artium Nationis Gallicanæ per iuramentum conuocati ſunt & congregati ad corrigendos nonnullos abuſus, qui in ſportularum diſtributionem irrepſerant; propterea quod quidam non Regentes illas percipiebant, cum tamen, nec regerent, nec rexiſſent olim in vico Stramineo, neque proprios Scholares haberent: quæ tres conditiones requirebantur vt ad diſtributionem quis admitteretur, etiã ad illam quæ fiebat in Miſſis & Veſperis. Igitur ita concluſum vt ſcribit Nationis Gallicanæ idem Procurator M. Ioannes Roërij, *Quod nullus ſub pœnis periurij & priuationis à conſortio DD. Regentium ſe de cætero ingerat ad recipiendum ſolitas diſtributiones pro Miſſis & Veſperis Nationis, niſi fuerit verus, actualis & continuus Regens habens proprios*

proprios Scholares quos continuè ducat ad vicum straminis & quibus legat continuè libros Logicales, Physicales, aut Metaphysicales, vel legerit per maiorem partem Ordinarij, quodque Magister quicunque fuerit, qui se ingeret ad recipiendum distributiones prædictas, si non habuerit lectionem propriam & vicum frequentauerit, vt præmissum est, perpetuò priuabitur à consortio DD. Regentium, & infamis reputabitur. Quoad Magistros & Pædagogos qui per longa tempora rexerint in vico straminis prouisum est, quod quia ipsi decorant & honorant Nationem, gaudebunt in omnibus priuilegijs eisdem quibus & actuales & continui Regentes; hoc excepto, quod ipsi non recipient distributiones pro Missis & Vesperis, vt præmissum est. Quoad Magistros docentes Parisius in Grammaticalibus, concluſum est conformiter ad Statuta Nationis, quod ipsi qui non legunt in vico straminis libros Ordinarios, non sunt Regentes, nec pro Regentibus reputari debent, aut etiam quouis modo gaudere priuilegijs Regentis. Si autem venerint tales qui nec sunt Regentes, nec pro Regentibus debent reputari, à conuiuio DD. Regentium eijciantur de Mandato Procuratorum per Bidellos, vel cogantur sub pœnâ priuationis à Natione ad soluendum cotam suam de proprijs pecunijs, si à dicto Conuiuio recedere recusauerint, & refectionem in eo sumpserint. 1456.

Die 8. Martij Comitijs Centuriatis apud Mathurinenses habitis relatum est in Hollandia, Zelandia, etiam & in Flandria Gandaui priuilegia Vniuersitatis Paris. contemni; quamobrem statutum est vt ad Ducem Burgundiæ illustris Legatio mitteretur, quæ de tuendis Academiæ Priuilegijs cum eo ageret. Item in ijsdem Comitijs actum est de solutione Decimæ cuiusdam Pontificiæ, à quâ quidem iam ante appellatum fuerat, quia existimabat Vniuersitas Exemptionis Priuilegium in arca seruari. Voluit tamen, si non reperiretur, aut si causa quæ prætexebatur in Bulla, scilicet ad tuendam Religionem Christianam aduersus Infideles, vera esset & legitima, eandem Decimam solui. Verum re maturiùs examinatâ, & in rei veritatem inquisitione facta Comitijs die Aprîl. habitis voluit appellationi insistere iuxta ea quæ aliàs deliberata & concluſa fuerant.

In his autem & sequentibus Comitijs sæpè actum est de Collatione & obtentione Beneficiorum, confectique sunt & clausi Rotuli Nominandorum. Item lectum, correctum & emendatum Instrumentum Concordiæ pactæ inter Vniuersitatem & Mendicantes vt in tabulari Vniuersitatis reponeretur & D. Conneſtabulario exemplar petenti traderetur.

Verùm dum speratur Pax possideri, ecce nouum dissidium. Mendicantes ante initam concordiam scripserant ad Pontificem, atque apud eum criminati fuerant Vniuersitatem, quod parum reuerenter de Bulla Nicolai loqueretur, eamque falsitatis argueret. Vnde subiratus Papa rescripsit paulo acerbiùs, & datis ad Regem litteris 18. Martij rogat præsumptionem, si talem inueniat, coërceri. Tales sunt ex MS. Herouvallij.

CALIXTVS PAPA III. Chariſſime in Christo Fili Sal. & Apoſt. Bened. « Nuper ad nostrum peruenit auditum *quod Quidam de Vniuersitate Parisien-* « *sivltra quam eis liceat, de se præsumentes, contra Determinationes Sedis Apo-* « *stolicæ, ad quam in dubijs Sacramentorum & fidei est recurrendum*, & in præiu- « dicium litterarum Apoſtolicarum, ac Priuilegiorum quæ pro vtilitate « vniuersalis Eccleſiæ & propagatione Religionis Christianæ quatuor Or- « dinibus Mendicantium à Prædeceſſoribus nostris Rom. Pontificibus olim « piè fuerunt conceſſa, in magnum detrimentum fidei, scandalum Regni tui « & periculum animarum plurimarum insurgere non verentur, asserentes « certas litteras felicis recordationis Nicolai Papæ V. Prædeceſſoris nostri « falsas esse: Nos enim & si litteræ ipsius Nicolai de falsitate notari ne- « queant, cum rectè & maturè fuerint expeditæ, & tales quod nullâ aliâ « indigent confirmatione, tamen ad omne ambiguitatis dubium summo- « uendum, illas de Fratrum nostrorum consilio innouauimus, ac scripti no- « stri patrocinio communiuimus, & alias etiam conceſſimus in fauorem pri- « uilegiorum huiusmodi, provt litteris Apoſtolicis super inde confectis « tua sublimitas videbit latiùs contineri. Sed quia esse posset quod ipsi Præ- « sumptores in sua opinione obstinatiùs persisterent, quod tamen credere «

" non poſſumus, idcirco tuam Excellentiam hortari decreuimus, ac etiam
1456. " ex corde rogare, quod tu qui Princeps es Chriſtianiſſimus, quique Or-
" dines ipſos religiosè viuentes ſingulari deuotione & diuerſis fauoribus
" proſequeris, velis pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reuerentia, ac fidei cor-
" roboratione eiſdem Ordinibus aſſiſtere & patrocinari; ſic quod Litteræ
" & Priuilegia eorum ſibi conſeruentur illæſa, & præſumptores ipſos tali-
" ter compeſcere, quod deinceps talia non præſumant. In hoc enim tua
" ſublimitas rem laude dignam curabit & nobis ſingulariter complacebit.
" Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris 1456. die 18. menſis
" Martij Pontif. noſtri an. 2.

1457. Has litteras, ſeu vt vocant Breue Apoſtolicum Rex accipit die 23. April. 1457. alias quoque accipit Vniuerſitas ab eodem Pontifice, quæ lectæ ſunt apud Mathurinenſes die 24. Maij, *Pro materia FF. Mendicantium*; quæ non placuerant. Accepit quoque Rector eodem prope tempore litteras à Generali Præpoſito Prædicatorum per quendã Fratrem, & ijs ille pro authoritate ſuâ reuocabat, irritamque volebat eſſe Pacem apud Bernardinos anno præterito coram D. Conneſtabulario factam. Quam in rem habentur Comitia die 11. Iulij, vt habemus ex Actis illius diei.

" Anno Domini 1457. die 11. menſis Iulij fuit alma mater Vniuerſitas per
" D. Rectorem ſolemniter ſuper 3. articulis conuocata. Primus fuit con-
" cernens factum Mendicantium. Secundus fuit ad audiendam relationem
" M. Nicolai Fraterni qui tranſmiſſus fuerat ad Magnum Conſilium D.
" noſtri Regis & ad Legatos in Regno Franciæ & Ducatu Britanniæ etiam
" propter factum Mendicantium. Tertius fuit communis ſupplicationibus
" & iniurijs. Circa primum articulum declarauit D. Rector qualiter die
" Veneris præcedente, die videlicet 8. menſis eiuſdem, hoc eſt Feria 4. poſt
" prandium meridianum, ad Cameram ſuam venit aduena quidam & F. de
" Ordine Prædicatorum, dicens ſe miſſum eſſe à Generali Ordinis ad præ-
" ſentãdum dicto Rectori, nomine eiuſdem, quaſdam litteras miſſiuas. Quod
" cum audiſſet D. Rector nolens propriæ prudentiæ inniti, miſit diuerſis
" Superiorum Facultatum ſuppoſitis vt maturè in hac re procedere poſſet,
" cum quibus conuenit vt dictam litteram miſſiuam pro tunc nullatenùs ha-
" beret recipere, ſed die ſequenti haberet conuocare Notabiles Deputa-
" tos in magno numero per iuramentum in S. Mathurino de diuerſis Facul-
" tatibus & Nationibus, quorum opinionem audiendo, vlteriùs in nego-
" tio poſſet procedere; dimiſſuſque eſt illâ horâ aduena, aſſignataque eſt
" ſibi hora comparendi die craſtina ſequenti, videlicet Sabbati poſt pran-
" dium meridianum hora 3. in S. Mathurino allaturus ſuas litteras miſſiuas
" ſui Generalis: quæ omnia die ſequenti facta ſunt. Cumque dictus aduena
" in præſentia Deputatorum compareret, fuit aſſociatus duobus Doctori-
" bus in Theologia Vniuerſitatis Pariſ. Quia tamen à Deputatis præce-
" ptum eſt quod dictus Aduena nomine ſui Generalis, dictique Doctores
" **nomine ſui Ordinis Pariſienſis provt verba oſtendebant, niſi ſunt deſtrue-**
" re quandam pacem factam in S. Bernardo in præſentia D. Conneſtabu-
" larij, Reuerendorum in Chriſto Patrum Archiepiſcopi Remenſis &
" Epiſcopi Pariſienſis, ad quam deſtruendam nullam habuerant poteſta-
" tem ex parte Vniuerſitatis. Idcirco tam Rector quàm Deputati in hoc
" conuenerunt, vt hoc die Lunæ, hac horâ præſcriptâ Vniuerſitatem ha-
" beret conuocare, quodque ijdem tam Aduena quàm etiam dicti Docto-
" res, illo die & illâ horâ comparerent narraturi illa quæ habuerant in pro-
" poſito ibidem narrare. Quibus ſic, vt præfertur, peractis, prædictus Ad-
" uena nomine ſui Generalis dicto Rectori in præſentia Vniuerſitatis litte-
" ras miſſiuas præſentauit continentes in effectu reuocationem, annulla-
" tionem & quaſſationem pacis factæ & concluſæ in S. Bernardo inter præ-
" dictam Vniuerſitatem & dictos ſuos Fratres, quantùm eos concernebat,
" quodque prætextu talis pacis non volebat ſuos Fratres in futurum in-
" gredi ſocietatem prædictæ Vniuerſitatis, illudque idem nomine Gene-
" ralis prædicti factum eſt per prædictum Aduenam dicti Ordinis, qui in

præſentia Vniuerſitatis oſtendit ſe poteſtatem habere ad huiuſmodi faciendum : illudque idem fecerunt duo Doctores in Theologia prædicti Ordinis qui ſe habebant authoriſatos ex parte Ordinis Pariſienſis. 1457.

Circa 2. artic. declarauit M. Nicolaus Fraterni ſe præſentaſſe litteras in magno Conſilio Regis ex parte dictæ Vniuerſitatis, imprimis D. noſtro Regi, D. Cancellario, D. Epiſcopo Narbonenſi, M. Euſtachio Fabri & pluribus alijs, qui gratè litteras Vniuerſitatis ſuſceperant, ac ſe præſentauerant paratos operari pro dicta Vniuerſitate in omnibus ipſis poſſibilibus.

Inſuper de facto Prædicatorum Mendicantium retulit Vniuerſitati qualiter nonnulli de ipſorum Ordine fuerant proſecuti Conſilium Magnum Regis à quo obtinere voluerunt curſum in Regno Franciæ eiuſdem Bullæ emanatæ à S. Sede Apoſtolica. A quo Conſilio tale obtinuerant finale reſponſum, quod nihil daret Conſilium de concernentibus curſum prædictæ Bullæ, inauditis Prælatis huius Regni, quodque ipſis imponebatur ſilentium, ſi hoc fieret de proſecutione curſus prædictæ Bullæ. Inſuper nomine eiuſdem Conſilij, & reſpondendo ſuper contentis in Miſſiuis dictæ Vniuerſitatis ex parte Conſilij, quod ipſi de Ordine Mendicantium aliud non obtinerent à dicto Conſilio, quod pro huius materiæ proſecutione Ambaſſiatores non tranſmitteret.

Dicebat inſuper M. Nicolaus Fraterni quod nomine eiuſdem Vniuerſitatis præſentauerat litteras miſſiuas Legato de quo ſupra, à quo perceperat quod iam in fauorem ipſorum Mendicantium erant expedita bene 40. *Vidimus*, tangentia veritatem Bullæ de quâ ſupra : à quo Legati nullam penitùs reſponſionem habere potuerant pro dicta Vniuerſitate : quia dictus Legatus irritatus fuerat ratione cuiuſdam appellationis interiectæ à prædictâ Vniuerſitate in cauſis Decimæ leuandæ in Regno Franciæ, ſuper Beneficijs.

Circa 3. art. ſupplicauit honorandus D. D. Rector, quia 25. Iunij fuerat electus in Rectorem Vniuerſitatis Pariſ. & receptus more ſolito in S. Iuliano Paupere, à Facultate Artium, vt dignaretur ſibi Vniuerſitas præbere auxilium, conſilium & fauorem in agendis ratione ſui Officij. Supplicauit inſuper pro Deputatis in cauſa appellationis interiectæ à ſententiâ latâ in Curiâ Rectoris M. Michaël Euredy. Supplicauit inſuper quidam Doctor in Theologia, vt admitteretur quædam littera Commendatoria lecta in præſentia Vniuerſitatis, in fauorem duorum Scholarium Phyſicorum Regis Siciliæ. Inſuper quidam Magiſter pro litteris Gradus.

Quoad 1. Articulum dixit mater noſtra Vniuerſitas quod prædictos Fratres de Ordine Prædicatorum non priuauit, ſed ſeipſos priuauerunt per amicabilem compoſitionem factam in S. Bernardo, inter prædictam Vniuerſitatem & 4. Ordines Mendicantium. Quia tamen mater noſtra Vniuerſitas de repentinâ declaratione Priuationis aliàs notata fuerat, à Fratribus prædictis, ne nunc, vt prius notaretur, remiſit Declarationem ad Deputatos quibus dabat etiam in mandatis prouidere vnà cùm Conſiliarijs Curiæ Parlamenti & Caſtelleti quid vlteriùs agendum in hac re.

Circa 2. Punctum, mater noſtra Vniuerſitas habuit M. Nicolaum Fraterni ratum & gratum, acta per eum rata & grata. Volebat inſuper, quod vltra ſibi data per M. Ioannem Boulengarij in præmium ſuorum laborum, perfectam conſequeretur ſolutionem quam proſequi haberet in Deputatis.

Circa 3. artic. declarauit mater noſtra Vniuerſitas ſe paratam eſſe ad dandum conſilium, auxilium & fauorem dicto Rectori in ſuo Officio, quodque congratulabatur ſuæ electioni. Dabat inſuper M. Michaëli Euredy Deputatos. Placuit itaque Vniuerſitati & annuit petitioni prædicti Doctoris vt admitteretur quædam littera commendatoria lecta in præſentia Vniuerſitatis, in fauorem duorum Scholarium Phyſicorum Regis Siciliæ. Inſuper conceſſa eſt M. prædicto littera Gradus. Acta ſunt hæc

——— » anno, die & menſe quibus ſupra, præſentibus quatuor Procuratoribus 4.
1457. » Nationum M. Gofrido Calui, M. Gofrido Normani & quamplurimis alijs
» notabilibus viris. In cuius rei teſtimonium ſignum meum manuale ſup-
» poſui. Rhedon cum Syngrapha. Sic eſt.

Iuxta huiuſce diei & alias eiuſdem menſis Concluſiones habita ſunt Comitia apud Bernardinos die 30. quibus iuſſi ſunt intereſſe Mendicantes: interrogati verò an Vniuerſitatis Decretis parere vellent necne, & Pacis conditiones obſeruare, vt ſe ſeruaturos iurauerant, reſponderunt ſe ſuis Generalibus ſtrictiùs alligari, & parere teneri, quàm Vniuerſitati. Quamobrem iterum de conſortio Vniuerſitatis ſolemni Decreto reſecti ſunt: vt patet ex Actis illius diei.

» Anno D. 1457. die 30. Iulij hora 7. de mane fuit Vniuerſitas Pariſienſis
» per D. Rectorẽ in S. Bernardo per iuramentũ conuocata ſolemniter ſuper
« facto Mendicantium. Oſtendit D. Rector qualiter ſecundùm Concluſionẽ
» captã in Congregatione vltimò celebratâ in hoc loco, adhuc vna vice ha-
» beret vocare per iuramentum FF. de Ordine Prædicatorum, & ipſos fra-
» ternaliter monere pro tertiâ vice, vt pacem de qua ſupra, tenere & ratifi-
» care vellent; quodque in obedientiâ, paupertate & caſtitate in quibus eo-
» rum votum conſiſtebat, vitam perducerent, ac Vniuerſitatem præfatam
» immoleſtam permitterent; ſuntque prædicti Fratres, qui numero compe-
» tenti exiſtebant, ſucceſſiuè interrogati, an vitam & limites Patrum inſe-
» quendo, huiuſmodi facere cupiebant, & à cœptis retrahere pedem?
» Qui viciſſim dixerunt quod ſi Rectori Vniuerſitati ligati fuerant iura-
» mento, magis tamen eorum Generali, qui eis mandauerat, vt Vniuer-
» ſitati notificarent, vt prædictam pacem de qua ſupra tam nomine ſui
» quam eorum, haberent irritare & quaſſare, ſicuti fecerant, de quo ſupra.
» Et hoc ſub magnis pœnis & timendis Cenſuris Eccleſiaſticis, quibus eoſ-
» dem ligauit, ſi in oppoſitum venire præſumerent, quodque aliud facere
» non poterant. Qua reſponſione auditâ per Rectorem in præſentia Vni-
» uerſitatis, viſa trinâ monitione fraternali quæ præceſſerat, eorum pri-
» uationem in medium poſuit. Circa quem articulum Vniuerſitas decreuit
» prædictos Fratres priuatos eſſe, & priuationem incurriſſe à gremio & con-
» ſortio prædictæ Vniuerſitatis. Non fuit tamen concordia in Vniuerſitate
» quod ſcedulæ affigerentur in locis conſuetis per quas huiuſmodi priua-
» tio omnibus conſtaret ſub ſigillo Rectoris. Acta ſunt hæc anno, die &
» menſe quibus ſupra, præſentibus quatuor Procuratoribus quatuor Na-
» tionum, M. Goffrido Normani, M. Goffrido Calui, & quamplurimis alijs
» notabilibus viris. In cuius rei teſtimonium ſignum meum manuale ſuppo-
» ſui. Mar. Rhedon. cum Syng.

Cæteri Mendicantium Ordines in fide perſtiterant, nec Paci apud Bernardinos iuratæ vllatenùs derogari voluerant: veruntamen non moleſtè ferebant rem ſuam agi per Prædicatores; at vbi nihil eos profeciſſe **& proficere animaduerterunt, pro ijs apud Vniuerſitatem interceſſerunt,** vt in gremium & conſortium cum alijs redirent; in eamque rem habita ſunt Comitia die 8. Octob. vt ex Actis colligitur.

» Anno 1457. die 8. Octob. fuit alma Pariſ. Vniuerſitas ſolemniter con-
» gregata. Supplicauerunt DD. Mendicantes videlicet vnus Auguſtinen-
» ſis vt mater Vniuerſitas vellet reintegrare, & ad ſuum gremium reuoca-
» re F. F. Prædicatores qui pro illo tunc erant priuati. Etiam ſupplicauit vt
» darentur Deputati ad videndum conuentionem Pacis inter FF. Mendi-
» cantes & almã matrem Vniuerſitatem: vtſi quid eſſet ibi contentum quod
» contradiceret, aut quod ſtare non poſſet cum ſuis priuilegijs, hoc amoue-
» retur; & ſi nihil erat contrarium, erant contenti tenere conuentionem
» factam. Et quoad hoc placuit vt ſi ipſi Conuentionem factam & initam in
» S. Bernardo coram D. Conneſtabulario, D. Rhemenſi, & D. Pariſienſi
» tenere vellent, ipſi FF. Prædicatores reintegrarentur & non aliàs. Nec
» placuit pro tunc eis Deputatos concedere. Acta fuerunt hæc anno, men-
» ſe, die, quibus ſupra.

Paulo poſt tamen reſtituti ſunt Prædicatores in integrum, & in iura Vniuerſitatis. Interim iuſſit ipſa inquiri in Conciones quas habuerat in minore Britannia quidam è Dominicanorum familia, contra immaculatam D. Virginis Conceptionem, quâ de re ſic in Actis. 1457.

Anno 1457. die 3. Decemb. Congregata fuit alma Vniuerſitas Pariſ. apud S. Mathurinum, ad audiendum quædam quæ prædicata erant per quendam Iacobitam de Conceptione glorioſæ Virginis Mariæ. Retulit D. Rector quomodo aliàs requiſitus erat per Facultatem Theologiæ quod in proxima Congregatione haberet facere ſpecialem articulum ſuper ſermone cuiuſdam Prædicatoris qui in Ducatu Britanniæ prædicauerat publicè glorioſam Virginem Mariam eſſe conceptam in peccato Originali. Et quantum ad iſtum articulum, placuit ſcribere Duci Britanniæ & alijs DD. pro informatione, &, ſi ita comperiretur, quod puniretur tanquam hæreticus. Pro Conceptione B. M. V.

Die 16. Decembris in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes Bulengarius: quo Rectore, inſtitit Vniuerſitas apud Regem, vt Priuilegia ſua in Ducatu Normaniæ valere quemadmodum in cœteris Franciæ partibus, iuberet; quâ de re iteratis vicibus actum eſt, vt ex ſequentibus conſtabit.

Die 19. Ianuarij in Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes ex mandato Rectoris Io. Bulengarij celebratis, propoſita ſunt tria præcipua deliberationis capita. Primum fuit, ad audiendum reſponſum DD. Delegatorum Regiorum, ſeu vt vocant, Commiſſariorum, de Priuilegijs Vniuerſitatis in Ducatu Normaniæ obſeruandis: ſed non ſatis placuit, concluſum eſt vt Rector adiret Cancellarium Eccleſiæ Pariſ. illique matris Priuilegia exponeret. Secundum fuit, ad audiendos quoſdam articulos in eandem rem confectos; & placuit quod per ſelectos viros relegerentur, & accuratiùs examinarentur. Tertium ad prouidendum cuidam Gregorio volenti legere litteras Græcas in ditione Academiæ. Et placuit annua illi dari centum ſcuta pro ſtipendio & ſalario, ea lege vt ſingulis diebus duas lectiones haberet, vnam de Græcis, mane; alteram de Rhetorica poſt prandium, nec à Scholaſticis quidquam exigeret.

Die 27. Feb in Comitijs Mathurinenſibus lecti ſunt Commentarij continentes Inſtructiones quaſdam tranſmittendas ad Regem per Legatos Vniuerſitatis, de materia, ſeu argumento Priuilegiorum in Ducatu Normaniæ. Item in ijſdem actum eſt de Beneficijs, deque Clauſione Rotul.

Die autem 14. Martij delecti & nominati ſunt Legati qui nomine Vniuerſitatis Regem adirent; à Theologis M. Ioannes Panetchar; à Decretiſtis nullus: à Medicis M. Ferdinandus de Gonda; ab Artiſtis M. Gaufridus Normani & M. Ioannes Guerin. In ijſdem Comitijs lectæ ſunt litteræ Andegauenſis Vniuerſitatis, quæ gratiſſimæ omnibus fuerunt: Auditus eſt publicè is qui eas attulerat. Et die 15. eiuſdem menſis apud Mathurinenſes, communibus ſuffragijs decreuit Vniuerſitas gratiarum actiones ampliſſimas Vniuerſitati Andegauenſi: item & Legatis ipſius, conſuitque ſimiliter, tum ad illam, tum ad cœteras Regni Vniuerſitates ſcribendum, vti ſuas ſecum ſupplicationes & Legationes ad Regem pro Priuilegiorum conſeruatione, proque Beneficiorum diſpoſitione & diſpenſatione, ac collatione coniungerent. In ijſdem Comitijs petierunt Fratres Prædicatores tandem in gremium Vniuerſitatis, vnde tam ſæpè excuſſi fuerant, reſtitui. Et reſponſum eſt, placere poſtquam de ſua poteſtate Pacis cum Vniuerſitate paciſcendæ & reformandæ conſtitiſſet, non ante: quod ideo additum, ne iterum à ſuo Generali Præpoſito diſſidij cauſas prætexerent. In ijſdem Comitijs caſtigatus eſt & ſeuerè reprehenſus M. Petrus Mauger Doctor Theologus, qui contumelioſa verba in Rectorem iactaſſet: parcitum tamen illi, ſed ea lege ne deinceps in ſimilia prorumperet.

Die 20. Martij in Comitijs San-Iulianenſibus Facultas Artium nouo ſtatuto abuſus quoſdam qui in Actus vici Straminei irrepſerant, reſecauit; item ſuperfluas Scholaſticorum veſtes correxit, Martinetorum pro- Reformatio in Facvltate Artivm.

teruiam coercuit: Quæ & ſimilia ſic deſcribit M. Martinus Magiſtri Pro-
1457. „ curator Nationis Gallicanæ. Die 20. *inquit*, Præclara Artium Facultas
„ congregata ſuper 2. articulis. Primus fuit ad approbandum & ſtatuendum
„ articulos tangentes Actus vici Straminis, & deformitates multiplices
„ Scholarium, tangentes etiam manſionem Martinetorum extra Pædago-
„ gia & Collegia. Secundus fuit communis. Quantum ad 1. voluit Natio
„ omnia reformari in melius, & ad hoc dare omnem operam poſſibilem.
„ Voluit etiam imprimis Actum Quodlibetorum quo antiquitùs ſupra mo-
„ dum claruit, ac viguit Facultas, reſumi. Placuit tamen ſibi, quod primis
„ annis limitarentur materiæ, ne fortaſſis propter difficultatẽ eius quilibet
„ aggredi recuſaret. Et ad hoc faciendum elegit doctiſſimum pariter &
„ famatiſſimum virum M. Ioannem Normani Decanum Siluanectenſem.
„ Voluit inſuper omnem grauitatẽ, ac decentiam obſeruari in Actibus vici
„ Straminis. Voluit inſuper Scholares omnem deformitatem & ſuperflui-
„ tem tollere, inhibuitque ne de cœtero Scholares deferrent ſotulares
„ roſtratos, aut Pompetas, aut aliquid tale quod indecentiam habitus in-
„ ducat. Voluit inſuper Martinetos adſtringi Pædagogia, aut loca vicina
„ inhabitare. Simulque eidem placuit ne de cætero aliquis auderet nouum
Pædagogium leuare, niſi à Facultate admiſſus idoneuſque reputatus.
Cætera deſunt, quia Charta fracta eſt.

TVMVLTVS IN ELECTIONE RECTORIS.

Die 24. Martij ingens orta eſt in Facultate Artium diſcordia propter
Electionem Rectoris quam ſic faſtis Procuratorijs Nationis Gallic. in-
„ ſcripſit prædictus Procurator Martinus Magiſtri. Anno 1457. die 24.
„ Martij apud S. Iulianum Pauperem conuocata fuit ſolemniter præcla-
„ riſſima Artium Facultas ſuper noui Rectoris electione. Dati ſunt more
„ ſolito à ſingulis Nationibus Intrantes, qui vbi Iuramentis ſolitis adſtricti
„ ſunt, conclaue intrauerunt, multiſque tandem, ac varijs ſermonibus hinc
„ illincque habitis tandem Almanus & Gallicus vniti ſunt in duobus, ſcili-
„ cet in M. Alberto Scriptoris, & in M. Iacobo Iunij. Cumque id Normanus
„ audiſſet, ſermonem factum fuiſſe Ligæ, continuò Gallico pro Iunij dedit,
„ pro quo iam Picardus dederat. Hinc clamores orti multiplices, variaque
„ contentio. acta Facultati per Rectorem referuntur; vultque omnia re-
„ uocari Facultas. Quod & vniformi omnium Intrantium conſenſu qui non-
„ dum conclaue exiuerant, factum eſt. Cumque quiſque eorum Rectorem
„ ſuum aſſequi varijs modis conaretur, iterùm acceſſit Almanus ad Gal-
„ licum de iam memorata liga ſermonem faciens: quibus ſic in ſermone exi-
„ ſtentibus de Liga dedit Normanus Gallico pro Iunij, pro quo iam Picar-
„ dus dederat. Gallicus ad oſtium pulſat, totiſque viribus exitum petit,
„ Tunc Rector acceſſit ad oſtium Conclauis, petijtque an ſint concordes.
„ Reſpondent tres eorum diſtinctè & ſigillatim ſe eſſe concordes, nihil
„ aliud quam exitum petere, quibus ſolus Alemanus repugnat. Tunc nos
„ ex Nationis imperio Conclauis oſtium adiuimus, ſummauimuſque Recto-
„ rem vt oſtium in grande noſtræ Nationis præiudicium aperire non differ-
„ ret. Sed nec ſummatio, nec Iuris æquitatiſque reuerentia quidquam pro-
„ fuit. Steterunt itaque Intrantes præfati, quieti & pacifici qui animo fir-
„ mauerant ſe ſe nihil amplius quidquam de Electione tractaturos; ſed in
„ ea quæ iam facta erat, conſtanter remanſere: ibidemque vſque ad id tem-
„ pus violenter detenti ſunt, quo omnium ferè ex ortus clamor de extin-
„ ctione candelæ exiſteret.

„ Quo tempore oſtium aperitur, exeunt: ac iam nominatum Iunij Gal-
„ licus electum denunciat & proclamat. Intrantes acta in ſuis Nationibus
„ referunt, conformeſque Gallicus, Picardus & Normanus reperti ſunt.
„ Alemanus autem pro M. Alberto Scriptoris iuxta vires contendit. His
„ ſic ſe habentibus, conuocata eſt Facultas hanc diſcordiam terminatura.
„ Deliberarunt Natio Franciæ, Picardiæ & Alemaniæ ſe ſe velle audire
„ Intrantes. Natio autem Normaniæ dixit iam ſuum eſſe priuatum, nec in
„ auditione Intrantium conſentire; ſed parata erat nouum eligere pro no-
„ uâ electione celebrandâ. Quo in conflictu adeo quorundam inualuit

impetus, vt audiri nullo modo potuerint. Quæ vbi animaduerti, conuocaui Nationem quæ deliberauit in hunc modum. Intelligimus ex trium Intrantium relatione egregium virum M. Iacobum Iunij fuiſſe electum... *(Hic hiatus eſt, & multa deſiderantur propter fractam papyrum....)* In vnum quatuor Procuratoribus 4. Receptoribus cum antiquo Rectore & quatuor Nationum Intrantibus coram 2. Notarijs publicis ad hoc ſpecialiter vocatis adiurati per Rectorem antiquum depoſuerunt, retulerunt omnia quæ per eos geſta fuerant. Quorum depoſitio in publico inſtrumento redacta eſt, & fuit inter eos hæc ſola differentia, quod 3. ſcilicet Gallicus, Picardus & Normanus dixerunt quod Gallico & Alemanno in verbis de Liga exiſtentibus, ſuperuenit Normanus qui Galliæ dedit pro Iunij, pro quo iam Picardus dederat. Alemannus autem ſic dicebat, *Nobis exiſtentibus in Liga & me exiſtente in viâ ad oſtium ſuperuenit Normanus qui Galliæ dedit pro Iunij:* neſciebat tamen an iam Picardus dediſſet. Prædictiſque omnibus idem Alemannus adiecit. *Dico etiam quod ſaluâ conſcientiâ meâ non potui dare pro Iunij, quia per perſonam interpoſitam mihi pecunias obtulerat.* Interrogatus autem quæ perſona illa fuerat, quantumque ſit oblatum, reſpondit M. Albertum Scriptoris fuiſſe perſonam interpoſitam: cui ſcilicet M. Alberto oblata fuerant 16. ſcuta, ſex pro ſe & decem pro Intrante. Priuſquam verò ad Facultatem venimus, publicè lectum eſt inſtrumentum ibidem confectum: Vbi primum Natio veneranda Franciæ de iure ſui ſuppoſiti, de cauſæ æquitate informata eſt, decreuitque ſe ſe velle dare omnem aſſiſtentiam poſſibilem Electo, ac nullo modo pati vt ius ſuum tam iniquè, ac turpiter opprimeretur, requiſiuimus conſequenter Picardorum Nationem, vt in Inſtantia notiſſima atque æquiſſima auxilium, aſſiſtentiam, fauoremque tribueret. Quod & ſe facturam pollicita eſt. Quia tamen aliquid tactum fuerat de pecuniarum oblatione, ideo decreuit Facultas quod Denuncians audiretur plenius. Similiter etiam & M. Albertus quem perſonam fuiſſe interpoſitam Alemannus prædixerat. Conuocatus igitur M. Albertus Scriptoris oblationem fuiſſe factam aſſeruit in hunc modum. Dum quodam mane tranſitum facerem per ante domum M. Iacobi Iunij, ipſe acceſſit ad me interrogans anne ſcirem quis proximâ vice futurus eſſet Intrans noſtræ Nationis. Reſpondi quod ſic. Tunc ille M. Alberte, ſi mihi poſſitis proficere apud Intrantem veſtrum, dabo 16. ſcuta, ſex pro vobis, & decem pro Intrante. Reſpondi, maiora, ac maxima fecit pro me, ac meis conſanguineis veſter Locum tenens, ideo libenter vti potero, complacebo. Dixit Iunij, non curo de illis, ſed mercenarius dignus eſt mercede ſuâ: Superadditque idem Scriptoris, quod M. Iacobus de ſeptem montibus ſcit, ac nouit quæ in hac re geſta fuerant. Huic autem grauiſſimæ accuſationi reſpondit dictus Iunij ſe nunquam quidquam obtuliſſe, falſaque eſſe omnia, quæ præfatus M. Albertus iniquiſſimè aſſeruit, **ac proteſtatus eſt proſecuturum eſſe præfatum M. Albertum** de tantis criminibus obiectis. Retractæ ſunt Nationes ad partem. Nulla tamen ſuper hac re communis deliberatio data eſt. Sed quanto illi aduerſarij nos amplioribus odijs, vijſque iniquioribus inſequi conati ſunt, tantò magis animus nobis cum viribus excreuit. Summaui antiquum Rectorem quod daret Rectoralia inſignia M. Iacobo Iunij; ac de ſummatione & refutatione cœpi publicum inſtrumentum. Vagabantur eò tunc plerique animi commoti, clamorque copioſæ multitudinis in vtramque partem inſurgebat. Exſpectauimus per longum temporis effluxum, ſperantes poſt tam grauem tumultum quorundam paſſiones ſedari debere, eoſque ab ira, ac odio vacuos fieri; ſed malum altâ radice inſitum ſimul cum tempore creſcere ſolet. Creuit ſiquidem impetus, creuit clamor, creuitque tantorum malorum pernicies. Et quoniam ſic paulatim mala, ac diſſenſiones crementa ſuſcipere cernebamus, aliter agendum cenſuimus. Equidem Rectorale biretum præfato Iunij, eundem in poſſeſſionibus ponentes, tradidimus, requiſito tamen priùs aliarum Nationum conſenſu. Dehinc ad domum præfati Iunij cum copioſâ

1457.

——— " multitudine iuimus vinum & ſpecies ſumpturi. Priuſquam tamen à me-
1457. " morata S. Iuliani Eccleſia recederemus, oppoſuimus nos nouæ electioni,
" ſi quam aliqui celebrare niterentur, nomine totius Nationis appellantes.
" Dumque ſic tractarentur negotia, paululumque requie, ac otio in Electi
" Rectoris domo frueremur, antiquus Rector loco ſiquidem inuiſo & inſo-
" lito Facultatem conuocauit, petijtque ad nouam Electionem celebran-
" dam Intrantes dari. Annuunt duæ illarum ſcilicet Normaniæ & Alema-
" niæ. Natio verò Picardiæ Intrantem dedit, qui facta priorum Intrantium
" confirmaturus eſſet. Sed Francorum iam multum iniurijs laceſſita Natio
" ſe ſe huic monſtruoſæ non Electioni, ſed turbationi ſceleratiſſimæ oppo-
" nit, renititur ac appellat. Nec in eadem Natione repertus eſt quiſquam
" de Prouincia Senonenſi ad quam pro tunc ſpectabat Intrantis Electio, qui
" cum alijs Intrantibus intrare præſumpſerit. Sed quidam Bituricenſis Pro-
" uinciæ nomine M. Iacobus Briſay de domo M. Roberti Remigij ſcelerato
" auſu rem intentatam aggreditur. Petijt ſiquidem, Natione Franciæ re-
" clamante, ab alijs Nationibus quatinùs vellent eundem aſſumere in In-
" trantem, quæ omnes tres ſuam ſupplicationem conceſſerunt. Hi ergo
" quatuor Magiſtri abſque grauitate atque obſeruantiâ vllâ Statutorum,
" ſine candelâ cereâ ſoliti ponderis in vnum locum conueniunt, quorum
" duo ſcilicet Normanus & Alemannus concurrunt in M. Robertum Re-
" migij, quorum ſe votis Gallicus ille magiſter immiſcuit in identidem con-
" ſentiens. Picardus autem dixit ſe ſolam poteſtatem confirmandi Electo-
" rem primum habere, nihilque circa eam ſe ſe eſſe innouaturum. Exeunt,
" Magiſtrumque Robertum Remigij electum denunciant. Cuius tam faci-
" noroſæ rei ad nos in domo M. Iacobi Iunij electi exiſtentes rumor dela-
" tus eſt. Cum protinus quoſdam amicorum ſuorum conuocauit, quid actu-
" rus ſit, expetens. Quorum conſenſu, ipſe cum pulcherrimâ, ac grauiſſimâ
" Comitiuâ tam Facultatis Artium quam ſuperiorum Eccleſiam S. Iuliani
" adijt. Vbi impetus, clamor, ſtrepitus, diſſenſiones variæque commotio-
" nes eminebant, vt vbiuis tutius quam illic fuiſſes. Feruntque plerique
" adeo hunc diſſenſionis inualuiſſe morbum, vt multi cum gladijs, baculis,
" cæteriſque hoſtilibus munimentis ad prædictam Eccleſiam conuenerint,
" ſed virtute atque æquitate in violentia ſuperare non valuit. Prætereo ta-
" men qualiter præfati antiquus & Remigij quandam cameram in quâ fœ-
" num ſtramenque recondi ſolet in domo Prioris Eccleſiæ S. Iuliani intraſ-
" ſent, ibique M. Robertum Remigij munimentis Rectoralibus inſignitum:
" Hæc, inquam, prætereo, ne quidquam tam inhoneſtum, tam indecens,
" tamque ab omni grauitate alienum à Magiſtris noſtræ Facultatis geſtum
" poſteris noſtris innoteſcat. Sed prætereundum non cenſeo, quod quidam
" Magiſtri egregij tam Nationis Franciæ quàm Picardiæ quorum animus
" cum viribus vigebat, tam ſcelerata flagitia iniquè ferentes, omni reſi-
" ſtentiâ propulsâ prædictum locum aggreſſi ſunt. In quo antiquum Re-
" ctorem abditum repererunt multo concuſſum timore, non quod illi ma-
" lum aliquod illaturi eſſent, ſed vt plerique arbitrantur, *culpæ conſcius ani-*
" *mus pœnam quâ diluatur admiſſum crimen, iugiter expaueſcit.* Petunt hij mu-
" nimenta. Iuramento antiquus ipſe ſe non habere aſſerit; abſcedunt conti-
" nuò eum timore, ac tremore liberantes. Vbi igitur intelleximus iniqui-
" tatem & dolum, Iuris honeſti, æquitatis, grauitatis, virtutis & amicitiæ
" præripuiſſe locum, vehementer indoluimus, grauiter ægreque ferebа-
" mus tam luctuoſum caſum noſtris diebus, rem vtique tam deteſtabilem
" tamque peruerſam accidiſſe. Sed vtrunque ferendum fuit; nec eam ob
" rem nobis defuit animus; verùm potius ad Iuris tuitionem & defenſio-
" nem incitatus eſt. Itaque cum luctu ac triſtitia receſſimus à loco S. Iu-
" liani, reliquam quæ ſupererat, partem noctis cum quiete tranſacturi. Sed
" pœne præfatum locum exieramus cum Nos..... à tergo inſequitur quoſ-
" damque de noſtris Captiuos ducit, ac M. Robertum Remigij, non quo-
" niam eminebat periculum, ſed vt vinum ſpecieſque ſumeret, ſecundum
" quod plures exiſtimant, ſimulque vt eſſet ſuſpicio nos aliquam violentiam
intuliſſe,

intuliſſe, aſſociat. Sed ſatis manifeſtum ſignum oppoſiti datum eſt: quod cum nos inuaderet, nullus de noſtris violenter inſurrexit. Sic igitur noctem illam cum ſequenti die fuit..... tranſegimus; crebris tamen conſilijs ac conuocationibus remedia cogitantes opportuna. 1457.

Quid autem conſecutum ſit, habemus ex eodem libro Procuratorio: in quo ſic præfatus M. Magiſtri ſcribit. Anni præmemorati menſiſque Martij 26. conuocaui venerandam Nationem Franciæ ſuper 3. art. Primus fuit ad aduiſandum media quibus iniurias iam nobis illatas inferendaſque propulſaremus. Secundus fuit ad audiendum quandam querimoniam ex parte Prouinciæ Senonenſis. Tertius fuit communis, &c. Quantum ad primum, grauamina nobis illata explicui, ſimulque qualiter ſpreta contemptaque fuerat ipſa Natio, adeo vt nulla ſit memoria grauiorem fuiſſe nobis illatam iniuriam, quam ſi perferremus, nos perpetui dedecoris maculam incurreremus. Illic memorata ſunt tempora, quibus cum eiſdem Normanis paria geſſimus certamina, nec vnquam Patribus Maioribuſque noſtris vires in tantis diſcriminibus defuiſſe. Quod nobis magis magiſque verendum eſſet ſi propter ignauiam, ac ſocordiam noſtram in tanta Iuſtitia victi cedentes laboribus tam graues oppreſſiones quas quiſque egregius præſtanſque animus refugit, cum maximo dedecore pateremur. Sed quoniam variæ ſententiæ de remedijs opportunis iam iamque agitatæ fuerant, quidam egregius venerabiliſque Magiſter Iacobus Luillier in ſacra Pagina Licentiatus vir vtique omni grauitate, ſcientiâ pariter & eloquentiâ conſpicuus, quoddam Statutum Simonis Legati ad Nationum ſedandas diſcordias editum legit, ac explicuit, quo cauebatur quod ſi inter Nationes exorta fuerit diſcordia, ita quod vna à tribus, vel duæ à duabus ſe voluerit ſeparare, nulli omnino Nationi liceat, niſi priùs per certos Iudices, ſcilicet tres antiquiores Regentes in Theologia & quatuor in Decretis cauſa ſeparationis tanquam iuſta, ac licita approbata ſit; monſtrauit quod idem prædictum ſtatutum practicatum fuiſſet. Quantum ad 2. artic. Quidam venerabilis Magiſter de Prouincia Senonenſi ab eadem deputatus conqueſtus eſt de iniuria illatâ eidem Prouinciæ per M. Iacobum Briſay Prouinciæ Bituricenſis, qui in graue præiudicium, ac totius Nationis ſcandalum maximum auſus eſt intrare cum alijs Magiſtris, dareque votum ſuum alteri quàm electo per primos Intrantes, præſertim cum is de Prouincia Senonenſi non eſſet; cum etiam Natio Franciæ appellaſſet caſu quo noua celebraretur electio. Conqueſta inſuper eſt contra eundem M. Iacobum Briſay de domo M. Roberti Remigij, qui cum monitus eſſet iurare ea quæ deliberabantur in prædicta Natione ſecreta habere, cepit turbationes, diſſenſioneſque commouere multiplices, nunc hos nunc que illos; & præſertim Decanum Prouinciæ illius iniurijs laceſſere. Quantum ad 3. art. ſupplicuit quidam Magiſter contra prænominatum Briſay declarans varios abuſus qui per eum in actibus vici ſtraminis commiſſi ſunt; declarauit ſiquidem qualiter quendam nomine Guillelmum Aſſot contra præceptum Facultatis & Vniuerſitatis inhoneſtiſſimè graduauit.

Dies itaque dicta eſt vtrique, vt ſcribit idem Procurator.

Die 18. Martij conuocari feci Nationem venerandam Franciæ ſuper ijſdem articulis quibus congregata fuerat priùs, vocatuſque fuit M. Iacobus Briſay qui quamuis citatus eſſet, non comparuit. Vocatus inſuper eſt D. Guillelmus Aſſot, ad ea quæ contra eum propoſita fuerant, reſponſurus, qui nec in propriâ perſonâ comparuit. Dixit tamen Bidellus quod ipſe offerebat ſe facturum quæcunque Natio decreuiſſet paratuſque erat iterum gradum ſuſcipere, ſi id Natio faciendum dictaſſet. Concluſit Natio quod quia præfatus Briſay pertinaci animo contra Iuramenta ſua, mandatum Nationis tam temerario auſu ſpreuerat, priuabat eum perpetuò à conſortio Nationis, honoribus, fructibus ac emolumentis ipſius Nationis. Guillelmi Aſſoti priuationem ſuſpenſam tenebat, quo vſque plenius auditus extitiſſet.

1457. " Monuit Natio Deputatos ſuos, meque vnà cum illis vt iugi cogitatione
" & meditatione cogitaremus quæ vtilia ſibi eſſent, cogitataque ac ea quæ
" nobis viderentur expedire, omni vigilia, labore ac ſtudio exequi nite-
" remur. Decreuit itaque Natio non eſſe parcendum, neque ſumptibus,
" neque laboribus. Volebat inſuper pecuniam vti & prius concluſerat, ab
" arca extrahi, ſecundùm modum & formam prius explicatam. Vbi autem
" iam fere finem noſtræ Congregationi feceramus, ſuperuenit iam ſæpenu-
" merò nominatus Briſay qui acta per eum defendere conatus eſt. Quem
" vbi, nec pœnitentia ductum, nec tam enorme ſcelus confitentem ani-
" maduertit, prius concluſa confirmauit acroborauit. Et quia mente adeo
" pertinaci ſic errorem ſuum defendere conabatur grauiſſimum, ſic etiam
" voluit in prædictis Concluſionibus firm ter perſiſtere. Et ita concluſi.
" MAGISTRI. PERGIT.

" Vt autem ea per Nationem executioni mandarentur illis diebus,
" antiquiores Regentes Facultatis Theologicæ & Decretorum adiuimus;
" quorum aliqui videlicet pro Facultate Theologiæ Decanus eiuſdem Ma.
" giſter noſter M. Dionyſius de Sabrenoyo, Magiſter noſter M. Guillel.
" mus Eurardi, & M. Io. de Oliua onus huiuſce rei tractandæ ſuſceperunt;
" refutationes autem aliorum antiquorum in publico Inſtrumento redigi
" per Notarium publicum fecimus. Pro Facultate verò Decretorum ſuſ-
" ceperunt id negotium DD. Doctores M. Io. de Montigny, M. Ioan. de
" Courcellis, M. Martinus de Fraxinis & M. Petrus Maugier qui omnes ſe
" ſe vnanimiter in loco Conſeruationis comparituros promiſerunt; decre-
" ueruntque Partibus citatorium in præfato loco. Qua ſiquidem die adue-
" niente Procurator Franciæ pro parte Gallicanæ Nationis aſſiſtentium
" impulſione coactus cauſam ſeparationis quam præfata Natio Franciæ
" prætendebat, explicuit, petiuitque licentiam ſeſe ſeparandi, præſertim
" cum ea poteſtas eis virtute ſtatuti Simonis Legati conceſſa ſit. Adiunxit-
" que petitioni ne lite pendente M. Robertus Remigij ſe ſe pro Rectore
" gereret: vt etiam ſigilla, libri, cæteraque Rectoris inſignia in manu ſe-
" queſtri ponerentur. Ex altera verò parte reſponſuri à Iudicibus appel-
" lauerunt aſſerentes eos in virtute ſtatuti, præſertim cum id vt dicebant,
" nunquam practicatum extitiſſet, nullam in eum poteſtatem habere poſſe.
" Hìc clamor varius, ſicque tumultus maximus, longe diuque agitatus eſt.
" Quæ vbi animaduerterunt Iudices, decreuerunt primitùs ſe ſe Iudices,
" nec id ſe poſſe recuſare abſque excommunicationis ſententiâ, dixerunt,
" aſſignaueruntque partibus diem, horam & locum, in quibus coram eiſdem,
" ſub grauiſsimis pœnis comparerent, die quidem Veneris ſanctâ hora 2.
" poſt prandium in Capitulo Eccleſiæ noſtræ Dominæ Pariſ. inhibuerunt-
" que ne in die Iouis ſancta quiſquam eorum iuxta morem aliorum Recto-
" rum locum noſtræ Dominæ adirent, ne forte aliqua ſeditio inter partes
" oriretur. PERGIT.

" Anni præfati menſiſque die 29. conuocari feci vener. Nationem Fran-
" ciæ in S. Mathurino ſuper 3. artic. Primus fuit ad audiendum diligentias
" factas in materia Rectoriæ. Secundus fuit ad prouidendum ſuper feſto
" & prandio quod ſolet fieri die Lunæ poſt Paſcha. Tertius fuit communis.
" Quantum ad primum, regraciata eſt Natio omnibus qui huic materiæ
" operam dederant, & maximè ſuis Deputatis, qui ita curâ ſolerti ac vigi-
" lanti huiuſce rei partes onuſque ſuſceperunt: ac hortata eſt eoſdem vt
" aſſiduè hanc rem curæ haberent provt eo vſque habuerant. Quantum
" ad 2. voluit Natio, quod feſtum Rectoris fieret expenſis communibus, &
" ſub conditione, quod ſi tandem Rectoria potiretur, ita quod ſibi ius ad-
" iudicaretur, ſummam expoſitam Nationi reſtitueret, concluſitque Natio
" vt ad hanc rem peragendam extraherentur pecuniæ ab arca Nationis,
" ſecundùm quod Deputatis expedire videretur. Voluit inſuper quòd quia
" duo Bidelli Nationis onus octo Bidellorum potrabant, quod in ſalarium
" laborum ſuorum cuilibet daretur tunica honeſta, vt etiam feſtum Recto-
" riæ quod à Natione agebatur, magis ſolemniter, ac magnificè fieret, &c.

Dum res ſic ſe haberent, vt iam enarrauimus, intelleximus Normanos impetrare velle quendam caſum nouitatis: Sed quia id de ſe non poterant, adiunxerunt ſecum Medicos, qui id impetrare extremè niſi ſunt. Inceptis tamen eorum obſiſtere pro viribus ſtuduimus: & in die Veneris ſanctâ, maximâ cum diligentiâ, adiuimus Cancellarium à quo Caſus ille impetrari debuerat, & rem impediuimus. Adiuimus Curiam Caſtelleti, identidemque fecimus: ſed ab inopinato inexcogitatoque euentu oppreſſi ſumus. Si quidem vbi viderunt ſe nec apud Cancellarium, nec apud Locum-tenentem quidquam impetrare poſſe, Præpoſitum Pariſ. aggreſſi ſunt, à quo caſum prædictum nouitatis obtinuerunt: in quo caſu nouitatis cauebatur, quod quia medici erant in poſſeſſione, quod illi Iudices, ſcilicet tres Theologi & 4. Decretiſtæ non habebant cognoſcere, nec decidere ſeu terminare diſcordias quæ contingere poterunt ſuper facto Rectoriæ; quod inhibebat Præpoſitus omnibus illis Iudicibus, ne hanc rem tractare auderent, ſub grauiſſimis pœnis, prout latius ibidem continetur. Illo eodem die poſt prandium horâ 2. iuimus ad Capitulum noſtræ Dominæ Pariſienſis; & ibi comparuerunt aliqui pro parte M. Roberti Remigij appellantes ab ipſis Iudicibus, ſi in materia iſta procedere vellent, petiueruntque Apoſtolos. Interim ille caſus nouitatis executioni datus eſt; factæ ſunt inhibitiones Iudicibus, ne vlteriùs progredi tentarent: factæ ſunt etiam inhibitiones M. Iacobo Iunij Rectori, ad cuius requeſtam & inſtantiam iſti Iudices videbantur eam rem ſuſcepiſſe. Dumque fierent iſtæ inhibitiones M. Iacobo Iunij, reſpondi quod hoc non erat factum præfati M. Iacobi, ſed totius Nationis; ideo requiſiui quod executionem vellet differre, quouſque congregaſſem Nationem ad ſciendum quid nos ea in re agere vellet. Noluit tamen differre: ideò ab executione appellaui nomine Nationis. Et ita actum eſſe profiteor. PERGIT. 1457.

In Vigilia Paſchæ cum maximis laboribus & pœnis impetrauimus vnum Mandatum quo prohibebatur *M. Roberto Remigij, ne die Paſchæ iret ad Pratum Clericorum, & in die Lunæ, ad noſtram Dominam de Campis, iuxta veteres noſtrorum antiquorum Patrum ritus, ac conſuetudines:* quod ideo impetratum eſt ne aliqua turbatio, aut ſeditio oriretur inter fautores contendentium: ſiquidem ius noſtrum clariſſimum de ſe ac manifeſtum fuit. Ideo in negotijs omnẽ viam maliciæ iniquæ & contentiones prætermittere voluimus, ad ſola iuris & pacis remedia recurrentes: non quia nobis deeſſet, aut vis, aut animus; ſed quia ſic ſolet ius partium tueri. Quo tamen mandato obſiſtente præfatus Remigij ad præmiſſa ſe auſus eſt ingerere; quod à pleriſque ægrè, iniquoque animo perlatum eſt. Impetrauimus etiam eadem die quendam caſum nouitatis contra Facultatem Medicinæ intendentem impedire Iudices noſtros, ac etiam Statutis Facultatis obuiantem.

Anno 1458. ſæpius adhuc eadem cauſa agitata eſt: grauemque litem habuit Natio Franciæ cum Facultate Medicorum & Natione Normanorum, eo quod contrariæ parti fauerent: vt ex ſequentibus conſtat. Idem enim Procurator ſic ait. Die 7. April. an. 1458. feci venerandam Nationem Franciæ conuocari ſuper 3. artic. Primus fuit ſuper electione, vel continuatione Procuratoris. Secundus fuit ad audiendum diligentias quas ſuper materia currente feceramus. Tertius fuit communis, &c. Quantum ad 2. artic. narraui 1. diligentias varias, ac multiplices inſolenteſque admodum illorum de Natione Normaniæ, narraui eas quæ ex parte noſtra feceramus, quæ profectò magnæ atque exactiſſimæ fuerunt. Quantum ad 3. art. ſupplicaui quòd in omnibus per me actis Natio vellet me habere gratum & aduoatum præſertim cum ea ſolum egiſſem quæ de mente Nationis proceſſerant: & declaraui qualiter 28. Martij, iuxta concluſionem Nationis, mandaui Decanos ad habendum pecunias quibus fierent expenſæ, & feſti Rectoris, & Proceſſûs noſtri: qui omnes, excepto Decano Pariſienſi, venerunt cum clauibus ſuis. Ille autem Decanus qui quamuis fuiſſet multis vicibus mandatus; quamuis etiam de mane

1457. " contentus eſſet venire, nihilominus venire contempſit & ſpreuit, in gra-
" uiſſimum ſcandalum totius Nationis. Nos autem videntes quod Norma-
" ni iam omnia pro feſto diſpoſuerant, nos autem propter vnius hominis
" pertinaciam ſic confuſi manebamus, ex conſenſu Deputatorum & alio-
" rum qui in Papyro exiſtente in arca ſunt inſcripti, fecimus aperiri ſeram
" Decani Pariſ. & extraximus 60. & 12. ſcuta, quæ mihi diſtribuenda pro
" negotijs Nationis tradita ſunt. Ideo ſupplicaui quod Natio vellet me cum
" omnibus ſuis Deputatis habere gratum & aduoatum in hoc ſpecialiter.
" Quantum ad 1. dedit Natio Intrantes ad me continuandum ſolum vene-
" rabiles viros & Magiſtros Io. Beſançon, Bertrandum Berault, Petrum
" Dentis, Nicolaum Anglici & Hugonem Beauregart qui me ſua ſingula-
" ri gratia continuauerunt. Quantum ad 2. art. regraciata eſt Natio omni-
" bus ſuis Deputatis & mihi, qui ita viriliter laboraueramus in negotio, pa-
" rataque eſt eoſdem proſequi omni honore ac fauore. Quantum ad 3. art.
" Natio habuit gratum aduoatum & commendatum, actaque per me gra-
" tiſſima & acceptiſſima: & ſpecialiter quantum ad extractionem pecunia-
" rum approbauit factum Natio, habuitque Decanum Pariſienſem ingra-
" tiſſimum, qui ſolus voluit concluſionibus Nationis obſiſtere; ac ſibi inhi-
" buit ſub pœnâ priuationis ab Officio, quod de cætero non audeat ſic man-
" data Procuratoris quibus obedire tenetur, contemnere ac vilipendere,
" præſertim vbi vniformis conſenſus, vnanimiſque Concluſio Nationis per
" iuramentum conuocata præceſſit: quemadmodum in præſenti negotio
" factum fuerat. Et ita concluſum. Magiſtri, &c. PERGIT.

" Quoniam in vi caſus nouitatis accepti per Dominos Medicos adiorna-
" tus eram nomine Nationis coram Præpoſito Pariſienſi. In vi autem caſus
" Nouitatis & querelæ in contrarium à Cancellaria per nos acceptæ, cauſa
" ipſa ad Parlamentum euocata eſt; idcirco vbi dies aſſignata nobis adue-
" nerat, iuimus ad Palatium honorificè comitati, fecimuſque fieri colla-
" tionem ſuper materia noſtra in qua erat D. Aduocatus Regius M. Symo-
" nis, Aduocatus noſter M. Nicolaus de Capella, Locum-tenens Præpo-
" ſiti Pariſ. M. Philippus Luillier, M. Ioa. le Moyne Procurator noſter cum
" omnibus Deputatis Nationis, illicque erat maximarum ſcientiæ & pru-
" dentiæ vir M. Ioannes Normani Decanus Siluanectenſis; & ibi digeſta
" eſt materia, ad certaque puncta reducta eſt: & quantum iuris in ea habe-
" bamus, ibi clariſſimè per D. Aduocatum Regium monſtratum eſt.

" In craſtino autem cauſa agitata eſt, quam dixit oſtijs clauſis idem præ-
" nominatus Aduocatus Regius, luculentiſſimeque de puncto in punctum
" monſtrauit, quod grauiter opprimebamur in negotio; & quàm iuſtè con-
" tra Medicos & Normanos procedebamus: qui Normani quia videbant
" quod compulſi eſſent coram Iudicibus nedum verbis, ſed etiam actis &
" geſtis procedere, petebant ad Vniuerſitatem cauſam tranſmitti, ad quam
" tamen, antequam memoria de Iudicibus fuerit, venire ibique cauſam
" ſuam agitare ſpreuerant. Curia illâ die decreuit quod infra tres dies Par-
" tes ponerent apud Curiam quæ vellent; & eis bona ac breuis Iuſtitia mi-
" niſtraretur; quod & fecimus. Alij autem producere, quantum potuerunt,
" diſtulerunt. Tempore verò intermedio quilibet noſtrũ rei huic tam graui
" operã dabat, ſæpeque ſolicitauimus dominos Curiæ ſuper proceſſus breui
" celerique expeditione, qui ſemper nobis gratiſſima reſponſa dederunt.

" Fertur autem à pleriſque & verum eſſe creditur, quod vbi omnia pro-
" ducta fuerant, proceſſuſque pœnè viſitatus extiterat, emanauerunt quæ-
" dam litteræ à Regia Majeſtate ad Curiam Parlamenti, ob quas litteras
" certis negotijs illis diebus vacare adſtringebatur. Ideò moram, pluſ-
" quam optaremus, res noſtra contraxit. Quia tamen in Proceſſu noſtro pe-
" tebamus ſequeſtrationem munimentorum Rectoralium fieri, idcirco Cu-
" ria conuocari fecit omnes Decanos Superiorum Facultatum & Natio-
" num Procuratores vnà cum ipſis contendentibus: in qua re ſe ſe aduerſa
" noſtra pars fefellit, ſuiſque callidis conſilijs agitata eſt: ſiquidem egi-
" mus, vt ſigilla & reliqua munimenta ampliſſimo pariter & famatiſſimo

viro M. Gaufrido Normani tradita ſint. Ne autem mora longior toti Studio Pariſ nimium officeret, decreuit Curia Parlamenti quod quia certas ob res vacare expeditioni non poterat, committeret 4. egregios viros de Curia Dominos vtique in Parlamento, videlicet M. Ioan. du Breüil M. Io. de Sauzay M. Io. Secretain, M Fournier. De Vniuerſitate autem quatuor vnà cum illis commiſit de 4. Facultatibus. Primus quidem de Facultate Theologiæ M. noſtrum D. Thomam de Courcellis: de Facultate Decretorum M. de Rouville: de Facultate Medicinæ M. Inguerrendum de Parenti: de Facultate verò Artium M. Gaufridum Normani. Qui præſtantes Domini, vbi ad eos deuenit ſuæ Commiſſionis cognitio, qui diſcordiam motam inter M. Iacobum Iunij in Rectorem & M. Robertum Remigij terminaturi eſſent, breuemque ac celerem Iuſtitiam partibus miniſtraturi, ad requeſtam M. Roberti Remigij fecerunt M. Iacobum Iunij adiornari coram ipſis apud Eccleſiam S. Eligij prope Palatium. Cauſaque noſtra binâ plebiſcitatione agitata eſt per eloquentiſſimum virum M. Ioan. de Pourpointcourt. Qui decreuerunt quod partes infra craſtinam diem producerent quæ vellent apud Notarium, & breuem expeditamque [illegible] rent. Quod & fecimus, ſiquidem infra aſſignatam diem omnia produximus. Tempore autem medio diligentijs noſtris aſſiduis effecimus vt ipſi noſtri Iudices, cæteris relictis, noſtris negotijs intenderent, quos multum publico bono Vniuerſitatis & Facultatis Artium affectos fuiſſe experti ſumus. 1457.

Sequentibus Comitijs Nat. Gall. actum eſt de vi quæ illata fuerat D. Procuratori, & quibuſdam alijs; vt teſtatur ibidem Procurator his verbis. Die 13. April. conuocari feci honorandam Nationem Franciæ per iuramentum apud S. Mathurinum ſuper 3. artic. Primus fuit ad audiendum diligentias factas in proceſſu per Deputatos Nationis. Secundus fuit ad audiendum quandam querimoniam ex parte egregij viri M. Ioan. Colominei in Artibus Magiſtri, & in Sacra Pagina Licentiati. Tertius fuit communis ſuper ſuppl. & iniur. &c. Quantum ad factum 2. artic. declarauit præfatus Magiſter qualiter dum vna die pro negotijs Nationis iuiſſet ad domum M. Iacobi Iunij electi in Rectorem, redeundo circa domum Sorbonæ, venerunt ad eum duo, quorum vnus nudum enſem tenebat; & aggreſſi ſunt eum multùm rigoroſè, adeóque vt inde in dextra manu vulnus periculoſum valde acceperit: ob quod dicebant Medici quod motum vnius digiti amitteret: & grauius vulneratus fuiſſet, niſi & viribus & clamore validis ſe ſe protexiſſet: quapropter cum ita eſſet quod iſta perpetrabantur propter Nationis negotia, vt manifeſtiſsimis ſignis edocuit, ſupplicauit Nationi quod hanc rem tanquam factum proprium proſequi vellet, faciendo fieri informationes contra eos qui tam enorme facinus perpetrauerant. Quantum ad 3. artic. ſupplicauit in Natione M. Petrus Mareſcalli ſuper facto iniuriarum dictarum, & quod grauiter percuſſus fuerat coram multitudine grauiſſimorum virorum à M. Gualtero de Wernia, propter aliqua verba quæ inter ſe habebant pro facto currentis diſcordiæ: ideo ſupplicat adiunctionem Nationis, & quod vellet hoc factum tanquam proprium ſuſcipere. Quantum ad 1. art. regraciata eſt Natio ſuis Deputatis & mihi de immenſis laboribus & pœnis ſuſceptis: hortataque eſt nos vt ſemper viriliter in negotio atque cum omni diligentia procederemus. Et quia tetigeram in Natione quod dum in Parlamento cauſam noſtram agitarem, aliquæ iniuriæ verbales contra M. Robertum Remigij & M. Albertum Scriptoris dictæ fuerant, eò maximè quod nos vltro grauioribus iniurijs laceſſere moliebantur, dicentes Nationem noſtram multa egiſſe quæ agenda non erant; idcirco concluſit Natio quod ſi ex illis verbis, aut quibuſuis alijs pro cauſâ iſtâ exorturis proceſsibus inuoluretur, aut etiam aliquis Deputatorum ſuorum, volebat illud proſequi nomine & ſumptibus Nationis. Quantum ad 2. art. grauiter tulit Natio, quod tantus vir à Natione deputatus ita ignominioſè cum gladijs & fuſtibus proſequeretur, volebat eum indemnem reddi, & nedum eum,

" verùm & ſingulos Deputatos ordinauit quod vt pro miſijs iam factis &
1457. " fiendis pro ſanatione eius ſibi darentur decem ſcuta; quæ ſi non ſuffice-
" rent, reſiduum ſuorum Deputatorum arbitrio remittebat. Quantum ad
" 3 art. voluit vt fieret inqueſta, ſumptibus Nationis, de iniuriâ illatâ M. Pe-
" tro Mareſchalli & præfato M. Ioanni Colomines, & eiuſdem Nationis ex-
" penſis agitaretur proceſſus. Et ita concluſi, MAGISTRI.

1458. DECISIO LITIS RECTORIÆ. Tandem die penultimâ Aprilis negotium iſtud Rectorium terminatum eſt: vt idem ſcribit. *Die penultimâ*, inquit, *April. an. Domini 1458. horâ ſextâ poſt meridiem fecerunt Iudices Commiſſi à Parlamento vocari Procuratores partium ſuper diſcordia Rectorum ſententiam daturi. Decreueruntque in Rectoriâ ius habere egregium virum M. Iacobum Iunij, ipſumque pacificè debere poſſidere, nec in ſua poſſeſſione vllatenus impediri; vt ſatis ſuperque liquet per ſententiam per manum Notarij ſcriptam. Quâ die à magnis vexationibus ac tribulationibus quibus dies per ſingulos agebamur, redempti retractique ſumus læta gaudia tutiùs agitantes. Iam timor tremorque de perpetuæ famæ, ac gloriæ diſcrimine euanuit: iam actorum conſcientia comprobata eſt; hæc ſiquidem dies finem laboribus immenſis curiſque aſſiduis quarum æſtu maximo vrgebamur, attulit. Ea die læta quiete, optataque pace frui cepimus, ac per vniuerſam Franciæ Nationem alta pax, variaque lætitia agitata eſt.*

Lite iſtâ ita ſopitâ, aliud bellum exoritur aduerſus Receptores Decimæ Pontificiæ, de quâ ſupra, quam cum exigerent ſumma atrocitate, die 8. Maij in Comitijs Generalibus Vniuerſitatis actum eſt de legatione ad Regem mittenda, inſtructionibuſque conficiendis. Qui autem Decimæ illius receptioni præpoſitus fuerat, tabulis proſtantibus fuerat comminatus vincula Excommunicationis, ijs qui pro ratione Beneficij Decimam non ſoluerent. Quam in rem variæ fuerunt ſententiæ: videntur tamen eò ſuffragia pertinuiſſe, vt ſi quid exigeretur hac modò vice, piæ ſubuentionis ergo, perſolueretur; ſecùs, nullo modo. Nationi verò Gallicanæ ad locum ſuum retractæ ſupplicauerant nonnulli Magiſtri qui aliàs de eius gremio reſecati fuerant, vt reintegrarentur. Et placuit illos reſtituere cum M. Ioanne de Oliua, propter egregiè nauatam operam in vltimâ Rectorum diſcordiâ.

Die 23. Iunij in Comitijs San-Iulianenſibus vnanimi omnium Quatuorvirorum conſenſu in Rectorem electus eſt M. Ioannes Verſoris Normanus, vir doctus & de Academia bene meritus; qui paulo poſt, hoc eſt 25. Sept. ſupplicauit Nationi ſuæ cuius vices erant, pro lectura Ethicæ: illique libenter conceſſa eſt; quo Rectore pauca video acta digna poſterorum memoria.

" Die 8. Aug. in Comitijs Mathur. *ſupplicauerunt FF. Prædicatores, vt*
" *Vniuerſitas vellet eos in gremium ſuum reincorporare.* Sic ſcribit M. De ſancto
" Martino Procurator Nat. Gall. Die 8. menſis Aug conuocata fuit Vni-
" uerſitas in S. Math. ſuper 7. art. Primus fuit pro tuitione priuilegiorum
" Vniuerſitatis. Secundus fuit communis, &c. Et quantum ad iſtum artic.
" *Supplicauerunt Fratres Prædicatores vt lamentabiliter & humillimè, quatenus*
" *Vniuerſitas vellet eos reincorporare & in ſuum gremium recipere.* Quam ſup-
" plicationem Natio conceſsit Iuramentis per eoſdem præſtitis de ratifica-
" tione ſuorum Superiorum.

Die 23. Decemb. habitis apud Math. generalibus Comitijs lectæ ſunt litteræ Pij II. ſummi Pontificis, olim Æneæ Siluij de ſua recenti promotione; lectæ quoque litteræ Collegij Cardinalium, & ad agendas Deo gratias, impetrandamque felicem votorum contra Turcas ſucceſſum, indicta in craſtinum Supplicatio ſolemnis ad Baſilicam Deiparæ Virginis. Tales autem Pij litteræ, quæ continentur inter eius opera.

EPISTOLA PII II. AD VNIVERSITATEM. " PIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Vniuerſitatis
" Studij Pariſ. S. & A. B. Pius & miſericors Deus noſter vniuerſæ Condi-
" tor Creaturæ, quia ſapientia fundauit terram, omnia ordinauit cœleſtia
" & terreſtria, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ea complectitur chari-
" tate, vt per ſucceſsiuam Vicariorum ſuorum mutationem, nulla aduersùs

eam procella, nullus prævalere poſſit ſpiritus tempeſtatis. Sane felicis " 1458.
Recordationis Calixto Papa III. Prædeceſſore noſtro de huius mortalis "
vitæ valle 8. Id. Auguſti ad cœleſtem patriam euocato, & ipſius funeris ac "
exequiarum celebratione ſolemni, ac debita ſubſecuta, Nos vnà cum "
fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero "
tunc eramus, Romæ in Apoſtolico Palatio apud S. Petri Apoſtolorum "
Principis Baſilicam in quo dictus prædeceſſor habitauerat, ac debitum "
naturæ perſoluerat, modo ac tempore congruis pro futuri creatione "
Pontificis curauimus conuenire, nobiſque cum eis fratribus ſub delibe- "
rationis magnæ negocio quam tantæ rei qualitas exigebat; aliquandiu "
tractantibus, tandem ipſi Fratres licet potuiſſent in alios maioris meriti "
conſentire, tamen S. Spiritus, à quo S. Romana & Vniuerſalis Eccleſia "
Chriſti ſponſa regitur, infuſione animos ipſorum ſic afflante, ad perſo- "
nam noſtram dirigentes ſic vnanimiter vota ſua nos tunc tituli S. Sabinæ "
Preſbyterum Cardinalem, neſcimus quo occulto & nobis tremendo Iu- "
dicio ad Celſitudinis Apoſtolicæ faſtigium concorditer elegerunt. Nos "
autem imbecillitatis noſtræ conſcij noſtrarum paruitatem virium ad tanti "
Fait à Bourges ou Conſeil du Roy, auquel eſtoient Meſſieurs les Ducs de Bourbon, Comtes du Maine & de Foix, ledit Chancelier, Conſtant, les Seigneurs de Loheac, l'Admiral Dammartin, Montſoreau, Meſſire Gule Couſinot, Meſſieurs Eſcuyer le Febvre, Bureau, Cheualier Hardoin Doriole, le Seneſchal de Lymoſin, le Bailly du Contentin, Duſſeurre, Vouſy, Patarin & le Preuoſt de l'Hoſtel, le 14. iour de Nouembre 1460. Signé, DANIEL.

1460. Idem Rex eodem menſe & anno ad occurrendum grauaminibus quæ contra Priuilegia Exemptionum à ſubſidijs inferebantur Vniuerſitati, alijs litteris Curiæ Subſidiariæ Principem conſtituit Priuilegiorum huiuſmodi Conſeruatorem, quemadmodum Præpoſitus Pariſ. cuſtos erat & Conſeruator cæterorum Priuilegiorum Regiorum, eaſque litteras habemus in vetuſto Codice Gall. Nationis ſub hac inſcriptione.

Littera per quam vult Rex omnia Suppoſita Vniuerſitatis Pariſ. eſſe exempta à ſubſidijs, ſeu juuaminibus inſtitutis pro Guerra. Et ad hoc deputat Conſeruatorem Præſidentem Generalium qui habeat eos tueri & defendere, & in Vniuerſitate iuramenta præſtare, ſicut & Præpoſitus Pariſienſis Conſeruator aliorum Priuilegiorum.

„ CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Sçauoir faiſons à tous preſens & à venir. Que comme par nos Predeceſſeurs „ Roys de France ayent eſté octroyez certains Priuileges aux Maiſtres, „ Regens, Eſcholiers & Suppoſts de noſtre tres chere & tres amée fille „ l'Vniuerſité de Paris touchant les Aydes ordonnez pour la guerre en noſtre Royaume, leſquels Priuileges ayent depuis par nous eſté conſeruez. „ Et ſoit ainſi que en la Iuſtice deſdites Aydes, leſdits Maiſtres, Regens, „ Eſcholiers & Suppoſts de noſtredite fille n'ayent aucun Gardien ou Conſeruateur deſdits Priuileges, Nous voulons iceux Priuileges eſtre inuiolablement entretenus & gardez ſelon leur forme & teneur auſdits Maiſtres, Regens, Eſcholiers & Suppoſts de noſtredite fille. Auons par l'aduis & deliberation des Gens de noſtredit Conſeil de grace eſpecial, plaine puiſſance & authorité Royalle, commis, deputé & ordonné, commettons, deputons & ordonnons par nos Preſentes, Gardien & Conſeruateur deſdits Priuileges à eux octroyez par nos Predeceſſeurs & par „ Nous confirmez touchant leſdites Aydes ordonnez pour la guerre, le „ Preſident de la Chambre de nos Generaux, Conſeillers ſur le fait de la „ Iuſtice deſdites Aydes en noſtre Ville de Paris, qui à preſent eſt, & ceux „ qui ou temps à venir ſeront Preſidens en ladite Chambre, & en l'abſence „ dudit Preſident, celuy de noſdits Conſeillers en ladite Chambre, qui „ preſidera, pour & ou lieu de luy, tant & ſi longuement que leſdites Aydes „ auront cours en noſtredit Royaume. *Lequel Preſident & ſes Succeſſeurs ſeront tenus de faire vne fois ſerment au Recteur & à ladite Vniuerſité, tel que le Preuoſt de Paris Conſeruateur des autres Priuileges de noſtredite fille a accouſtumé de faire.* Si donnons en mandement au Preſident de ladite Chambre deſdites Aydes à Paris, qui à preſent eſt, & à ceux qui y ſeront ou temps à „ venir, durant le temps que leſdites Aydes auront cours & au premier des „ Conſeillers en ladite Chambre, qui en l'abſence dudit Preſident qui à „ preſent eſt & autres à venir, preſidera pour & au lieu de luy, en commettant par ceſdites preſentes qu'il faſſe leſdits Maiſtres, Regens, Eſcholiers, „ & Suppoſts de noſtredite fille ioyr & vſer deſdits Priuileges plainemẽt & „ paiſiblement en contraignant tous ceux qui aucune choſe voudront faire „ au contraire, à la reparer par toutes voyes deües & raiſonnables, car ainſi „ nous plaiſt-il & voulons eſtre fait. Et afin que ce ſoit choſe ferme & eſtable à touſiours, nous auons fait mettre noſtre ſcéel à ces Preſentes, ſauf „ en autres choſes noſtre droit & l'autruy en toutes. Donné à Bourges au „ mois de Nouembre l'an de grace 1460. & de noſtre regne le 39. Par le „ Roy en ſon Conſeil. DANIEL.

„ Die 10. Decemb. auditi primùm in Comitijs apud Bernardinos habitis „ Oratores Vniuerſitatis à Rege reuerſi, ſed auditi tantùm; eaque die nulla „ certa ſententia fuit. Die autem Veneris 12. & Sabbati 13. in eandem rem „ celebrata ſunt Comitia apud Mathurinenſes in quibus concluſum fuit placere ſupplicationem habere, & Conciones ad Populum permittere, vt „ morem gereret Vniuerſitas Regi poſcenti Sermones reſtitui. Quoad Ceſſationes verò, non fuit concordia; nec certa concluſio elicita.

Die 19. actum eadem de re & deliberatum an demandaretur executioni Conuentio quædam, ſeu, vt vocabant, *appunctuamentum*, per Regem factum coram ipſis Vniuerſitatis Legatis. *Placuit viſis oblationibus factis per DD. de Conſilio Regio ſuſpendere ceſſationes noſtras vſque ad craſtinum Epiphaniæ incluſiuè; & ſi non adimplerent quæ ſponderunt*, placuit *ceſſare ab omni actu ex tunc, prout ex nunc.* Quoad verò illa mandata & Conuentionis modum, placuit amplius examinari per Conſiliarios Parlamenti & Caſtelleti; itemque per Deputatos ſingularum Facultatum. 1460.

Die 21. eiuſdem menſis congregata fuit Vniuerſitas ad audiendum Reſponſum factum à DD. Generalibus ſubſidiorum Præfectis. Et die 22. acta ſunt quæ ſequuntur, ex eodem codice. Ex Præcepto & mandato D. Mareſchalli (de Loheaco) D. Rector conuocauit Vniuerſitatem præclariſſimam ſuper 2. articulis. Primus fuit ad audiendum DD. Conſiliarios Regios legatos ad Vniuerſitatem & ſtrenuiſſimum Militem D. Mareſchallum. Secundus fuit communis. Quoad 1. artic. audito affectu & viſo zelo prælibati Domini: conſideratis etiam promiſſionibus per eos factis placuit reſumere & abſoluere excommunicatos & reincorporare priuatos. Requirebant tamen dicti Domini vt noſtra Concluſio ſigillo Vniuerſitatis magno, & forma authenticâ poneretur, ſed quod hoc fieret, nullo modo conſentit Vniuerſitas. Idcirco remanſit negotium incompletum; nec ad votiuum finem pro tunc peruenimus; ſed in ſuſpenſo remanſit illa Concluſio, donec ad diem 21. menſis Ian. anni prædicti & illa die conuocata fuit apud S. Bernardum nobiliſſima Pariſienſis Vniuerſitas per iuramentum ſuper 2. articulis. Primus fuit ad audiendum inclytum Principem & alios in copia notabili Conſiliarios, videlicet D. Procuratorem Generalem M. Stephanum Militis Regis Theſaurarium, M. Ioannem Barbin Aduocatum. Secundus communis. Ad iſtum articulum 1. diſertiſſimus vir & in iure peritiſſimus M. Ioannes Dauot Procurator Regius, ex præcepto D. Mareſchalli & aliorum Conſiliariorum factum propoſuit & plurima dixit non bene ſonantia in auribus multorum prudentum quæ exorbitarent à tramite recto veritatis & derogarent præeminentijs Eccleſiæ. Ac tum conſtans Facultatis Artium veritatis parens, perpenſo quod Domini de ſuperioribus Facultatibus quibus incumbit vitia & errores extirpare, non veriti ſunt obmuteſcere, illa ſub ſilentio non præteriuit Artium Facultas, vt ſcandali occaſio tolleretur, vel etiam cum ſcandalo. Præterea finita oratione D. Procuratoris ſæpè dictus Mareſchallus intulit matri Vniuerſitati verba penitus intolerabilia cum minatoria eſſent & à ratione deuia, cum tantum corpus tam ſanctum & famoſiſſimum ſuis minis terrere arbitraretur. Porro ipſis abeuntibus, remanſit Aduocatus Regius M. Ioannes Barbin qui magis fauorabiliter locutus eſt offerens omnia redigi in priſtinum ſtatum & citiſſimè. Quibus ſic auditis, hinc inde Facultates retraxerunt ſe vt conſueuerunt ad partem; & deliberationibus habitis in primâ congregatione, Præclara Artium Facultas mater mea perſeuerare voluit in ceſſationibus tunc currentibus tam à ſermonibus quàm à lectionibus. Eademque Facultas laudata eſt quod cæteris conſtantior fuiſſet, vt legitur in Actis.

Sequenti luce anni & menſis (ſcilicet 25.) conuocauit diſertiſſimus D. Rector matrem Vniuerſitatem apud S. Bernardum per iuramentum ſuper 2. artic. Quibus auditis & Facultatibus retractis ad partem, vniformiter deliberauerunt prædictæ Facultates reiterare Concluſionem prius captam in eodem loco die Iouis immediatè præcedenti regraciando quamplurimum D. Rectori & toti cœtui Facultatis Artium de maximâ conſtantiâ & ſtabili & firmo propoſito non reuocandi concluſa ſolemniter tam per ipſos quàm per DD. de Superioribus Facultatibus. Et ita placuit vniformiter differre executionem dictorum in præcedenti congregatione vſque ad diem Martis inſtantem, proteſtando quod nullo modo faciebamus iſta niſi fauendo & obediendo Patri noſtro Regi, & DD. Commiſſarijs fauorabiliter quintò poſcentibus, & nullo modo in vi & virtute

" mandati; & quod adiremus dominationem ſtrenuiſſimi D. Mareſchalli.
1460. " Ita pactum eſt: & ſic omnes iſtæ materiæ ſopitæ ſunt ſine vlteriori pro-
" ceſſu; ita quod priuati fuerunt ex illa hora reincorporati, excommu-
" nicati abſoluti, & ceſſationes ceſſauerunt. Reſtat tamen proſequi virili-
" ter coram ipſis Dominis reparationem iniuriarum, illatarum & ita in ſtatu
" remanſit quoad iſtud mater Vniuerſitas.

STATVTVM GERMANICÆ NATIONIS DE GRADIBVS.

Menſe Martio Natio Germanica habitis pluribus Comitijs, ſtatutum ſolemne condidit circa Graduum Academicorum adeptionem, legiturque in antiquo eius Codice his verbis.

" VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, Procurator totaque Com-
" munitas Magiſtrorum Artium Nationis Alemanniæ Pariſius, ſalu-
" tem in Domino. Cum Scholaſticarum Dignitatum vt pote graduum no-
" mina quandam ſcientiarum virtutumque eminentiam prætendere vi-
" deantur, *indecens eſt quempiam huiuſmodi Graduum titulis honorari, niſi pro-*
" *funditate ſcientiæ, morumque ſimul grauitate cæteros antecellat.* Quod ſanè
" conſiderantes noſtri Prædeceſſores viri Prudentiſſimi ſuos olim diſci-
" pulos rigoroſis examinibus quam ſæpius probantes, mores eorum ac ſtu-
" dia perquirendo, honorum præmiâ non niſi bonarum Artium virtutum-
" que optimarum Cultoribus impendere ſtuduerunt. Volentes non tantùm
" præſentibus, ſed futuris etiam ſeculis prouidere, itidem æquis legibus
" ac ſalubribus inſtitutis ordinantes toti ſuæ poſteritati præcepta inuiola-
" biliter ſeruanda tranſmiſerunt. Verum quod modernis temporibus bo-
" num vtile legum honeſtati plerumque præponderat & inordinatus fauor
" rationis oculum obnubilat & obcœcat: adeo vt non modò Studioſi ſcien-
" tijs virtutibuſque decorati, ſed etiam quicunque deſides & ignaui, Cur-
" ſores & Diſcholi omni penitus Scholaſticâ diſciplinâ carentes ſummis lit-
" terarum profeſſionibus attollantur. Quò fit vt boni à malis, docti ab in-
" ſcijs, ſtudioſi denique, ac virtuoſiſſimi à laſciuis haud facile diſcerni poſ-
" ſint. Et quod omnium eſt deteſtabilius, contingit vt Inſtituta Seniorum
" quibus Nos iuramentis adſtringimus enormiter quorundam falſis machi-
" nationibus, quominùs obſeruari valeant, conculcentur. Quare non va-
" num, imò perneceſſarium viſum eſt ijs omnibus tanquam peſtiferis & no-
" ciuis noſtri temporis accidentibus more noſtrorum Patrum ſanis qui-
" buſdam & ſalutiferis Conſtitutionibus obuiare, vt creſcente morbo pa-
" riter creſcat & medela. Igitur Nos omnes & ſinguli ſupradicti in trina
" noſtra Congregatione, bis in ſancto Mathurino & ſemel in S. Iuliano Pa-
" riſius ſuper ijs remediandis ſolemniter celebrata, diligenti conſideratio-
" ne & noſtrorum Seniorum conſilio præhabitis ſtatuimus, & ordinauimus
" ea quæ ſequuntur à nobis & noſtris ſucceſſoribus inuiolabiliter perpe-
" tuis temporibus obſeruanda.

" Imprimis vt omnis inordinatus fauor ad Scholares graduandos vaneſ-
" cat, ſtatuimus vt de cætero noſtræ Nationis in Baccalariandorum Exami-
" **natorem nullus eligi poſſit qui proprios Scholares habeat de lectione**
" ſua, aut qui anno immediatè præcedente fuerit Examinator niſi defectus
" Magiſtrorum hoc impediat, ſed eligantur iuxta Facultatis Artium ſta-
" tuta quatuor Magiſtri, qui ad minus tertium annum ſui Magiſtratus at-
" tigerint.

" Item quod quidam Scholares citius debito ſuam promotionem anhe-
" lantes, gradum Baccalariatus ante terminum eis poſitum adipiſci præſu-
" mant, Statuimus quod nullus de cætero Baccalariandorum examen per-
" mittatur ingredi niſi eum conſtet à feſto B. Remigij anni præcedentis
" ſuum Studium Pariſius in Artibus continuaſſe, vel ſaltem huius temporis
" duplum in aliâ Priuilegiatâ Vniuerſitate iam habuiſſe, de quo tamen iux-
" ta Statuta fidem faciant in plena Natione. Conſtabit autem de tempore
" cuiuſlibet hoc modo. Singulis annis circa feſtum B. Remigij & ſignanter
" ante primam diem Ordinarij noui Procurator habeat Nationem con-
" gregare; vocatiſque per Bedellos ſingulis Scholaribus, Curſum Artium

inchoare volentibus, nomina eorum per Procuratorem Regiſtro Nationis ibidem publicè conſcribantur, & ab illo tempore duntaxat eis tempus computetur: poſt illam verò Congregationem amplius nullus pro curſu iſtius anni poſſit inſcribi. Procurator autem pro labore ſuo percipiat ab vnoquoque intitulato octo denarios Pariſienſes. 1460.

Inſuper ſtatuimus & ordinamus vt ſingulis annis, antequam Baccalariandorum examen aperiatur, Nationi ſuper hoc congregatæ præſententur omnes Baccalariandi iſtius anni, & legantur eis articuli quos poſt admiſſionem eorum iurabunt, ne occaſione ignorantiæ periuriosè exponant, fiatque informatio per Regiſtrum de tempore habito. Procurator verò ſingulos Magiſtros per eorum iuramenta requiret. Quod ſi quis aliquem ibi præſentatum ſciat propter aliqua ſua demerita, aut temporis, aut alterius requiſiti defectum à Baccalariatus adeptione repellendum, illum Procuratori manifeſtet. Procurator verò talem niſi ab impoſitis criminibus, vel defectibus coràm tota Natione ſufficienter expurgetur, ab Examinis ingreſſu repellat. Et vt hoc melius obſeruetur, Examinatores per eorum iuramenta ſint adſtricti ne aliquem in eorum examen recipiant niſi illo modo per Nationem eis præſentatum.

Item ne muneris occaſione Scholares promouendi affectu potius inordinato quàm rigore debito ab ipſis Examinatoribus tractentur, ſtatuimus vt omnes Baccalariandi de cætero Iuramentis ſpecialibus adſtringantur, ne ſuis Examinatoribus quicquam pro labore examinis, aut alia quacunque cauſa tribuant per ſe, ſiue per alios tribuere faciant, niſi duntaxat ſummam antiquitùs obſeruatam videlicet duorum ſolum ſolidorum Pariſienſium, quam quilibet eorum eis tenebitur exhibere. Examinatores etiam ſimiliter ad nihil amplius recipiendum ſuis iuramentis ſe obligabunt.

Item circa Baccalariandorum examen ſtatuimus & ordinauimus quod matutius grauiuſque de cætero ipſi Baccalariandi examinentur; videlicet in Grammaticalibus quilibet ab vnoquoque Examinatorum. Similiter in Paruis Logicalibus ab vnoquoque examinetur. In alijs verò libris Porphyrij & Ariſtotelis examinentur per ordinem; ita tamen quod quilibet in vnoquoque librorum vnam ad minus habeat quæſtionem. Quia verò multorum precibus importunis Examinatores ipſi à recto rationis iudicio declinare, & indignos plerumque promouere coguntur, ideo eorum quieto deliberationis iudicio prouidere cupientes, ſtatuimus quod de cætero ad ipſos Examinatores ſtatim finito examine Procurator qui pro tempore fuerit, accedat, ipſoque ſolo cum præfatis Examinatoribus exiſtente per ordinem de ſingulorum ſufficientia diligenter inquirat, colligendo videlicet vota quatuor Examinatorum de vniuſcuiuſque admiſſione, vel impeditione. Et ſi tres vel quatuor aliquem admiſerint, ſcribat eum in Papyro tanquam admiſſum. Si verò duo, vel plures duobus aliquem impediendum **iudicarint, de eo amplius tanquam impedito nullam faciant** mentionem. Sic igitur Procurator modo iam dicto Admiſſorum nomina fideliter conſcribat, aliorum verò omittat. Et hæc ſcedula ſignetis Examinatorum inferius erit ſignanda, poſtea claudatur & deſuper ne aperiri queat, ſigillo Procuratoris muniatur, deturque vni Examinatorum cuſtodienda, donec Receptor ſimul cum Procuratore & Examinatoribus ad taxationem burſarum poſſit comparere. Et tunc iam nominatis in vnum congregatis Baccalariandis etiam ibi comparentibus aperiatur ſcedula prædicta per Bedellum, & nomina admiſſorum publicè legantur, qui ſic lecti per ordinem intrabunt locum taxationis, & taxabuntur eorum burſæ more ſolito, pro quibus etiam Receptorem tunc ſtatim contentabunt, iurabuntque Procuratori iuramenta ſolita & Regiſtro Nationis inſcribentur Super omnia verò diſtrictius inhibemus vt nec Procurator, nec quiſquam Examinatorum, aut Bedellorum ſi eos intereſſe contingat, cuiquam reuelet ea quæ in Baccalariandorum admiſſione facta ſunt, qui ſcilicet alium admiſerit vel impedierit. Quod ſi ſecùs contingeret,

" illum ſic reuelantem ipſo facto tanquam proditorem & periurum à no-
1460. " ſtro conſortio priuamus & reſecamus. Poterunt tamen Examinatores vt
" liberius & abſque timore ſua vota dare poſſint, excogitare modum ali-
" quem ſecretum, puta per ſcedulas, aut alia huiuſmodi vt perſonæ impe-
" dientes magis celentur: quod tamen relinquimus beneplacitis eorum.
" Circa verò Baccalarios iam alibi creatos & in noſtra Natione reci-
" piendos, antiqua ſtatuta ſuper ijs edita confirmamus & ratificamus, vi-
" delicet quod nullus qui ſe dicit eſſe Baccalarium, in noſtra Natione niſi
" gratioſè nemine contradicente recipiatur. Et quod de Baccalariatu iam
" alibi habito faciat fidem in plena Natione ſuper hoc ſpecialiter congre-
" gata per litteras patentes Studij in quo graduatus eſt, aut per duos Ma-
" giſtros Pariſius qui alibi eum certiſſimè ſciant fore graduatum. *Et quod*
" *Studium in quo graduatus eſt, ſit Studium ſolemne, vbi ad minus ſint ſex Regen-*
" *tes in Artibus*, & quod ante feſtum Purificationis Nationi ſe habeat præ-
" ſentare, ſi in anno ſequenti immediatè promoueri debeat; Quod etiam
" omnia ſoluat ſicut Baccalarius iam de nouo creandus. Intelligimus au-
" tem per id quod ante feſtum Purificationis dicitur, vigiliam feſtiuitatis
" eiuſdem; in qua Procurator ſingulis annis pro recipiendis Baccalarijs
" Nationem debet conuocare; poſtea verò nullus recipi poſſit ad promo-
" tionem anni immediatè futuri.
" *Pro Magiſtrandis verò ſtatuimus quod ſingulis annis in quadam Congregatio-*
" *ne quam Procurator celebrare debet ante apertionem tentaminis Magiſtrando-*
" *rum, comparere debeant omnes qui præfatum tentamen intrare volent in plena*
" *Natione*, vt Natio de eorum Baccalariatu, de diſputatione Quadrageſi-
" mæ, de ſtudij continuatione & morum diſciplina alijſque eorum ſtatum
" concernentibus poſſit informari. In quibus ſi reperiuntur notabiliter de-
" fectuoſi, per Procuratorem ab ingreſſu tentaminis arceantur.
" Hæc igitur ſunt Statuta ſalubria quæ pro noſtræ Nationis præfatæ
" commodo viſa ſunt expedire. Quare ea volumus inuiolabiliter perpetuis
" temporibus à nobis noſtriſque ſucceſſoribus obſeruari, ipſaque in noſtro
" libro cum alijs Statutis conſcribi, ac temporibus quibus alia Statuta le-
" gi ſolent, publicè nominari, ne ignorantia eorundem cuiquam occaſio
" ſit delinquendi. Si quis verò quod abſit, harum noſtrarum edictionum
" repertus fuerit præuaricator, eum tanquam perirum & infamem à no-
" ſtro conſortio ex nunc, prout ex tunc priuamus & reſecamus per præſen-
" tes. In quorum omnium robur, & ampliorem firmitatem, ſigillum noſtrum
" magnum præſentibus duximus apponendum. Acta fuerunt hæc Pariſius
" in tribus Congegationibus noſtræ Nationis, in locis ſupra notatis ſolem-
" niter celebratis anno Domini 1460. diebus verò menſis Martij.

Anno 1461. 22. Iulij obijt Carolus VII. apud Magdunum Biturigum,
1461. cui ſucceſſit in Regnum Ludouicus Delphinus, tum à Patre alienus & apud Philippum Burgundiæ Ducem agens, Patri valde diſſimilis, ingenio quidem perſpicaci & acuto, ſed callido & ſuſpicioſo, vixque etiam intimis perſpecto. Inauguratus eſt autem Remis à Ioanne Iuuenale Vrſino Archiepiſcopo die 15. Auguſti, ibique aiunt votum, quod iam idem de tollenda Pragmatica-Sanctione conceperat, innouaſſe. Ad quem cum vndique gratulatoriæ legationes à Principibus & Rebuſpublicis mitterentur, Pius quoque Pontifex teſte Gobellino Ioannem Atrebatenſem Epiſcopum legatum miſit, qui ei ſuo nomine benediceret, Religionem Chriſtianam commendaret, ſuaderetque Pragmaticam è Regno tollere, & ad mittendum aduerſus Turcas auxilium ſe accingere. Quo Epiſcopo audito, lectiſque Pontificijs litteris, ait idem Gobellinus Regem rurſum tactis ſacroſanctis Euangelijs palàm promiſiſſe Pragmaticam ſeſe propediem abrogaturum. Quod vt reſciuit Pontifex, reſcripſit litteras præcipui amoris teſtes, datas Romæ 26. Octob. præſentis anni, quas, quia rurſus longarum diſceptationum diſſidiorumque cauſæ fuerunt, obſiſtente præſertim Vniuerſitate & Senatu Pariſ. quominùs Pragmatica abrogaretur, non pigebit his attexere.

1460. LITTERÆ PII II PRO TOLLENDA PRAGMATICA SANCTIONE.

PIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei. Charissimo in Christo filio Ludouico Regi Franciæ, salutem & Apostolicam Benedictionem. Accepimus ex litteris venerabilis Fratris nostri Ioannis Episcopi Atrebatensis quantâ cum charitate complexus sis, & quàm pium erga nos & Romanam Ecclesiam geras affectum, & quàm ad tollendum è Regno tuo Constitutionem illam quæ Pragmatica dicta est, volenti & erecto sis animo. Laudamus Deum & suæ Maiestati benedicimus qui talem tibi mentem dedit: Nam quid aliud dicere possumus, nisi quod Dei beneficio ex maximis periculis liberatus es, & in hæc tempora reseruatus vt esses qui suscepto Regno paterno sublatis erroribus libertatem S. Romanæ Ecclesiæ instaurares atque restitueres, & Maiorum tuorum ęquatâ gloriâ Christiano nomini quietem fundares. Benedictus Dominus qui tuæ personæ custos fuit, & spiritum tuum erexit vt cogitares quæ pia & omni laude digna sunt. Sic Magnus Constantinus, sic duo Theodosij, sic Carolus Magnus & plures ex tuis progenitoribus immortale nomen & inextinguibilem consecuti sunt gloriam, quia Romanam Ecclesiam matrem suam debito sunt honore prosecuti, quorum te vestigijs inhærentem & diligimus totis præcordijs & laudamus, & omnis te posteritas laudabit & celebrabit. Illud autem inter cætera commendamus, & quod absque Conuentu & Consultatione multorum Pragmaticam auferre constituisti, quemadmodum idem Episcopus nobis significauit. Sapis certè & Regem te magnum ostendis, qui non regaris, sed regas. Optimus enim Princeps est qui per se recta cognoscit & operatur, qualem te esse confidimus. Nec scriptura quæ ait, *vbi multa consilia, ibi salus, multorum multitudinem requirit, sed consiliorum maturitatem & digestionem, quæ rectius magis quam in multis reperiuntur.* Neque enim, aut honestas, aut iustitia multitudini facilè suadetur, quæ variis fluctibus agitata ad prona frequenter inclinat; confusioni subdita est consulentium multitudo, neque bene se res habet, vbi suffragia numerantur non ponderantur. Sanè enim fit vt maior pars meliorem vincat. Facis quæ te decent, qui scilicet Pragmaticam esse absque Deo, eam de Regno tuo eliminare decreuisti; nec vis in disceptationem ducere an fieri debeant, quæ tu ipse faciendo nouisti. Hoc est Regem esse, & bonum Regem, & quem boni amant, mali timeant: Nam qui per alios reguntur, nec per se intelligunt quæ sunt agenda, contemptui sunt. Probamus igitur & commendamus admodum quæ de tua deliberatione circa Pragmaticam Episcopus Atrebatensis scribit, hortamurque vt quæ proposuisti in animo, citò effectu facias, neque cum possis hodie benè facere, cras faciam, dicas. Hilarem datorem diligit Deus; quæ iusta & honesta sunt, nolunt mores. Fac etiam sapientiam sicut nos cognoscimus, ita & mundus omnis quamprimum cognoscat, neque aliquis dicere possit, diu noluit, quia diu deliberauit. Quod si *Prælati* tui & *Vniuersitas aliquid ex nobis desiderant, te mediatore ad nos recurrant.* Nam si quis vnquam Pontifex fuit Gallicæ Nationi affectus, vt multi fuerunt, nos certè inter primos reperiemur, qui nomen & Gentem huiusmodi honoremus & diligamus, nec vnquam postulatis honestis aduersabimur, scimusque dignum esse vt Fratribus nostris Episcopis in multis deferamus, eosque honoremus pariterque viris doctis, & qui docti esse cupiunt, in Vniuersitatibus Litterarum studia sectantibus, subueniendum esse non ignoramus. Abhis enim Catholica fides defenditur & doctrinæ lumen propagatur. Age igitur fili, perfice quod in animo geris, & confide nos tibi & Regno tuo animo concessuros, quæ ratio & honestas suadebit. Cæterum quia Regina Cypri, ad nos ex Regno suo deiecta & ex terris profecta est, & ad tuam credimus Serenitatem proficiscetur, consilium & auxilium petens, nam Regnum eius Soldani Ægyptij Gente occupatum est. Et quia sicut accepimus, Mahometes Turcorum Dominus Greopin & Trapesuntem & multas alias in Asia Ciuitates, ac Prouincias de nouo sibi subiecit, & in Europam victor ac tumens

1460. „ eo propoſito reuertitur; vt Chriſtianitatem proterat & conculcet, Se-
„ renitatem tuam rogamus & flentes petimus, vt reſpicias in quo ſtatu eſt
„ Catholica fides, quomodo ex vno latere Turci, ex alia Saraceni vrgent.
„ Pone ante oculos lamentabiles Chriſtianorum voces, qui per Aſiam &
„ Græciam in medio Nationis peruerſæ conſtituti miſerabilibus modis af-
„ fliguntur. Cogita in quo loco eſt ſacrum Domino ſepulchrum quod in-
„ ſpicere abſque Mahometorum voluntate non poſſumus, &c. Datum Ro-
„ mæ die 26. Octob. an. 1461. Pontif. noſt. an. 4.

Rex verò in hunc modum illi Reſcripſit, vt inter eiuſdem Pij opera legimus.

Respo-sio Regis. „ LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Tibi ſanctiſſimo &
„ Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem, & plenos
„ deuotionis affectus. Deum ſolum ſcientes eſſe cuius prouidentia benè
„ conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & vrbes religione cingi at-
„ que defendi quam armis & membris: Te Vicarium Dei viuentis ea vene-
„ ratione proſequimur, vt ſacra præſertim in Eccleſiaſticis rebus tua mo-
„ nita veluti vocem Paſtoris audire, illiſque parere promptâ mente veli-
„ mus. Quapropter Beatiſſime Pater, etſi Conſtitutio quædam in Regno
„ noſtro, quam Pragmaticam vocant, magno Prælatorum Conuentu, ma-
„ gna temporis deliberatione concluſa fuerit, & iam callum obducta quie-
„ tum prope fixerit ſtatum, Tu tamen tuis ad nos litteris illam à Regno no-
„ ſtro auferri, explodi, abrogarique flagitas. Nobis quoque dilectus ac fi-
„ delis Conſiliarius noſter Ioannes Epiſcopus Atrebatenſis, quem cum po-
„ teſtate Legati de latere ad hoc noſtrum Regnum miſiſti, commemora-
„ uerit ea ad quæ per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vouenda & pro-
„ mittenda, nos antequàm Regnum ſuſcepiſſemus Religionis inſtinctus qui-
„ dam deduxerat: Nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice Re-
„ rum Eccleſiaſticarum tuâ authoritate ſtudemus ac volumus. Et id quidem
„ tantò volumus animo propenſiori, quantò nobis Regnum Franciæ flo-
„ rens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis
„ potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his quæ tuo nomine
„ nobis aperta ſunt, ipſam ſcilicet Pragmaticam-Sanctionem tibi tuæque
„ ſedi eſſe infenſam, vt pote quæ in ſeditione & Schiſmatis tempore, at-
„ que per ſeditionem ſectioniſque à tuâ ſede figuram nata ſit, & quæ dum
„ tibi à quo ſacræ leges oriuntur & manant, quantumlibet eripit authori-
„ tatem, omne ius & omnem legem diſſoluit. Illud enim exoritur quod
„ idem Conſiliarius noſter nomine tuæ Sanctitatis aſtruxit, vt dum per
„ Pragmaticam ipſam ſummæ in Eccleſia tuæ ſedis authoritas minuitur,
„ dum Prælatis in Regno noſtro quoddam Scientiæ Templum per illam
„ perſtruitur, dum congruens vnitas ad alia Regna conformitaſque tolli
„ videtur, abroganda ſit ipſa Pragmatica pellendaque à Regno noſtro.
„ Quippe quæ aduerſus tuam ſedem omnium Eccleſiarum matrem ab in-
„ ferioribus Prælatis lata ſit, tanquam vt ſcriptura loquitur: Quomodo ſi
„ eleuetur virga contra leuantem ſe, aut baculus qui vtique lignum eſt;
„ quæ quidem Beatiſſime Pater: licet plerique docti homines confutare ni-
„ terentur atque diluere, multaque nos dehortarentur abrogare Sanctio-
„ nem ipſam; te tamen Principem totius Eccleſiæ, te antiſtitem ſacrorum;
„ te dominici Gregis Paſtorem profitemur & ſcimus, teque iubentem ſe-
„ quimur. Tibi & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & iungimur. Ita-
„ que ſicut mandaſti, Pragmaticam ipſam à noſtro Regno, noſtroque
„ Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtrâ per præſentes pellimus,
„ deijcimus, penituſque ſtirpituſque abrogamus.
„ Et quam qualemve ante Pragmaticæ ipſius editionem, circa Eccleſia-
„ rum, Beneficiorum, aliarumque rerum ſpiritualium diſpoſitionem cen-
„ ſuram, moderationem in Regno noſtro, omnique ditione noſtra; tui
„ Prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant
„ & exercebant, talem eandemque noſtro adiutori Beatiſſ. Petro, Tibique

ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo impe- "
perio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctatâ. Tu enim cum " 1461.
ſcias quid authoritate diuinitùs tibi tradita poſſis, quas pro Regni noſtri "
& Eccleſiarum in eo tranquillitate poſtulabimus, non negliges res neceſ- "
ſarias, poteriſque ſemper quod optimum fuit, iudicare. Vtere igitur dein- "
ceps in Regno noſtro poteſtate tuâ, vt voles, atque illam exerce: nam vt "
hominum membra nulla contentione capite vno atque vnâ mente ducun- "
tur, ſic tuis ſacris decretis Eccleſiæ Prælati in Regno noſtro & Delphi- "
natu conſonantiam & obedientiam plenam refundent. Quod ſi forte ob- "
nitentur aliqui, aut reclamabunt, nos in verbo Regio pollicemur tuæ "
Beatitudini atque promittimus exequi facere tua mandata, omnium ap- "
pellationum, aut appellationis obſtaculo prorſus excluſo, eoſque qui "
tibi contumaces fuerint, pro tuo iuſſu, comprimemus & refrenabimus. "
Datum Turonis ſub Magno ſigillo noſtro die 27. menſis Nouemb. an. 1461. "
& Regni noſtri anno 1. Sic ſignata per Regem in ſuo Conſilio Veroni "
Solloit. "

Hæc Rex: *Non continuò tamen*, inquit Meyerus, *obeditum eſt per Gallias*, Scholâ *Pariſiacâ proximam totius Eccleſiæ appellante Synodum* Neque etiam Parlamentum Pariſienſe adduci potuit vt Regis diploma in hanc rem approbaret: vt ſuo loco videbimus.

Quod verò ad res geſtas in Vniuerſitate attinet, à menſe Ianuario anni præcedentis, more Gallicano, ad menſem Iulium nihil video geſtum dignum memoria. Ad diem verò 25. Iulij notat M. Guillelmus de Tholoſan Coriſopitenſis Procurator Nationis Gall. Vniuerſitatem congregatam fuiſſe per Rectorem ad deliberandum an Regi obuiàm eundum extrà vrbem eſſet, nec concluſum quidquam ante 25. Aug. tum verò placuit in vrbe Regem excipi more Maiorum. *Conſideratis* (inquit Procurator ille) *equorum ſtrepitibus & conculcationibus, conformitateque quam cum Eccleſia Pariſ. ſolita fuit habere mater Vniuerſitas, & Patrum noſtrorum veſtigia ſequendo, fuit concluſum quod in parviſo Eccleſiæ B. Mariæ cum Eccleſia ipſa more ſolito maneremus, & ibi ſicut priſci fecerunt, breuem ſalutationem faceret vnus de Magiſtris noſtris.*

Die 29. adiuit Vniuerſitas Illuſtriſſimos Principes, Borbonium, Lugdunenſem & Fratres, eiuſque Oratores varias ac multiplices habuerunt orationes, MM. Ioannes Huë, Panetchar, Ioannes Eſcombar, & Bartholomæi. Die 30 adiuit D. Ducem Burgundiæ. Orator fuit M. Ioannes Luillier. Vltima verò eiuſdem menſis Rex Ludouicus XI. vrbem ingreſſus eſt: & in Atrio Baſilicæ Pariſ. ab Vniuerſitate ſalutatus. Rex verò reſpondit ſibi non vacare per otium audire ipſam propter tumultum & ſtrepitum, ſed libenter aliàs auditurum.

Die 13. Sept. Vniuerſitas adijt Regem, vſaque eſt Oratore M. Thoma de Courcellis Decano Pariſienſi qui pro themate ſumpſit hæc verba. ***Benedictus Dominus Deus Iſraël qui dedit***, *&c.* Petiuit verò potiſſimùm confirmationem priuilegiorum: obtulit ſupplicationes ſolemnes ſequenti die celebrandas. Reſponſio data eſt nomine Regis per Cancellarium modo oratorio & verbis Latinis, Regem annuere ſupplicationi Vniuerſitatis, concedere confirmationem priuilegiorum, & ſupplicationem ſolemnem non reſpuere, imò ſibi gratiſſimam fore. Deinde cum gratias egiſſet immortales Vniuerſitas, ſupplicaſſetque vti ſi qui contra tenorem priuilegiorum ſuorum vellent aliquid impetrare, ſicut Normani pro ſua *Charta*, aut alij, nihil ipſâ inauditâ concederetur, Rex ipſe reſpondit *ſe fore perpetuò Patronum Vniuerſitatis: illique tum multis verbis totam exilij ſui hiſtoriam retexuit, rogando, vt ſui & Ducis Burgundiæ auunculi, cuius auxilio Patri in Regnum ſucceſſerat, periculaque mortis euaſerat, in ſupplicationibus & precibus meminiſſet; populoque manifeſtaret in ſacris Concionibus, ipſum ſingulari Dei beneficio & mortem euaſiſſe & Regnum recuperaſſe, interceſſionibus quoque Diuæ Virginis & B. Caroli Magni.* Ita ſcribit prædictus Tholoſan.

1461. Die igitur 14. eiuſdem menſis proceſſit Vniuerſitas ad S. Katharinæ de Valle Scholarium; quæ vt à ſuo Rege longè lateque ſpectaretur, iter arripuit per Vicum Cæleſtinorum. Et eadem die Rex admonuit Vniuerſitatem per M. Ioannem de Barro Magiſtrum Libellorum ſupplicum, ſe poſtridie ex vrbe migraturum; prius verò quàm excederet, velle ſua ipſi priuilegia confirmare, imò & amplificare: quamobrem antiqua quæreret, colligereque & ea cum ijs quos huic rei commiſerat, communicaret. Itaque eadem ipſa die luſtratum eſt Tabularium Academicum in Regia Nauarra.

Die 25. & 26. Nouembris in Comitijs apud Prædicatores habitis electus eſt in Legatum Vniuerſitatis ad Regem M. Gaufridus Normani pro confirmatione Priuilegiorum. Et die 5. Decemb. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ quas Minutas vocant, Inſtructionum ad Regem & Principes tranſmittendarum. Die 16. in Rectorem electus eſt M. Ioannes de Buſco, qui in Rectoratu ſucceſſit M. Ioanni de Roca. Die 29. eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus lectæ fuerunt litteræ Oratorum Vniuerſitatis & Legatorum ad Regem miſſorum, delectique ſunt viri nonnulli ſpectabiles qui diſpoſitioni & collationi Beneficiorum incumberent. Item deliberatum de modo ſcribendi ad Regem & ad ſummum Pontificem.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM. Die 14. Ianuarij lectæ ſunt in Comitijs Mathurinenſibus litteræ Legatorum Vniuerſitatis de Pragmatica-Sanctione. Die 19. lectæ litteræ ſummi Pontificis deſtinatæ per M. Henricum Megret in hanc rem. Die 24. lectæ aliæ litteræ D. Legati Pontificij. Item auditi Legati qui à Rege redierant. Lecta quoque Confirmatio Priuilegiorum quam retulerant; quæ die 26. à Curia Parlamenti approbata, promulgata & faſtis conſignata, præſentibus Rectore, Decanis & Procuratoribus Nationum. Tales autem ſunt litteræ Regiæ.

» LOÜIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Sçauoir faiſons à tous preſens & à venir, Nous auoir receu l'humble ſupplication de noſtre tres-chere & amée Fille premiere-née l'Vniuerſité de l'Eſtude de Paris, contenant que pour le grand amour & affection que nos predeceſſeurs & progeniteurs Roys de France, tres-Chreſtiens & de tres-glorieuſe memoire, ont eu chacun en ſon temps à noſtredite Fille, pour conſideration & faueur de la ſainte Doctrine, enticre Foy & vraye clarté, & lumiere de ſcience, dont elle a, dés ſi grande ancienneté, ſingulierement eſté floriſſante & recommandée: enſemble des autres grands fruicts & biens innumerables qu'ils ont connus & apperceus ſi grandement & abondamment iſſir & venir d'elle & de ſes Suppoſts, non ſeulement au Royaume, & à la Couronne & Seigneurie de France, mais auſſi à toute la Chreſtienté. Pour ces cauſes, noſdits predeceſſeurs & progeniteurs, ont de tout temps nourry & conſerué ladite Vniuerſité, en tout, & ſpeciale grace, benefice & faueur, & ſi luy ont donné & octroyé, & ſucceſſiuement confirmé & amplifié pluſieurs beaux priuileges, libertez & franchiſes, dont elle & ſeſdits Suppoſts, Officiers & Seruiteurs ont ioüy & vſé és temps paſſez, iuſques à preſent: en nous humblement ſuppliant, que leſdits priuileges, libertez & franchiſes, auec les autres droicts, couſtumes, & vſages de noſtredite Fille, il nous pleuſt benignement conſeruer, & ſur ce leur impartir noſtre grace. Pourquoy Nous ayant égard & conſideration aux choſes deſſuſdites, deſirans de tout noſtre cœur, voir en noſtre temps noſtredite Fille continuer, croiſtre & multiplier abondamment en vertu, merites, biens deſſuſdits, & eſtre ſouuerainement exaucée, & éleuée au temps à venir, comme a eſté par cy-deuant, en tous honneurs, graces & libertez. Voulans auſſi enſuiure à noſtre pouuoir les loüables termes & vertueuſes œuures de noſdits predeceſſeurs & progeniteurs, & inclinans pour ces cauſes à la ſupplication & requeſte de noſtredite Fille: aprés qu'elle a fait oſtenſion pardeuant

les gens de noſtre Conſeil deſdits priuileges, libertez & franchiſes à elle données, octroyées & confirmées par noſdits predeceſſeurs & progeniteurs, & meſmement par feu noſtre tres cher Seigneur & Pere, que Dieu abſolue: ainſi que par aucuns de noſtredit Conſeil, dit & rapporté nous a eſté: Nous ayans agreables tous & chacuns leſdits priuileges, libertez & franchiſes, auec les autres droicts, couſtumes & vſages de noſtredite Fille, dont elle a deuëment & iuſtement ioüy & vſé: de noſtre grace ſpecial, plaine puiſſance & authorité Royale, auons loüé, approuué, ratifié & confirmé, loüons, approuuons, ratifions & confirmons par ceſdites Preſentes, & voulons & nous plaiſt, & à noſtredite Fille, de noſtre plus ample grace auons octroyé & octroyons, que deſdits priuileges, libertez, franchiſes, couſtumes & vſages, elle & ſeſdits Suppoſts, Officiers & Seruiteurs ioüiſſent & puiſſent ioüir tout ainſi que deüement ils en ioüiſſoient parauant les guerres, qui ont eu cours en noſtre Royaume, ſans ce qu'aucune choſe, qui ait eſté ou puiſſe auoir eſté faite durant leſdites guerres, ou depuis au contraire, luy puiſſe, ou à ſeſdits Suppoſts, Officiers & Seruiteurs, en ce faire ou porter aucun préiudice, nonobſtant reſtictions, mandements ou defences à ce contraires. Si donnons en mandement par ceſdites Preſentes, à nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans, & qui tiendront noſtre Parlement, preſent & à venir, Gens de nos Comptes, & Threſoriers generaux ſur le fait & gouuernement de toutes nos Finances, & de la Iuſtice de nos Aydes, à noſtre Preuoſt de Paris, & à tous les autres Iuſticiers & Officiers de noſtre Royaume, ou à leurs Lieutenans, preſens & à venir, & à chacun d'eux, comme à luy appartiendra, que noſtredite Fille l'Vniuerſité de Paris, & ſeſdits Suppoſts, Officiers & Seruiteurs, & chacun d'eux faſſent & ſouffrent, & laiſſent ioüir & vſer plainement & paiſiblement à touſiours de leurſdits priuileges, libertez & franchiſes, droits, couſtumes & vſages, dont ils auront cy-deuant ioüy & ioüiſſent, comme dit eſt, & de cette noſtre preſente grace & confirmation, ſans aucune choſe faire ne ſouffrir eſtre fait au contraire: ainçois ſi fait eſtoit, le faſſent reparer incontinent, veües ces Preſentes, auſquelles afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, Nous auons fait mettre noſtre ſeel, ſauf en autres choſes noſtre droit, l'autruy en toutes. Donné à Tours au mois de Ianuier, l'an de grace 1461. & de noſtre regne le premier. 1461.

Sic ſignatum ſupra plicam. Par le Roy, à la relation des gens de ſon grand Conſeil: Le Roy. *Viſa, lecta, publicata, & Regiſtrata Pariſiis in Parlamento, die vigeſimâ ſextâ Ianuarij, Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo.* Cheueteau. *Sic ſignatum. Collatio facta eſt,* CHEVETEAV.

Die 1. Feb. Comitia habita ſunt ad deliberandum de Collatione Beneficiorum, de conficiendo Rotulo Nominandorum, mittendiſque ad ſummum Pontificem Nuncijs. Et die 5. Martij eadem de re rurſùs actum eſt.

Die Mercurij 24. Martij electus eſt in Rectorem M. Robertus de Maſemgarbe Picardus. Die 8. April. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus commendabat Epiſcopum Siluanectenſem vt eidem conferre vellet Vniuerſitas Officium Conſeruatoris Priuilegiorum Apoſtolicorum tunc vacans per obitum Epiſcopi Beluacenſis; pro quo etiam ſupplicauit Epiſcopus Meldenſis à Cancellario Franciæ commendatus; qui paulo ante Legatis Vniuerſitatis benigniſſimè exceptis, confirmationem Priuilegiorum ſtatim expedierat. Igitur penſatis vtriuſque Epiſcopi cauſis, quia nimis diſtulerat Epiſcopus Siluanectenſis offerre litteras Regias, Meldenſi prædictum Officium fuit adiudicatum.

CONSERVATORIS ELECTIO.

In hiſce Comitijs hoc video ſingulare tres Epiſcopos ſupplicaſſe apud D. Rectorem; vnum verò ex illis nempe Carnotenſem rexiſſe & examinaſſe Baccalarios Licentiandos in Decretis; qua de re ſic in Actis Nat. Gall. Die 8. April. congregata fuit Vniuerſitas in S. Mathurino ſuper 4. art. 1. fuit ad audiendam lecturam quarundam litterarum miſſarum Vniuerſitati ex parte ſupremi D. noſtri Regis, & præſentatarum D. Rectori

» per Reuerendum in Chriſto Patrem D. Epiſcopum Siluanectenſem: quæ
1461. » quidem litteræ Regiæ requirebant Vniuerſitatem pro ipſo D. Siluane-
» ctenſi, vt eidem Reuerendo Patri conferret officium Conſeruatoris
» Priuilegiorum Apoſtolicorum. Secundus artic. fuit ad prouidendum ſu-
» per facto Ambaſſiatæ deſtinandæ ad Sedem Apoſtolicam. Tertius ad Pro-
» uidendum officio Conſeruatoris quod vacabat per obitum D. Epiſcopi
» Beluacenſis. Et quartus fuit communis. Et quoad hunc artic. ſupplica-
» uit D. Rector pro conſilio, auxilio, fauore & aſſiſtentia. *Supplicauerunt pro*
» *dicto officio tunc vacante D D. Epiſcopus Siluanectenſis & Meldenſis.* Supplicauit
» etiam D. Epiſcopus Carnotenſis contra Facultatem Decretorum *pro ſua*
» *regentia* & appellauit in facie Vniuerſitatis à Reuerendo Patre D. Cancel-
» lario Eccleſiæ Pariſ. ad S. Sedem Apoſtolicam, *caſu quo præfatus D. Cancel-*
» *larius licentiaret Bacalarios in Decretis non examinatos per ipſum Reuerendum*
» *in Chriſto Patrem D. Epiſcopum Carnotenſem.* Quoad primum & tertium ar-
» tic. & partem quarti artic. attendens mater Natio quod Ambaſſiatores
» Vniuerſitatis qui nouiſſimè redierant de Curia Regis ex parte D. Can-
» cellarij Franciæ præfatum D. Epiſcopum Meldenſem pro dicto officio
» Conſeruatoris faciebant multipliciter recommiſſum Vniuerſitati & quod
» prædictæ litteræ Regiæ fuerant expeditæ ipſi Domino Siluanectenſi Epiſ-
» copo ex menſe Auguſti, cum Rex eſſet apud S. Theodoricum propè
» Rhemis, contemplatione præfati D. Cancellarij Franciæ, qui multum
» fauorabiliter præfatos noſtros Ambaſſiatores tractauerat, & Confirma-
» tionem Priuilegiorum Regiorum Vniuerſitatis expedierat, ipſum Con-
» ſeruatoris officium contulit Reuerendo Patri D. Epiſcopo Meldenſi præ-
» dicto. Quo ad 2. art. adhuc diſtulit Natio materiam de Ambaſſiata tranſ-
» mittenda ad Rom. Curiam, vſque ad regreſſum Ambaſſiatorum Regiorum
» ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſſorum. Quod autem ad ſupplicationem
» D. Epiſcopi Carnotenſis, ſtabat in aliàs deliberatis. Vlterius tamen vo-
» lebat quod per paucos ſolemnes Deputatos adinueniretur modus Con-
» cordiæ inter Epiſcopum Reuerendum in Chriſto Patrem & ipſam Decre-
» torum Facultatem.

EPISCOPVS CARNOT. DOCET ET REGIT. IN DECRETIS.

Idem Procurator ſcribit ad diem 23 Martij. Supplicauit (in Comitijs Math. Centuriatis) *D. Epiſcopus Carnotenſis contra Facultatem Decretorum pro Regentia & pro retardatione Baccalariorum qui non fuerunt ab eo examinati à ſua licentia.* Et quoad primam partem ſuæ ſupplicationis Natio ſtabat
» in aliàs deliberatis, *reputans ipſum Regentem in Facultate Decretorum.* Quod
» autem ad 2. partem, non placebat Nationi retardatio ipſorum Baccala-
riorum in Decretis. Hinc patet Epiſcopum Carnotenſem rexiſſe in Decretis.

Die 12. Aprilis D. Epiſcopus Meldenſis Conſeruator electus contulit officium Scribæ in Curiâ Conſeruationis D. de Maſangarbe Rectori, & ille ſtatim præſtitit iuramentum in ijſdem Comitijs fruſtra reclamante M. Ioanne Chambetin antiquo ſcriba qui officij ſui prorogationem ab ipſo ſummo Pontifice obtinuerat, ſiquidem obeunte Conſeruatore officiorum diſpoſitio penes erat ſucceſſorem.

1462. Die vltima eiuſdem menſis anni vero 1462. actum eſt in Comitijs Mathurinenſibus de Appellatione prædicti Chambetin ad Curiam, rogauitque Rector adeſſe ſibi Vniuerſitatem, & concluſum omnem ei opem operamque præſtandam; quia verò Chambetin non contentus appellatione litteras Excommunicatorias impetrauerat contra ipſum Rectorem & Proceres, *ſupplicauit Decanus Facultatis Decretorum pro punitione ipſius Chambetin, qui auſus eſt impetrare excommunicatorias litteras contra Rectorem Vniuerſitatis, Decanos, Facultatem & Procuratores Nationum contra Priuilegia noſtra Apoſtolica quibus eſt Nobis indultum ne Rector, Decani, aut Procuratores, ſeu quicumque alij poſſint excommunicari pro cauſa Vniuerſitatis.*

Die 19. Iunij in Comitijs Mathurinenſibus auditæ ſunt querelæ aduerſus Monachos San-Dionyſiacos, qui ſibi ius in rem Pergamenariam nundinis Indictalibus arrogare contendebant. Item relatum eſt emanaſſe

quandam Bullam à ſummo Pontifice iuxta Regis poſtulata, quâ caueba- 1462.
tur vt viri tam Religioſi quàm ſeculares, Scholaſtici & alij quocumque Priuilegio ſuffulti octauam Vini venditi *Ad debitolium*, vt aiebant; *en detail*, perſoluerent: ſed quia nondum executioni demandata fuerat, ideo nihil ea de re tunc concluſum eſt.

Die 23. contentio fuit de Rectoratu inter MM. Euſtatium Carbonnier & Andream Waſſelium, quorum vterque renunciatus fuerat Rector. Rector antiquus Euſtatio fauebat, Procuratores excepto Normano, omnes optabant Waſſelium Rectorem. Eum itaque Procurator Franciæ Pileo Rectorio inſigniuit: ſic enim M. Ioannes Leſtournel tunc Procurator Nationis Gallicanæ loquitur. *Verum*, inquit, *Dominus pro tunc Rector noluit eidem vt debebat, dare biretum; neque ipſum vt decebat, in poſſeſſione Rectoriæ ponere, Ego tanquam Decanus aliorum Procuratorum eum birretaui, & in poſſeſſionem realem & actualem Officij Rectoriæ poſui: & iuramenta ſolita fecit, & receſſit dictus M. Euſtatius, hoſpite inſalutato.* Crediderim tamen turbatum fuiſſe Waſſelium: nam ad tertium Iulij lego conuocatam fuiſſe Vniuerſitatem apud S. Mathurinum, per DD. Decanos & Procuratores ſingularum Facultatum & Nationum: quod non feciſſent, ſi Rector iure ſuo vti liberè potuiſſet. Imo credibile eſt Carbonarium tandem Rectoratum obtinuiſſe: quippe in Actis 25. Octob. vocatur *Antiquus Rector*.

Porro in Comitijs die 3. Iulij celebratis actum de Bullâ illâ Pontificiâ de qua ſupra; & concluſum quod Pœnitentiarius Eccleſiæ Pariſienſis vnà cum Decanis & Procuratoribus alioque inſigni Comitatu Magiſtrorum adiret Curiam Electorum, eiſque patefaceret, quanta inferrentur & inferenda eſſent Clero & Vniuerſitati grauamina, ſi Bullæ prædictæ locus eſſet. Vniuerſitati ſeſe adiunxerunt Clerus & Epiſcopus Pariſ. quorum nomine M. Ioannes Treſſart proteſtatus eſt ſe appellaturum. Electi, re cum Conſiliarijs Regis communicata, reſponderunt, non poſſe ſe executionem morari: cum Vniuerſitate tamen acturos quàm mitiſſimè & humaniſſimè. Quibus verbis non contenti Oratores qui miſſi fuerant, ore D. Pœnitentiarij appellarunt. Itaque die 23. eiuſdem menſis Oratores nominauit Vniuerſitas M. M. Ioannem Panetchar & Nicolaum Dentis qui Regem ſuper ea re adirent, eumque de grauaminibus illatis & inferendis admonerent, & rogarent amoueri. Verum parum illi profecerunt.

Die 13. Sept. in Comitijs Mathurin. Lectæ fuerunt litteræ Vniuerſitatis Andegauenſis conformes menti & voluntati Academiæ Pariſ. quoad Bullam prædictam. Item lecta Exemplaria litterarum ad ſummum Pontificem tranſmittendarum, ad Cardinales, ad Regem, ad Principes & Proceres qui Conſilio Regis intererant, vt Vniuerſitatis Priuilegia tueri dignarentur. Inſuper Oratores cum Oratoribus Andegauenſibus mitti placuit. Et die 5. Octob nominati ſunt MM. Ioannes Huë, Io. Panetchar, Nicol. Dentis & M. Io. Fournier.

Die 25 Octob. in Comitijs Facultatis Artium apud S. Iulianum habitis actum eſt de Reformatione ipſius Facultatis, præſertim quoad domos in quibus Artiſtæ diuerſabantur. Reformatores quatuor Electi, pro Natione Franciæ ipſe Procurator, pro Natione Picardiæ M. Andreas Waſſelin, pro Normania Arnoldus Alouf, pro Germania M. Dauid Darchas.

Die 4. Nouembris in Comitijs Vniuerſitatis apud Mathurinenſes habitis lectæ ſunt litteræ Oratorum qui ad Regem miſſi fuerant, quibus illi ſpem dabant conſeruandi Priuilegij. Placuit ijs reſcribere, præſertim verò mandare ne quas habebant ſecretas inſtructiones, aperirent, niſi præſente Rege. Placuit etiam Magiſtros deligere & mittere ad Conſiliarios Regis, qui reſponſum Vniuerſitatis ſuper impoſitione *Quartæ* vini vendibilis, vt vocabant, *ad debitolium*, ſignificarent.

Die 6. eiuſdem menſis in Comitijs Vniuerſitatis Oratores Conſilij Regij reſponſum retulerunt, diſplicere Regi quod Vniuerſitas commouiſſet cæteras Regni Vniuerſitates: Mandari Rectori, Decanis & Procuratoribus

1462. vt certa die se se sistant. Placuit mitti selectos & per eos excusari factum: non ideo ad alias Vniuersitates scriptum quò commouerentur ad seditionem, sed vt plurium preces plus valerent quàm vnius, simulque omnes Regi supplicarent, quatenùs iunctis omnium precibus, indulgere vellet quod petebant. Cæterum si Præpositi illi Regij vexare pergerent Vniuersitatem continuis interdictis, vel mandatis & Iussionibus, placuit cessari à lectionibus; insuper vero Excommunicatione, appellatione, aut quouis alio modo defendi Priuilegia, idque de Iurisperitorum consilio. Itaque in ijsdem Comitijs nominati viri qui Præpositos adirent.

Die 17 in Comitijs apud Bernardinos habitis actum est de responso dando Consilio Regis: à quo interdictum fuerat Rectori die 8. huius mensis, ne scriberet alijs Vniuersitatibus, iussumque vt Edictis Regijs super solutione *Quartæ Vinariæ ad Debitolium, pareret.* Displicuit Vniuersitati modus iste procedendi: conclusit tamen & respondit semper se pariturum Mandatis Regijs, provt semper paruerat, *in licitis & honestis*; & in ijs quæ *non sint contra Iuris diuini & naturalis dispositionem*; & quæ non emergant in detrimentum salutis æternæ & destructionem *totius status Ecclesiæ.* Quoad inhibitiones verò, non placuit tunc aliud dare responsum, *nisi quod Vniuersitas se custodiret* de male capiendo, gallicè *de mesprendre.*

Die 24 Nouemb. in Comitijs apud Bernardinos habitis legati qui ad Regem ab Vniuersitate missi fuerant, retulerunt satis gratum à Rege responsum, eum scilicet velle Filiam suam suis gaudere Priuilegijs sartis tectisque, sibi tamen non placere quod Magistri vinum distrahant. Itaque in ijsdem Comitijs sic conclusum. *Quod inhibeatur omnibus & singulis Suppositis Vniuersitatis & Officiarijs eiusdem ne vendant vinum ad debitolium, siue ad minutum, sub pœnâ priuationis & periurij, donec aliter fuerit per Vniuersitatem ordinatum. Displicet insuper quod ludantur ludi inhonesti; vultque omnibus Scholaribus & Suppositis ipsius Vniuersitatis inhibeatur sub [illegible] pœnâ ne de cetero ludant inhonestos ludos, maximè statum Principum & [illegible] tangentes. Quodque iniungatur [illegible], ne permittant hoc fieri in suis domibus, sed prius examinentur ludi per eos.* De hac re sequenti anno.

In consecutis Comitijs de rebus leuibus actum video: de Rotulo Nominandorum: de Prouisione Suppositorum Vniuersitatis: de mittendis Romam Legatis & Portitoribus Rotulorum.

Die 22. Martij conuenit Vniuersitas ad deliberandum de remedio contra Priuilegiorum Infractores afferendo præsertim verò in eo; quod extra muros Parisienses Magistri traherentur, nec vlla haberetur ratio studiorum. Quod de re sic habetur in Actis.

„ Anno Domini 1462. die 22. Martij fuit Vniuersitas Parisiensis, apud B.
„ Mathurinum super duobus articulis congregata quorum primus duo
„ continebat. Primò continebat fractionem & omnimodam destructionem
„ Priuilegiorum Principalium almæ Vniuersitatis tam Papalium quam Re-
„ galium; & quoad hoc per D. Rectorem fuit expositum, quomodo *Sup-*
„ *posita modernis temporibus extra muros Parisienses dietim trahebantur & res-*
„ *pondere cogebantur in Romana curia tam in Causis quàm alijs* Ecclesiasticis
„ quod est directè venire contra Priuilegia Apostolica ipsius Vniuersitatis;
„ de quibus gauisi sumus tam longo tempore & gaudemus, quod memoria
„ in contrarium non habetur. *Quæ quidem Priuilegia fuerunt causa permanen-*
„ *tiæ Vniuersitatis in suo robore & manutenentia suorum Suppositorum in studio;*
„ ipsorum autem destructio in dissipationem ipsius Vniuersitatis & Suppo-
„ sitorum eius, quin etiam Regalia nostra Priuilegia abolentur; quia Vni-
„ uersitas Parisiensis quæ debet esse libera, tributaria ad instar vulgarium
„ facta est. Secundo concernebat prouisionem Suppositorum Vniuersita-
„ tis, quia temporibus modernis si sic permaneant non est aliqua spes de
„ prouisione suorum suppositorum. Et quoad hæc *ab omnibus Nationibus*
„ *& Facultatibus fuit* conclusum quod mitteretur vnus de Suppositis ip-
„ sius Vniuersitatis opere & sermone potentissimus ad Regiam Maiesta-
„ tem, qui institutionibus bonis muniretur, cum litteris Commendatorijs

ex

ex parte Vniuerſitatis poteſtati regiæ præſentandis in quibus litteris de- "
clarabuntur grauamina, inconuenientia & infirmitates, quæ dietim Vni- " 1463.
uerſitas percipit ſibi contingere, ac etiam in eiſdem imploretur ſuum "
auxilium vt ſe noſtrum apud Romanum Pontificem velit eſſe mediato- "
rem; & is qui eligetur, tranſiturus eſt ad regiam Curiam cum ambaſiatis "
de Parlamento & vrbis Pariſienſis communitate. Secundus art. fuit com- "
munis ſuper ſupplicationibus. Acta fuerunt hæc anno, menſe & die qui- "
bus ſupra præſentibus ad hæc viris notabilibus M. Antonio de Buſto Re- "
ceptore Nationis Picardiæ, M. Roberto Maſengarbe Scriba Conſerua- "
tionis, Io. de Congrier, Richario Boulart & nonnullis alijs, teſte meo ſi- "
gno manuali hîc poſito; ita eſt. N. Eſtiuier cum ſyngrapha. "

Anno 1463. menſe Maio Rex datis ad Curiam Parlamentæam litteris vult Regaliæ Iura ſeruari, eaque ipſi Curiæ cuſtodienda committit. Præterea vult modum afferri Collationibus Beneficiorum, citationibus & cauſarum euocationibus quæ fiebant à Curia Rom. atque in eam rem conſuli Magiſtros Vniuerſitatis Pariſienſis.

NOs Amez & Feaux, Nous auons receu les lettres que écrites nous "
auez par M Iean Boulenger Preſident, Iean Henry Conſeiller en "
noſtre Cour de Parlement, Guillaume de Gannay noſtre Aduocat & Iean "
de S. Romain noſtre Procureur general, leſquels auons oüis & fait oüir "
à plain, ſur le contenu és Inſtructions que leur auez ſur ce baillées: Sur "
quoy vous faiſons ſçauoir que noſtre plaiſir & volonté eſt que nos droits, "
tant de regale de la connoiſſance des cauſes Beneficiales & Eccleſiaſti- "
ques en matieres de nouuelleté, que autres dont nous & nos Predeceſ- "
ſeurs de tout temps & ancienneté auons iouy & vſé; auſſi l'authorité & "
ſouueraineté de nous & de noſtredite Cour de Parlement, ſoient par "
vous entierement entretenus, obſeruez & gardez; & que les Infracteurs "
& ceux qui ont fait & feroient doreſnauant au contraire, ſous ombre ou "
couleur de Bulles Apoſtoliques ou autrement, ſoient par vous contraints "
par toutes voyes & manieres que verrez eſtre à faire à reuoquer & faire "
reuoquer, annuller & mettre au neant tout ce qui ſeroit ou auroit eſté "
fait au contraire, & à ceſſer doreſnauant, & en outre ſoient punis ſelon "
l'exigence du cas indifferemment & ſans aucun épargner & que le Pro- "
cez commancé en noſtredite Cour, à la requeſte de noſtre Procureur ge- "
neral à l'encontre du Cardinal de Conſtance, pour raiſon des choſes deſ- "
ſuſdites, ſoit par vous jugé & determiné, à telle fin que verrez eſtre à "
faire par raiſon. Et pour obuier aux Cenſures emanées de Cour de Rome "
par Bulles ja obtenuës & impetrées ou à impetrer: Auons ordonné & "
commandé à noſtre Procureur general, & voulons que pour nous & pour "
tous nos autres Officiers, Subjets & adherants, il interiette appellations "
ou proteſtations au prochain Concile à venir, ou autrement proceder en "
cette matiere ſelon la forme & maniere qui ſera par vous *aduiſée, appellez* "
à ce aucuns de l'Vniuerſité de Paris & autres de nos Conſeillers, tels que verrez "
eſtre à faire, à laquelle Vniuerſité Voulons leſdites Bulles & autres ſemblables "
preiudiciables à nous, nos droits, & au bien public de noſtre Royaume, eſtre com- "
muniquées, quand verrez que beſoin ſera & que la matiere ſera diſpoſée, afin de "
proceder au remede tel qu'il appartiendra. Et quant à la vexation, in- "
quietation & moleſtation à venir, & qui pourroient doreſnauant aduenir "
à cauſe de la confuſion & deſordre qui eſt comme nous auez fait remon- "
trer, tant és Collations & Prouiſions des Benefices, Citations, Moni- "
tions, Cenſures, Cauſes & Procez de Cour de Rome; comme autrement, "
Nous vous *Mandons que appellez aucuns Notables hommes, tant de ladite Vni-* "
uerſité de Paris que autres, vous aduiſez ſur ce les Prouiſions conuenables "
& neceſſaires, & icelles nous enuoyez pour en ordonner ainſi que ver- "
rons eſtre à faire. Donné à Muret en Comminge le 24. May. Signé "
Loüis. Et au deſſus. A nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens de noſtre "
Parlement à Paris. "

1463. Curia acceptis, hiſce litteris, vocat die 16 Iunij Rectorem, Decanos & Procuratores, mentemque Regis aperit, & iubet deligi viros conſultos, qui cum Senatoribus conſilium ineant. deliguntur poſtridie in Comitijs Mathurinenſibus, ſed hac lege ne quidquam decidant inconſultâ Vniuerſitate. Demum Rex habito eiuſmodi conſilio, edixit die 20 Febr. contra exactiones Curiæ Rom. & pro conſeruatione Iuris Regaliæ, vt infra patebit.

Die 7. Octob. Facultas Artium decernit aduerſus vagos Scholares, vulgo Martinetos, qui de Collegio in Collegium diſcurrebant, renouatque ſtatutum aliàs factum, Rectore M. Io. Peron. Addit quoque nonnullos Articulos à Rectore confectos, & tandem die 23. eiuſdem menſis tale Decretum emittit.

STATVTVM CONTRA BEJAVNOS ET MARTINETOS.

» Sanè quia prætermittenda non eſt in Domeſticis diſciplina; ſed ab eis
» potius inchoanda ad obuiandum inſolentijs quæ per eos committuntur
» qui vulgariter Martineti nuncupantur, Scholares fictitiè ſe iactantes, Præ-
» clara Artium Facultas maturâ prius deliberatione repetitis vicibus præ-
» habitâ, concluſit, ſtatuit & ordinauit quod nulli de cætero in ipſâ Artium
» Facultate tempus acquirent, neque eiſdem ſigillum Rectoris, aut Procu-
» ratoris, aut ſigneta Pædagogorum & Regentium pro examinandis ad gra-
» dum Baccalaureatus, aut licentiæ expedientur, niſi per tempus ſufficiens
» ad gradum obtinendum moram traxerint in Collegio, Pædagogio, aut
» domo ſuorum parentum, aut alicuius notabilis viri in aliqua 4. Faculta-
» tum Regentis, aut ſtudentis, gratis ſeruiendo. Præterea decreuit quod
» nulli Scholari dictæ Facultatis recedere liceat, imò verius diſcurrere de
» domo ad exteram domum niſi in præſentia Facultatis, aut ſuæ Nationis
» cauſam ſufficientem & ſpecialem ſui receſſus allegauerit. Inhibuit quo-
» que Magiſtris, Pædagogiſtis & Regentibus, ſub pœnis periurij & priua-
» tionis à Regentia, ne tales in ſuis domibus vllatenus ſuſcipiant, & Bidel-
» lis, ne ad actum Scholaſticum exercendum, aut gradum ſuſcipiendum in
» vico Straminis introducant; Voluitque ipſa Facultas hanc Concluſionem
» legi & publicari annuatim per Bidellos in vico ſtraminis, Sermonibus pu-
» blicis, Pædagogijs, domibus, aut Collegijs & alijs locis vbi opportu-
» num fuerit, & in libris Rectoris & Procuratorum ad perpetuam rei me-
» moriam, & in aulâ dictorum Pædagogiorum, Domorum, Collegiorum
» & in loco patenti inſcribi & affigi. Et placuit per dictos Rectorem & Pro-
» curatores ac etiam Examinatores Baccalaureandorum in ſui nouâ crea-
» tione prædicta iuramento firmari. Datum in Congregatione Facultatis
» anno Domini 1463. die 23. menſis Octob.

Die 25 Octob. actum eſt de receptione Ducis Sabaudi quem Rex mandauerat ſolitis honoribus excipi. Et in hanc rem ſequentibus Comitijs factæ ſunt duæ Concluſiones, vnanimiterque omnes conſenſerunt in Oratorem M. Thomam de Courcellis. Et tandem die Dominica 6. Nouemb. Rector cum copioſiſſima multitudine Magiſtrorum ex ſingulis Facultatibus & Nationibus profectus eſt ad atrium, ſeu vt vocant, Paruiſum Baſilicæ B. Mariæ, ibique expectauit dicti Ducis aduentum. *Fueruntque* (in actis Nationis Gallicanæ) *DD. Procuratores, Doctores & pariter Regentes in magno numero capati extra Eccleſiam ex vna parte; & Eccleſia Pariſienſis ex altera parte cum Prælatis plurimis; & ibidem fecit verbum D. Decanus Pariſienſis pro matre Vniuerſitate, & ſoluit D. Receptor pro Regentibus capatis Nat. Gall. ſecundùm Concluſionem Nationis 16. ſolidos Pariſienſes.*

Die Iouis 26. Ian. in Comitijs Mathurinenſibus per D. Rectorem conuocatis, actum eſt de proſequendo funere Mariæ Reginæ quondam Karoli VII. Coniugis; qua de re ſic ſcribit M. Eurardus Vlade Procurator Nationis Gall. *Quoad primum, deliberatum extitit & aduiſatum quod Dominus meus D. Rector vnà cum quatuor Procuratoribus quatuor Nationum, cum cæteris Doctoribus & Magiſtris totius Vniuerſitatis irent obuiàm corpori defunctæ ſupradictæ Reginæ vſque ad Eccleſiam FF. Prædicatorum, & ibidem exſpectarent illud, ipſoque corpore apportato vſque ad dictum locum, illud conducerent*

& aſſociarent vſque ad Eccleſiam B. Mariæ Pariſ. & quod in dictâ Eccleſiâ D. Rector Vniuerſitatis vna cum quatuor Procuratoribus præfatis & Decanis ſingularum Facultatum intereſſent in vigilijs & ſederent in magnis Cathedris & ſuperioribus. Itaque D. Rector in eiſdem poneretur, ita quod reſpiceret facie ad faciem Epiſcopum Pariſienſem, eo ſedente in oppoſitum. 1463.

Die 20. Febr. Rex exactiones Curiæ Rom. ſolemni edicto repreſſit, quod habetur in Reg. Membranaceo Epiſcopi Pariſienſis, *de Temporalitatibus.*

Contra Exactiones Curiæ Romanæ.

LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſinceram in Chriſto dilectionem & præſentibus fidem indubiam adhibere. Notum facimus quod conſtitutis in Curia noſtra Parlamenti quamplurimorum Principum, Prælatorum, Procerum, Baronum & Dominorum temporalium, *nec non Dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Studij Pariſienſis, ac plurium Capitulorum, Collegiorum & Conuentuum Eccleſiaſticorum Procuratoribus*, pro parte eorundem grauiter conquerendo eidem Curiæ noſtræ fuit expoſitum, quod quamuis Eccleſiarum & Reipub. Regni noſtri ſimus Protector, Conſeruator & Defenſor ex debitoque Regalis authoritatis & adminiſtrationis Reipub. à Deo nobis commiſſæ teneamur intendere, ne ipſæ Eccleſiæ debitis fraudentur obſequijs, ſintque fructus earundem Eccleſiarum & Beneficiorum quorumcunque, tam ſecundum diſpoſitionem Conciliorum Generalium & Iurium quàm ſecundùm piam intentionem Fundatorum ordinati ad ſuſtentationem miniſtrantium in diuinis, ipſiuſque diuini cultus augumentum, ad alimentationem pauperum, redemptionem Captiuorum, Eccleſiarum, ſuorumque ædificiorum reparationem, terrarum, hereditagiorum & poſſeſſionum Eccleſiæ culturam, Iurium ipſorum conſeruationem, cæterorumque onerum incumbentium ſupportationem, adeo etiam quod bona per Prælatos poſt eorum obitum dimiſſa futuris debent ſucceſſoribus reſeruari in vtilitatem Eccleſiæ conuertenda, niſi forte in illis locis Regni, vbi de vſu & conſuetudine notoriè obſeruatis, & aliàs licitum ſit Prælatis ipſis & alijs viris Eccleſiaſticis de eiſdem bonis facere teſtamentum & alijs de ipſis diſponere quibus etiam ab inteſtato in dictis bonis ſecundum conſuetudinem & obſeruantiam ſupradictas tam ſui quàm ipſi ſuis ſuccedunt hæredes, tum etiam in multis caſibus nos & nonnulli Domini temporales ad cauſam dominij & iuriſdictionis temporalis ſuccedimus. *Quodque anno Domini 1268. menſe Martij glorioſæ memoriæ S. Ludouicus quondam Rex Franciæ prædeceſſor noſter ſuo Edicto perpetuo ordinauerit onera & exactiones pecuniarum per Curiam Rom. Eccleſiæ Regni noſtri tunc impoſitas ſeu impoſitæ, ac etiam in futurum imponendas, quibus Regnum ipſum tunc miſerabiliter depauperatum extabat, nullatenus debere leuari & colligi, niſi forte pro rationabili, pia & vrgentiſſima cauſa, vel incuitabili neceſſitate, & etiam de ſpontaneo & expreſſo conſenſu Regis & Eccleſiæ Regni prout hæc expreſsè in litteris dicti Edicti plenius continentur.* Et quamuis plures Francorum Reges prædeceſſores noſtri ſupradicti glorioſi & ſancti Regis Ludouici veſtigia inſequendo pro conſeruatione Eccleſiæ Gallicanæ ac Reipub. Regni noſtri, habito ſuper hoc conſilio plurium Principum proſapiæ Regalis, necnon Prælatorum & aliorum virorum Eccleſiaſticorum Eccleſiam dicti Regni repræſentantium ſuis edictis & Ordinationibus, diuerſis temporibus factis & promulgatis & in Regiſtris dictæ Curiæ noſtræ Parlamenti ad perpetuam rei memoriam regiſtratis hoc idem ſanxerunt, *& præcipuè bona Prælatorum & virorum Eccleſiaſticorum decedentium tam ſecularium quàm Regularium, quæ ſpolia defunctorum interdum nuncupantur, nullatenus per Papam ſeu Romanos Pontifices, aut ſuos Officiarios reſeruari nec vſurpari, & multa alia ſalubria pro conſeruatione, manutentione & protectione Eccleſiarum noſtri Regni, ac Miniſtrorum ibidem Deo ſeruientium, ac Reipub. Regni noſtri & noſtrorum Iurium Regalium*

„ *ordinauerunt & Edicto perpetuo obſeruari inuiolabiliter mandauerunt.* Nihilo-
1463. „ minùs tamen Pius Papa modernus bona Prælatorum & virorum Eccleſia-
„ ſticorum decedentium tàm ſecularium quàm Regularium, quæ nonnulli
„ *ſpolia defunctorum* appellant, necnon dimidiam partem fructuum omnium
„ Beneficiorum incompatibilium quæ dicti viri Eccleſiaſtici, & illorum qui
„ Commendam obtinent, ac etiam certam portionem, ſeu queſtam bono-
„ rum perſonarum ſecularium tam nobilium quàm ignobilium eius Came-
„ ræ Apoſtolicæ per eius certas Conſtitutiones, ſeu litteras à paucis diebus,
„ vt dicitur, apud Romam editas applicanda eſſe ſtatuit & decreuit. Quæ
„ præmiſſa ſi in Regno noſtro tolerarentur, Eccleſijs dicti noſtri Regni mul-
„ ta grauamina & incommoda afferrent, eo quod ipſæ ad Monaſteria eiuſ-
„ dem Regni noſtri & eorum ædificia quæ etiam à paucis diebus propter
„ guerras quæ, proh dolor! diu in Regno noſtro viguerunt, pro maiori par-
„ te lapſæ ſunt in ruinam, multis in locis dicti Regni irreparabiliter corrue-
„ rant, poſſeſſiones & hereditagia inculta remanerent, immobilia & pretio-
„ ſa Reliquiarum vaſa, Eccleſiaſtica ornamenta, Calices, libri & ſimilia vili
„ pretio diſtraherentur, Eccleſiæ debitorum importabilium mole onera-
„ rentur, Miniſtri & Deo ſeruientes à diuino ſeruitio retraherentur, & tan-
„ dem multi mendicari compellerentur atque in maximam penuriam re-
„ digerentur, *Regnum noſtrum quod inter alia Regna virtute ſcientificis communi-*
„ *ter floruit, nimium vacuaretur, in magnum præiudicium fidei Chriſtianæ detri-*
„ *mentumque vniuerſalis Eccleſiæ, ac Reipub. Chriſtianiſſimi Regni noſtri:* his
„ etiam modis Regnum ipſum pecunijs & opibus plurimùm depauperatum
„ redderetur, ſubditi noſtri tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares exheredaren-
„ tur, Iura noſtra temporalia & Coronæ noſtræ, necnon iura plurimorum
„ Dominorum temporalium, ſubditorum noſtrorum læderentur & minue-
„ rentur, ac innumera vixque enarrabilia ſcandala orirentur. Quæ ſecun-
„ dum Deum & conſcientiam tolerari non poterant, aut debebant. Ob
„ quod præfati Exponentes prædictæ Curiæ noſtræ ſupplicauerunt ad Dei
„ laudem, fidei & diuini cultus conſeruationem & honorem, Reique publi-
„ cæ Regni noſtri manutentionem & conſeruationem ſuper præmiſſis, de
„ remedio opportuno prouideri, Decreta SS. Patrum, Conciliorum Gene-
„ ralium & præcedentium ſummorum Pontificum, ac etiam prædictas Or-
„ dinationes & dicta Regia inſequendo. Qua ſupplicatione ſic facta pro
„ parte Procuratoris noſtri Generalis in dicta Curia noſtra ad hoc præſen-
„ tis habita deliberatione ſuper præmiſſis cum Aduocatis noſtris fuit pro-
„ poſitum, quod materia dictæ ſupplicationis plurimum concernebat iura,
„ priuilegia, prærogatiuas, authoritatem & ſuperioritatem coronæ noſtræ
„ & Iuriſdictionis temporalis Regni noſtri, ac iura ſubditorum noſtrorum,
„ quæ non ſolum læderentur, imò potius eneruarentur, niſi ſuper præmiſ-
„ ſis de Iuris & Iuſtitiæ remedio prouideretur. Petens & requirens idem
„ Procurator ſuper præmiſſis per prædictam Curiam noſtram de remedio
„ ſimiliter prouideri opportuno, iura Coronæ noſtræ & alia iura noſtra tem-
„ **poralia & Iuriſdictionis temporalis Regni noſtri, necnon ſubditorum ip-**
„ ſius Regni illæſa conſeruando. Auditis igitur per eandem Curiam no-
„ ſtram dictis ſupplicationibus & requeſtis, ac per eam viſis, dictis Edictis
„ & Ordinationibus præfati S. Ludouici Franc. Regis & aliorum prædeceſ-
„ ſorum noſtrorum ſuper hoc factis; habita matura deliberatione ſuper præ-
„ miſſis cum plurimis Gentibus de noſtro conſilio, conſideratis inſuper
„ circa hoc attendendis & conſiderandis, & quæ eandem Curiam noſtram
„ in hac parte mouere poterant & debebant, præfata Curia noſtra, ſupra-
„ dictas Ordinationes & Edicta inſequendo quod ſubſidia & onera præmiſ-
„ ſa, ac alia ſimilia quæ Collectores, Subcollectores & alij Officiarij, ſeu
„ Commiſſarij Romanorum Pontificum, prætextu, ſeu ſub colore Conſti-
„ tutionum ſupradictarum & aliarum ſimilium ſupradicta onera concernen-
„ tium in futurum leuare & exigere niterentur, minimè leuabuntur, col-
„ ligentur, aut exigentur. Et inſuper quod omnibus & ſingulis Officiarijs
„ noſtris, prout ad eos pertinuerit, iniungetur & mandabitur, prout etiam

iniungimus & mandamus, ne de præmiſſis oneribus & ſubſidijs prædictis Collectores, Subcollectores, aut eorum Commiſſos quidquam exigi, colligi, aut leuari, nec dictos viros Eccleſiaſticos & alios quoſcunque ſubditos noſtros propter hoc citari, inquietari, aut moleſtari permittant, ordinauit & ordinat. Quocirca omnibus ſupradictis Bailliuis, Seneſchallis & alijs Iuſtitiarijs Regni noſtri cæteriſque Officiarijs & Subditis noſtris & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, committimus & mandamus ipſis diſtrictiùs iniungendo, quatenùs Ordinationem dictæ Curiæ noſtræ teneant, cuſtodiant & conſeruent, & ab omnibus ſubditis noſtris inuiolabiliter faciant in omnibus & per omnia obſeruari. Eaque in locis eorum Diſtrictuum & Iudicaturarum inſignibus proclamari & palàm publicari, ne quis eorum ignorantiam prætendere valeat, faciant & procurent: Omnes & quaſcunque perſonas rebelles, inobedientes, ac contra venientes, ſeu attentantes cuiuſcunque ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, adhoc per captionem ſuæ temporalitatis & perſonarum ſuarum, ſi opus fuerit, cogendo, ſeu compellendo, ac taliter puniendo quod cæteris cedat in exemplum. Volumus autem Tranſcripto, ſeu Vidimus præſentium Litterarum ſub ſigillo Regio confecto talem & tantam fidem abhiberi ſicut præſenti Originali. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parlamento noſtro 17. die Feb. anno Domini 1463. & Regni noſtri 3. 1463.

Sic ſignatum ſuper plicam, per Cameram pluribus Prælatis, Nobilibus & alijs Gentibus noſtri conſilij præſentibus, CHENETEAV. Et in dorſo ſic erat ſcriptum. Lecta publicata & regiſtrata Pariſius in Parlamento die 20. Feb. anno Domini 1463. Sic ſignatum CHENETEAV, Vide ad annum ſequentem alia eiuſdem Regis in eandem rem Edicta.

VNIVERSITAS NANNETENSIS.

Die 21. Martij in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt de modo impediendi quominus erigeretur Vniuerſitas Bituricenſis, concluſumque tandem ſcribendum ad ſummum Pontificem & ad Regem mittendoſque Oratores qui rationibus clariſſimis demonſtrarent quantopere numerus Vniuerſitatum iam Eccleſiæ nocuiſſet, nocituruſque eſſet deinceps, ſi augeretur. Verum eodem anno Pius Pontifex Aremorici Ducis hortatu ac precibus adductus Nannetis Vniuerſitatem Studiorum erexit, data Bulla Senis pridie non. April.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Inter felicitates quas mortalis homo in hac labili vita ex dono Dei nanciſci poteſt, ea non in vltimis computari meretur quod per aſſiduum ſtudium adipiſci valeat ſcientiæ margaritam, quæ bene beateque viuendi viam præbet, ac peritum ab imperito ſua precioſitate longe faciat excellere, & ad mundi arcana cognoſcenda dilucide inducit, ſuffragatur indoctis, & in infimo loco natos inducit in ſublime. Et propterea Sedes Apoſtolica rerum ſpiritualium & etiam temporalium prouida miniſtratrix, cuiuſuis laudabilis exercitij perpetua & conſtans adiutrix, vt eò faciliùs homines ad tam excelſum humanæ conditionis faſtigium acquirendum, & acquiſitum in alios refundendum ſemper cum augmento quæſiti facilius inducantur. Cum aliarum rerum diſtributio maſſam minuat, ſcientiæ verò communicatio quantùm in plures diffunditur, tantò ſemper augeatur & creſcat, illos hortatur, eis loca præparat & opportunæ commoditatis auxilia impartitur, Catholicorum Principum votis fauorabiliter annuendo. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius nobilis vir Franciſcus Britonum dux ſui Ducatus Britanniæ in quo nouem Eccleſiæ Cathedrales, Ciuitates inſignes, & totidem Diœceſes abinuicem diſtinctæ, notabilia Monaſteria & Beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia & regularia, copioſuſque tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium, Nobilium & ignobilium populi numerus conſiſtunt, ac eiuſdem populi ſtatum proſperari cupiens, ac cognoſcens, quod ſi in aliqua Ciuitate earundem, ſtudium vigeret litterarum generale, quamplures eiuſdem populi quorum

" aliqui ſtudiorum litterarum per eos inceptorum deſertores efficiuntur;
1463. " Alij vero qui ipſi ſtudio operam dare cogitant, ab eo retrahuntur, per-
" fectam acquirerent ſcientiæ margaritam, non mediocriter ipſi ſtatui pro-
" futuram: Cupit pro Reipublicæ ac incolarum eiuſdem Ducatus aliorum-
" que ad ipſam margaritam anhelantium vtilitatem in vna ex ciuitatibus
" ipſis vberrima, videlicet Nannetenſi ad quam flumen Ligeris ſpatio du-
" centorum milliarium & vltra nauigabilis à partibus Franciæ: & deinde ad
" portum maris ipſi Ciuitati Nannetenſi multum accommodum tendit, &
" per quod omnia vitæ humanæ neceſſaria & ad eandem ciuitatem nauali
" & carbaſorum vſu vehi poſſunt, & in qua aëris viget temperies, victua-
" lium vbertas, cæterarumque rerum ad vſum vitæ humanæ huiuſmodi per-
" tinentium copia reperitur, plurimum deſideret fieri & ordinari per ean-
" dem ſedem Studium generale in qualibet licita Facultate.

" Nos igitur præmiſſa & etiam eximiam ipſius Ducis & prædeceſſorum
" Britanniæ Principum fidei deuotionem, ſinceritatem, quam ad nos &
" Romanam Eccleſiam, cui ſemper plenarie ac conſtanter obediuiſſe ſine
" varietate comprobantur, attentè conſiderantes, feruenti deſiderio duci-
" mur, quod Ducatus prædictus ſcientiarum ornetur muneribus, itavt vi-
" ros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornati-
" bus, & diuerſarum Facultatum dogmatibus conditos, ſitque ibi fons ir-
" rigans de cuius plenitudine hauriant vniuerſi Chriſti Fideles vndique il-
" lic affluentes, & litterarum documentis inſiſtentes: Horum igitur con-
" ſideratione inducti ad laudem Diuini nominis & orthodoxæ fidei propa-
" gationem, ipſius Reipublicæ & partium earumdem commodum atque
" profectum:

" Authoritate Apoſtolica concedimus, *ſtatuimus & ordinamus, quod in*
" *dicta Ciuitate Nannetenſi, de cætero ſit & perpetuis futuris temporibus vigeat*
" *ſtudium generale & Vniuerſitas exiſtat ſtudij generalis, tam in Theologia, quam*
" *Iure Canonico, Ciuili, & Medicina, quam quauis alia licita Facultate, in*
" *quibus ſicut in Pariſienſi, Bononienſi, Auenionenſi, Senenſi, & Andegauenſi,*
" *generalibus ſtudijs, Eccleſiaſtici quicumque & qualiacumque beneficia Eccleſia-*
" *ſtica obtinentes, & Laici, Magiſtri & Doctores doceant, & ſtudere volentes vn-*
" *decumque fuerint ſtudeant & proficere, ac bene meriti Baccalariatus, Licentiæ,*
" *Doctoratus & Magiſterij & quoſcumque alios gradus recipere illis ſic bene me-*
" *ritis, impendi valeant atque poſſint.*

" Volentes & ordinantes quod Venerabilis Frater Guillermus moder-
" nus & pro tempore exiſtens Epiſcopus Nannetenſis ſit ſtudij & Vniuerſi-
" tatis huiuſmodi Cancellarius, qui aut per eum ſeu ſede Nannetenſi va-
" cante per Capitulum quoad hoc deputatus Vicarius in qualibet dictarum
" Facultatum commendabilis vitæ Scholaribus quos ad hoc Rector ſtudij,
" Regentes Magiſtri, ſiue Doctores Facultatis in qua graduati ſinguli po-
" ſtulabunt, ſeu maior pars eorumdem idoneos reputauerint, Baccalaria-
" tus & Licentiæ gradus conferat, ac ſinguli ipſius ſtudij Magiſtri, ſiue Do-
" ctores in Facultatibus in quibus ibidem rexerunt alijs cum rigore exami-
" nis Licentiatis quibuſcumque Magiſterij, ſiue Doctoratus inſignia de
" conſilio & aſſenſu aliorum Doctorum, ſiue Magiſtrorum præfatæ Facul-
" tatis inibi impendere ſiue dare valeant, & ex tunc illi qui inſignia huiuſ-
" modi receperint, Licentiam habeant tam in prædicto quàm vbique ter-
" rarum quocumque alio ſtudio abſque alio examine, aut approbatione,
" legendi, docendi, & cætera faciendi, quæ Magiſtri, & Doctores, in al-
" tero dictorum ſtudiorum facere poſſunt, ac quod ipſe Cancellarius, ſeu
" Vicarius, & qui pro tempore Rector ipſius ſtudij fuerit, & Doctores in-
" ibi reſidentes vocatis ſecum in competenti numero, provt eis videbitur,
" de qualibet Facultate aliquibus Licentiatis, & Scholaribus prouidis, dicti
" ſtudij Nannetenſis, ac duobus ad minus de Ducis Britanniæ pro tempore
" exiſtentis Conſiliarijs, pro fœlici directione dicti ſtudij ſalubria ſtatuta &
" ordinationes condere poſſint. Super quibus omnibus & ſingulis authori-
" tate Apoſtolica & ex certa noſtra ſcientia facultatem, & etiam poteſtatem

& etiam poteſtatem concedimus per præſentes. Præterea omnibus & ſin- " ——
gulis Magiſtris, Doctoribus, Licentiatis, Scholaribus & ſtudentibus, ac " 1463.
ſtudere volentibus, licentiam elargimur ad ipſam Ciuitatem Nanneten- "
ſem accedendi, & inibi legendi, docendi & ſtudendi, ac gradus & inſi- "
gnia huiuſmodi modis præmiſſis recipiendi & impendendi, necnon ipſis "
pro tempore regentibus, vel ſtudentibus & qui gradus, vel inſignia hu- "
iuſmodi receperint. "

Quodipſi omnes & ſinguli, omnibus & ſingulis Prærogatiuis, Priuile- "
gijs, Præeminentijs, Antelationibus, Libertatibus, Exemptionibus, "
Immunitatibus, Honoribus & Indultis, per nos & prædeceſſores noſtros "
Romanos Pontifices & alijs quauis etiam Apoſtolica Eccleſiaſtica, vel "
mundana authoritate, ſiue poteſtate quouis modo conceſſis & ab eis ema- "
natis. Quorum omnium & hac deſuper confectarum litterarum & inde "
ſecutorum, quorumcumque formas, continentias & tenores, ac ſi de illis "
& eorum ſingulis ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio & deſignatio, nec- "
non tenorum eorumdem de verbo ad verbum inſertio facta foret præ- "
ſentibus haberi volumus pro expreſſis, quibus Pariſienſis, Bononienſis, "
Senenſis, & Andegauenſis, generalium ſtudiorum Vniuerſitates, ac in "
eis graduati Scholares & ſtudentes vti, frui & gaudere poſſunt & pote- "
runt, quomodolibet vti frui & gaudere poſſint, valeant & debeant, ſe- "
que illis defendere poſſint, valeant & debeant pariformiter, & abſque vl- "
la differentia perinde in omnibus & per omnia, ac ſi illæ Prærogatiuæ, "
Priuilegia, Præeminentiæ, Antelationes, Voluntates, Indulta, Liber- "
tates, Exemptiones, Immunitates, Honores, & conceſſiones, ipſi ſtu- "
dio Nannetenſi, ac in eo legentibus, ſtudentibus & graduatis Scholari- "
bus, & Suppoſitis ſpecialiter & expreſsè conceſſa forent, & in eorum fa- "
uorem emanaſſent: Et inſuper & eò feruentius ipſi Magiſtri, Doctores "
& ſtudentes in dicto Nannetenſi ſtudio erga ſtudia valeant inſudare quo "
aduerſus eorum turbatores viuacis protectoris ſuffragio cognouerint ſe "
munitos moderno & qui pro tempore fuerit Epiſcopo Nannetenſi præ- "
faro per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus prædi- "
ctis Magiſtris, Doctoribus, Scholaribus dicti ſtudij Nannetenſis & in illo "
graduatis efficacis defenſionis, protectionis auxilio & præſidio aſſiſtens, "
per ſe vel alium, ſeu alios faciat, eoſdem Magiſtros, Doctores, Gradua- "
tos, Scholares & ſtudentes, præmiſſis prærogatiuis, priuilegijs, præ- "
eminentijs, antelationibus, voluntatibus, conceſſionibus, honoribus & "
indultis pacifice & quiete, vti, frui & gaudere: Nec permittat illos con- "
tra ea & præſentium noſtrarum litterarum continentiam & tenorem, vel "
alias à quoquam quauis authoritate, etiamſi Regali, aut Archiepiſcopali, "
vel alia Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeat dignitate, impeti, ſeu etiam "
indebite moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras Ec- "
cleſiaſticas & alia iuris remedia quibuſlibet appellationibus poſtpoſitis "
compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, "
nonobſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædeceſſo- "
ris noſtri, illa præſertim qua cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel "
Di ceſim niſi in certis exceptis caſibus & in illis vltra vnam dietam à fine "
ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à Sede Apoſtolica de- "
putati extra Ciuitatem & Diœceſim in quibus fuerint deputati, contra "
quoſcunque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere, ſeu ali- "
quos extra ſuam Ciuitatem & Diœceſim euocare præſumant, & de dua- "
bus dietis in Concilio generali edita, ac alijs Conſtitutionibus & Ordina- "
tionibus Apoſtolicis, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit "
ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu quod "
ſtudia generalia niſi ab alijs ſtudijs ſimilibus ad certam locorum diſtan- "
tiam remotis locis erigi non poſſint, per literas Apoſtolicas non facien- "
tes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi "
mentionem. Ac alijs priuilegijs quibuſcumque quibuſuis alijs generali- "
busſtudijs conceſſis & eorum ſtatutis & conſuetudinibus etiam iuramento "

1463. „ & Apoſtolica authoritate roboratis, illis præſertim quibus forſitan in eiſ-
„ dem ſtudentes ſiue Licentiati quod alibi ratione ſtudij non reſideant, vel
„ gradū ſiue inſignia non recipient antedicta iureiurandi religione affirma-
„ ri diſtringantur. Quæquidem iuramenta hactenus præſtita dum taxat pœ-
„ nitus tollimus, & ad illorum obſeruationem non teneri authoritate &
„ ſcientia ſimilibus decernimus, ac ipſa iuramenta habemus & haberi volu-
„ mus pro infectis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti,
„ ordinationis, conceſſionis, commiſſionis, mandati, conſtitutionis & vo-
„ luntatis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
„ tentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum
„ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum Datum Senis an-
„ no Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo,
„ pridie Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo. D. De Piſcia.

1464. Contentio inter Facvltates et Nationes.

Anno 1464. cum Gerardus Gehe Curio Parochiæ SS Coſmæ & Damiani legaſſet Vniuerſitati 80. ſcuta aurea, diſſidium fuit inter Facultates & Nationes circa modum & rationem diribitionis. Nam Magiſtri ſuperiorum Facultatum ampliorem ſibi ſummam & ſportulam deberi putabant, quàm Magiſtris Facultatis Artium. Nationes verò æqualem omnibus fieri debere diribitionem contendebant Qua de re ſic habetur in Reg. „ Nationis Gallicanæ ad 9. April. Anno Domini 1464. die verò 9. April. „ fuit Vniuerſitas Pariſienſis per honorandum Dominum meum D. Recto- „ rem ſolemniter congregata ſuper 2. articulis. *Primus fuit ad diſponendum* „ *de pecunijs per bonæ memoriæ virum M. Gerardum Gehe Doctorem in Theologia* „ *necnon Curatum SS. Coſmæ & Damiani Vniuerſitati legatis.* Secundus fuit „ communis, &c. Quantum ad primum veritas habet, quod magnæ famæ „ & authoritatis vir M. Gerardus Gehe in ſacra Pagina Profeſſor legauit „ Vniuerſitati ſummam 80. ſcutorum auri; & ideo congregata fuit prælibata „ Vniuerſitas ad aduiſandum modum *ſuper illarum pecuniarum diſtributio-* „ *ne.* Et quantum adhoc voluit & deliberauit præfata Natio quod celebra- „ retur ſolemnis obitus, in quo omnibus Magiſtris intereſſentibus diſtri- „ bueretur vna ſumma per Deputatos aduiſanda. *Et non voluit Natio nec* „ *vult, quod vni de Superioribus Facultatibus diſtribuatur magis quàm vni de* „ *Facultate Artium: imò vult quod omnes in illarum pecuniarum diſtributione* „ *ſunt æquales.* Et ſe oppoſuit Natio & opponit caſu quo illæ pecuniæ ap- „ plicentur ad alios vſus quàm ad pios vſus. Placuit etiam Nationi quòd „ Executoribus illius venerabilis viri detur Quittancia ſub Vniuerſitatis „ nomine & ſub magno ſigillo eiuſdem. Voluit etiam Natio præfata quòd „ reſiduum illarum quod remaneret illo obitu celebrato, diſtribuatur pau- „ peribus Scholaribus qui habeant Deum deprecari pro anima defuncti.

„ Et ad diem 8. menſis Iunij ſic de eadem re ſcribit M. Ioannes Meynart „ eiuſdem Nationis Gallicanæ Procurator. Secunda autem pars dicti ar- „ ticuli erat ad aduiſandum modum diſponendi de pecunijs legatis Vniuer- „ ſitati per defunctum M. Gerardum Gehe. Et quantum ad hanc partem, „ placuit Nationi quod iſtæ pecuniæ legatæ conuertantur in pios vſus, & „ quod fieret Obitus ſolemnis vbi comparerent omnes Magiſtri tam de Su- „ perioribus Facultatibus quàm de Facultate Artium, & ibidem diſtribue- „ retur æqualiter prædicta pecunia; & ſi aliquid remaneret, daretur pro „ Deo, pauperibus. *Alioqui volebat Natio quod iſtæ pecuniæ partirentur in 7.* „ *partes, & quod quælibet Natio tantum haberet ſicut & vna Facultas, viſo quod* „ *in miſijs Nationes æquiparentur Facultatibus. Ita quod ſi Facultas Theologiæ,* „ *aut Decretorum tradat 12. ſcuta, Natio Francorum tantum exponat & amplius.* „ Et caſu quo dictæ Facultates vellent alio modo ad ſuam vtilitatem pro- „ cedere & concludere, Natio alijs appellationibus iam in hac materia in- „ teriectis appellabat & prouocabat ad illum vel ad illos, ad quem, ſeu quos „ appellationem de Iure ſpectare pertinebat. Inſuper requirebat Natio vt „ dictæ Facultates ſe acquitarent erga præfatum, de ſumma 300. ſcutorum „ eiſdem & Vniuerſitati mutuatorum, provt per litteras ſub magno ſi- „ gillo Vniuerſitatis apparebat. Die

Die 23. eiuſdem menſis conuocata eſt Vniuerſitas à Rectore, ad conſu- 1464.
lendum ſuper Edicto quodam Regio, quo iubebatur intra certum tempus Quæſtoribus ærarij Regij in Curia Rationum, ſeu Computorum cenſere Reditus omnes Collegiorum, vt agnoſci poſſet, quænam ius caducitatis, ſeu vt vocant, *admortizationis* ſoluiſſent. In his verò Comitijs nihil ſuper ea re ſtatui potuit, ſed negotium remiſſum ad ſelectos. Die verò 23. Iulij Comitijs habitis, relatum eſt ad Vniuerſitatem quid actum fuiſſet cum Quæſtoribus ærarij. Die 23 menſis Iulij conuocata fuit alma mater Vniuerſitas Pariſienſis per honorandum D. meum D. Rectorem apud S. Mathurinum ſuper 3. articulis. Primus articulus fuit ad audiendum diligentias factas per eundem D. Rectorem vnà cum Deputatis apud Dominos de Camera Compotorum & de Reſponſionibus ipſorum. Et quantum ad hunc præſentem articulum, narrauit honorandus Dominus meus D. Rector qualiter ipſe vnà cum DD. Procuratoribus 4. Nationum & Comitiua competenti, fuerat ad Cameram Compotorum: & quod dicti Domini eos benigne ſuſceperant. Et fuerat ibidem propoſitum per honorandum Magiſtrum noſtrum M. Ioannem Pannechar qualiter *Dominus noſter Rex præceperat Vniuerſitati vt omnes Reditus Collegiorum intra certum tempus DD. Theſaurarijs Franciæ per declarationem traderent, ſub certis & magnis pœnis.* Et narrauit ibidem Magiſter præfatus propoſitum ſuum & excuſationes, qualiter Vniuerſitas non poterat cogi ad hoc. Primò quia tempus erat nimis breue. Secundò quia Magiſtri, Scholares, Procuratores, & Burſarij Collegiorum receſſerant propter mortem; & iſti habent claues Coffrorum vbi reponuntur priuilegia & fundationes dictorum Collegiorum. Tertiò *quia Collegia ſunt fundamentum Vniuerſitatis, & ipſis deſtructis, deſtrueretur tota Vniuerſitas.* Et multa alia narrauit ad laudem & vtilitatem Vniuerſitatis. Deinde verò Dominus meus D. Rector narrauit Reſponſum ipſorum in hunc modum, videlicet quod modus dictæ Cameræ erat tradere in ſcriptis Requeſtam ipſorum & quod illam traderent & libentiſſimè prouiderent, quia dicti Deputati requirebant prolongationem termini vſque ad aduentum Regis, vel ad annum. Et ſic tandem dicta Requeſta fuit in ſcriptis præfatis Dominis tradita & fuit per eos reſponſum quod placebat eis dare & præfigere terminum vſque ad feſtum Paſchæ proximè venturum.

Die 26. eiuſdem menſis expoſtulante M. Guill. Ficheti ſocio Sorbonico, quod cum Domus Sorbonica eſſe debeat Hoſpitium Scholarium, ſeu Burſariorum 4. Nationum, Normani tamen vix alios à ſe ibi conſiſtere paterentur, Natio Gallicana huic malo remedium afferre decreuit, & ni Prouiſor Domus (M. Io. Luillier) ius ſuum vnicuique Nationi ſeruari curaret, rem ad Vniuerſitatem deferre, vt legitur in Actis prædictæ Nationis, ſcribente M. Io. Meynart Procuratore. 26. die menſis prędicti conuocaui Nationem Franciæ matrem meam in S. Math. ſuper 3. art. Primus articulus fuit ſuper **prouiſione Suppoſitorum eiuſdem Nationis in Collegio Sorbonæ.** Et quantum ad præſentem artic. *provt expoſuit M. Guill. Ficheti qualiter dictum Collegium erat Collegium Vniuerſitatis, & quod in eodem debent poni æqualiter de qualibet Natione; ita quod de Natione Franciæ debent eſſe 4. & ſimiliter de alijs Nationibus: Sed nunc ſunt aliqui Normani qui non volunt aliquos recipere de Natione Franciæ, nec de alijs.* Inſuper etiam quod Suppoſita Nationis in dicto Collegio debent præcedere, provt in Facultate Artium: Sed nunc Prouiſor volebat præferre Normanum ante Gallicum, quod eſt in præiudicium dictæ Nationis maximum.... quantum ad 1. art. placuit apponere remedium in dicto Collegio Sorbonæ, & voluit Natio quod Procurator cum Deputatis haberet adire perſonam D. Decani Pariſ. Prouiſorem dicti Collegij, & eidem præmiſſa remonſtrare, & etiam quod non habeat grauare Nationem Franciæ, ſed potius eam in ſuis libertatibus confirmare, provt etiam tenetur per ſuum iuramentum. Et caſu quo vellet alio modo procedere quàm modo ab antiquo ſeruato in dicto Collegio, appellabat Natio ad Vniuerſitatem, &

——— " volebat Natio quod Procurator haberet appellare à dicto Prouiſore ad
1464. " Vniuerſitatem.

Die 3. Nou. lectæ ſunt in Comitijs Math. litteræ Pauli II. Pontificis & Collegij Cardinalitij de iſta promotione, decretæque Deo gratiarum actiones publicæ, & ſupplicatum ſolemniter die 11. Quia verò prædictus Pontifex largam pollicebatur Vniuerſitati Beneficiorum prouiſionem, voluit ipſa mentem Regis ſciſcitari, Oratoremque ad ipſum delegit M. Gaufridum Normani.

Regalia.

Ad hunc annum leguntur quædam Regis Conſtitutiones de Regalia & poſſeſſorio Beneficiorum, de Gratijs Expectatiuis & alijs Curiæ Rom. Exactionibus quæ materia ſæpè in Vniuerſitate agitata eſt.

De Regalia. " LOüIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous ceux
" qui ces preſentes lettres verront ſalut. Comme entre nos autres
" droits à nous appartenans Nous ayons droit à cauſe de noſtre Couronne
" & temporalité, *& ſoyons en poſſeſſion & ſaiſine, tant par Nous que par nos Pre-*
" *deceſſeurs Rois de France*, de tel & ſi long-temps qu'il n'eſt memoire du
" contraire, *de conferer les Benefices vacans en Regale en noſtredit Royaume &*
" *dont la totalité & determination en cas de debat ou queſtion appartient à Nous*
" *& à noſtre Cour de Parlement tant ſeulement, ſans ce que autre en doye co-*
" *gnoiſtre ou ſoy entremettre*, & ſur ce ayent eſté le temps paſſé donnez plu-
" ſieurs Arreſts & iugemens ſemblablement, tant à cauſe de noſtre Cou-
" ronne & temporalité, comme par prérogatiues & priuileges octroyez à
" nos predeceſſeurs Roys de France & autrement, deüement à nous ap-
" partient de conferer de plein droit pluſieurs Benefices que noſdits Pre-
" deceſſeurs & nous auons accouſtumé de donner & conferer de plein
" droit en noſtredit Royaume & dont la cognoiſſance, declaration & de-
" termination en cas de debat ou queſtion, appartient de plein droit à nous
" & à nos Iuges, ſans ce que autres Iuges quelconques ſoient Eccleſiaſti-
" ques ou temporels en puiſſent ou doiuent cognoiſtre, ne ſoy entremettre
" aucunement, pareillement ayons droit & prérogatiue & ſoyons en poſ-
" ſeſſion & ſaiſine de cognoiſtre, decider & determiner par nous & noſdits
" Iuges des matieres poſſeſſoires, Beneficiales & Eccleſiaſtiques, meſme-
" ment en cas de nouuelleté, prins & intentez pardeuant noſdits Iuges pour
" occaſion des nouueaux troubles & empeſchemens qui ſuruiennent en-
" tre les parties contendantes à cauſe des Benefices & matieres Eccleſiaſti-
" ques, ſans ce que pendant ladite cognoiſſance & procés, & iuſques à ce
" que d'iceux ſoit determiné par les Iuges, deuant leſquels leſdits procez
" en cas de nouuelleté ſont & ſeront intentez & les deſpens eſquels la par-
" tie qui auroit eſté ou ſera décheüe dudit procés payez & ſatisfait entie-
" **rement à la partie qui aura obtenu, aucuns Iuges Eccleſiaſtiques** en puiſ-
" ſent ou doiuent cognoiſtre, ne l'vne deſdites parties, tirer l'autre contre
" ſon gré & voulenté en Cour d'Egliſe pour occaſion des Benefices & ma-
" tieres Eccleſiaſtiques contentieux audit cas de nouuelleté, ne proceder
" à cette cauſe par aucune perſonne contre aucuns deſdits contendans par
" Monitions, Citations, ne Cenſures Eccleſiaſtiques : neantmoins puis
" n'agueres pluſieurs perſonnes de diuers Eſtats & tant de noſtre Royau-
" me que d'ailleurs ont impetré & s'efforcent impetrer pluſieurs Benefi-
" ces par Nous ou nos Predeceſſeurs, donnez & conferez vacans en Rega-
" le, & auſſi pluſieurs Benefices, dont la Collation a appartenu & appar-
" tient de noſtre plein droit à Nous & à noſdits Predeceſſeurs & ſous om-
" bre deſdites Prouiſions ou de Bulles & Graces Expectatiues ou autres let-
" tres de Cour de Rome, ſe ſont efforcez & s'efforcent & ont procuré &
" procurent chacun iour tenir en procez & voyes obliques par celuy qui
" ſe dit Procureur Fiſcal de Cour de Rome, aucuns de nos Subjets en la-
" dite Cour de Rome, ou ailleurs en Cours Eccleſiaſtiques, pour occaſion

deſdits Benefices par nous ou noſdits Predeceſſeurs, donnez & conferez en Regale ou de plein droit. Et auec ce pluſieurs ſe ſont efforcez & efforcent de tenir, & de fait tiennent en procés en ladite Cour de Rome ou ailleurs en Cours Eccleſiaſtiques, pluſieurs qui ont intenté & commencé procés en cas poſſeſſoire & de nouuelleté & pardeuant noſdits Iuges & autres Temporels de noſtredit Royaume, pour occaſion de pluſieurs Benefices aſſis en iceluy noſtredit Royaume, pendant iceux procés audit cas de nouuelleté & ſous couleur deſdites Bulles & graces de Cour de Rome ou autres Prouiſions Eccleſiaſtiques, ou aucunefois procedent en affixions de Bulles, Citations, Procez ou lettres Eccleſiaſtiques qu'ils font ſecretement ou à heure indeüe ou autrement indeüement mettre & afficher aux Portes des Egliſes & en pluſieurs autres lieux, tellement que au moyen deſdites procedures pluſieurs de nos Subjets, pour obuier aux vexations qu'on leur fait, ſont contraints de laiſſer la pourſuite de leurs bons drois. Et iaçoit ce que puis n'agueres ayons donné certaines Prouiſions ſur aucunes des matieres deſſuſdites, & que nos lettres ſur ce octroyées ayent eſté publiées & enregiſtrées en noſtredite Cour & en pluſieurs autres Auditoires de noſtredit Royaume, pour icelles garder & conſeruer comme Loy & Ordonnance perpetuelle, auant & depuis noſdites Ordonnances declaratiues de nos droits & prérogatiues; neantmoins pluſieurs n'ont ceſſé, ne ne ceſſent de vexer & trauailler noſdits Subjets par la maniere deſſuſdite, mais ont fait & font par chacun iour pluſieurs autres indeües entrepriſes, contre & au préiudice de noſdits Droits, Prérogatiues, Priuileges & Iuriſdiction temporelle, pluſieurs autres grands & indeües oppreſſions & inquietations & trauaux à noſdits Subjets, au grant préiudice & domaige de nous, de noſdits Droicts, Iuriſdiction temporelle & du bien public de noſtredit Royaume. Et plus pourroit eſtre, ſi de par nous n'eſtoit donné ſur ce prouiſion, ainſi que ſur ce auons eſté deüement informez. Sçauoir faiſons que nous conſiderées les choſes deſſuſdites, voulans conſeruer & garder noſdits droits, prérogatiues, préeminences & priuileges: Et afin que doreſnauant aucuns n'y puiſſent pretendre cauſe d'ignorance, deſirans auſſi que noſdits Subjets ſoient tenus en paix & tranquillité & obuier aux vexations, oppreſſions & trauaux que indeüement leur donnent & pourroient donner; Pour ces cauſes & conſiderations & autres, à ce nous mouuans; & ſur ce eüe deliberation auec pluſieurs autres de noſtre Conſeil, auons decerné, ſtatué, ordonné & declaré, decernons, ſtatuons, ordonnons & declarons par ces preſentes, que à nous & à noſtredite Cour, & non à autres appartient la declaration, cognoiſſance, deciſion & determination des Collations par nous & noſdits Predeceſſeurs, faites des Benefices vacans & qui ont vacqué & vacqueront en Regale, & ſemblablement que à nous & à noſdits Iuges & non à autres appartient la cognoiſſance & determination **des Benefices que nous & nos Predeceſſeurs auons accouſtumé de conferer**, & qui à cette cauſe ont eſté conferez de plein droit, ſans ce que autre Iuge Eccleſiaſtique ne temporel s'en puiſſe, ne doye entremettre, ne cognoiſtre, ſoit en matiere petitoire ou poſſeſſoire. Et en outre auons ordonné & declaré, ordonnons & declarons la cognoiſſance des Cas poſſeſſoires, meſmement en matiere de nouuelleté prins & intentez pour occaſion des Benefices & matieres Eccleſiaſtiques appartenir à nous & à noſdits Iuges, ſans ce que autres pendant leſdits procez, ou poſſeſſion en puiſſent ou doiuent entreprendre aucune cognoiſſance, decerner commiſſions, citations, faire procez, ne vſer de fulminations, excommunications ne Cenſures Eccleſiaſtiques, ne determinations. Si donnons en mandement par ces meſmes Preſentes à nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens tenans & qui tiendront noſtredite Cour de Parlement; au Preuoſt de Paris & à tous nos Baillifs, Seneſchaux & autres Iuges de noſtredit Royaume & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra, que en mettant noſtre Voulenté, Declaration & Ordonnance à execution, ils

1464.

1464. » faſſent ou faſſent faire inhibition & défenſe de par nous à tous les Subjets
» de noſtredit Royaume & autres qu'il appartiendra, & auſquels noſdits
» Subjets, nous defendons par ces Preſentes ſur peine de banniſſement de
» noſtredit Royaume, que pour citation deſdits Benefices Eccleſiaſtiques
» par nous & noſdits Predeceſſeurs conferez en Regale, ou par autre Col.
» lation à nous appartenant de plein droit, & auſſi pour occaſion deſdits Be-
» nefices & matieres Beneficiales & Eccleſiaſtiques, dont a eſté & ſera pro-
» cez pendant en matiere de nouuelleté en noſtredite Cour de Parlement,
» ou deuant noſdits autres Iuges, ils ne traittent ne faſſent traitter ny te-
» nir en cauſe pardeuant aucuns Iuges Eccleſiaſtiques, ne ailleurs que en
» noſtredite Cour de Parlement ou pardeuant noſdits autres Iuges deuant
» leſquels leſdits procez ont eſté, ſont & ſeront pendans, & ne procedent ou
» faſſent proceder par occaſion deſdits Benefices par nous conferez en Re-
» gale ou de plein droit & auſſi des Benefices & matieres Eccleſiaſtiques,
» dont leſdits procez ont eſté, ſont & ſeront pendans en noſtredite Cour
» de Parlement par Citations, Monitions, Excommunications ne autres
» Cenſures Eccleſiaſtiques, & ne les tirent, moleſtent ou trauaillent en
» Cour de Rome, ne ailleurs en Iuriſdictions Eccleſiaſtiques & ne faſſent,
» ne procurent telles entrepriſes induës, contre ne au preiudice de nos
» droits deſſuſdits & Iuriſdiction temporelle. En faiſant en outre inhibi-
» tion & defenſe de par nous ſur ſemblables peines à nous à appliquer, à
» tous qu'il appartiendra, que pour raiſon deſdits Benefices dont noſdits
» Subjets ont eſté pourueus par election, prouiſion ou autrement à titre
» des ſaints Decrets, libertez de l'Egliſe de France, Ordonnances Royaux
» & Pragmatique Sanction, ils ne faſſent noſdits ſubjets conuenir, admo-
» neſter, ne tiennent en procez en ladite Cour de Rome, ne ailleurs, contre
» ne au preiudice deſdits ſaints Decrets, libertez d'Egliſe de France, Or-
» donnances Royaux & Pragmatique-Sanction, ne ſur icelle moleſtent,
» ne trauaillent en aucune maniere, ainçois reuoquent & faſſent reuo-
» quer & mettre au neant, à leurs propres couſts & deſpens, tout ce qu'ils
» auront fait au contraire. Et neantmoins tous ceux qui depuis & aprés
» la publication de nos autres lettres données à au mois de May
» 1463. leurs Procureurs, Facteurs & Entremetteurs ont moleſté & tra-
» uaillé, moleſtent & trauaillent par Bulles ou procez Apoſtoliques, Sen-
» tences ou Iugement de Cour d'Egliſe, par Citations, Monitions, Excom-
» munications & autres Cenſures Eccleſiaſtiques noſdits ſubjets en Cour
» de Rome, ou ailleurs és Cours Eccleſiaſtiques, contre & au preiudice du
» contenu en noſdits autres lettres & de noſdits droits & prerogatiues,
» Nous les auons declairé & declairons des maintenant, pour lors & dés-
» lors, maintenant bannis perpetuellement de noſtredit Royaume & leurſ-
» dits biens confiſquez. Et auec ce auons declairé & declairons les Gens
» d'Egliſe, leurs Procureurs, Facteurs & Entremetteurs, comme infra-
» cteurs deſdites Ordonnances, rebelles & deſobeïſſans à nous & à nos
» commandemens, eſtre indignes, inhabiles & incapables à obtenir quel-
» conques Benefices en noſtredit Royaume, & les auons priuez & debou-
» tez, priuons & deboutons du tout, de noſtre certaine ſcience, propre
» mouuement, authorité Royale & par Edict general & irreuocable par
» ceſdites preſentes, de la ioüiſſance de tous leurſdits Benefices qu'ils y
» pourroient auoir & obtenir le temps aduenir. Et en outre enioignons à
» noſtredite Cour & à tous nos autres Iuſticiers & Officiers, que tous In-
» fracteurs de noſdites Ordonnances ou leurſdits Procureurs, Facteurs ou
» Entremetteurs, ils prennent & faſſent prendre au corps & conſtituent
» priſonniers iuſques à plaine reparation deſdites entrepriſes & abus, non-
» obſtant oppoſitions ou appellations quelconques. Et afin que nuls ne
» puiſſent pretendre cauſe d'ignorance des choſes deſſuſdites, Nous man-
» dons & commandons expreſſement à noſtredite Cour, à noſdits Iuges &
» à chacun d'eux comme deſſus, que aprés ce que ces preſentes ſeront pu-
» bliées en leurs Auditoires, ils les faſſent publier & proclamer à ſon de

Trompe, ou autrement, és lieux où l'on a accouſtumé de faire les criées & publications. Et pour ce que l'en en pourra auoir à faire en pluſieurs lieux, Nous voulons que au *Vidimus* d'icelles, ſoit foy adiouſtée comme à l'original. En teſmoin de ce nous auons fait mettre noſtre Scéel à ces preſentes. Donné à Luxien prés Dourlans, le 29. iour de Iuin l'an de grace 1464. Et de noſtre Regne le 3. Ainſi ſigné, Par le Roy en ſon Conſeil. I. DE LA LOYRE. 1464.

Autre Ordonnance faite à Dampierre le 20. iour de Iuin 1464.

LOÜIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Comme pour conſeruer, entretenir & garder nos droits, prérogatiues, couſtumes, vſages loüables de noſtre Royaume, Ordonnances de nos Predeceſſeurs & obuier aux Exactions exceſſiues qui ſe font de iour en iour des Finances de noſtre Royaume en Cour de Rome, meſmement touchant les dépoüilles & ſucceſſions des Prelats & autres Gens d'Egliſe Beneficiez en noſtre Royaume, qui vont de vie à treſpas & la moitié des Benefices incompatibles & Commandes que les Gens & Officiers de noſtre S Pere le Pape ſe ſont efforcez & efforcent par chacun iour de prendre, leuer & exiger pluſieurs autres ſommes de deniers en diuers & eſtrangers moyens intolerables & preiudiciables à nos Subjets & à toute la Choſe publique de noſtre Royaume, à la requeſte de noſtre Procureur General & pluſieurs Seigneurs de noſtre Sang & Lignaige, ait eſté par noſtre Cour de Parlement, en enſuiuant les Ordonnances de nos Predeceſſeurs prohibé & defendu que leſdites Exactions, Subſides, Charges & autres ſemblables ne ſeroient doreſnauant ceüillies, leuées, ne exigées, ne ne ſeroit toleré, ne permis les Gens d'Egliſe, ne autres quelconques ſubjets de noſtre Royaume, eſtre citez, inquietez, ne moleſtez en quelque maniere que ce ſoit, nonobſtant laquelle prohibition & defenſe pluſieurs Prelats & autres Gens d'Egliſe de noſtre Royaume, ainſi que nous auons eſté informez puis peu de temps en çà, ont payé, baillé & deliuré leſdites deſpoüilles & la moitié des fruits & reuenus des Benefices incompatibles ou Cõmandes ou pour icelle, compoſé à aucune grande ſomme de deniers auec le Threſorier & autres Officiers de Cour de Rome, & qui pis eſt pour annuller & mettre du tout au neant ladite inhibition & defenſe, pluſieurs s'efforcent par Bulles & Commiſſions Apoſtoliques, proceder par Excommunications, Fulminations & Cenſures Eccleſiaſtiques & priuation de Benefices contre les Gens d'Egliſe de noſtre Royaume, qui refuſent ou different de payer les dépoüilles des Treſpaſſez, & la moitié des Benefices incompatibles & Commandes & ne leur peut-on pouruoir de Prelatures, ne d'autres Benefices Electifs ou Collectifs, que préalablement ils ne payent ou compoſent deſdites dépoüilles incompatibles; leſquelles choſes ont eſté faites & ſe continuent chacun iour, en enfraignant ladite prohibition & defenſe & les Ordonnances de nos Predeceſſeurs & les vſaiges anciens de noſtre Royaume, au grant preiudice de nous & de la Choſe publique d'iceluy nõtre Royaume. Et plus pourroit eſtre ſi par noſtre authorité & puiſſance n'y eſtoit obuié & donné prouiſion conuenable. Pour ces cauſes & autres raiſonnables à ce nous mouuans, voulans ladite prohibition & defenſe eſtre obſeruée & gardée en ſon entier ſelon la forme & teneur d'icelle, auons loüé & approuué, loüons & approuuons par ces Preſentes, & en ce faiſant auons ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons par ladite Loy & Ordonnance generale & perpetuele, que les exactions deſſuſdites & autres ſubſides & exactions indeües ceſſeront, que doreſnauant elles ne ſeront leuées, prinſes, ne baillées par contrainte, ne autrement par quelque perſonne que ce ſoit & qu'elles ne ſeront exigées, ne prinſes ſur les Gens d'Egliſes beneficiez en noſtre Royaume, leurs Benefices, ne ſur autres nos Subjets & que ſe aucuns eux ſe diſans Cõmiſſaires ou Executeurs

1464. " d'aucunes Bulles, Lettres, Mandemens ou Commandemens Apoſtoli-
" ques ſe vouloient efforcer de les mettre à execution ſur leſdits Gens d'E-
" gliſe ou autres nos Subjets & proceder contre eux par Cenſures, Excom-
" munications ou autrement, en quelque maniere que ce ſoit ou peût eſtre,
" à payer ou compoſer deſdites dépoüilles incompatibles ou autres telles
" & ſemblables exactions, que auſdits Commiſſaires leurs Executeurs ne
" ſoit obey, mais leur ſoit prohibé & deffendu de faire leſdites Executions
" ſur peine de confiſcation de corps & de biens, & de banniſſement de no-
" ſtre Royaume. Et auecques ce voulons qu'ils ſoient prins, arreſtez & de-
" tenuz priſonniers & condamnez en amande enuers nous: Et pour icelle
" tenir priſon iuſques à plain payement & ſatisfaction, & outre plus qu'on
" praigne, ſaiſiſe & mette en noſtre main toutes Bulles & lettres Executoires
" que leſdits Executeurs auront pardeuers eux pour faire aucune execu-
" tion à l'encontre de noſtre preſente Ordonnance. Et d'abondant auons
" defendu & defendons à tous nos Subjets, tant à ceux qui ſont demourans
" en noſtre Royaume, que en Cour de Rome & ailleurs hors de noſtredit
" Royaume, beneficiez en iceluy de quelque eſtat ou condition qu'ils
" ſoient, que doreſnauant ils payent, faſſent ou ſouffrent, ou permettent
" aucune choſe eſtre payée aux Officiers de la Cour de Rome ou autres
" Commis par noſtredit S. Pere, pour raiſon deſdites dépoüilles & moitié
" des Incompatibles & Commandes, ne n'en compoſent ou ſouffrent com-
" poſer par autres, ſous quelque condition ou couleur que ce ſoit, ſur pei-
" ne de banniſſement de noſtre Royaume & confiſcation de tous leurs
" biens des gens Lays, nos ſubiets, des heritaiges, ou biens immeubles des
" Gens d'Egliſe beneficiez en noſtre Royaume. Et s'il eſtoit trouué que
" aucuns feiſſent ou feiſſent faire le contraire, nous les declarons dez à pre-
" ſent bannis de noſtre Royaume, indignes d'y auoir & obtenir aucuns
" Benefices, comme infracteurs & tranſgreſſeurs de l'Ordonnance de Nous
" & de nos Predeceſſeurs, rebelles & deſobeyſſans à Nous & à nos Com-
" mandemens, & les heritaiges & biens immeubles des Gens d'Egliſe be-
" neficiez en noſtre Royaume à nous acquis & confiſquez. Et pour ce que
" noſtre preſente Ordonnance par cautelles & voyes obliques, exquiſes
" par ceux qui reſident en Cour de Rome, pourroit eſtre retardée & em-
" peſchée, l'execution d'icelle renduë illuſoire, ſe plus ample prouiſion n'y
" eſtoit par nous donnée, auons outre les prouiſions deſſuſdites ordonné
" & ordonnons que tous les deniers qui ont eſté, ſont & ſeront exigez, le-
" uez & bailliez pour raiſon des dépoüilles des Treſpaſſez, & la moitié
" des Incompatibles & Commandes ou autres ſubſides, exactions indeües
" ſoient reaument & de fait prins, leuez & recouurez ſur le temporel des
" Benefices de toutes gens d'Egliſe beneficiez en noſtre Royaume, de quel-
" que préeminence ou condition qu'ils ſoient, à preſent reſidens & qui re-
" ſideront & demourront ou qui ont habitation en Cour de Rome, & que
" leur dit temporel ſoit prins, ſaiſi & mis en noſtre main & ſous icelle trait-
" té, regy & gouuerné par bons & ſouffiſans Commiſſaires reſſeans & ſolua-
" bles iuſques à plain payement, reception & ſatisfaction des deniers qu'on
" trouuera auoir eſté bailliez & deliurez à noſtre S. Pere ou à la Chambre
" Apoſtolique, ou à ſes Commis & Deputez, pour & à cauſe des choſes deſ-
" ſuſdites, pour iceux deniers bailler ou deliurer ou & à qui il appartiendra,
" ou que par nous en Iuſtice ſera ordonné. Et afin que de noſtredite pre-
" ſente Ordonnance aucuns ne puiſſent pretendre iuſte cauſe d'ignorance,
" Nous voulons ceſdites preſentes eſtre publiées en nos Cours de Parle-
" ment & Chambre des Comtes à Paris & en icelles eſté enregiſtrées. Si
" donnons en mandement par ceſdites Preſentes à nos Amez & Feaux
" Conſeillers les Gens de noſtre Parlement & de nos Comptes à Paris; au
" Preuoſt de Paris, Bailly de Touraine, de Sens & Montargis, Seneſchaux
" de Poictou, Xaintonge & Limoſin & à tous nos autres Iuſticiers ou à
" leurs Lieutenans & Officiers, comme il appartiendra, que noſtredite
" preſente Ordonnance ils gardent & entretiennent, & faſſent garder &

entretenir de point en point, ſelon ſa forme & teneur, & à ce que aucuns n'en puiſſent pretendre iuſte cauſe d'ignorance, la faſſent publier par leurs Auditoires & Iuriſdictions, ainſi que en tel cas apparrient. Et pour ce que de ces Preſentes on aura à beſongner en pluſieurs & diuers lieux de ce Royaume, Nous voulons que au *Vidimus* d'icelles fait ſous noſtre Sceel Royal ſoit foy adiouſtée comme à l'original, car ainſi nous plaiſt il eſtre fait. En teſmoin de ce nous auons fait mettre & appoſer noſtre Sceel à ces Preſentes. Donné à Dampierre le dernier iour de Iuin l'an de grace 1464. Et de noſtre regne le huit. Ainſi ſigné, Par le Roy en ſon Conſeil, auquel vous le Patriarche Eueſque de Bayeux, les Eueſque des Briou & l'Admiral, le Sire Dulau & de Beranges, M. Iean Dauuet Preſident de Toulouſe, Georges Hauart, Iean Lenfan, Eſtienne Cheualier, Guillaume de Vane General, Iean du Verger, Pierre Poignant & autres eſtans à Roulant. 1464.

Ordonnance faite à Ruë le 10. Septembre 1464. contre les Graces Exſpectatiues.

LOüIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous ceux qui ces Preſentes lettres verront, ſalut. Noſtre Procureur general nous a fait remontrer que combien que par les Saincts Canons & Decrets anciens, gardez & obſeruez en l'Egliſe Gallicane & par les Priuileges d'icelle aucunes graces Expectatiues ne deuſſent auoir cours, ne eſtre données aux Benefices qui ſeront dés lors en auant vacquans, neantmoins depuis l'obeyſſance par nous faite à feu noſtre S. Pere le Pape, puis derreinement & n'agueres treſpaſſé & qu'il preſide au S. Siege Apoſtolique, ont eſté données leſdites Graces Exſpectatiues ſur les Benefices de nos Royaume & Dauphiné en ſi grand & exceſſif nombre & multitude & à toutes autres manieres de gens eſtranges, tant Eccleſiaſtiques, lettrez ou non lettrez, que autres perſonnes quelconques, que la choſe eſt venuë à telle confuſion que à peine y auoit homme d'Egliſe en noſtredit Royaume & Dauphiné qui à cauſe d'icelles Graces Exſpectatiues ſe puiſſent dire ſeurs en l'execution d'aucuns Benefices que à l'occaſion d'*Anteferri* & autres clauſes & prérogatiues qui ont eſté miſes en icelles graces expectatiues, diuerſité de regles de Chancelerie Apoſtolique, dérogatiues à droit commun & autrement, par leſquelles cauſes & autres ſubtilitez & malices des Impetrans d'icelles Graces, pluſieurs inconueniens & dommaiges ſe ſont enſuiuis en noſdits Royaume & Dauphiné à nos Subiets, tant en euacuation de pecunes portées en Cour de Rome pour obtenir leſdites Graces, comme pour faire les procez & plaidoyeries ſur icelles, tant en icelle Cour de Rome que ailleurs, & ont pluſieurs de nos Subjets vendus leurs heritaiges & baillé les deniers à leurs enfans, parens & amis, pour obtenir leſdites Graces dont ils ſont cheuz en grant poureté & miſere & ſont les aucuns morts en chemin à la pourſuite d'iceux, & les autres diſtraits de leurs Eſtudes. Et auſſi ont eſté & ſont leſdites Graces Exſpectatiues, cauſes de machiner la mort des perſonnes des poſſeſſeurs deſdits Benefices, pour leſquels icelles ont eſté leuées & obtenuës, & ont eſté & ſont noſdits Subjets aux cauſes deſſuſdites, griefuement & induëment trauaillez & dommaigez en pluſieurs & diuerſes autres manieres. Et en outre combien que par Priuileges & les Ordonnances Royaux, aucun ne puiſſe obtenir Benefice en noſdits Royaume & Dauphiné, nous ayans grant intereſt que aux Eueſchez, Abbayes & autres Dignitez & Benefices Electifs de noſdits Royaume & Dauphiné, ſoit pourueu de Gens notables, cogneüs & à nous agreables, ſeurs & feables, meſmement pour ce que ceux qui obtiennent leſdits Benefices, ont à cauſe d'iceux pluſieurs Fortereſſes & nous en ſont par eux deubs droits & ſeruices: Toutefois noſtredit feu S. Pere en a donné graces & prouiſions en ſi grant nombre & à toutes

1464. " manieres de gens, de quelque Nation, Royaume ou Region qu'ils feuſſent
" indifferemment, que pluſieurs ſoubs ombre & couleur d'icelles Graces &
" Prouiſions, ſe ſont boutez & intrus és dignitez & Benefices Electifs de no-
" ſtredit Royaume & les occupẽt, jaçoit ce que pluſieurs d'iceux ſoient Etrã-
" gers & incogneuz & à Nous non feables, & qui ne nous pourroient ou vou-
" droient faire les deuoirs & ſeruices qu'ils nous ſont tenus de faire à cauſe
" deſdits Benefices, dont ſe ſont enſuis pluſieurs autres grands & innumera-
" bles maux à nous & à la choſe publique de nos Royaume & Dauphiné ou
" tres grant detriment deſdits Gens d'Egliſe, diminution du ſeruice diuin,
" diruption des Egliſes, Maiſons & autres Edifices d'iceux Benefices & à
" la grand' fraude & deception des Fondateurs d'icelles Egliſes, & ſeroit
" plus au temps aduenir, ſe par nous n'y eſtoit donné prouiſion, ainſi que
" toutes ces choſes & autres nous a fait remontrer noſtredit Procureur,
" requerant humblement que attendu que ledit S. Siege eſt à preſent vac-
" quant & que ſe il eſt permis à chacun d'aller à Rome querre leſdites
" Graces Expectatiues & autres Prouiſions, comme on faiſoit par cy de-
" uant, ſe pourroit eſtre trop euidemment greuable ou preiudice à tous
" noſdits Royaume & Dauphiné, & nos Subjets, il nous plaiſe ſur ce don-
" ner prouiſion conuenable: Sçauoir faiſons que nous ces choſes conſide-
" rées, voulans obuier aux inconueniens deſſuſdits & autres iuſtes & rai-
" ſonnables, à ce nous mouuans, auons ordonné & ordonnons eſtre prohi-
" bé & deffendu, & par ces Preſentes prohibons, & deffendons à toutes
" manieres de Gens de quelque eſtat & condition qu'ils ſoient, que do-
" reſnauant ils ne aillent ou n'enuoyent, ſoit par Bulles, lettres de change
" ne autres moyens quelconques querir, pourchaſſer, ne obtenir en Cour
" de Rome Graces Expectatiues, ne autres Bulles & lettres Apoſtoliques,
" equipollens à icelles, ſoit, ſous couleur des reſeruations generales ou
" eſpeciales, ne autrement en quelque maniere que ce ſoit ſur leſdits Be-
" nefices de noſdits Royaume & Dauphiné. Et pareillement prohibons
" & defendons, comme deſſus, qu'ils, ne aucun d'eux ne voyſent ou en-
" uoyent en ladite Cour de Rome, pour auoir ne obtenir quelconque Eueſ-
" ché, Abbaye, Dignitez ou autres Benefices Electifs, ſans premierement
" auoir nos vouloir & conſentement de ce faire, ſur peine d'encourir noſtre
" indignation, de perdre les deniers dont ils nos Facteurs, Procureurs, Meſ-
" ſagiers & Entremetteurs ſeront trouuez ſaiſis par Bulles, lettres de chan-
" ge ou autrement, pour porter ou enuoyer en ladite Cour de Rome à la-
" dite cauſe deſſuſdite, & d'amende arbitraire enuers Nous, iuſques à ce
" que par Nous autrement en ſoit ordonné. Si donnons en mandement par
" ceſdites Preſentes, à nos Amez & Feaux Conſeillers les Gens tenans, ou
" qui tiendront noſtredite Cour de Parlement, au Preuoſt de Paris, & à
" tous nos Baillifs, Seneſchaux, Maiſtres des Ports & autres Iuges de no-
" ſtredit Royaume & Dauphiné & à chacun d'eux, ſi comme à luy appar-
" tiendra, que noſdites Ordonnances, prohibitions & defenſes, ils entre-
" tiennent & faſſent garder & entretenir de point en point ſelon leur for-
" me & teneur. Et s'aucuns eſtoient à l'encontre, ou auoient enuoyé en
" ladite Cour de Rome par cy-deuant & obtenu Bulles & Graces Expecta-
" tiues & autres Prouiſions touchant les choſes deſſuſdites & s'en fuſſent
" aidez ou vouloient aider, qu'ils les contraignent à eux en deſiſter & de-
" partir, & à reuoquer, faire ceſſer & annuller à leurs dépens tout ce qu'ils
" en auroient fait au contraire par prinſe & Arreſt deſdites Graces Expe-
" ctatiues, Bulles, Prouiſions & procez Apoſtoliques & des Monitions &
" Citations qu'ils en auoient fait ou pourroient faire contraires au contenu
" en ceſdites lettres à l'effet d'icelles, detention auſſi des perſonnes des
" Impetrans, Porteurs & d'autres qui ſe voudroient aider d'icelles Graces,
" Bulles, Procez & Prouiſions, prinſe auſſi, & exploitation du temporel
" deſdites Gens d'Egliſe en noſtre main, iuſques à ce qu'ils ayent obey;
" en les condemnant, par ce à amendes pecuniaires enuers eux telles que
" verront eſtre à faire, comme tranſgreſſeurs de noſdites Ordonnances, de-

clairant

clairant leſdites peines à l'encontre d'eux, en les contraignant, ou faiſant « 1464.
contraindre à les nous payer par toutes voyes & manieres deües & en tel «
cas requiſes, & que nul n'en puiſſe pretendre cauſe d'ignorance: Nous «
mandons & commandons derechef à noſtredite Cour de Parlement & à «
tous nos autres Iuſticiers & à chacun d'eux, que leſdites Preſentes ils faſ- «
ſent publier chacun en ſa Iuriſdiction, à ſon de Trompe & autrement, au «
lieu où l'en a accouſtumé de faire criées & publications. Et pour ce que «
l'en pourra auoir à faire de ceſdites Preſentes en pluſieurs lieux, Nous «
voulons que au *Vidimus* d'icelles fait ſous Sceel Royal, ſoit foy adioûtée «
comme à l'original. En teſmoin de ce Nous auons fait mettre noſtre Sceel «
à ces Preſentes. Donné à Ruë en Pontieu, le 10. iour de Septembre l'an «
de grace 1464. Et de noſtre Regne le quatre. Ainſi ſigné, I. DE LA «
LOERE. «

COLLEGIVM NAVARRICVM.

Eodem anno reformatum eſt Collegium Nauarricum, cuius tum Magnus erat Magiſter Guillelmus de Caſtroforti Doctor Theologus, cuius adminiſtratio videtur fuiſſe ſuperba & turbulenta, vt ex Actis conſtat Gall. Nationis, & huius ipſius anni. Nam cum die Purificationis B. V. in diſtributione cereorum nonnihil turbarum accidiſſet, eò quòd inſolentes nonnulli irruerant, cereoſque diripuerant, & altarium Ornamenta diſcerpſerant, Natio verò apud Prætorem Vrbanum reos lite proſequeretur, ille arrepta occaſione quod iam pridem animo conceperat, exequi cupiens, Nationem nempe ipſam excludere, cogereque ad alium locum ſe conferre, celebrandorum Sacrorum ergò, recurrente feſto Annunciationis negauit ſe copiam facturum Capellæ, donec inflicta reis pœna & Collegio fuiſſet ſatisfactum. Verùm cum in eam rem pluries congregata fuiſſet Natio, tandem negauit poſſe ſibi legem imponi mutandi loci, quod ita faſtis Procuratorijs conſignauit M. Io. Burgault.

Die 19. Martij conuocaui iteratò Nationem matrem meam per iura- «
mentum ſuper 2. art. 1. fuit ad prouidendam vlterius de loco in quo fie- «
ret de cætero Officium Nationis. 2. fuit communis. Quoad 1. art. decla- «
raui, qualiter Ego cum notabilibus Deputatis viſitauimus reuerentiam «
dicti Principalis Magiſtri Collegij Nauarræ, eidem remonſtrando inten- «
tionem Nationis & Concluſionem vltimatè captam. Qui reſpondit quod «
Concluſio capta fuerat vniformiter à ſingulis Magiſtris Burſarijs ipſius «
Collegij de non admittendo amplius Nationem Franciæ in ſua Capella, «
niſi prius facta eſſet aliqua reparatio in punitione ſæpè dictorum Inua- «
ſorum & refectione aliquorum Ornamentorum per eoſdem deſtructo- «
rum, aut ſaltem bona adhiberetur prouiſio pro tempore futuro. Quam «
Concluſionem eis nullatenùs licebat reuocare, niſi de conſenſu D. Bail- «
liui Senonenſis Locum-tenentis Regij & D. Io. Balue Electi Ebroïcenſis «
ipſius Collegij Regalis Gubernatoris, quibus dictam concluſionem ſi- «
gnificauerat, immò cum magna gratia videret Nos ad aliam transferri «
Eccleſiam, quamuis tamen adhuc toleraret quod celebrarentur Veſpe- «
ræ in Vigilia Annunciationis, prouiſo quod omnes ceſſarent inſolentiæ, «
alioquin in craſtinum Miſſam celebrari non permitteret. Quibus declara- «
tis, placuit maiori parti quod ſemper continuaretur Officium Nationis in «
dicta Capella ipſius Collegij, prouiſo quod Natio non fouebat, neque «
ſuſtinebat tales malefactores, ſed contra eos procedebat & procedere «
intendebat omnibus modis & vijs à iure poſſibilibus. *Quare non debebat* «
dictus Magiſter, nec poterat dictæ Nationi aditum inhibere ad dictam Capel- «
lam, in qua ab antiquo dicta Natio conſueuerat ſuas ſolemnitates celebrare, de «
cuius contrario memoria non exiſtit. Immò cum dictum Collegium ſubiectum ſit «
ipſi Nationi, & per conſequens poſſit ab ipſa reformari, non poteſt, nec debet nor- «
mam dare ipſi Nationi, cùm imperium non habeat inferior in ſuperiorem, ſed «
potius è contra. Supplicauerunt venerabiles viri & Magiſtri M. Petrus Hal- «
nequin Capellanus Capellæ Regalis Collegij Nauarræ & M. I. Guyonis «
Burſarius Theologus, ne talia Collegiatis imputarentur: & quia talia igno- «
rabant, ſed prædictus Magiſter authoritate ſua ſine vlla conuocatione «

" dictorum Collegiatorum dicebat & faciebat. Quinimo à 2. annis citrà &
1464. " ante dictas inſolentias tractatum fuerat inter dictos Magiſtros & Burſa-
" rios ipſius Collegij, niſuſque fuerat vt præfata Natio dicta Capella pri-
" uaretur, excuſatione huiuſmodi prætenta. Quorum ſupplicationibus
" conceſſit Natio in forma, &c.

Vniuerſitas Bituricenſis.

Anno 1465. inſtituta eſt tandem Vniuerſitas Bituricenſis cuius erectioni Pariſienſis & Aurelianenſis pro poſſe obſtiterant annis prioribus.
1465. Primus autem ibi publicè docere aggreſſus eſt M. Io. Beguin huius noſtræ alumnus & paulo ante Nat. Gallic. Procurator. Paulus II. Pontifex eam Priuilegijs gaudere voluit, quibus gaudent aliæ Vniuerſitates. Taleſque ſunt eius litteræ.

" PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam Rei memo-
" riam. Etſi à ſummo rerum omnium Conditore, cuius inæſtimabili
" prouidentia cuncta miro ordine diſponuntur, & à quo omnium Chariſ-
" matum dona proueniunt, ad exequendum Pontificalis miniſterij debitum
" licet inſufficientes meritis deputati de his quæ ad fidei Catholicæ Fide-
" liumque profectum conferunt, ſedulò nos cogitare conueniat; de lite-
" rarum tamen ſtudijs & virorum (qui incomparabilis theſauri diuina-
" rum & humanarum rerum cognitionem apprehendere cupiunt) in-
" crementis felicibus eò magis cogitare nos conuenit, quò ex his pro-
" pulſis ignorantiæ nubibus, Domini noſtri & eiuſdem fidei cultus præ-
" tenditur, luſtitia colitur, publica quoque & priuata res vtiliter geri-
" tur, & omnis humanæ conditionis proſperitas adaugetur. Decet igitur
" Paſtoralem ſolicitudinem non immeritò adhibere, vt huiuſmodi ſtu-
" dia vigeant & continuò augeantur, per quæ, ſicut experientia recte
" comperimus, vniuerſali Eccleſiæ, cunctiſque Credentibus maior po-
" teſt vtilitas prouenire. Quum itaque ſicut nuper pro parte Chariſſimi in
" Chriſto filij noſtri Ludouici Regis Francorum illuſtris & dilecti filij
" nobilis viri Caroli Ducis Bituricenſis ipſius Regis Germani nobis fuit ex-
" poſitum, ipſi eiuſdem Republicæ vtilitati, & præſertim Ducatus Bi-
" turicenſis ac etiam Regis Franciæ incolarum, nec non aliarum partium
" vicinarum habitationem qui ſcientiæ margaritam adipiſci deſiderant,
" laudabiliter intendentes vt ciuitate Bituricenſi, quæ inter alias Duca-
" tus Aquitaniæ ciuitates primatum obtinet, tanquam in loco magis inſi-
" gni & accommodo, liberalium artium generale ſtudium in qualibet li-
" cita Facultate, vt ibidem fides ipſa dilatetur & erudiantur indocti, ſer-
" uetur æquitas Iudicis, vigeat ratio, illuminentur mentes ſimplicium & eo-
" rum ac quorumlibet intellectus, opitulante Altiſſimo, illuſtrentur, erigi
" & ſtabiliri deſiderant; **Nos præmiſſa omnia, ac etiam eximiam fidei deuo-**
" tioniſque conſtantiam quam ipſi Rex & Dux ad Nos & Romanam gentem
" & Eccleſiam attenta meditatione penſantes, ac etiam cupientes quod Ci-
" uitas ipſa ſcientiarum muneribus decoretur, viroſque producat conſilij
" maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diuerſarum Fa-
" cultatum ſcientijs eruditos, de quorum plenitudine hauriant vniuerſi
" alij litterarum documentis imbui appetentes, eiſdem præmiſſis omnibus
" & præcipuè dictæ Ciuitatis, quæ ad multiplicanda ſanæ doctrinæ germi-
" na, magis congrua & accommoda fore perhibetur, idoneitate attenta,
" interna meditatione penſatis, non ſolum ad ipſius ciuitatis, ſed etiam
" Regni, Ducatus, ac Regionum circa jacentium profectum paternis af-
" fectibus anhelantes, Regis & Ducis prædictorum in hac parte ſupplica-
" tionibus inclinati, ad laudem diuini nominis, & propaginem fidei ante-
" dictæ, ipſorum quoque Regis & Ducis gloriam pariter & honorem, au-
" thoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus & etiam ordina-
" mus, vt de cætero in eadem Ciuitate Bituricenſi generale ſtudium per

præſentes erigimus quod inſtar aliorum ſtudiorum generalium tam in Theologia & Iure Canonico atque Ciuili, Medicina quoque & Artibus, quàm alia qualibet licita facultate vigeat, quódque Doctores, Magiſtri legentes ac etiam Scholares ſtudentes ibidem omnibus Priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus tam Magiſtris in eadem Theologia ac Doctoribus legentibus & ſtudentibus in Pariſienſi, Tholoſenſi, Pictauienſi & alijs dicti regni Vniuerſitatum ſtudijs conceſſis, ac etiam concedendis vtantur & gaudeant: Cancellarius vero Eccleſiæ Bituricenſis pro tempore exiſtens (qui, vt accepimus, diſponere Scholares dictæ ciuitatis ab antiquo conſueuit) ſimiliter Cancellarius Vniuerſitatis ſtudij Bituricenſis exiſtat, poſſitque authoritate præſentium illis qui proceſſu temporis adeo litterarum ſtudio inſudauerunt & in eo profecerunt quòd ad hoc idonei reputentur, quique in Facultate, in qua ſtuduerunt, gradum obtinere ac docendi licentiam & vt alios erudire valeant, Magiſterij ſeu Doctoratus honorem ſibi concedi petierint & per Doctores ſeu Magiſtros eiuſdem Facultatis, in quâ examinatio eorum facienda fuerit ſibi vel eius vicegerenti (qui Doctor aut ſaltem Licentiatus & ipſius Eccleſiæ Canonicus ſit) aut ſi Cancellaria eiuſdē Eccleſiæ litigioſa fuerit, vicegerenti per eiuſdem Vniuerſitatis Bituricenſis Magiſtros & Doctores deputato præſentati; conuocatis tamen alijs Magiſtris atque Doctoribus in eadem Facultate, poſt eorum diligentem examinationem, ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint, licentiam huiuſmodi tribuere, ac etiam Magiſterij & Doctoratus honorem liberè impartiri, ita tamen quod idem Cancellarius, aut Vicegerens perſonis idoneis præſentatis & examinatis debitos, vt præfertur, gradus eis conuenientes denegare non poſſit, vel aliquid pro eorum collatione recipere. Et ſi contra fecerit, ſententiam excommunicationis incurrat. Examinati vero, vt præmittitur, approbati, poſtquam in eadem Ciuitate Bituricenſi docendi Licentiam atque honorem huiuſmodi obtinuerint, ex tunc abſque examine, ſiue approbatione alia, legendi & docendi tam in prædicto ipſius Ciuitatis quàm in ſingulis alijs generalibus ſtudijs in quibus voluerint legere & docere, ſtatutis & conſuetudinibus quibuſcumque contrarijs Apoſtolica, vel quauis alia firmitate vallatis, nequaquam, obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem, & inſuper quod Doctores, Magiſtri & Scholares Vniuerſitatis eiuſdem, dummodò regulares non ſint, Leges publicè in Scholis legere & audire; ac in eis gradus recipere poſſint, nulluſque niſi Doctor, aut Magiſter, ſeu Licentiatus in eadem Ciuitate, in Medicina practicare debeat, niſi à Profeſſoribus Facultatis obtentâ licentiâ, & per eos pro idoneo fuerit approbatus. Ipſique Doctores, Magiſtri & Studentes litterarum ſtudio, in eadem Vniuerſitate pro tempore commorantes fructus, reditus, & prouentus omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum quæ pro tempore obtinuerint, quotidianis tamen diſtributionibus duntaxat exceptis, cum ea integritate, per ſeptennium **duntaxat percipere valeant cum qua** illos perciperent ſi in Eccleſijs & locis in quibus Beneficia huiuſmodi forſan fuerint, perſonaliter reſiderent. Nec ad reſidendum interim in eiſdem compelli poſſint inuiti, dictoque ſeptennio durante, ratione Beneficiorum eorundem ſe ad Preſbyteratus ordinem promoueri facere minime teneantur, dummodo infra annum ad Subdiaconatus ordinem ſint promoti. Præterea Doctoribus, Magiſtris, Scholaribus & Studentibus antedictis, vt extra muros dictæ Ciuitatis Bituricenſis aliqua quauis authoritate ad Iudicium euocari, trahi aut conueniri nequeant, authoritate præfata tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, erectionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1464. pridie Kalend[as] Decembris, Pontificatus noſtri anno primo, &c.

1465.

1465. Hic autem annus rerum varietate memorabilis: Nam imprimis Deſiderius Eraſmus Roterodamus naſcitur die 28. Octob. Item Ioannes Auentinus Annalium Boiorum Scriptor. Laurentius Valla moritur terſæ Latinitatis reparator, omnium Authorum caſtigator. Vnde teſte Trithemio aliquis in eum mortuum ita luſit.

Nunc poſtquam Manes defunctus Valla petiuit,
Non audet Pluto verba Latina loqui.
Iuppiter hunc cæli dignatus honore fuiſſet;
Cenſorem linguæ ſed timet ipſe ſuæ.

In Gallia coniurationem Nobilitas fecit, bellumque Ludouico Regi intulit nomine *Boni publici:* qua de re fusè Hiſtorici noſtri. Sed quod ad Vniuerſitatem attinet, die 20. Iulij habitis Mathurinenſibus Comitijs, placuit adire Regem decenti ornatu atque comitatu, & per M. Ioan. Panetchair Oratorem breuiter & ſuccinctè dicere quæ Pacis erant, ipſique *offerre preces, orationes & Proceſſiones pro felici ſucceſſu & manutenentia Regni ſui.*

Interim coniurati vndique concurrunt & ad Montem-Leothericum committitur die 26. eiuſdem menſis prælium variâ fortunâ. Altero poſt prælium die Rex Lutetiam reuerſus multa dixiſſe fertur fortiter & ſapienter; teſte Gaguino. *Secundo poſt prælium die,* inquit, *in Ciuitatem venit, vbi inter coenandum dum caſum fortunamque ſuam conuiuis memorat, multa fortiter ſapienterque locutus eſt, incertam inſtabilemque hominum conditionem cauſatus. Callebat enim litteras & ſupra quam Regibus mos eſt, erat eruditus.* » *Vnde & multos ad illachrymandum prouocauit.* Nihilominus ſe iterum in ho- » ſtem ducturum diſſerebat. Sed à prudentibus diſſuaſus Pariſijs ſe conti- » nuit. Habuit ſiquidem ad eum orationem egregiam Guillelmus Qua- » drigarius Pariſianus præſul, quâ rerum præteritarum memorem cum Lu- » douicum reddidiſſet, ſequentium rationem habere hortatus eſt, *Decere* » *Regem omnia conſilijs prouidere. Circum ſe habere boni æquique amantes viros* » *qui & pacis tranquillitatem ſeruent & belli motus modeſtiâ atque iuſtitiâ mode-* » *rentur.* Præſulis Oratione Rex adductus deligi ſibi viros ſpectatos iubet, » qui ad eius conſilium quoque die vna cum cæteris veteribus conſiliarijs » accederent. *Itaque ex Ciuibus ſex; ex Parlamenti Senatu totidem; exque* » PARISIENSI SCHOLA *pari numero probati homines id negotij receperunt.*

Eadem ipſa die quæ erat 28. Iulij Vniuerſitas, factâ ad D. Catharinæ de Valle Scholarium ſolemni ſupplicatione in regreſſu Regem adit tunc in ſacra Capella conſiſtentem, eiuſque nomine verba fecit M. Ioan. Panetchair, aſſumpto hoc themate *Benedictus Deus Patrum noſtrorum qui talem voluntatem dedit in cor Regis vt clarificet domum ſuam,* & Regis animum ad pacem vt potuit, inclinare conatus eſt, *ad memoriam reducens quomodo vnigenitus Dei filius vt pacem reformaret inter Deum & hominem, ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, &c.* Vt quanto maior, erat ſi ſe humiliaret, tanto maiorem conſequeretur gloriam. Reſpondit verò Rex *ſe ſemper paratum fuiſſe mediæ pacis quærere, iniurias ſibi illatas condonare, & ſi quas intuliſſet, illas paſſis reparare.*

Die vltima eiuſdem menſis Rector, comitantibus Proceribus, adit Franciæ Cancellarium, & ad eum nomine publico M. Guill. Eurardi verba fecit ad pacem ſimiliter inducens, aſſumpto themate *Conſtitues eos Principes.* Ab eo verò benigniſſimè excepti ſunt, & cum ingenua liberalique gratiarum actione.

Paulo poſt Rex Rotomagum profectus notum fecit Vniuerſitati ſe Augenſem Comitem conſtituiſſe Pariſiorum Gubernatorem, eique voluit tanquam ſibipareri. Lectæ ſunt litteræ Regiæ die 17. Auguſti, iniunctumque M. Guill. de Caſtroforti Nauarricæ Domus Archididaſchalo eum nomine Vniuerſitatis ſalutare. Interim conuolant Coniurati, ſuburbia

occupant, omnia vaſtant & diripiunt, omnia terrore replent. Hinc Carolus Frater Regis quadruplices litteras mittit, ad Ciues, ad Parlamentum, ad Clerum & ad Vniuerſitatẽ, inuitatque ad pacem. Initur in vrbe conſilium, & die 22. Aug deſtinat Vniuerſitas legatos ad Principes cum legatis cæterorum Vrbis Ordinum; Iſtos porro, Iacobum Iunium, Ioannem Luillier, Io. de Montigniaco & Engueranum de Parenti Doctorem Medicum. Profecti ad Nemus Vincennarũ, vbi Dux Biturigũ caſtra poſuerat, quæ eſſet mens Principum intelligunt, referuntque die 24. *ex parte dictorum Principum per organum D. Comitis de Dunois fuiſſe propoſitum, quod propter deordinationem iſtius Regni in Eccleſia, in Iuſtitia, in Nobilibus & Popularibus venerant & congregati erant circum iſtam Ciuitatem, exſpectantes Regem, vt ab eodem Rege obtinere poſſent reformationem fieri, & tres ſtatus ad id agendum congregari, inſtantius hoc fieri petentes & requirentes ac adiunctionem ex parte dictæ Ciuitatis & Communitatum eiuſdem ſibi præberi & aſſiſtentiam; alioquin erant facturi vi armorum quod Deus eis conſuleret.* 1465.

Habito hoc reſponſo dubia Vniuerſitas quid conſilij caperet, tandem ſtatuit alijs vrbis Corporibus ſe ſe conformare. Et die 25. in Collegio Nauarrico ſolemnem Miſſam pro pace & concordia celebrat. Demum eadem die inſtantibus Coniuratis reſpondet. *Regem abeſſe, breui redituru, apud eum verò facturam Vniuerſitatem pro pace quidquid poſſet.* Interim verò Comes Augenſis Milites inomnibus vrbis ſtationibus collocat, immò in Collegijs; quamobrem congregata Vniuerſitas die 27. decernit « *eundum fore ad D. Comitem Augi* & ſibi remonſtrandum fore qualiter ſupremus D. noſter Rex eum nobis dedit Protectorem & refugium in tribulationibus noſtris per ſuas litteras, ideoque eidem ſupplicandum quatenus dictis Collegijs prouideret. Item etiam ad D. Præpoſitum Pariſ. « Conſeruatorem noſtrum & ad eos de villa & eoſdem requirendum provt « ſupra. Quos etiam in exitu dictæ Congregationis dictus D. Rector congregatos eſſe intellexit omnes in Camera conſilij in Palatio; ideo eos « adiuit cum ſolemnibus Deputatis. Atque vt Cameram prædictam intrauit & dictos D. Comitem & alios inuenit, eiſdem ſupplicauit laudabiliter « & virtuosè proponens verbum Propheticum aſſumens pro Themate: *Propter Fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te*, valde eleganter illud deducens, & prædictis Dominis remonſtrans *inconuenientiam & incompatibilitatem armatorum & Scholarium, prouiſionem requirendo.* Tandem « pollicitiſunt ſe curaturos *ne Collegia, aut Scholares incommodum paterentur.*

Inijs anguſtijs vrbe poſita, Rex accurrit, deque Pace cum Coniuratis agit, & tandem conuenit. Ergo die penultima Octobris proclamatur in Vrbe hora 2. pomeridiana. Sequentibus autem diebus deliberatur de ſalutandis Principibus. Die 6. Nouemb. aditur Dux Borbonius, ad quem Fr. Ioannes Bartholomæi Minorita elegantem habet Orationem. Die 9. Dux Calabriæ ad quem ſimiliter M. Laurentius de Colonia Doctor Theologus aſſumpto **Themate** ***Dauid ſedens in Cathedra ſapientiſſimus inter tres*** 2. Reg.

His peractis Rex de recuperanda Normania cogitat, Rotomagum redit, vnde dat ad Vniuerſitates litteras, quas ipſa 13. Decemb. legit; & « paulo poſt (7. Ian.) alias quibus conſilium ſuum mentemque aperiebat, « qualiter Ducatus Normaniæ eſſet annexus Coronæ, ideóque non poterat « eum alienare ſine periurio, cùm in ſua creatione iuraſſet obſeruare honorem & integritatem Coronæ, nec non ſtatuta & ordinationes factas ſuper « his à ſuis Prædeceſſoribus, etſi promiſerat conferri D. Karolo Franciæ « Fratri ſuo pro aliquo tempore, fuerat ad euitandum maius inconueniens. Quapropter hortabatur quod non deberemus mirari ſi dictum « Ducatum intraſſet manu armata, innuens quod hoc fecerat ex conſilio « maiorum de ſuo ſanguine. Quibus auditis imprimis, deliberauit Vniuerſitas regraciando affectuoſiſſimè ſupremo D. noſtro Regi de communi- « catione ſuarum litterarum, & placuit quod conficerentur litteræ in qui- « bus contineretur qualiter congratulabamur ſuo felici ſucceſſui, nec non «

" recommendatio Oratoris noſtri qui erga Regiam Majeſtatem pro tunc
1465. " erat, &c.

Die 13. menſis Martij cum conuocata fuiſſet apud Mathurinenſes à M. Ioanne Milonis Rectore præclara Facultas Artium, lectæ ſunt litteræ Vniuerſitatis Aurelianenſis, quibus rogabatur Vniuerſitas Pariſienſis pro poſſe intercedere quominus Bituris Vniuerſitas, conſtitueretur, prout Rex Biturigibus conceſſerat. His auditis placuit Facultati Artium intercedere approbationi Litterarum Regiarum apud Senatum Pariſienſem, imò rogare, ne quod aliàs factum fuerat Senatuſconſultum aduerſus Biturges, reuocaretur, quin imò Senatus Vniuerſitati ſe ſe adiungeret, atque ad Regem ea de re ſcriberet.

Die 19. eiuſdem menſis in Comitijs Vniuerſitatis lectæ ſunt quædam Theſes & Propoſitiones Nominalium quas ſuſtinuerat M. Ioannes Fabri in Vico Stramineo: & vnanimi omnium Facultatum conſenſu remiſſæ ſunt ad Facultatum Artium vt eas examinaret, antequàm de ijs ſtatueret ſacer Theologorum Ordo. Sic enim M. Ioannes de Valle Procurator Nationis Gall. ſcribit in veteri Codice. *Quoad 3. artic. concluſum eſt quod ad Facultatem Artium propoſitiones poſitæ primò remitterentur ad viſitandum per notabiles Deputatos Regentes eiuſdem Facultatis antequam altiori Facultati Theologiæ & alijs remitterentur, & quidquam de ijs cognoſcerent.*

Vlterius ad hunc annum notare conuenit M. Andream Pelé qui circa an. 1430. & deinde rexit in Artibus, & Nationis Gall. Procurator fuit electus 4. Maij 1450. poſtea Curiæ Senatorem factum non dedignatum aſſumere Tribus Turonenſis in prædicta Natione Decanatum. Sic enim ſcribit M. Ioan. Clerici Procurator ad diem 24. Iulij an. 1465. *An. prædicto, die Mercurij 24. prædicti menſis Iulij conuocaui Prouinciam Turonenſem apud S. Matth. ad conferendum Clauem Decani eiuſdem Prouinciæ tertia die prædicti menſis defuncti, illi qui dictæ Prouinciæ Senior inueniretur & ſibi deberetur. Tandem ex deliberatione Suppoſitorum eiuſdem Prouinciæ inuentus eſt & electus Decanus vener. & circunſpectus vir, ac D. M. Andreas Pelé Curiæ D. noſtri Regis Conſiliarius, cui prædictam Clauem Decanatus tradidi & per illius traditionem eundem in poſſeſſionem dicti Decanatus poſui & induxi, recepto prius ab eo juramento in talibus fieri debito.*

1466. Anno 1466. cum Rex Vniuerſitati mandaſſet, vt libros quoſdam Artis Magicæ à M. Arnoldo des Mareſts Aſtronomo compoſitos examinaret, an conſoni forent fidei & Doctrinæ Chriſtianæ, ideoque ſelecti fuiſſent ex omni Facultate & Natione quidam Magiſtri die 26. Octob. tandem 10. Nouemb. renunciarunt Vniuerſitati apud Mathurinenſes congregatæ in ijs libris contineri multas ſuperſtitiones, multas coniurationes, ac dæmonum inuocationes manifeſtas & horribiles, multas inſuper latentes hæreſes & idololatrias certiſſimas. Quamobrem eos damnauit Vniuerſitas, ſuamque Cenſuram Regi ſignificauit per M. Thomam de Courcellis Decanum Theologicæ Facultatis; qui quia tamen hoc munere defungi non potuit, ſubſtituit M. Ioannem Luyllier. Tunc erat Procurator Nationis Gallicanæ M. Guill. Ficheti qui in veteri Codice Procuratorum Nationis Gallic. tum rem prædictam, tum etiam celebrationem Miſſæ & recitationem Vigiliarum pro anima defuncti M. Roberti de Sorbona quondam Nationis Gallic. ſuppoſiti ſtatutam fuiſſe eodem actu docet his verbis. Decimo die Nouemb. anni prius annotati (1466.) Vniuerſitatis Pariſ. Congregatio apud S. Mathurini Eccleſiam ſuper 3. artic. habita eſt. 1. Audita eſt accurata diligentia Deputatorum in examine librorum quondam M. Arnoldi des Mareſts à Rege Vniuerſitati tranſmiſſorum, & quæ acta erant D. Decanus Pariſienſis recitauit omnium Deputatorum nomine. Deinde quædam iniuriæ Notario cuidam per Clientes Regios illatæ, recitatæ per Rectorem fuerunt, quem vi truſerant in Carceres, propterea quod litteras Mandatorias Conſeruationis exequebatur. 3. Loco pro ſupplicationibus affuit quidam poſtulans Gradûs litteras teſtimoniales. Natio autem Franciæ ſuper his deliberatura in

ſedem ſuam venit. Vbi per Procuratorem repetitis prænotatis articulis adiectus eſt ſpecialis articulus ad ipſam Nationem attinens, videlicet quod *cum viri probatiſſimi & memoriæ celebris M. Roberti de Sorbona ſacrarum litterarum quondam Profeſſoris, ac Collegij famatiſſimi de Sorbona Fundatoris obitus quotannis in craſtino B. Martini Turonenſis celebretur per Vniuerſitatē, & in vigilia S. Martini, Officium mortuorum, quæ vigiliæ appellantur, decantari ſoleant præſente Rectore & Procuratoribus Nationū; quod placeat Nationi deinceps fieri refuſiones, ſeu diſtributiones duorum denariorum Pariſienſiū pro quolibet Regente qui Cappatus interfuerit; attento quod aliæ Nationes hoc itidem faciant. Eſt præterea aliud, quod ipſe Fundator Collegij Sorbonæ iam nominatus alumnus Franciæ Nationis extitit, dum viueret, ſuntque in ipſo Sorbonæ Collegio Galli præhonorati cæteris Nationibus: fuit etiam, ita aliàs iamdudum factum, vt antiquiores ſe ſe vidiſſe affirmabant, qui diſtributiones fieri in Vigilijs ſui obitus fatebantur.* Affuit & M. Ioannes Parcheminier ſupplicans Nationi adiunctionem in quadam cauſa incepta in Caſtelleto contra quoſdam, vt aiebat, perturbantes eum in adminiſtratione Officij Procuratoris Collegij Plexiacenſis. Propoſitis omnibus quæ huc vſque ſcripſimus, ita Nationi placuit conſultationem habere. Egit gratias permaximas DD. Deputatis qui operosè prænominatos libros viſitarunt. Ex quibus quidem libris nullus omnino inuentus fuit carens labe ſuperſtitionis: quemadmodum Decanus Pariſ. ore quaſi omnium Deputatorum retulerat. Placuit præterea formula cuiuſdam Epiſtolæ tranſmittendæ Regi quam ante nominatus Decanus legerat in conſpectu Vniuerſitatis. Dedit Natio deputauitque Præfatum D. Decanum futurum Legatum ad Regem ſuper materia dictorum librorum; adiecto quod ſpeciales etiam articulos circa ſuppoſitorum prouiſionem exequeretur apud Regem. Quod ſi forte propter ſenium nolit dictæ legationis onus ſuſcipere, voluit Natio eloquentiſſimum virum M. Ioannem Luillier Theologalem Doctorem fore Legatum. Deinde quoad materiam 2. articuli, voluit Natio dictos Clientes per Conſeruatorem excommunicandos, niſi iniuriam illatam & Notario & Vniuerſitati ſatisfactione condignâ aboleant. *Et quoniam antiquitus erat Procurator quidam communis totius Vniuerſitatis etiam præter Promotorem, placuit Nationi quod D. Rector congreget Vniuerſitatem ad eligendum eiuſmodi Procuratorem & etiam Promotorem, ſi ſit opus. Propterea quod D. Promotor hodiernus ſenio fractus officio nequit ſuo ſatisfacere.* Conceſſit præterea litteram Gradus ſupplicanti. Conceſſit perinde ſupplicationem M. Ioannis Parcheminier; dedit enim ei adiunctionem vt poſtulabat. Quo verò ad materiam Obitus quondam M. Roberti de Sorbona, voluit vnanimiter Natio quod etiam in vigilijs præfati obitùs fiant diſtributiones omnibus Regentibus de Natione, more ſolito comparentibus, videlicet in Cappa Regentiæ. Et ita fieri multi ex antiquioribus Magiſtris ſe vidiſſe aſſirmabant. Ideo in perpetuum fiant diſtributiones & in Vigilijs & in craſtino in Miſſa quæ pro eo celebratur. Idcirco omnibus qui in vigilijs affuerant pridie, feci per Bidellum diſtribui pecunias. Et ita fore obſeruandum concluſi.

1466. De Officio celebrando pro Roberto de Sorbona.

Item hoc anno Deputati ſunt nonnulli graues & docti viri qui Collegia luſtrarent, atque ad Nationes luſtrationis ſuæ rationem referrent, idque ob Doctrinam Guillelmi Okami, & conſimiles, quæ proh dolor! (ſcribit Roërius Procurator Nat. Gallic.) *ſicut mala zizaniæ radix in agro fertili Vniuerſitatis Pariſienſis inceperat pullulare.*

Notandum verò quod ſcribit idem Fichetus ad diem 24. Nouemb. de reformandorum Collegiorum iure, quod ad ſingulas Nationes pertinebat. *M. Simon de Chalneyo* nomine Procuratorio M. Io. Lathomi & quorundam Magiſtrorum & Scholarium in littera procurationis per eum exhibitæ contentorum, requirens vt Natio quæ habet ius & ſemper habuit ſuper Collegijs eiuſdem Nationis, velit prouidere de bono & idoneo Magiſtro, Collegio de Marchia, & etiam tueri & defendere, ſicut & aliàs fuerat in Natione concluſum in Officio Capellaniæ dicti Collegij

» prænominatum M. Io. Lathomi contra quoſcumque eundem in officio
1466. » illo perturbantes. Et præfatus M. Simon nomine Procuratorio in quo-
» libet alio modo, quo melius poteſt, nominauit tanquam idoneum ad of-
» ficium Magiſtri prænominati Collegij Vener. virum M. Io. de Roſerijs
» in Artibus Magiſtrum & in Theologia Baccalarium formatum. Quem
» M. Ioan. de Roſerijs vnanimiter & via Spiritus-Sancti omnes Magiſtri
» præfatæ Nationis ibi ſolemniter per Bidellum congregati in Magiſtrum
» Principalem & Gubernatorem dicti Collegij Marchiæ elegerunt. Et
» etiam præfatum M. Io. Lathomi in ſua Capellania tueri voluerunt & de-
» fendere, & in præfato Capellaniæ officio omnibus modis quietum & ſine
» turbatione remanere voluerunt. *Et quia Natio habet Priuilegium, ſeu con-*
» *ſuetudinem & viſitandi & reformandi & inſtituendi & deſtituendi Burſarios,*
» *Procuratores & Magiſtros quorumcunque Collegiorum ſub ambitu dictæ Na-*
» *tionis & iuriſdictione contentorum*, & etiam ius loco illorum alios inſtituen-
» di, voluit Natio non obſtantibus quibuſcumque, qui vel Magiſtri, vel
» Procuratoris, vel Capellani loco ſe ingerunt, quod dictus de Roſerijs
» tanquam verus & indubitatus Magiſter dicto Collegio præficiatur, & per
» Procuratorem, vel alium nomine Nationis in poſſeſſionem pacificam di-
» cti Collegij inſtituatur, collocetur & mittatur, & dictum Lathomi ſimi-
» liter in Officio Capellani defendatur nomine & Nationis authoritate.
» Et hæc omnia quoniam vno omnium conſenſu deliberata ſunt, ita con-
» cluſi, G. Ficheti.

Huicce concluſioni interceſſit M. Michaël Miniclardi Primarius eiuſdem Collegij, ſed cum in Comitijs diei 3. Decemb. iuſſus fuiſſet edere ſuæ rationes interceſſionis, hoc tantum dixit ſe poſtulare vti *ſtatuta Collegij ſeruarentur in forma*, & ea Natio ſeruari quoque voluit.

Porrò hoc anno graui peſtilentia vexata eſt Ciuitas Pariſienſis, nec caruit eo malo Academia quæ pœnè Magiſtris & Scholaſticis viduata eſt: cuius rei etiam meminit Gaguinus lib. 10. *Grauis*, inquit, *per eos dies anni ſalutis 1466. peſtilentia Pariſios vexauit: in Ciuitate enim & vicino territorio quadraginta millia abſumpta fuiſſe referuntur; quo morbo Arnoldus Ludouici Aſtronomus & Medicinæ artis complures Profeſſores interiere.*

1467. Anni 1467. initio redierunt à Rege qui tum Rotomagi morabatur, Oratores Vniuerſitatis, cum ipſius Litteris pauco verborum complexu conſcriptis, reliqua habentes in mandatis quæ Vniuerſitati exponerent; præſertim verò Rex querebatur fuiſſe aliquos Vniuerſitatis alumnos turbulentos, qui Coniuratorum & hoſtium ſuorum partibus fauiſſent & fauerent potius quàm ſuis. Res hæc acta eſt Procuratore Nationis Gallicanæ M. Petro Cheuallier, qui in veteri Codice ſic ſcribit.

» Die Lunæ Aprilis 27. eiuſdem anni (1467.) fuit alma mater Pariſienſis
» Vniuerſitas per honorandum D. Rectorem apud S. Mathurinum ſolem-
» niter congregata ſuper 3. art. Quantum ad 1: lucidè explanauit præfatus
» **D. Rector, quæ ex parte Domini noſtri Regis Francorum illuſtriſſimi &**
» ſupraſcriptis ſuis Officiarijs, ſeu Commiſſarijs coram ſolemnibus *Depu-*
» *tatis, præſentibus 4. Procuratoribus in aula S. Mathurini, in qua ſolet ſedere*
» *pro tribunali Iudex Curiæ Conſeruatricis dictæ Vniuerſitatis explicata atque*
» *patefacta fuere.* Tria enim ſerie relatarunt. Primitus quod ſupremus D.
» noſter Rex paterno ſuccenſus amore erga filiam ſuam immortalem Vni-
» uerſitatem Pariſienſem, apud ſummum Pontificem Paulum obnixè ela-
» borari fecerat per ſuos Legatos clariſſimos, per quos obedientiam ei-
» dem Patri ſummo delegarat ad optimam prouiſionem pro dicta ſua filia
» habendam, nec plenariam obedientiam præſtare voluerat, verum ſolam
» filialem, vſque rem ipſam finem duxiſſet ad optatum. Quam quidem pro-
» uiſionem, vt ſcribebat prælibatus Pontifex ſummus, ſe largiturum pol-
» licitus erat, atque ſtatuerat vt Archiepiſcopus Mediolanenſis indilatè
» Gallorum ad Regna excelſa ſe transferret, vbi cum Illuſtriſſimis, necnon
» prudentibus viris publicam pro re Gallicana curam fidiſſimè gerentibus
» concordata fœderaque compangeret, tam circa plenariam habendam

obedientiam,

obedientiam, quàm circa Clericorum Regni, præſertim Vniuerſitatis almæ Pariſ. Prouiſionem concedendam, etiam iuxtà articulos per dictæ Vniuerſitatis Doctores & Magiſtros confectos, vel conficiendos *ſingulis ſecundum Graduum ordinem copiosè prouidendo.* 1467.

Secundo rogitarunt ex parte ſupremi D. noſtri Regis ne inde Studentes huius Vniuerſitatis inclytæ veterem inciderent in errorem, quo nonnunquam viſi ſunt ſuper Principum diſcrimine nimium effrenatè decertare, alij verbo, reliqui ſcripto, cæteri autem Lectione atque Sermone publico potius fauentes parti aduerſæ quàm Regiæ. Quas ob res aduerſariorum furor tyrannicus interdum feruidiùs exarſit. Hortabatur igitur ſi quidquam differentiæ inter Principes, quod Dominus non permittat, oriretur, ne *aliqui Suppoſitorum Vniuerſitatis quouis modo murmurare præſumerent, aut adijcere colloquendo, aut comminando, aut legendo, aut prædicando, aut etiam parentibus reſcribendo, ſed de ſtudio ſuo duntaxat ſoliciti ſint, ſub grauiſſimâ pœnâ delinquentibus in hac re infligenda.* Verùm ſi qui nuper eſſent qui formidarent ne forte affectu, pietate, aut alio motiuo valerent cordis ac linguæ prope fore compotes, ex nunc recederent vt tutiùs futura pericula vitarent. At ſi quotquot ſunt in eadem Vniuerſitate verſantes, ſub ea tranquillitate verborum viuere firmiter decreuerint, eos ab omni exitio prædictus D. noſter Rex præſeruare ſpopondit, vndecunque etiam ortum duxerint: imò ſi forte tempore etiam turbido atque bellicoſo repatriare aliqui vrgerentur, promittit Rex illos vſque ad parentes etiam hoſtiles facere conduci ſub omni poſſibili tutamine.

Tertio expreſſerunt quod inter Vniuerſitatis ſtatuta vnum immiſcetur, quod impræſentiarum non practicatur, vt videlicet in nouâ Rectoris creatione ſit ſemper vnus Regius Officiarius qui ex parte D. noſtri Regis nouum Rectorem cum alijs aſſiſtentibus habeat ad Iuramenta recipere: *Non enim decet*, vt ferebant, *quod quouis modo diſponatur de Filia, Patre neſciente.* Ea propter optat & vult D. noſter Rex illud amodò in poſterum eſſe practicandum, *conſentiens tamen vt illum Officiarium eligat Vniuerſitas, qui etiam ſit de eius gremio, ſi voluerit talem eligere.* Vult itaque D. noſter Rex, vt ibidem explanarunt, præfatam Filiam ſuam ad plenum omnibus & ſingulis ſuis libertatibus ac franchiſijs perfrui, &c.

Quantum ad 2. art. prædictus D. Rector vberanti facunditate narrauit qualiter ipſe ſolemnibus Deputatis comitatus diebus à paucis D. Comitem Dunenſem intimum Vniuerſitatis Benefactorem adierat, ad eius memoriam lucidiſſimam renouandam ſuper prouiſione Vniuerſitatis medio ſui impetranda. Quibus auditis cœpit ornatiſſimè inclytus Comes ille matrem Vniuerſitatem vſque ſuper aſtra extollere, offerens ſe omnibus vijs dictæ Vniuerſitati fore ſeruiturum, nec non viribus totis prouiſionem ſuam procuraturum, tum apud Regem, tum apud cæteros qui rei tantæ operam dare valebunt. Et magno percuſſus amore conſilium dedit inquiens certum eſſe Mediolanenſem Archiepiſcopum ad Regiam Majeſtatem ſatis citò venturum fore, vt cum ipſo D. Rege paciſcatur, quem indubiè blandiciæ Italicæ permulcebunt & vincent, vt in partem ſibi vtiliorem mentem Regiam pertrahat. Idcirco ſi Prior Regem alloquetur, timendum eſt ne aduentui eius in partem flectat Vniuerſitati improſperam. Quapropter conſuluit vt nonnulli Ambaſſiatores ad Regem mitterentur ex parte Vniuerſitatis Legatum illum præuenientes, maximè eo tempore quo ipſe D. Comes cum D. noſtro Rege eſſet, & ibi parte ex vna pro Vniuerſitate ipſemet clamaret, & Ambaſſiatores parte ex altera, adeo vt cogeretur animus Regius in partes Vniuerſitatis deſcendere.

Quantum ad 1. igitur Natio ad partem ſolemniter congregata ſummopere Regiæ Majeſtati regraciata eſt de bono zelo paterno ei impenſo, & deliberauit quantum ad illa duo quæ DD. Commiſſarij deinde requirebant, quod ipſa vnanimiter, ac ſponte ita voluit, vult & volet facere, imò multò maiora, ſicut optat Regia Majeſtas. *Nempe verba, murmura ſuper*

1467. " *Principum factis, penitùs omnibus & ſingulis ſuis Suppoſitis, ſub grauibus pœnis,*
" *nec non publicâ priuatione, ac turpi reiectione inhibendo, prædictum etiam ſta-*
" *tutum deinceps practicando, dummodò cætera priuilegia ab vſu & practica lapſa*
" *pariter in practicam reuocentur.*

" Quantum ad 3. regraciata eſt ſummopere illi egregio Comiti de amo-
" re, de Beneficio, de labore per eum dictæ Vniuerſitati impertito, & ſuo
" conſilio prouidiſſimè acquieſcendum omnino fore deliberauit. Addidit
" tamen quod Ambaſſiatores in pauco eſſent numero, vnus Theologus vi-
" delicet & vnus Artiſta de Natione Gallicana duntaxat.

Eodem anno cum Rex ad terrorem incutiendum hoſtibus, Ciues Pariſienſes, armari iuſſiſſet, & ab ijs qui armorum negotio præfecti erant, iniunctum fuiſſet Vniuerſitati arma ſimiliter capere, & in Collegijs ſuis armorum officinam pati, quia ab hoſtibus timor erat, Vniuerſitas die Sabbati 18. Iulij congregata fortiter ei rei obſtitit; qua de ſic ſcribit M.
" Hugo de Virduno Procurator Nationis Gall. Anno præſcripto, die ve-
" rò Sabbati 18. Iulij fuit veneranda parens Vniuerſitas apud S. Mathuri-
" num ſolemniter congregata ſuper 2. artic. Primus fuit ad audiendum acta
" & dicta in Camera Computorum per DD. Deputatos à dicta Vniuerſita-
" te cum DD. Conſiliarijs Regijs & Commiſſarijs ſuper armorum nego-
" gotio & ad vlterius ſuper hoc prouidendum. Secundus artic. fuit com-
" munis ſupplicationum & iniuriarum. Quantum ad hunc ſupplicauit D.
" Procurator venerandæ Nationis Picardiæ pro litteris recommendatorijs
" ad D. Epiſcopum Beluacenſem, cuius ſupplicatio à Natione admiſſa eſt,
" dum tamen ipſæ litteræ in Vniuerſitate legantur.

" Quantum verò ad 1. artic. quanquam oſtenſo planè per Reuerendum
" D. & M. noſtrum M. Ioannem Panetchar petitionem DD. Commiſſa-
" riorum profeſſioni atque ſtatui Scholaſtico contrariam eſſe, ijdem Do-
" mini expoſuiſſent ſe nos nolle ad deferendum arma inuaſiua, ſed ſolum
" defenſiua pro neceſſitate, ſi forſitan occurrat, coërcere; nec adhuc ſe
" intelligere huic iugo ſubijciendos indifferenter omnes, ſed ſolum eos
" qui manſionem fixam, focum, larem Pariſius poſſidentes, ſufficientem pro
" hoc habent facultatem; A nobis quoque ipſis & ex noſtris Commiſſa-
" rios quoſdam fore deligendos qui hos inſcriberent, & eorum nomina
" dictis Dominis deportarent, Nullo tamen pacto ſicut nec aliàs, placuit
" dictæ venerandæ matri Nationi Gallicanæ dicto iugo ſe ſubiectam iri.
" *Quin potius deliberauit, ſicut & prius Deputatos notabiles de ſingulis Facultatibus & Nationibus ad præfatos Dominos eſſe tranſmittendum, arma ſpiritualia pro tuitione & ſalute ſupremi Domini noſtri Regis atque inclytæ Vrbis huius oblaturos daturoſque nunquã contra profeſſionem & conſcientiam noſtram à nobis, vel petitioni eorum aſſenſum, vel operam cuiuſcumque de gremio noſtro coactioni ſuper hoc negotio datum iri.* Sed ſi viſum fuerit eis petitionem ſuam, nec
" ſtatui noſtro, nec conſcientiæ derogare, agant ipſi nobiſcum ſecundum
" **diſcretionem ſuam. Nos tanquam filij obedientes ſupremo** Patri noſtro
" in nomine Domini cum patientia poſſidebimus animas noſtras, onus hu-
ius negotij omne humeris ſuis imponentes. M. Guill. Fichetus ſocius Sorbonicus tunc Rector ex eo Regi inuiſus fuit, quod Vniuerſitatem ab armandis Scholaſticis dehortari auſus fuiſſet: cuius rei meminit Gaguinus prædicti Ficheri diſcipulus lib. 10. Hiſt. *Conatus eſt Rex illis diebus ex Schola Pariſienſi delectos habere Armatos, quibus ad belli neceſſitates vteretur. Præerat autem Scholæ Rector Guill. Fichetus magni animi vir, doctrinâ & dicendi arte potens, qui in caligine iacentibus Humanitatis ſtudijs lumen mea ætate attulit, excitauitque complures Latinè diſcere & eleganter loqui. Hic igitur acceptis à Rege de armandis Scholaſticis litteris, Concione generali habitâ diſertam habuit orationem, quâ veritus eſt non repugnantem Ludouico ſententiam dicere: quâ maximè probatus atque clarus factus eſt.*

Die 25. eiuſdem menſis & anni congregata fuit à Rectore Vniuerſitas apud Mathurinenſes, ad audiendas querelas quaſdam ſummi Pontificis de Conſeruatore Priuilegiorum Apoſtolicorum: item & Reſponſa DD.

Commiſſariorum qui armorum negotio præfecti fuerant; vt ſcribit idem Procurator. 1467.

Die Sabbati qua BB. Iacobi atque Chriſtophori feſtiuitates ab Eccle. " ſia celebrantur, ſcilicet 25. præſcripti menſis, fuit mater Vniuerſitas apud " Eccleſiam S. Mathurini ſuper articulis 4. per D. Rectorem accerſita. " Primus fuit ad audiendum litterarum lecturam à Reuerendiſſimo in Chri- " ſto Patre D. Cardinale Albigenſi Abbate S. Dionyſij in Francia per cla- " riſſimum Patrem Magiſtrum noſtrum M. Ioannem Boulenger Vniuerſi- " tati tranſmiſſarum continentium tantum à Nobis debere quibuſdam per " eum ipſum Magiſtrum noſtrum enarrandis fidem adhibitum iri. Dixit ita- " queidem non ſolum dictum in Chriſto Reuerendum Patrem ſe ei ſicut & " omnibus de hoc Studio in fauorem eiuſdem Studij pro agendis ſuis omni- " bus apud Curiam Rom. quamhumaniſſimum exhibuiſſe; verum etiam " duo eidem Vniuerſitati pro ſingulari commodo ſuppoſitorum eiuſdem " referenda commiſiſſe. *Primum eſt querimonia ſummi Pontificis atque totius* " CONTRA *cœtus DD. Cardinalium propter abuſus qui à D. Conſeruatore Priuilegiorum* " CONSER- *dictæ Vniuerſitatis contra Sedē Apoſtolicā à paucis diebus ſunt commiſſa. Abſoluit* " VATOREM *enim idem Conſeruator quoſdam ab eadem S. ſede iure & Iudicio excommunica-* " PRIVILE- *tos, excommunicauitque alios in Curia Rom. reſidentes atque practicantes. In* " GIORVM. *tantum etiam creuit eius audacia quod in perſonam vnius Dominorum de Rota,* " *vt aiunt quidam, non dubitauerit ferre ſententiam; ita vt vulgo tritum ſit,* Par " la mort-Dieu, Martin fait rage. *Niſi igitur tantos abuſus Vniuerſitas cor-* " *rexerit, ſtat ſummi Pontificis ſententia Priuilegium Conſeruationis totaliter* " *eneruare, hoc pacto vt omnibus Prælatis huius Regni det mandatum ſub pœna Ex-* " *communicationis quibuſcunque mandatis ſeu Reſcriptis dictæ Conſeruationis non* " *deferre, quin potius ea flocci facere & pro nihilo reputare.* Secundum eſt af- " fectus ſingularis quo Beatiſſimus Pontifex viros litteratos & doctos am- " plectitur. Conſuluit itaque dictus Reuerendiſſimus in Chriſto Pater vt " omni protractione poſtergata eum ipſum Beatiſſimum Patrem etſi non " per Ambaſſiatam, ſaltem per litteras congratulatorias atque recommen- " datorias Vniuerſitas habeat viſitare, recommiſſoſque facere 30. vel 40. " grauiſſimorum de ſuis ſuppoſitis. Quod ſi fiat, illi non paruam quàm bre- " uiſſimè prouiſionem procul dubio conſequentur. Egit igitur ſuper hoc " imprimis gratias veneranda Parens Natio Gallicana Reuerendo Patri D. " Cardinali cum pro ſuarum communicatione litterarum, tum pro ſua er- " ga nos beneuolentia atque animaduerſione. Dein etiam humaniſſimo " Patri M. Ioanni Boulanger pro legatione & laboribus aſſumptis. Placuit- " que eidem parenti D. Conſeruatorem ammonere, ne ſua poteſtate abu- " tatur. Item ſcribere gratias, excuſationem, recommendationem & ad " D. Cardinalem, & ad ſummum Pontificem, quatenus erga matrem Stu- " diorum beniuoli perpetuò perſeuerent. Secundus articulus fuit ad au- " diendum dicta in Camera Compotorum per DD. Deputatos ſuper facto " armorum. Nam cum nudiuſquintus clariſſimus Pater **M. Ioannes Panet-** " **char** concluſionem ſuper hoc negotio nudius octauus factam retuliſſet, " D. Regis Conſiliarij ſe Concluſionem huiuſmodi ſupremo Patri, ac D. " noſtro Regi dixerunt reſcripturos; nec niſi reſponſo prius accepto in " hac materia nobiſcum vltra proceſſuros. Ratam igitur hanc Concluſio- " nem habuit veneranda Parens, egitque honorando Magiſtro noſtro & " DD. Deputatis gratiasimmortales. Tertius articulus fuit ad eligendum " Oratorem qui coram Apoſtolico Legato ſit, cum opportunitas aderit, ora- " turus. Recuſauit enim D. Decanus Pariſienſis qui Congregatione qua- " dam iamdiu celebrata electus erat, huiuſce rei onus aſſumere. Elegit au- " tem Natio honorandum Magiſtrum noſtrum M. Ioannem Luillier; quod " ſi recuſet, ex tribus ſcilicet Magiſtris Ioanne Panetchar, Ioanne Huë, " Petro Caros alterum vult aſſumi, &c. "

Nondum armorum negotium finitum erat; opus fuit alijs deliberatio- nibus; ſemper inſiſtebant Miniſtri Regij, petebantque armari Scholares, quod ipſi Vniuerſitati indigniſſimum eſſe videbatur: quamobrem viros

quoſdam de ſuis ſelegit; qui prædictos adirent Miniſtros, deque ſuo erga
1467. Regem officio obſequioque certos facerent, rationes verò edocerent ob quas iniquum eſſe reputabat armari Scholares. Item eadem Vniuerſitas Patrum ſuorum inſiſtens veſtigijs contra Pragmaticæ-Sanctionis abrogationem quam Rex rogatu Pontificis meditabatur, ſtetit, appellauit Concilium, curauitque id Pontificio Legato ſignificari; inſtrumentum verò appellationis in Carthophylacio reponi voluit. Quæ omnia & plura alia in Actis Nationis Gall. continentur.

„ Die Iouis 17. Octob. congregata fuit alma Parens Vniuerſitas Pariſ. „ apud S. Mathurinum per honorandum D. Rectorem ſuper 3. art. Primus „ fuit ad audiendum diligentias factas ſuper appellatione rupturæ Pragmaticæ; & pro quo ad iſtum artic. honorandus Magiſter noſter Petrus Caros retulit Orationem quam fecerat Magiſter noſter Guillelmus de Caſtroforti coram DD. de magno Conſilio, ſuadens ne requirerent Vniuerſitatem vt concluderet capere debere arma ſuppoſitis Vniuerſitatis. „ Et adduxit 3. rationes. 1. *Quia Vniuerſitas erat lux totius Chriſtianitatis „ & veritatis & pacis, & negligentia eius læſa remaneret, non decebat eidem „ hoc concludere.* Secunda *quia Vniuerſitas erat multum depopulata propter „ guerram & peſtes.* Nunc verò ſi concluderemus debere arma capere & „ hoc prouenire ex mente Regis, eſſet occaſio ne parentes mitterent pro„ prios filios, ignorantes propriam mentem Regis & eius intentionem. „ Tertia *quia cum ipſe Rex ſit Chriſtianiſſimus Rex, iſtud cederent in de„ decus gloriæ & nominis ſui:* ſed parata erat Vniuerſitas qualibet hebdo„ mada celebrare Miſſam orando pro eo apud S. Genouefam, aut vbi vel„ let, vbi compareret Rector, Decani, Procuratores & Regentes cum „ Cappis; & quod dignaretur Regia Majeſtas hoc acceptare pro armis cor„ poralibus.

„ 2. Honorandus D. Rector poſuit in deliberationibus an placeret Miſ„ ſam celebrari per Vniuerſitatem ſingulis hebdomadis pro D. noſtro Re„ ge. Similiter ſi appellationes factæ deberent ingroſſari & reponi in Cof„ fro Vniuerſitatis. Et quantum ad iſtum artic. Gallicana Natio ita deli„ berauit. Regraciabatur imprimis honorando Magiſtro noſtro de Caſtro„ Forti de ſua Propoſitione vnà cum DD. alijs Deputatis de laboribus in „ cauſa noſtra: & quod honorandus Magiſter noſter poneret prædictas ra„ tiones ſuaſiuas per modum cuiuſdam ſupplicationis offerendo Miſſam „ celebrandam qualibet hebdomada ad ſuam deuotionem, &c. Delibera„ uit inſuper quod Appellationes factæ per D. antiquum Rectorem groſ„ ſentur & ponantur in Coffro Vniuerſitatis; & quod Natio noſtra habeat „ duplum, & illud reponatur in Coffro Nationis.

„ Secundus artic. fuit ad dandum Deputatos qui habeant conferre cum „ Deputatis Regijs & villæ Pariſ. ſuper illo Priuilegio *de non trahi extra „ muros Pariſienſes*, & ſuper Prouiſione noſtra: & ad dandum Deputatos „ qui habeant conferre cum Reuerendis in Chriſto Patribus DD. Epiſco„ pis Turonenſi & Lingonenſi, ſi qui habent poteſtatem confirmandi Pri„ uilegia noſtra; ſimiliter ad dandum Deputatos qui habeant regraciari „ Dominis de Villa, de bono affectu ad Vniuerſitatem. Et quantum ad iſtum „ artic. placuit Nationi dare Deputatos prius nominatos qui habeant con„ ferre cum prædictis Dominis habentes poteſtatem audiendi & referendi „ ſolum, proteſtantes quam primum inter bu ill. Concilium, quod non „ veniunt ad ipſos cauſâ interimendi Appellationem matris noſtræ Vniuer„ ſitatis ſuper ruptura Pragmaticæ, nec intendunt quoquo modo contra„ ire, ſed eam tueri pro poſſe, & defendere. Nec liceat D. Rectori nume„ rum prædictorum diminuere, aut commutare ſine licentia & ſcitu Vni„ uerſitatis. Placuit inſuper dare Deputatos ad regraciandum Dominis de „ Villa, & ad conferendum cum illis Epiſcopis, &c.

De Pragmatica. Quod ad Pragmaticam illam Sanctionem attinet, ſupra retulimus Ludouicum XI. pollicitum fuiſſe Pio Pontifici ſe illam abrogaturum; quod cum nondum præſtitiſſet, perpetuis Romanæ Curiæ poſtulatis & precibus

ad id faciendum impellebatur; & in eam rem venerat in Franciam à ſummo Pontifice Ballua Cardinalis, qui rem tandem à Rege obtinuit. Opus erat confirmatione ſeu approbatione Senatus, cui Ioannes Romanus Procurator Regius & Vniuerſitas interceſſerunt: ita vt re infecta coactus fuerit Ballua redire ad Ludouicum. Qua de re ſic Gaguinus. Famâ ante hos dies ferebatur Ludouicum Pio Pontifici Romano promiſiſſe ſe Pragmaticam Sanctionem; de qua in Caroli VII. geſtis diximus, deleturum, ſi aliquando ad Regnum ſine controuerſia peruenisſet. Eius promiſſi Pius Pontifex non oblitus, cum eandem Pragmaticam maximè execraretur, eamque hæreſim appellaret, Legatum Ioannem D. Benedicti Monachum Atrebatenſium Cardinalem ad Ludouicum mittit qui Regem ſe promiſſo ſoluere hortaretur. Cui audiens Ludouicus Legato litteras ad Parlamentęum Senatum dat de ipſa Pragmatica abroganda. Erat in ipſo Senatu Ioannes Romanus Regius Procurator. Hic Ioanne Ballua ad Curiam Ludouici atque Legati nomine cum litteris veniente, peteneteque Senatum vt eas ſuo Decreto roboraret. *Ego*, inq[illegible] *Iudices, hanc commodiſſimæ legis abolitionem non approbo, & quatenus ad meum officium attinet, Ioannis Balluæ petitionem impedio.* Ea re incandeſcens Ballua (erat enim ingenio verſipelli & doloſo nimis) Ioanni Romano multa eſt comminatus. *Cui repugnare etiam Schola Pariſienſis non formidauit Eccleſiæ Concilium appellans.* Igitur Ballua ad Ludouicum, re infectâ, reuerſus Legationem cum altero qui à Pio Legatus venerat, ad Carolum Burgundum, Rege imperante, ſuſcepit. 1467.

Cum verò interim M. Ioannes de S. Ricario vnus è ſuppoſitis Nationis Gallicanæ neſcio quamobrem captus fuiſſet & ad Regem ductus, Vniuerſitas ſolemniter congregata die Sabbati 21. Nouemb. apud Mathurin. ſtatuit quocunque modo conſeruanda eſſe priuilegia ſua, maximè verò illud quo vetatur; trahi Scholares in ius *extra muros Pariſienſes.* Et honoranda Natio Gallicana addidit *ſe velle omnibus modis poſſibilibus defendere prædictum priuilegium, cum viſceraliter concernat ipſam matrem Vniuerſitatem.* Eapropter ordinauit, vt quàm citiùs mater Vniuerſitas mittat ad Regiam Majeſtatem vnum peritiſſimum Magiſtrum qui requirere habeat ex parte eius prædictum de S. Ricario, quia in eius detentione prædicta mater non parum læditur, atque eius priuilegium iam tactum liquidò eneruatur.

Cum autem Rector & aliquot ab Vniuerſitate Legati Proceres conueniſſent Legatum à latere vt de priuilegijs ageret, deque appellatione ad futurum Concilium: Cumque Rector rogaſſet, vti ſe Patronum & Adjutorem Vniuerſitatis apud ſummum Pontificem præſtaret, Legati verò Vniuerſitatis obmutuiſſent, cum dixit Legatus mirari ſe, quod Vniuerſitas auſa fuiſſet appellare à Papa ad Concilium, neque Rectoris, neque Legatorum, ſeu Deputatorum acta placuerunt, aut probata ſunt, vt refert M. Simon Caynet ad 15. Dec. an. 1467. Non tamen, *inquit*, Natio habuit gratum D. Rectorem quoad iſtum articulum, eo quod proceſſit ad viſitationem dicti Reuerendiſſimi Patris, Procuratoribus non vocatis: nec etiam habuit gratos DD. Deputatos qui obmutuerunt, cum inter cætera dictus Reuerendiſſimus Pater miraretur, vt retulit, *vnde alma Pariſienſis Vniuerſitas in vocem appellationis ad futurum Concilium prorumpere non formidaret; viſo quod Papa Pius excommunicauit omnes qui ad futurum Concilium appellabunt*, per hoc volens innuere, aut Vniuerſitatem, aut eius Suppoſita notari poſſe Cenſura Eccleſiaſtica contra honorem dictæ matris Vniuerſitatis. Hinc Natio ægrè tulit taciturnitatem dictorum Deputatorum; quapropter eos minimè gratos habuit.

Eiuſdem verò menſis die 23. apud D. Rectorem Deputati, vt ibidem dicitur, expediuerunt quendam Regium Seruientem qui onus acceperat *portandi & proſequendi expeditionem cuiuſdam mandati concernentis appellationem matris Vniuerſitatis* à promulgatione quarundam litterarum Regiarum; & illi in ſingulos dies 12. ſolidos Pariſienſes attribuerunt.

1467. Dum autem ex vna parte Vniuersitas à summo Pontifice per Legatum vexabatur, quoad collationem Beneficiorum & Decimam quandam quam exigebat; ex altera non minus à Regijs Publicanis qui vinale vectigal redemerant, à quo contendebat se solutam esse debere, distraheba-tur. Itaque coacta est Legatos mittere ad Concilium Turonense cum certis articulis; & ad Regem alios, vt ab iniurijs vtrinque sibi illatis se se aliquatenus tueretur; vt intelligimus ex actis Nationis Gallicanæ ad diem 11. Martij ann. 1467.

„ Die, *inquit*, vndecimâ eiusdem mensis & anni fuit congregata alma „ mater Vniuersitas apud S. Mathurinum super 3. articulis. Primus fuit ad „ audiendum lecturam plurium priuilegiorum, tam Papalium quàm Rega-„ lium. Primus fuit pariformiter ad audiendum lecturam plurium littera-„ rum recommendatoriarum, tam in Latino quàm in Gallico confectarum „ D. nostro Regi, D. Regi Siciliæ, D. Conneſtabulario, ac alijs Dominis „ de Consilio Regio, tam Ecclesiasticis quàm Laïcis transmittendarum, nec „ non plurium articulorum ad Concilium Turonense tunc transmittenda-„ rum, tangentium Prouisionem almæ matris Vniuersitatis & exemptionem „ suppositorum eiusdem à quadam Decima Beneficiorum nouiter imposita. „ Tertius fuit communis ad supplicationes & iniurias spectans. Quantum „ ad 1. art. lecta fuerunt primò quædam priuilegia Regalia & noua & anti-„ qua almæ matri Vniuersitati, ac eius suppositis super venditione vino-„ rum suorum concessa, *vt illa vendere valeant, absque cuiuscunque impositionis, „ vel exactionis molestia.* Et circa hoc exposuit honorandus Dominus meus „ D. Rector qualiter M. Petrus Martini pro altero illorum priuilegiorum „ nouiter impetrato in Curia Regia exposuerat vltra pecuniam sibi pro il-„ lo obtinendo traditam à D. Rectore duo scuta, & supplicabat præfatus „ Martini, vt alma mater Vniuersitas eidem vellet illa exsoluere.

„ Quoad secundam partem huius artic. exposuit Dominus meus ho-„ norandus D. Rector qualiter in Coffro Vniuersitatis inuenta fuerant ali-„ qua priuilegia Papalia matri Vniuersitati optimè deseruientia contra de-„ cimam prętatam quæ celeriter expondenda erant D Reuerendo in Chri-„ sto Patri D. Bituricensi & suis Collegis Collectoribus huiusmodi deci-„ mæ, vt suppositæ matris Vniuersitatis propter illam decimam, vt ratio-„ nis est, non molestarent, sed in suis priuilegijs, libertatibus & franchi-„ sijs ea viuere permitterent; quod si facere nollent, ab eisdem appellare „ necesse erat. Idem de DD. Generalibus Parisiensibus, quoad alia pri-„ uilegia Regalia, de quibus supra, exposuit colendus D. Rector fieri opor-„ tere, vt similiter sinerent iuxta illa priuilegia Suppositæ almæ Vniuersi-„ tatis gaudere libere illis priuilegijs super venditione Vinorum suorum „ eisdem concessis, ac prædicta priuilegia publicare, & in Regiſtris Curiæ „ suæ inscribere dignarentur. Et ita voluit mater Natio fieri quoad omnia „ & per omnia prædicta. Quoad 2. art. placuerunt illæ litteræ recommen-„ **datoriæ correctis corrigendis in Deputatis. Placuerunt etiam** Ambas-„ siatores nominati.

Ad hunc annum scribit Balæus in Appendice Stephanum Bruliferum Minoritam Gallum Theologum Paris. ob fidei doctrinam contra varias præceptiunculas & hominum Traditiones Parisiensium tyrannidem expertum Moguntiam concessisse, ibique complures articulos Papistis contrarios in disputationem vocauisse, nec suis periculis & persecutionibus caruisse. Ita scribit insignis Hæreticus, seu potius Apostata.

At eundem inuitat Robertus Gaguinus ad proficiscendum in Hispaniam, vt ibi disciplinam & scientiam Scoticam instituat. Sic enim ille

Pro Scotica Doctrina in Toletana Acad.

„ Ep. 74. Litteras ad te dare, Religiosissime Pater, amor Doctrinæ salu-„ taris me excitat, cuius cum Professor insignis habearis, perbenignè fe-„ res te ad id inuitari, quod ad tui ordinis maximam laudem pertinere co-„ gnoscas. Venit ex Hispania Pater Petrus tuæ charitati dum Parisijs age-„ bat, aliquando notus. Ait Reuerendum Toletanum Pontificem plurimam „ sui anteceſſoris supellectilem habere, quam in viros sapientiæ amatores

& ſtudioſos partiatur. Cumque ipſe tui Ordinis ſic & litteras abunde calleat, concepit animo eruditos potiſſimùm in Religione Chriſtiana ſibi viros aſſumere, qui Scholam inchoent Scoticæ diſciplinæ, cuius raram cognitionem habent Hiſpani. Nec magni æſtimat iſtos plebeios & vulgares Magiſtros, qui cortice tenùs litteras tantùm comparauerunt, quorum, vt ſapienter intelligis, turba multa eſt. Illos qui longis vigilijs & lucubrationibus ſe ſe exercuerunt, vt Doctores mentis appellari & eſſe poſſint, deſiderat. Inter quos Pater Stephane, vnus es mea ſententiâ huic ſalutari negotio permultum idoneus. Iam enim deferbuit in te adoleſcentiæ & imbecillis ætatis intemperans feruor: edomuiſti animi perturbationes, vales ingenio, ætate flores, doctrinâ & virtute potens. Tibi profectò hanc Prouinciam deberi exiſtimo, vbi author ſis & poſthac nominandus Academiæ Scoticæ. Nec eſt quam ob rem ignotam tibi regionem formides; vber & ferax terra eſt, gens Religioni aſſueta, & quæ peregrinos qui alicuius penſi ſunt, veneretur. Ciuitas ipſa Toletum ad Tagum amnem ſita potens eſt & diues, nullâ aëris malâ intemperie grauis; vbi etiam Fratrum tuæ profeſſionis contubernio frui poſſis. Accedit quoque Ciuitatis modeſtiſſimus Pontifex, qui D. Franciſci vitam & Religionem profitetur. Quid inter tot commoditates tibi defuturum, Stephane? arbitraris? Non enim vni Orbis angulo ita addicti eſſe debemus, vt parui reliquum habeamus. Iudæo & Græco ſe Paulus debitorem eſſe prædicat. Non piguit Auguſtinum, Africâ relictâ, Mediolanum proficiſci. Hieronymus Romæ vale dixit, vt in Paleſtina Doctrinæ deditus Bethleem habitaret. Ex vltima Hiſpania vt T. Liuium raræ eloquentiæ hominem viderent, Romam nonnulli conuenerunt. Nonne Ægyptios Plato petiuit? ad Chaldæos Bracmanaſque inde profecturus, ſi bellicus per eam gentem furor eum non tardaſſet. Verus eſt Chriſti ſermo qui neminem in ſua Patria Prophetam eſſe confirmat. Non minor te gloria manet, ſi te præceptore ſubtilis illa Scoti Theologia per Hiſpaniam docebitur. Quare age & virili animo publico omnium commodo conſule. Non te alligatum Gallia teneat. Omne ſolum, inquit Ouid. forti Patria eſt. Noli occaſionem negligere quæ nomen & gloriam tibi eſt paritura. Vale, ex Pariſijs. 1467.

Anno 1468. die verò 12. Maij conuocata apud Mathurinenſes Vniuerſitas per M. Carolum le Sac Rectorem audiuit Nuncios ſuos à Rege reuerſos pro negotio Beneficiorum, vt ſcribit M. Bertrandus Brianſon Procurator Nationis Gallic. Die, *inquit*, 12. menſis Maij anni prænominati, conuocata fuit alma mater mea Vniuerſitas apud S. Bernardum ſuper 2. artic. per honorabilem & diſcretum virum M. Carolum le Sac, eiuſdem Vniuerſitatis pro tunc Rectorem. Primus fuit ad audiendum relationem DD. Ambaſſiatorum miſſorum ad ſupremum D. noſtrum D. Regem, Super quibuſdam articulis ab Vniuerſitate confectis eidē Regiæ Majeſtati tranſmiſſis. Secundus fuit **communis ſuper ſupplicationibus** & iniurijs. Quantum ad 1. placuit audire DD. Ambaſſiatores; & ita honorandus Magiſter noſter M. Ioannes Hyene retulit ea quæ per eos facta fuerant in Curia Regis ſuper articulis Vniuerſitatis. Et primo quod fuit eis dictum & repræſentatum per D. Cardinalem Andegauenſem ex parte Domini noſtri ſupremi Regis, quod ipſe reſcriberet ſummo Pontifici, vt Vniuerſitatibus ſui Regni vellet contribuere duos menſes, præferendo tamen Vniuerſitatem Pariſienſem alijs Vniuerſitatibus, cæteris paribus. In quibus duobus menſibus diſpoſitio Beneficiorum ſpectaret omninò Vniuerſitatibus, nominando ſua ſuppoſita in qualificatione morum. Inſuper reſcriberet etiam, *quod ſummus Pontifex haberet dare certos Judices in Regno, & ſignanter in villa Pariſienſi qui haberent acceptare nominatos per dictas Vniuerſitates, & terminare lites & diſceptationes contingentes inter Studentes huius Regni in acceptatione Beneficiorum in 2. menſibus*, quorum non fuit facta expreſſa nominatio à D. Cardinale, ſed eam remiſit ſummo Pontifici. Quod verò ad articulum de Decima ſoluenda, quæ pro tunc leuabatur 1468.

" in hoc Regno, dictum fuit DD. Ambaſſiatoribus quod Vniuerſitas Pari-
1468. " ſienſis perſolueret quemadmodum cæteri nobiles & ignobiles Prælati, &
" cætera minora Beneficia, &c. Quibus factis & poſitis in medium, ſingulæ
" Facultates & Nationes ſe traxerunt ad partem, ad deliberandum ſuper
" ijs: & fuit concluſum primo quod Vniuerſitas regraciatur D. noſtro Re-
" gi de prouiſione Nobis per eum præſentata. Regraciatur D. Cardinali
" & alijs Dominis de conſilio Regis, dederuntque ſingulæ Facultates &
" Nationes certos Deputatos notabiles viros ad auiſandum ſi prouiſio no-
" bis præſentata, & omnia quæ per Cardinalem fuerunt reſponſa ſuper ar-
" ticulis noſtris, acceptarentur ab Vniuerſitate, vel non.

Die penultima menſis Iulij, habitis Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes, Decanus & Capitulum Eccleſiæ S. Quintini poſtularunt adiungi ſibi Vniuerſitatem apud Curiam Pariſ. contra Minoritas eiuſdem vrbis, *quos dicebant frangere iura ſua & Curatorum, celebrando Miſſas ſine licentia, miniſtrando ſacramenta & multa alia.* Placuit verò audiri Partes, vt agnita veritate decerneretur quod iuris eſſet.

Die 11. Aug. retulerunt Deputati vtriuſque Partis rationes; iterúmque placuit, vt ſolemnibus Comitijs Partes ipſæ ſuæ iura exponerent. Quam in rem die 17. eiuſdem menſis habita ſunt apud Mathurinenſes, nec propter diuiſionem ſententiarum fuit quidquam concluſum; vt legitur in Actis Nat. Gall. *17. die menſis prænominati per honor. D. meum D. Rectorem fuit ſolemniter congregata alma mater mea Vniuerſitas apud S. Math. ſuper 3. art. Primus fuit ad audiendum iura DD. & Eccleſiæ S. Quintini Nouiomenſis in quadã cauſa contra Religioſos Ordinis S. Franciſci eiuſdem villæ S. Quintini, ibidemque in facie matris Vniuerſitatis* M. Petrus Maugier Doctor in Decretis expoſuit iura Dominorum dicti Capituli, ad quæ ſatis ſuccinctè reſpondit quidam Magiſtrorum noſtrorum eiuſdem Ordinis. *Fuitque data adiunctio per Facultatem Artium & Medicinæ Dominis de Capitulo. Facultas verò Decretorum, ac Facultas Theol. deliberauerunt quod per amplius audirentur proceſſus & rationes FF. S. Franciſci. Et quia non fuit concordia, nihil extitit concluſum.* Secundus artic. ſuper diſpoſitione Officij Aduocati noſtri in Curia Caſtelleti vacantis, per mortem M. Ioan. Marcel, pro quo ſupplicauerunt diſcreti & venerabiles viri MM. Nicolaus Chappelle in Artibus Magiſter Pariſ. & Licentiatus in Decretis, & Guill. Bartholomæi in Artibus Graduatus Pariſius, in Iure Ciuili Licentiatus. *Et quoad Officium, Facultas Theologiæ conferebat M. Bartholomæi; Facultas verò Decretorum, nulli contulit, quia non fuit concordia. Facultas Medicinæ illud contulit M. Nic. Chapelle. In Facultate Artium non fuit quoque concordia, eo quod Natio Gall. conferebat M. Bartholomæi, & Natio Picardiæ Chapelle cum Natione Almaniæ. In Natione verò Normaniæ non fuit concordia, nec Concluſio. Et ita nec in Facultate Artium fuit Concluſio, nec concordia, quamobrem D. meus D. Rector eo quod non fuit concordia,* nihil concluſit pro illa die ſuper Officio.

Die 23. eiuſdem menſis duplex illud negotium retractatum fuit. Et quoad 1. *Placuit tribus Facultatibus, Decretorum, Medicinæ & Artium dare adiunctionem DD. Canonicis S. Quintini,* quoad alterum verò, *Facultas Artium concorditer & quantum ad omnes Nationes Officium contulit M. Guill. Bartholomæi.* Et ſimiliter Facultates Medicinæ & Theologiæ.

1469. Die 24. Martij eiuſdem anni electus eſt Rector M. Ioannes Lapidanus, quo Rectore die 27. Maij an. 1469. latum eſt Senatuſconſultum pro Vniuerſitate contra Abbatem & Conuentum San-Dionyſianum ſuper recognitione & probatione pergameni, vt legitur in Reg. Nat. Germanicæ.

De Pergameno Indicta. LI. " LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Vniuerſis præ-
" ſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod cum in cer-
" ta cauſa in noſtra Parlamenti Curia inter Procuratorem dilectorum no-
" ſtrorum *Rectoris, Magiſtrorum, Regentium, Scholarium, Studentium & Sup-*
" *poſitorum dilectæ filiæ noſtræ Vniuerſitatis Pariſ.* Actorum & conquerentium
" in caſu nouitatis & ſaiſinæ ex vna parte. Et dilectos noſtros Abbatem &

Conuentum

Conuentum S. Dionyſij in Francia defenſores & opponentes ex parte " ——
altera, ratione huius quod dicti Actores & Conquerentes inter cætera " 1469.
manutenebant & prætendebant prædictos defenſores non habere ius vi- "
ſitandi pergamenum in Landito venditum, mota & pendente, in cuius "
viſitatione & poſſeſſione quælibet dictarum partium manuteneri & con- "
ſeruari, & in caſu dilationis recredentiam ſibi adiudicari requirebat, tan "
tum proceſſum extitiſſet, quod dictis partibus in his quæ circa præmiſſa "
dicere, proponere, allegare, requirere & concludere voluerint, ad ple- "
num, hinc inde auditis, ipſæ ad producendum penes dictam Curiam "
noſtram quidquid producere vellent, ac in iure appunctatæ extitiſſent, "
ac dictæ Partes ſuos titulos & munimenta Procuratori noſtro Generali "
conſiderent qui vnam ſcedulam traderet quam dictæ Partes hinc inde "
viderent, ſi bonum eis videretur, ordinaſſet & appunctaſſet. Tandem vi- "
ſis per dictam noſtram Curiam litteris, titulis & alijs documentis, vnà cum "
relegato dictarum partium penès dictam noſtram Curiam productis, ac "
ſupradicta ſcedula per dictum Procuratorem noſtrum Generalem tradi- "
ta, per quam requirebat ius noſtrum ad vtilitatem reip. obſeruari; & con- "
ſideratis conſiderandis & quæ Curiam in hac parte mouere poterant, & "
debebant, per arreſtum dictæ Curiæ noſtræ dictum fuit quod ſupradictæ "
Partes erant & ſunt contrariæ; facient igitur facta ſua & inqueſta facta "
perfecta & ad iudicandum recepta, ipſa Curia faciet ius partibus antedi- "
ctis. Et inſuper eadem Curia noſtra dictis Actoribus & conquerentibus "
recredentiam rei contentioſæ, pendente proceſſu & quo vſque aliter fue- "
rit ordinatum, adiudicauit & adiudicat. In cuius rei teſtimonium præſen- "
tibus litteris noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parla- "
mento noſtro, die 27. Maij an. Domini 1469. & Regni noſtri 8. "

Illud autem Senatuſconſultum executioni demandatum eſt proximis Nundinis Indictalibus menſe Iunio. Vnde Vniuerſitas die 16. habitis Comitijs, gratias egit Rectori, Deputatis & Commiſſario qui illud executioni demandauerant.

Eodem anno cum Rex erigere conſtituiſſet Pictauij Curiam Parlamentæam, Ciues Pariſienſes magnam inde prouidentes vrbi Principi iacturam clademque acceſſuram, intercedendum eſſe duxerunt, & in eam rem poſtularunt ab Vniuerſitate auxilium, ſociaſque ad Regem preces. Et illa 5. Iulij in Comitijs ſolemnibus audita eorum ſupplicatione pollicita eſt quod petebant, nominauitque, die 11. ſelectos viros qui cum legatis vrbis Regem, tunc Turonis morantem adirent.

Menſe Octobri obijt celeberrimus, nec ſatis vnquam laudandus M. Thomas de Courcelles Decanus Pariſienſis Eccleſiæ & Sorbonæ Prouiſor, cui in vtroque munere ſucceſſit vir quoque laudatiſſimus M. Ioan. Lullyer. Vide in Catal.

Cum autem Ciues Bituricenſes qui Pontificiæ Bullæ Diploma Regium adiunxerant pro erectione ſuæ Vniuerſitatis, ſemper inſtarent apud Regem vt Senatui Pariſienſi litterarum ſuarum approbationem, ſeu confirmationem (verificationem vocant) imperaret, vt hoc audiuit Pariſienſis Vniuerſitas, Comitia ſua celebrauit apud Mathurinenſes die 5. Dec. iterarique voluit interceſſionem iam ante factam, vt in huius diei Actis legitur.

Quoad 1. artic. ingentes habuit gratias veneranda Natio D. Rectori " VNIVERSITAS BITURICENSIS.
& DD. Deputatis per eundem D. Rectorem antea vocatis, & DD. Con- "
ſiliarijs noſtris, qui iam in materia ipſa maturiſſimè deliberauerant, & "
publicationi litterarum Studij ſupra nominati ſe ſe oppoſuerant, placuit- "
que, ſicut aliàs eidem placuerat, quod huic nouæ Inſtitutioni, quæ ne "
dum Vniuerſitati noſtræ, ſed & toti Eccleſiæ ſanctæ Dei præiudicium "
magnum affert, omni via, omnibuſque modis poſsibilibus occurratur, "
ne quoquo modo inualeſcat. Et vt ſecuriùs hoc fieret & accuratiùs, ne- "
gotium iſtud commiſit deducendum notabilibus Deputatis nominatim, "
videlicet Magiſtro noſtro M. Petro de Vauſſello conſultiſsimo Doctori, "

1469. „ M. Petro Mauger, DD. Procuratoribus 4. Nationum, DD. Conſiliarijs „ noſtris, conuocatis Conſiliarijs Vniuerſitatis Aurelianenſis, cui in hac „ materia multùm prę̨iudicatur. Et placuit quod ſi cum alijs notabilibus vi- „ ris diligenti indagine reuoluant priuilegia noſtra, & quæcunque Nos iu- „ uare poterunt ad fundandam noſtram oppoſitionem. Superaddit etiam „ ipſa eadem Natio Gallicana quod viſitaretur per D. Rectorem D. de Ca- „ ſtillione Frater Comitis de Laual locum tenens Regis Generalis qui tunc „ exiſtebat Pariſius, coram quo proponeret honorandus Magiſter noſter „ M. Ioannes Huë & haberet recommendare matrem Vniuerſitatem in „ hac ſignanter materia, quatenus Nobis ſuæ humanitatis auxilia præſta- „ ret, & in hoc D. Regi nos recommandatos faceret. Viſitaretur etiam „ hoc modo Villa, & ab ea per eundem M. noſtrum M. Ioannem Huë poſ- „ ſibile præſidium poſtularetur; & quod conſimiliter Curiæ Parlamenti „ fieret.

Iuxta hanc Concluſionem, quæ totius Vniuerſitatis fuit, M. Ioannes Huë ſolemnem & elegantiſſimam orationem habuit in Curia Parlamen. tei Senatus: quamobrem illi actæ ſunt gratiæ immortales; item & Sena.. tui Pariſ. quod ſe auditurum Vniuerſitatem quoties vellet, promiſiſſet. Regis autem ad Senatum Pariſ. litteræ in eam rem tales ſunt.

„ LOüis par la Grace de Diev Roy de France. A nos Amez „ & Feaux Conſeillers les Gens tenans noſtre Parlement à Paris: Sa- „ lut & dilection. Nos Chers & bien Amez les Gens de l'Egliſe, Bourgeois „ & habitans de noſtre Ville & Cité de Bourges Nous ont fait expoſer, que „ puis aucun temps en çà noſtre S. Pere le Pape à noſtre priere & requeſte, „ de noſtre conſentement a creé, ordonné & eſtably Vniuerſité en noſtre „ Ville & Cité de Bourges, & depuis auons voulu & octroyé icelle Vni- „ uerſité y eſtre erigée & doreſnauant maintenuë ſelon la creation de no- „ ſtredit S. Pere, & que les Docteurs, Regens, Eſcholiers, Officiers, & „ Suppoſts d'icelle ioüiſſent de tels & ſemblables Priuileges, libertez, „ prééminences & prérogatiues, dont ioüiſſent & ont accouſtumé ioüir „ les autres Vniuerſitez de noſtre Royaume, ainſi qu'il eſt plus à plain „ contenu & declaré dans nos lettres Patentes dudit octroy en forme de „ Chartre, en lacs de ſoye & de cire verte, par nous ſur ce octroyées, auſ- „ quelles les Preſentes ſont attachées ſous noſtre contre-ſéel, leſquelles „ nos Lettres ont eſté bien & deüement verifiées, enterinées & publiées „ par noſtre Bailly de Berry ou ſon Lieutenant, auquel enterinement a „ eſté commis; & ont auſſi leſdits Supplians preſenté & ont intention de „ preſenter icelles noſdits Lettres en noſtredite Cour de Parlement, & „ vous en requerir la verification, enterinement & publication, mais ils „ doutent, &c. Donné aux Montils lez Tours le 6. Decembre 1469. Et de „ noſtre regne le 9. Signé, Par le Roy. Le Sire de la Foreſt, M. Pierre „ Doriolle general, & autres preſens. De Cerisay.

Die 5. Ianu. eiuſdem anni M. Thomas Kannedy Rector Vniuerſitatis conuocauit Facultatem Artium apud S. Iulianum Pauperem, ad delibe- randum de reformatione Scholarium qui tunc deprauatis erant mori- bus, præſertim quoad ludos ludicros, quos, vt ſcribit M. Mathæus Sau- „ quet Procurator Nationis Gall. petulans & effrenis diſcholaritas in ob- „ ſcœnam & flagitioſam turbulentiam & perniciem conuerterat, &c. In „ primo igitur articulo conſiderauit Natio Gallicana periculoſum confli- „ ctum quem aduersùm ſe fecerant Sholares in habitu deformi, anno præ- „ cedente in craſtino Regum pro eligendo ſibi Rege fatuorum, timens „ malum huius rei euentum, voluit huic morbo ne amplius ingraueſceret, „ viriliter occurrere. Et quia in hac tumultuoſa conuentione confluere ſo- „ lebant, nedum Scholares Artium, ſed & Religioſi complures, mecha- „ nici & Scholares Decretorum qui non ſubſunt correctioni Facultatis „ Artium, placuit ei pro Scholaribus Artium mittere litteram comminato- „ riam per ſingula Pædagogia, ad retrahendum, & ſub limitibus honeſtatis

detinendum ſuos Scholares. Quia verò iſte abuſus adſcribebatur Facultati Artium in magnum dedecus & præiudicum ſuum, & potuiſſet adhuc per ſupra nominatos non Scholares continuari & adſcribi, vt prius placuit deſtinare Notabiles viros ad D. Præpoſitum Pariſ. ad requirendum eidem, quodſi reperirentur in habitu fatuo, vel deformi, vel in quocunque alio habitu portantes, vel occultè, vel manifeſtè, die vel nocte baculos ligneos, vel ferreos, eos incarcerari faceret. Et ſi Scholares eſſent, Magiſtris ſuis remitteret puniendos; ſi verò non Scholares, eos puniret ſecundùm qualitatem ſui delicti. Placuit etiam quod quidam nocturni Curſores quorum nomina habebat D. Rector, legerentur cum littera ſuperſcripta per ſingulas domos & citarentur coràm D. Rectore, & punirentur. 1469.

Eadem lex anno ſequenti die 14. Ianu. innouata, vetitumque ita poſtulante Rectore, fatuos habitus induere. Addidit Natio Gallicana miſſuram ſe per ſingula Collegia Bidellum cum ſcedula prohibitiua huiuſmodi fatuitatum; fiebant autem iſti ludi Regaliorum diebus.

Anno 1470. Pax tandiu deſiderata inter Reges Francorum & Anglorum, tandem iurata fuit: qua de re ſtatim Rex ad Vniuerſitatem litteras dedit. Et illa die 30 Octob. iuxta Regis voluntatem tres ſolemnes ſupplicationes decreuit ad agendum Deo gratias. 1470.

Eodem anno die Veneris 21. Decemb. congregata Vniuerſitas aperuit litteras, quibus à Rege mandabatur vt magno ſuorum numero ingreſſum Reginæ Anglorum, de exilio octenni in Angliam per vrbem Pariſiacam properantis, cohoneſtaret. Itaque ſtatutum eſt vt omnes ad porticum FF. Prædicatorum in viâ Iacobæa cappati adeſſent die 22. hora poſt meridiem 2. Et ipſo die Sabbati horâ præcisè dictâ adfuerunt de ſingulis Facultatibus & Nationibus omnes Magiſtri, vt legitur in veteri Codice Nationis Gallicanæ, in quo Procurator Cancianus Huë qui Grammaticorum Regiæ Nauarræ Primarius erat, ſic ſcribit. Eadem die Sabbati poſt prandium hora 2. Concluſionem priùs habitam exequendo conuenerunt ſingularum Facultatum Magiſtri & Doctores Rectorem aſſociantes in vico S. Iacobi inter portam Ciuitatis & Porticum Prædicatorum; & miro modo ordinati. A latere S. Stephani de Greſſibus quod eſt dextrum, poſt Rectorem portæ Ciuitatis & ingredientibus viciniorem ſedebant Doctores Theologi ſecundum vici longitudinem ordinati in Paruiſio dicti S. Stephani. Deinde Iuris periti Doctores, & 3. DD. Magiſtri Medici. Alia ex parte vici à latere ſiniſtro è regione D Rectoris ſedebant Procuratores 4. Præclaræ Facultatis Artium, & ſingularum Nationum Regentes cappati, & honeſtè habituati. Et à tergo ſingulorum vtriuſque lateris Magiſtrorum & Scholarium innumera multitudo, qui omnes facto quaſi vnius horæ ſpatij interuallo, expectando Reginam ingredientem benigniter & magnificè ſuſceperunt. Et verbum cum Regina fecit honorandus Magiſter noſter **M. Guillermus de Caſtro-Forti, eam ſalutando,** & ſibi preces cum obſequijs nobis poſſibilibus ſibi offerendo, cui D de Caſtillione pro Regina gratias amplas referens Vniuerſitati ſe obtulit in poſſibilibus obſequia præſtare; quibus completis ſinguli ad propria remearunt.

Eodem anno, die 14. Ianu. quia petierat Rex ſibi fidem iurari à Suppoſitis Vniuerſitatis, tam Magiſtris quàm Scholaribus, alijſque qui eſſent de ditione Ducis Burgundiæ, Vniuerſitas voluit Regi pareri, quoties iuramentum eiuſmodi ab illis exigeretur: imprimis verò, *Placuit Nationi Gallicanæ, quod quia tale iuramentum iuſtum eſt, & legibus naturali & diuinæ conſonum, quotieſcunque requirerentur prædicta ſuppoſita, tale Iuramentum fidelitatis D. noſtro Regi, vel Præpoſito Pariſienſi, vel alteri per eum commiſſo in præſentia D. Rectoris & Procuratoris ſuæ Nationis, vel Decani ſine dilatione præſtarent: quod in Craſtino die Martis executioni mandatum eſt.*

Die Veneris 18. Ianu. Legati Vniuerſitatis ad eam apud S. Mathurinum congregatam, retulerunt ea quæ à Præpoſito Pariſienſi habebant dicenda,

ad quem Rex litteras dederat cum mandato, vt curaret ſibi quamprimum
1470. Sacramentum fidelitatis præſtari ab omnibus ſubditis Burgundionis. Item ijſdem continebatur, vt omnia Vniuerſitatis Suppoſita idem præſtarent; Nuncij quoque de ditione prædicti Ducis exularent; nolentes verò prædictum iuramentum præſtare, caperentur & detinerentur. Quibus auditis, iuxta litteras Regias Edictum Rectorium proſtitit vt omnes adeſſent 20. die Ianuarij apud Bernardinos, vt ſcribit prædictus Cancianus, 20. eiuſdem menſis, die ſcilicet Dominicâ quâ feſtum SS. Fabiani & " Sebaſtiani celebratur, conuenerunt apud S. Bernardum de mane hora 8. " omnes Magiſtri ſingularum Facultatum tam ſeculares quàm Religioſi " Abbates & Domini in Parlamento, & generaliter omnes Graduati cu- " iuſcunque ſtatus & conditionis qui per Facultates & Nationes inſcripti " coràm Commiſſarijs fidelitatis iuramentum Domino noſtro Regi præſti- " terunt. Eadem die poſt prandium, hora 1. congregati ſunt in eodem loco " Scholares omnes iſtius Vniuerſitatis à maximo vſque ad minimum omnes " ſcilicet non Graduati, ſiue Portioniſtæ, ſiue Cameriſtæ, ſiue Seruitores, " tam Seculares quàm Religioſi, ac etiam Martineti, vbi Domini à Rege " commiſſi nomina Scholarium à Pædagogis recipientes, ſingulos nomina- " bant & omnes eiuſdem Collegij ſimul adiurabant quod eſſent Regi fide- " les: & ſic de omnibus Collegijs fecerunt. Vidiſſes tunc paruulos gau- " dentes & manus iurantium prehendendo cum exultatione leuantes, om- " nes ità vna voce clamantes. Quibus expletis reſeruarunt DD. Commiſ- " ſarij, nomina ſingulorum tam Graduatorum; quàm aliorum, & quilibet " ad propria remeauit.

" Die 28. Ianu. lectæ apud Mathurinenſes litteræ Regiæ per Præpoſitum Pariſienſem impetratæ, vt Scholares de ditione Ducis Burgundiæ qui ad patriam redire vellent, ſaluo commeatu conducerentur. Annuit Vniuerſitas, & 400. vel circiter ſimul per quendam famulum Præpoſiti Pariſienſis conducti in Patriam remearunt. Verum ſtatim Mandatum Regium proſtitit, quo bona Scholarium proſcribebantur, tam eorum qui cum licentia quàm qui ſine licentia abierant: quamobrem miſerata eorum ſortem Vniuerſitas ad Regem è ſuis quoſdam delegauit, qui Mandati rigorem precibus emollirent. Item vetuit Rex ne M. Antonius de Buſto qui tunc erat in Burgundia, per ſe, aut per alium exerceret Officium Scribæ in Curia Conſeruationis, in cuius locum ſubſtituit illa M. Robertum Meſangarbe, provt illi conceſſerat Epiſcopus Meldenſis Conſeruator Priuilegiorum Apoſtol.

Eodem tempore erat Lutetiæ quidam Græcus, aut ſe Græcum dictitans, qui nouitate Doctrinæ Scholares multos alliciebat & Magiſtros lacеſſebat, inter cæteros verò M. Guillelmum Ficheti, aduerſus quem ſcripſit libellos famoſos complures; quâ de re Fichetus apud Vniuerſitatem conqueſtus eſt, petijtque vt illa in cauſam ſuam deſcenderet, cuius ſupplicationi libenter annuit die Lunæ 1. April. *Fecit enim prohiberi omnibus Scholaribus, tam iuratis quàm non iuratis quod dictum Græcum non audirent, nec doctrinam ſuam ſumerent, donec ipſa & ipſe approbati forent per dictam Vniuerſitatem: & hæc prohibitio facta eſt per affixionem litterarum ſigillatarum ſigillo Rectoris Vniuerſitatis in locis publicis dictæ Vniuerſitatis.*

Quandoquidem verò de Græcis mentio incidit, cum Conſtantinopolis vaſtata fuiſſet à Barbaris an. 1453. cæſuſque Imperator, Deſpotis eius frater cum reliquijs eius Gentis Romam confugit: tumque multi è Latinis litteras Græcas diſcere contenderunt. In Galliam ſe confert Gregorius Tryphernas, Rectorem adit, ait ſe docendæ linguæ Græcæ gratiâ veniſſe, petereque mercedem quam iubent dari ſacri Canones. Miratus Rector hominis in loquendo libertatem, indulget quod poſtulabat, ex conſenſu Vniuerſitatis: atque ille tum docere cœpit linguam Lutetiæ pœnè incognitam. Paulo poſt Hieronymus Spartanus idem poſtulauit; & primùm Ioannem Capnionem aliàs Reuchlinum litteris Græcis imbuit. Poſtremò Tranquillus Andronicus Dalmata eodem

peruenit: & illi tres publicè Lutetiæ docuerunt. Teſtatur Reuchlinus Epiſtolâ ad Fabrum Stapulenſem ſe in Germania ludum Græcæ linguæ aperuiſſe quam in Gallia acceperat, cum adoleſcens eſſet, à Gregorio Tryphernate. In eadem Epiſtola commemorat alios Magiſtros ſuos Ioannem Lapidanum in Grammaticis, & Guillelmum Tardinum Anicienſem in vico D. Genouefæ. Robertum verò Gaguinum in Rhetoricis apud Mathurinenſes: demum ait ſe, cum poſt aliquot annos è Sueuia Lutetiam rediſſet, Georgium Hieronymum Spartiaten Græcè docentem aſſecutum fuiſſe. 1470.

Tunc temporis ſæpè contra Priuilegia Vniuerſitatis peccatum eſt à Præpoſito Mercatorum & ab alijs quoque, qui in carceres priuatos compingebant Scholares & Magiſtros, aut extra muros Pariſienſes extrahebant. Quamobrem ſæpè conqueſta eſt Vniuerſitas violari priuilegiorum ſuorum primum & præcipuum quo cauebatur ne extra vrbem traherentur, litemque intentauit Præpoſito, cum audiuit è duobus Scholaribus alterum qui incarceratus fuerat & priuato carceri mancipatus, interiſſe.

Item ad diem 23. April. an. 1471. ſic ſcribit Iacobus Potier ſeu Figuli Procurator Nat. Gall. Quantum ad 1. art. expoſuit prænominatus D. Rector qualiter M. Petrus de Batis Magiſter Principalis Collegij Tornacenſis medius-quartus ignominiosè, id eſt, ſine capucio & à ſex ſatellitibus cum vndique perluſtrantibus ductus erat ad carceres priuatos, videlicet in tabernam publicam quæ vulgo nuncupatur Domus Trium Piſcium, iuxta portam Pariſ. exinde, eum, quod deterius *eſt extra muros Pariſ.* tranſlaturis niſi citiſſimè de remedio prouideretur opportuno. Quo ſuper fuit vniformiter concluſum per Nationem, quod congregatione illa peracta confeſtim & ſine dilatione adirent D. Rector, quatuor Procuratores quatuor Nationum cum magna Comitiua vna cum notabili proponente de Magiſtris noſtris, ſi quis onus velle aſſumere, in cuius defectu aſſumerent, vnum de Conſiliarijs noſtris in Curia Parlamenti, quominùs illa Curia Vniuerſitati in ſuis ſuppoſitis manus porrigeret adiutrices ad manutenendum, protegendum & præſeruerandum priuilegia eiuſdem Vniuerſitatis, maximè illud *quod eſt de non trahi extra muros Pariſ.* Et vnà cum hoc fecit Natio verbum de M. Guill. Mynart Nationis Picardiæ Baccalario formato in Theol. qui in paruo Caſtelleto à ſex hebdomadis & peramplius captiosè detinebatur, non propter ſua demerita, ſed propter Patriæ ſuæ culpam quæ in Regem Patronum ſuum inſurrexerat. Et inter deliberandum expeditus eſt is, videlicet M. Petrus de Batis pro quo Vniuerſitas congregabatur & quantocyus congregationis locum ingreſſus multipliciter Vniuerſitati, provt tenebatur, regraciatus eſt. 1471.

De eodem priuilegio tuendo pluries & in pluribus Comitijs actum eſt, vt habetur in Actis illorum temporum; maximè verò die 1. Aug.

Die autem 7. in Comitijs Mathurinenſibus expoſuit Rector Pergamenarios Iuratos abuti Officijs ſuis, ſibique ipſi magnam intuliſſe iniuriam: quamobrem concluſum vnanimiter vt priuarentur, vtque ob eam rem in compitis & plateis per ſcedulas proſcriberentur veluti periuri, infames, & inobedientes. Nouorum verò qui eorum loco pergamenatum exercerent, creatio in alium diem dilata eſt.

Die 7. Septemb. Vniuerſitati apud S. Mathur. congregatæ Franciſcani ſupplicauerunt ſibi ab ea dari adiunctionem aduerſus nonnullos eiuſdem Ordinis, quos vulgò *Obſeruantes* vocabant, qui tunc nouum ædificabant Clauſtrum: & inde multa incommoda euentura prædicebant. annuit eorum ſupplicationi Vniuerſitas. Decima verò eiuſdem menſis ijdem Franciſcani petierunt ab Vniuerſitate litteras ad Regem, Epiſcopum Pariſ. Archiepiſcopum Lugdunenſem & ad alios quoſdam Prælatos; item Oratorem qui nomine Vniuerſitatis apud prædictos diceret ſi opus eſſet; quod item illis conceſſum eſt; delectuſque in Oratorem M. Berengarius Mercatoris.

Eodem menſe, die verò 26. celebrata ſunt apud Mathurinenſes Comitia

1470. Centuriata tribus de cauſis. 1. Ad audiendum argumentum, ſeu vt vocant, tenorem Litterarum Regiarum ad Vniuerſitatem tranſmiſſarum. 2. Ad audiendam relationem M. Berengarij Mercatoris, de negotio Franciſcanorum de quo egerat cum D. Cardinale Lugdunenſi, Præpoſito Pariſ. alijſque Conſulibus Ciuitatis. 3. Ad audiendas ſupplicationes & iniurias. Quibus de rebus ſic legitur in Actis Germanicæ Nationis.

» Quantum ad 1. reddidit Natio gratias ingentes Chriſtianiſſimo Regi de
» ſuarum litterarum communicatione & de bono affectu quem ſemper ha-
» buit ad noſtram Vniuerſitatem. Placebat enim Regi quod Fratres Mi-
» nores de Obſeruantia nullo modo conſtruerent, ſeu ædificare facerent
» Conuentum in hac Ciuitate, quia hoc fuiſſet in detrimentum Vniuerſi-
» tatis & Primorum Fratrum Minorum Conuentus Pariſ. & aliorum Men-
» dicantium. Quantum ad 2. ingentes ſimiliter gratias pia mater habuit
» D. Proponenti videlicet M. noſtro M. Berengario Mercatoris qui ele-
» ganter propoſuit ante D. Cardinalem Lugdunenſem, ante D. Præpoſi-
» tum Pariſ. & alios Conſules huius Ciuitatis, implorando auxilium pro Fra-
» tribus Minoribus huius Conuentus Pariſ. &c.

Die 10. Octob. apud S. Iulianum in Electione Rectoris diſcordia orta eſt in Natione Gallicana, propter electionem Intrantium, ſcilicet inter MM. Stephanum Ruffi & Solli. quæ diſcordia non potuit ab ipſâ Natione ſedari & componi. Eam ob rem prouocauit M. Stephanus Ruffi ad Facultatem Artium: itaque itum ad ſuffragia. Germanica Natio retulit pro Ruffo, eò quòd Decanus Bituricenſis ſpreuerat vocem eius audire; cæteræ Nationes aliæ aliud retulerunt; eò tandem ventum vt ambo Electi conuenirent in tertium aliquem. Sed nec hoc ſatisfecit. Ruffius ſuum proſecutus eſt apud Facultatem Artium, conatuſque eſt obtinere vt ſtante appellatione, nihil à Procuratore Franciæ innouaretur, ſed fruſtra. Procurator enim affixis publicè tabulis eum priuatum omni iure declarauit. Iterum Ruffi queſtus eſt, & Facultatem appellauit. Itaque in Comitijs eiuſdem Facultatis die 23. Octob. habitis res hæc diſceptata eſt. Natio Alemanica retulit appellationem Ruffi ſibi iuſtam videri. Aliæ non item; alia enim Stephano Ruffi crimina obijciebantur. Nihilominus in priuatis Comitijs eadem Natio Alemanica totum ius Intrantiæ, vt vocabant, prædicto Ruffi attribuit.

Die 9. Decemb. alma Pariſ. Vniuerſitas per Rectorem conuocata & congregata aperuit litteras Sixti IV. ſummi Pontificis de ſua promotione. Itaque ſolemnem Supplicationem decreuit. Die 15. eiuſdem menſis in Electione Rectoris diſcordia orta eſt. In ſingulis enim Nationibus duo Intrantes contendentes, eorum 4. vnum Rectorem elegerunt, ſcilicet M. Ioannem Cordier Baccalaureum formatum in Theologia, & Priorem Sorbonicum. Alij 4. alium, ſcilicet M. Guillelmum Buttier Baccalaureum Nauarricum: qui 4. ſcilicet Robertus Bellin, Ioannes Standon, Oliuerius de Monte, & Michaël de Polonia cum ſuo Rectore diem alijs dixerunt apud Parlamentum. Et die 19. Vniuerſitas congregata improbauit hunc agendi modum, & viros aliquot clariſſimos delegit, qui Curiam adirent, rogarentque cauſam ad Vniuerſitatem remitti.

Die 3 Ianu. conuenit Vniuerſitas 3. de cauſis. 1. Ad audiendam relationem eorum quæ facta fuerant per ſelectos viros pro remiſſione cauſæ Rectoriæ ad Vniuerſitatem. 2. Ad terminandam componendamque amicâ viâ diſcordiam. 3. Ad audiendas ſupplicationes & iniurias. Ea die nominati viri graues, qui vtriuſque partis rationes audirent, remque integram ad Vniuerſitatem referrent. Et die 5. eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus, auditi viri ſelecti qui amicè diſcordiâ compoſitâ M. Ioannem Cordier in Rectorem renunciarunt. Ita pacata omnia fuerunt diſſidia.

» Die 30. Ianu. vt habent Acta Nationis Germanicæ, Vniuerſitati apud
» Mathurinenſes congregatæ ſupplicauit quidam Doctor Facultatis Me-
» dicinæ, vt ſibi daretur adiunctio in quadam cauſâ tangente Priuilegia

Vniuerſitatis inter ipſum & receptores Regios occaſione Impoſitionum petitarum ab eo, vtque quidam notabilis Proponens deputaretur qui haberet proponere coram Dominis de Villa & eis determinare Priuilegia Vniuerſitatis: occaſione quorum dictus Doctor eſſet exemptus ab huiuſmodi impoſitionibus. Eius ſupplicatio fuit conceſſa. 1470.

Die 20. Feb in Comitijs Centuriatis apud Mathurinenſes Rector queſtus eſt publicè de DD. Procuratoribus quòd abſque ſua authoritate Artium Facultatem conuocaſſent, præſertim verò de Procuratore Franciæ qui Rectorem egerat. At iſte de Rectore viciſſim queſtus effecit vt Rectoris ſupplicatio irrita fuerit. Quâ de re ſic legitur in vetuſto Codice Germanicæ Nationis, ſcribente Burchardo Wetzel de Hallis Diœceſis Herbipolenſis Procuratore eiuſdem Nat. Anno, *inquit*, quo ſupra, die verò 20. menſis Febr. congregata fuit alma Pariſiorum Vniuerſitas apud S. Math. duobus ſuper artic. Primus erat de habendis pecunijs. Secundus erat communis, &c. Quantum ad 2. articulum ſupplicauit D. Rector pro reparatione iniuriæ ſibi factæ per DD. Procuratores qui Iuriſdictionem Rectoralis dignitatis ſibi vſurpauerant congregando Præclaram Facultatem Artium, ipſo Rectore, vt dixit, ſpreto: quam Congregationem potius monopolium quàm Congregationem aſſerêre non erubuit.

Cui ad ſingula motiua D. Procurator Nationis Francorum nomine Facultatis reſpondit, quomodo dictus Rector multipliciter peccauit tum in Vniuerſitatem, tum in matrem ſuam præclaram Artium Facultatem, cuius beneficiorum prorſus immemor eam penitùs deſpexit, verum etiam contra Iuramentum ſuum, quod quilibet Rector in ſua creatione ſolemniter iurat de congregando Facultatem legitimè monitus, fecit, eique validiſſimis medijs remonſtrauit quod prædicta Artium Facultatis congregatio non Monopolium, verum iuſta & ſancta eius conuocatio extitit pro defenſanda libertate quam nemo bonus negligere debet. Quare dicti Rectoris ſupplicatio nedum in Natione, verum etiam in Vniuerſitate non fuit conceſſa, &c.

Die Martij 11. vt ſcribitur in libro Germanicæ Nat. Congregata fuit alma Pariſ. Vniuerſitas apud Mathurinos duobus ſuper articulis Primus erat de armatis mittendis ab Vniuerſitate ad Guerram. Secundus fuit communis. Quoad 1. Placuit Nationi quod nullus haberet ire *ex parte Vniuerſitatis ad Guerram, cum per noſtra ſtatuta ſimus exempti*, voluitque Natio quod M. noſter M. Berengarius haberet accedere ad ſupremum noſtrum Regem & eum informare de talibus miſſionibus armigerorum. Et etiam de quodam alio Priuilegio, ſcilicet de non trahente extra muros Pariſienſes, expenſis Vniuerſitatis.

Die 16. eiuſdem menſis conuocata eſt per Rectorem Vniuerſitas maximè ad audiendum argumentum litterarum ad ſummum Pontificem & ad Cardinalem de Tutauilla tranſmittendarum, quarum correctio demandata eſt ſelectis quibuſdam. In ijſdem Comitijs ſupplicauit M. Robertus Gaguinus miniſter Mathurinorum Generalis, vt ſingulæ Facultates & Nationes vellent aliquid de penu ſuo elargiri ad refectionem Domus, in quâ ab omni æuo celebrabantur Comitia tam Generalia quàm ſpecialia. Extat quoque in eandem rem inter Epiſtolas eius oratio ad Doctores Theologos.

Pro Domo Mathurinensi.

Duæ res omninò, diuini atque magnifici Doctores, michi apud vos dicendi fiduciam faciunt. In primis enim tam humanis moribus vos inſtitutos & literis ad pietatem formatos eſſe ſcio vt opem veſtram demiſsè poſtulantes, promptè ſemper & liberaliter adiuuetis. Neque aliter profectò quiſquam fecerit, qui eam quâ imbuti eſtis Sapientiam profitetur: fixum in animo tenetis illud Magiſtri & Saluatoris omnium Ieſu Chriſti præceptum: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Res præterea quam paucis acturi ſumus, ita ſe omnium oculis inculcat, vt vel ſilentibus nobis, vel forte occulere volentibus, clamet & prodat ſe ſe; ita vt in releuanda huius domus calamitate non longa admodum, nec

1470. » præparata oratione mihi opus ſit. Vos dum hac iter facitis, quocumque li-
» buit oculos inflectere, miſeras ruinas facile intueri poteſtis. Cum enim
» primum adminiſtrationis eius curam accepi, ſiue ſurſum verſus, ſiue
» deorſum quis aſpectabat, nihil præter infractas tegulas & prolabentia te-
» cta; nihil præter ſitum & ſqualidos parietes licebat offendere. Meâ cu-
» ra tamen inſtaurata ſunt multa; & Fratres mei Ordinis Religioſiores &
» domus ipſa paulò effecta eſt ornatior. Iam verò cum hæc lacera tabulata;
» cum hos rimoſos parietes in quibus perſæpè conuenitis; cum deambula-
» toria & procumbentes porticus columnas intueor; cum verſo item in
» animo quas impenſas hæc vt inſtaurentur, poſtulant, deficit me prope
» virtus, & ſpe bene gerendæ rei deſtitutus tabeſco. Quippe quem pro-
» uentus omnes huius loci, & omnino quidem vnius anni non ſatis ſint loco
» inſtaurando. Sed dat nonnunquam animum michi cum veſtra benignitas,
» *tum Vniuerſitatis veſtræ ſingulæ Nationes, quarum aliæ ſua iam Nobis ſubſidia*
» *tribuerunt; aliæ nondum quidem à Nobis oratæ ſuam opem ſponte pollicentur,*
» *hortanturque bene ſperare de Scholaſticis omnibus quibus Mathurinorum domus*
» *receptaculum eſt, & ad ſuos Conuentus faciendos domicilium honeſtatis.* Quibuſ-
» cum veſtra quoque, vt ſperamus, commiſeratio & facilis liberalitas ac-
» cedit. Si enim cuiquam ex Pariſienſi Schola domus hæc diſpateat, in vſus
» certè veſtros & ſacroſanctæ veſtræ Facultatis vnà nobiſcum maximè
» communis eſt. *Hic Conuentus omnes, hic grauiſſima veſtra Conſilia, hic pre-*
» *ces & rem diuinam ex communi Patrum inſtituto habetis ſemper & facitis.* Ita fit,
» vt & vetuſtiſſimo vſu & inhabitandi conſuetudine vobis hic locus, vobis
» inquam, peculiaris habeatur, & veſter ab exteris magis quàm noſter re-
» putetur. Itaque cum tota vrbe Pariſiorum tria ſint omnino domicilia
» quæ publica maximè fama percelebrat, diuæ Matris Chriſti auguſtiſſi-
» mum illud templum, palatium item Legis & Regum ſedem, hoc verò D.
» *Mathurini Collegium* quod veſtra frequentia magis quam noſter incola-
» tus illuſtrat, tertium meritò nominatur. Et neſcio quidem an vllus in
» vrbe locus ſit hoc vno famatior. Priora namque duo Galliarum tantùm
» incolæ; Mathurinos verò Orbis ferè Chriſtianus veſtri cauſâ pernoſcit.
» Quamobrem cum forte meditabundus per hoc clauſtrum deambulo, ſæpe
» numero ſum miratus cur cæteris minus hic eſſet locus ornatus & ſplen-
» didus. Nam cætera vrbis templa imò abſtruſiſſima in aliquo angiportu
» ſacella, vel ſculptilibus, vel picturis decora ſunt. Hæc publica veſtræ
» Vniuerſitatis Baſilica non modò nullo ornatu & picturarum oblectamen-
» tis nitet, ſed ſqualidis parietibus & ijs quidem vetuſtate & neglectu ſe-
» meſis, ac prope in terram prolabentibus deſerta magis quàm à vobis fre-
» quentata iudicatur. Non ita Scholas ſuas doctiſſimi Patres priſci illi Phi-
» loſophi negligebant. Aliter ſuam Academiam curabat Plato; ſuas por-
» ticus nitidiùs Stoici aſſeruabant. Et illi quidem Peripateticorum Princi-
» pi Ariſtoteli ſua magis cordi deambulatoria fuerunt. Quin hortulos
» etiam ſuos tuendæ voluptatis gratiâ comparatos & virentibus arbuſculis
» æque viuo fonte ſcaturientibus riuulis Epicurus confecit, incoluit, irri-
» gauit. Proinde vt Scholis Philoſophi; ita Scholæ Philoſophis decorem &
» famã addiderunt. Hic verò locus nomine tantum veſtro nobilis & clarus
» re autem ipſa perobſcurus, muſcoſus, fuliginoſus, pannoſi cuiuſdam ho-
» minis tuguriolum eſſe videtur. Itaque ex quamplurimis hominibus qui
» hanc in vrbem frequenter adueniunt, eſt fere nemo qui non Mathurinorũ
» ædes primum ardeat intueri. Cur ita? an forte quia decem hunc locum
» fraterculi poſſideant? Trahit eos profectò magis veſtra per orbem dif-
» fuſa authoritas. Hoc vno in loco ea ſe coram videre putant, quæ de ve-
» ſtra ſapientia auribus tantùm acceperunt. Æſtimant locum omnem
» exemplis abundare; credunt hinc documenta ſe ſumpturos quæ in Pa-
» triam perferant ſuam. Sciunt quidem vos Collegia ſeorſum & Scholas
» habere in quibus de literis & ſalutaribus diſciplinis ſcrupuloſiſſimè diſſe-
» ratis. At quod hic, id eſt, apud Mathurinos de omni veſtra Republica
» ſententias dicitis, quod Edicta, quod Decreta veſtra, & Ordinationes
inſcribitis

inſcribitis & firmatis; quod ad ſupplicationes Diuinas hinc digredi, atque huc rurſùs reuerti vos ſemper intelligunt; ita exiſtimant Mathurinos vobis curæ eſſe, quemadmodùm Athenienſibus Areopagum fuiſſe legunt. Cuius rei ipſe etiam aliquando credulus, priuſquam his oculis locum proſpexiſſem, reputabam mecum ſæpè ſingulos huius loci lapides Latinè poſſe loqui, atque inſculpros eſſe, vel præclaris imaginibus, vel ornatos varijs hiſtorijs quas ſibi ſinguli Doctores excogitatas pinxiſſent. Verum ſi quis Eccleſiæ feneſtras, vel gypſo præſtructas, vel tenebreſcente vitro ſubfuſcas videt; ſi quis non modò nudos & vacuos decoramentis, ſed puluerulentos & obſoletos nimia vetuſtate muros ſcrutatur, coniecturam facit neglectæ & ſpretæ habitationis veſtræ, minora reddit omnia quæ de vobis crediderat, abitque offenſus tenuitate & incuria publicarum ædium veſtrarum: Atqui ſi quiſquam veſtrum eſt, vt verè eſſe debet, qui literarijs opibus, qui picturis, qui ſimulacris animos inſpicientium ad gloriam mouentibus, qui perennibus monumentis propagare & in varias orbis oras ſedens tranſmittere nomen ſuum velit, celeberrimus hic locus eſt, ad quem quiſque amantiſſimus egregiarum Artium ex orbe penè vniuerſo, velut ad communem Mineruæ officinam commigret. Qua re rectè ſanè adductus ille Sphæræ author Ioannes de Sacro-Boſco delegit potiſſimùm hoc loco ſepeliri. Et maiores quidem veſtri duos illos ſuos quondam alumnos turpiter ſanè damnatos, ſed ex patibulo honorificentiſſimè tandem receptos his in ædibus humatos eſſe voluerunt: quod nullus celebrior erat locus qui veſtræ authoritatis memoriam vulgatius præ ſe ferret. Itaque arbitrati ſunt veras ſuas laudes hoc loco tandiu aſſeruatum iri; quoad vel Mathurinorum ædes extarent, vel memorabilis hæc Studiorum Parens Vniuerſitas eas incoleret. Igitur cum ſitum & mucorem, cum ſqualores, cum hiantes rimas, cum caſus atque fortunas huius veſtri Collegij animo volueritis; cum meas curas & ſollicitudines, cum vel ad rectè inſtituendos Fratres, vel ad erigenda quæ procumbunt, mœnia, meam vigilantiam cogitaueritis, tandem magnifici Patres! reputate vobiſcum qui eſtis; qua dignitate, quo gradu, qua ſublimitate veſter hic ſtatus cum Nationibus, tum reliquis Facultatibus antecellit. Conferte parem animum rebus quas molimur. Vos veræ ſapientiæ Profeſſores, vos omnium virtutum laudatores! nolite obliuiſci largitatis. Si maiores veſtri hunc locum perennem atque honoratum eſſe voluerunt, ſi vnius monumenti perpetua veſtra laude; ſi ſua quotidiana frequentia, ſi conſilijs, ſi foro & conſeruatoria Iuriſdictione hoc ſibi domicilium peculiariter delegerunt: ſi talem eum æſtimatis qui ad veſtram famam & ſuperabundantem gloriam conducere poſſit, miſereat vos calamitatum quas cernitis.

Pudeat vos id neglectum pertranſire quod Seniores veſtri cum publicis tum priuatis ſemper opibus ſuſtentarunt, & quod vos ipſi pro Concionibus veſtris incolitis. Nihil hæc profectò detrimenta; nihil hæ ruinæ & obſtructæ tam diu Eccleſiæ **feneſtræ Nobis vituperationis afferent, quin** in vos quoque eius dedecoris partem reijciant. Neque veſtræ mediusfidius *ſatis dignitati feceritis, ſi Francorum atque Normanorum venerandis Nationibus fueritis tardiores; quarum altera decem & octo, altera nobis ex ſuo ærario Regios aureos triginta non ſegniter deprompſit.* Sed iam nichil vltra mea vos oratione diſtinebo: veſtro honori conſulite. Agite magnificè. Subuenite atque opitulamini precor, miſeris rebus tam Vobis quàm Nobis reuera communibus.

Anno 1472. die 26. Iunij Vniuerſitas acceptis Cardinalis Græci litteris, quibus monebat ſe è Græco in Latinum vertiſſe librum quendam quem miſerat, rogabatque illum in lucem proderet, ſi luce dignum exiſtimaret; vnanimi conſenſu concluſit, non ante donandum Ciuitate & luce Academiæ, quàm fuiſſet à ſingulis Nationibus & Facultatibus diligenter examinatus. 1470. 1472.

Die verò 1. Iulij eadem Vniuerſitas congregata accepit litteras, quibus Rex mandabat per Gaucurtium ad Deum preces fundi pro felici

ucceſſu votorum ſuorum Regnique ſalute & incolumitate. Quid autem
1472. " ſtatuerit, habemus ex geſtis Nationis Gall. Anno quo ſupra, die verò 1.
" menſis Iulij congregata fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas apud S. Mathu-
" rinum ſuper 2. art. quorum primus fuit ad audiendum litteras ab Illuſtriſ-
" ſimo Domino noſtro Rege miſſas. Secundus erat communis. Quantum ad 1.
" referebat alma mater Vniuerſitas grates infinitas ſupremo Domino no-
" ſtro Regi de beniuola communicatione ſuarum litterarum, quæ quidem
" litteræ continebant quod Vniuerſitas ſecundum propoſita à præſtantiſ-
" ſimo viro D. de Gaucourt Locum-tenente Generali ageret. Proponebat
" ergo iſte vir inſignis laudabiliter quòd voluntas D. Regis & in magno
" Conſilio eius deliberatum & concluſum eſſet vt Vniuerſitati intimaretur
" quod ipſa oraret & preces ad Altiſſimum funderet pro felici & proſpero
" ſucceſſu Regis & Regni. Et quantum ad hoc placuit Vniuerſitati vt die
" Dominico proximo ſolemniter Proceſſiones Generales fierent, in qui-
" bus diſtributa fuit ſumma..... Et die Lunæ præclariſſima Theologorum
" Facultas vnam Miſſam celebraret: & die Martis Facultas Decretorum:
" die verò Mercurij, Medicorum. In ſingulis verò 4. diebus ſeptimanæ,
" 4. Nationes præclaræ Artium Faculratis celebrarent permutatim, vt ſci-
" licet qualibet ſeptimana quælibet Facultas & Natio vnam Miſſam cele-
" braret. Et inſuper ordinatum eſt quòd in quolibet Collegio fundato om-
" ni die vna Miſſa celebraretur, & omni fero cantarent illam Antiphonam
" *Salue Regina*, vel ſimilem cum Collecta de noſtra Domina, & Collecta pro
" felici ſucceſſu Regis & Regni. In Pæda gogijs autem illam Antiphonam
" duntaxat cum his Collectis.

Die vndecima eiuſdem menſis & anni congregata fuit Vniuerſitas apud Bernardinos, maximè ad deliberandum de quodam Priuilegio quod iam ſæpè antea oppugnatum fuerat à Ciuibus Pariſienſibus, qui Magiſtros & Scholares, Miniſtros & famulos Vniuerſitatis Excubiarum onere grauare volebant, ijſque pro conſeruatione vrbis, ſicut & alios vrbicolas teneri contendebant: à quâ tamen ſeruitute exempta fuerat Vniuerſitas, cum Rector eſſet M. Guillelmus Fichetus.

Hinc alia pugna ſuſtinenda fuit Vniuerſitati aduerſus Sixtum IV. eiuſque Officiales ob Collationem Beneficiorum. Moleſtè ferebat Pontifex, obſeruari in Gallia Pragmaticam-Sanctionem; eamque modis omnibus ſubuertere nitebatur; & hoc anno diſcordiam ex illâ ortam ſedare volens, Ordinarijs Regni Francici ad conferenda Beneficia ſex menſes conceſſit: ſibi verò totidem retinuit. Beneficia Cardinalium & eorum qui de familia Cardinalium erant, in Regno prædicto exiſtentia ſibi vſque ad certum tempus reſeruauit, quoad diſpoſitionem. Circa verò Beneficia promouendorum, quid fieri placeret, Bullâ ſignificauit; quâ Cauſas in hac materia voluit in Regno terminari vſque ad ſententiam definitiuam, citrà quam ad Curiam Rom. vetuit appellari; multaque alia ad eam rem **pertinentia conſtituit, vt patet ex hac Bulla.**

DISPOSITIO BENEFICIORUM CONTRA PRAGMATICAM.

" SIXTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, &c. Ad Vniuerſalis Eccle-
" ſiæ regimen, diuina diſponente clementia, vocatis inter alia pro com-
" miſſorum Populorum votiuâ dilectione nil occurrit præſtantius, quàm
" exorta inter perſonas Eccleſiaſticas Principis tenebrarum aſtutia, diſ-
" cordiarum fomenta per noſtræ ſollicitudinis occurſum protinus extin-
" guere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus pacis & tran-
" quillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos, diuina nobis aſ-
" ſiſtente gratia, imponere & conſeruare valeamus. Cupientes itaque vt
" ſuſcitata retroactis temporibus diſcordia, proh dolor! in Regno Fran-
" ciæ, Delphinatu alijſque terris & dominijs illuſtriſſimi in Chriſto filij
" noſtri Ludouici Francorum Regis illuſtris, inter nonnullas ex eiſdem
" perſonas occaſione cuiuſdam Conſtitutionis quæ in eodem Regno diu-
" tius inoleuit, quam perſonæ prædictæ Pragmaticam-Sanctionem vo-
" cant, ne quod abſit, maiora fomenta ſumeret, damna pariter & grauiora

ſcandala periculaque ſubſequerentur, ſine debito claudatur, & totaliter « ——
ſecludatur, autoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, de Fratrum noſtrorum « 1472.
conſilio, omnibus & ſingulis Prælatis & alijs perſonis Eccleſiaſticis Re- «
gni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorundem collatio, proui- «
ſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet; de quibuſuis «
dignitatibus, adminiſtrationibus, Officijs, Canonicatibus & Præbendis, «
nec non alijs Beneficijs Eccleſiaſticis cum Cura & ſine Cura, Secularibus «
& Regularibus ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, «
electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus, quæ dein- «
ceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris men- «
ſibus futuris, perpetuis temporibus vacare contingerit, dummodò diſ- «
poſitioni Apoſtolicæ ex aliqua reſeruatione generali in corpore Iuris «
clauſa, aut per alteram ex Conſtitutionibus felicium recordationum Be- «
nedicti XIII. quæ incipit. Ad regimen: aut Ioannis XXII. Romanorum «
Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, quæ incipit, Execrabilis: ſeu «
Conſtitutiones & Regulam Cancellariæ Apoſtolicæ per Nos ſuper hoc «
editas reſeruata generaliter non exiſtant, perinde ac ſi aliquæ à Sede Apo- «
ſtolica, vel eius legatis Expectatiuæ litteræ non emanaſſent, liberè diſ- «
ponendi facultatem concedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pon- «
tifices Prædeceſſores noſtri conſueuerunt ſe in conceſſionibus Gratia- «
rum Expectatiuarum, perſonis benè meritis exhibere liberales, noſtræ «
intentionis exiſtit concedere in Regno, Delphinatu, terris & dominijs «
conceſſas, quibus in aliquo præiudicare non intendimus per præſentes, «
quaſque in ſuo robore permanere volumus; ſex perſonis idoneis Regni- «
colis, ſex alias Gratias Expectatiuas ad quamlibet collationem, prouiſio- «
nem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſingulorum ex «
Prælatis & alijs perſonis prædictis. Ex quibus quidem ſex gratijs duæ «
Gratiæ Expectatiuæ concedentur duobus Clericis regnicolis idoneis, pro «
quibus Rex ipſe Chriſtianiſſimus & chariſſima in Chriſto filia noſtra Re- «
gina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Viennenſis, nec non Magi- «
ſtri & Præſidentes, ac alij Officiarij in aliquo ex Parlamentis Regis eiuſ- «
dem Regni nobis ſuper hoc vnanimiter ſupplicabunt; qui duo nominati «
per Regem & Reginam, Delphinum, Magiſtros, Præſidentes & Officia- «
ros præfatos gaudeant prerogatiuis ad inſtar familiarium noſtrorum con- «
tinuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratijs conſumptis, alias ſex Gra- «
tias ſimiles alijs ſex Gratijs perſonis idoneis modo & forma præmiſſis con- «
cedere intendimus. Volumus autem ac eiſdem authoritate & tenore præ- «
ſentium decernimus & declaramus Beneficia quæ venerabilium Fratrum «
noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium familiares, continui com- «
menſales eorum familiaritate durante in Regno, Delphinatu terris & «
dominijs præfatis obtinent, & in poſterum obtinebunt, diſpoſitioni Apo- «
ſtolicæ in poſterum cenſeri reſeruata, quandiu duntaxat Cardinales præ- «
fati vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum eorundem Cardinalium «
per ſex annos continuè ſequentes. Quibus quidem ſex annis elapſis, alij «
ad quos eorundem Beneficiorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, «
ſeu quæuis alia diſpoſitio aliàs pertinet: de Beneficijs familiarium huiuſ- «
modi in Regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis conſiſtentibus, «
in prædictis menſibus diſponere valeant, huiuſmodi reſeruatione non «
obſtante. Concedimus etiam quod Beneficiorum quæ promouendi per «
Nos ad Dignitates ſeu Beneficia Conſiſtorialia ipſarum prouiſionum per «
Nos de eorum perſonis faciendarum obtinebunt, ac in quibus & ad quæ «
ius eis quomodolibet competit, ac competere poterit, per promotiones «
ad dignitates & alia beneficia Conſiſtorialia prædicta, ac munus conſe- «
crationis eiſdem promouendis impendendum, ſeu lapſum temporis de «
conſecrandis Epiſcopis à ſacris Canonibus definiti vacaturorum, ſi pro- «
motiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis menſibus fiant, niſi Beneficia ipſa «
eſſent aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ, vt præfertur, reſeruata, ad Præla- «
tos & perſonas ſupradictas. Si verò in alijs menſibus promotiones eiſdem «

1470. » fieri contingat, ad Nos & Romanos Pontifices Succeſſores noſtros col-
» latio, prouiſio & omnimoda diſpoſitio pertineat. Et quoniam Sedis Apo-
» ſtolicæ Notariorum magnus reperitur numerus, eorundem Notariorum
» qui habitum per eiuſdem Sedis Notarios geſtari ſolitum publicè & con-
» tinuè geſtant, & in poſterum geſtabunt, Beneficia in eiſdem Regno, Del-
» phinatu, & terris conſiſtentia duntaxat cenſeantur reſeruata; Quodque
» omnes & ſingulæ cauſæ beneficiales in partibus coram Iudicibus compe-
» tentibus vſque ad definitiuam incluſiuè, in primâ duntaxat inſtantiâ, in
» qua nulliante definitiuam liceat appellare, nec appellatio, ſi fuerit emiſ-
» ſa, debeat admitti, niſi ab interlocutoria, vel à grauamine negotium
» principale minimè concernente, quod non poſſit per appellationem à di-
» finitiua ſententia reparari: In alijs verò inſtantijs in Curia Rom. tracten-
» tur, cognoſcantur, & fine debito terminentur. Cauſæ verò Beneficiales
» pendentes in dicta Curia inter noſtros, aut dictorum Cardinalium fami-
» liares continuos commenſales, ipſis Cardinalibus in eadem Curia præ-
» ſentibus, ſeu in aliqua legatione, aut recreationis causà ſecedentibus,
» necnon præfatæ ſedis Officiales officia actu exercentes, aut alios à præ-
» miſſis qui per ſex menſes Curiam prædictam ſecuti ſunt, & ſequuntur de
» præſenti, Curiales & quoſcunque alios eorum aduerſarios ſuper quibuſ-
» uis Beneficijs eiſdem aduerſarijs autoritate ordinaria collatis, per illos
» quibus commiſſæ reperiuntur, ſeu alios per Nos ad id deputatos, ſeu
» etiam deputandos Iudices audiantur, cognoſcantur, decidantur, fine-
» que debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ
» verò cauſæ ſimiles Beneficiales inter quoſcunque alios pendentes & quæ
» quibuſuis Iudicibus, ſeu Auditoribus commiſſæ reperiantur, aliquibus
» Iudicibus competentibus in Regno Franciæ autoritate Apoſtolica au-
» diendæ, cognoſcendæ, decidendæ & fine debito terminandæ cum ne-
» ceſſaria earundem cauſarum aduocatione. Præterea quia aliquæ ex ſu-
» pradictis cauſis in eadem Romana Curia ſuper Petitorio à diuerſis Cu-
» rijs ipſius Regni ſuper poſſeſſorio tractantur; volumus quod in eiſdem
» cauſis in diuerſis Curijs ſuper petitorio & poſſeſſorio vnico & eodem
» contextu pendentibus, ſuſpenſo petitorio & cenſuris ſuper hoc latis, in
» poſſeſſorio, in Curijs eorundem Iudicum coràm quibus cauſæ poſſeſſorij
» pendeant de præſenti, procedant, cauſæque ipſæ ſuper huiuſmodi poſ-
» ſeſſorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioqui biennio elapſo
» liceat Partibus ipſis procedere ſuper petitorio, & vlterius dictis cau-
» ſis expeditis ſuper poſſeſſorio, aut huiuſmodi biennio elapſo altera Par-
» tium litigantium coram Iudice competenti autoritate Apoſtolicâ de-
» putato, poterit ius ſuum proſequi, ipſeque Apoſtolicus Iudex intra aliud
» biennium cauſam in petitorio terminare teneatur. Quod ſi non fecerit,
» cauſa ipſa ab eo auocata, & lis penitùs extincta cenſeatur. Et ſi forſan ali-
» quis eorundem Iudicum cuiuſuis ſibi commiſſæ cauſæ expeditionem ma-
» litiosè prorogare, aut differre præſumpſerit, excommunicationis & om-
» nium Beneficiorum priuationis pœnas ipſo facto incurrat, à quâ quidem
» excommunicationis pœnâ abſolui nequeat, niſi à nobis & Succeſſoribus
» noſtris Romanis Pontificibus, præterquàm in mortis articulo; quodque
» de cætero in litteris expediendis in Regno Franciæ, Delphinatu & ter-
» ris, alijſque dominijs prædictis ſeruentur taxæ ſuper hoc editæ per Ioan-
» nem XXII. Papam præfatum, & exceſſus, ſi qui fuerint, corrigantur. Et
» quia propter aſſiduas guerras & nouitates quæ continuè vigent in dicto
» regno, prætenditur Eccleſias, dum vacant, grauatas in taxa etiam refor-
» mata in Concilio Conſtantienſi, quæ reducta eſt ad medietatem antiquæ
» taxæ, quòd grauatus in eadem taxa Prælatus promouendus ſoluat com-
» munia & minuta ſeruitia, quæ plures ex Gallis Annatam vocant; tantum
» pro verâ æſtimatione fructuum Eccleſiæ & monaſterij, ad quæſit promo-
» tus, eaque in dicta Cancellaria & Camera Apoſtolica inuiolabiliter ſer-
» uari mandamus. Et quia in ſupradictis conceſſionibus Regnum ac Re-
» gem maxima ſumus charitate complexi, credendum eſt non immeritò

vt ſe deuotos & obedientes erga S. Romanam Eccleſiam exhibeant. Quare volumus & eiſdem authoritate & tenore ſtatuimus quod præfatus Rex intra 4. menſes præmiſſa acceptare & obſeruare, ac in Regno, Delphinatu & dominijs huiuſmodi obſeruari facere, nec non intra alios duos præfatos 4. immediatè ſequentes menſes ſuper acceptatione & obſeruatione alijſque præmiſſis omnibus de ſingulis per ſuas Patentes litteras nos & ſedem præfatam certificare teneatur. Alioquin præſentes litteræ & inde ſecuta quæcunque, ſint caſſa & irrita, nulliuſque roboris, vel momenti. Nos enim ex tunc irritum decernimus & inanc, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1472. 7. Id. Auguſt. Pontif. noſtri anno 1. 1472.

Hæc Bulla turbauit Vniuerſitatem non mediocriter. Igitur die 14. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus omnium Ordinum Rector verba fecit de ratione Beneficiorum deinceps obtinendorum, deque via quam porrigebat Pontifex. Item de quodam priuilegio, quod à Generalibus *Octauæ* præpoſitis violabatur. Cui malo vt mederetur aliquatenus Vniuerſitas, primùm adijt Gaucurtium ſui amantiſſimum, deinde Regem, tum vt impoſitionis neceſſitatem à ſe amoueret, tum vt de Beneficiorum legitimâ collatione apud eum ageret. Acta huiuſce dici ſic refert M. Ioannes Raulinus Procurator Nationis Gallic.

Die Sabbati, *inquit*, 14. eiuſdem menſis conuocauit apud S. Mathurinum & congregauit Vniuerſitatem honorandus Dominus meus D. Rector ſuper 3. articulis. Primus erat ſuper Prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis: & ibi propoſuit D. Rector quòd aliàs confecti fuerant aliqui articuli tempore quo Cardinalis Nicænus erat apud D. noſtrum Regem: ſed quia diſceſſit ille à Regno iſto, ideo ſuper hoc nihil actum eſt. Et ſuper iſto articulo propoſuit colendiſſimus Magiſter noſter M. Iacobus Luillier Doctor in Theologia, quod receperat die præcedenti à D. Decano Pariſienſi M. Ioanne Luillier Fratre ſuo quaſdam litteras ſibi directas in quibus continebatur quod ſummus Pontifex & Prælati huius Regni ſic ad inuicem conuenerant ſuper conferendis Beneficijs quod alternatim conferebant, & quod ſummus Pontifex habebat ſex menſes, & Prælati totidem. Et ſi Vniuerſitas vellet mittere vnum, aut duos graues viros ad ſupremum D. noſtrum Regem, de facili obtinerent ab eo de ſex menſibus Prælatorum duos menſes pro Prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis. Secundus artic. fuit ſuper Priuilegijs Vniuerſitatis. Ibi enim in medium poſuit D. Rector quomodo ipſe cum notabili comitiua & notabili Proponente adiuit honorandum Dominum D. de Gaucourt pro materia cuiuſdam Arreſti dati per DD. Generales contra M. Iacobum Wancy ſuper ſolutione Octaui Denarij, vt ſcilicet ipſo ſupplicante prædicti **DD. Generales dignarentur ſuſpendere dictum arreſtum vſque ad** feſtum Natalis Domini; ita quod non demandetur executioni & intra talem terminum Vniuerſitas ad hoc aliqualiter prouideret. Et quo ad iſtum artic. fuit ibi præſens ingenioſiſſimus vir M. Berengarius Mercatoris qui coram Vniuerſitate egregie retulit qualiter propoſuerat ante prędictum D. de Gaucourt, qualiter validiſſimè confutauerat rationes & argumenta DD. Generalium propter quas condemnauerant prædictum Magiſtrum, & qualiter bigamia non tollit rationem Scholaritatis. Demum & finaliter ipſius D. de Gaucourt beniuolentiam atque benigniſſimam Reſponſionem eleganter in hunc modum retulit, videlicet quod facta proponet coram Præfato D. noſtro Rege. Idem Dominus reſpondit ſe ab antiquo eſſe alumnum huius almæ Vniuerſitatis Pariſ. & eam ita in ſuis libertatibus diligere, vt plus in mente haberet quàm ore proferre poſſet; pollicituſque eſt prædictos DD. Generales ad ſe vocare, & petitionem Matris Vniuerſitatis iuxta ſuum poſſe interpellare. Adiunxit præterea quod quotienſcunque Mater Vniuerſitas vellet ad Regem quoſdam

" deſtinare, aut ſuper prouiſione Suppoſitorum, aut cæteris quibuſdam
1472. " negotijs, ſe ſe offerebat pro eiſdem cauſis ſcribere Regi: & nedum Re-
" gi, ſed & quibuſdam Conſiliarijs & amicis ſuis manentibus in Curia Regis
" quos nouit eſſe familiares Regiæ Majeſtatis, ſi per Vniuerſitatem ad hoc
" fuerit requiſitus. Et quo adiſtos duos articulos, vnanimiter deliberauit
" Vniuerſitas quod de ſingulis Facultatibus & Nationibus darentur viri
" graues deputati ad viſitandum Rotulum in quo erant confecti quidam
" articuli pro mittendo ad D. Cardinalem Nicænum, dum erat in hoc Re-
" gno, vt ſcilicet habeant addere ſi quid addere, aut tollere oporteat. Et
" hoc facto mittantur duo Nuncij ad Regem qui ſint eruditi viri tam pro
" Prouiſione quam & ſuper Arreſto dato contra præfatum Magiſtrum. Et
" quod portarent litteras D. De Gaucourt pro Vniuerſitate in vtraque cau-
" ſa ad Regem, factâ tamen prius ſupplicatione apud ipſum D De Gau-
" court pro litteris ſcribendis. Habuitque ſibi Mater Vniuerſitas immen-
ſas grates de benignâ Reſponſione eius, de bono affectu & oblatione ad
Vniuerſitatem, &c.

In eandem rem habita ſunt Comitia die 1. Decemb. cum nuntiatum fuiſſet ſummum Pontificem & Regem inter ſe ſe conueniſſe de ratione conferendorum Beneficiorum, tollique omnino & abrogari velle hacce conuentione Pragmaticam-Sanctionem. Quamobrem ſtatuit Vniuerſitas intercedere apud Curiam Pariſ. ne Pactum illud ſeu Concordatum Actis Curiæ inſcriberetur, ratumque haberetur. Idem Raulinus ita ſcribit.

" Die 1. Decemb. conuocata eſt per Iuramentum Mater Vniuerſitas
" apud S. Bernardum ſuper 3. articulis. Primus fuit ſuper prouiſione &
CONTRA BVLLAM. " promotione Suppoſitorum, pro quo articulo ibi fuerant lecta quædam
" Appunctuamenta inter ſummum Pontificem & Dominum noſtrum Re-
" gem, in quibus penitùs caſſabatur & annullabatur Pragmatica-Sanctio,
" & contra ſacrum Concilium & ſanctorum Decreta penitùs agebatur,
" contra vtilitatem Regni, Eccleſiæ Gallicanæ & Vniuerſitatum non mini-
" mè ferebatur. Ibique cauebatur de Cauſis perducendis vſque ad Roma-
" nam Curiam; ita quod trahi poſſent Suppoſita Vniuerſitatis vltra muros
" Pariſienſes, quod eſt contra noſtræ Vniuerſitatis antiquiſſima Priuilegia.
" In illis etiam cauebatur quod Prælati haberent ſex menſes, & ſummus
" Pontifex totidem ad conferendum Beneficia vacantia, & aliqui quos
" Rex, Regina aut D. Delphinus nuncupare vellent, primi ad maiora Bene-
" ficia prouiderentur. Sed de Studentibus in Vniuerſitate ad populum in-
" ſtruendum & de peritis nulla facta eſt mentio. Idcirco ſatis vniformiter
" deliberatum, quod Mater Vniuerſitas haberet adire Curiam Parlamen-
" ti in ſuis Suppoſitis, videlicet Rector & notabili comitiua, cum notabili
" Proponente qui ſe haberent his appunctuatis opponere; & ſi opus eſſet,
" appellare ſecundum formam quæ olim de eodem caſu retenta eſt, tem-
" pore M. Ioannis Maugeri.

Die 12. eiuſdem menſis quæſitum vnde haberi poſſet pecunia ad Inſtituendam Interceſſionem Appellationemque: nec vnus fuit omnium ſenſus. Superiores enim Facultates volebant exigi à Magiſtris & Scholaribus ſemi-burſam; Natio verò Gallicana obſtitit, atque Abbati S. Genouefæ ſuam interceſſionem inſinuauit. Itaque ea die non potuit haberi concordia. Quanquam tamen eâ Natione exceptâ, cæteræ Facultates & Nationes æquum eſſe cenſuerunt exigi ſemiburſam à ſingulis Magiſtris & Scholaribus 12. denariorum Pariſienſium; eiuſque exigendæ negotium demandatum eſt Abbati S. Genouefæ: & huic quoque præpoſuit Vniuerſitas M. Berengarium Mercatoris Doctorem in Theologia. Eademque fuit adhuc omnium illarum ſententia 19. Decemb. referentibus Decanis & Procuratoribus qui ad inſtruendum nouum Rectorem M. Martinum Briçonnet conuenerant apud Mathurinenſes, vnus Procurator Franciæ Cordier interceſſit, quominùs id ratum haberetur: quoniam ex inſtructione ſui deceſſoris Raulini habebat, Nationem interceſſiſſe. Itaque hoc illi demandatum vt Nationem ſuam conuocaret, atque ex ea

quæreret an in Interceſſione perſiſteret, nec ne. Conuocata die 22. Dec. perſtitit. 1472.

Poſtridie eius diei, præſentibus omnibus Facultatibus & Nationibus poſt expoſitam à Rectore cauſam Comitiorum, prædictæ Nationis Procurator conſcriptas folio papyraceo cauſas Interceſſionis legit, & legitimas, iuſtas ac Canonicas eſſe probauit; tantumque effecit, vt cæteræ Nationes, deinde etiam Theologorum Ordo, referente ſuo Decano, ſubſcripſerint, reluctantibus fruſtra Decretorum & Medicinæ Facultatibus. Hinc Rector comitatus Decano Theologicæ Facultatis, Procuratoribus Nationum & quibuſdam alijs Abbatem San-Genouefianum iubet expoſitis iuſtiſſimis mutandæ prioris ſententiæ rationibus, Monitiones pœnaſque ijs indictas ſuſpendere, donec concordia in Vniuerſitate haberetur.

Hocce tempore Epiſcopus Carnotenſis ab Vniuerſitate petijt vt ea ſuæ cauſæ ſe ſe adiungeret. Premebatur enim Cenſuris Eccleſiaſticis à quibuſdam Abbatibus, iuſſu, vt dicebant, ſummi Pontificis, latis: vt latiùs continetur in proceſſu, ſeu litis-conteſtatione quæ apud Senatum Pariſ. habita eſt 12. Martij eiuſdem anni. Senatus autem viſâ & attentâ Vniuerſitatis adiunctione, decreuit 1. Aprilis vt prædictus Epiſcopus per Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum abſolueretur à Cenſuris. Sic enim legitur in Actis Curiæ ad diem 1. April. an. 1472.

Entre l'Eueſque de Chartres demandeur & requerant les Enterinemens de certaines Lettres ou Requeſtes par luy baillées en la Cour de ceans d'vne part, & le Chapitre dudit Chartres d'aultre, ſur le plaidoyé du 12. Mars dernier paſſé. Il ſera dit que l'Abbé de Plampié de l'Ordre de S. Auguſtin au Dioceſe de Bourges & l'Abbé de la Victoire du Dioceſe de Senlis, & chacun d'eux ſeront contraints par prinſe, arreſt & detention du temporel de leurs terres ou Abbayes en la main du Roy, & par toutes autres voyes & manieres deües & raiſonnables. C'eſt à ſçauoir ledit Abbé de Plampié de abſoudre ledit Eueſque par luy Excommunié, comme ſoy diſant, delegué par noſtre S. Pere le Pape, & ledit Abbé de la Victoire à ce ſouffrir & conſentir, & que leurdit Temporel demeurera en & ſous la main du Roy, & ſous icelle ſera gouuerné par bons Commiſſaires ſoluables, non ſuſpects, ne fauorables à l'vne ou à l'autre Partie, iuſques à ce que ledit Eueſque ſoit abſouz. Et ce nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques. Et auec ce pour les excez & deſobeyſſance par leſdits Abbez & chacun d'eux faites & commiſes, iceux Abbez & chacun d'eux ſeront adiournez à comparoir en perſonne en icelle Cour, pour reſpondre au Procureur du Roy & à telles fins & Concluſions qu'il voudra eſlire. Et permet la Cour au Conſeruateur Apoſtolique des Priuileges de l'Vniuerſité de Paris ou à ſon Vicegerent, & à tous aultres ayans puiſſance d'abſoudre à cautelle, ledit Eueſque nonobſtant les Oppoſitions, inhibitions & deffenſes faites audit Conſeruateur & à ſondit Vicegerent au contraire. Et ordonne ladite Cour que Frere Robert le Gros Religieux de l'Abbaye de Ioſaphat prés Chartres, pour les Excez par luy commis à l'encontre & au preiudice dudit Eueſque, ſera adiourné à comparoir en perſonne en ladite Cour, pour auſſi reſpondre audit Procureur du Roy, à telles fins & Concluſions qu'il voudra eſlire.

Die 7. April Facultas Artium complurium Scholarium proteruiam decreto repreſſit. Die Iouis 8. April. fuit Artium Facultas veneranda per D. Rectorem M. Ioannem Mene apud S. Iulianum Pauperem vt moris eſt, conuocata ſuper 2 artic. Primus fuit vt aduiſaretur expediens modus quo Scholares quidam varias inſolentias, enormitates, iurgia & verbera tam inter ſe inuicem quàm inter ſe, ac Laïcos committentes, à dictis inſolentijs & enormitatibus compeſcerentur. Redundabat enim iſtud non modò in dedecus Artium Facultatis, verum etiam totius Vniuerſitatis, poterantque occaſione huiuſmodi Ciuitatenſes in dictos Scholares iraſciter concitari. Quamobrem celeri fuit remedio prouidendum. Secundus art. ſupplicationibus deditus exiſtebat. Sequitur deliberatio. Quantum ad 1. art Placuit Nationi Gallorum venerandæ quod quia aliqui venerabiles Magiſtri ex his ſe noſſe quoſdam proclamabant, illos nominibus declararent D. Rectori. Super alijs autem qui difamati vulgò

Reformatio Artium Facultatis.

» exiſtebant, poſſibilis inquiſitio apud domum habitationis, ac vicinos eo-
1472. » rum fieret, ac ſuper eorum moribus. Inſuper quia paulò ante aliqui car-
» ceri mancipati extiterant, placuit vt deputarentur quidam per D. Re-
» ctorem qui Caſtelletum ingrederentur Incarceratorum Regiſtrum vi-
» ſitaturi, nominaque dictorum Scholarium extracturi. Illi autem qui de-
» linquere aſſueti reperti eſſent, ſiue per inquiſitionem, ſiue per virorum
» fide dignorum depoſitiones, ſiue per Regiſtrum dicti Caſtelleti, quia ſæ-
» pè de dictarum Inſolentiarum ceſſatione præmoniti fuerant, ſecundum
» ſtatum cuiuſlibet punirentur. Hoc eſt ſi Magiſtri eſſent, quod abſit, gra-
» dus honore, franchiſijs, emolumentis ac libertatibus vſque ad vitæ emen-
» dationem apparentem priuarentur. Si autem Scholares eſſent & licen-
» tiandi, ſiue Magiſtrandi, à promotione ad dictos gradus proillo anno ſim-
» pliciter, & quoad annos ſequentes vſque ad Rectoris & Rectoriæ bene-
» placitum repellerentur. Si autem Baccalarij illo anno effecti eſſent, ſiue
» ſimplices Scholares Grammaticæ, vel Artibus inſiſtentes, in ſuis Collegijs
» coram DD. Procuratoribus virgis acriter afficiantur. Si autem graduati
» non eſſent, & ſtudentes in aliqua aliarum Facultatum, illud Decano ſuæ
» Facultatis notificaretur vt pœnâ condignâ puniantur. Quia verò multi
» ex his Martinetas ſuſpicabantur eſſe, ſub debito iuramenti DD. Pæda-
» gogis iniungeretur quatinùs nomina Martinetarum promouendorum in-
» ſcriberent, Dominiſque Cancellarijs ſuperioris & inferioris examinis ea
» exhiberent, vt ſecundum ſæpè habitam concluſionem Facultatis à pro-
» motione propellerentur. Verum quia initia & horum Iurgiorum deli-
» berationes apud Vicum Straminis loco Diſputationum fiebant, fuit diſ-
» penſatiuè prouiſum vt Baccalarij pro Quadrageſimæ fine ad Vicum Stra-
» minis ſupradictum iam iam non irent. Vt autem plus retraherentur dicti
» Scholares à dictis inſolentijs & verberibus, placuit Nationi vt de cætero
» recreationem Camporum, vel Sequanæ non habeant. Rurſum placuit
» Nationi quia negligente Paſtore oues errabundæ lupo depereunt, ſan-
» guiſque de eius manibus exquiretur, quod dictos Scholares ſub debitâ
» clauſura teneant DD. Pædagogi, quique circa noctem poſt antiphonam
» pro pace exoranda decantari ſolitam ſecundùm Vniuerſitatis concluſio-
» nem aſſuetam, ianuis clauſis quemlibet ſuorum Scholarium nominatim
» euocari faciant. Quod ſi quis Scholarium prædictorum abfuerit, mittan-
» tur duo, aut tres ex Regentibus ad eum perquirendum in cameris: qui ſi
» repertus non fuerit, acriter puniatur. Et ſi aliqui diſcurrere ſoliti, incor-
» rigibiles fuerint, hoc ſignificent D. Rectori. Si autem dicti Pædagogi
» in hoc deſides comperti fuerint, manutenentia Pædagogiatus & Regen-
» tiæ priuatos eſſe conſtitutum eſt. Quantum ad 2. artic. nullæ fuerant ſup-
» plicationes porrectæ. Et ita ſecundum prædictam Magiſtrorum delibe-
» rationem conformiter ad cæteras Nationes concluſi.

1473. Anno 1473. die Martis 18 Maij in Comitijs Generalibus D. Rector M. Ioannes Mene expoſuit D. Epiſcopum Meldenſem Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis Conſeruatorem fato functum fuiſſe. Quamobrem ne in mora detrimentum pateretur res Academica, alterum è duobus Beluacenſem, aut Siluanectenſem eligendum eſſe. Communibus verò ſuffragijs Epiſcopus Beluacenſis renunciatus eſt. Quod cùm illi ſignificatum fuiſſet, ſtatim adfuit multâ Dominorum phalange comitatus,
» videlicet Reuerendi in Chriſto Patris D. Epiſcopi Biterrenſis, D. Primi,
» Quarti Requeſtarum Præſidentium Conſiliariorumque ſupremæ Curiæ
» Parlamenti, ac quamplurimorum aliorum Dominorum: qui eleganter
» nimis pro dictæ Conſeruatoriæ Officio ſupplicauit, cuius etiam, vt ſatis
» præmiſſum eſt, exoratio cum gratiarum actionibus de benignâ oratione
» ſuâ admiſſa eſt. Qui pro Beneficij impenſione non minimâ, vt aiebat, Gra-
» tiarum immenſitates Vniuerſitati ſingulorumque Suppoſitorum Cœrui
» referens, ſe obtulit in omnibus paratiſſimum. Quo facto iuramenta ſoli-
» ta in Vniuerſitatis totius conſpectu præſtitit. Inſuper vt dicti Officij poſ-
» ſeſſionem adipiſceretur, in præſentia D. Rectoris, ac 4. Procuratorum

in

in Conſiſtorio ſedens proceſſum aliquarum cauſarum audiuit, Officiarioſque dictæ *Curiæ conſeruauit*. Ita ſcribit M. Ioannes de Bucy Procurator Nationis Gallic. 1473.

Die Martis 1. Iunij eiuſdem anni ſtatuit Vniuerſitas quod totis viribus Priuilegium ſuum, imò Priuilegiorum præcipuum, quod vocabant *de non trahi extrà* propugnaret, occaſione Abbatis S. Remigij, qui ab ea in hanc rem poſtulauerat adiunctionem, eò quòd à Caſtelleto ad ſacrum Regis Conſilium ab aduerſarijs euocata lis fuerat. Sic idem de Bucy rem refert.

Die Martis 1. Iunij, &c. Expoſuit D. Rector quòd non obſtante “
quòd diu in cauſa quadam Abbatis S. Remigij Remenſis fuiſſet coràm “
Locum-tenente D. Præpoſiti Pariſ. in Caſtelleto proceſſum, pars ta- “
men aduerſa per quaſdam litteras Regias euocari facere nitebatur di- “
ctam cauſam ad magni Conſilij examen, quod quia Procurator Regius “
ſe opponens, & ſi procederetur, appellans pati veritus eſt: quâ de re ad- “
iornatus eſt die aſſignatâ ad magnum Conſilium. Et ſimiliter dictus Ab- “
bas cum Procuratore ſuo. Videntes autem Præpoſitus Mercatorum & “
Scabini illud vergere in ſui Priuilegij diſcrimen, ſe adiunxerunt cauſæ di- “
cti Abbatis. Idcirco in deliberatione poſitum eſt quid ſuper hoc eſſet “
agendum, attento quod dictus D. Abbas erat verum Suppoſitum Vni- “
uerſitatis. Super quo fuit per Nationem Gallorum venerandam maturè “
deliberatum quòd Vniuerſitas, cùm illud in maximam præcipui Priuilegij “
derogationem & infractionem redundabat, ſe adiungebat, & parata eſſe “
debebat tueri & defendere dictum Abbatem tanquam verum ſuppoſitum “
eius, ne extra muros Pariſienſes traheretur in dicta cauſa. Vt ſuper deli- “
beratum extitit, attento quod Scabini villæ Pariſienſis ſe offerebant ho- “
norandum D. Rectorem aſſociare, dictum D. Rectorem debere accedere “
Curiam ſupremam Parlamenti, & ibidem per Proponentem exponere “
DD. Præſidentibus, totique Parlamenti Curiæ, quatinùs dicti Domini “
Præſidentes non paterentur priuilegia noſtra, maximè illud præcipuum “
infringi. Inſuper quod ſi de facto Pars aduerſa quæ erat Reuerendus in “
Chriſto Pater D. Epiſcopus Lingonenſis in dictam euocationem proce- “
dere vellet, quòd expreſſus Nuncius ad Regem deſtinaretur pro con- “
ſeruatione dicti Priuilegij. Et dictus D. Abbas expenſas miniſtrare pa- “
ratum ſe offerebat, &c. De Bvcy. “

De Hæredibus Sauoiſianis.

Quia Heredes Sauoiſiani obtinuerant à Rege litteras ad Vniuerſitatem, quibus mandabat vt latifundia quædam ad Carolum Sauoiſium olim pertinentia certâ pecuniæ ſummâ Vniuerſitati addicta, illis liceret redimere, Vniuerſitas ex Mandato Rectoris M. Iacobi Houc, congregata apud Mathurinenſes 25. Iunij concluſit id fieri non poſſe, abſque graui diſpendio Vniuerſitatis, quoniam ager ille Sauoiſianus iure morticinij liber, ſeu vt loquebantur Maiores noſtri, *amortizatus erat*. Si tamen tantundem reditus annui qui erat 120. l. in alijs agris daretur Vniuerſitati, ſimiliter iure morticinij exſolutus, libenter hoc conceſſuram. Et vt, quantum in eâ re, ſi ſecùs quàm petebat, fieret, damnum paſſura eſſet Vniuerſitas, Regi clarè indicaretur, ſtatuit ad eum per Legatos litteras expedire quibus certior fieret.

Die Iouis 13. Ianu. electus eſt in Procuratorem Nationis Gallicanæ M. Ioannes de Martigniaco aliàs Coulliart, qui quia, vt arbitror, Anti-Nominalis erat, Antagoniſtam habuit M. Guidonem Ribart, ſed tandem contentione & certamine quod per tres hebdomadas durauit, ſuperior fuit. Sub hoc Procuratore & Rectore M. Fanuche grauiſſimi conflictus fuerunt in Vniuerſitate propter ſententias Nominalium & Realium. Rex authoritatem ſuam in ea re interpoſitam voluit; & ad Vniuerſitatem litteras dedit per Confeſſorem ſuum, quæ lectæ fuerunt in Comitijs Centuriatis apud Mathurinenſes die 19. Ian. an. prædicti: & ad eas examinandas deputati ſunt quidam viri Illuſtres, qui die 10. Febr. retulerunt Regi placere vt Vniuerſitas diſciplinam Scholaſticam reformaret tam in doctrinâ quàm in moribus. Atque ideo concluſum, vt

fieret Reformatio iuxta Mandatum Regis; idque iterùm ac tertiò itera-
1473. tis Comitijs confirmatum. Quod vt auditum eſt à Rege, Edixit Silua-
necti 1. Martij aduerſus Nominales. Edictum autem tale eſt.

Contra Nominales.

„ LVDOVICVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Vniuerſis præ-
„ ſentes litteras inſpecturis ſalutem. Etſi Regalis Prouidentiæ popu-
„ lum authoritati ſuæ diuinâ diſpenſatione creditum, Fidei & Religionis
„ titulo, ingenuiſque moribus & diſciplinis, ac verâ & ſanâ Clarorum vi-
„ rorum doctrinâ inſtitui facere atque ornari maximè intereſt; Nostamen
„ qui Regno Chriſtianiſſimo diuinæ propitiationis permiſſione præfecti ſu-
„ mus, id potiſſimùm curare tenemur, vt fidei puritas in Gallijs quæ ſolæ
„ hæreſeon monſtris caruerunt, inconcuſſa atque omni prorſus errorum
„ caligine intacta permaneat; ob cuius quidem integerrimam defenſionem
„ claræ feliciſque memoriæ Francorum Reges Liliati Prædeceſſores noſtri
„ qui Chriſtianæ Religionis & Catholicæ veritatis fuerunt feruentiſſimi
„ zelatores, meritò Chriſtianiſſimi vocati ſunt. *Sic Carolus Magnus Rex &*
„ *Imperator glorioſiſſimus ſtudioſos quidem viros, Bedam ſcilicet, Rabanum, Stra-*
„ *bum, Alcuinum, alioſque complures famoſiſſimos atque eruditiſſimos ex vrbe*
„ *Romà ad inclytam vrbem Pariſienſem idcircò tranſduxit, quò illic Generale ex*
„ *omni Nationum linguà Studium inſtitueret.* Qui profectò Doctores ſuis præ-
„ claris moribus, doctrinâ & diſciplinis idem ſtudium ita refertum reliquе-
„ runt, vt eorundem Prædeceſſorum Francorum Regum ope atque auxi-
„ lio in hunc vſque diem non modò celeberrimum, verum etiam fructuo-
„ ſiſſimum atque florentiſſimum vbique terrarum habitum ſit, ab omnique
„ ſuperſtitionis & hæreſis maculâ alienum. Quod ita ſanè contigiſſe mini-
„ mè ambigimus propter doctrinæ ſinceritatem, quam ijdem ipſi Authores
„ ibidem, alijque clariſſimi Regentes atque Doctores plantare curaue-
„ runt; hæreſim inde & errorum ſpinas atque tribulos funditùs euellentes,
„ abijcienteſque & penitùs reſecantes periculoſas ac inutiles, & ad perni-
„ ciоſa ſcandala potius quàm ad fidei ędificationem declinantes doctrinas;
„ ſuperfluas quoque quæſtiones omnino prorſus reſcindentes. Præcipuè
„ clara Theologorum Facultas quæ velut ſidus quoddam fulgentiſſimum
„ ſuorum claritate radiorum, non ſolum Regnum noſtrum, ſed etiam Vni-
„ uerſum Orbem accendit atque illuſtrat, vtiliores ſemper doctrinas am-
„ plectens minúſque vtiles penitus abſcindens. Sic namque priſcis tempo-
„ ribus illud antiquiſſimum nominatiſſimumque Athenienſe ſtudium, quod
„ iam olim omnis Græciæ vniuerſuſque terrarum Orbis coluit, doctrinam
„ Socratis & Platonis, Doctrinæ Thaletis Mileſij, Biantis, cæterorumque
„ quos Græci Sapientes appellabant, quoniam ex ea fructus vberiores pro-
„ uenirent, præponere non dubitauit. Sic deinde Gregorius ille Magnus
„ olim Pontifex Max. ſacrarum litterarum Interpres doctiſſimus, verbique
„ diuini maximus Præco M. Tullij Ciceronis libros miro dicendi lepore re-
„ fertos, quoniam Iuuenes eiuſdem Authoris mirâ ſuauitate ſermonis il-
„ lecti, Sacrarum Litterarum ſtudium omittentes maiorem ætatis ſuæ flo-
„ rem in Eloquentiæ Tullianæ ſtudio conſumebant, quoad potuit, diligen-
„ tiſſimè ſuppreſſit. *Qua fit vt Nos quoque eorundem Prædeceſſorum noſtrorum*
„ *veſtigia ſequentes ſummopere niti deceat, quo prædictum Pariſienſe Studium, in*
„ *quo fidei lumen maximè ſemper claruit, ingenuis quidem moribus ſanaque diſci-*
„ *plinâ, ac ſummorum Realiumque Authorum doctrinâ, cæteris minus neceſſarijs*
„ *doctrinis penitùs ſublatis, deinceps perpetuò noſtris potiſſimum temporibus ad Dei*
„ *omnipotentis laudem, Eccleſiæ ſuæ ædificationem & fidei orthodoxæ incrementum*
„ *feliciter illuſtretur.* Cum itaque à quibuſdam quorum erga Nos prædictam-
„ que filiam noſtram chariſſimam Vniuerſitatem Pariſienſem totamque
„ Rempub. noſtram maximis in rebus fidei comprobata eſt, Nobis his die-
„ bus nunciatum extiterit, ſaluberrimas leges atque ſtatuta à ſummis olim
„ Pontificibus, eorumque Legatis, ac etiam à Prædeceſſoribus noſtris

Francorum Regibus ritè debitéque ſancita, ac eadem in Vniuerſitate publicata, minimè aut parum complices eiuſdem Vniuerſitatis ſtudentes eſſe obſeruata. Vnde quoniam ijdem ipſi Studentes exempla ingenuoſque Patrum mores imitari dedignantes, vitæ diſſolutiori, corruptiſque moribus aſſiduè inſiſtunt, quamplurima in dies vitia pullulant: necnon etiam alios quoſdam ſuo nimium ingenio fretos, aut rerum quidem nouarum auidos, ſteriles doctrinas, minúſque fructuoſas, omiſſis eorundem Patrum Realiumque Doctorum ſolidis ſalubribuſque Doctrinis, quanquàm eas ipſas ſteriles doctrinas in toto, aut in parte eorundem Statutorum tenore dogmatizare prohiberentur, palam legere, ac ſuſtinere non vereri. Nos autem vt Regem Chriſtianiſſimum decet, ægrè moleſtéque ferentes, ſignanter quod aurum virtutis ſacrorumque morum in vitiorum ſcoriam conuertatur: Et præterea quod ſteriles, ſeu minus fructuoſæ, ſeuerioribus proximiores doctrinæ in præclaris inſerantur ingenijs, cupienteſque ideò, & ne vnde virtutum, ſapientiæ atque doctrinæ fulgor elucere atque emanare deberet, inde vitiorum errorumque tenebræ proueniant, ijs ſcilicet incommodis ſalubri noſtris præſertim diebus remedio occurrere, Dilectum & fidelem Conſiliarium noſtrum & Confeſſorem Epiſcopum Abrincenſem prædictæ Vniuerſitatis alumnum ſacrarumque litterarum eximium Profeſſorem Pariſius apud eandem Vniuerſitatem deſtinandum cenſuimus. Qui tandem poſteaquàm de eiuſmodi oberrationibus ei debitè conſtitit, conuocauit ſibi, iuſſuque & mandato noſtro aſſociauit quamplurimos ſacræ Theologiæ Profeſſores, & cæterarum Facultatum ac Nationum ipſius Vniuerſitatis Doctores atque Magiſtros vitæ & morum integritate, litterarum peritiâ ſummâ ac virtute, & rerum gerendarum experientiâ comprobatos, quorum nomina ſunt hæc. Et 1. Facultatis *Theologiæ MM. Guillelmus Bouylle Decanus eiuſdem, Donatus de Puteo, Guill. de Caſtro-Forti, Vrſinus Thibouſt, Ioannes Trouſſet, Antonius Vrſi, Ioannes Patin, Petrus Caros, Ioannes Watat, Lucas de Molendinis, Ioannes Bauene, Stephanus Geruaſij, Bardinus Heredi, Ioannes de Rota, Berengarius Mercatoris, Petrus Martin, Ioan. Coſſart, Mathur. Sanguet, Stephanus Grandis, Ioan. de Lapide, Amator Chetart, omnes prædictæ Facultatis Theologiæ Doctores.* Facultatis autem Decretorum, *Magiſtri Stephanus Parui aliàs de Veteri-Villa Decanus eiuſdem, Robertus Tulleu & Guillel. de Chaſtillon, omnes ipſius Facultatis Decretorum Doctores.* Facultatis verò Medicinæ *Magiſtri Ioannes Baſin Decanus eiuſdem, Guillelmus de Algia, Ioannes Auis, Ioannes Roſa & Baſſa madidi, omnes dictæ Facultatis Medicinæ Doctores.* Facultatis autem Artium, & 1. Nationis Franciæ *Magiſtri Ioannes de Martigniaco Procurator eiuſdem, Ioannes Pluyette, Ioan. Roërij, Yuo Calui, Ioan. Colini, Petrus Sciſſoris, & Petrus Garſias.* Nationis verò Picardiæ, *Petrus Caronis Procurator eiuſdem, Gaufridus Norman, Ioan. Benedicti, Io. Hannon & Ioa. Remigij.* Nationis quidem Normaniæ ***Magiſtri Robertus la Longue Procurator eiuſdem,*** *Ioannes Valles, Radulphus de Monſignet, Petrus Succurribilis & Nicol. Murdrat.* Et Nationis Alemanniæ *MM. Franciſcus de Butezlaidem Procurator eiuſdem Iacobus Houle, Ioan. Scriptoris & Nicolaus Tinctoris, omnes in dictâ Artium Facultate Regentes, ſeu Magiſtri.* Quibus omnibus cum eodem Conſiliario & Confeſſore noſtro, poſt ingentem eiuſdem rei conſultationem, vno animo, vnoque conſenſu, nemine penitùs ipſorum diſcrepante, ſeu contradicente, viſum eſt: Quod pro eorundem Scholarium & Studentium vitæ, morum & diſciplinæ Reformatione Statuta iam olim & pluries in eadem Vniuerſitate tam per nonnullos Apoſtolicos Legatos in Regno noſtro ſpecialiter deputatos, quàm etiam per eandem Vniuerſitatem & maximè per Artium Facultatem facta, edita, publicata, ſatis abundeque ſufficere videntur, dummodò rite & inuiolabiliter obſeruentur, hoc vno duntaxat excepto, quod Artium Tentatores qui nouiſſimè, anno ſcilicet 1452. Annales effecti ſunt, vnde prædictæ oberrationes, alijque complures abuſus atque defectus prouenerunt, continuabuntur per

1473.

1473. " Cancellarios B. Mariæ & S. Genouefæ Pariſ. præſentes & futuros ad tale
" longum tempus, quod eis melius videbitur faciendum; provt & quem-
" admodum ante prædictum tempus id erat fieri conſuetum, annuente &
" aſſentiente Beatiſſimo Patre noſtro & ſummo Pontifice. Qui quidem
" Cancellarij viros moribus ſanaque Doctorum Realium inferius nomina-
" torum doctrinâ eruditos in eiuſmodi Tentatorum Officijs præficere &
" inſtituere tenebuntur. Viſum eſt eis rurſus doctrinam Ariſtotelis, eius
" Commentatoris Auerrois, Alberti Mag. S. Thomæ de Aquino, Ægidij
" de Roma, Alexandri de Halles, Scoti, Bonauenturæ, aliorumque Do-
" ctorum Realium, quæ quidem doctrina retroactis temporibus ſana ſe-
" curaque comperta eſt, tam in Facultate Artium quam Theologiæ, in
" prædicta Vniuerſitate deinceps more conſueto eſſe legendam, dogma-
" tizandam, diſcendam & imitandam, ac eandem ad ſacro-ſanctæ Dei Ec-
" cleſiæ ac fidei Catholicæ ædificationem, Iuuenumque ſtudentium erudi-
" tionem longè vtiliorem eſſe & accommodatiorem, quàm ſit quorundam
" aliorum Doctorum Renouatorum doctrina, vt puta Guillelmi Oxam,
" Monachi Ciſtercienſis, de Arimino, Buridani, Petri de Alliaco, Marſi-
" lij, Adam Dorp, Alberti de Saxonia, ſuorumque ſimilium, quam non-
" nulli, vt dictum eſt, eiuſdem Vniuerſitatis Studentes, quos Nominales,
" Terminiſtas vocant, imitari non verentur. Quapropter Nos qui in rebus
" humanis ad prædictæ Dei Eccleſiæ decus & fidei orthodoxæ tuitionem
" verâ clariſſimorum, ſanctiſſimorumque virorum ſententijs comprobatâ
" doctrinâ nihil eſſe ſalubrius exiſtimamus; deſiderantes ideo vt Scholares
" in eandem Vniuerſitatem optimarũ videlicet Artium diſcendarum gratia
" confugientes, ijs potiſſimùm moribus & diſciplinâ oberrantium Refor-
" matione ſtatuta iam pridem, vt dictum eſt, per Legatos Apoſtolicos præ-
" dictamque Vniuerſitatem & Artium Facultatem facta & edicta ritè & in-
" uiolabiliter de cætero obſeruentur, hoc vno duntaxat, vt dictum eſt,
" excepto, quod dicti Artium Tentatores à dictis B. Mariæ & S. Genoue-
" fæ Cancellarijs præſentibus & futuris vſque ad tale longum tempus,
" quod eis melius & commodius videbitur faciendum continuari, ſuiſque
" in Officijs manu teneri poterunt & debebunt, annuente & conſentiente
" ſummo Pontifice, modo ſuperius declarato. *Et vlterius Statuimus &*
" *Edicimus quod prædicta Ariſtotelis doctrina eiuſque Commentatoris Auer-*
" *rois, Alberti M. Sancti Thomæ de Aquino, Ægidij de Roma, Alexandri de*
" *Halles, Scoti, Bonauenturæ, aliorumque Realium Doctorum, quorum do-*
" *ctrina, vt dictum eſt, retroactis temporibus ſana ſecuraque comperta eſt, tam in*
" *ſacra Theologia quàm in Artium Facultatibus in prædicta Vniuerſitate Pariſ.*
" *deinceps more ſolito legatur, doceatur, dogmatizetur, diſcatur & intimetur.*
" *Altera autem prædictorum Nominalium tam ſupradictorum, quàm aliorum*
" *quorumcumque ſibi ſimilium in eadem Ciuitate, aut alibi quoquo verſum in Re-*
" *gno noſtro deinceps palam nec occultè, quouiſmodo nullatenus eſſe legendam, do-*
" *cendam & dogmatizandam, aut aliquatenus ſuſtinendam expreſsè decernimus?*
" Et vt illa tanquam lolium ex tritico auellatur, ab eodem Regno noſtro
" euaneſcat & eliminetur, Vniuerſis prædictæ Vniuerſitatis Collegio-
" rum Præfectis præſentibus & futuris prohibendum duximus, ac ex nunc
" præſentium tenore prohibemus, ne ſub pœnis inferius expreſſis eandem
" ipſam doctrinam ſuis in Scholis, nec aliàs quouis modo publicè, nec oc-
" cultè dogmatizent, doceant, legant, nec ſtudeant. Quæ omnia & ſin-
" gula prædicta vt firmiter obſeruentur, ſuumque & debitum ſortiantur
" effectum, vlteriùs Statuimus & Edicimus, quod prædictæ Vniuerſitatis
" Rector modernus, Decani Facultatum Theologiæ, Decretorum & Me-
" dicinæ, ac etiam 4. Nationum Procuratores in facie totius Vniuerſitatis
" præſentibus fidelibus Conſiliarijs noſtris Curiæ Parlamenti noſtri Præ-
" ſidentibus & Præpoſito Pariſ. aut eius Locum-tenente, quos & eorum
" quemlibet ad hæc & alia infraſcripta exequenda expreſsè committendos
" deputauimus & deputamus: omnes, inquam, & ſinguli Doctores, Col-
" legiorum Præfecti, Pædagogi, Regentes & Magiſtri, cæterique omnium

prædictarum Facultatum Scholares tam ſeculares quàm Religioſi cuiuſ- "
cunque gradus, ſtatus, Ordinis & Profeſſionis exiſtant in manibus præ- " 1473.
dicti Rectoris corporaliter iurabunt hoc præſens Statutum & Edictum "
noſtrum ſe inuiolabiliter obſeruaturos. Quorum quidem nomina, qui ſic "
vt dictum eſt, iurabunt, inſcribi volumus in libro Rectorio eiuſdem Vni- "
uerſitatis: Et quod omnes & ſinguli prædicti Rectores moderni in eo- "
dem officio Rectorio ſucceſſores in nouâ eorum creatione idem juſiu- "
randum præter cętera quæ fieri ſolita ſunt, iuramenta pręſtare tenebun- "
tur. Inſuper quod prędicti B. Mariæ & S. Genouefæ Cancellarij pręſen- "
tes & futuri neminem penitùs eiuſdem Vniuerſitatis ſtudentem ad quam- "
uis cuiuſcunque Facultatis licentiam neque gradum admittere, nec reci- "
pere poſſint, aut debeant; nec etiam prędicti Procuratores aliquos Scho- "
lares ad Baccalariatus gradum admittant, niſi prius vna cum alijs iura- "
mentum pręſtare ſolitis ſuis in manibus prædictum pręſtiterint iuramen- "
tum. Quocirca prædictis Parlamenti noſtri Præſidentibus Præpoſitoque "
Pariſienſi, aut eius Locum-tenenti præſentibus & futuris, & horum cui- "
libet in ſolidum harum ſerie præcipiendo mandamus; quatenùs prædictis "
Rectoribus, Doctoribus, Collegiorum Præfectis, Pædagogis, Magiſtris "
tam Regentibus quàm non Regentibus prædictæ Vniuerſitatis vno in "
loco, vt fit, ſolemniter congregatis has præſentes Edicti & Statuti noſtri "
litteras legi & publicari; ac ipſum in ceterorum Edictorum atque Statu- "
torum Regiorum Rectorio libro & Facultatum, ac Nationum prædictæ "
Vniuerſitatis Catalogis ſeu libris inſcribi; idemque Statutum & Edictum "
inuiolabiliter obſeruari faciant, inhibendo ſeu inhiberi faciendo ex "
parte noſtra omnibus tunc ibi aſſiſtentibus, & alijs quibus fuerit inhi- "
bendum ſub pœnâ priuationis non modò à prædictâ Vniuerſitate & pri- "
uilegijs eiuſdem, verum etiam à tota Ciuitate Pariſ. ne quis ipſorum con- "
tra præſentium tenorem quicquam moliri, aut attentare palam, nec oc- "
cultè quoquomodo præſumat. Si quis autem pœnam iſtam inobedientiæ "
ſuſtinuerit, non ſolum eum eiuſdem pœnæ declaratione, ſed etiam vt cæ- "
teris de ſe ſpectaculum prębeat, cedatque in exemplum vſque ad ban- "
nimentum, ſeu potius noſtri Regni perpetuum exilium & alias arbitra- "
rias pœnas, ſecundùm delinquentis perſonæ qualitatem, & ſui criminis & "
inobedientiæ grauitatem, eſſe mulctandum atque plectendum expreſsè "
declaramus, præter tamen noſtræ Regiæ Majeſtatis indignationem, "
quam eundem ipſum delinquentem caſu prædicto incurſurum, ex nunc "
prout ex tunc, decernimus per præſentes. Præterea ne prædicta Nomi- "
nalium doctrina quicquam non modò vigoris, ſed ne fomitis quidem in "
hoc Regno in poſterum habere poſſit; Mandamus inſuper primo prædi- "
cti Parlamenti noſtræ Curiæ Præſidenti, eidem ſpecialiùs committen- "
tes, quatenùs omnes & ſingulos ipſius Vniuerſitatis libros & apud eiuſ- "
dem Vniuerſitatis Suppoſita exiſtentes, ex quibus eadem ipſa Nomina- "
lium doctrina procedit, in manu noſtra realiter & de facto capiat, ſeu ca- "
pi faciat, ſub eademque facto ex eis debitè inuentario, cuſtodiat, quo- "
vſque Libros ipſos per viros litterarum peritia comprobatos atque ex- "
pertos fecerimus viſitari; de eiſdemque quod fuerit rationis, extiterit "
ordinatum. Ad id autem faciendum, & ad libros ipſos in prædicti Præ- "
ſidentis manus afferendum: eique ac ſuis in hac parte Deputatis paren- "
dum volumus, ab eoque ſuiſque Deputandis omnes & ſingulos quos op- "
portunum fuerit, veluti noſtris pro rebus & negotijs eſt fieri conſuetum, "
viriliter cogi ac diſtrictiùs coarctari; eidemque ac ſuis Deputatis, ab "
omnibus & ſigulis Iuſtitiarijs & Officiarijs noſtris quoad hæc pareri effi- "
caciter & intendi iubemus per præſentes; Quarum Tranſſumpto, ſeu Vi- "
dimus, vno aut pluribus ſub ſigillo Regio confectis fidem indubiam ve- "
luti huic Originali vbique adhiberi volumus. In quorum omnium præ- "
miſſorum fidem & teſtimonium, noſtrum Præſentibus litteris fecimus "
apponi ſigillum. Datum Siluanecti die 1. Martij anno Domini 1473. Re- "
gni verò noſtri an. 13. Per Regem. D. Duce Borbonij, Epiſcopo Albienſi, "

1473. " D. de Argentina', D. de Genlyaco, M. Ioanne de Ambaſia; & alijs præ-
" ſentibus. Sic ſignatum. DE CERISAY.

Statim hoc Edictum Rectori ſignificatum eſt: ſtatimque ille Comitia Generalia indixit ad diem 9. Martij apud Bernardinos, vbi exploſa eſt doctrina Nominalium vnanimi fere omnium Ordinum conſenſu, vt ſcri-
" bit prædictus Nationis Gallic. Procurator. Anno, *inquit*, Domini 1473.
" die 9 Martij facta eſt Congregatio Generalis Vniuerſitatis apud S. Ber-
" nardum per juramentum, ad audiendum Edictum Regium ſuper Refor-
" matione de qua ſupra, & ea quæ per D. Primum Præſidentem cum D.
" Confeſſore & pluribus Conſiliarijs Regijs per Ordinationem Regis erant
" Vniuerſitati proponenda. Edictum Regium lectum eſt continens princi-
" paliter duo. Primum eſt renouatio Iuramenti de non dogmatizando, aut
" ſuſtinendo doctrinam Guillelmi Okam, & conſimiles. Secundum eſt de
" tradendo D. Primo Præſidenti per Inuentarium libros Nominalitatum
" dicti Okam, & ſimilium. Quantum ad 1. fere omnes parati fuerunt iurare.
" Et 1. D. Rector abſolutè iurauit. D. Decanus Facultatis Theologiæ, &
" quaſi omnes, exceptis paucis qui ſuſtinent Nominales, qui nihilominus
" conditionaliter iurauerunt. De Facultatibus Decretorum & Medicinæ
" iurauerunt omnes ſine difficultate. Item 4. Procuratores 4. Nationum.

In eandem rem ſæpè celebrata ſunt Comitia Nationum, Facultatis Artium, & totius Vniuerſitatis. 14. Martij Facultas Artium in San-Iulianenſi æde deliberauit de Iuramento quod exigebatur à ſingulis Magiſtris.
" *De non dogmatizando* doctrinam Okamicam aliorumve Nominalium con-
" tentorum in Edicto Regio. Concluſit verò placere obedire Regi & præ-
" ſtare iuramentum cum modificatione facta per DD. Commiſſarios apud
" S. Bernardum. Item placuit mittere Nuncios ad Regem de ſingulis Na-
" tionibus pro temperamento, ſeu, vt ibidem ſcribitur, *modificatione* Edicti.
" Inſuper placuit ex qualibet *Libraria* extrahere librum vnum de quolibet Doctore Nominali, illumque tradere primo Curiæ Parlamenteæ Præſidi.

Poſtridie eius diei, hoc eſt 15. Martij in Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes habitis, idem à Rectore propoſitum; idemque quod ſupra concluſum. Item 21. eiuſdem menſis Rector expoſuit, quàm non vlli laborì peperciſſet, vt ex Librarijs Officinis libros Nominalium extraheret: vtque M. Berengarius Mercatoris D. Cancellarium ſuper ea re adiſſet, certioremque feciſſet de certo Vniuerſitatis propoſito & ſententia, parendi Mandatis Regijs.

Ad diem 28. eiuſdem menſis ſcribitur lectas fuiſſe Regis litteras, quibus mandabatur Vniuerſitati, vt reciperet pecunias vnâ vice ſoluendas à M Ludouico de Sauoiſy ad redemptionem reditus annui qui certis Capellanijs addictus fuerat propter perpetratum à familiaribus Caroli de Sauoiſy facinus. Verum concluſum eſt, vt ſupra, non placere redimi huiuſmodi Reditus, *tum propter emendam delicti perpetrati in Suppoſito Vniuerſitatis; tum etiam quia Regis athoritate ſententia lata fuerat.*

Die 7. Aprilis Vniuerſitas in Comitijs generalibus apud Bernardinos habitis audiuit à F. Ioanne Paillardo Minorita primum Curiæ Pariſienſis Præſidem non eſſe contentum ſibi tradi de ſingulis Nominalium operibus vnum Exemplar, ſed omnia expoſcere; placuit ad Regem Oratores mitti, qui Edicti temperamentum poſtularent. Vt habetur in Actis illius
" diei. Anno eodem die 7. menſis April. fuit alma Vniuerſitas per D. Re-
" ctorem apud S. Bernardum per iuramentum congregata ſuper 2. artic.
" Primus fuit ad audiendum relationem Magiſtri noſtri F. Ioannis Paillar-
" di Ordinis Fratrum Minorum miſſi ab Vniuerſitate ad D. Primum Præſi-
" dentem ſupremæ Curiæ Parlamenti ſuper modificatione Edicti Regij de
" Excatenatione librorum Nominalium à ſingulis Librarijs. Secundus fuit
" communis. Quantum ad 1. artic. dictus Magiſter noſter retulit, quod D.
" Primus Præſidens ſibi reſpondit quod non poterat contentari de vno vo-
" lumine cuiuſliber Doctoris illius doctrinæ Nominalium, imò indifferen-
" ter omnes libros habere intendebat ſecundùm voluntatem Regis. Super

hoc extitit concluſum quòd mitteretur Ambaſſiata ad ſupremum D. noſtrum Regem, ad oſtendendum ſibi damna & inconuenientia quæ poſſint oriri, ſi omnes libri extraherentur à Librarijs. Et quantum ad extractionem aliquorum Librorum, placuit Nationi obedire Regi; & quòd D. Rector in fine Congregationis haberet præcipere per Iuramentum omnibus & ſingulis Magiſtris, Principalibus Collegiorum & Pædagogiorum vt infra noctem haberent dare vnum librum ſiue volumen Nominalium, ſi quos haberent, in manibus D. Primi Præſidentis. Ad extractionem omnium librorum, vt præfertur, placuit mittere ad Regiam Majeſtatem ſuper moderatione ſui Edicti, & nominauit Ambaſſiatores D. Decanum Pariſ. M. Ioannem Huë, M. Ioannem Luillier, vel de Truquez in Theol. Profeſſores, &c. RIBARD cum ſyngr. 1473.

Et hæc tum Vniuerſitatis, tum Nationis Gallicanæ Concluſio confirmata eſt die 11. eiuſdem menſis apud Mathurinenſes in alijs Comitijs Generalibus, nominatique ſunt Oratores ad Regem mittendi. Quibus iniunctum eſt triplex negotium. Primum pertinebat ad Reditus illos Sauoiſianos, de quibus ſupra dictum eſt. Secundum ad prouiſionem Beneficiorum Eccleſiaſticorum. Tertium ad Nominalium concatenationem; quà de re agimus ad diem 9. Iulij infra.

De hac autem Nominalium incarceratione ſic Robertus Gaguinus ad Guill. Fichetum tunc Romæ degentem Ep. 25. Progrederer vltra ſcribendo, ſi te putarem benignum fore lectorem mearum ſcriptionum. Non ſilerem plurimas concertationes Philoſophorum & Doctorum noſtrorum, quas alij ridiculas prorsùs, alij fere gladiatorias in Nominalium & Realium (ſic eos appellant) hæreſibus, id eſt, ſectis ſuſcitarunt. Res autem eò deducta eſt, vt Nominalibus veluti Elephantiæ pruritu peſtilentibus edictum ſit exilium. Quorum celebriores libros, quos & Bibliothecis Pontificum interdicto diſtrahi nefas erat, ferro & clauis tanquam compedibus; ne introſpectentur, vinctos eſſe iuſſit Rex Ludouicus. *Putares miſellos Codices arreptitiâ quadam phreneſi & dæmonico furore, ne viſentes impetant, eſſe ligatos. Sic indomitos leones & belluas vinclis cohibemus & carcere. Realibus id eſt, Scoticis atque Aquinatibus tantùm ſuus eſt honos & libertas, quanquam obſtrepant ſemper inter ſe & rixentur.* Carolus Saccus æqualis tuus te ſalutat. Vrbi autem Pariſiorum peſtilentia minatur. Vale 5. Kal. Martias.

Anno 1474. die Mercurij 11. Maij actum eſt in Comitijs Facultatis Artium apud S. Iulianum habitis de eiuſdem reformatione quoad 4. capita, quæ in Actis illius diei recenſentur à M. Theobaldo Marceau Procuratore Nationis Gallic. Die Mercurij, *inquit*, quæ fuit 11. menſis Maij congregata fuit Artium Facultas ſuper 2. artic. Primus erat ſuper Facultatis Artium reformatione, qui quidem articulus 4. partes continebat. Prima erat de his clamatoribus impedientibus Electiones nouorum Rectorum, nec non Procuratorum. Secunda Pars erat de Conferentibus & recipientibus **pecunias pro votis, deliberationibuſque ipſorum**. Tertia pro huiuſmodi Officijs. Quarta Pars concernebat Regentes Artium Facultatis. Secundus artic. erat communis. Quantum ad 1. partem primi articuli, deliberauit Francorum Natio vt iſti Clamatores impedienteſque Electiones Rectorum & Procuratorum coërcerentur ſecundùm formam & tenorem Statuti editi à D. Cardinale d'Eſtouteville. Quantum ad 2. partem, placuit Nationi, quòd tam dantes, quàm recipientes pro votis deliberationibuſque eorum in Electionem Rectorum & Procuratorum venirent priuandi, donec & eò vſque foret aliter prouiſum per Nationem. Quantum ad 3. partem dedit Natio Deputatos ſolemnes ad videndum an eſſet expediens & æquùm quod Tentatores perpetuarentur, vel annuarentur. Quantum ad vltimam partem, libuit Nationi quod Regentes non exercentes actus Scholaſticos in vico ſtraminis, exceptis Regentibus honoris, ſicuti Regentes facientes moram reſidentiamque vltra pontes, non perciperent diſtributiones quæ ſolent fieri veris 1474.

1474. Regentibus in Collegio Nauarræ; nec etiam haberent comparere in prandijs, vel alijs in Conuiuijs Nationis. Et ad executionem iſtius articuli Natio dedit ſolemnes Deputatos.

Die 14. Maij in Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes habitis, Miles quidam à Rege ad Vniuerſitatem miſſus ſupplicauit pro redemptione redituum cuiuſdam Capellaniæ ad ipſam Vniuerſitatem pertinentis & fundatæ ad perpetuam memoriam cædis perpetratæ olim in ædibus Præpoſiti Pariſienſis. Quæ materia cum ſæpè fuiſſet iam antè agitata, non diu tenuit ſuſpenſos Vniuerſitatis animos. Scilicet reſponſum eſt ſtare Vniuerſitatem Decretis & Concluſionibus antè factis. Nihilominus nominati ſunt viri qui cum illo Milite communicarent rationes quibus mouebatur Vniuerſitas, ne illi reditus redimerentur.

Die 9. Iulij reuerſi Legati ingenti lætitiâ omnium Academicorum animos repleuerunt, referentes Regem annuiſſe omninò ſuis precibus, & ſupplicationibus Vniuerſitatis, ſcilicet quantum ad reditus prædictos non redimendos, Prouiſionem Suppoſitorum Vniuerſitatis & excatenationem Nominalium. Rem ſic refert Theobaldus Marceau Procurator Nationis
" Gallicanæ. Die 9. menſis Iulij D. Rector conuocauit Vniuerſitatem apud
" S. Mathur. ſuper 2. art. Primus fuit ad audiendum ea quæ fuerant acta in
" Legatione Reuerendiſſimi Magiſtri noſtri M. Ioannis Huë, qui legatus
" fuerat ab Vniuerſitate ad ſupremum D. noſtrum Chriſtianiſſimum Fran-
" corum Regem. Secundus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quan-
" tum ad 1. artic. tota Vniuerſitas audiuit ea quæ fuerant acta in præme-
" moratâ legatione, gratias quam maximas immortaleſque ſupremo D.
" noſtro Regi referendo de benigno affectu & de grata & humili reſpon-
" ſione quam fecit Oratori noſtro. Vnde præmemoratus Magiſter no-
" ſter M. Ioannes Huë declarauit ſupplicationes ſuas Vniuerſitati, quas
" porrexerat ſupremo D. noſtro Regi. Prima erat vt placeret Regiæ
" Majeſtati, vt illi reditus de quibus multoties factus eſt ſermo in Vniuer-
" ſitate de ipſis redimendis, non redimerentur. Secunda fuit ſuper prouiſione Suppoſitorum almæ Vniuerſitatis Pariſ. Tertia fuit ſuper excatenatione quorundam librorum Nominalium. Vnde omnibus his Chriſtianiſſimus Francorum Rex annuit in forma. Et quoad 1. deliberauit veneranda Gallorum Natio mater mea, vt amplius non fieret ſermo de redemptione illorum reddituum aſſignatorum Vniuerſitati pro reparatione cuiuſdam offenſæ perpetratæ contra Vniuerſitatem. Quoad ſecundam, dedit Deputatos ex parte Vniuerſitatis qui haberent proſequi illam prouiſionem. Quantum ad tertiam, placuit Nationi, vt illi libri excatenarentur de quibus ſupra factus eſt ſermo.

" Die Sabbati 13. Aug. in Comitijs generalibus apud Mathur. retulit M.
" Berengarius Mercatoris à Rege reuerſus, Regem annuiſſe ſupplicationi
" Vniuerſitatis Pariſ. ne ſtaret Bituricenſis: quapropter Regi, D. Cancel-
lario, cæteriſque Conſiſtoriani Comitatus Proceribus gratias decreuit **immortales Vniuerſitas, ipſique etiam Berengario, quòd eleganter ad** Regem contra Vniuerſitatem illam dixiſſet, obtinuiſſetque eiuſdem abrogationem.

Die 30. Aug. in Comitijs Facultatis Artium audita eſt querimonia cuiuſdam Regentis, ſeu Profeſſoris vocati ad tribunal Archidiaconi de Ioſayo & detruſi in carceres poſtulante quodam viatore, ſeu famulo, qui ab eo ſe verberatum dixerat. Erat autem ille miſſus à Promotore, & Citationum quarundam portitor; id tamen ignorante Magiſtro, qui ob id hominem corripuerat, quia ortâ inter ipſum & Mangonem diſcordiâ, clamoribus & vociferationibus turbabatur attentio Scholarium. Igitur famulus ille venire iuſſus ad Rectorem, & interrogatus quamobrem litem illi Magiſtro intendiſſet, reſpondit ſe id feciſſe, hortante & impellente Promotore. Re igitur in deliberationem adducta, quia contra Statuta Vniuerſitatis peccatum videbatur grauiſſimè; & quia Promotor dolo ma-
" lo vſus fuerat, ſic concluſum fuit. Vt Promotor ille perpetuis priuaretur

temporibus

temporibus à gremio Vniuerſitatis: quod affigeretur priuatus per Quadriuia & valuas tanquam membrum Vniuerſitatis aridum, putridum & infame. Placuit inſuper quod Garcio (id. famulus ille) præſentibus 4. Procuratoribus 4. Nationum in ſuo Collegio à ſuo Regente puniretur, quod veniam peteret à Regente contra quem fecit offenſam, & Magiſtro Principali Collegij Tornacenſis. Placuit eidem Nationi Gallicanæ quod D. Rector haberet vocare Curatum S. Stephani in cuius Parochia dictus Garcio portat mandata Citatoria, quod eum remoueret ab Officio; quod ſi noluerit facere dictus Curatus, denunciet eum priuatum D. Rector vſquequò, &c. habeat præterea D. Rector conuocare D. Archidiaconum de Ioſayo, ſibique nunciare quòd illum Promotorem ab Officio & Curia ſua remoueat, & etiam Iudicem qui tunc ſedebat pro Tribunali, ſcilicet quendam ſic vocatum, Petrum Beloſſe, qui ſcilicet condemnauit dictum Regentem detrudi in carceres, ac ſi eſſet fur, aut homicida, & haberent dictus Archidiaconus, Promotor & Iudex Regentem prædictum reddere indemnem, & eum totaliter remouere à Curia. Quod ſi recuſaret dictus Archidiaconus, denunciet tunc eum D. Rector priuatum vſquequo, &c. Etiam Iudicem ſedentem pro Tribunali. 1473.

Die Iouis 1. Sept. in Comitijs Vniuerſitatis propoſita ſunt à Rectore quædam capita pertinentia ad Prouiſionem Scholarium, & ad bona cuiuſdam Librarij qui inteſtatus deceſſerat, quæ quidem Procuratores Rerum Regiarum iure *Albinatus*, vt vocant, Regi attribui volebant, obſtante Vniuerſitate: quamobrem lis mota eſt apud Curiam Pariſienſem. Et die 3. eiuſdem menſis interrogati & auditi ſunt nonnulli Librarij qui Statuta Vniuerſitatis oppugnaſſe dicebantur, quoad bona prædicti Librarij defuncti & inteſtati. In rem ita legitur in Actis.

Die Iouis quæ fuit 1. Sept. D. meus D. Rector conuocari fecit Vniuerſitatem per Iuramentum ſuper 3. art. Primus, &c. Secundus artic. concernebat vnum de Statutis noſtris, quia quidam Curiales dicentes ſe habere confiſcationem librorum & bonorum cuiuſdam nuncupati Armandi de Statim, violenter volebant eadem bona transferre, & hoc fuit die præcedente iſtam congregationem, quod ſciens D. Rector vnà cum Procuratoribus adiuit domũ illius defuncti, vbi erant illi libri. Dixit quod habebamus ſtatutum quod nullo modo debent deferri, vel confiſcari bona Scholaris & Librarij etiam inteſtati, & opponebat ſe D. Rector caſu quo, &c. Sed cum non obſtante oppoſitione ſemper procederent, appellauit idem D. Rector ad ſupremam Curiam Parlamenti. Ideò quærebat D. Rector auoationem in hoc, &c. Quantum ad 2. artic. agebat ingentiſſimas grarias D. Rectori & Procuratoribus & hijs omnibus qui eum aſſociauerant, auoat eundem D. Rectorem de appellatione illa quâ appellauit ad ſupremam Curiam caſu quo, &c. Et vult ſuſtinere & proſequi Statutum noſtrum priùs declaratum, & remittebat ad DD. Theologos ad eligendum vnum Proponentem qui haberet proponere coram DD. Præſidentibus & narrare eis ſtatutum noſtrum & quærere remedium. Placuit præterea quod bona illa ponerentur in tuto loco quò citius fieri poſſet, & quod etiam ciperemus conſilium à noſtris Conſiliarijs tam de Caſtelleto, quàm de Parlamento ſuper iſta materia. Quæ bona fuere pro parte poſita in loco tuto per D. Rectorem & Procuratores. Et quia rumor erat M. Philippum Munier, filium Andreæ Munier, alterum de 4 Principalibus Librarijs nunciaſſe cuidam Curiali mortem illius Armand, vt quæreret confiſcationem omnium bonorum, placuit Nationi quod in 1. Congregatione citarentur pater & filius ad purgandum ſe.

Die Sabbati eiuſdem menſis conuocauit apud S. Math. & congregauit Vniuerſitatem honorandus D. meus D. Rector ſuper 2 artic. Primus erat ad audiendum Andream Munier alterum de 4. Principalibus Librarijs Vniuerſitatis & filium eius M. Philippum Munier in Artibus Magiſtrum. Quoniam & per inquiſitionem, ſcilicet per illum quem duxerat pro ſeruitore ad Curiam dictus Philippus Munier, ſciuit D. Rector quod iſte Philippus

1473. „ Munier filius Andreæ immediatè poſt mortem defuncti Armant adiuit
„ Curiam Regis, & nunciauit cuidam Domino de dicta Curia Regis mor-
„ tem ipſius Armant, & quod potentiſſimus & in auro & libris erat, &
„ quod non erat Regnicola, & propterea debebant confiſcari ſua bona:
„ quam confiſcationem quæſiuit à Domino noſtro ſupremo Rege di-
„ ctus Dominus & eam impetrauit. Interrogatus dictus Andreas an iuſ-
„ ſiſſet filium ſuum, dixit ſe miſiſſe eum ad Curiam, ſed non eâ causâ, ſci-
„ licet pro confiſcatione illa, ſed ſolum pro Officio dicti ſui filij & pecu-
„ nia aliqua quam quis de Curialibus eidem debebat ratione quorundam
„ librorum exemptorum ab eo. Fuit interrogatus inſuper dictus Munier
„ vtrumne aliqua ſciret de iſta confiſcatione. Reſpondit per iuramentum
„ quod non. Deinde fuit interrogatus filius dicti Andreæ qui aſſeruit ſe
„ non iuiſſe ad Curiam propter iſtam cauſam. Sed cum amplius interrogare-
„ tur vtrumne dixerit vel fecerit cuiquam mentionem, dixit & confeſſus eſt
„ in facie Vniuerſitatis quod bene dixit illi Domino qui volebat hanc con-
„ fiſcationem, quod ille Armant non erat de Regno, & quod potentiſſimus
„ erat, & propterea debebant ſua bona confiſcari. Præterea fuit vocatus
„ M. Ioannes Barbier qui eum aſſociauerat, qui in facie Vniuerſitatis dixit
„ & depoſuit quod M. Philippus Munier in itinere eidem dixerat quod ibat
„ ad Curiam pro & ratione illius Armand, vel bonorum ſuorum. Cum au-
„ tem fuerunt in Curia ambo, dictus Philippus allocutus eſt illum Dominum
„ qui prætendit habere ius in iſta confiſcatione, qui Dominus vulgariter
„ nuncupatur D. de Grouille. Aſſerit præterea dictus Barbier quod audi-
„ uit hæc verba, dum dictus Philippus loquebatur cum dicto D. de Gro-
„ uille, ſcilicet quod ille Harmanus bene habebat ſecundum communem
„ famam octo centum ſcuta in pecuniæ & libros habebat infinitos; quare
„ opus erat, &c. attento quod non erat de Regno. Omnibus his auditis
„ poſuit ea D. Rector in deliberationem ſingularum Facultatum & Natio-
„ num. Super quibus deliberauit Natio Gall. quod perpetuis temporibus
„ vult M. Philippum Munier qui impetrari fecit iſtam confiſcationem con-
„ tra ſtatutum noſtrum & ſuum iuramentum, priuari. Et quod vlteriori in-
„ quiſitione facta de Patre, ſi culpabilis inueniretur, etiam priuaretur ab
„ officio ſuo. Placuit præterea eidem venerandæ Nationi quod ſi dicta
„ confiſcatio haberet locum, quod dictus Munier haberet ſuis ſumptibus
„ reſtituere.

„ Die Dominica 11. Septemb. fuit alma mater Vniuerſitas ſuper 2. artic.
„ ſolemniter apud S. Math. congregata. Primus articulus fuit ad eundum
„ ad ſupremam Curiam, quia in die præcedente Domini Præſidentes miſe-
„ rant ad D. Rectorem, quo quidem D. Rector adiuit illam ſupremam Cu-
„ riam, conſilioque habito à Conſiliarijs Vniuerſitatis dixerunt Domini
„ Præſidentes, quod volebant nobis certificare quod illi Burgenſes de Ma-
„ guntia pro quibus erant multi illorum librorum quos poſſidebat defun-
„ ctus Hermanus, erant Burgundi & quod Dux Burgundiæ illos Maguntí-
„ **nos comprehenderat ſub parte ſua in treugis nuper habitis; quæ omnia**
„ dixerunt DD. Præſidentes, & quod Rex habebat iſtam rem cordi, & quod
„ nullo modo debemus ſuſtinere eos qui ſunt Burgundi, & quod etiam
„ non poteramus eos ſub priuilegijs noſtris ſuſtinere mercatores qui non
„ ſunt Scholares. Ideo omnibus defenſionibus habitis tam de vna parte
„ quàm de altera iniunxit D. Præſidens D. Rectori, vt conuocaret in cra-
„ ſtino Vniuerſitatem, quâ conuocatâ iterum in craſtino rediret ad ſupre-
„ mã Curiam. Ideo poſuit D. Rector in medium omnia iſta: ſuper quibus de-
„ liberauit veneranda Galliarum Natio. 1. proteſtabatur quod nullo modo
„ volebat ſuſtinere bona illorum Maguntinenſium, ſi eſſent Burgundi, ſed
„ ignorat eos eſſe Burgundos. Ideo vult ſtare in appunctuamento prius ha-
„ bito à dicta Curia, ſcilicet quod bona iſtius Armandi transferantur ad Do-
„ mum Receptoris Emendarum tanquam in Manutenentia, vſquequò ali-
„ ter viſum fuerit. In Craſtino autem adiuimus Curiam & ita diximus.

Tale tandem Senatuſconſultum latum eſt die Lunæ 12. Sept.

Ce iourd'huy ſur le debat d'entre M. Iean Chaumont Notaire & Secretaire du Roy & Iean Chouruille Commiſſaires de par le Roy, requerans que les biens & Liures demeurez du deceds de feu Herman de Stateleon du pays d'Allemagne, Eſcholier & Officier en l'Vniuerſité de Paris, fuſſent declarez appartenir au Roy. C'eſt à ſçauoir les propres biens d'iceluy Herman par aubaine, & les autres qui appartiennent aux Marchands de Mayence au pays d'Allemagne ou autres contraires au Roy, par confiſcation, d'vne part. Et l'Vniuerſité de Paris d'autre part. Après que M. Guillaume Bouille Docteur en Theologie, preſent le Recteur & Deputez d'icelle Vniuerſité, a dit & declaré deuant les Preſidens & pluſieurs Conſeillers du Roy en la Cour, que l'intention de ladite Vniuerſité n'eſtoit pas d'eſtendre ſon Priuilege, entant que touche les biens que leſdits Commiſſaires du Roy pretendent appartenir audit Sieur par confiſcation, bien pretend icelle Vniuerſité eſtendre ledit Priuilege, entant que touche les biens dudit Eſcholier, diſant que ladite Vniuerſité en doit auoir la garde. Requerant auſſi que leſdits Commiſſaires du Roy veüillent rendre leſdits liures qu'ils pretendent eſtre confiſquez, qu'il leur plaiſe les faire vendre en cette ville de Paris, afin que les Eſcholiers de l'Vniuerſité en puiſſent auoir pour leur argent. Et auſſi a dit ledit Recteur que vn Docteur nommé De Lapide *Maiſtre en Theologie & aucuns autres particuliers demeurans & eſtudians en ladite Vniuerſité de Paris, auoient aucuns liures chez ledit Herman qui leur appartenoient & appartiennent. Et pour ce requeroit iceluy Recteur qu'il pleuſt auſdits Preſidens de leur faire rendre & reſtituer.* Et tout Conſideré: *Les Preſidens ont ordonné & appointé, ordonnent & appointent, que au regard des biens & liures qui ſont propres biens & liures dudit feu Herman & de ceux qui appartiennent audit* De Lapide *& à autres particuliers & auſſi ceux de l'Hoſtel-Dieu de Paris qui pretendent le reſidu des biens dudit feu Herman à eux appartenir, ſon teſtament accomply; en bailleront requeſtes auſdits Preſidens qui ſeront montrées au Procureur du Roy. Et leſdits Preſidens feront droit auſdites parties ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Et au regard des biens & liures que leſdits Commiſſaires pretendent appartenir à aucuns Marchands de Mayence, alliez auec le Duc de Bourgongne, & pour ce confiſquez au Roy, a eſté appointé que iceluy Sieur ſera aduerty que iceux liures appartiennent auſdits de Mayence, & ordonnera à ſon bon-plaiſir. Et cependant demeureront iceux liures là où ils ſont ſous la main du Roy, iuſques à ce que autrement en ſoit ordonné. Fait en Parlement le 12. iour de Septembre 1474.* 1474.

Inſtabant hocce tempore Aurelianenſis & Pariſienſis Vniuerſitates apud Regem vt abrogaretur Bituricenſis paulò antè erecta, quam non parum vtrique nocere & damno eſſe certum erat: Idque Rex conceſſerat. Verum conquerentibus Bituricenſibus, Rex litteras dedit ad Vniuerſitatem Pariſ. quibus hoc inter alia continebatur, nolle ipſum abrogari Academiam Bituricenſem, donec à Pariſienſi & Aurelianenſi rationes audiuiſſet, quibus id eſſe boni publici gratiâ ita faciendum euincerent. Miſſi ergo ad Regem Oratores & Legati vt in Actis illius diei fuſiùs habetur. Primus artic. fuit ad audiendum lecturam litterarum quas mittebat « **ſupremus D. noſter Rex quarum ſubſtantia erat talis, videlicet quod** « ipſe non volebat deſtruere, nec remouere Vniuerſitatem Bituricenſem, « donec audiuiſſet defenſiones Aurelianenſium & Pariſienſium: quapro- « pter mandabat Vniuerſitati, vt mitterentur quatuor homines de Vni- « uerſitate Pariſienſi, graues & periti qui haberent ſuſtinere & defende- « re, &c. cum quatuor de Vniuerſitate Aurelianenſi, & quatuor de Vni- « uerſitate Bituricenſi; vt omnibus auditis, hinc & inde poſſet aduiſari con- « ueniens modus, vel ſuper reſtauratione dictæ Vniuerſitatis Bituricenſis, « vel ſuper eius remotione. «

Die 12. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus mandabatur Vniuerſitati ne pro negotio Bituricenſi Legatos mitteret ante menſem Maium ſequentem. Et die 15. eiuſdem menſis apud S. Bernardum lectæ ſunt aliæ litteræ in quibus multa capita continebantur. Vnum ſpectabat ad bona M. Donati de Puteo Longobardici Collegij Primarij, quæ ſibi vindicabat Vniuerſitas, ſi nullus ea requireret.

1474. Rex verò ea ſibi deberi iure *Albinagij* dicebat. Alterum pertinebat ad querelam quandam de M. Ioanne Huë & de Rectore ſuper prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis. Et quoad hoc caput, concluſum eſt vt M. Ioannes Huë Regem adiret, ſeque excuſaret; D. verò Rector conuocaret Vniuerſitatem ad eligendum eos qui conficerent articulos ſuper prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis, quique eoſdem communicarent » cum Reuerendo Epiſcopo Abrincenſi; reparatâ tamen prius iniuriâ D Rectori illatâ in vltimis litteris tactâ, ipſoque Rectore apud Regiam Majeſtatem excuſato. Quantum ad vltimas litteras, placuit quòd D. Rector non deponeret cappam, & quod Ambaſſiatores electi ſuper Suppoſitorum prouiſione adirent Regiam Majeſtatem pro Vniuerſitatis & Rectoris excuſatione, tam pro inquiſitione radicis iniuriæ illatæ, vt emenda redderetur D. Rectori & Vniuerſitati condigna de iniuria eiſdem illatâ; & quod D. Rector haberet eligere vnum de Facultate Theol. qui vnà cum prædictis Ambaſſiatoribus electis Regiam Majeſtatem adiret pro ſui excuſatione. Quæ autem iniuria illa fuerit, & quid eſſet cur Rex de Rectore & Vniuerſitate quereretur, non inueni. Credibile tamen eſt M. illum Petrum Fabri fuiſſe Burgundum, aut certe fauiſſe Burgundionum Duci, quicum Rex tunc temporis bellum gerebat. Sed tandem Legati Vniuerſitatis animum Regis ita omni ſuſpicione liberarunt, vt ipſe certiorem eſſe voluerit Vniuerſitatem per D. de Gaucourt ſibi placere eiuſdem Rectoris electionem, libenterque eum excuſare; cæterùm tamen ſibi etiam placere non alios deinceps Officiarios deligi quàm Regnicolas, propter pericula quæ inde emanare poſſent. Ita enim relatum 22. Nou. vt teſtantur acta illius diei.

» Anno quo ſupra, die verò 22. menſis Nouemb. fuit alma mater Vniuerſitas Pariſ. apud S. Bernardum ſuper 2. art. ſolemniter congregata. Primus » fuit ad audiendum aliqua proponenda manantia ab ore Chriſtianiſſimi D. » noſtri Regis per D. de Gaucourt eius Locum-tenentem Generalem in vilա Pariſius. Secundus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum » ad 1. art. expoſuit præfatus D. de Gaucourt quòd Dominus noſter Rex » perſonam D. Rectoris habebat gratam, & ſuæ Promotioni & Electioni » congratulabatur: ipſum etiam probum & expurgatum à crimine ſibi impenſo reputabat. Inſuper expoſuit dictus D. de Gaucourt quod de cætero propter aliqua pericula quæ venire poſſent, nulli niſi Regnicolæ » eligantur in Officiarios Vniuerſitatis, ac Artium Facultatis. Super quibus deliberauit alma mater Natio Gallicana, immortales gratias referens » ſupremo D. noſtro Regi de ſua bona affectione quam oſtendebat ad matrem Vniuerſitatem & ad Caput eius, videlicet Rectorem. Et ſimiliter » prædicto D. de Gaucourt eius locum tenenti de pœnis & laboribus per » eum aſſumptis pro Vniuerſitate verſùs Regiam Majeſtatem. Attamen » præfata mater Natio Gallicana deliberauit quod D. Rector cum notabili » Proponente, ac notabili Comitiua adiret perſonam Domini Locum-» tenentis, ab eo petiturus interpretationem huius dictionis *Regnicolæ*, » quia ſi intelligeretur de ſolis Natis in Regno, nulla Natio ex integro eſſet » exempta a billo Mandato, niſi Natio Normaniæ, quod videtur eſſe con» tra Priuilegia, franchiſias & libertates totius Vniuerſitatis & præcipuè Fa» cultatis Artium. Super quo reſpondit præfatus D. de Gaucourt, quòd » vt credebat, D. noſter Rex per hoc vocabulum *Regnicolæ* non intendebat » excludere viros litteratos & moribus probatos Vniuerſitatis alienigenas » ab Officijs eiuſdem Vniuerſitatis & Facultatis Artium colentes Regnum » & Regiam Majeſtatem, ſed tantùm ſuſpectos & notatos & aduerſarios » Regni in ſuis querelis fouentes ſi qui ſint; quod minimè credendum eſt ad » hanc Ciuitatem venire cauſâ ſtudij, &c.

Credibile autem eſt præfatum Gaucurtium ſcripſiſſe Regi quæcunque cum Vniuerſitate geſſiſſet, quamque ipſe explicationem huicce vocabulo, *Regnicolæ*, dediſſet; rogaſſeque ſibi reſcribi benè ne an male voluntatem mentemque Regiam interpretatus eſſet. Nam paulò poſt idem

Gaucurtius Rectori ſignificauit id ſibi à Rege imperatum, vt certiorem faceret Vniuerſitatem ſe, per *Alienigenas* quos ab Officijs excluſos eſſe volebat, non intelligere viros ſcientijs & virtutibus ornatos, colentes Regnum & Regiam Majeſtatem; ſed ſuſpectos tantùm & notos aduerſarios Regni, ſi qui eſſent. Etid Rector retulit Comitijs apud S. Bernardum habitis die 13. Decemb. 1474.

Die verò 16. eiuſdem menſis cùm electus fuiſſet in Rectorem M. Cornelius Houdendick, Electio Regi non placuit, eo quod eſſet Alienigena. A die tamen Electionis Rector fuit vſque ad 1. Febr. quâ Cappam Rectoriam, ita iubente Rege, lubens depoſuit, vt patet ex actis illius diei per M. Ioannem Varembon conſcriptis.

Anno quo ſupra, die 1. Febr. fuit per D. Rectorem mater Vniuerſitas apud S. Bernardum per iuramentum ſuper 2. art. conuocata. Primus ad audiendum aliqua quæ D. Promotor Vniuerſitatis habuerat à D. Præpoſito Pariſienſi, D. noſtri Regis in hac parte Commiſſario. Secundus art. fuit communis. Quantum ad 1. artic. narrauit idem Promotor M. Guillelmus Nicolai, quonam modo ſupremus D. noſter Rex malè contentus erat de matre Vniuerſitate, occaſione electionis D. Rectoris qui de Patria Regi contraria cenſebatur oriundus, dictamque Vniuerſitatem ex inobedientia idem D. noſter Rex accuſare nitebatur. Mandauerat autem aliàs videlicet in Rectoria M. Petri Fabri, quod nullus à cætero in Rectorē eligeretur, niſi eſſet *Regnicola*, & de verâ Regis obedientiâ. Data tamen excuſatione Vniuerſitatis quod D. de Gaucourt illud verbum *Regnicola* interpretatus fuerat pro omnibus qui eidem ſupremo D. noſtro Regi iuramentum præſtiterant fidelitatis, &c. Reſponſum eſt hoc nunquam fuiſſe de mente Regis. Qua de re voluit idem D. noſter Rex quòd aliàs eligeretur, non obſtantibus quibuſcunque conditionibus & ſtatutis, qui de verâ Regis obedientia traxerit originem. Neque aliud dicto D. Rectori imputatum fuit, niſi duntaxat quòd non eſſet oriundus de verâ Regis obedientiâ. Dicebat præterea dictus D. Præpoſitus quod D. noſter Rex volebat quod inſcriberentur omnia nomina Suppoſitorum Vniuerſitatis quæ non erant de verâ Regis obedientiâ, eidemque Præpoſito deportarentur. Dixit finaliter quod ex tunc ſupremus D. noſter Rex omnia priuilegia matris Vniuerſitatis reuocabat, donec aliter diſpoſitum fuiſſet. Super quibus omnibus dictus D. Rector volens obedire regijs Mandatis ex tunc Cappam & Rectoriæ Officium in manibus Vniuerſitatis reliquit.

Igitur ſtatim, hoc eſt 3. Feb. Facultas Artium in San-Iulianenſibus Comitijs, eligit in Rectorem M. Radulfum Monfiquet: & de hac electione Regem certiorem fieri curat. Rex quoque probatâ electione Vniuerſitati ſua Priuilegia reſtituit, iubetque tradi Præpoſito Pariſienſi nomina omnium Extraneorum & iurari, quod factum eſt.

In his & ſequentibus Comitijs ſæpe actum eſt de Nominationibus & Prouiſionibus Suppoſitorum, confectique ſunt Rotuli omnium promo**uendorum ad Beneficia Eccleſiaſtica, neque aliud actum** video dignum poſteritate.

Die 10. April. celebrata ſunt Comitia Facultatis Artium apud Mathurinenſes, maximè ad conciliandam pacem in Natione Normaniæ inter duos Electos Procuratores, quorum vterque ſummum ſibi & vnicum ius vindicabat, M. Ioan. Michaëlis, & M. Mathæus Fabri. Natio Gallicana pro Fabri ſtetit; aliæ duæ pro Michaëlis, & ſecundum eas Rector concluſit: à qua concluſione Fabri appellauit ad eandem Facultatem meliùs congregatam. Sed irritam diu fecit appellationem illam Rector: quippe ſæpè rogatus vt Facultatem conuocaret, conuocare neglexit. Itaque ad Procuratores recurrit Fabri, poſtulauitque per eos conuocari. Re in deliberationem adducta, voluerunt Nationes adiri Rectorem, rogarique Comitia, ſecus id per Procuratores factum iri.

Neglexit parere Rector. Ergo die penultima Maij an. 1475. Procuratores Comitia Facultatis Artium habuerunt apud San-Iulianum: & 1475.

Procurator Franciæ ſic rem expoſuit, vt ipſe poſteriati conſignauit.

1475. » Quantum ad 1. artic. *inquit*, expoſui in facie Facultatis quomodo nos
» Procuratores fueramus pluries inſtantiſſimè requiſiti de conuocando
» Facultatem ſuper prædictâ venerandâ Natione Normaniæ aſſerentibus
» & dicentibus quod hodiernus Dominus meus D. Rector videlicet M.
» Radulfus de Montfiquet pluries denegauerat eis conuocare matrem
» Facultatem, & eis denegauerat adminiſtrationem Iuſtitiæ, ſicuti patebat
» per Inſtrumenta publica quæ nobis monſtrabant. Hinc eſt quod nos
» Procuratores, videlicet Ego & M. Eligius de Vaugermes Procurator ve-
» nerandæ Nationis Picardiæ, & M. Adrianus..... Procurator vene-
» randæ Nationis Almaniæ conſilium habuimus inter nos maturum, & vi-
» ros doctos & prudentes & prouectos conſuluimus quidnam eſſemus actu-
» ri in hac materia. Qui quidem conſuluerunt nobis quod nos deberemus
» adire D. Rectorem & eum requirere & ſummare de faciendo Facultatis
» congregationem; ſin autem, quod nos faceremus ſequenti die, videlicet
» die Lunæ proximâ, quod fecimus. Et ad hodiernum Dominum meum D.
» Rectorem die Dominico 20. Maij acceſſimus; & eum ſummauimus de fa-
» ciendo prædictam Congregationem, vel quod nos faceremus die Lunæ
» ſequenti. Qui quidem nobis reſpondit quod non poſſet facere ſequenti
» die, quia erat impeditus. Præterea dixit, quod conſilium habuerat cum
» Deputatis Superiorum Facultatum de illa materia, qui dederant hoc
» conſilium, quod non deberet plus congregare matrem Facultatem ſuper
» illa diſcordia; attento quod Facultas ſemel determinauerat, & ne fieret
» appellatio eiuſdem ad idem, tunc diximus ſibi: Domine Rector nos fu-
» mus inſtantiſſimè requiſiti & rogati de faciendo Congregationem Facul-
» tatis Artium, nec venimus ad ſoluendum communicationes veſtras. Ve-
» runtamen iſtam Obiectionem fecimus partibus nos requirentibus, qui
» dixerunt nobis, quod ſaluâ veſtrâ Reuerentiâ, nunquam bene concluſi-
» ſtis, quia veneranda Natio Almaniæ in congregatione Facultatis, quam
» feciſtis ſuper illâ materiâ, remittebat ad propriam Nationem, ad ſedan-
» dum prædictam diſcordiam; Picardia conferebat Michaëlis; & Francia
» M. Mathæo Fabri; & ſic non erat concordia. Et ita bene verum eſt quod
» eiuſdem ad idem non debet fieri appellatio, niſi legitimâ causâ interue-
» niente, ſcilicet quando proponitur error; vel quando Communitas, vel
» Capitulum non eſt bene congregatum. Tandem hodiernus D. Rector
» dixit nobis, quod non faceret. Et ab eo obtentâ licentiâ, receſſimus. Et
» adhuc inter nos conſilium habuimus, & viros graues conſuluimus, qui
» dixerunt nobis, quod nos mitteremus Bidellos noſtros ad eum qui habe-
» rent ſibi intimare quod ni faceret, quod ipſi haberent ſignificare, Con-
» gregationem Facultatis ad diem lunæ immediatè ſequentem. Bidelli iue-
» runt ad D. Rectorem ſicut præcepimus, & ſibi ſignificarunt, Qui quidem
» præfatus Rector eis iniunxit per iuramentum quod nil facerent, & eo die
» nil plus fuit actum.

» Die ſequenti, videlicet Lunæ feci conuocari matrem meam Nationem
» Gallicanam per iuramentum ad S. Iulianum Pauperem; & ſimiliter Pro-
» curator Picardiæ: & ibidem venerunt multi notabiles Regentes nomi-
» nati in folio præcedenti (ſcilicet de Natione Normaniæ M. Ioannes
» Queſnel, M. Ioannes Gambier, M. Mathæus Fabri & multi alij) qui ſup-
» plicuerunt ibi ſicut patet in folio præcedenti, ſcilicet vt conuocarem
» Facultatem Artium, ſi Rector nollet: Et tunc Natio mihi iniunxit & præ-
» cepit quod Ego vnà cum alijs Procuratoribus prædictis adirem, & ipſum
» ſummaremus de faciendo Congregationem Facultatis die ſequenti, vide-
» licet Martis, vel quod nos faceremus, & ita fecimus. Tunc reſpondit D.
» Rector quod ipſe non poterat die ſequenti propter 2. cauſas. Prima quia
» Obitus fundatorum Collegij ſui celebrabatur ſequenti die videlicet Mar-
» tis, & oportebat eum intereſſe. Secunda quia ipſe mandauerat Hoſpiti
» D. Lugdunenſis, ſcilicet quod quamprimum ipſe veniret, renunciaret
» ſibi, vt ipſe cum notabili Proponente iret ad proponendum coràm eo

ſicut mater Vniuerſitas concluſerat. Tunc diximus ſibi, Domine Rector " 1475.
iſtæ cauſæ non ſunt ſatis ſufficientes ad prolongandam congregationem. "
Primò ad 1. poteritis hora 7. conuocare Facultatem; & octaua, vel nona "
intereſſe in Obitu. Secundò quantum ad 2. quia D. Lugdunenſis non eſt "
in hac villa; & ſi veniret, poſſetis differe vſque in alium diem. Tunc ſub- "
iunxit aliam cauſam, videlicet quod Pars aduerſa non erat in villa, & ſibi "
vnus aſſiſterem. Reſpondit quod iuerat ad nuptias; & vnum aliud verbum "
quod non eſt memoria dignum. Tunc ab eo receſſimus; & matrem Fa- "
cultatem conuocari fecimus. Et iſta ſunt motiua propter quæ fecimus "
vos conuocari non moti fauore, odio, amicitia, ira, miſericordia, nec "
aliquâ aliâ paſſione, ſed Iuſtitiæ fauore & præcepto Nationum noſtra- "
rum, & propter ordinem Iuſtitiæ ſeruandum. Quantum ad 2. art. ſup- "
plicauit venerabilis M. Mathæus Fabri vt Facultas vellet eum tueri in ſua "
poſſeſſione, & ſibi attribuere formaliter ius, attento quod M. Ioannes Mi- "
chaëlis non comparebat, & citatus fuerat, & nullum ius habebat. "

Quantum ad 1. artic. Natio Franciæ retracta ad locum ſuum imprimis "
habuit DD. Procuratores gratos, ratos & aduoatos, & multipliciter re- "
commendatos de ſic ſeruando ordinem Iuſtitiæ. Et multum diſplicebat "
ſibi quod hodiernus D. Rector non congregauerat Facultatem, attento "
quod toties fuerat requiſitus ſecundùm formam ſtatuti. Et quantum ad "
factum in ſe, viſo quod Partes fuerant aliàs auditæ in Facultate, & quod "
nihil erat mutatum, confirmauit ius Procuratoriæ M. Mathæo Fabri, ſi- "
cut aliàs fecit. Et vlteriùs placebat ſibi, quod ſi Michaëlis eum moleſtaret "
in ſuo Officio, quòd priuaretur. Et caſu quod D. Rector foueret prædi- "
ctũ Michaëlis, pluſquam dictum Fabri, ex nunc non placebat Nationi quod "
ſuppoſita Nationis ſibi obedirent, nec etiam Bidelli; ſed quod Natio "
haberet requirere Iudices ſecundùm formam Statuti Simonis Legati, vi- "
delicet 3. Magiſtros in Theologia & 4. Decretiſtas, qui haberent Iuſti- "
tiam facere & adminiſtrare, &c. Conſequenter D. Procurator veneran- "
dæ Nationis Picardiæ etiam retulit quod Natio ſua conferebat ius Pro- "
curatoriæ M. Mathæo Fabri, & volebat quod Bidelli ſibi obedirent ſub "
pœna priuationis. Deinde D. Procurator venerandæ Nationis Almaniæ "
retulit etiam in facie Facultatis, quod placebat Nationi quod adhuc re- "
quireretur D. Rector & ſummaretur de faciendo Facultatis congrega- "
tionem; ſin autem, quod DD. Procuratores haberent facere & iudicare "
de materia. Finaliter Ego accedens ad locum D. Rectoris vnà cum alijs "
Procuratoribus, quia veneranda Natio Normaniæ erat pars, & duæ Na- "
tiones ſcilicet Franciæ & Picardiæ conferebant & ius attribuebant M. "
Mathæo Fabri, ita pro dicto Fabri concluſi. PONTAYS cum ſyng.

His ita actis Procuratorium munus geſſit M. Mathæus Fabri, & inſi-
gnia muneris ſibi vindicauit vſque ad 10. Iunij: quâ die Rector M. Radul-
fus de Montfiquet apud Facultatem Artium, quam conuocauerat, con-
queſtus eſt quod Rectoriam dignitatem peſſundediſſent, conuocando Fa-
cultatem propriâ authoritate. Credibile eſt autem Nationem Norma-
niæ, ſaltem, illius partem, cum de Prorogatione Procuratoris ſermo
factus eſt, creaſſe quendam M. Yuonem, eo quod M. Michaëlis abeſſet:
vnde noua orta eſt diſcordia. Acta illius diei à M. Ioanne Louchart in
Procuratorem Nationis Gallicanæ Electo die Veneris 2. Iunij, conſcri-
pta huius rei fidem faciunt; quæ ſic habent.

Anno præſcripto, die verò Sabbati 10. Iunij congregata fuit ſolemni- "
ter præclara Artium Facultas apud S. Iulianum Pauperem per honoran- "
dum D. meum D. M. Radulfum de Montfiquet Rectorem Vniuerſitatis "
Matris meæ ſuper 2. art. Primus erat ſuper modo pacificandi quandam "
diſcordiam exortam in veneranda Natione Normaniæ inter venerabiles "
& diſcretos viros MM. Mathæum Fabri & Yuonem ſuper iure Procura- "
tionis. Secundus artic. ſupplicationes & iniurias continebat. Quantum "
ad 1. artic. expoſuit D. Rector qualiter DD. Procuratores paulò ante "
exiſtentes fecerant conuocare Facultatem Artium ſuper huiuſmodi "

" diſcordia. Et licet eſſet caput Facultatis, tamen inter ipſos quoddam
1475. " Monopolium fecerunt propriâ authoritate; & quod valde Rectoralem
" dignitatem limitauerunt DD. Procuratores, qui eorum Procurationis
" tempore eum ſummauerant de congregando die ſequenti ſummationis,
" vel aliquâ aliâ die, Matrem meam Facultatem Artium. Et quaſdam cau-
" ſas allegauit quas eiſdem DD. Procuratoribus allegauerat, propter quas
" non poterat conuocare Facultatem. Prima erat, quia obitum fundato-
" ris Collegij, in quo reſidebat, celebrabatur die ſequenti, & eum opor-
" tebat intereſſe. Secunda quia ipſe mandauerat Hoſpiti D Lugdunenſis
" quod quamprimum veniret D. Lugdunenſis, ipſe ſibi indicaret vt cum
" notabili Proponente iret ad proponendum coram eo. Tertia erat quia
" pars aduerſa illius Fabri quæ tunc temporis erat, ſcilicet M. Ioannes Mi-
" chaëlis, non erat Pariſius. Quarta erat quam vocabat peremptoriam, quod
" ſemel congregauerat Facultatem præfatam ſuper eadem materia; & ideò
" non poterat Facultas ipſa cognoſcere ne fieret appellatio eiuſdem ad
" idem. Et hoc facto M. Yuo ſupplicauit, quod in huiuſmodi Officio fuiſ-
" ſet in poſſeſſionem corporalem, actualem & realem poſitus per antiquio-
" rem Regentem eiuſdem Nationis, & per concluſionem præfatæ Facul-
" tatis ſibi fuiſſet attributum ius; & etiam per pluralitatem vocum, vt di-
" cebat, quando Natio Normaniæ fuerat conuocata ſuper continuatione,
" vel diſcontinuatione Procuratorum Nationis prefatæ, dignarentur & vel-
" lent Domini hîc præſentes ſibi ius attribuere & eundem Fabri cogere ad
" ſibi reddendum munimenta dictæ Nationis. Præfatus M. Mathæus Fabri
" in contrarium ſupplicauit, quod cum ipſe per munimentorum dictæ Na-
" tionis traditionem & Inueſtituram per D. Antiquum Procuratorem fue-
" rit in poſſeſſionem corporalem, actualem & realem poſitus & non præ-
" fatus M. Yuo; & quod, vt luce clariùs conſtitit, per maiorem & ſaniorem
" partem dictæ Nationis Normanorum fuerat continuatus, ſibi vellet Fa-
" cultas præfata ius conſeruare. Et ad illud quod dicebat D. Rector, quod
" fieret appellatio eiuſdem ad eundem, reſponditipſe Fabri quod appellatio
" eiuſdem ad eundem eſt bona & valida in hoc caſu, quia tum Facultas
" fuerat minus bene conuocata, & ad eandem Facultatem melius congre-
" gandam appellabat. Et poſito quòd ſententia illa teneret, adhuc non
" erat concordia, quia Natio Franciæ pro eo concludebat, Natio Picardiæ
" pro M. Yuone & Natio Alemaniæ remittebat ad alias Nationes. Quan-
" tum ad 2. ſupplicauerunt DD. Procuratores, videlicet D. Antiquus Fran-
" ciæ Procurator, D. Antiquus Procurator Picardiæ, & Procurator moder-
" nus Almaniæ, ſoluendo obiectionem D. Rectoris ſuper 1. articulo decla-
" ratam, quod hoc fecerant iuſſu & præcepto ſuarum Nationum & inſtan-
" tibus DD. Regentibus inſequendo formam Statuti D. Simonis Legati.
" Et ob denegationem adminiſtrationis Iuſtitiæ ſuper huiuſmodi diſcordia
" ſedanda, & quod illud non erat Monopolium. Natione retracta ad par-
" tem, ſupplicauit iterum M Ioannes Pontays antiquus Procurator Natio-
" nis Franciæ matris meæ, attento quod iuſſu & præcepto Nationis fece-
" rat ipſe vnà cum alijs Procuratoribus conuocare Facultatem, Natio præ-
" fata vellet ea quæ per ipſum facta fuere, rata cenſeri & haberi. His ita-
" que altercatis, quantum ad illa quæ concernunt primum articul. placuit
" Nationi quod præfatus M. Mathæus Fabri in ſuo remaneret officio; &
" ſibi ius confert ſicut aliàs ſibi contulerat. Et valde ſibi diſplicet de illo
" verbo per D. Rectorem prolato, ſcilicet *Monopolium*, nam ſanè non po-
" terat illud verbum intelligi à Natione. Quantum ad ſupplicationes DD.
" Procuratorum, habuit Natio mater mea Procuratores ratos, gratos &
" aduoatos, ac multipliciter commendatos & præcipuè Procuratorem an-
" tiquum matris meæ. Et ita concluſi. LOVCHART cum ſyng.

Credibile eſt cæteras Nationes deſcendiſſe in eandem ſententiam, quæ res non parum moleſta fuit Rectori, qui cum Rectoriam purpuram deponendo die 23. Iunij litteras commendatitias petijſſet, impetrare non potuit præſertim à Natione Gall. maximè quoad ea quæ ſpectabant ad

Facultatis

Facultatis Artium conuocarionem per Procuratores factam. Iuſſuſque eſt Procurator à Natione ſua multas cauſas edere coram omnibus cur Acta Rectoris non probaret; Eaſdemque ferè recenſuit quas prius Procurator antiquus Nationis retulerat. Vnam addidit, *quod ſpretis ſeruis Nationis* & Bedellis, cum fuit in Indito, Pileos roſeos eis adminiſtrare non fecit. Verum placuit Nationi *ſi reuocare vellet* illud verbum, Monopolium, & Bedellis Pileos roſeos dare, & eum aduoare. 1476.

Illi ergo ſucceſſit ea die in Rectoratu M. Ioannes Colin; quo Rectore cum Rex Ludouicus graui & periculoſo bello aduerſùs Burgundum teneretur, impoſito Ciuibus Pariſ. tributo, iuſſi ſunt etiam Scholares, aut pecuniam, aut arma miniſtrare. Cui malo vt occurreret Vniuerſitas, Comitia habuit apud Mathurinenſes; hæcque facta Concluſio. Quantum ad 1. art. *Placuit Nationi* (& cæteris etiam Facultatibus & Nationibus) *adire* D. Locum-tenentem Regium D. de Gaucourt cum notabili Proponente *& Notabili* Comitiua; & ſibi remonſtrare penurias, quas patitur mater Vniuerſitas & priuilegia eidem conceſſa à D. noſtro Rege. Et ſibi requirere quatenus Vniuerſitas mater ſit à præſtatione huiuſmodi debiti immunis. Et eadem die poſt prandium D. Rector vnà cum notabili Comitiua acceſſit D. de Gaucourt Dominationem cum M. noſtro M. Ioanne de Sourduno Ordinis FF. Minorum qui eleganter propoſuit. Qui quidem D. de Gaucourt expoſuit non venire de mente Regis quod exigeretur aliquid à Scholaribus, ſed eos toto poſſe tueri & defendere cupiebat in ſuis franchiſijs & libertatibus; Quodque prædicti Commiſſarij non habuerant in Mandatis aliquid exigendi à Scholaribus. Quapropter pollicitus eſt D. Rectori facere reſtitui Scholaribus quidquid tradiderant, offerens ſe & ſua ad beneplacita Vniuerſitatis.

Circa hæcce tempora lis interceſſit inter Epiſcopum Vaſionenſem & M Ioan. Iouglet Senatorem Curiæ Pariſienſis. Epiſcopus à Sixto Pontifice Canonicatum & Præbendam in Eccleſia Cameracenſi obtinuerat, quorum quoque Iougletus ſibi poſſeſſionem vindicabat. Epiſcopus Iougletum authoritate Pontificia de qualicunque ſua poſſeſſione deijcere tentauit interminatus ſententiam excommunicationis. Iougletus Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum appellauit. Vnde Papa ſubiratus dedit acres haſce litteras ad Regem Ludouicum.

Sixtus Papa IV.

CAriſſime in Chriſto fili Sal. & Ap. Ben. aliàs de Canonicatu & Præbenda Eccleſiæ Cameracenſis tunc per promotionem venerabilis Fratris noſtri Caroli Epiſcopi Laudunenſis ad Eccleſiam Laudunenſem tunc Paſtore carentem per nos ad tui ſupplicationem de fratrum noſtrorum conſilio factam, vacantibus & diſpoſitioni noſtræ reſeruatis venerabili Fratri noſtro Ioanni de Montemirabili Epiſcopo Vaſionenſi Referendario & Aſſiſtenti, ac familiari, continuo Commenſali noſtro prouidimus, qui illorum poſſeſſionem eſt aſſecutus. Sed quia iniquitatis *filium Ioannem Iougleti* quem in eiſdem Canonicatu & præbenda intruſum comperit, de mandato noſtro, vt eorundem Canonicatus & præbendæ in quibus ſe intruſerat, poſſeſſionem euacuaret, moneri fecit, Præfatus Iouglet qui propterea excommunicationis ſententia innodatus exiſtit, à noſtra & Sedis Apoſtolicæ obedientia ſe ſubſtrahere ſatagens & in fide malè ſapiens *à nobis ad Conſeruatorem Priuilegiorum Vniuerſitatis Pariſ. inferiorem noſtrum appellauit, & eundem Ioannem Epiſcopum, ad videndum reuocari dictam Collationem, & alia per nos in huiuſmodi negotio geſta, vt perſonaliter coram quodam Roberto Tulleu aſſerto Subconſeruatore eorundem priuilegiorum compareret, citari fecit*, nonnulla alia enormia delicta contra nos & ſedem prædictam, quæ in totalem noſtræ & eiuſdem ſedis Iuriſdictionis euerſionem cedunt, ac hæreſim ſapiunt, & prolixa eſſent ſcribenda, perpetrare non erubuit. Poterit enim tibi ipſius Ioannis Epiſcopi 1475.

1476. » negotiorum geſtorum ſingula per eundem Ioan. Iougleti perpetrata prolixe retexere. Rogamus itaque Serenitatem tuam vt rei huiuſ ſeriem per » aliquos Catholicos & dignos viros examinari, & tibi rei ipſius veritatem » referri, ac ſingulis de remedio opportuno prouideri facias. Ita quod dictus Ioannes Epiſcopus qui tibi fidelis ſemper fuit & eſt, tuis obſequijs » inſiſtere valeat, ac Ioannes Iougleti præfatus pœnâ condignâ multetur. » Per antea tibi eundem Ioannem Epiſcopum, qui à nobis inter cæteros » familiares noſtros charus habetur, & veluti tibi ſcripſimus, tua & tuorum » Regnicolarum negotia apud nos fideliter proſequitur, ac pro tuo & Regni aliorumque Dominiorum tuorum honore aſſiduè certat, commendauimus, ipſe tum huc vſque abſque aliqua prouiſione condigna nudus » remanſit. Quod autem ſibi retroactis temporibus dedimus & antea habuit etiam patrimonium proprium, nuncin tuis manibus habes. Iterum » eandem ſerenitatem rogamus, vt ipſius Ioan. Epiſcopi ſtatui & honori » prouideas, ac ipſum commendatum noſtri contemplatione accipias. Ea » verò quæ in hac re egeris, propriæ perſonæ facta adſcribemus, & ad maiora pro te & tuis peragenda promptiores reddemur. Datum Romæ apud » S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Ian. 1475. Pontif. noſtri an. 4.

Similiter ſcribit ad Petrum Doriolum Franciæ Cancellarium, ex cuius litteris intelligimus prædictum Iougletum fuiſſe in Curia Parlamenti Conſiliarium; quod quidem non parum facit ad commendationem Curiæ Conſeruationis, ad quam nimirum ipſi Senatores qui Academiæ nomen dediſſent, recurrebant.

» Dilecte fili Sal. & Ap. Ben. mittimus Cariſſimo in Chriſto filio noſtro » Ludouico Fr. Regi Chriſtianiſſimo litteras noſtras in forma *Breuis*, quarum copiam præſentibus intercludi voluimus; ex qua quidem copia, ac » etiam informatione venerab. Fratris Ioa. Epiſcopi Vaſionenſis per ſuorum negotiorum geſtores facienda, enormes exceſſus in nos & Sedem » Apoſtolicam perpetratos, ac grauem eidem Ioanni Epiſcopo illatam iniuriam per quendam *Ioan. Iougleti*, qui ſe pro ipſius Regis in ſua Parlamenti Curia Pariſienſ. Conſiliario gerit, cognoſcere poteris; quæ in noſtrum & dictæ ſedis contemptum, ac Iuriſdictionis noſtræ totalem eneruationem procul dubio cedunt & ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus, nec credimus illa ex ipſius Regis mente prouenire; ipſumque Regem Iuriſdictionem noſtram præſertim occaſione Beneficiorum extra Regnum & Dominia ſua conſtitutorum velle impedire. Monemus itaque » te in virtute S. Obedientiæ, vt præfati Io. Epiſcopi negotiorum geſtores huiuſmodi benignè ſuſcipias & audias, ac eorum informatione per te » diligenter visâ contenta in eadem ipſi Regi veraciter & ſolicitè explices, » eumque noſtri ex parte horteris, vt rem ipſam per te, ſeu alios Catholicos & dignos viros examinari, ac ſingulis in eiſdem litteris & informationibus contentis de remedio opportuno prouideri; necnon patrimonium » aliaque bona ipſius Io. Epiſcopi, ac fructus Beneficiorum ſuorum in eiſ» dem **Regis manu abſque alicuius cauſæ cognitione poſita & detenta re**» laxari, ac dicto Io. Epiſcopo reſtitui, ipſumque patrimonio & bonis, ac » fructibus Beneficiorum huiuſmodi gaudere faciat & permittat: ac vlteriùs ipſi Ioanni Epiſcopo in præmiſſis & alijs occurrentibus pro juris ſui » tuitione & defenſione aſſiſtat; rem etenim nobis pergratam facies; tuque » exinde apud nos non immeritò poteris commendari. Datum Romæ apud » S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Ian. 1475. Pontificatus noſtri an. 4.

Occaſione forſan huiuſce litis Ludouicus omnes Prælatos alioſque Dignitatum & Beneficiorum Poſſeſſores reſidere iuſſit hoc Edicto; quod & Actis Curiæ inſertum eſt.

» LOüIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A nos Amez » & Feaux Conſeillers les gens de noſtre Cour de Parlement à Paris, » ſalut & dilection. Comme nous auons eſté aduertis que pluſieurs Archeueſques, Eueſques, Abbez & autres gens d'Egliſe tenans dignitez &

Prelatures en noſtre Royaume, ſont continuellement abſens & hors de noſtredit Royaume, ſans faire aucune reſidence ſur leurs Benefices, auſquels ſont tenus de la faire ſelon les Saints Canons, Decrets anciens & Ordonnances de l'Egliſe Gallicane, & à cette cauſe le Diuin ſeruice qui deuſt eſtre fait & celebré és Egliſes d'iceux Benefices, eſt diſcontinué, & en aucunes totalement delaiſſé. Et auecques ce les maiſons & edifices deſdits Benefices ne ſont entretenus, ains vont du tout à ruine & deſolation, au grand detriment des Ames des Fondateurs d'iceux Benefices, & qui plus eſt quand aucunes queſtions ou differends nous ſuruiennent, tant ſur le fait de l'Egliſe de noſtredit Royaume, que autres nos affaires, nous qui deuſſions auoir à eux recours, n'en pouuons eſtre ſecourus, aidez ou conſeillez pour leur abſence, où Nous & la choſe publique auons ſouuent grand intereſt. Pourquoy Nous voulans à ce donner prouiſion, en enſuiuant leſdits ſaints Canons & Ordonnances, Auons par l'aduis & deliberation de pluſieurs des Seigneurs de noſtre Sang & Lignage, Prelats & Gens de noſtre Conſeil, voulu, ordonné & declaré, Voulons, ordonnons & declarons par ces Preſentes, que tous Archeueſques, Eueſques, Abbez, Prelats & autres tenans Dignitez en noſtre Royaume & qui ſont demeurans & reſidens hors les fins & metes d'iceluy & de noſtre Obeyſſance, viennent & ſe retirent dedans cinq mois, aprés la Publication de ces Preſentes ſur leurs Benefices eſtans en noſtredit Royaume, ou ſur aucun d'iceux ſe pluſieurs en ont & y faſſent reſidence continuelle, pour illec faire & continuer le Diuin ſeruice, ainſi qu'il appartient & tenus y ſont. 1475.

Et auſſi afin que nous nous en puiſſions ſeruir & aider en nos Conſeils & ailleurs au bien de nous & de la Choſe publique de noſtredit Royaume, quand beſoin ſera & ce ſur peine de priuation du Temporel de leurſdits Benefices. Si vous mandons & commettons par ces Preſentes, que noſtre preſente voulenté, declaration & ordonnance vous faites ſignifier & publier en noſtredite Cour, auſquels verrez eſtre affaire, & qu'il eſt accouſtumé en tel cas, & affin que aucun n'en puiſſe pretendre cauſe d'ignorance, en procedant ou faiſant proceder en cas de defaut & deſobeïſſance, ledit temps & terme paſſé, contre les defaillans & deſobeïſſans par arreſt & detention du temporel de leurdit Benefice en noſtre main, ſans en faire ne ſouffrir que en ſoit fait aucune deliurance iuſques à ce qu'ils ayent obey ou que par nous autrement en ſoit ordonné, nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques. Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait. Donné au Pleſſis du Parc lez-Tours, le iour de Ianvier, l'an de grace mil quatre cens ſoixante & quinze: Et de noſtre Regne le 15. fut ſigné, Par le Roy en ſon Conſeil, auquel eſtoient l'Archeueſque de Lyon, les Sieurs de Beaujeu, de Montagu, d'Argenton, du Bouchage, Maiſtre Iean Bourre Threſorier & autres preſens.

Lecta, Publicata & Regiſtrata Pariſius in Parlamento 25. die Ianuarij 1475.

Sic ſign. Brunat.

Anno 1476. fere toto nihil aliud actum quàm de conficiendo certo Catalogo, ſeu vt loquebantur, *rotulo Nunciorum*, quem ſibi tradi poſcebant Generales Subſidiorum; vt illi qui veri Nuncij eſſe comperirentur, Priuilegijs Vniuerſitatis gauderent, adulterini verò expungerentur. Itaque edixit Procurator Franciæ; vt omnes Nuncij (de maioribus intelligendum) qui in vrbe, vel in locis vicinis commorabantur, intra certum tempus litteras ſuas afferrent. Edictum autem illud referimus vbi de Nuncijs agimus, ad an. 1488. 1476.

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem M. Iacobus Batelier Sorbonicus: quo Rectore die 4. Nouemb. fuit conuocata Artium Facultas duabus præſertim de cauſis; ſcilicet ad eligendum Reformatores Collegiorum in quibus Artiſtæ habitabant; & ad corrigendos abuſus Determinantium, qui ſuas Determinationes differebant poſt Natiuitatem Domini, cùm tempus legitimum & præfixum Determinantibus eſſet à feſto B.

Martini ad Natiuitatem Domini & non vltra. Itaque interdictum ne
1476. Determinationes ita protraherentur abſque legitima cauſa.

Hocce tempore Rex Caſtellæ Regem Ludouicum apud Turonas inuiſit, auxilium implorans aduerſus Regni ſui Occupatores, quem Rex benigniſſimè exceptum præmiſit Lutetiam, honorificè item excipiendum. Ad Vniuerſitatem etiam ſcripſit litteras, quas vocant *Credentiæ*, vt habetur in Actis Nationis Gall. Et D. de Gaucourt vices Regis abſentis in vrbe gerens, mentem ipſius explicuit die 22. Nouemb. apud Mathurinenſes in Comitijs eam ob rem habitis. Itaque vnanimi conſenſu decretum eſt vt omnes Magiſtri decenti in habitu & ordine procederent obuiam, Regemque illum quâ poſſent frequentia & magnificentia exciperent. Orator Vniuerſitatis ad ipſum Regem delectus fuit M. Ioannes Eſchart.

Die 26. eiuſdem menſis in Comitijs Generalibus apud Dominicanos habitis lectæ ſunt aliæ litteræ Regiæ; *quibus litteris* (vt habetur in Actis Nat. Gall.) *rogabat Rex & nihilominus ſtrictiſſimè mandabat Vniuerſitati, vt quidam Magiſter de familiaribus Regis Caſtellæ ad gradum Licentiæ & Doctoratus in Theologia admitteretur in fauorem prædicti Regis Caſtellæ præſentis, qui etiam inſtanter rogabat pro receptione eiuſdem.* Quæ res remiſſa eſt ad Theologos.

Die 22. conuocata eſt Vniuerſitas apud Math. ſuper Reſponſo dando Franciæ Cancellario, qui nomine Regis gratiam illam ab Vniuerſitate
„ poſtulabat; fuit autem reſponſum eiuſmodi. *Quod daretur ſimpliciter reſ-*
„ *ponſum negatiuum, remonſtrando ſibi* (id. Cancellario) *quod eundem Magi-*
„ *ſtrum reciperet ad gradum Doctoratus in Theologia, attento quod non acquiſue-*
„ *rat tempus Pariſius, nec vnquam ſtuduerat in Vniuerſitate Pariſienſi, eſſet in-*
„ *currere periurium, & ſententiam excommunicationis, ſecundùm Statuta Facul-*
„ *tatis Theologiæ, de quibus Facultas non poſſet diſpenſare.* D. Cancellarius
„ Franciæ, audito reſponſo negatiuo, adhuc hortatus Vniuerſitatem, vt ſu-
„ per hoc adhuc aduiſaret & maturiùs deliberaret: & dixit quod ſi iſti ſup-
„ plicationi & mandato Regis non pareret, grauiter offenderet Regem &
& incurreret indignationem Regis, & forte poſtea perditionem priuilegiorum ſuorum Regalium, &c. Quæ verba nihil potuerunt in animos ſuæ fidei & ſtatutorum tenaces. Ad Cancellarium delegantur aliqui viri ſpectabiles edendis huiuſce repulſæ rationibus & M. Antonius Vrſinus Orator electus.

Die vltima eiuſdem menſis conuenit Vniuerſitas ad audiendum reſponſum D. Cancellarij. Expoſuit autem D. Rector, vt habetur in ijſ-
„ dem Actis, mentem D. Cancellarij Franciæ, & qualiter ægrè ferebat
„ reſponſum & deliberationem Vniuerſitatis ſuper materiâ illius ſupplica-
„ tionis, *admirans quomodo Vniuerſitas non annuebat ſupplicationi ſupremi D.*
„ *noſtri Regis, attento quod alimentis eiuſdem Regis fouebatur, & Priuilegijs eius*
„ *Regalibus florebat.* Et multa alia conſimilia retulit. Audita expoſitione &
„ reſponſo, deliberauit veneranda Natio Franciæ, quod Vniuerſitas adiret
„ illâ die poſt prandium horâ 1. Regiam Majeſtatem Regis Caſtellæ in Cap-
„ pis & habitibus honeſtis. Et quod Magiſter noſter M. Ioannes Eſchart
„ qui illâ die erat propoſiturus coram prædicto Rege, excuſaret Vniuerſi-
„ tatem & exponeret cauſas propter quas Vniuerſitas, & ſignanter Facul-
„ tas Theologiæ non poterat admittere prædictum Magiſtrum ad gradum
„ Magiſterij in Theologia. Et ſi non poſſet placari animus Regis Caſtel-
„ læ, quod mitterentur ad D. noſtrum Regem aliqui notabiles viri cum
„ litteris, qui conſimiliter exponerent Regi pericula, vt periurium & ſen-
„ tentiam Excommunicationis, quam incurreret Vniuerſitas, ſi eundem
„ Magiſtrum admitteret: & quod Vniuerſitas non poterat petitionem Re-
„ giam licitò adimplere. Factâ Propoſitione coram Rege Caſtellæ, habuit
„ Vniuerſitatem excuſatam, & pollicitus eſt apud Regiam Majeſtatem,
„ Vniuerſitatem ſuper hac materiâ excuſare: & ſi nouiſſet illam requeſtam
„ fuiſſe contra Statuta & iuramenta Apoſtolica, nunquam feciſſet illam re-
„ queſtam pro eodem Magiſtro familiari ſuo.

Similiter ad Cancellarium miſerat Vniuerſitas Oratorem M. Antonium Vrſinum, qui ipſam apud eum excuſaret, rationibus & cauſis iterùm editis, ob quas non poterat admittere ſupplicem. Sed audito reſponſo Regis Caſtellæ 2. Decemb. in Comitijs Mathurinenſibus ſtatutum fuit, vt mitterentur aliqui ex ordine Magiſtrorum in Theologia ad prædictum Regem, *ad impetrandum litteras excuſatorias pro Vniuerſitate: quibus litteris præfatus Rex Caſtellæ haberet Vniuerſitatem excuſare erga Regiam Majeſtatem, quia non poterat petitionem ſuam adimplere.* Et cum die 7. Comitia Vniuerſitatis celebrarentur apud Iacobitas, Rector legi iuſſit ea quæ ſibi reſcripſerat D. de Gaucourt, vt ſcilicet Vniuerſitas mitteret è ſuis aliquos ad D. Cancellarium ab eo audituros quid Rex fieri poſtularet. Eaque die de ſingulis Facultatibus & Nationibus delecti viri qui Rectorem comitarentur. Et ea de re nihil amplius in Actis. 1476.

Die 16. Decemb. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes Gambier vir diſertiſſimus & omni virtutum genere conſpicuus. Et ille ad 30. Decemb. indixit Comitia Vniuerſitatis apud Mathurinenſes occaſione cuiuſdam libelli famoſi in Ciuitate Andegauenſi publicati operâ cuiuſdam Fratris Petri Fremon Minoritæ, qui requirentibus quibuſdam Magiſtris Vniuerſitatis in carcerem compactus fuerat Lutetiæ. Illo autem libello declarabat duo Suppoſita ad quorum ſupplicationem carceri mancipatus fuerat, eſſe ſuſpenſa, *ſummum Pontificem omnia & ſingula Papalia Priuilegia Vniuerſitati olim conceſſa abrogare, Conſeruatorem eorundem eſſe hæreticum, damnatum, præuaricatorem:* Similiaque multa euomebat. Exiſtimauit Vniuerſitas id dedecus in ſe redundare: Itaque ſtatuit vt Rector die ſequenti cum 4. Procuratoribus & alijs ſelectis viris adiret Curiam Pariſienſem & audiri expoſceret aduerſus prædictum Fratrem. Factam enim ſibi iniuriam putauit, quæ ſuis facta fuerat.

Diebus 20. & 30. Ianuarij in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium agitata eſt cauſa Abbatis & Cancellarij S. Genouefæ de iure præſentandi Examinatores contendentium; quæ tandem à Partibus amicè compoſita eſt, mutuum conſenſum ad præſentationem huiuſmodi ſpondentibus; quæ conditio non placuit Facultati.

Die 10. Febr. habitis Comitijs Vniuerſitatis apud Bernardinos conqueſti ſunt Medici à ſe contra antiqua Priuilegia exigi tributa quædam Regis nomine. Concluſum verò Exactores adeundos, ijſque exhibenda Priuilegia etiam libro tenùs. Ad 18. Martij conuocata fuit Facultas Artium per Rectorem propter duo potiſſimùm capita. 1. quidem ad ſedandam controuerſiam ortam in Natione Normaniæ de Munere Procuratorio. 2. Ad coercendam quorundam Iuuenum Scholaſticorum petulantiam *in Prato Clericorum, vbi Lectio contra Lectionem inſurgere ſolebat,* vt habetur in Actis Nat. Gall. Quoad 1 adiudicatum fuiſſe munus Procuratorium M. Ioanni Hüel vel Hoël quem à pluribus electum fuiſſe conſtabat. Quoad alterum verò, placuiſſe petulantias illas coërceri iuxta formam præſcriptam tempore Rectoratus M. Ioannis Lapidani. In Regeſtis Nationis Germanicæ ſic habetur. *Quoad 2. art. placuit Facultati vt nulli Scholares ad Campos exirent, ſed in ſuis Collegijs & Pædagogijs manerent.*

De Licentia Decretiſtarvm.

Die 24 Martij electus eſt in Rectorem M. Nicol. De la Harmant ſocius Sorbonicus Nat. Gall. quo Rectore in Comitijs Vniuerſitatis Mathurinenſibus die 26. agitatum eſt negotium de Licentijs Decretiſtarum, quas illi extrà annum Iubilæum celebrare volebant, contraque morem eatenùs obſeruatum, eas celebrandi tantummodò ſingulis biennijs; de qua controuerſia tulerunt ſingulæ Nationes diſtincta ſuffragia. Natio quidem Gall. vt legitur in eius Actis deliberauit *quòd darentur notabiles Deputati qui haberent viſitare ſtatuta, an huiuſmodi licentiæ eſſent aliquomodo contra Priuilegia & Statuta Vniuerſitatis; & qui haberent concordiam tractare inter DD. Theologos & Decretiſtas qui in hac materia videbantur diſſentire; & quod interim non procederent, quamuis tamen iam parati eſſent ad licentiam.* Et in Actis Nat. Germanicæ, *duæ venerandæ Nationes, videlicet Normanorum*

1476. " *& Alemanorum ſe formaliter & realiter oppoſuerunt, omnibuſque modis & vijs* " *poſſibilibus prædictas in Decretorum Facultate Licentias impedire deliberaue-* " *runt, ſuaſque Concluſiones per DD. Procuratores in facie Vniuerſitatis recita-* " *uerunt. Rurſus quidem alma Theologiæ Facultas, vt fierent prædictæ Licentiæ* " *pro iſta vice admiſit, Facultas autem Medicorum ſuam deliberationem ad nihil* " *determinauit*, ſed eam confuſam pronunciauit, dicens ſe eſſe conformem " alijs Facultatibus; *quapropter D. Rector cum concordiam non haberet, nihil in* " *hoc concluſit.* Tunc erat Facultatis Decretorum Decanus M. Ambroſius de Cameraco, qui licet longa oratione vſus declaraſſet quo pacto licentiæ huiuſmodi licitè fieri poſſent, nihil tamen obtinere potuit.

1477. Anno 1477. 7. April. Electus fuit in Procuratorem Nationis Gallicanæ M. Ioannes Beluti Lemouicenſis, qui inter cætera, quæ ſuæ Procurationis tempore geſta ſunt, notat ad diem 9. Maij, M. Nicolaum de la Harmant Rectorem conuocaſſe de ſingulis Collegijs & Pædagogijs viros ſpectabiles cum Procuratoribus 4 Nationum propter rixam quandam illâ die inter Scholaſticos Ethicæ auditores ortam: de qua ſic ſcribit præfatus Beluti.

" Die & anno quibus ſupra, horâ verò ſecunda poſt meridiem, vel circà, " conuocauit honorandus D. meus D. Rector, qui tunc erat M. Nicolaus " de la Harmant notabiles Deputatos de ſingulis Collegijs & Pædagogijs " Magiſtros principales & alios Regentes cum 4. Procuratoribus 4. Na- " tionum & alijs Magiſtris in Aula venerabilis Collegij Sorbonæ ſuper 2. " artic. Primus fuit ſuper quodam inſultu, briga & commotione factis die " illâ de mane in vico Sorbonæ in exitu Scholarum dicti Collegij Sorbonæ, " vbi pro tunc legebatur de textu Ethicorum ordinariè diebus feſtiuis per " Lectorem tunc exiſtentem. Quibus loco & hora & tempore talis & tanta " fuit facta commotio inter dictos Scholares euntes ad dictam lectionem " Ethicorum, vt dicebatur, quamuis multi eſſent Logici & Grammatici, " qui erant de Malefactoribus & cum alijs ligatis, quod vnus nominatus " Otho commorans pro tunc in Collegio Burgundiæ multùm & enormiter " fuit mutilatus & læſus tam in capite quàm in alijs membris, & quaſi ha- " buit brachium abſciſſum, & vſque ad magnam effuſionem ſanguinis læſus " fuit, & magis etiam fuiſſet, ſi non fugiſſet & intraſſet dictum Collegium " Sorbonæ, in quo ipſe fuit præſeruatus à quibuſdam Magiſtris dicti Col- " legij qui hìc ſuperuenerunt audientes clamorem illius; fuerunt etiam " multi alij vulnerati in quibuſque membris tam cum gladijs & cultellis " quàm cum lapidibus. Et multi interfuerunt habentes gladios & enſes " cuaginatos, ſicut compertum fuit tam per informationem factam, quàm " etiam per confeſſionem quorundam illorum qui fuerunt puniti & inter- " rogati. At finaliter fuit concluſum & deliberatum per dictum Rectorem " auditis opinionibus & deliberationibus prędictorum Deputatorum quod " dicti Brigatores tot quot reperirentur & conſcij & participes eorum pu- " nirentur modo & formâ, quibus aliàs puniti fuerant tempore Rectoriæ " **Magiſtri noſtri M. Ioannis de Lapide. Et quod fieret per dictum Recto-** " rem & quoſdam Deputatos breuis & aſſidua informatio ad ſciendum qui " eſſent illi tales dyſcholi. Et hoc de 1. artic. Quantum ad 2. qui fuit com- " munis de ſupplicationibus & iniurijs, ſupplicuerunt quam multi Magi- " ſtri Regentes vt de & ſuper illis Brigatoribus fieret bona & breuis puni- " tio quàm citius fieri poſſet, ne deterius contingeret, quoniam magnæ ri- " xæ quotidie fiebant inter Scholares tam in Prato Clericorum, quàm in " alijs locis Communibus vbi Scholares ſe inuicem reperiebant. Et ita fuit concluſum.

Die Sabbati ſequente Rector cum ſelectis viris luſtrauit Collegium Burgundiæ, vbi vnus ex illis dyſcholis in aula Collegij ad ſonum Campanæ præſentibus cæteris Scholaſticis fuit ſpoliatus, acriterque virgis cæſus. De hinc in Iuſticianum profecti, quatuor alios egregiè exceperunt. Et ſequentibus diebus alia Collegia & Pædagogia luſtrantes, ſimiliter Rixatores illos præſentibus condiſcipulis, punierunt. Sed quia inquirendo

compertum eſt fuiſſe etiam inter Rixatores nonnullos, è Gymnaſiarchis, Rector conuocatis die 17. Maij Selectis, Conſilioque habito, quia illi fugerant, edixit vt ſe ſiſterent: & ſi reperiri non poſſent, vt pro ſecunda vice per Bidellos euocarentur; ſi verò non adforent, voluit eos è gremio & conſortio Vniuerſitatis in perpetuum expulſos manere. Quorum aliqui reuerſi, in ſuis Collegijs, acerbiſſimas pœnas dederunt. 1477.

Die 16. Iunij electus eſt in Rectorem Academiæ M. Geruaſius Munier Bacchalarius Theologus, Normanus. A qua die vſque ad 1. Auguſti nihil video actum quod ad poſteros tranſmitti mereatur.

Die 1. Aug. congregata fuit Vniuerſitas apud Math. præſertim ob negotium priuilegiorum quæ quotidie oppugnabantur, & iſtud maximè, *de non trahi extra muros Pariſienſes.*

Die 7. eiuſdem menſis apud Mathurin. expoſuit Rector delatas ad ſe fuiſſe querimonias quamplurimorum de Pergamenarijs Iuratis conquerentium: ſibique etiam ab ijs iniuriam fuiſſe illatam. Itum igitur in ſuffragia, & vnanimi conſenſu omnium Ordinum Pergamenarij illi Officio priuati ſunt; ſtatutum quoque vt in locis publicis tabulæ proponerentur, quibus excluſi omni priuilegio, periuri, infames, & peruicaces declararentur. Item vt alij ijs ſubſtituerentur. Ita in Germanicis Actis.

Die 6. Sept. cum Comitia haberentur apud Mathurinenſes, Supplicauerunt Franciſcani, ſeu Minoritæ pro adiunctione contra nonnullos eiuſdem Ordinis, quos vulgò *Obſeruantes* vocabant, qui tunc nouum ſibi Clauſtrum nouumque Conuentum inſtituebant; vnde multa incommoda euentura vaticinabantur. Cui ſupplicationi annuit Vniuerſitas. Die verò 16. eiuſdem menſis petierunt ijdem Franciſcani litteras Commendatorias ad Regem, ad Epiſcopum Pariſ. ad D. Archiepiſcopum Lugdunenſem & alios; item Oratorem, qui ad eos diceret, ſi opus eſſet; quod item illis conceſſum eſt. Orator, ſeu vt tunc loquebantur, *Proponens*, electus M. Berengarius Mercatoris. FF. CONTRA OBSERVANTES.

Die 26. eiuſdem menſis celebrata ſunt Comitia, in quibus lectæ ſunt litteræ Regiæ quibus ſignificabatur Vniuerſitati Regem annuere eius ſupplicationi in negotio Minoritarum aduerſus *Obſeruantinos*; quâ de re ſic habetur in Actis Germanicæ Nat. Eodem menſe, die verò 26. fuit alma Vniuerſitas ſuper 3. artic. apud Mathurin. conuocata. Primus fuit ad audiendum lecturam, ſeu tenorem quarundam litterarum Regiarum ad noſtram Vniuerſitatem tranſmiſſarum. Secundus artic. fuit ſuper relatione doctiſſimi Magiſtri noſtri M. Berengarij Mercatoris habita coram venerabili in Chriſto Patre D. Cardinale Lugdunenſi, D. Præpoſito Pariſ. alijſque Conſulibus huius Ciuitatis. 3. Fuit communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Et quantum ad 1. reddidit Natio gratias ingentes Chriſtianiſſimo Regi de ſuarum litterarum communicatione & de bono affectu quem ſemper habuit ad noſtram Vniuerſitatem. Placebat enim Regi quod Fratres Minores de Obſeruantia **nullo modo conſtruerent, ſeu ædificare** facerent Conuentum in hac Ciuitate quia hoc fuiſſet in detrimentum Vniuerſitatis, & Primorum Fratrum Minorum Conuentus Pariſ. & aliorum Mendicantium. Quantum ad 2. ingentes ſimiliter gratias pia mater habuit D. Proponenti videlicet M. noſtro M. Berengario Mercatoris qui eleganter propoſuit ante D. Cardinalem Lugdunenſem, ante D. Præpoſitum Pariſ. & alios Conſules huius Ciuitatis implorando auxilium pro Fratribus Minoribus huius Conuentus Pariſ.

Die 10. Octob. apud S. Iulianum in Electione Rectoris diſcordia orta eſt in Natione Franciæ propter electionem Intrantis inter Magiſtros Ruffi & Solli: quæ diſcordia cum non potuiſſet per Nationem dirimi, Ruffi appellauit Facultatem Artium. Germanica Natio ab eius partibus ſtetit: quia tamen cæteræ Nationes fuerunt diſcordes, itum eſt in vnius tertij electionem, ſcilicet M. Ioanis Freſſu; nec deſtitit tamen Ruffi proſequi ius ſuum apud Facultatem Artium, conatuſque eſt obtinere vt ſtante appellatione, nihil à Procuratore Franciæ innouaretur; ſed fruſtra,

1477. Procurator enim eum affixis publicè tabulis priuatum omni ſuffragio declarauit. Iterum appellauit Ruffi. Et in Comitijs Facultatis Artium habitis eam ob rem 23. Octob. re diſceptatâ omnes Nationes, exceptâ Germanicâ, prædicto Ruffi maximè ob alia crimina quæ ei obijciebantur, aduerſatæ ſunt. Ex hac diſcordia itum in aliam; nam

Die 15. Decemb. in Electione grauior orta eſt. In ſingulis enim Nationibus duo Intrantes contendentes, & à ſua ſinguli factione electi; quatuor vnum Rectorem elegerunt, ſcilicet M. Ioannem Cordier Baccalarium formatum in Theologia & Priorem Domus Sorbonicæ: Alij quatuor alterum M. Guillelmum Butier Baccalarium Nauarricum. Qui quatuor, ſcilicet MM. Robertus Quelain, Ioannes Standon, Oliuerius de Monte, & Michaël de Polonia cum ſuo Rectore diem alijs dixerunt apud Parlamentum, quod antiquus Rector Corderium ad iuramentum admiſiſſet. Die 19. Vniuerſitas congregata improbauit hanc agendi rationem, & nonnullos ſpectabiles Proceres delegauit, qui Parlamentum adirent, rogarentque nomine Vniuerſitatis cauſam iſtam ad eam remitti.

Interim Senatus Pariſienſis de lite cognoſcit; & die 22. hanc ſententiam fert, quæ legitur in Actis Curiæ.

Du Lundy 22. Decembre 1477. la Cour a ordonné & ordonne pour le debat qui eſt entre les deux Contendãs à la Rectorie de l'Vniuerſité de Paris, que pendant le Procés en ladite Cour pour ladite Rectorie, iuſques à ce que par ladite Cour autrement en ſoit ordonné, les Sceaux & Liures appartenans à ladite Rectorie ſeront mis és mains de M. Iean de Courcelles Conſeiller du Roy en la Cour de ceans; Et a defendu ladite Cour & defend auſdits Contendans & aux Parties eſtans en procez à l'occaſion dudit debat, que pour raiſon de ce dont pend le procez en ladite Cour de ceans tirent l'vne-l'autre ailleurs que en la Cour de ceans & n'attentent ou innouent au preiudice de la cauſe d'appel ſur peine de 50. mars d'argent.

Die ſequenti 23 aliud Senatuſconſultum factum quo cauſa de Rectoratu iuxta ſupplicationem Vniuerſitatis ad ipſam remiſſa eſt.

Du Mardy 23. iour de Decembre 1477. Veüe par la Cour, la Requeſte baillée à icelle par le Procureur de l'Vniuerſité de Paris, par laquelle Requeſte & pour les Cauſes contenuës en icelle ledit Procureur requeroit que ladite Cour ne prenſiſſe aucune connoiſſance de certaine cauſe d'appel interiettée par M. Robert Quelain al. Belin, Iean Standon, Oliuier Dumont & Michel de Polonia Suppoſts de ladite Vniuerſité, de l'antique Recteur d'icelle, à l'occaſion de ce que il auoit receu M. Iean Cordier à la Rectorie de ladite Vniuerſité, attendu que ladite appellation deuoit ſelon les Statuts de ladite Vniuerſité reſſortir pardeuant icelle Vniuerſité. Ainçois que icelle Cour renuoyaſt ladite cauſe à ladite Vniuerſité, pour par elle eſtre decidée & determinée, ainſi qu'il appartiendra par raiſon; Et auſſi que le ſequeſtre des Sceaux & liures appartenans à l'Office de ladite Rectorie que ladite Cour auoit ordonné eſtre fait, fuſt tenu en ſuſpens & ſurſeance iuſques à ce que les Doyens des Facultez de ladite Vniuerſité euſſent eſté oüis. Et Conſideré ce qui fait a conſiderer, ladite Cour a renuoyé & renuoye ladite cauſe à ladite Vniuerſité pour par elle eſtre decidée & determinée ainſi qu'il appartiendra, & au ſurplus a ordonné & ordonne que les Sceaux & Liures appartenans à ladite Rectorie demeureront és mains dudit Recteur antique pour les bailler à celuy auquel ladite Vniuerſité ordonnera, & iuſques à ce que par icelle Vniuerſité parties ouyes autrement en ſoit ordonné.

In hanc ergo rem congregata, Vniuerſitas 2. & 5. Ianu. nominatis ſelectis qui collitigantium rationes audirent, tandem prædictum Corderium Rectorem renunciauit.

Die 30. Ianu. cum haberentur Comitia Vniuerſitatis apud Mathurinenſes, quidam Doctor Medicus ſupplicauit pro adiunctione aduerſus Collectores Tributorum quorundam, à quibus ſe vt mẽbrum Vniuerſitatis eximi debere contendebat; quâ de reſic legitur in Actis German. Nat.

» Supplicauit quidam Doctor Facultatis Medecinæ vt ſibi daretur adiun-
» ctio in quadã cauſa tangente Priuilegia Vniuerſitatis inter ipſum & Rece-
» ptores Regios occaſione Impoſitionum petitarum ab eo, vtque quidam

notabilis

notabilis Proponens deputaretur qui haberet proponere coram Dominis de villa, & eis determinare Priuilegia Vniuerſitatis, occaſione quorum dictus Doctor eſſet exemptus ab huiuſmodi Impoſitionibus. Eius ſupplicatio fuit conceſſa. 1477.

Die 20. Feb. in Comitijs Centuriatis apud Mathurinenſes habitis queſtus eſt Rector de Procuratoribus Nationum, quòd ſine ſuâ authoritate Artium Facultatem conuocaſſent, præſertim verò de Procuratore Franciæ qui Rectorem egerat. At ille de Rectore viciſſim queſtus, eius ſupplicationem & querimoniam irritam fecit; quâ de re ſcriptum legitur in vetuſto codice Nationis Germanicæ, ſcribente Burchardo Wetzel de Hallis Diœceſis Herbipolenſis Procuratore eiuſdem Nationis. Anno quo ſupra, die verò 2c. menſis Febr. congregata fuit alma Pariſiorum Vniuerſitas apud S. Mathurinum duobus ſuper articulis. Primus erat de habendis pecunijs, &c. Secundus erat communis, &c. Quantum ad 2. artic. ſupplicauit D. Rector pro reparatione iniuriæ ſibi factæ per DD. Procuratores qui iuriſdictionem Rectoralis dignitatis ſibi vſurpauerant congregando præclaram Facultatem Artium, ipſo Rectore, vt dixit, ſpreto; quam Congregationem potius Monopolium quàm Congregationem aſſerere non erubuit. Cui ad ſingula motiua D. Procurator Nationis Francorum nomine Facultatis reſpondit, quomodo dictus Rector multipliciter peccauit tùm in Vniuerſitatem, tum in Matrem ſuam Præclaram Artium Facultatem, cuius beneficiorum prorſùs immemor eam penitùs deſpexit, verumetiam contra Iuramentum ſuum, quod quilibet Rector in ſua creatione ſolemniter iurat de congregando Facultatem legitimè monitus, fecit, eique validiſſimis medijs remonſtrauit quod prædicta Artium Facultatis Congregatio non Monopolium, verum ſancta & iuſta eius conuocatio extitit pro defenſanda libertate quam nemo bonus negligere debet. Quare dicti Rectoris ſupplicatio nedum in Natione, verumetiam in Vniuerſitate non fuit conceſſa.

Die 11. Martij lectæ ſunt litteræ quædam Regis quibus iubebatur Vniuerſitas expedire milites armis inſtructos ad bellum; quâ de re ſic habetur in eodem Codice. Die 11. Martij congregata fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas apud Mathurinos duobus ſuper articulis. Primus erat de armatis mittendis ab Vniuerſitate ad Guerram. Secundus fuit communis. Quoad 1. Placuit Nationi quod nullus haberet ire ex parte Vniuerſitatis ad Guerram, cùm per noſtra Statuta ſimus exempti. Voluitque Natio quod Magiſter noſter Berengarius haberet accedere ad ſupremum D. noſtrum Regem & eum informare de talibus miſſionibus armigerorum. Et etiam de quodam alio Priuilegio, ſcilicet *de non trahendo extra muros Pariſ. expenſis Vniuerſitatis.*

Hoc anno cum Elector Palatinus Philippus inſtauraret Heidelbergenſem Academiam, eò ad Profeſſionem Theologicam euocauit M. *Weſelum* Groningenſem, **ſed cùm Doctoratum ſuſcipere non poſſet, propterea** quòd oſor erat Monaſtici Ordinis, relictâ Profeſſione Theol. Philoſophicam ſuſcepit: profitebatur autem Phyſicam Platonicam, quam Chriſtianiſmo vtiliorem & conuenientiorem eſſe exiſtimabat. Qui mox cùm Lutetiam ſucceſſiſſet, ſucceſſor datus eſt Rodolphus Agricola Omlandus qui peragratis pleriſque Europæ Academijs ad ſummam eruditionem & famam peruenerat. ille edidit libros de Inuentione Dialectica, caligante adhuc & delirante Germania; quibus Logicam non tam ſpinoſis Quæſtiunculis inſeruire quàm in omni vitæ genere vſum habere ampliſſimum monſtrauit.

Scilicet hoc viuo, meruit Germania laudis
Quidquid habet Latium, Græcia quidquid habet.

Weſelus porro ea erat omnium litterarum ac diſciplinarum cognitione præditus, vt communi nomine diceretur *Lux Mundi:* Peritiſſimus erat trium linguarum, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ.

Eodem anno Tubingenſem Academ. Conſtantienſis Diœceſis erexit

1477. Euerhardus ſenior Comes de Wirtemberg quem poſtea Maximilianus Rex Rom. apud Vangiones Ducem fecit. *In Prouincia quoque Moguntina*, inquit, *Trith. in Chron. Spenhemi. Eccleſiam S. Georgij Parochialem erexit in Collegiatam, & tam ipſam quàm Vniuerſitatem ſufficienti ſtipendio prouiſam à Papa Sixto IV. fecit confirmari, priuilegijſque neceſſarijs more aliarum Vniuerſitatum communiri.*

Burſæ Germanicæ Nationis in Sorbona.

HOc anno & conſecutis ſæpe conqueſti ſunt Germani priuari ſe Burſis quibuſdam tam ab ipſo Fundatore Roberto quàm à nonnullis Gueldrenſibus in Collegio Sorbonico fundatis, vt ex Actis pluribus prædictæ Nationis Germanicæ intelligitur, quæ iuuat hîc ad perpetuam rei memoriam referre.

„ Anno Domini 1477. die 5. Maij.... ſupplicauit quidam notabilis Re-
„ gens ob quandam fundationē trium Burſarum quæ nuper fundatæ erant
„ in famatiſſimo Collegio Sorbonæ, vt hi Scholares tali Priuilegio gauden-
„ tes ab ipſis proficerent, & Nationi laus ac honor ſequeretur. Rogabat
„ igitur vt Natio tanquam mater ſuorum filiorum aptum incolendi locum
„ inuenire vellet. Et quantum ad hunc art. Natio Deputatos ordinauit &
„ dedit, vt omnimodè factum huius materiæ inueſtigarent adirentque D.
„ Decanum & cæteros ſuperiores de prænominato Collegio ad quos fa-
„ ctum ſpectat; tractarent etiam ſic cum ipſis rem illam vt exinde bona pa-
„ cis concordia ſequeretur; hoc expedito, narrari eadem Natio optabat,
„ vt talis Concluſio ad memoriam habendam in libro notaretur.

„ Anno Domini 14-8. die verò 23. Sept. conuocata fuit venerab. Natio
„ Alemaniæ apud S. Math. 3. ſuper art. Primus fuit ſuper *auiſatione quarum-*
„ *dam Burſarum in Collegio Sorbonæ longis peractis temporibus conſtitutarum à*
„ *quodam vener. viro Almaniæ quondam in Colleg. Sorbonæ morante*... Quantum
„ ad primum placuit Nationi litteras Executori illius ven. viri conſtituentis
„ prædictas Burſas ſuper executione earundem deſtinare, gratiarum actio-
„ nes agendas, vener. viro M. Cornelio pro confectione placabili prædicta-
„ rum litterarum; placuit etiam Nationi quòd M. Ia. Scriptoris, M. Corne-
„ lius & M. Martinus adirent D. Prouiſorem Collegij Sorbonæ & audi-
„ rent ſi tales Burſas acceptaret. Placuit etiam Nationi Nuncio Nationis
„ executori prædictarum litterarum proportatione duos francos tribue-
„ re, vnum ſcilicet in exitu & alium in reditu, ſi cum vigili labore & exe-
„ cutione harum litterarum bona reſponſa reportaret.

„ Anno 1479. die 3. Martij Inſuper ſupplicauit quidam Nuncius qui
„ portauit litteras ad Gueldriam *de quadam Burſa in Sorbona*, vt clarius ha-
„ betur in præcedenti Procuratoria. Et Natio adiunxit ſibi vnum francum
„ cum ſalario dato.

„ **Die 6. menſis Maij 1482. quantum ad ſupplicationem** M. Cornelij *de illis*
Burſis in Sorbona, parata eſt Natio facere diligentias, adire D. Prouiſorem Collegij Sorbonæ, omnibus modis reuerentiæ ſuæ ſupplicatura
ipſis executoribus qui litteras & redditus harum Burſarum hactenus
apud ſe ſeruarunt, ſcriberet quòd nobis harum rerum omnium copiam fa-
ciant, nec amodo Burſarios ipſi inſtituant, ſed hoc iuxta mentem teſta-
„ toris, ſeu fundatoris Nationi permittant.

„ Anno quo ſupra, die verò 15. menſis Iunij hora ſecunda poſt prandium
„ congregata fuit apud S. Matth. veneranda Almanorum Natio duobus
„ ſuper art. Primus erat ſuper auditione litterarum tranſmittendarum ex
„ parte iſtarum trium Burſarum in Collegio Sorbonæ fundatarum, cum
„ ſigillo Procuratoris ſigillari deberent.

„ Anno 1488. 16. Kal. Maias coacta fuit per iuramentum, ac congrega-
„ gata apud Math. vener. Germanorum Natio ſuper 2. art... quantum ad 2.
„ ſupplicauit M. Ægidius Delfus vt Natio ſibi quoquo pacto faueret &
„ opitularetur pro adiſpicenda Burſa in Collegio Sorbonæ; ita enim ab

antiquo conſtitutum eſſe aiebat, *vt ſinguli ex 4. Nationibus Magiſtri Burſam illic haberent; ſed nunc 3. ex Francia; ex Alemania verò nullum eſſe Burſarium.* Præterea dicebat ſe iam ab eo qui conferre habet, Epiſcopo Meldenſi ferme impetraſſe, *vt ipſe eà vſque ad Licentiatus Gradum potiretur; deinde alteri de Natione eueniret.* Ad illud ergo conſequendum ex quo Nationi & honorem & commodum non paruum acceſſurum prædicabat, ſupplicauit Nationi, vt ſupplicationibus ſuis & petitionibus quam tum palam oſtendebat, ad Epiſcopum præfatum adſtipularetur, quam ſupplicationem admiſit Natio. 1477.

Anno 1492. die 16. Nouemb... Primus art. erat de auditione DD. Deputatorum qui miſſi fuerant apud Legatos Ducis Gueldriæ pro Burſis noſtris recuperandis. Item an. quo ſupra 22. die menſis Nouemb. conuocata fuit veneranda Alemanorum Natio penes iuramentum apud S Math. ſuper 4. art. Primus erat de auditione DD. Deputatorum qui miſſi fuerant apud Legatos Ducis Gueldriæ qui tunc erant Pariſius, vt ipſi illos informarent de Burſis amiſſis. Et ſic vnus ex illis M. Stephanus dixit Nationi quod ab eis audierat... Quantum ad 1. art. Placuit Nationi vt illi qui eſſent propinquiores illarum Burſarum, ſollicitarent pro eis recuperandis; nam non voluit quod hoc deberet fieri expenſis Nationis, ſed voluit bene dare adiunctionem & fauorem vt illi ſuis expenſis ſollicitarent. Et ſic ex quo nulli fuerunt iam propinquiores in Natione, puta de Villa Ormenſi, vel à Ducatu Gueldriæ, ordinauit tres alios Magiſtros propinquiores, ſcilicet D. Procuratorem pro tunc M. Harbartum de Veda ex campis oriundum, M. Gherardum Militis, M. Scribanium Delft, quibus dedit illas Burſas, caſu quo potuerint recuperare, & etiam vt ſuis expenſis deberent ipſas recuperare, non Nationis, & ſic voluit ipſis dare vt ſtuderent in Theologia, vt ſcriptum eſt in teſtamento Fundatoris, quod tunc etiam lectum fuit in plena Natione, & voluit quod ſi ipſi vellent acceptare, ita laborarent vt recuperarent ex quo iam iſti Legati fuerant, vt tanto melius ſe haberent.

Anno 1478. 25. April. in Comitijs Mathurinenſibus Centuriatis Oratores Vniuerſitatis; quorum Princeps erat Berengarius Doctor Theologus, à Rege reuerſi retulerunt nolle Regem filiæ ſuæ Priuilegia vllatenùs labefactari, eamque à mittendis armigeris immunem eſſe velle: quâ in re Cancellarium Franciæ & Proceres ſeu Comites Conſiſtorianos plurimos egregiam Vniuerſitati nauaſſe operam legimus in vetuſto Codice Nationis Germanicæ. Anno Domini quo ſupra congregata fuit 25. die menſis Aprilis apud S. Mathurinum alma Pariſienſis Vniuerſitas ſuper 4. art. Primus art. fuit ad audiendam narrationem Oratoris, ſeu Ambaſſiatoris Vniuerſitatis de diligentijs per eum factis apud ſupremum Dominum noſtrum Regem ſuper Prouiſione Priuilegiorum Vniuerſitatis, &c. Quantum ad 1. artic. regratiabatur alma Pariſienſis Vniuerſitas ſupremo D. noſtro Regi, D. Cancellario & cæteris amicis qui ſincero corde & zelo & animo laborauerunt pro materia Vniuerſitatis & expeditione ſuarum litterarum. Inſuper regratiabatur Oratori Vniuerſitatis de pœnis, laboribus & diligentijs per eum aſſumptis apud ſupremum D. noſtrum Regem & eius Conſilium, & habuit acta per eum grata, rata & aduoata. Placuit etiam Vniuerſitati vt ſibi fieret ſatisfactio de pecunijs per eum expoſitis & pro laboribus per eum aſſumptis, videlicet 2. Francos ſingulis diebus. Placuit etiam Vniuerſitati, vt D. Rector ordinaret proceſſiones ad exorandum Deum pro D. noſtro Rege, Regina & Delphino. 1478.

Die 23. Iunij in Electione Rectoris orta eſt contentio inter Normanos pro Electore, re tamen à tota Facultate Artium compoſita, electus eſt in Rectorem M. Petrus Doujan Pariſinus. Tunc autem temporis pendebat lis inter Vniuerſitatem Pariſ. & Decanum, Theſaurarium & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Hilarij Pictauienſis, in Curia Parlamentæa, ad quam proſequendam ſingulæ Nationes ex æquo contribuerunt: Quâ lite video cecidiſſe Pictauienſes.

1478. Die vero 25. Auguſti in Comitijs Centuriatis Mathurinenſibus delecta eſt iuxta mandatum Regis celeberrima legatio ad Vrbem Aureliam vbi de Pragmatica-Sanctione agendum erat. Rex enim ne inconſultâ Vniuerſitate aliquid in hanc rem ſtatueretur, eam admoneri & vocari voluerat. Inter alios verò inſignes Legatos, à Germanica Natione legatus fuit *M. Ioannes Scriptoris* Prior Sorbonæ. Nondum verò profectis Legatis, iterum receptum eſt Mandatum Regium, lectumque die 28. eiuſdem menſis, quo Vniuerſitas iubebatur mittere quamprimùm ſuos Legatos Aureliam: itaque quantâ potuit fieri celeritate, confecti ſunt articuli à Selectis, & traditi Legatis die 7. Sept. apud Mathurinenſes.

Die 26. Septembris in Comitijs Mathurinenſibus Rector inter cætera rogauit, an ad Legatos Aurelianenſi Concilio adeſſe iuſſos placeret mitti Procuratorium inſtrumentum, vt ſi forte aliquid in illo Concilio aduerſus Vniuerſitatem eiuſque Priuilegia ſtatueretur, appellare poſſent nomine Vniuerſitatis ad Concilium proximè futurum. Non video id placuiſſe omnibus: quinimò hæc fuit plurium ſententia, expectandum donec Legati reſcripſiſſent, an periculum eſſet amittendorum priuilegiorum.

Die 6. Octob. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Legatorum ex quibus intellectum eſt quid in Concilio ageretur. Lectæ quoque litteræ Colonienſis Capituli, quibus rogabatur Vniuerſitas apud Regem agere pro liberatione vnius è Canonicis in carceribus Regijs detenti, præſertim cum Pariſienſis Vniuerſitatis membrum ſeu Suppoſitum aliàs fuiſſet. Cui Colonienſium ſupplicationi ſubſcripſit Vniuerſitas, & litteras ad Legatos ſuos Aureliæ commorantes dedit, vt apud Regem & D. Cancellarium in hanc rem incumberent.

Die 10. Electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Io. de Martigny. Die verò 14. in Comitijs Mathur. lectæ ſunt litteræ Legatorum, quibus mandabant periculum eſſe, ne Priuilegia imminuerentur; itaque decretum, vt illis Procuratorium Inſtrumentum ad appellandum mitteretur, cum pecunijs quas petebant. Et in eandem rem celebrata ſunt adhuc Comitia 23. Octob.

Quia verò hiſce temporibus Scholares Facultatis Artium petulantiùs & proteruiùs ſe gerebant quàm deceret Academicos, eadem Facultas die 28. Octob. apud ſanctum Iulianum Pauperem congregata nominauit quoſdam Reformatores ſeu Cenſores, ſic enim antiquitùs dicebantur, ex ſingulis Nationibus, quibus hoc oneris demandauit, vt ſingula Collegia & Pædagogia illuſtrarent, & Martinetas omnium petulantiſſimos comprimerent; quâ de re ſic legitur in vetuſto Codice Nationis Germanicæ.

» Anno quo ſupra, die verò 28. Octob. congregata fuit apud S. Iulianum
» Pauperem Præclara Artium Facultas tribus ſuper artic. Primus fuit ſuper
» Reformatorum Electione. Secundus ſuper prouiſione remediorum quo-
» rundam Scholarium qui de nocte vagantur & diſcurrunt. Tertius fuit
» communis. Quantum ad primum, placuit Nationi dare ſuum Reforma-
» **torem qui vnà cum Reformatoribus cæterarum Nationum haberet viſi-**
» tare Collegia & Pædagogia & bono zelo reformare reformanda præci-
» puè in facto Martinetarum qui radix & origo ſunt quaſi omnium ſcanda-
» lorum quæ committuntur hodiernis temporibus per Scholares præfatæ
» Facultatis. Et quoad hoc electus fuit concorditer vir bene meritus M.
» Cornelius Oudendyck, in ſacra Pagina Bacchalarius formatus. Quan-
» tum ad 2. placuit Nationi omnibus modis vt poneretur remedium & ſi-
» lentium in dictis ſcandalis, & ipſum factum in ſe commiſit D. Reforma-
» tori. Quantum ad 3. art. ſupplicauit D. Rector quatenus DD. Reforma-
» tores quiſque à Natione propria haberent certa ſtipendia, vt eò diligen-
» tiùs Collegia viſitarent. Et quoad hoc dedit Natio M. Cornelio pro la-
» boribus præſentis anni, pro ſtipendijs ſuis tria ſcuta.

Die 16. Octob. Reuerſi Aureliâ Legati retulerunt quanto ſtudio Cardinalis Lugdunenſis & nonnulli alij Proceres Rem Academicam ſuâ authoritate & patrocinio defendiſſent; ac proinde concluſum vnanimiter

vt Rector Academicorum frequentiâ ſtipatus & Oratore viros illos adiret, & nomine Vniuerſitatis gratias ageret immortales. 1479.

Item 3. Id. Decemb. in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium retulerunt Reformatores, de quibus ſupra, quid hactenus in luſtrandis Collegijs egiſſent; rogatique ſunt eadem cura, fide, diligentia pergere, vt fortiter inceperant. Die verò S. Luciæ inſtituta eſt ſupplicatio ſeu Proceſſio ad Eccleſiam FF. Minorum.

Die 15. prædictus M. Ioan. de Martigny Rector rationes accepti & expenſi reddidit *de Burſa ſuper incorporandis & ſemi-burſa ſuper omnibus alijs per ipſam Vniuerſitatem impoſitis & inſtitutis.* &c. vt legitur in Reg. publicis. Item dedit & numerauit Legatis Academicis Aurelià reuerſis MM. Berengario, Stephano de Veterevilla, Ioan. Roſée, Ioa. Leſtournel, Roberto de Maſengarbe, Arnulpho Alouf, Io. Scriptoris & Petro Doujan antiquo Rectori, 5. libras ſingulis.

Die 16. eiuſdem menſis electus eſt in Rectorem M. Nicolaus Columbi Nationis Normanicæ, cui iniunctum eſt litem proſequi in Curia Parlamentea contra Præpoſitum Pariſienſem & Epiſcopum Carnotenſem ob clauſum vicum ſtramineum; item Pergamenarijs in eadem Curia adeſſe, eorumque cauſam tueri.

Die verò 7. Februarij ſupplicatio inſtituta, & proceſſum magna frequentia ad S. Martini de Campis, ad oſtendendum (vt legitur in Codice Germanicæ Nationis) *dignitatem huius almæ Vniuerſitatis, necnon multitudinem ſuppoſitorum eiuſdem, DD. Ambaſſiatoribus de Suecia per Chriſtianiſſimum Regem Francorum Pariſius miſſis.*

Eodem anno die verò 3. Martij in Comitijs Centuriatis Mathurinenſibus relatum de imminutione, ſeu infractione nonnullorum Priuilegiorum Vniuerſitatis tam Regiorum quàm Papalium: quâ de re ſic legitur in vetuſto Codice Procuratorum Nationis Grmanicæ. Anno Domini quo ſupra, die verò 3. Martij congregata fuit alma mater Vniuerſitas Pariſienſis apud S. Mathurinum tribus ſuper articulis. Primus habet 3. partes. Prima pars eſt de conſeruatione Priuilegij Regalis contra Dominos villæ. 3. pars eſt de Pergamenarijs. Secundus articulus eſt de apertione Rotuli. Tertius eſt communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. artic. placuit Nationi quod ille Officialis Lugdunenſis citaretur coràm Conſeruatore & Vniuerſitate audiendo ipſum quo modo, qua forma infringeret noſtra Papalia Priuilegia. Secunda pars concernit maiorem Bedellum Facultatis Medicinæ, ſimiliter quendam Abbatem, necnon quendam Scholarem Collegij Burgundiæ qui adduci miſerunt vina, & Domini de Villa petentes telonium de vinis, denegauerunt, appellaueruntque vnus ad Parlamentum, alter ad Generales: quæ appellatio iuſta fuit & conceſſa: ac adiunctio eis data fuit per Vniuerſitatem. Inſuper dictum fuit quod Rector mandaret omnibus Prædicantibus in ſingulis parochijs, quo moneantur in ambone, omnes Inſidiatores necnon deſtructores priuilegiorum tam Papalium quàm Regalium, niſi in breui ceſſarent à talibus vexationibus, ipſi in poſterum non audirent ſermocinari. Inſuper voluit Vniuerſitas quod Rector cum ſolemni Comitiua viſitaret dictos DD. Scabinos eadem narrare. Tertia pars, quod niſi Pergamenarij ceſſarent à deceptionibus ſuis non dando, nec ſoluendo iura Rectoris, apponeretur baculus Rectoris, &c.

CONTRA INFRACTORES PRIVILEGIORVM.

Cum autem nihil cum Scabinis Rector paſciſci potuiſſet, lis intentata eſt apud Generales, & in Curia Parlamentæa contra Pergamenarios.

Die 24. Martij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis vir de tota Vniuerſitate bene meritus M. Cornelius Oudendick Batauus Nationis Germanicæ: eique iniunctum vt litem pro immunitate vinaria apud Generales Subſidiorum contra Scabinos Pariſienſes proſequeretur. Die verò vltima eiuſdem menſis in Comitijs Centuriatis Mathurinenſibus actum eſt de reformatione Priuilegiorum ad immunitatem & ad rem Pergamenariam pertinentium, decretumque vti conuocaretur Conſilium

1478. Vniuerſitatis. Eadem die antiquus Rector rationes reddens, ſeu vt vocabant, compotum, inter expenſas ſcribit 3. lib. cum 8. ſol. Pariſ. pro ſalario cuiuſdam Commiſſarij Regij qui quandam *fecerat informationem, ſeu inqueſtam ſuper abuſibus commiſſis per nonnullos Pergamenarios Iuratos, in præiudicium & diminutionem Iuris Rectoralis.*

Eodem anno magni Nuncij Nationis Gallicanæ Sodalitium, ſeu, vt vocant Confratriam inſtituerunt, annuente Epiſcopo Pariſ. quam in rem extat in Tabulario prædictæ Nationis Inſtrumentum ſigillatum eius ſigillo, & ſubſignatum, Meſnart de Mandato D. Procuratoris; quod nos retulimus tom. 1. pag. 240.

1479. Anno 1479. die vero 29. Maij in Comitijs Mathurinenſibus auditi ſunt Conſiliarij Vniuerſitatis & Aduocati ſuper conſeruatione priuilegiorum, lectæ quoque litteræ ad Regem tranſmittendæ in eam rem; tuncque placuit duos viros ad Regem legare, Decanum ſcilicet Facultatis Theologiæ & quendam alium. Sed non tam citò profectos eſſe video. Quippe de eadem re rurſus 5. Iunij in Comitijs Generalibus actum eſt, lectæque iterum litteræ, & latores earum voluerunt tunc eſſe M. Berengarium Mercatoris & Decanum Facultatis Theologiæ, aut D. Conſeruatorem Priuilegiorum ſi ei placeret. Verùm ſeu propter penuriam pecuniæ, ſeu aliam ob cauſam, non tam citò legatio iſta profecta eſt; quinimo decretum die 21. Iunij alijs Comitijs vt ſolus M. Berengarius Mercatoris ad Regem iret. Quâ die Iacobus d'Eſtouteuille Præpoſitus Pariſienſis iuxta muneris ſui officium, Vniuerſitati iuramentum præſtitit, ab eaque poſtea rogatus eſt, quandoquidem ad Regem propediem iturus erat, Vniuerſitati opem ferre ad conſeruationem priuilegiorum, quod ille ſe facturum promiſit.

Neque omittendum quod legitur in Actis Germanicæ Nationis de Præpoſiti receptione & iuramenti conſueti præſtatione. Sic autem. » Quoad 2. art. honor. vir atque circunſpectus M. Martinus Bellefoye D. » Præpoſiti Conſiliarius, vnus in Curia ex Maioribus propoſuit & retulit » *ex parte generoſi D. Iacobi d'Eſtouteuille Præpoſiti Pariſienſis, qui ibidem cum* » *multo Populo aderat in conſpectu totius Vniuerſitatis & plurium nobilium aſſi-* » *ſtentium, aliorumque virorum magnæ autoritatis*, quatenus ſupremus D. Rex » Iacobo antedicto ſuorum Progenitorum Parentum, ac perſonæ intuitu » Præpoſituræ Officium commiſerat. *Voluit deinde ipſe Præpoſitus iuramen-* » *ta Vniuerſitati præſtare ad quæ Præpoſitus præcedens piæ memoriæ Pater eius* » *tenebatur, petens ad ea admitti per Vniuerſitatem, ac exinde reputari in Præpo-* » *ſitum, pollicitus vlteriùs iura, libertates & priuilegia Vniuerſitatis nequaquàm* » *ſe læſurum, ſed defenſurum atque ſemper obſeruaturum vt ſui Prædeceſſores fe-* » *cerant, ac forſan curioſius & conſtantius.* Quibus ſic auditis & in medium » propoſitis, Vniuerſitas ipſa deliberauit eum ad iuramenta ſolita recipien- » dum eſſe, atque deinceps vt Præpoſitum Pariſienſem haberi, ac venerari. » Iuramento itaque ab eo palam exhibito rogatus eſt à D. Decano Facul- » tatis Theologiæ, vt Clerum & viros ſpirituales D. ſupremo Regi com- » mendare dignaretur; breuiter enim ad Regiam Majeſtatem perrecturus » erat; ſperabat Vniuerſitas ipſum ob ſuæ Electionis nouitatem, hoc facile » à Rege impetrare poſſe, &c.

Die 23. Iunij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem M. Martinus Delf Germanicæ Nationis, cuius Frater Ægidius tum eiuſdem Nationis Procurator erat. Die verò 30. eiuſdem menſis Comitia habita ſunt omnium Ordinum apud Mathurinenſes, quibus adfuit M. Berengarius Mercatoris à Rege reuerſus, ſed re infectâ: quippe Rex cauſatus fuerat ſe alijs negotijs diſtineri. Cuius quidem tam repentinus reditus valde diſplicuit Facultati Artium & alijs quoque Facultatibus; quippe viſus eſt non ſatis fideliter officium impleuiſſe, propterea quod pro excuſatione non aliam cauſam attulit, quàm quia verebatur, ſi diutius moraretur, Vniuerſitatem ſumptibus grauare. Et ita habetur in Actis Nat. German. in Academicis tamen M. Cornelius Rector antiquus rationes

de Burſis reddens ſcribit ſe expendiſſe & dediſſe M. Berengario Mercatoris Oratori & Ambaſſiatori *dictæ Vniuerſitatis miſſo ad Regem pro impetrando ab eo litteras in plena Congregatione lectas mentionem facientes de conſeruatione & confirmatione Priuilegiorum ipſius Vniuerſitatis, 15. lib. Pariſ.* 1479.

Die 1. Decembris cùm in Comitijs relatum eſſet, auditam fuiſſe Vniuerſitatem in Curia Parlamenti contra Pergamenarios, & vt apparuit, ſatis gratiosè, decretum eſt litem illam eſſe omni ratione proſequendam. Item decretum fortiter reſiſtendum ijs qui Vniuerſitatis alumnos trahere contenderent extra muros Pariſienſes contra Priuilegia tam Regalia quàm Pontificia.

Die 26. Ianuarij in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium orta eſt contentio & diſcordia inter Nationes propter receptionem 4. Examinatorum Examinis S. Genouefæ quos Facultati præſentabat ſeu nominabat M. Milo Bornici Procancellarium agens iſtius Examinis: qui quidem examinatores recepti & admiſſi ſunt à duabus Nationibus, Normanorum ſcilicet & Germanorum, reclamantibus Gallicana & Picardica propterea quod aſſumpto in Abbatem illius Abbatiæ Cancellario, Cancellariatum vacare contendebant; ac proinde Procancellarium nullum ius habere nominandorum Examinatorum; licet ſe id nomine Abbatis eiuſdemque Cancellarij agere conteſtaretur. Cùm igitur non potuiſſet haberi concordia, Res ad Curiam Parlamenti ab Abbate delata eſt. Rector litem conteſtatus eſt, petijtque cauſam remitti ad Vniuerſitatem, ſed fruſtra; retentâ enim cauſâ, quoad ius, ampliatum eſt; vt ex Regeſtis Curiæ ad 3. Febr. colligitur. LIS CONTRA ABBATEM S. GENOVEF.

Sur la Requeſte baillée à la Cour par l'Abbé de S. Geneuiefue, ſoy diſant Chancelier de la Faculté des Arts en l'Vniuerſité de Paris, Guillaume Vigier (ou Vgier) Robert Doreſmeaux, Richard Maſſieu & Martin Delf Maiſtres és Arts de ladite Vniuerſité, par laquelle ils requeroient que leſdits Maiſtres és Arts preſentez par ledit Abbé, ſoy diſant Chancelier ou par ſon Vice-Chancelier, comme Tenteurs en hault, au Recteur de ladite Vniuerſité & à ladite Faculté des Arts, & admis comme ſouffiſans par icelle Faculté, fuſſent receus à faire le ſerment en tel cas accouſtumé, auſſi fuſt permis audit Abbé comme Chancelier ouurir l'examen ce iourdhuy, ainſi qu'il eſt accouſtumé de faire & nonobſtant certaines oppoſitions interiettées par aucuns des premiers de ladite Faculté des Arts. Et depuis auſſi ouyes par ladite Cour la demande & requeſte faite par la bouche de M. Pierre de Michon pour ledit Recteur & Procureur de ladite Vniuerſité, par laquelle ils requeroient que ledit appel & toute la queſtion leur fuſt renuoyée pour en eſtre ordonné & determiné par ladite Vniuerſité, attendu que ce concernoit, comme ils diſoient, les Statuts & prerogatiues de ladite Vniuerſité. Oüy auſſi au contraire le Procureur & Conſeil dudit Abbé de ſainte Geneuiefue. Tout Conſideré, *il ſera dit, que de ladite Matiere ne ſera pour le preſent fait aucun renuoy en ladite Vniuerſité, mais viendront leſdites parties Ieudy prochain en ladite Cour dire & requerir plus amplement, tant touchant ladite cauſe d'appel que autrement tout ce que bon leur ſemblera, pour leur eſtre au ſurplus fait droit par ladite Cour ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Et ordonne ladite Cour que par maniere de prouiſion & ſans preiudice des droits deſdites parties,* hinc inde, *que pour cette fois l'Examen ou Tentement accouſtumé eſtre fait pour ladite Faculté en hault, ſera ce iourd'huy ouuert par ledit Abbé, au nom & comme Abbé de S. Geneuefue; & feront leſdits Tenteurs le ſerment accouſtumé, & au refus ou delay dudit Recteur touchant ledit ſerment, la Cour a commis les deſſuſdits premier Preſident de Cambray Conſeiller en ladite Cour, ou l'vn d'eux à faire faire ledit ſerment.*

Poſtridie huius diei hoc eſt 4. Febr. Vniuerſitas apud S. Mathurinum congregata rata habuit ea quæ ipſe Rector & Deputati Facultatis Artium egerant in Curia Pariſienſi aduerſus Abbatem S. Genouefæ; voluitque interdici Tentatoribus omni functione examinis, antequàm fidem ſolito more Facultati Artium dediſſent. Sic enim legitur in vetuſto Codice Germanicæ Nationis.

1479. » Anno quo ſupra, die verò 4. Feb. congregata fuit apud S. Mathuri-
» num alma Pariſienſis Vniuerſitas ſuper 2. art. Primus erat ad audiendum
» ea quæ fuerant facta in Curia Parlamenti per D. Rectorem & Deputatos
» dictæ Vniuerſitatis. Secundus erat communis. Quantum ad primum Vni-
» uerſitas rata habuit ea quæ D. Rector & dictæ Vniuerſitatis Deputati per-
» tractauerant in Curia Parlamenti contra Abbatem S. Genouefæ, quam-
» uis Natio fuerit alterius opinionis; voluit propterea Vniuerſitas quod
» dicti præſentati in Facultate non tentarent ſub pœnâ priuationis vſque-
» quo aliter prouideretur, ſaltem quin in Facultate Artium iurarent prius.

Die 7. eiuſdem menſis idem Rector acta ſua ab Vniuerſitate probari rursùm petijt, & rursùm obtinuit. Interim verò quia Procuratores ſubſcribere recuſabant ſignis, ſeu teſtimonialibus litteris Magiſtrorum, ac proinde non poterat fieri examen, nec Tentatores tentare poterant, iterum Abbas San-Genouefianus ad Curiam Parlamenti recurrit, & obtinuit, vt ſubſcribere cogerentur. Sic enim legitur in Actis Curiæ, ad 9. Februarij.

Veüe par la Cour la Requeſte baillée à icelle par l'Abbé de ſainte Geneuiefue à l'encontre du Procureur de ladite Nation de France en l'Vniuerſité de Paris, & autres nommez en icelle, leſquels ont eſté refuſans d'obeïr à certains commandemens à eux faits touchant l'Arreſt donné en cette partie le 3. iour de cetuy mois. Ladite Cour a ordonné & ordonne que commandement ſera fait comme autresfois & que ledit Procureur M. Iean Magiſtri & Cornuaille ſeront adiournez à comparoir en perſonne en ladite Cour Vendredy prochain.

Senatuſconſultum iſtud Rectori, Procuratoribus & quibuſdam alijs ſignificatum eſt, & Rector die 16. Comitia Vniuerſitatis habuit apud Mathurinenſes, in quibus quid ſibi & alijs interdictum eſſet à Curia Parlamenti propoſuit: interim verò petijt haberi grata ea quæ geſſiſſet, atque à tota Vniuerſitate pro ſuis actis probari, ne priuatarum perſonarum ea acta eſſe viderentur: quod obtinuit. At Inſtante Abbate apud Curiam, & rem ſuam vrgente, hoc tandem Senatuſconſultum latum eſt, vt Abbas & Tentatores admitterentur ad Iuramentum nomine Commiſſorum; donec lis clarius & apertius diſceptari poſſet. Sic enim legitur in Actis Curiæ ad diem 17. Febr.

Entre l'Abbé de ſainte Geneuiefue, ſoy diſant Chancelier de l'Vniuerſité de Paris en la Faculté des Arts, demandeur & requerant prouiſion d'vne part. Et le Procureur en ladite Vniuerſité de Paris, ſtipulant pour le Recteur d'icelle Vniuerſité, MM. Berranger Marchand, Martin le Maiſtre Docteurs en Theologie, M. Iean Simon; Et auſſi pour les quatre Procureurs des quatre Nations de ladite Vniuerſité, M. Corneille Oudin & autres Defendeurs d'autre part. Oüy le rapport de M. Mathieu de Nantes Preſident & Guillaume de Cambray Conſeillers en ladite Cour & Commis par icelle Cour pour executer la prouiſion & Arreſt d'icelle Cour. Il ſera dit que l'Examen d'enhault appellé communément l'Examen de ſainte Geneuiefue en la Faculté des Arts ouuert Vendredy dernier paſſé par leſdits Commiſſaires, ſera & demeurera ouuert iuſques à ce que les Bacheliers entrans & Licentiendes en ladite Faculté, ſoient expediez & examinez, & que les Maiſtres & Regens de ladite Faculté bailleront leurs ſcedules ſignées, & pareillement les quatre Procureurs des quatre Nations addreſſans audit Abbé de ſainte Geneuiefue comme Commis par l'authorité de ladite Cour de Parlement: & ſe commenceront leſdites ſcedules & ſignets, Domine Abbas Commiſſe. *Et parce que les Deputez de par ladite Vniuerſité ſe ſont plaints pardeuant leſdits Commiſſaires que ledit Abbé en cette qualité comme Commis n'a point fait le ſerment en tel cas accouſtumé: La Cour a ordonné & ordonne que le Recteur fera aſſembler ladite Faculté* quàm citius, *& en icelle aſſemblée ſe tranſporteront leſdits Commiſſaires, & y comparoiſtront auſſi ledit Abbé & pareillement les quatre Tenteurs dudit Examen, leſquels feront le ſerment en tel cas requis & accouſtumé. C'eſt à ſçauoir ledit Abbé ès mains deſdits Commiſſaires en preſence de ladite Faculté, & leſdits quatre Tenteurs ès mains dudit Abbé comme Commis de par ladite Cour, & vauldra l'examen par cy-deuant fait par leſdits Abbé,*

Soubs-

Chancellier & Tempteurs, tout ainſi que s'il euſt eſté fait aprés ledit ſerment. Et tout ce que dit eſt par maniere de prouiſion pour cette année, & iuſques à ce que par ladite Cour en ſoit autrement ordonné Et nonobſtant toutes autres appellatiõs precedentes cette cy & ſans préiudice des droits pretenduz par chacune deſdites Parties touchant l'office de Chancelier dudit Examen de ſainte Geneuiefue. Surquoy les parties ſeront plus à plain ouyes. Et icelles ouyes, la Cour leur fera droit, & met ladite Cour au neant tous les adjournemens perſonels & les Adjournez hors de procez & ſans deſpens, d'vne part & d'autre. Pour cauſe. 1479.

Die 21. eiuſdem menſis in Comitijs San Iulianenſibus Facultatis Artium Abbas ſanctæ Genouefæ & Examinatores iuxta præcedens Senatuſconſultum ad Iuramentum admiſſi ſunt, præſentibus vno Præſide & alijs à Curia delegatis.

In Actis Vniuerſitatis extat index impenſarum in eam litem factarum nomine Vniuerſitatis à M. Ioanne Nolant tunc Rectore: ibidemque legitur cauſam peroraſſe M. Petrum Michon vnum è Patronis eiuſdem Vniuerſitatis, eique pro ſalario datum nummum aureum.

Anno 1480. 3. Iunij in Comitijs Mathurinenſibus orta eſt diſcordia inter M. Dionyſium Haligret tunc Rectorem Vniuerſitatis & M. Petrum Doujan, quorum vterque ſe à Natione Gallicana nominatum ad S. Germani veteris Curiam contendebat, præſentarique petebat Epiſcopo Pariſienſi, aut eius in ſpiritualibus Vicario. Quibus inter ſe ſic contendentibus, M. Eligius Nationis Picardorum ſurrexit, ſuæque Nationi Nominationem deberi affirmauit, quòd tunc ſuo ordine, ſeu, vt vocabant *Turno* currente, jus Nominationis haberet; petijtque ſe Epiſcopo præſentari, à ſua Natione nempe nominatum. Id autem diſſidium cùm non potuiſſet ex tempore componi, ex omnibus Facultatibus & Nationibus delecti ſunt Proceres, qui ius Partium diſcuterent, atque ad Vniuerſitatem referrent. Qui tandem poſt aliquot menſes re expoſitâ & parefactâ, Nationi Gallicanæ ordinem ſuum, ſeu Turnum aſſeruerunt, & M. Petri Doujan nominationem ſuis calculis comprobarunt. 1480.

Hoc quoque tempore lis intercedebat Vniuerſitati cum Nicolao le Vannier Pergamenario, cuius Pergamenum Rector occupari iuſſerat: quâ de re cum queſtus eſſet ille apud Curiam Parlamenti; Rector verò per Procuratorem Vniuerſitatis ius ſuum fuiſſet conteſtatus, Curia huic rei cognoſcendæ Senatores quoſdam præfecit. Apud quos Rector & Vniuerſitas cauſam agere recuſarunt; latum eſt tandem Senatuſconſultum Iuris antiqui confirmatiuum.

Die ſupradicta 9. Aug. collata eſt M. Iaonni Helle Capellania vacans per obitum M. Iacobi Aubry, ad præſentationem Nationis Picardicæ, quæ extat in Reg. Academiæ hoc modo.

VENERABILIBVS & Doctiſſimis viris DD. Rectori & Vniuerſitati famoſiſſimi Studij Pariſ. **Procurator & Natio Picardiæ in dicta Vniuerſitate** Pariſ. ſalutem. Notum facimus quòd nos apud S. Iulianum Pauperem Pariſ. per iuramentum congregati ad diſponendum de vna Capellaniarum in Caſtelleto Pariſ. fundatarum & ad collationem dictæ Vniuerſitatis ſpectante tunc libera & vacante per obitum defuncti M. Iacobi Aubry Decretorum Doctoris eiuſdem vltimi poſſeſſoris, venerabilem & diſcretum virum M. Ioan. Helle Preſbyterum, in Artibus Magiſtrum & in Iure Canonico Licentiatum ad huiuſmodi Capellaniam, ſeu prouiſionẽ Scholaſticam obtinendam, ſic & in quantum nominatio, ſeu præſentatio ipſius ad nos ſpectat & pertinet pro turno noſtro, ſaluo etiam iure cuiuſlibet, tanquam ſufficientem & idoneum nominauimus, eundemque M. Io. Helle vobis per præſentes nominamus & præſentamus, Vos rogantes quatenùs huiuſmodi præſentato, ſeu nominato noſtro dictam Capellaniam conferre, ipſumque in poſſeſſionem ponere & inducere, ſeu poni & induci mandare velitis & dignemini. Datum Pariſius ſub ſigillo Procuratoriæ dictæ Nationis, anno D. 1480. die menſis Iulij 29. ſic ſign. DE BVSTO. NOMINATIONIS FORMVLA.

Sequitur Collatio eiuſdem Capellaniæ, non tamen abſolutâ formulâ.

1480. Collatio Capellaniæ. » Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius Studen-
» tium Dilecto noſtro M. Ioan. Helle Preſbytero in Artibus Magiſtro &
» in Decretis Licentiato Sal. in Dom. Alteram Capellarum, ſeu Capella-
» niarum in Caſtelleto Pariſ. fundatarum quam nuper obtinere ſolebat
» venerabilis vir & diſcretus M. Iacobus Aubry Decretorum Doctor, ad
» collationem prouiſionem, & omnimodam diſpoſitionem noſtram pleno
» iure ſpectantem nunc liberam & vacantem per ipſius Aubry obitum, ſeu
» mortem, veſtrorum meritorum intuitu contulimus & conferimus, ac de
» eadem prouidemus.

Die 4. Septemb. facta Vniuerſitatis Congregatione apud S. Math. expoſuit Rector traditas ſibi à D. Cancellario Fr. litteras Regis hæc verba continentes de Legato Pontificio honorificè excipiendo.

DE PAR LE ROY.

» Chers & bien-Amez. Noſtre S. Pere le Pape pour aucunes grandes
» & vrgentes cauſes qui fort touchent le bien & vtilité de nous, noſtre
» Royaume & toute la Chreſtienté a enuoyé par deuers nous le Cardinal *S.*
» *Petri ad Vincula*, ſon Neueu, auec toute puiſſance de Legat à *Latere*. Et
» comme tel l'auons receu. Et pour ce que voulons & deſirons ledit Legat
» eſtre receu honorablement en noſtre bonne Ville & Cité de Paris, vous
» prions & neantmoins mandons que ailliez au deuant de luy & le receuiez
» comme tel, en luy faiſant tout honneur & obeïſſance que faire ſe pourra.
» Et ſur ce croyez noſtre amé & feal Chancelier de ce qu'il vous dira de
» par nous. Donné à Vendoſme le 25. iour d'Aouſt. *Sic ſig.* Loys. C. I.
» Dv Ban. *Et erat ſuperſcriptio.* A nos Tres-chers & bien Amez les Re-
» cteur, Docteurs, Maiſtres, Regens & Eſcholiers de noſtre fille l'Vni-
» uerſité de Paris.

Die 10 Sept. in Comitijs Mathurinenſibus electus eſt ex Ordine Theologorum Orator Legatum Apoſtolicum Vniuerſitatis nomine exceptu-rus; quod munus in ſe ſuſcepit M. Guill. Bouylle Decanus. At quia cum Legatus Vrbem ſubijt, tum forte aberat, eius vices ſuppleuit M. Berengarius Mercatoris.

In ſequentibus Comitijs actum ſæpè de proſequenda re Pergamenaria; idque negotij demandatum nonnullis è Facultate Decretorum; quæ lis intentari cœperat an. 1478. Rectore M. Nicolao Columbi. Actum quoque de conſeruatione & defenſione priuilegiorum, ſed illius maximè, quod omnium præcipuum ſemper exiſtimatum, *de non trahi extra muros.*

Cum autem in electione Procuratoris Gallicani fuiſſet orta diſcordia, nec à Facultate Artium die 24. Ian. ſedari potuiſſet; traditæque fuiſſent Claues, libri & alia munimenta Procuratoria M. Mathæo de Nanterre, Senatori Curiæ Parlamentæ, die tandem 22. Feb. latum eſt Senatuſconſultum quod ſequitur.

Entre M. Iacques Ferrebouc Maiſtre ès Arts & Bachelier en Decret, ſoydiſant Procureur de la Nation de France en la Faculté des Arts & Vniuerſité de Paris, demandeur & requerant l'enterinement de certaine Requeſte par luy preſentée à la Cour le 12. iour de Fevrier dernier paſſé, & en ce faiſant les Sceaux, Liures, Regiſtres & autres munimens appartenants audit office de Procureur, eſtants entre les mains de Maiſtre Mathieu de Nanterre Conſeiller du Roy noſtre Sire, & Conſeiller dans la Cour de ceans & autres, s'aucuns en y auoit, luy eſtre baillez & deliurez, comme vray Procureur de ladite Nation pour en ioüir, & executer ledit Offices és formes, & manieres accouſtumées, quoy que ce fuſt par maniere de prouiſion & auſſi deffendeur d'vne part, & Maiſtre Michel Manterme, appellant, Iean de Montigny & autres leurs Conſors, Maiſtres, & Regents de la Nation de France, deffendeurs & auſſi demandeurs, & requerans l'entherinement de certaine Requeſte, & en ce faiſant leſdits Sceaux, Liures, Regiſtres & autres munimens appartenants

audit Office de Procureur eſtre mis és mains du plus ancien Regent de ladite Nation & autres prouiſions à plain declarées en ladite Requeſte, dattée dudit 12. Février dernier paſſé, d'autre. Veüe par la Cour ladite Requeſte aduertiſſemens deſdites parties, Informations eſtants deuers la Cour & tout ce qu'elles ont mis & produit pardeuers certains Commiſſaires ordonnez à ouyr leſdites parties, & tout conſideré. 1480.

Il ſera dit que leſdits Sceaux, Liures, Regiſtres, & autres munimens appartenants audit Office de Procureur de la Nation de France, eſtant de preſent és mains dudit Mathieu de Nanterre Conſeiller & Preſident, & autres s'aucuns en y a, ſeront baillez & deliurez audit Maiſtre Iacques Ferrebourg pour ledit Office de Procureur de la Nation de France, eſtant de preſent és mains dudit Maiſtre Mathieu de Nanterre Conſeiller & Preſident, exercer depuis la prouiſion de ce preſent Arreſt pour le temps, forme, & maniere qu'ont accouſtumé iceluy office exercer les predeceſſeurs Procureurs d'icelle Nation. Et ce par maniere de prouiſion & iuſques à ce que par la Cour autrement en ſoit ordonné, & ſans preiudice des anciens Statuts & obſeruances loüables de ladite Vniuerſité, Faculté des Arts & Nation de France, & pour ce que és elections que l'on a accouſtumé de faire, tant en l'Vniuerſité qu'és Facultez & Nations de la Faculté des Arts, ſe font pluſieurs debats & inſolences & que au temps deſdites elections, l'on fait venir pluſieurs Maiſtres és Arts non demeurans en cette Ville de Paris, ne reſidans actuellement en ladite Vniuerſité, mais ſont demeurans les vns à Meaux, les autres à Rheims, Troyes, Châlons, Chartres, Orleans & autres lieux; La Cour enjoint au Recteur, Maiſtres & Eſcoliers eſtudians en ladite Vniuerſité, qu'ils pouruoient auſdits abuz & inſolences que l'en pretend auoir eſté & eſtre chacun iour commis eſdites eſlections des Offices de ladite Vniuerſité, contre & au preiudice deſdites Statuts anciens & obſeruances loüables d'icelle. Tellement que d'oreſnauant, au moyen deſdites Conuocations ne autrement contre leſdits Statuts anciens & obſeruances loüables ne ſe faſſent plus brigues, debats, & inſolences eſdites elections, & doreſnauant ſe gouuernent ainſi en toutes leurſdites elections, que la Cour n'ayt cauſe de autrement y pourueoir. Et au ſurplus ordonne la Cour, que Maiſtre Iean de Riuolle, Iean de Montigny, Michel Monterme, Iean Noël, Iean de Louuiers & Pierre Trenard appellans, viendront à quinzaine dire leurs cauſes d'appel, & cependant ſeront leſdites reformations faites en cette partie montrées aux gens du Roy pour en venir dire ce qu'il appartiendra.

Eodem an. 1480. aut circiter inſtitutum eſt à Ludouico Rege feſtum Caroli Magni. de quo nos diximus tom. 2. pag. 342. & ſequentibus.

1481. RESVRRECTIO NOMINALIVM.

Anno 1481. reſurrexit Nominalium ſecta exilio & carceribus ab anno 1473. damnata, hocque anno poſtliminio reuocata eſt: redditi libri Magiſtris, & catenis ſoluti Mandato Regis; de quo ſtatim Præpoſitus Pariſienſis certiores fecit Rectorem & Vniuerſitatem. Sic enim legitur in Commentarijs Vniuerſitatis.

Anno Domini 1481. die vltima Aprilis fuit facta Congregatio ad audiendum lecturam litterarum tranſmiſſarum per D. Præpoſitum Pariſienſem **Vniuerſitati Pariſienſi; fuerunt lectæ litteræ D. Præpoſiti Pariſienſis,** quarum tenor ſequitur, & primo ſuperſcripto.

A MONSIEVR LE RECTEVR ET A MESSIEVRS DE NOSTRE MERE L'VNIVERSITE' DE PARIS.

MOnſieur le Recteur! ie me recommande à vous, & à Meſſieurs de noſtre mere l'Vniuerſité, tant comme ie puis. Le Roy m'a chargé faire decloüer & deſfermer tous les Liures des Nominaux qui ja pieça furent ſcellez & cloüez par M. d'Avranches és Colleges de ladite Vniuerſité à Paris, & que ie vous fiſſe ſçauoir que chacun y eſtudiaſt qui voudroit. Et pour ce ie vous prie que le faſſiez ſçauoir par tous leſdits Colleges. Monſieur noſtre Maiſtre Berranger vous en parlera de bouche plus au long & des cauſes qui meuuent le Roy à ce faire, en priant Dieu, Meſſieurs, qu'il vous donne bonne vie & longue. Eſcrit au Pleſſis du Parc ce 29. iour d'Avril. Voſtre fils & ſeruiteur I. DESTOVTEVILLE.

De eadem re ſic legitur in Commentarijs Nationis Germanicæ. Aprilis vltima, anno quo ſupra alma Pariſiorum Vniuerſitas apud S. Mathurinum Eccleſiam 4. ſuper articulis congregata fuit. Primus ad audiendam litterarum lecturam ſiue tenorem à ſupremo D. noſtro Rege, ſeu Pariſiorum Præpoſito Regis voluntate miſſarum, &c. Quantum ad 1. artic. Natio celebriter & optimè congregata ſupremo Domino noſtro Regi, necnon D. Præpoſito Pariſienſi Priuilegiorum Vniuerſitatis Conſeruatori, de bono zelo & affectu erga filiam Vniuerſitatem ſuas litteras communicando, gratias non debitas, ſed poſſibiles habuit Item & Magiſtro noſtro M. Berengario Mercatoris pro laboribus aſſumptis egit gratias. Inſuper & quoad litterarum tenorem, & ſpecialiter Deo ſummo ſingula, vt lubet, in melius commutanti, qui Regis Francorum Chriſtianiſſimi mentem deſuper hoc bono, Paſchali tempore illuminauit, quod memorabile eſt, contra Doctrinam Nominalium famoſiſſimam, facinus non ſine periculis conſilijſque plurimis ſapienter mutauit Decretum. Congratulaturque Natio doctrinam illam ſalubrem, Chriſtianam, Vniuerſitatis fulgorem, totiuſque machinæ mundi lucernam ſuper candelabrum poni, hoc eſt eius libros in Bibliothecis cathenarum ferratis clauſos aperiri Regem Chriſtianiſſimum voluiſſe, Doctoreſque eorum ſapientiæ & ſcientiæ lumine Chriſticolis ex eis reddi conceſſiſſe. Nam vt Dominus Lucæ dicit XI. Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, nec ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant Lucerna enim Doctorum os eorum eſt. Quomodo enim ſapientiæ & ſcientiæ lumen lucerna reddere poſſet, ſi illorum Doctrinæ libri in Bibliothecarum pulpitis, compedibus, cateniſque ferreis, ne aperiri valeant, detineantur? Quomodo inſuper Doctoris lucerna lumine ſapientiæ, ac ſcientiæ doctrinæ Nominalium fumoſiſſimæ refundere poſſit, ſi lucerna cum luce ſub modio abſconderetur? Profecto non videt Natio. Cum igitur à Prædeceſſoribus noſtris non dico nedum irrationabiliter, verum etiam inuidiæ iugis (cum veritas odium protulerit) aut brigarum gratiâ motis circa Nominalium libros apud nos publicè, vel occultè legendos, certa per nos iuramenta obſeruari præceſſerit ordinatio, Alemanorum Nationi, Regis Chriſtianiſſimi voluntati, Pariſiorum Præpoſiti affectui ſe conformanti placuit, quod veritatis & doctrina & via quæ diu latere non poteſt, publicaretur. Interdum enim patitur Iuſtus, ſed non ſemper: & clauſi in compedibus ſeu catenis libri, vt lubet, aperirentur, à Studioſis viſitentur & à Doctoribus dogmatizentur, quicunque etiam Magiſtri doctrinam quam lubet, liberè doceant; vt Horatij illud vulgò dicitur.

1481.

Nullius addictus iurare in verba Magiſtri,
Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes,
Nunc agilis fio, & merſor Ciuilibus vndis:
Virtutis veræ cuſtos rigiduſque ſatelles:
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor
Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.

Vt ſic denique Philoſophiæ ſapientiæque militiam attingere nitentes, neque eius muneris tirones effici, nodos nutricis enodare anhelantes, Philoſophiæ lucernam hoc eſt Nominalium Doctrinam, ſeu libros non in abſcondito hoc eſt tenebroſis ſolitarijſque locis poſitam, neque ſub modio, hoc eſt catenis, vel ferratis clauſam; ſed ſuper candelabrum hoc eſt Bibliothecarum pulpita ſine catenarum clauſuris, ſed ſuper candelabrum, hoc eſt ſuper alias Vniuerſitatis Pariſiorum doctrinas, ſeu ſectas ſcientiæ Nominalium lumen videatur eminere.

In Commentarijs quoque Nationis Picardiæ de eadem Nominalium Reſurrectione ſic legitur. Anno Domini 1481. vltima die menſis April. Alma Pariſienſis Vniuerſitas apud S. Mathurinum hora 8. de mane fuit

ſolemniter congregata ad audiendum quaſdam litteras à D. Præpoſito Pariſ. miſſas D. Rectori & præfatæ Vniuerſitati per Magiſtrum noſtrum M. Berengarium Mercatoris qui venerat à ſupremi Regis Curia. Auditis dictis litteris quæ continebant virtualiter quomodo D. Præpoſitus acceperat à ſupremo D. noſtro Rege qualiter ſibi placebat quod libri Nominalium aliàs per Reuerendum Patrem D. Epiſcopum Abrincenſem incatenati & clauati atque interdicti ſoluerentur & deligarentur, vt liberè volentes in ipſis ſtudere, ſtuderent. Placuit meæ Nationi vt litteræ illæ darentur executioni, & quod honorandus D. Rector hoc mandaret fieri per ſingula Collegia, vt abſque ſcrupulo omnes ad nutum viæ & opinioni tam Realium quàm Nominalium vacarent ſtudentes; quamuis aliàs tempore Procurationis docti viri M. Petri Caronis, ſcilicet anno Domini 1473. via ac Doctrina dictorum Nominalium fuerit prohibita ex præcepto Regio certis de cauſis, & nunc certioribus alijs cauſis eſt aperta quas in parte in facie Vniuerſitatis venerandus M. noſter Berengarius allegauit, cum dictæ litteræ hoc ſibi præciperent. Et pro laboribus in re dicta aſſumptis ſupremo D. noſtro Regi D. Præpoſito Pariſ. & Magiſtro noſtro reddidit Natio ingentes gratiarum actiones. Acta fuerunt hæc præſentibus venerabilibus & diſcretis viris DD. & MM. Petro Bouuart Receptore dictæ Nationis, Roberto d'Oreſmeaux, Petro Gouy, Bertrando Pigonce & pluribus alijs anno, menſe & die prædictis, teſte meo manuale ſigno hîc appoſito, BERNARDVS PINTE, cum ſyngrapha. *Ita eſt.* 1481.

Ex his patet M Berengarium Mercatoris plurimum inſtitiſſe apud Regem pro libertate Nominalium: quam in rem quoque ſtudiosè incubuiſſe legimus M. Martinum Magiſtri Doctorem Sorbonicum Regi ab Elemoſynis magnæque virum authoritatis. De quo ſic Gaguinus Epiſt. 63. ad Trithemium, *Sed hunc*, inquit, *cum ex Schola Pariſienſi Rex Francorum Ludouicus* XI. *propter hominis celebrem famam accerſiuiſſet, mors immatura aſſumpſit, quinquageſimum agentem annum*; videlicet an. 1482. Ille autem inter Nominales celeberrimus, & in lucem edidit librum quem ſic inſcripſit, *Tractatus Conſequentiarum in vera diuaque Nominalium via.*

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes de Monaſterio, qui acceptâ dignitate Rectoriâ, magno comitatu deductus eſt in ædes ſuas San-Geruaſianas, *vbi præbuit vinum & ſpecies*, vt tunc loquebantur.

Die 11. Iulij facta apud Mathurinenſes Congregatione decretum vt D. Rector cum nobili Comitatu adiret Epiſcopum Maſſilienſem, quem M. Robertus Gaguinus nomine Vniuerſitatis excepit eleganti oratione & congratulatione, miſſum quippe Lutetiam, vt vrbem, Rege abſente regeret. Eius autem Oratio talis eſt.

ORATIO ROBERTI GAGVINI NOMINE VNIVERSITATIS AD EPISCOPVM MASSILIENSEM.

PRIVSQVAM huc intrarem, Magnificentiſſime Pontifex! dicturus apud te hominem dignitate, fama, gloriaque longè vulgatum, ſollicitus eram maximè, quo te ſatis digno exorſu quaue Majeſtate orationis conuenirem. Verebar enim videri tibi parum Vrbanus, qui Monaſticos ritus potius quàm Ciuitatis mores edidici. Verum vbi te hoc loco primum conſpexi, & ſum intuitus grauem hanc faciem tuam & totius corporis tui compaginem, conſolata eſt me benigniſſima humanitas atque ſapientia: quas virtutes ſimul cum ætatis grauitate impartiſſe tibi Deum credidi-rim. Accedit ad noſtram conſolationem magnæ Parentis noſtræ Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis authoritas: cuius ego nomine, ſi tua magnificentia ferret, nunc ſum paucis locuturus. Enimvero poſtquam ſapientiſſima Parens noſtra te accepit Chriſtianiſſimi Patris ſui Regis vices geſturum, & ſummâ apud Pariſios poteſtate potiri, decere arbitrata eſt, poſt ciuium exhibitas tibi congratulationes, ſuam quoque adiungere: vt quæ inter Regis illuſtriſſimas filias primogenita eſt & habetur, te Patris loco veneraretur, & gratitudinem impartiret ſuam. Non enim æſtimare poteſt magnis te animi muneribus non eſſe à Rege Patre ſuo comprobatum, qui ad Regni primariam vrbem Rector ſis deſtinatus. In quâ cum ſuperioribus

1481. „ annis viſi ſint tam conſpicui homines præſediſſe, facile coniectamus ad
„ generoſos tuos mores & hanc Pontificiam dignitatem, prudentiam quo-
„ que, induſtriam, diligentiam, fidem, probitatemque eſſe coniunctas.
„ Itavt qui inter primos Regni Iudices iugiter conuerſaturus es, ames &
„ colas Iuſtitiam, litteras quoque & Doctrinam non paruipendas qui vide-
„ licet præ oculis ſemper ſis habiturus præcellentiſſimos omnium Artium
„ authores, quibus velut ſplendidiſſimis luminaribus Parens noſtra Vniuer-
„ ſitas & per eam Orbis Chriſtianus illuſtratur.
„ Neque fruſtra certè ſapientiſſimus Rex magnam de tua virtute ſpem
„ accepit, qui memoriâ tenet quantus apud Renatum Siciliæ Regem ex-
„ titiſti, quantaque benignitate & modeſtiâ, quantâ amplitudine & maie-
„ ſtate quadam principandi Prouinciam fueris longo tempore moderatus.
„ Ità enim apud Prouinciales tum ſtatutis & bonarum legum inſtitutione,
„ tum modeſtâ tributorum diſpenſatione præfuiſti; vt nullum illic munici-
„ pium, oppidum nullum, nullaque Ciuitas te Patronum & Patrem ſuum
„ non appellet. Haber propterea gratias ingentes glorioſiſſimo Patri ſuo
„ Regi noſtra Parens Vniuerſitas qui te talem Ciuitati ſuæ præficere voluit
„ Præſidem & Rectorem. Conciuibus verò noſtris & vobis Pariſiorum in-
„ colis congaudemus, qui tuo ductu, tuo patrocinio ac protectione firma-
„ ti tranquillâ moderatione fruentur. Tuæ quidem Dignitati atque ma-
„ gnificentiæ ſapientiſſima ipſa Parens gratulatur.
„ Optat ſalutem, & proſperitatem comprecatur ſempiternam, proſpe-
„ ritatem dico, qua diutiſſimè viuas, quâ Lutetiam Pariſiorum gemmatam
„ reddas, quâ litterarum & bonarum Artium Parentem noſtram Vniuerſi-
„ tatem ames, colas, amplies & facias tua ope & patrocinijs auctiorem. In
„ quâ re procuranda nihil eſt quod ad tuam gloriam maius adijcere poſſis.
„ *Carolus enim ille Magnus & Diuus Rex atque Imperator, etſi bellicis rebus &*
„ *rerum publicarum iuſtiſſimè ſibi viderit ingentem ſupra modum gloriam peperiſ-*
„ *ſe, illud tamen omne quod egregium geſſerat, obſcurum fore cenſuit, niſi hoc ce-*
„ *lebre ſtudium, niſi hoc ſapientiæ domicilium & litterarum gymnaſium apud Pa-*
„ *riſios collocaret, plus de ſe ſplendoris & gloriæ poſteritati relicturum ſe arbitra-*
„ *tus curâ & inſtitutione litterariæ quàm bellicæ claritatis. Celebratur etiam ille*
„ *Cecrops conditor Athenarum, ſed ampliorem ſibi laudem meruit Piſiſtratus qui*
„ *primus apud Athenas libros palam exhibuit relegendos.* Eſdræ quoque Sacer-
„ dotis gloria propter Legem Dei & libros inſtauratos facta eſt auctior
„ quàm propter deſolatæ vrbis Ieruſalem reſtitutionem. Nec Ptolomæum
„ Philadelphum tantùm illuſtrat Regium diadema quàm Bibliothecæ con-
„ ſtructio in quam ſupra quingenta millia librorum digeſſiſſe memoratur,
„ adeo præſtat cæteris rebus amor & cultus litterarum, quas ſi ſeculi homi-
„ nes plurimi ſumma veneratione coluerunt, quid faciat Dei Sacerdos &
„ Pontifex? Quid facias celſius, magnificentiſſime Præſul! quàm altricem
„ atque educatricem ſapientiæ tutari? Tibi Rex glorioſus cum Pariſiorum
„ vrbes & Ciues commendauit, intellexit quoque Vniuerſitatem ipſam ſtu-
„ dij eſſe commendatam, in quâ cum duæ præcipuæ virtutes principentur,
„ Iuſtitia & ſapientia, alteram ſine altera rectè moderari non potes. Illa
„ in perniciem malorum gladium exerit; hæc, qualiter diſtringas, docet.
„ Afferrem tibi ex Ægyptijs externiſque Nationibus exempla, niſi fœcun-
„ diſſimus eſſes rerum geſtarum: hoc vnum noſtri ad te aduentus cauſâ com-
„ memoraſſe ſatis ſit. Si illuſtrem hanc parentem noſtram defenſandam
„ ſuſcipias, Francorum pariter imperium & Religionem Catholicam tu-
„ taberis. Nam vt multa celeberrima & memoratu digna prætermittam,
„ vna eſt quæ Reipub. ſaluti ſemper conſuluit; quæ malleo veritatis contu-
„ dit errores, quæ ſe fidei hoſtibus magnis viribus oppoſuit, ad quam non
„ ex Gallijs modò, ſed ex terris omnibus quæ Chriſtum colunt, confugitur:
„ cum de ſacris inſtitutis & humanis rebus quædam dubietas inſurgit. Orat
„ igitur tuam dignitatem atque præſtantiam ſupplex totius diſciplinæ Pa-
„ rens, ſe & ſuos alumnos ſapientiæ profeſſores commendatos ſuſcipias.
„ Aſſis eis tutor, aſſis Pater, aſſis Pontifex, cuius officio maximè congruit

Clerum dirigere, & in Clero litterarum & prudentiæ ſectatores in primis « 1481.
honoratos habere. Si huic voto piæ Vniuerſitatis aſſenſerit tua benigni- «
tas, ea tibi ſe offert inexpugnabilem murum aduerſus tuæ dignitatis ini- «
micos: Ea ſe apud Deum patronam tuæ ſalutis conſtituit, & in rem tuam «
quidquid conſilij habet, ſe impenſuram magno animo vouet & totis præ- «
cordijs profitetur. Tu illam commendatam, vt amplectaris, prona & ſup- «
plex efflagitat. «

Credibile eſt hanc orationem dictam à Gaguino fuiſſe 18. aut 19. Iulij: nam 20. habita ſunt Comitia Mathurinenſia, in quibus ipſe retulit quàm benignè excepta fuiſſet Vniuerſitas ab Epiſcopo prædicto: quamobrem illi ab omnibus Ordinibus actæ ſunt gratiæ. Item auditi & alij Oratores qui ad Præpoſitum Mercatorum & Scabinos miſſi fuerant, à quibus gratiſſimum reſponſum pro tuitione priuilegiorum retulerant. Hocce enim tempore Vniuerſitas apud omnes Curias de ſuis Priuilegijs periclitabatur; nihilque frequentius legitur in Commentarijs noſtris, quàm Legationum frequentia ad Regem, ad Curiam Parlamenti, ad Generales, ad Scabinos, pro tuitione & conſeruatione priuilegiorum.

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Eligius de Vaugerme Nationis Picardorum. Die 25. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium actum eſt de Reformatione Collegiorum & Pædagogiorum: ac proinde ex ſingulis Nationibus delecti ſunt Reformatores.

Et 27. eiuſdem menſis apud Mathurinenſes actum præcipuè de legatione ad Regem mittenda pro priuilegijs conſeruandis.

Die 9. Nouemb. in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium queſtus eſt Rector M. Eligius de Vaugerme de quibuſdam Theſibus, ſeu poſitionibus Philoſophorum in vico ſtramineo contra Rectoriam dignitatem & ipſiuſmet Rectoris perſonam propoſitis; quamobrem ex ſingulis Nationibus delecti ſunt viri, qui inquirerent in rei veritatem; veritumque materiam illam deferre ad alios Iudices quàm ad ipſam Facultatem, aut ad Vniuerſitatem, iuxta ſupplicationem M. Petri Rumont.

Die 28. eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus Idem Rector queſtus eſt de quibuſdam falſarijs qui Sigillo Vniuerſitatis factitio & falſo abutebantur; decretumque vt in eos inquireretur. Item rurſus queſtus eſt de theſibus vici ſtraminei. Tunc M. Petrus Rumont qui eas propoſuerat, petijt à D. Rectore errati veniam, & obtinuit. Sic enim legitur in Commentarijs Nationis Germanicæ. Quantum ad 4. ſupplicauit M. « Petrus Rumont in Vniuerſitate ſuper materiam tangentem 2. artic. vt « placeret D. Rectori dare ſibi veniam, & ibidem D. Rector coram Vniuer- « ſitate dedit ſibi veniam, & parſit ei ſua malefacta. Et ibidem ordinauit « Vniuerſitas quod in poſterum in poſitionibus tuendis in vico ſtraminis « non poneretur nomen alicuius Regentis, vel Officij, vel alicuius ſimpli- « cis Magiſtri, ſub pœnâ priuationis æternæ. «

Die 17. Decemb. habitis Comitijs San-Iulianenſibus ad electionem Rectoris, M. Eligius de Vaugerme Antiquus & Franciæ Procurator re infectâ, diſceſſerunt conniuente Normano. Picardiæ Procurator Electores ad Sacramentum admittere rogatus, Rectorem egit & admiſit. Illi ergo Conclaue ingreſſi eligunt in Rectorem M. Renatum d'Illiers in Collegio Bonorum Puerorum habitantem, ſtatimque iubetur Antiquus Electo Inſignia tradere Rectoria. Eo verò recuſante, habentur die 20. Comitia Vniuerſitatis, & placuit omnibus vt ipſe Antiquus, aut redderet Electo, aut in Arcam communem reponeret. Nominantur qui eum conueniant MM. Robertus Gaguinus Decretorum Doctor ac Decanus & Ioan. de Sallandria Doctor Theologus, ſed nihil promouent. Habentur denuò Comitia Generalia die Sabbati 22. & dicuntur ſententiæ de ipſius priuatione. Talis tamen fuit Concluſio, non priuandum ante diem Lunæ proximum, ad Comitia vocandum, vt priuationem ſuam audiat. Inſuper vt quæ *fecit à receſſu ipſius ab Eccleſia, ſeu Monaſterio S. Iuliani, ſint irrita &*

DISCORDIA IN ELECTIONE RECTORIA.

tanquam à non Rectore facta. Voluit quoque ipſa Vniuerſitas *quod inhibeatur DD. Conſeruatori & Notarijs Curiæ Conſeruationis, ne amodò expediant aliquas litteras ſub nomine dicti Antiqui, & quod fiat ſigillum nouum differens ab alio, & hodie ſi poſſibile ſit,* voluitque præterea Antiquum Procuratorem Normaniæ qui cum ipſo Eligio autor fuerat diſcordiæ, cogi ad deponenda Inſignia Procuratoria tradendaque nouo Procuratori, ſecùs priuari.

1481.

Veritus verò M. Eligius Antiquus Rector ne tandem ipſa inſignia reddere cogeretur, Curiam Parlamentæam adit eodem die, & deponit apud ipſius ſcribam, vt ipſius Curiæ Acta teſtantur. *Ce iour 22. Decemb. M. Eloy de Vaugermes, ſoy diſant Recteur de l'Vniuerſité de Paris comparant en perſonne en obeïſſant à l'appointement de la Cour, a mis au Greffe d'icelle les Sceaux, Regiſtres, Clefs & munimens de ladite Rectorie, ſans preiudice de ſes droits. M. Guy du Chaſteau & Richard Alexandre Intrans de la Nation de France & Normandie, preſens auſſi en leurs perſonnes appellans de certaines aſſemblées & Concluſions faites, tant par M. Iean Huë que autres de ladite Vniuerſité, ſ'oppoſent audit Greffe, que leſdits Sceaux, Regiſtres, Clefs & Munimens ne ſoient deliurez, ne mis hors dudit Greffe à l'inſtance dudit Huë ne autrement ſans les oüir, & ſont preſts de dire leurs cauſes d'oppoſition & toutefois qu'il plaira à la Cour. Fait en Parlement le 22. Decembre 1481.*

Hinc patet prædictum d'Illiers à duobus tantùm Electoribus, ſeu Intrantibus fuiſſe electum, Picardo & Germano, quod omnino repugnabat Statutis Facultatis Artium. Nihilominus poſcitur in Rectorem, & fabricatur nouum ſigillum. Ad diſſidium huiuſmodi componendum aditur Curia. Electus ſupplicem libellum offert, die 28. Decemb. Inſigniaque Rectoria apud ipſam depoſita ſibi tradi poſtulat. Aduerſantur Antiquus & duo Intrantes Franciæ & Normaniæ. Fit tandem Senatuſconſultum eiuſmodi die 5. Ianu.

Entre M. René d'Illiers, ſoy diſant Recteur de l'Vniuerſité de Paris, demandeur & requerant l'enterinement de certaine Requeſte par luy baillée à la Cour le 28. iour de Decembre dernier paſſé, & icelle enterinant, que les Sceaux, Liures, & autres Munimens de la Rectorie de ladite Vniuerſité eſtant au Greffe de ladite Cour, luy ſoient baillez & deliurez. Et deffendeur à l'enterinement de certaine autre Requeſte baillée à la Cour par M. Eloy de Vaugermes n'agueres Recteur de ladite Vniuerſité, & de M. Guy du Chaſteau, & Richard Alexandre d'vne part, & leſdits M. Eloy, du Chaſteau & Alexandre appellans & deffendeurs à l'enterinement de la Requeſte dudit d'Illiers & requerans l'enterinement de certaine autre requeſte par eux baillée à ladite Cour, & en icelle enterinant, que ledit d'Illiers & autres qui ont fait contrefaire & grauer leſdits Sceaux de ladite Rectorie de ladite Vniuerſité, depuis que les vrays Sceaux, Liures & Munimens eſtoient au Greffe fuſſent rendus audit M. Eloy comme Recteur, pour en ioüir iuſques à ce que l'Election du Recteur encommencée fuſt confirmée ſelon les Statuts de la Faculté des Arts, & que deffenſes fuſſent faites audit d'Illiers & autres Parties aduerſes de non attenter contre leſdites appellations.

Veües par la Cour leſdites Requeſtes, les aduertiſſemens deſdites Parties & tout ce qu'elles ont mis & produit par deuant certains Commiſſaires ordonnez pour les oüir. Oüy le rapport deſdits Commiſſaires, & tout conſideré. LA COVR *a ordonné & ordonne que M. Iean d'Auril & Iean de Fougerais Conſeillers du Roy dans ladite Cour, ſe tranſporteront en ladite Vniuerſité, & illec par les Nations & Facultez feront deliberer ſi ladite Vniuerſité a pour agreable l'Election faite de la perſonne de M. René d'Illiers en Recteur en icelle Vniuerſité & ou cas que icelle Election ne ſera pas agreable à ladite Vniuerſité, la Faculté des Arts procedera en la preſence deſdits deux nouueaux Intrans pour les Nations de France & Normandie, autres que leſdits Alexandre, & du Chaſteau, ſçauoir MM. Nicolle l'Allier & Iean le Moine, leſquels procederont auec les Intrans ja eſleuz des Nations de Picardie & Allemagne, à l'élection du Recteur ſelon les Statuts de ladite Vniuerſité, & au Recteur qui ainſi ſera confirmé & éleu, ſeront baillez les Liures, Sceaux anciens & autres Munimens de ladite Rectorie. Et ſera le Sceau ou Sceaux nouuellement faits, caſſez & rompus comme faits en*

attentant

attentant contre l'Ordonnance de ladite Cour, & a defendu & defend ladite Cour à tous & chacuns les Suppoſts de ladite Vniuerſité, ſur peine de banniſſement de ce Royaume, que d'icy en auant ils n'enuoyent ès autres Villes, ne hors de la ville de Paris querir Maiſtres en Arts, non reſidans en icelle Vniuerſité, pour eſtre ès aſſemblées d'aucuns Offices, ou Nominations aux Benefices; & auſdits non reſidans qu'ils ne s'y trouuent ſur leſdites peines. Et auec ce leur a defendu & defend ſur les peines deſſuſdites de non faire pactions, promeſſes, & conuenances touchant les Elections des Offices de ladite Vniuerſité & des Nominations aux Benefices à elle appartenants. Et à M. Robert Maſemgarbe Scribe de Conſeruation des Priuileges Apoſtoliques de ladite Vniuerſité, & à M. Iean Simon Scribe de ladite Vniuerſité, & à tous autres Suppoſts d'icelle qu'ils ne reçoiuent & baillent aucuns gages, ſcedules ou obligations touchant les promeſſes & ſtipulations deſdits Offices & Nominations à Benefice, & ce ſur les meſmes peines que deſſus, de perdre leſdits gages, & autres arbitraires telles que la Cour l'ordonnera, ſelon l'exigence des cas. Et auec ce enjoint la Cour à tous leſdits Suppoſts, quand leurs Aſſemblées, actes, deliberations de ladite Vniuerſité ſe feront, qu'ils ſe gouuernent honneſtement ſans tumultes, inſolences, & voyes de fait, & ce ſur peine de priſon ou autre telle amande arbitraire que ladite Cour ordonnera, & ne laiſſent entrer en leurs deliberations, & aſſemblées aucuns non Graduez, & qui ne doiuent auoir voix en leurſdites Congregations & aſſemblées. Et le tout ſans preiudice des Appellations interiettées par leſdits Maiſtre Eloy & ſes Conſors. Fait ce 5. Ianuier. 1481.

De Tumultibus qui in Electione præcedenti contigerant, hæc ſcribit Robertus Gaguinus Ep. 35. ad Ioannem Drieſcum Rationum Regiarum Computorem. Nonnunquam me Scholaſticorum clamores & iuges rixæ contriſtant; à quibus orta eſt in deligendo poſtremo Rectore grauior « longè quàm olim viſa eſt contentio; alijs in alios nunc conuicijs, nunc « contumelijs atrociter pugnantibus, non aliter ac Aleciarias & Piſcatri- « ces aiunt ſeſe criminari, & feros interdum vngues inuoluere in capil- « los. Nec prius triduo toto diſceſſum eſt, quàm biceps Vniuerſitas no- « ſtra facta eſt. Itaque pro vno duos Rectores, imò verò Sectores habet, « alterum Francum, Picardum alterum. Concionem hodie apud me ha- « buit Picardus, Franco Curiam Parlamenti appellante. Oſtiarius à Patri- « bus miſſus concionem diremit. Itum eſt ad Iudices qui *ius dicant. Mini-* « *mè profectò mirum eſt oriri de Imperijs certamina, cum ob trimeſtrem Magi-* « *ſtratum Scholaſtici pugnent. Sed noſti quas turbas liberalium Artium Collegia* « *ſemper excitent. Sunt in illis temerarij adoleſcentes multi, quorum tam ſæua eſt* « *vis, vt non ſit ſenioribus ſua authoritas. Nulla eſt diſciplina conſeruandi maio-* « *ribus honoris. Quo quiſque efferacius clamat, eo potiore eſt ſuffragio.* «

Porrò vt tandem iſti diſcordiæ finem imponamus, non video proceſſum fuiſſe ad nouam Electionem; quinimo M. Renatum d'Illiers omnibus gratum & acceptum, omnium quoque, aut ſaltem plurium calculo fuiſſe confirmatum. Nam eadem die 5. Ianu. habitis generalibus Comitijs à Decano Facultatis Theol (incerto quippe Rectore & diſſidentibus Nationibus) poſtquam auditi ſunt Duumviri à Curia miſſi, vna tantum Natio Normanica electionem improbare inuenta eſt. Res ſic legitur in Actis Vniuerſitatis.

Die 5. Ianu. fuit facta Congregatio per M. Ioannem Huë Decanum « Facultatis Theol. de ordinatione Curiæ Parlamenti ad audiendum DD. « Conſiliarios per dictam Curiam Parlamenti commiſſos & ordinationem « eiuſdem Curiæ ſuper diſcordia orta occaſione Rectoriæ. 2. Communis « ſuper ſupplic. & iniurijs. Quoad 1. art. DD. & MM. Ioan. Auril & Ioa. « Feugerais Conſiliarij D. noſtri Regis in ſua Curia Parlamenti & per eandem Curiam deputati ad veniendum apud dictam Vniuerſitatem & ſignificandum Ordinationem dictæ Curiæ, *declarauerunt voluntatem Curiæ &* « *legere fecerunt appunctuamentum dictæ Curiæ, ſuper quo deliberandum remiſe-* « *runt ad ſingulas Facultates & Nationes.* «

Super 1. art. Natio Franciæ 1. habet gratiarum actiones permaximas «

» DD. Conſiliarijs Curiæ Parlamenti de pœnis & laboribus per eos aſſum-
1478. » ptis & habet electionem D. & M. Renati ratam & gratam; & ſupplicauit
» alijs Facultatibus vt habeant huiuſmodi electionem ratam & gratam.
» Natio Picardiæ habet gratiarum actiones DD. Conſiliarijs de pœnis &
» laboribus, & habet electionem ratam & gratam & dat ſibi adiunctionem.
» Natio Normaniæ deliberauit coram DD. Commiſſarijs Curiæ Parla-
» menti qui retulerunt quia maior pars erat in infirmatione Electionis.
» Almaniæ Natio habet gratias ingentes DD. Commiſſarijs & ratificat
» electionem D. Rectoris.
» Facultas Medicinæ deliberauit in hunc modum. Imprimis habet gra-
» tias DD. Commiſſarijs de pœnis & laboribus, & habuit & habet Conclu-
» ſionem ſuam aliàs in hac materia datam, ratam & gratam & ſtat in aliàs
» deliberatis.
» Facultas Decretorum deliberauit in hunc modum. Imprimis habet
» gratiarum actiones ſupremæ Curiæ Parlamenti & DD. Conſiliarijs qui la-
» borant ad pacem. Et eidem Facultati diſplicent ſcandala & ſignanter
» vltimæ turbationes. Et placet materiam iſtarum turbationum viriliter
» proſequi, & quod Turbatores atrociter puniantur, & ſignanter illi qui
» in D. Antiquum manus injecerunt, & dat contra illos adiunctionem, &
» requirit Conſulibus vt in Curia Parlamenti Iuſtitia de prædictis turbato-
» ribus miniſtretur. Quoad factum in ſe, ſtat in aliàs deliberatis, & habet
» & tenet M. Renatum pro Rectore.
» Facultas Theol. deliberauit, quod gratias agit DD Deputatis de pœ-
» nis & laboribus. Et quoad factum in ſe, ſtat in aliàs deliberatis. Habuit
» & habet electionem D. & M. Renati, ratam & gratam & reputat eum
» Rectorem.
» Tota Vniuerſitas per organum dicti Decani Facultatis Theol. videl.
» M. Io. Huë deliberauit in hunc modum. Quod conformiter ad vltimam
» ſuam Concluſionem, tenebat & reputabat M. Renatum Rectorem ipſius
» Vniuerſitatis, & quod electionem ipſius in Rectorem aliàs confirmaue-
» rat, & adhuc confirmabat.

Eo Rectore, Vniuerſitas porrexit Curiæ ſupplicem libellum & interceſſit ne Veſtales quędam dictæ de l'*Aue Maria*, erigerent Conuentum eo loco vbi Beguinæ eſſe ſolebant; qua de re ſic legitur in Actis Curiæ ad 8 Feb.

Ce iour le Recteur de l'Vniuerſité de Paris accompagné de pluſieurs Maiſtres en Theologie, tant des 4. Ordres Mendians que autres, eſt venu en ladite Cour & a fait dire par la bouche de M *Iean Berranger Maiſtre en Theologie que l'Vniuerſité perſeueroit en l'oppoſition que elle auoit autrefois faite touchant les Religieuſes de l'* Aue Maria, *qui veulent eriger vn Conuent en l'Hoſtel iadis appellé les Beguines en cette ville de Paris, & conſentoit que les Religieuſes de ſainte Claire qui demandent à y eſtre miſes, y ſoient receües ſelon leur Profeſſion & Ordre. A quoy a eſté répondu par ladite Cour que elle verroit le Procez appointé en droit ceans, & feroit raiſon & Iuſtice aux Parties, ainſi qu'il appartiendra par raiſon.*

Die 7. Martij in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt de lite proſequenda aduerſus Pergamenarios, de rationibus nondum per antiquum Rectorem redditis; item de ſupplicationibus duorum Magiſtrorum in Theologia contendentium, ſcilicet M. Ioannis Raulini de Collegio Nauarrico, & M. Martini Magiſtri de Collegio S. Barbaræ; vtriuſque verò Vniuerſitatis adiunctionem petentis: quam neutri placuit dare, imò rogati ſunt paci ſtudere.

Anno 1482 cum grauis eſſet annona, affixæ ſunt multis in locis ſcedu-
1482. læ, quibus Rectores Reipub. præſertim verò Epiſcopus Maſſilienſis notabantur; quamobrem ille apud Palatium Conſilium habuit ad quod Proceres quoque Academiæ vocatos voluit. Interfuit inter cæteros Robertus Gaguinus Mathurinorum Miniſter Generalis, qui penultimâ die April. in Comitijs Mathurinenſibus retulit quæ ſibi & alijs Vniuerſitatis Legatis mandata fuerant, quâ de re ſic legitur in Commentarijs Nationis Germanicæ.

Anno quo ſupra, penultimâ die menſis Aprilis, congregata fuit apud S. Mathurinum alma Vniuerſitas Pariſ. ſuper 2. art. Primus fuit ad audiendum quid D D. Deputati fecerant in Conſilio quodã quod apud Palatium occaſione Reipublicæ & annonæ ſolito carioris per Reuerendum D. Epiſcopum Maſſilienſem Locum tenentem Regis fuerat celebratum. Secundus fuit communis. Quantum ad primum D. Generalis Ordinis S. Trinitatis vnus Deputatorum retulit quod Reuerendus in Chriſto Pater D. Epiſcopus Maſſilienſis viſus eſſet voluiſſe illam ſuſpicionem illorum libellorum qui valuis & poſtibus hic & illic appenſi multis mercatoribus & Reipublicæ Rectoribus minarentur, in Scholaribus inſimulare, niſi Vniuerſitatem virtute, diſciplina & arte commendans contra ſuaſiſſet, huiuſmodi ſuſpicionem potius ad plebem inopem & non ſaturatam pertinere, ſeque non credere Scholares aliquos de tanto nefas committendo cogitaſſe, nedum conſcios eſſe. Demum prædictum Epiſcopum voluiſſe hæc Vniuerſitati nuntiatum iri, ſi qui Scholarium rei eſſent, eos puniri; ſi non, ſaltem per bonam diſciplinam pro futuro, ab omni flagitio procul ſeruari. Item aliquos notabiles deputari per Vniuerſitatem, qui requiſiti his & illis Conſilijs interſint, ſalubre Conſilium Reipub. adminiſtraturi. Præterea D. Rector fecit legi paruas litteras, quas D. Præpoſitus ex Rege recipiens quondam Vniuerſitati communicauerat, quarum tenor erat, quod illi libri Nominalium qui olim ab Vniuerſitate ablati apud Præſidentem ſeruabantur, ſinguli ſingulis quibus pertinebant, reſtituerentur. Super iſtis, placuit Nationi, ſi qui prædictæ ſuſpicionis conſcij eſſent, eos ab Vniuerſitate expelli & puniri; & pro futuro Scholares à nefas ſeruari, deputareque qui Conſilijs intereſſent; pro ſuperioribus Facultatibus eos quos ſua Facultas ordinaret, pro Facultate Artium M. Ioannem de Martigniaco; egitque gratias D. Regi, D. Præpoſito Pariſ. qui litteras communicauerat. 1482. De Nominalibus Libris.

Die 17. Maij in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt præſertim de reſtitutione librorum Nominalium, decretumque vt illi redderentur ijs ad quos pertinere dignoſcerentur; vt conſtat ex Commentarijs, ſeu Regeſtis omnium Facultatum & Nationum. In Regeſtis quidem Vniuerſitatis ſic legimus.

Anno Domini 1482. die Veneris poſt Aſcenſionem Domini 17. menſis Maij Congregatio facta apud S. Mathurinum ad audiẽdum ea quæ nobilis & ſcientificus vir M. Michaël le Boulanger D. noſtri Regis in ſua venerabili Curia Pariſienſi Conſiliarius nobis dicturus erat in præſentia D. Præpoſiti Pariſ. comparuit Præfatus M. Michaël le Boulanger in Præſentia M. Locum-tenentis Criminalis per D. Præpoſitum Pariſ. tranſmiſſi, qui Vniuerſitati expoſuit quod D. noſter Rex eidem reſcripſerat, quod dictos libros Nominalium in manu defuncti Præſidentis primi eius Patris depoſitos reſtitueret; & ea de cauſâ ciuſmodi libros ibidem afferri fecit, & diuiſit in huiuſmodi Congregatione, vt reſtituerentur. Vniuerſitas agit gratias Regiæ maieſtati de reſtitutione librorum, D. Præpoſito Pariſ. & M. Michaëli le Boulanger, & concluſit vt ponerentur in manu ſcribæ, & reſtituerentur illis quorum intereſt, habendo quittantiam, vt illi qui voluerint ſtudere, ſtudeant doctrinæ Nominalium, & fiat Concluſio in formâ.

Similiter in libro Picardicæ Nationis fol. 185. verſo & 186. recto ſic legitur.

Anno Domini 1482. die 17. Maij fuit Alma Pariſ. Vniuerſitas per D. Rectorem apud S. Mathurinum ſolemniter conuocata ad audiendum illa quæ dicturus erat M. Michaël Boulanger in Vniuerſitate, & in præſentia D. Præpoſiti Pariſ. vel ſui Locum-tenentis, qui recitauit in dicta Congregatione ſe recepiſſe litteras à ſupremo D. noſtro Rege in quibus caueatur quod dictus ſupremus noſter Rex volebat libros Nominalium quos M. Ioannes Boulanger primus Præſidens in Parlamento iam defunctus habebat, eſſe reſtitutos in Vniuerſitate illis ad quos pertinebant; &

„ quod illi qui vellent amodò ſtudere in illâ viâ Nominalium, ſtuderent.
1482. „ Similiter recitauit Locum-tenens D. Præpoſiti Pariſienſis dictum Præpo-
„ ſitum recepiſſe litteras ſuper eadem materia. Habuit Natio innumera-
„ biles gratias ſupremo noſtro Regi de bono zelo quem habet erga Vni-
„ uerſitatem: ſimiliter D. Præpoſito Pariſ. & M. Michaëli Boulanger de
„ bona diligentia facta per ipſos in executione ſuarum litterarum. Et pla-
„ cuit Nationi quod libri illi Nominalium portarentur domum Scribæ
„ Vniuerſitatis, qui haberet reſtituere vnicuique quod ſuum eſſet. Acta
„ fuerunt hæc in præſentia D. Receptoris M. Petri Caronis, M. Bertrandi
„ Pigonce, Ioa. de Campis M. Io. Bredoublé & plurimorum aliorum. Si-
„ gnatum M. Doüart cum ſyngrapha.

Addit Procurator Nationis Germanicæ in eadem Congregatione ſup-
plicem acceſſiſſe & veniam petijſſe quendam Iuuenem ab Officiali Pariſ.
„ miſſum ſigilli Vniuerſitatis fictorem. Item in prædictâ Congregatione
„ comparuit vnus Iuuenis miſſus à D. Officiali Pariſ. veniam ab Vniuerſi-
„ tate petens & emendam faciens quod ex ſigillo Rectoris etiam falsè ſi-
„ mulato queſtum fecerat & ad vſum ſuum contraxerat. Et erat emenda
„ Nationi grata.

Die 6. Iunij habitis Comitijs lectæ ſunt Regis litteræ quas M. Dio-
nyſius Citharoedus Cancellarius Vniuerſitatis Pariſ. cum Facultate
Theologica litem tunc exercens, eo quod ipſius Comitijs præſidere &
præeſſe affectabat, priuationem veritus impetrauerat. Reſponſum eſt
autem Vniuerſitatem paratam eſſe Regijs Mandatis parere, nec ſe de
priuatione illa cogitare.

NATIONIS GALL. STATVTA. „ Die 24. menſis Iulij Natio Gallicana quaſdam conſuetudines & abu-
„ ſus reformat hocce nouo ſtatuto, quod legitur in Codice ipſius mem-
„ branaceo.

„ VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis nos omnes & ſinguli Magi-
„ ſtri Nationis Gallicanæ apud S. Math. ſub debito iuramenti ad ſtatuen-
„ dum pro tertia vice, vt moris eſt, ſolemniter conuocati die Mercurij 24.
„ menſis Iulij anno Domini 1482. ſalutem. Notum facimus quod nos at-
„ tendentes ſtatum noſtræ Communitatis pluribus ex cauſis collabi & mul-
„ pliciter dehoneſtari, cupientes abuſus & corruptelas in melius reforma-
„ re & turpium quæſtuum cauſas & occaſiones de medio tollere, duximus
„ ſtatuenda quæ ſequuntur. 1. *Conſiderantes præcipuè quod illa pecuniæ ſum-*
„ *ma quæ annis ſingulis à Baccalarijs & Magiſtris exigebatur, fuerat impoſita pro*
„ *conſtructione & ædificatione Scholarum dictæ Nationis, quæ iamdudum ædifica-*
„ *tæ & perfectæ ſunt, & ſicut ceſſat cauſa, ſic debet effectus ceſſare, præfata Natio*
„ *ex nunc penitus & omnino abolet & deponit ſummam illam pecuniæ quæ com-*
„ *muni appellatione vocabatur*, Pro Scholis. 2. dicta Natio abolet penitus
„ & omnino illam ſummam 20. Scutorum quam Receptores dictæ Nationis
„ extraordinariè & vltrà ſtipendia ordinata in fine ſuorum Compotorum
„ petere ſolebant: Attento etiam quod ſtipendia ordinaria Receptoris aſ-
„ **cendunt ad magnam pecuniæ ſummam quæ debet ſufficere Receptori,**
„ quemadmodum ſtipendia ordinaria Procuratoris ſufficiunt Procuratori.
„ 3. dicta Natio illa 4. conuiuia Regentium reduxit ad tria, voluitque pro
„ conuiuio Æſtiuo ſummam 20. libr. Pariſ. tantummodò diſtribui; pro
„ quolibet autem aliorum duorum ſummam 12. librarum Pariſ. 4. voluit
„ prædicta Natio pro diſco Prælati in feſto S. Guillelmi, iuxtà antiquum
„ morem, duo ſcuta tantummodò dari. 5. Ordinat dicta Natio ad tollen-
„ dum inordinatos fauores in taxatione Burſarum, quod quilibet de maiori
„ portione ſoluet pro Burſa 8. ſolidos Pariſ. & pro minori portione ſex ſo-
„ lidos Pariſienſes. Cameriſta verò & Martineta 4. exceptis Nobilibus &
„ in Dignitate conſtitutis, aut notabiliter Beneficiatis, & quorum Burſa
„ taxabitur, iuxta exigentiam & qualitatem dictarum perſonarum per Pro-
„ curatores & Examinatores Baccalariorum. Volumus autem vnumquem-
„ que noſtræ Nationis Procuratorem in ſui creatione ad hæc obſeruan-
„ da ſub debito ſui iuramenti adſtringi. Si quis autem contra has noſtras

Ordinationes attentare præſumpſerit, eundem ex nunc, provt ex tunc, " 1482.
& ex tunc provt ex nunc priuamus, à noſtro conſortio reſecamus, atque "
periurum declaramus. Datum & actum tempore Procurationis M. Nic. "
Malingre de Pariſius anno, menſe & die quibus ſupra. "

Die 23. Aug. habitis apud Mathurinenſes Comitijs generalibus, queſtus eſt Rector nonnullos Bidellos & Officiarios, nec iuramentum Vniuerſitati præſtitiſſe, nec ſibi iura Rectoria perſoluiſſe. Iterum ea de re queſtus in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium, poſtulauit cogi tum Bidellos tum alios Officiarios & iuramenta ſolita præſtare & iura ſoluere ſub pœna priuationis. Sic autem concluſum. *Quod tales Officiarij quicunque eſſent, cogerentur ad huiuſmodi juramenta præſtanda & Iura Rectoralia ſoluenda ſub pœna priuationis. Et ſi qui Magiſtri ſuper. Facultatum eos in talibus protegerent, quod monerentur vt deſiſterent, nec inter Facultatem Artium & alias Facultates diſcordiam ſeminarent, aliàs periuri reputarentur ipſo facto.*

Lis de Cancellariatu Pariſienſi.

EOdem anno, menſe Septembri fato functus eſt M. Dionyſius Citharoedus Cancellarius Pariſienſis, ſicque lis quam cum Facultate Theologica de præſidentia exercebat, extincta. Verum ecce noua oritur inter Competitores muneris MM. Ioannem Huë Decanum Facultatis prædictæ & Pœnitentiarium Eccleſiæ Pariſ. & Ambroſium de Cambray Decanum Facultatis Decretorum. Ioanni fauit Theologica Facultas, Ambroſio cæteræ; eo quod cum Ioanne contendebant Theologi vni Theologorum Ordini Cancellariam deberi, non cæteris.

Igitur cum eſſet Vniuerſitas apud Mathurinenſes congregata die 21. Septemb. *ſupplicauit D. Cancellarius de nouo electus, videlicet M. Ambroſius de Cambray pro adiunctione & manutentione in Officio... ſupplicuerunt Theologi vt nulla ſententia definitiua in hac re daretur quo vſque Bulla ipſorum oſtenderetur*, vt habetur in Actis German. Nationis. Verùm nulla habita eſt ratio ſupplicationis Theologorum, ipſique Ambroſio decreta eſt adiunctio.

Theologi moleſtè ferentes Dignitatem iſtam ſibi præripi, omnibus modis Ambroſium vexant. Imprimis quidem neglectâ eius authoritate, lite ad Regium Conſilium tranſlata: Illi enim inſtantibus plurimis Licentiatis Birretum Doctorale imponunt per Magiſtros Regentes. M. Stephanus Brulefer Minorita interiectâ appellatione à Theologica Facultate propter impedimenta quædam ſibi per eam illata ne Doctoris Birretum aſſumeret, confugit ad Rectorem, verùm indicta Congregatione ad diem 25. Septemb. ipſe Brulefer abſque conſenſu Rectoris cum Theologis concordiam iniit, vt legitur in Actis German. Nationis.

Paulo poſt idem in Capitulo Clauſtri Mathurinenſium Doctor fuit Theologus proclamatus. At ductus magna eorum & Cucullatorum caterua comitante ad aulam Epiſcopalem, ab Ambroſio Cancellario qui ſe ſpretum putabat, videtur repulſam paſſus. Rem ſic narrat Hemeræus ex Actis Facultatis Theologicæ. Anno 1482. 15. Octob. per illos æſtus " forenſes Fr. Stephanus Vriferrus, Brulefer, Minorita à Fr. Ioanne Pul- " chri Magiſtro Regente ſolemnibus Comitijs apud Mathurinos Doctor " eſt appellatus. Sed cum duceretur Magiſter nouus in Aulam Epiſcopa- " lem, ſequente eum longo ordine eiuſdem Inſtituti Cucullatorum, vt ſua " coronide Birretationis Actus compleretur, Cancellario impotentis in- " domitique animi viro commouente tempeſtatem, Actus ille quem quia " in eo ridere omnia hilaritate quadam ac lætitia ſolent, Feſtum ſuum " Doctores noui vocant, Ordinis ac rerum fœda perturbatione de hone- " ſtatus eſt. Et niſi terrori fuiſſet ſeditioſis florida illa & ventilatis exer- " tiſque lacertis minax Fratrum Franciſcanorum cohors, in pugillatum " cruentum vociferationes illæ tranſiſſent. Poſtridie Ioa. Nolentius Pro- " clamatus eſt Magiſter in Capitulo Clauſtri Minorum, Birretante cum "

1482. » M. Petro Succurribili eximiæ eruditionis & authoritatis viro Archidiacono Rothomagenſi. Ita ſtatuente Facultate ſacra ab heſternis clamoribus tumultuque adhuc trepidante. Eodem vſa iure Academia Fr. N. de Gaudijs in Capitulo FF. Auguſtinenſium celebri pompa per illa tempora Birretatus eſt, alijque quos præterimus.

Ita Hemeræus ex Actis ſuæ Facultatis. At Ambroſius contra queſtus eſt ſecum inſolenter omnino actum. Et Vniuerſitas die 18. Octob. Comitia frequentiſſima habet apud Mâthurinenſes *ſuper inſolentijs factis in Aula D. Epiſcopi Pariſ. per Theologos contra* M. *Ambroſium de Cambray Cancellarium.* Tum ipſe Ambroſius ſupplicauit *pro litteris recommendatorijs* ad Papam & ad Regem.

Item die 25. eiuſdem menſis eadem Vniuerſitate congregata, propoſitum fuit quod prædictus M. *Stephanus Brulefer in Theologia Doctor reciperetur in præſentia Vniuerſitatis ad iuramenta ſolita & in manu D. Rectoris.* Non tamen videtur tunc receptus. Incaleſcentibus verò animis, Robertus Gaguinus Mathurinorum Miniſter Generalis apud Cardinalem Borbonium cauſam Vniuerſitatis egit; cuius Oratio legitur inter eius Epiſtolas, eſtque eiuſmodi.

Si quantùm expedit humanæ ſocietati, tantùm homines pacem expe-
» terent & amarent charitatem, Vrbes, Reuerendiſſime Pater, & Reſpub.
» multò quietiſſimè regerentur. Eſſet enim Ciuium mutua dilectio, eſſet
» ſubditorum ad ſuos Rectores fides & ſubiectio non repugnans. Neque
» ſancta noſtra parens Vniuerſitas à ſuis vehementer oppugnata veſtram
» nunc benignitatem & ſummam dignitatem vlla inquietudine vexaret. At
» quia natura & vitio quorundam ita factum eſt, vt tranquillitati noſtræ in-
» ſidias poſitas eſſe videamus, conſulendum fuit ne aduerſarijs noſtris plus
» eſſemus in tuenda libertate tardiores. Quorum ambitio atque arrogan-
» tia ita increuit, vt ſi aliquando præualebunt, cæteris noſtri ſtudij Facul-
» tatibus nihil reliquum ſit dignitatis & honoris. *Nam cum duæ ſint in Schola*
» *noſtra primariæ dignitates, Rectoratus & Cancellaria, quidam ſibi alteram, ita*
» *ambiunt & vſurpant, quaſi memini niſi Theologo debeatur.* Et iſti quidem no-
» ſtri Turbatores id maximè nunc agunt vt per Conuenticula & clandeſti-
» nas Conciones totus ipſe Theologorum cœtus id petere iure optimo vi-
» deatur; cum reuera bona pars eius Facultatis ab hac ambitione longè
» diſſentiat. Sed qui hanc inanem ſibi procurationem aſſumpſerunt, ij oper-
» culo diuini ſe nominis ideò tegunt, vt non priuato quodam honoris am-
» bitu, ſed præmaturo & digeſto omnium ſuorum conſilio ſe ſe ductos
» oſtendant. Et iſtorum quidem non dicam temeritati, ſed audaciæ, vt
» noſtrum ſe Studium opponeret, conuocata nudius-tertiùs graui filiorum
» ſuorum concione, appellationis ſe clypeo contra communis honoris
» vſurpatores protexit. Adeoque fuit ad hanc rem vnus & concors om-
» nium aduerſum iſtam pauciſſimorum Theologorum nouitatem vanita-
» temque conſenſus, vt ad infringendos conatus eorum corpora ſua im-
» primis & fortunas omnes impendere ſint liberrime polliciti. Tantam
» enim indignitatem nemo bonus & qui modeſtiæ ſtudeat, pertulerit: Nam
» quid aliud hoc incepto, benigniſſime Paſtor, quæritur quàm vt iſti aduer-
» ſatores noſtri nobis tanquam ſeruis & vilibus imperent mancipijs? Non
» derogo medius-fidiùs, Magnificentiſſime Pater, *neque derogo maieſtati Theo-*
» *logicæ diſciplinæ. Sed quia membrum eſt Theologus corporis noſtri myſtici, ille-*
» *quecum cæteris bonarum Artium Scholaſticis ſtudium vnum conſtituit, nego hu-*
» *iuſmodi hominem per omnia, omni in loco, omni tempore cæteris prætermiſſis, de-*
» *bere Principari.* Rectè ſanè Iuriſconſultus vices Officiorum inſtar artifi-
» cis naturæ per membra diſpertitur, vt nec totus oculus ſit caput, nec
» reliqua moles deſinat in tibias. Nam ſi in eiuſmodi conditionis homines
» hic honos Cancellariæ conferatur, nonne Theologos in Schola noſtra Re-
» ges eſſe oportebit? Nonne fruſtra adnitentur ad alias artes ſtudioſi lite-
» rarum ſi eis ſuo ordine prouehi non licebit? Eſt fateor in ipſo Theolo-
» gorum ſenatu, ſi totus inſpicitur, dignitas ampliſſima: Sed ad ſingulos ſi

perpendiculum rectæ æſtimationis apponas, obliquabitur linea, & diſ. "
tortum in ea nonnihil apparebit. Itaque concedo Theologos, id quod " 1482.
Philoſophis proprium ſemper fuit, verſari videlicet circa difficillimas "
quæſtiones, quarum nec abſolutio ad plenum inuenta eſt, nec à quoquam "
Nominaliſſimo, vt ipſi dicunt, inueniri poterit. Inhæreſcunt enim in "
illis & iugiter muſſitant; ita vt cum ocio & quiete plurimum deſideant at- "
que oblectentur, in Schola quidem bonos, foris verò & in gerendis rebus "
minus idoneos eſſe putem. Quod ſi quis prudenter æſtimabit & penſita- "
bit hominum induſtriam & mores, multò plurimas à Iuriſconſultis res "
quàm à Theologis benè adminiſtratas comperiet. Contendo propterea "
inter cœterarum doctrinarum ſtudioſos facile deligi poſſe prudentes eoſ- "
demque doctiſſimos qui pleriſque Theologis antecellant. Illudque quàm "
poſſum liberrima voce adiungo: ſi quid ad egregios mores, bonas quo- "
que cum fide & charitate artes adijciat, eum, quocunque titulo Magiſte- "
rij illuſtretur; non modo hoc de quo contendimus Cancellariatu, ſed "
Pontificatu quoque eſſe digniſſimum. Quæ tametſi hiſtoriarum adſtipu- "
latione & vſu vera comprobentur; quamuis vnus datus ſit & à nobis ſuſ- "
ceptus Cancellarius; pauci tamen admodùm illius Ordinis Doctores ve- "
ſtram poſtulauerunt dignitatem ſibi Cancellariam diſtribui; tanquam "
hæc illis ſit ab huius Ciuitatis antiſtite per iniuriam denegata. Vellem Re- "
ctoratum quoque petiuiſſent. Eſt enim eis ad vtramque hoc tempore di- "
gnitatem ius æquabile & æquitas procul dubio non impar. Defecerunt "
verè acutiſſimi Diſputatores ſcrutantes ſcrutationes, abſconderunt muſ- "
cipulas, dixeruntque quis videbit eas? Senſerant prius & fuerant exper- "
ti, Senonenſium Pontificis prudentiam, Cuius ſoliditatem atque con- "
ſtantiam quia diſcutere non potuerunt, putauerunt ſibi penes veſtram "
Nobilitatem repoſitum eſſe præſidium. Sed Dei prouidentia & veſtra "
maximè prudentia ſic dilata res eſt, vt nobis intereà de noſtro iure at- "
que libertate cogitare datum ſit; in quo tuendo ſimul illud agitur vt mul- "
torum libertatem & iura pariter defendamus. Habet enim cauſa præſens "
cum multorum periculis vicinitatem. Nam quod Theologus tantùm hoc "
Magiſtratu potiatur, lædituri in ea Pariſiorum Antiſtes, cuius præſtantiæ "
Beneficiorum libera diſpoſitio (ſi qua eſt iuris & legum reuerentia) de- "
betur. Offenditur præterea archipræſulatus authoritas. Et primatus "
veſter, digniſſime præſul, offenditur: ad quem dum ſemeſtre tempus per "
negligentiam exciderit Collatoris, deuolutio ſuccedit. Nec minus Re- "
gis majeſtas ex hac nouitate coarctatur quæ Priuilegio Regaliæ Benefi- "
cia, Eccleſiarumque dignitates per ſedis vacationem conſueuit diſpartiri. "
Sed de cœtu illo illuſtri & Capitulo Canonicorum D. Mariæ quid dice- "
mus? Cogetur ne tota illa Concio virorum celebrium ad vnum Theolo- "
gicæ Profeſſionis Doctorem, ſollicitudinem omni momento reijcere? "
& plurimarum rerum quæ communitatis eorum ſunt, curam ditionem- "
que credere? impendent certè huic dignitati Cancellariatus multa quæ "
per Iuriſconſultum rectiùs quàm per Theologum adminiſtrari poſſunt. "
Quare iniquum meæ ſententia videri debet pro paucorum hominum cu- "
piditate atque ingluuie tot Magiſtratuum iura & libertates contemni, "
ligari atque arctari poteſtates plurimorum; vt id quod commune ſem- "
per fuit, vnius conditionis homines ſibi vſurpent atque retineant. Tam "
multorum igitur offenſis, quibuſcum noſtra & admiſſi à nobis Cancel- "
larij cauſa coniuncta eſt, appellatio noſtra præparauit antidotum. Quæ "
cùm ſit grauatis vel grauari timentibus iuris circunſpectione conceſſa, "
adeſt in conſpectu veſtræ Dignitatis ſupplex ſtudij noſtri Rector, aſſunt "
ex Iuriſprudentia, aſſunt ex Medicinæ Peritia probatiſſimi Doctores. "
Non deſunt præterea ex Artium liberalium ſtudio graues Philoſophi & "
variarum diſciplinarum Præceptores qui hoc orant atque humiliter com- "
precantur, ne præter ſuæ appellationis ſpectatiſſimam rationem ali- "
quid per ius prætenſæ deuolutionis veſtra Sapientia de noſtri Cancellarij "
cauſa commutet. Ne in quo iure ſeptingentos ferè annos felix Schola "

1482. » Pariſiorum quietiſſimè manſit, in eo per paucos admodum Theologos
» diſpendium accipiat. Neue ab eo honore Cancellariatus vlla noſtri ſtu-
» dij Facultas ſegregetur quam ipſis quoque aduerſarijs bono animo ſuſti-
» nemus pariter eſſe communem. Nec denique hic vir nominatiſſimus Am-
» broſius de Cambray vtroque Iure Conſultus deſignatum quenquam ad-
» uerſarium & Competitorem à veſtra prouidentia datum iri intelligat. Si
» clementia & benignitate veſtra fuerimus hoc tempore ab iniuria Theo-
» logorum ſaluati; veſtro quoque beneficio quietem noſtris ſtudijs impe-
» traſſe atque retinuiſſe putabimus.

Hanc porro cauſam Vniuerſitas ad Curiam Parlamentæam defert; Theologi verò cum ſuo M. Io. Huë ad Maius Conſilium: quod ne fieret habitis Comitijs 6. Idus Ian. ipſa Vniuerſitas conſtituit ſua tueri priuilegia, ne trahatur extra muros Pariſienſes, *dando Cancellario, videlicet M. Ambroſio de Cambray adiunctionem & manutentionem ne traheretur ad Conſilium Magnum Regis.* Curia verò Pariſienſis, viſis litteris Euocatorijs, decreuit ad Regem & ad Cancellarium Franciæ materiam litis perſcribere, priuſquam aliquid ſtatueret. Sic enim legitur in Actis die 18. Ian. 1482.

Sur le Plaidoyé fait entre l'Vniuerſité de Paris, les Eueſque, Doyen & Chapitre de l'Egliſe de Paris, le Procureur de la ville dudit Paris & M. Ambroiſe de Cambray Conſeiller & Maiſtre des Requeſtes de l'Hoſtel du Roy d'vne part, & les Doyen & Faculté de Theologie, d'autre part, touchant l'euocation de la cauſe pendante ceans pour raiſon de la Chancelerie de Paris. LA COVR *a deliberé que on eſcrira au Roy de ladite matiere, & luy enuoyera-t'on les Lettres de ladite Euocation & le Plaidoyé fait ſur icelle, pour ſur tout faire ſon bon-plaiſir. Ainſi ſera eſcrit à Monſ. de Beaujeu de cette matiere & à M. le Chancelier, & pour faire leſdites Lettres ont eſté commis M. Iean Auin & M. Guill. Allegrin Conſeillers du Roy en la Cour de ceans. Et le lendemain fut la minute deſdites Lettres leuë en pleine Cour, & me fut commandé les expedier.*

Ipſe quoque Cancellarius poſtulauit ſigillo Vniuerſitatis muniri litteras ad Regem tranſmittendas. At cum die 6. Feb. nec Rector, nec Theologi claues attuliſſent ad aperiendum ciſtam in qua ſigillum reponi ſolet, alijs Comitijs die 17. habitis, placuit, ſi non parerent, per Decanos aliarum Facultatum & 4. Procuratores ſeram remoueri & ciſtam aperiri.

Cæterum miſit Vniuerſitas ſuos Oratores ad Regem & ad Cancellarium pro remiſſione Cauſæ ad Curiam, idque obtinuerunt, vt intelligimus ex Gratiarum Actione Roberti Gaguini ad Guill. de Rupeforti Franciæ Cancellarium, quam ad an. ſequentem referemus.

Die 5. Februarij Facultas Theologica Decretum fecit & Cenſuram circa nonnullas propoſitiones F. Ioannis Angeli Ordinis FF. Minorum, quas in Eccleſia Tornacenſi & alibi publicè prædicauerat; quaſque Capitulum Eccleſiæ Tornacenſis ad Vniuerſitatem tranſmiſerat examinandas. Hac de re confectum eſt publicum Inſtrumentum in hunc modum.

CENSVRA PROPOSITIONVM F. ANGELI MINORITÆ.

» IN NOMINE DOMINI, Amen. Huius præſentis publici Inſtrumenti
» tenore cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod cum apud almam
» Theologorum Facultatem Pariſius ex parte venerabilis Capituli inſignis
» Eccleſiæ Tornacenſis delatæ & præſentatæ extitiſſent 14. propoſitiones
» tanquam erroneæ, aut in fide malè ſonantes, in quodam Papyri folio re-
» dactæ & ſcriptæ, quas aſſerebat dictum Capitulum fuiſſe in Ciuitate Tor-
» nacenſi publicè in diuerſis Prædicationibus ad Populum per quendam
» F. Ioannem Angeli Ordinis FF. Minorum prædicatas & aſſertas vt con-
» ſtare dicebat per quandam informationem authoritate Iuſtitiæ factam,
» prædictæ Facultati ex parte ipſius Capituli cum dictis Propoſitionibus
» præſentatam, & ſuper illarum propoſitionum qualificatione nonnulli
» egregij præfatæ Facultatis Doctores & Magiſtri, vnà cum Decano præ-
» dictæ Facultatis, ad ipſas propoſitiones examinandas & earum veritatem
» iudicandam per ipſam eandem Facultatem electi & deputati fuiſſent,
» diuerſiſque diebus & reiteratis vicibus tam in domo D. Decani præfa-
» tæ Facultatis quàm alibi, prædicti Doctores & Magiſtri Deputati cum

multis,

multis & variis argumentationibus & discussionibus super examine præfatarum propositionum & earum qualificatione, dictæque Informationis visitatione congregati extitissent, materiaque prædicta in dictis congregationibus prædictæ Facultatis agitata, tandem Anno Domini 1482. more Gallicano computando, Indictione 1. mensis verò Febr. die 5. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Sixti diuina prouidentia Papæ IV. anno 12. In mei Notarij publici Præfatæ Facultatis Scribæ testiumque infrascriptorum ad hæc vocatorum præsentia, Præfata alma Theologorum Facultas apud S. Mathurinum Parisius in loco solito per egregium & Doctissimum virum M. Ioannem Huë sacræ Theologiæ Professorem, Ecclesiæ Parisiensis Pœnitentiarum, ac præfatæ Facultatis Decanum solemniter & per iuramentum ad qualificandum præfatas 14. Propositiones conuocata & congregata, omnibusque Magistris in magno numero tam Secularibus quàm Religiosis in præfatâ Congregatione existentibus, vnus post alium ad longum auditis, præfata alma Theologiæ Facultas post omnium & singulorum præfatorum Magistrorum maturam deliberationem per organum prænominati Magistri Ioannis Huë Decani, nemine opponente, prædictas 14. Propositiones modo & forma & provt continetur in quodam Papyri folio, de verbo ad verbum in prædicta Congregatione pluries lecto, & mihi Notario publico tradito qualificauit. Cuius Papyri folij dictas Propositiones & earum qualificationem continentis tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. 1482.

F. Ioannes Angeli Religiosus FF. Minorum in Quadragesima nouissima publicè prædicauit articulos, seu Propositiones sequentes tam in Ecclesiâ Tornacensi quàm in Parochialibus Ecclesijs SS. Petri & Quintini Tornacensis, Capitulo Præfatæ Ecclesiæ Tornacensis subditis, cui Fratres Minores Conuentus Ciuitatis Tornacensis fauorem & assistentiam omnimodam præbuerunt.

1. Articulus. *Fratres Minores præsentati Episcopo & admissi, sunt proprij Sacerdotes & veri Curati & melius quàm Presbyteri Parochiales, quia facultatem suam habent à summo Pontifice, & dicti Presbyteri ab ipso Episcopo duntaxat.* Quidquid sit de 1. Parte propter æquiuocationem istius termini, *Proprij*, dicit tamen Facultas quòd propositio in se & quoad omnes reliquas partes & probationem partis vltimæ in qua dicitur, ab Episcopo duntaxat, est scandalosa, in fide erronea, hierarchici Ordinis destructiua, & pro conseruatione eiusdem Ordinis, publicè reuocanda & abiuranda.

2. Articulus. *Parochianus confessus dictis Fratribus satisfecit Decretali,* Omnis vtriusque sexus *de Pœnitent. & remiss. nec tenetur confiteri proprio suo Curato semel in anno, nec ab eo petere licentiam:* Hæc Propositio, vt iacet, est scandalosa, & iuri communi contraria: & pro subditorum ad Prælatos debitæ obedientiæ & reuerentiæ obseruantia publicè reuocanda.

3. Articulus. *Si Curatus recusat Sacramentum Eucharistiæ ministrare Parochiano eisdem Fratribus sic Confesso, veniat ille Parochianus ad Fratrem qui eum audiuit, & ipse sibi administrabit.* Hæc propositio in forma in quâ iacet, est falsa & de hæresi vehementer suspecta, iuri communi contraria & publicè reuocanda.

4. Articulus. *Curatus Parochialis nihil debet recipere à Parochianis suis pro Confessione & Sacramentorum administratione, secùs est de Mendicantibus.* Hæc propositio est contra dispositionem Iuris naturalis & diuini expressam; ideo falsa & notoriè hæretica.

5. Articulus. *Curatus asserens Parochianos suos obligari vt sibi confiteantur semel in anno, sub pœnâ peccati mortalis, est excommunicatus; & si celebret, irregularitatem incurrit.* Hæc propositio est falsa & iniurioſa.

6. Articulus. *Faciens celebrare Missam per Sacerdotem tenentem secum Mulierem suspectam, seu aliàs mali regiminis, peccat mortaliter.* Hæc propositio quia indeterminatè loquitur, est dubia, temeraria & nullo modo Populo prædicanda.

1482. " 7. Articulus. *Fratres prædicti non tenentur ad ſolutionem Quartæ*, de quâ " in Clement. Dudum de ſepult. Hæc propoſitio eſt communi Iuri con- " traria.

" 8. Articulus. *Papa poſſet totum Ius Canonicum deſtruere & nouum con-* " *ſtruere.* Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, blaſphematoria, notoriè hære- " tica & erronea.

" 9. Articulus. *Aliqui ſancti ſunt furioſi, gallice* Enragez. Hæc propoſi- " tio eſt ſcandaloſa, blaſphematoria & piarum aurium offenſiua.

" 10. Articulus. *Animæ in Purgatorio exiſtentes ſunt de Iuriſdictione Papæ:* " *& ſi vellet, poſſet totum Purgatorium euacuare.* Hæc propoſitio eſt dubia in " ſe, & ad mentem Aſſerentis per modum Iuriſdictionis & Ordinariæ po- " teſtatis de falſitate ſuſpecta & ſcandaloſa & nullatenus populo publicè " prædicanda.

" 11. Articulus. *Papa poſſet ab vno Eccleſiaſtico tollere medietatem Reditvum* " *Beneficiorum ſuorum & vni alteri dare, non exprimendo cauſam aliquam.* Hæc " propoſitio eſt periculoſa & nullo modo prædicanda vt iacet.

" 12. Articulus. *Quicunque contradicit voluntati Papæ, Paganizat & ſen-* " *tentiam Excommunicationis incurrit ipſo facto, & à nullo Papa reprehendi po-* " *teſt niſi in materia hæreſis.* Hæc propoſitio eſt falſa, ſcandaloſa & ſapiens " hæreſim manifeſtam.

" 13. Articulus. *Bulla per Papam modernum eiſdem Fratribus conceſſa fuit* " *Pariſius prædicata & per Vniuerſitatem Pariſ. approbata; & qui eidem con-* " *tradicit, ſententiam Excommunicationis incurrit ipſo facto:* Hæc propoſitio " eſt falſa & mendacium manifeſtum continens.

" 14. Articulus. *Dictus Frater Ioannes Angeli omnes & ſingulos articulos ſu-* " *pradictos pluries aſſeruit eſſe veros & eoſdem ſuſtinere velle Pariſius, & vbicun-* " *que terrarum vſque ad ignem, & illos nunquam reuocaret, dicens ſe non eſſe de* " *numero Prædicatorum qui ſe reuocant.* Hoc dictum eſt hominis proterui & " pertinacis & ſufficiens ad procedendum contra eum Iudicialiter tan- " quam contra vehementer de hæreſi ſuſpectum.

" Declarat etiam Præfata alma Theol. Facultas quod prædictorum ar- " ticulorum qualificatio nullo modo derogat, nec præiudicat Clementinæ " *Dudum de ſepult.* de quâ quidem Qualificatione omnibuſque præmiſſis " egregij & doctiſſimi viri MM. Roerij ſacræ Theol. Profeſſor Canonicus " Prædictæ Eccleſiæ Tornacenſis tam ſuo quàm præfati Capituli nomini- " bus, nonnullique etiam Doctores & Magiſtri in dicta Congregatione " exiſtentes petierunt ſibi & eorum cuilibet fieri atque tradi publicum in- " ſtrumentum, ſeu publica inſtrumenta, vnum aut plura, per me Nota- " rium publicum ſubſcriptum.

" Acta fuerunt hæc Pariſius in loco ſupradicto S. Mathurini, ſub anno, " Indictione, die, menſe, & Pontificatu prædictis. Præſentibus ad hæc " egregijs & doctiſſimis viris MM. Antonio Vrſi, Ioa. de Hallies, Lauren- " tio de Colonia, Guillelmo Houppelande, Iacobo Luillier, Reuerendo " in Chriſto Patre D. Io. Abbate Regalis-Montis, Reuerendo etiam Patre " D. Ioanne Abbate Caroliloci Ordinis Ciſtercienſis, Stephano Geruaſi, " Ioanne de Touques, Io. Quentin ſacræ Theologiæ Profeſſoribus, nec- " non quamplurimis alijs in magno numero tam ſecularibus quàm Reli- " gioſis etiam ſacræ Theolog. Profeſſoribus, teſtibus ad præmiſſa vocatis " ſpecialiter & rogatis. Et Ego Henricvs Alexandri Preſbyter in " Iure Canonico Baccalaureus publicus authoritate Apoſtolica & Impe- " riali, ac venerandæ Curiæ conſeruationis Priuilegiorum famoſiſſimi ſtu- " dij Parienſis Iuratus Notarius, prædictæque almæ Facultatis Theolog. " Scriba, quia prędictorum articulorum & Informationis pro parte Capi- " tuli Tornacenſis ſupradictæ almæ Theol Facultati, pręſentationis & exhi- " bitioni, prædictorum articulorum examinationi & qualificationi, cæteriſ- " que pręmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic vt ſupra ſcribuntur, & per præ- " fatæ Facultatis Decanum & Facultatem agerentur & fierent vnà cum prę- " nominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Id circo

huic inſtrumento publico alterius manu fideliter ſcripto ſignum meum publicum conſuetum appoſui, in fidem & teſtimonium præmiſſorum requiſitus & rogatus. Sic ſignatum. H. ALEXANDRI. 1482.

AD MATRIMONIVM DELPHINI CONSENSVS VNIVERSITATIS.

Die 20. Martij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem M. Ludouicus de Villiers, qui biduo poſt acceptis à Rege litteris de Matrimonio inter Delphinum & Margaretam Auſtriacam contrahendo, Comitia habuit frequentiſſima apud Mathurinenſes, habitaque omnium Ordinum matura deliberatione Vniuerſitatis nomine conſenſum præſtitit, eamque in rem litteras, expediri curauit. Res ita ſe habet ex Inſtrumento quod ſeruatur in Tabulario, hiſce characteribus notato. A. I. M.

A tous Ceux qui ces preſentes Lettres verront, Nous Loüis de Villiers Recteur de l'Vniuerſité de Paris, ſalut. Sçauoir faiſons que auiourdhuy date de ces preſentes ont eſté mandez & aſſemblez ou Chapitre des Mathurins de Paris par nous les Maiſtres, Docteurs, Regens & autres Suppoſts d'icelle Vniuerſité de Paris, Auſquels auons expoſé que le Roy noſtre Sire & Pere auoit enuoyé par la Poſte de Paris ſes lettres miſſiues ſignées de ſa main, & vne autre Minute eſcrite en papier, non ſignée, de la forme des lettres que luy auoient eſté requiſes eſtre paſſées par les Gens nobles & Communautez de ſon Royaume pour le bien de la paix d'iceluy & autres choſes dedans contenuës, dont nous feiſmes faire lecture par le Scribe d'icelle Vniuerſité en preſence des deſſuſdits de mot à autre, dont les teneurs s'enſuiuent. Et premierement des Lettres miſſiues.

DE PAR LE ROY.

TRES CHIERS & bien-amez, puis n'aguieres Traitté a eſté fait & conclud entre nos Commis & Deputez d'vne part, & ceux de noſtre tres Cher & tres-Amé Couſin le Duc d'Auſtriche, pour luy & les Enfans & heritiers de feüe noſtre Couſine Marie de Bourgogne ſa femme, fille du feu Duc Charles de Bourgogne dernier treſpaſſé & des Eſtats de leurs Pays & ſubjets. Par lequel Traitté Paix finale a eſté concluë entre nous & tous les Pays, Terres, Seigneuries & Subjets d'vne part & d'autre. Et auſſi a eſté conclud, promis & accordé le Mariage de noſtre tres-Cher & tres-Amé fils le Dauphin de Viennois, & de noſtre belle Couſine Marguerite fille aiſnée deſdits Duc d'Auſtriche & deſſuſdite feuë femme. Et pour ce que entre autres choſes leur *a eſté accordé de faire promettre, conſentir & accorder par les Gens & Suppoſts de noſtre fille l'Vniuerſité de Paris*, & les Seigneurs de noſtre Sang, l'entretenement dudit Mariage & Traitté de Paix finale, & que pour le bien de la choſe publique & de noſdits Subjets ne voudrions pour riens qu'il y euſt interruption ou faute de noſtre part; Nous vous prions & neantmoins Mandons, entant que deſirez nous complaire, que incontinent ces Lettres veües en la plus grant diligence que faire pourrez & toutes choſes arriere miſes, ſans y **faire aucun delay, vous accordez & paſſez les Lettres de promeſſe en** forme authentique, tant de l'entretenement dudit Mariage, que de ladite Paix, ſelon la forme & teneur de la minute que vous enuoyons cy-dedans encloſe & ainſi que l'ont ja fait les Seigneurs de noſtre Sang, & les nous enuoyez incontinent par homme exprés, ſeur & ſtable, en maniere qu'il n'y ait faute. Donné au Pleſſis du Parc le 17 iour de Mars. Ainſi ſigné LOYS. Et au deſſous, I. CHARPENTIER. Et à la Reſcription deſdites Lettres eſtoit eſcrit au dos d'icelles, A NOS TRES-CHERS ET BIEN-AMEZ LES RECTEVR, DOCTEVRS REGENS, ET MAISTRES DE NOSTRE FILLE L'VNIVERSITE' DE PARIS. S'enſuit la teneur de ladite Minute.

A TOVS Ceux qui ces preſentes Lettres verront, ſalut. Comme par la Paix n'aguieres faite, concluë & acceptée par les Ambaſſadeurs du Roy noſtre Sire d'vne part, le Duc Maximilian d'Auſtriche, le Duc Philippe & Damoiſelle Marguerite d'Auſtriche, ſes enfans nos tres-Chiers & bien-Amez & les Gens des Eſtats de leurs Pays & Seigneuries & Subjets

1482. » d'iceluy, leſdits Duc d'Auſtriche, leurs Pays, Seigneuries & Subjets
» d'vne part, ſoit fait conſenty & accordé le Mariage qui au plaiſir de Dieu
» ſe fera & ſolemniſera en ſainte Egliſe, de mon tres-redoubté Seigneur
» de Monſeigneur le Dauphin, ſeul fils de Monſeigneur le Roy & heritier
» apparent de la Couronne de France, & de Damoiſelle Marguerite d'Au-
» ſtriche, pour ſeureté de laquelle Paix & dudit Traitté de Mariage ont
» eſté conceuz, conſentis, paſſez & accordez pluſieurs poincts & articles
» au long contenuz & ſpecifiez és Lettres d'iceluy Traitté, leſquels Mon-
» ſeigneur le Roy de ſa part ait promis de faire gréer & conſentir par les
» ſceellez & lettres des Princes & Seigneurs de ſon Sang, par tels Prelats,
» Nobles, Communautez que requierent leſdits Duc d'Auſtriche & les
» Eſtats de leurſdits Pays, qui entre autres ont requis auoir nos Let-
» tres & ſceellez, comme ces choſes ſont plus à plain contenuës és Lettres
» d'iceluy Traitté de ce faiſant mention. Pourquoy mondit Seigneur le
» Roy ait commandé & ordonné par ces Lettres Patentes bailler nos Let-
» tres & ſceellé pour la ſeureté d'entretenir ladite Paix & Traitté du Ma-
» riage; ſçauoir faiſons que nous deüement acertenez de tout le contenu
» audit traitté des choſes par iceluy aduiſées, conſenties & accordées,
» auons tous & ſinguliers les Poincts & Articles y contenus, comme ſ'ils
» fuſſent en ces preſentes reprins & repetez de mot à autre iuré, & promis,
» iurons & promettons en parole de Prince & ſur noſtre honneur garder,
» fournir & entretenir de poinct en poinct, ſans en aucuns d'iceux faire al-
» ler ne venir ne ſouffrir eſtre fait, allé ou venu au contraire, & ſinguliere-
» ment auons promis & promettons tenir la main par effet que mondit
» tres-redouté Seigneur, Monſeigneur le Dauphin prendra ladite Da-
» moiſelle d'Auſtriche à femme & eſpouſe & procedera au parfait dudit
» Mariage, ſelon l'ordonnance de ſainte l'Egliſe incontinent qu'elle ſera
» venuë en aage legitime, requis de droit, & que iamais ne conſentirons à
» autre mariage, elle viuant. Et s'il aduenoit que par la mort de mondit Sei-
» gneur le Dauphin & de ladite Marguerite, ou que par quelque autre cas
» ledit mariage ne peruint, que Dieu ne doint, ſe la faute de ce procede du
» fait du Roy, de mondit Seigneur le Dauphin ou d'autre de par eux, nous
» ſerons tenus & promettons aider & aſſiſter par effet à ce que ladite Da-
» moiſelle ſera en ce cas renduë & reſtituée en ſa franchiſe & pleine liber-
» té, déchargée de tous liens de mariage & de toutes autres obligations
» és mains & puiſſance du Duc d'Auſtriche ſon Pere, en lieu ſeur de ſon
» obeïſſance & Pays de Brabant, Flandres ou Henaut. Et outre que en ce
» cas les Comtez d'Artois, Bourgogne & autres qui ſont du dot de ladite
» Damoiſelle, ſeront reſtituez audit Duc ſon Pere ou à noſtredit le Duc
» Philippe ſon fils. Et ſe par autre cas, comme par faute de hoir iſſu de
» ladite Damoiſelle, leſdites Comtez eſchéent à retour ſur ledit Duc Phi-
» lippe ſon frere, de tenir la main que la reſtitution s'en faſſe, ſous la reſer-
» **uation, maniere & condition au long ſpecifiez & declarez audit Traitté.**
» Auſſi ſi ladite Damoiſelle venuë en aage ou mondit Seigneur le Dauphin
» à cauſe d'elle vouloit demander plus grant droict, part ou portion és
» Pays & Seigneuries demeurez du treſpas de feuë Dame Marie de Bour-
» goigne que Dieu abſoille, que les Comtez & Seigneuries à elle baillées
» & aſſignées en dot & partement de ce mariage, de ce en ce cas non aider
» ne aſſiſter mondit Seigneur le Dauphin ne ladite Marguerite. Et dere-
» chef, s'il aduenoit que par faute de hoir non iſſu dudit Duc Phelippe les
» Pays & Seigneuries qui luy appartiennent, ſuccedaſſent ou temps adue-
» nir ſur & à ladite Marguerite ſa ſœur ou ſes hoirs heritiers de la Couron-
» ne de France, que en ce cas tiendrons la main, aiderons & aſſiſterons
» par effet leſdits de S. Omer, toutes les choſes deſſuſdites en leurs anciens
» droits & priuileges, vſages, regle & police; & outre que de la part du
» Roy, de mondit Seigneur le Dauphin, ne d'autres de par eux, ne ſera fai-
» te aucune entrepriſe, ne pratique au contraire du Traitté & ſeur eſtat ac-
» cordé aux trois Eſtats de ladite ville de S. Omer durant le temps de la

minorité de ladite Marguerite ; & que en ce cas aiderons & aſſiſterons par effet leſdits de S. Omer toutes les choſes deſſuſdites en enſuiuant le contenu des Articles dudit Traitté de ce faiſant mention. Et generalement ſe riens eſtoit fait ou circonuenu audit Traitté de Paix & de mariage de la part du Roy & de mondit Seigneur le Dauphin, Nous par charge & commandement exprés du Roy, qui ainſi le nous a ordonné, enjoint & commandé faire, & à cette fin nous a audit cas relaxé & abſouls du ſerment que en ce luy deuons, auons iuré & promis, iurons & promettons aider de tout noſtre pouuoir ledit Duc d'Auſtriche, ledit Duc Philippe ſon fils, leurs Pays & Seigneuries, le tout iuſques au plain fourniſſement & accompliſſement dudit Traitté. 1482.

Aprés laquelle lecture ainſi faite nous diſmes aux deſſuſdits qu'ils auoient par le contenu eſdites lettres miſſiues & minute peû entendre & connoiſtre quel eſtoit le plaiſir du Roy en cette matiere qui touchoit le bien de tout ſon Royaume. En leur diſant de par luy que en enſuiuant & accompliſſant ſondit plaiſir, ils vouſiſſent deliberer ſur ce, afin de luy enuoyer leſdites lettres en forme deſſuſdits, ſelon la teneur d'icelle minute. A quoy les deſſuſdits ainſi aſſemblez, comme dit eſt, aprés deliberation faite enſemble, firent réponſe par les Doyens ou Commis des 4. Facultez d'icelle Vniuerſité qu'ils auoient eſté, eſtoient & ſeroient toûjours en ce cas & tous autres, preſts de tous leurs pouuoirs de faire & accomplir tout ce qu'il plairoit commander au Roy noſtredit Sire. Et illec fut conclud par eux, que on bailleroit & enuoyeroit-on leſdites lettres de conſentement audit Seigneur, ce qui a eſté fait ſelon la forme ſuſdite & teneur d'icelle minute. Ce fut paſſé, deliberé, conclud & accordé par leſdites quatre Facultez ; c'eſt à ſçauoir Theologie, Decret, Medecine & Faculté des Arts, pour ce aſſemblées comme dit eſt, l'an 1482. le Samedy 22. iour de Mars auant Paſques. Signé, MESNART, in abſentia Scribæ.

Anno 1483. die 22. Iunij habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes, præſertim ob negotium de Prato Clericorum : Monachi enim aperuerant quaſdam feneſtras, quas obſtructas eſſe oportebat, ne in Scholaſticos ambulantes & colludentes proſpicere poſſent. Itaque decretum vt aduocato conſilio Vniuerſitatis ea res planiùs diſcuteretur, fieretque quod facto opus eſſe videretur. 1483.

Die 8. Auguſti habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes, in quibus decretæ ſunt gratiæ D. Cancellario Franciæ quod apud Regem & in Magno Conſiſtorio Vniuerſitatis Priuilegia tuitus eſſet, litemque Cancellarij Pariſienſis quam Facultas Theologorum ad Magnum Conſiſtorium euocauerat, ad Curiam Parlamenti remiſiſſet iuxta eiuſdem Vniuerſitatis ſubſcriptionem in Cauſa Cancellarij ; quâ de re ſic legitur in Commentarijs Nationis Germanicæ. Anno & menſe ſupradictis, die verò 8. congregata fuit apud S. Mathurinum alma Pariſienſis Vniuerſitas duobus ſuper articulis. Primus fuit ſuper electione Oratoris, ſeu proponentis qui haberet adire D. Cancellarium Franciæ qui nouiter ad villam Pariſienſem venit, & ſibi proponere & oſtendere Priuilegia Vniuerſitatis, & ſibi ſpecialiſſimè regraciare propter hoc quod cauſam Magiſtri Ambroſij de Cambray Cancellarij Pariſ. quæ per DD. Theologos fuit euocata ad Magnum Conſilium Regis, iuſtius in Parlamento fecit remittere.

LIS CANCELLARII ET THEOLOGORVM.

Vnanimi verò omnium calculo delectus eſt in Oratorem M. Robertus Gaguinus, qui ad Guillelmum de Rupeforti Franciæ Cancellarium pulcherrimam hanc Gratiarum actionem habuit, quæ legitur inter eius Epiſtolas, ſub hoc titulo.

1482. *Ad Guillelmum de Rupeforti Franciæ Cancellarium cum Pariſios primum adijt pro Schola & ſtudio Scholaſticorum.*

„ QVOD me vides hominem vitæ Regularis & debito ſilentij obnoxium
„ pro magnis & ſapientibus Scholaſticis qui hoc loco ad tuam Magni-
„ ficientiam conuenerunt, dicendi principium facere, non exiſtimabis id-
„ circo me vel ſapientia, vel facultate orandi reliquis anteire. Illud potius
„ apud te cogitabis me imperio & vi quadam Maiorum Clauſtri latebris
„ erutum, vt palam eſſet quanta propter tuum aduentum lætitiâ pia ma-
„ ter ſtudiorum Pariſienſis Academia exultet, cum is præſertim quem ſancta
„ profeſſio ſilere iubebat, in communi nunc omnium gaudio loqui & Te
„ coram viro eloquentiſſimo cogitur balbutire. Tantus enim fuit paulò
„ ſupra hos dies omnium qui litteras in hac vrbe ſectantur, mœror & luctus
„ propter neſcio quam ſuæ libertatis & priuilegiorum imminentem cala-
„ mitatem, vt non per Conuentus & ſolitas Conciones conueniremus, ſed
„ alius aliò triſtis & ſtupidus ſeorſum habitaret. Deflebat quiſque Doctrinæ
„ amantiſſimus infirmari & debilitari magis in dies quietem & ocium, ſine
„ quibus non facile quiuis vnquam eruditus factus eſt. At poſtquam euo-
„ cationis ſuffragia & honeſtiſſimorum Iudiciorum dilationes, te Præſide
„ & Cancellario intellexit, cœpit paulo acrius caput tollere, & de recu-
„ peranda libertate, liberius cogitare cœpit. Non enim vllus noſtrum ali-
„ ter arbitrari poterat, vt à te qui iuſtus eſſes, non oriretur aliquando ſe-
„ dentibus nobis & mœrentibus, lumen & ſolatium veritatis. Quod vbi
„ ſubluxiſſe animaduertimus, vulgatumque ſubitò eſt Cauſam quæ de Can-
„ cellariatu è Senatu Pariſienſi quorundam factione Theologorum ad Re-
„ gium examen abducta erat, ad priſtinum Iudicium eſſe reuocatam; nemo
„ non cupiuit te coram intueri, venerari te æquiſſimum Iudicem; & ti-
„ bi cum gratulationis, tum gratitudinis officium exhibere. Hoc enim à
„ te donatum Nobis Beneficium ideò maius videri atque exiſtimari debet;
„ quod euocationis iniuriam ab ijs acceperamus, qui ſe noſtri Studij primos
„ ſemper eſſe voluerunt: & quorum authoritate atque præſidio noſtra li-
„ bertas defendi debuiſſet. Quod vnum imprimis eos quos ſupplices aſta-
„ re tibi conſpicis, variarum Artium Præceptores excitauit, vt conceptas
„ animo gratias tam conſummatæ Iuſtitiæ tuæ perſoluerent. Quanquam,
„ Iuſtiſſimè vir! quid eſt quod huic tuo in nos collato beneficio paraffer-
„ ri poſſit? ab ijs maximè quorum omnis ſupellex eſt liber, atramentum,
„ calamus. Sed exiſtimandus non es ex ijs eſſe, qui dignitates & mundi cu-
„ mulatas fortunas Doctrinæ ſtudio anteferas. Satis per te compertum ha-
„ bes quas litterarum & ſapientiæ eruditio commoditates cùm priuatis,
„ tum publicis rebus ſoleat importare. Enimverò quicunque Scholaſti-
„ corum Conuentus, ſeu apud Chaldæos, vel apud Ægyptios, vel inde
„ apud Græcos, addam & Druidas fuit olim conſtitutus, ex eo velut ex
„ confertiſſimo promptuario grana, viri ſapientes prodierunt, qui Reipub.
„ gubernacula capeſcerent. *Cuius rei ſcientiſſimus Diuus ille Rex atque Im-*
De Carolo Magno. „ *perator Carolus cognomento Magnus hoc potiſſimùm ſupra 700. annos curauit*
„ *in hac Pariſiorum vrbe toto orbe terrarum celebri alteram poſt Athenas litterа-*
„ *rum Academiam collocare facereque prudentiſſimorum virorum latè diffuſam ſe-*
„ *mentem, vnde in omnes mundi Prouincias Doctrina prodiret & ſapientia.* Atque
„ ita plus famæ atque gloriæ in condendo vno erudiendorum hominum
„ contubernio, quàm in dilatandis Imperij finibus ſibi paratum iri puta-
„ uit. Eſt profectò nimium vtilis ad omnia fructus litterarum, quem qui ſu-
„ ſtulerit, illum eundem humanitatis & cultioris vitæ rudimentum atque
„ ornamentum ſuſtuliſſe damnabitur. Idque ſagaciter olfaciens Carolus V.
„ cum & infantiam atque adoleſcentiam ſine eruditione altioris diſciplinæ
„ exegiſſe ſe doleret, ſummopere inſtituit plurimos in omni diſciplinâ li-
„ bros in vernaculam linguam conuerti, vt quod à Conſiliarijs hominibus
„ latinè proferri audiret, id & legeret per ſe, & nullo admonitore compre-

henderet. In hoc maxime Ptolomęum Philadelphum imitatus qui accitis, " ——
Authore Demetrio ſeptuaginta ex Hebræorum gente Interpretibus, & " 1483.
diuinæ legis volumina traduci, & in ampla admodum Bibliotheca colloca- "
ri mandauit. Tantum valet diſciplinarum cognitio & ad omnem rem ge- "
rendam majeſtas. Et hoc cum tu omnino doctus & ſcitus homo intelligas, "
voluiſti omnes bonarum Artium ſtudioſos bene de tuâ ſingulari Iuſtitia & "
præclarâ virtute ſperare. Non ergo absre Chriſtianiſſimo Regi gratulari "
poterimus qui te ſacroſanctis inſtitutis & legibus illuſtrem ad Cancella- "
riæ Magiſtratum accerſiuit; gratulabimur quoque & Genti & Regno "
Francorum, cuius moderamina, dum Iudicijs præes, peſſum ire nemo "
formidabit. Tibi prætereà Magnifice vir, meritò gratulabimur, qui per "
gradus virtutum conſcendens nullo tuo ambitu ad hanc dignitatem voca- "
tus atque aſſumptus es. Ducititaque nos omnis tua æquitas in ſpem con- "
ſequendæ tranquillitatis quam cuſtodem eſſe noſti, ſine quâ nec libera "
noſtra mens eſt, nec ſtudio cognoſcendæ veritatis incumbere quiſque "
poteſt. Illud mediusfidius ingenuè dixero, duo eſſe quæ Scholaſticos "
in ſtudio litterarum contineant, Vacationem à turba & negocijs ſecu- "
laribus, & alimentorum frugi ad mediocrem vitam ſuppeditationem. "
Rerum enim ſtrepitus à contemplatione diſtrahit. Egeſtas hominem ab- "
ſterret, dum preſſus inopiâ cogitur mendicitatis ſuffragio neceſſitati "
conſulere. *Haud facile*, inquit Satyrus Aquinas, *emergunt, quorum vir-* "
tutibus obſtat. Res anguſta domi. Et iterum.

Magnæ mentis opus, nec de lodice parandâ
Attonitæ, currus & equos faciesque deorum
Aſpicere, & qualis Rutilum confundat Erynnis.
Nam ſi Virgilio puer, & tolerabile deſit
Hoſpitium, caderent omnes à crinibus hydri.

Et illud quidem à te ſæpè lectum auditumque eſt Moyſen à monte "
Contemplationis propter obſtrepentem & tumultuantem in Caſtris po- "
pulum deſcendiſſe. Beatos etiam noſtræ fidei duces Apoſtolos miniſtran- "
dis menſis Diaconos ſeptem præfeciſſe, vt curis vacui, vitæ verbum li- "
beriùs prædicarent. Nonne cùm annonæ caritate tota Ægyptus labora- "
ret, ſtipendia atque annonam ex publico Sacerdotibus Rex Pharao con- "
ſtituit: ſimile Druidibus Gallis: ſimile Gymnoſophiſtis apud Indos factum "
eſſe & Cæſar & Strabo nominatiſſimi Scriptores tradunt. Noſtris autem "
Scholaſticis annos iam duos & viginti vix licuit quieſcere; vix benefi- "
ciolum ſine difficillima lite aſſequi permiſſum eſt. Quinimo ij quibus hæc "
vrbs velut domicilium & quies ad comparandam doctrinam eſſe debet, "
ex ea per euocationum inquietudines abducuntur. Quam verò in Eccle- "
ſijs promotionem **conſecuti hactenus ſunt, aut poſthac conſequi ſperent,** "
facile omnes intelligunt. Epiſcoporum neporibus & ineptiſſimæ inter- "
dum familiæ Eccleſiæ conferuntur. Eam obrem de duodecim Scholaſti- "
corum millibus vix totidem hodie videmus centurias. Itaque ſicut ſuf- "
foſſis aggeribus & dirutis muris, hoſtes paruo labore vrbem inuadunt; ita "
mutilatis priuilegijs & oppreſſis noſtri Studij libertatibus, neſcio qui "
Edaces, Compotores, Coquinarij, nulliuſque penſi homines, ſtudioſi- "
mos quoſque impetunt, impetitos extrudunt, extruſos procul à litteris "
agunt. Inter has tempeſtates & moleſtias, circunſpectiſſime Iudex, quem "
animum ad diſciplinas miſeros Studentes habere confidis? Quibus ta- "
men turbinibus, quia vno iam memorabili Iudicio occurriſti, gratias; "
quantas grata mens vlla poteſt, noſtra Omnis Vniuerſitas tibi reddit. Te- "
que quem velut Patronum & ſpei ſuæ anchoram conſpiciunt, Vniuerſi "
orant; vt quod de reducenda ad Curiæ Senatum cauſa Cancellariatus "
contra Theologorum inceptationem cœpiſti, id properè abſoluendum, "
priuſquam hinc abeas, cures. Proximè enim inſtant tempora cum eius "

" dignitatis officio Scholaſtici indigebunt. Dum alij atque, alij Licentiam,
1483. " alij Doctoratum feſtinabunt adipiſci: hoc pacto odia, ſimultates, quas
" ira & indignatio multorum animis impreſſerunt, ſopientur. Et ij qui tur.
" batione ægri nunc à tibi exhibitâ congratulatione ſe ſe auertunt, pœni.
" tentia factorum emolliti ad commune ſuæ Matris domicilium reuerten.
" tur Iam verò quia ad calcem Orationis feſtinamus, id quod de promo.
" uendis ad Eccleſiarum dignitates latius diu poſſet, curæ tuæ ſit ſpem red.
" dere bene merentibus alicuius poſthac beneficij conſequendi. Hac tan.
" tùm exſpectatione animati ad ſua Collegia refluent ij qui per ſuperioris
" temporis moleſtias hinc euolauerunt. Id autem facile factu erit ſi priui.
" legiorum reſtitutione firmatos, ſi euocationum grauiſſimis moleſtijs &
" impenſarum diſpendio liberatos; ſi Beneficiorum ſubſidio per Regis ma.
" gnificentiam ſe iuuandos intelligent. *Memineris igitur, dum celebrem hanc*
" *Studiorum Nutricem tuo præſidio fouebis, adepturum te nomen glorioſum: multi*
" *enim litterarum amore conſtructas à ſe Bibliothecas copiâ voluminum ornauerunt.*
" In quibus eſt Ptolomæus & Eumenes, Pollio quoque Aſinius, & apud
" Athenas Piſiſtratus, gloriam ſunt non minimam conſecuti. *Tu verò de con-*
" *ſeruandis ac propagandis Scholaſticis & Doctis hominibus ſi curam excipies, tantò*
" *fulgentiorem gloriam & laudem conſequeris quanto maius eſt ſapientes homines,*
" *quàm libros conſeruare.* Gloriæ igitur & famæ nominis tui ita conſulas ora-
" mus, Magnificentiſſime Iudex: vt nullâ re magis quàm in tuendâ noſtrâ
" id eſt, litteratorum libertate & prouectione exiſtimes tibi & poſteritati
" tuæ laudem pariturum. Quam vt augeas, auctam retineas, retentam cum
" incremento virtutum longiſsimè poſſideas, optat modeſtiſſima Parens
" noſtra, quæ ſe ſuoſque alumnos omnes tuæ juſtiſſimæ æquitati com.
" mendat.

Die 23. Auguſti habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes iuxta id quod per Cancellarium Franciæ Rex poſtulauerat, vt ſcilicet deligerentur ab Vniuerſitate viri qui Regem & Magnum eius Conſiſtorium adirent, oſtenderent Priuilegia, eorumque conſeruationem depoſcerent; quod hiſce Comitijs factum eſt. Tunc autem lis erat nonnullis Suppoſitis Vniuerſitatis cum Ciuibus quibuſdam & Canonicis S. Audomari in Flandria qui iuxta Priuilegia Vniuerſitatis Pariſ. euocati fuerant Lutetiam ad cauſam dicendam apud Præpoſitum Pariſ. Conſeruatorem Priuilegiorum Regiorum eiuſdem Vniuerſitatis. Quia verò illi ſe ſiſtere recuſabant, res hæc Induciarum, ſeu Vacationum tempore in Curia Parlamenti agitata eſt & ad proximam ſeſſionem poſt Martinalia remiſſa, vt patet ex Actis Curiæ ad diem 19. Septemb.

Sur ce que M. Ioſſe Danſque Chanoine de S. Omer & Pierre de S. Amand, Bailly du Chapitre ont apporté leurs Lettres à la Cour des trois Eſtats de la ville de S. Omer touchant aucunes plaintes qu'ils faiſoient de ce que on auoit traict aucuns de ladite Ville pardeça, pardeuant le Preuoſt de Paris, & auſſi pardeuant le Conſeruateur des Priuileges Apoſtoliques de l'Vniuerſité dudit lieu, qui eſtoit, comme ils diſoient, contre le Traitté de la Paix faite entre le feu Roy, que Dieu abſoille, & le Duc Maximilien d'Auſtriche: Les Preſidens & autres Conſeillers du Roy noſtre Sire, en ſa Cour de Parlement, aſſemblez en la Chambre dudit Parlement, iceluy vacant, ont deliberé & Ordonné que leſdits de S. Omer, & auſſi l'Vniuerſité de Paris & les Particuliers à qui cette matiere touche, monſtreront ce que voudront au Procureur General du Roy, & ſeront ouys en la Cour icelle ſeant, après la S. Martin, pour en ordonner, s'il plaiſt au Roy, par ladite Cour, ou par ſon Grand-Conſeil, ainſi qu'il appartiendra & iuſques à ce que autrement en ſoit ordonné, tous exploits & procedures des particuliers ſurſiſes, fors touchant certaine penſion, dont eſt queſtion, entre M. Iacques Picot Doyen de S. Amé en Doüay & M. Robert Papin, ſur quoy leſdits Preſidens & Conſeillers ouys, les deſſuſdits préalablement & ſommairement en ordonneront. Fait en la Chambre du Parlement iceluy vacant, le 19. Septembre 1483.

Die 3. menſis Octob. in Comitijs Mathurinenſibus delecti ſunt Oratores qui Regem adirent, inter alios M. Mathias Kolb. Nationis Germanicæ,

peterentque

peterentque priuilegiorum Academicorum conſeruationem, quoad lites, néve pateretur cogi Vniuerſitatem, aut eius ſuppoſita extra muros Pariſienſes cauſas & lites ſuas proſequi. Die 8. idem confirmatum. Die verò 10. in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium delectus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Robertus la Longne Nationis Normanicæ, deductuſque ad Collegium Pleſſæum magno comitatu & frequentia Magiſtrorum. 1483.

Die 16. Decembris apud S. Iulianum Pauperem electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Thomas Ruſcher de Gamundia, Nationis Germanicæ, qui die 25. Comitia habuit apud Mathurinenſes, in quibus actum eſt de legatione ad Regem mittendâ: quâ de re in Comitijs omnibus à menſe Octobri actum fuerat; cùm alij paucos, alij plurimos legatos magnoque comitatu mitti vellent. In his verò audita eſt conqueſtio DD. de Curia Parlamenti, propterea quod Primarij Collegiorum ſinebant ludos, ſeu Comœdias in ſuis Collegijs repræſentari non ſatis maieſtatem & honeſtatem Academicam redolentes; itaque concluſum vnanimiter vt Rector ſcedulis publicè proſtantibus vetaret id deinceps fieri. Quâ de re ſic legitur in Commentarijs Nationis Germanicæ. Quantum ad 2. art. placuit Vniuerſitati vt litteræ ſigillatæ ſigillo Rectoris affigerentur in locis publicis & dirigerentur ad Principales Collegiorum, ne aliqui ludi inhoneſti perſonas honeſtas deformantes ludere permitterentur; breuiter quod nullus aliquem ludum luderet, niſi fuerit viſitatus & examinatus per Principales, aut eorum Regentes.

Die 12. Ianu. habita ſunt apud Mathurinenſes Comitia præſertim ad obſiſtendum Epiſcopo Pariſienſi, qui tributum quoddam inſolitum exigebat à Suppoſitis Vniuerſitatis: itaque concluſum fuit, ni monitus exigere deſiſteret, appellandum eſſe. Sic enim in Codice Germanicæ Nationis legitur. Anno, &c. Primus articulus erat ſuper defenſione Suppoſitorum Vniuerſitatis cuiuſdam taxæ quam D. Pariſienſis ipſis imponere nitebatur, & ſuper modo habendi pecunias legationis Oratorum ad Regiam maieſtatem. Secundus erat ſuper quibuſdam priuilegijs Vniuerſitatis contra Pergamenarios, &c. Quantum ad 1. partem primi art. concluſum fuit quod Suppoſita Vniuerſitatis nequaquàm D. Pariſienſi ſoluerent taxam ab eo impoſitam, & ſi neceſſe eſſet, contra eum appellare parati ſunt. Quantum ad 2. partem nihil concluſum fuit. Quantum ad 2. art. concluſum fuit D. Rectorem vnà cum Comitiuâ notabili adire DD. Parlamentares ad audiendum de litteris ibidem repertis contra pergamenarios ſi conſona ſint Priuilegijs Vniuerſitatis an non.

Die verò 20. eiuſdem menſis video Vniuerſitatem conuocatam ad tuendam appellationem interiectam ab ipſo Epiſcopo Pariſ. concluſumque fuiſſe vt D. Rector modis omnibus & totis viribus appellationem eiuſmodi & Priuilegia Vniuerſitatis defenderet.

Die 23. Martij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Petrus Belſur aut Berſer. Porro hoc non videtur prætermittendum hoc quoque anno Sixtum IV. Pontificem Max. Bullam emiſiſſe aduerſùs negantes immaculatam Conceptionem beatæ Virginis, quæ legitur inter Extrauagantes Communes l. 3.

Anno 1484. Carolus VIII. inauguratus eſt, ſcilicet menſe Iunio, cuius Parens Ludouicus XI. obierat menſe Auguſto præcedentis anni; de Caroli autem moribus & propenſione ad ſtudia eleganter Gaguinus. Fuit, *inquit*, Carolo mitius ingenium & natura benignior. Quem nullâ eruditione Latinâ inſtitui Pater voluit, exiſtimans litteras impedimento eſſe Regnantibus. Deque ſe id Iudicium faciebat; quod cum excellenti ingenio eſſet, & plurima noſſet, ad moleſtiam ſibi eruditionem accedere dicebat. Credo Ludouicum prouidere Caroli fragilitati voluiſſe, cui primam infantiam non ſatis firmam eſſe conſpiciebat. Teneris enim atque imbecillibus membris primò Carolus fuit; ita vt ſedulò duci illum & portari molliter priuſquam ſolidè incederet, oportuerit. Cui incom- 1484.

" modo doctrinæ curam & laborem non congruere Pater arbitrabatur.
1484. " Alioquin erat Carolo animus diſciplinæ appetens. Nam Ludouico mor-
" tuo, cùm Regiam adeptus eſt dignitatem, ſcriptos Gallicè libros liben-
" ter legit, tentauitque Latinè ſcire. Vnde conijcere licet eum amauiſſe
" virosdictos. Et reuera Budæus ait lib. 1. de Philologia, ſe ab eo propterea
" fuiſſe accerſitum in aulam. A Carolo, *inquit*, ego commodùm in aulam ac-
" cerſitus fueram, cum ille repentino caſu ſublatus eſt: exierat iam rumuſ-
" culus quidam Studiorum meorum, qui ad eum permanauerat nihil minus
" me agente, &c. tametſi Rex Carolus humanitate ſingulari, liberalitate-
" que memorabili præditus & litterarum elegantium opinione quadam im-
" butus, earum me gratiâ & Græcarum præcipuè quæ tum in Francia pœ-
" nè erant inauditæ, euocandum iudicarat.

Initio Regni omnium Subditorum præſertim verò Ciuium Pariſien-ſium & Vniuerſitatis amorem in ſe conuertit, propterea quod de Oliue-rio Dama, Tonſore Ludouici, Daniele Flamingo & Ioanne Doyaco ſu-plicium ſumi voluit; qui Ludouici Patris fauore abuſi Vectigalium nume-rum auxerant, noua inuenerant, Priuilegia ſuſtulerant, & Publicanos ad rapinas aduocarant. Maximè verò lætata eſt Vniuerſitas de Damæ ſupplicio quem ſciebat authorem fuiſſe ſubuerſionis omnium pœnè Pri-uilegiorum ſuorum: adeo vt nihil frequentius toto Regni Ludouici tem-pore legatur, quàm rumor & timor amiſſionis priuilegiorum; quàm lega-tiones miſſæ ad tuenda priuilegia. In eius autem hominis ſupplicium Ro-bertus Gaguinus vir toto pectore Academicus hoc carmen cecinit.

Sunt ſua criminibus ridentia tempora, Tonſor!
Currere quæ ſubito prouida Parca vetat.
Hoc poteras olim longè præноſcere Dama!
Vt ſaltem horreres tollere cæde pios.
Te natura humilem cum mater Flandra tuliſſet,
Arte vnâ noras radere cæſariem.
Hunc talem & ſeruum te ſæpè Lutetia vidit,
Tutus ab hac poteras ducere ſorte dies.
Raptus ad excelſam Lodoici Principis aulam,
Mox Erebi furias moribus anteuenis.
Et caput huic tondens, dum ſuffers lingere ficos,
Præ Ducibus, Regi Regulus alter eras.
Quid tibi non licuit ſoboles tam dira Neronis?
Nemo non vixit te referente, reus.
Nemo Dei ſacra, cenſuram nemo gerebat
Grandia qui renuit promere dona tibi.
Protinus exilium, vel mors, vel multa, negantem
Preſſit; eras Iudex, lictor & exitium.
Regnaſti; ſatis eſt, ſurgunt noua ſidera mundo.
Turba ſceleſtorum territa luce fugit.
Agnoſce, ô Tonſor! quo te ſcelus extulit atrox;
Et te præcipitem depulit in laqueos.
Te Daniel, te dira cohors, te Memmius odit:
Et ſcelerum authorem damnat & inſequitur.
Neſcio quid de te ſuperi, vel fata reponunt:
Seu lictore cades, ſeu cruce liber eas.
Vna tamen vulgi conſtans ſententia, furcas
Expetit, vt ſatiet te pereunte odium.

In terra vinctus culpas abſterge gemendo
Peccati; morte eſt nunc redimenda ſalus. 1483.

Die 13. Iunij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Petrus Foliot Nationis Normanicæ. Statim verò ille in Priuilegiorum Vniuerſitatis confirmationem incubuit, atque à Carolo VIII. obtinuit. Itaque pridie non. Octob. in Comitijs Mathurinenſibus decretæ ſunt gratiæ immortales Regi, DD. Aurelianenſi & Bituricenſi, D. Cancellario, cæteriſque Regis Conſiliarijs & Comitibus Conſiſtorianis qui Vniuerſitati fauerant. Verùm vt hoc obiter moneam, ſublatis magnâ ex parte priuilegijs, Regnante Ludouico XI. ita decreuerat Scholaſticorum & ſtudentium numerus, vt vix millibus reſponderent Centuriæ tunc temporis, vt ait Gaguinus in Epiſtola ad Guillelmum de Rupeforti Franciæ Cancellarium.

Eodem Ludouico regnante, magnam quoque iacturam decrementumque paſſa eſt Francia in Libertatibus antiquis, quæ à Pio II. maximè verò à Sixto oppugnatæ fuerant, qui per Legatos ſuos Beneficia diſpenſabat ad libitum. Igitur Carolus meliùs conſultus die 20. Aug. appellauit à Ballüa Cardinale quem Sixtus ſumma cum authoritate in Franciam miſerat. Inſtrumentum Appellationis tale eſt ex membrana Herouuallij.

Appellatio nomine Regis Caroli VIII. facta à Sixto Papa & à Cardinale Ballua.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum Cunctis pateat euidenter & ſit notum quod anno eiuſdem Domini 1484. Indict. 2. menſis verò Aug. die 20. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri D. Sixti diuina prouidentia Papæ IV. anno 13. in Reuerendi in Chriſto Patris & D. D. Ludouici Pot Epiſcopi Tornacenſis, ac Abbatis Monaſterij S. Launomari de Bleſis Ordin. S. Bened. Carnotenſ. Diœceſis & noſtrorum Notariorum ſubſcriptorum, Teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus vir circunſpectus & honorandus M. Ioannes de Nanterre in Iure Ciuili Licentiatus D. noſtri Regis Procurator Generalis, præmiſſis proteſtationibus de omni reuerentia, honore & obedientia per eum debitis eidem ſanctiſſimo D. noſtro Papæ, ſanctæque ſedi Apoſtolicæ & alijs ſummis Pontificibus necnon ſacris Generalibus Concilijs ſemper pro ſuo poſſe per eum exhibendis ſingulariter etiam aſtrictus fideli & diligenti executioni Mandatorum dicti D. noſtri Regis & defenſioni iurium, prærogatiuarum, priuilegiorumque ſuæ Majeſtatis, ac Regni eius, ac Regnicolarum nomine procuratorio eiuſdem D. noſtri Regis tam pro eo quàm pro omnibus ſui Regni & Delphinatus aliorumque ſuorum Dominiorum inhabitatoribus & incolis, **Eccleſiaſticis & ſecularibus cæteriſque Prælatis**, Principibus & alijs adhærentibus & adhæſuris in hac parte quandam ſcripturam Nobis exhibuit atque coram vobis contenta in eadem fecit & expleuit, ac in præſenti Inſtrumento inſeri requiſiuit. Cuius quidem Scripturæ tenor ſequitur in hæc verba.

Prouidit ex alto Iuſtitia Reges & Orbis terræ Principes Actibus humanis præficere, ipſorumque ſolia erexit in terris, vt Eccleſia ſancta Dei & eiuſdem Miniſtri fideles eorum freti præſidio in pacis tranquillitate quieſcant, & vt populum ſibi ſubditum à cunctis moleſtijs, oppreſſionibus & grauaminibus tueantur & protegant; quod & ipſa Veritas teſtatur, Sap. 6. *Audite*, inquit, *Reges, & intelligite, diſcite Iudices finium terræ, præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis Nationum, quoniam data eſt vobis à Domino poteſtas & virtus ab Altiſſimo qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur.* Et vt ait Petrus in Canonica. *Ob hoc ſunt Reges & Principes conſtituti, vt per eos mali coerceantur & boni viuant quietius.* Cui concordat Paulus ad Rom. 13. dicens *Poteſtates ſeculares eſſe à Deo*

" *ad terrorem malorum & ſecuritatem bonorum.* Quamobrem Regibus & po-
1483. " teſtatibus ſecularibus ſuam poteſtatem inter Sacerdotes & Eccleſiæ Mi-
" niſtros nonnunquam exercere ipſorumque conatus & abuſus reprimere
" conceſſum eſt. Legitur enim 4. Reg. 12. & 2. Paral. 24. quod cum pecu-
" niam ad inſtaurationem templi auari Sacerdotes & Leuitæ in ſuos vſus
" conuerterent, populumque Iudaicum non neceſſariâ collatione onera-
" rent, & Templi reparationem negligerent, Ioas Rex Iuda qui rectum co-
" ràm Domino feciſſe ſcribitur, viuente adhuc Pontifice Ioyada, hanc ab
" eis prædam abſtulit & pecuniam ſub Pontificis & Regis ſede receptam ad
" inſtauranda Templi ſarta tecta ſacraque vaſa conuertere eos compulit.
" Legitur inſuper 2. Machab. 4. quòd cùm Simon Templi præpoſitus &
" ſummum Iudaicæ Gentis Sacerdotium ambiens aduerſùs Oniam ſum-
" mum & optimum eius populi Pontificem ſeditionem mouiſſet, & Apol-
" lonius Celleſyriorum & Phœnicis Ducis fretus amicitia homicidia mul-
" ta in populo committeret, Onias vir optimus & ſapientiſſimus officium
" Regum eſſe exiſtimans innocentes & pacificos aduerſùs nocentes & in-
" quietos, quamuis eſſent Sacerdotes, tueri & defendere, ad Regem Se-
" leucum Aſiæ Dominatorem ſe contulit, vniuerſæ multitudinis aduer-
" ſus Simonem & alios ſceleſtos Sacerdotes vtilitatem procuraturus: vi-
" debat enim quod ſine regali prouidentia impoſſibile eſſet pacem rebus
" dari, nec Simonem poſſe ab eius malitia & ambitione compeſci, quod
" & ipſe Paulus Apoſtolus prædicator veritatis in ſeipſo comprobauit.
" Nam cum Iudæi Sacerdotes & Pontifices ſibi vt eum morti traderent,
" inſidias pararent, Claudius Lyſias Romanorum Tribunus & Felix, Fau-
" ſtuſque Præſides officium boni Principis eſſe ſcientes Innocentes à mor-
" te eruere, & contra quoſlibet Sacerdotes protegere, vi militari manibus
" furentium Iudæorum ipſum erexerunt, ipſeque ſapientiſſimus Paulus
" non ignorans iniquiſſimorum Pontificum Iudicium, ad Cæſaris Tribunal
" appellauit. Hoc idem teſtantur ſacri Canones, ſanctorumque Patrum
" Decreta. In Canone ſiquidem ita cauetur. *Agnoſcant Principes ſeculi Deo*
" *ſe rationem eſſe reddituros propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam accipiunt.*
" Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue
" ſoluatur, ille ab eis rationem exiget qui horum poteſtati ſuam Eccle-
" ſiam tradidit.

" Sanè diligenter hoc attendens Ego Ioannes de Nanterre Procurator
" Generalis Chriſtianiſſimi D. noſtri Francorum Regis, ex deliberatione
" Aduocatorum D. noſtri Regis tam pro ipſo D. noſtro Rege, quàm pro
" cunctis ſuorum Regni & Delphinatus iuribus Eccleſiaſticis & ſecularibus
" animo ac intentione prouocandi & appellandi à grauaminibus infraſcri-
" ptis, dico & propono ea quæ ſequuntur. Et 1. quod Creator vniuerſi vt
" Eccleſiam ſuam recto ordine regendam diſponeret, certos inſtituit Mini-
" ſtros, videlicet Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos & Minores Sacer-
" dotes, quorum inſtitutio in veteri Teſtamento eſt inchoata & in nouo
" pleniùs confirmata. Et licet in nouo Teſtamento poſt Chriſtum Domi-
" num à Petro Sacerdotalis Ordo ceperit, primuſque poteſtatem ligandi
" & ſoluendi acceperit à Domino, cœteri tamen Apoſtoli cum eodem pa-
" ri conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, qui etiam iubente Do-
NOTA " mino, in toto Orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. *Ipſis quoque de-*
DE CVRA- " *cedentibus in loco eorum ſurrexerunt Epiſcopi. Videntes autem ipſi meſſem mul-*
TIS. " *tam & operarios paucos, rogauerunt Dominum meſſis vt mitteret Operarios in*
" *Meſſem ſuam; vnde ab eis electi ſunt 72. diſcipuli quorum vicem gerunt* Pres-
" *byteri atque in eorum loco ſunt conſtituti in Eccleſia, quibus regendi authoritas*
" *& poteſtas à Domino conceſſa eſt.* Poſtmodum verò ſucceſſu temporis Pro-
" uinciæ, Diœceſibus & Parochijs, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſque
" inferioribus Prælatis & eorum cuilibet reſpectiuè Iuriſdictio & Clauium
" poteſtas commiſſa eſt. Quæ ſiquidem poteſtas & Iuriſdictio per Concilia
" Generalia ſanctorumque Patrum Decreta ſaluberrima, ſacros etiam Ca-
" nones approbata & roborata eſt, adeò quod nulli quantumcunque pote-

teſtatis, aut dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, huiuſmodi Iuriſdictioni & " 1483.
poteſtati ordinariæ detrahere, aut illam auferre, vel diminuere nullâ "
præſertim ſubſiſtente cauſâ licitum eſt. In Canon. enim ſcriptum eſt, "
quod quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit & in- "
iuſtus iudicandus eſt. Quanquam ſi ſua vnicuique Iuriſdictio illæſa non "
ſeruatur, totus Ordo Hierarchicus confunditur. Et vt ait Zozimus Pa- "
pa, contra Statuta Patrum concedere aliquid, vel mutare, nec ſedis "
Apoſtolicæ poteſt authoritas. Et Hormiſda conformiter. Quia prima "
ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire & à Conſtitutis Patrum nullatenus "
deuiare. Hi ſiquidem Canones quandiu debitè obſeruati fuerunt, Ec- "
cleſia Chriſti Catholica floruit, & fructus ſalutiferos produxit, ceſſauit "
ambitio & auaritia præſertim in Regno & Delphinatu, ipſarumque Ec- "
cleſiarum Rectores & Miniſtri in pace & quiete, ac animi tranquillitate "
authorem pacis excoluerunt. Succeſſu verò temporis ſic Exterorum "
Sacerdotum creuit auaritia, quod lex perijt de Sacerdotio & veritas de "
populo ſublata eſt, vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ derelictus fuit. Sacri "
etiam Canones & ſacrorum Conciliorum ſtatuta, necnon antiquorum Pa- "
trum Decreta aliquandiu ab vſu diſceſſerunt. Vnde quamplurima ſcan- "
dala, Schiſmata, diſſenſiones & incommoda in Clero & populo Chriſtia- "
no orta fuerunt, propter quæ euitanda & etiam pro vniuerſali ſtatu Ec- "
cleſiæ in melius reformando olim congregata fuit Magna Conſtantienſis "
Synodus, in qua multi ſacri Canones pro felici & ſalubri regimine totius "
Eccleſiæ, ac pro conſeruatione Iurium ſingularum Eccleſiarum conditi "
& innouati fuerunt. Subſequenterque ſacroſancta Generalis Synodus "
Baſileenſis huiuſmodi Canones, necnon certas Ordinationes, Definitio- "
nes, Declarationes & Decreta in publica & ſolemni ſeſſione renouauit. "
Quiquidem Canones & Decreta Baſileenſis Concilij per nonnullos eiuſ- "
dem Concilij Legatos ſolemnes & Nuncios recolendæ memoriæ Karo- "
lo VII. Francorum Regi, necnon Eccleſiæ Gallicanæ, ac Clero Regni & "
Delphinatus tunc in Ciuitate Bituric. congregatis oblati & præſentati "
fuerant, qui ipſum Carolum Regem debita cum inſtantia requiſierunt vt "
huiuſmodi Canones pro ſalubri regimine totius Eccleſiæ & præcipue "
Regni & Delphinatus editos complecti & in debitam executionem pro- "
ducere vellet. Ipſe autem Rex Karolus VII. habitâ ſuper hoc digeſtiſſimâ "
deliberatione cum Principibus ſuæ Regalis proſapiæ & alijs Magnatibus, "
Proceribus, multiſque viris prudentibus & ſcientificis Eccleſiaſticis & "
ſecularibus deliberationes & Concluſiones Eccleſiæ Gall. & Cleri ſuo- "
rum Regni & Delphinatus in dicta Congregatione factas ſub certis mo- "
dificationibus in Pragmatica-Sanctione ſuper hoc edita factas, gratas & "
acceptas habuit, & ordinauit illas in ſuis Regno & Delphinatu, ac om- "
nibus ſuis Dominijs inuiolabiliter obſeruari & publicari, ac inter Ordi- "
nationes Regias reputari. Et licet inter cæteras definitiones & declara- "
tiones in dictis **Conſtantienſi & Baſileenſi Concilijs editas ſtatutum**, defi- "
nitum, declaratumque & decretum fuerit quod quicunque cuiuſcunque "
ſtatus, vel dignitatis etiamſi Papalis exiſtat, qui ſtatutis & Ordinationi- "
bus, ac Decretis in eiſdem Concilijs editis obedire teneatur, in his præ- "
ſertim quæ pertinerent ad fidem & ad generalem reformationem Eccle- "
ſiæ Dei in Capite & in membris, prædictæque Ordinationes, ſtatuta & "
Decreta in dictis Concilijs facta, vel innouata per nonnullos Romanos "
Pontifices videlicet Eugenium IV. Nicolaum V. Callixtum II. & Pium II. "
ſuis temporibus obſeruata fuerint, nihilominus tamen ſanctiſſimus D. "
noſter Papa Sixtus, ad quem pertinet ſacros Canones defendere non "
euertere & iura cuiuſlibet Eccleſiæ illæſa conſeruare, huiuſmodi Cano- "
nes ſuo tempore infringere, ac eneruare, ac Iuriſdictionem, ſeu pote- "
ſtatem ordinariam, Iura quoque, priuilegia & libertates Eccleſiarum di- "
ctorum Regni & Delphinatus, Archiepiſcopis, Epiſcopis alijſque Præ- "
latis huiuſmodi Eccleſiarum competentibus auferre, ſubſtrahere & quam- "
plurimùm diminuere: ſubditos quoque & Incolas eorundem Regni & "

1483. " Delphinatus multipliciter lædere & grauare, necnon Iura, Libertates & priuilegia dicti D. noſtri Francorum Regis ſuorumque Regni & Delphinatus infringere conatus eſt. Nam & his diebus quamuis ipſum Regnum ſit pacatum, ipſiuſque Incolæ & habitatores optata pace fruantur, ſic quod nulla ſubſit vrgentis neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis cauſa, ad ipſum Regnum & Delphinatum cætera quoque D. noſtri Regis dominia quicquam deſtinare, ſeu tranſmittere Legatum cum plenaria poteſtate Legati de latere: quinimò vbi iuſta ſubeſſet cauſa illum deſtinandi vel tranſmittendi, talis tamen deſtinari & tranſmitti debuiſſet qui in ſemetipſo ſpiritum Dei & præcepta eius in conſpectu ſui haberet, in quo eſſet ſapientia, claritas & legis ſcientia vt poſſent eum audire filij Iſraël, provt legitur de Moyſe, Exod. 18. *Eligite ex vobis viros Deum timentes in quibus ſit veritas & qui odiant munera.* Quamuis etiam debuiſſet tranſmittere verum Pacis & Iuſtitiæ Zelatorem, non turbatorem, in quo vigeret rectitudo Iudicij, & cuius conuerſatio nota eſſet & probata in populo, nihilominus tamen ipſe ſanctiſſimus D. noſter Papa Sixtus, neſcitur quâ ratione vel cauſa, Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem & D. D. Ioannem Balluæ tit. S. Suſannæ Preſbyterum Cardinalem ad Regnum Franciæ & Delphinatum, cæteraque dicti D. noſtri Regis dominia cum plenaria poteſtate Legati de latere Legatum deſtinauit & tranſmiſit, qui quàm citò Regnum Franciæ ingreſſus eſt, licentia vel conſenſu D. noſtri Regis minimè petita, ſeu habita eiuſque Legatione minimè recepta niſus eſt officium ſuæ Legationis exercere, & quæcunque ad Iuriſdictionem ordinariam Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum Prælatorum huius Regni & Delphinatus tam ratione Ordinis quàm Iuriſdictionis ſpectant & pertinent, exercere. Beneficia ad eorum collationem iure ordinario ſpectantia, indiſtinctè conferre, & exinde pecunias à ſubditis eorundem Regni & Delphinatus in maxima copia exigere & recipere, & illas ad exteras Nationes deferre in graue præiudicium, damnum & detrimentum ipſius Regni, Iuriumque, priuilegiorum & libertatum ipſius Regiæ Majeſtatis necnon in vilipendium, ſpretum & eneruationem ſacrorum Canonum in dictis Concilijs generalibus editorum, ac Regnicolarum, tam Eccleſiaſticorum quàm Secularium læſionem & grauamen. Et quia Regia Majeſtas ſuis temporibus huiuſmodi Canones & Decreta pro regimine ſalutari Eccleſiæ editos ſuis temporibus optat inuiolabiliter obſeruari, & Eccleſias Regni & Delphinatus ſalubriter regi & gubernari. Idcircò ad obuiandum inconuenientibus, periculis & grauaminibus quæ ex dicta Legatione prouenire poſſent, ex dictorum Aduocatorum peritorumque deliberatione à præfato Reuerendiſſimo D. Cardinale tit. S. Suſannæ, eiuſque Legatione per eum prætenſa omnibuſque & ſingulis grauaminibus ſupradictis per eum illatis, exinde ſecutis & ſecuturis ad ſanctiſſimum D. noſtrum Papam Sixtum minimè debitè conſultum, ad ipſum melius conſulendum, ac ad illum vel illos ad quem, ſeu quos de iure prouocare & appellare mihi licet in his ſcriptis tam pro me quàm pro meis adhærentibus & adhæſuris prouoco & appello, Apoſtoloſque à vobis Reuerendo in Chriſto Patre peto & repeto inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè in iuris ſubſidium mihi dari, reuerentiales, & tales quales mihi dare poteſtis à vobis Notarijs ſubſcriptis teſtimoniales addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, & in melius reformandi, omnique alio iuris beneficio mihi ſemper ſaluo aſtantes in teſtimonium præmiſſorum inuocando. Qui quidem Reuerendus Pater Epiſcopus & Abbas illis & incontinenti dicto Magiſtro Ioanni de Nanterre Procuratori quo ſupra nomine Apoſtolos dedit in hunc modum. ob reuerentiam Vniuerſalis Eccleſiæ, ac ſanctiſſimi D. noſtri Papæ, ad quam ſeu quem appellaſtis, appellationi veſtræ deferimus veneranter. Et hoc pro Apoſtolis vobis reſpondemus. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis dictus Magiſter Ioannes de Nanterre, &c.

Dum hæc fierent, fatis interim fungitur Sixtus, cui ſucceſſit Innocentius VIII.

tius VIII. Et illa de ſua promotione per litteras ſtatim more ſuorum Prædeceſſorum certiorem facit Vniuerſitatem, Vniuerſitas habitis die 13. Decemb. Comitijs decernit eidem nouo Pontifici gratias, ſimulque Collegio Cardinalium felicemque ſucceſſum apprecatur. 1483.

Die 22. Ianu. in Comitijs Bernardinis adfuit Dux Aurelianenſis qui per ſuum Cancellarium multa de prauâ Regni adminiſtratione Regiſque vix adhuc tum quindennis gubernatione ad Vniuerſitatem dixit, rogauitque vt quàm commodiſſimâ fieri poſſet viâ, ipſa quâ authoritate & integritate valebat, malis impendentibus occurreret, & præſentia leuare conaretur. Cui reſponſum eſt rem eſſe grauioris momenti, quàm vt ibi diſceptari & concludi poſſet; Vniuerſitatem maturiùs ea de re deliberaturam, nominaturamque viros qui rem iſtam diſcuterent & examinarent. Igitur adhibito conſilio, & ijs quæ per D. Aurelianenſem dicta erant, lectis eiuſque manu ſubſignatis, placuit die 25. apud Mathurinenſes habitis Comitijs mitti ad Regem Oratores, qui Capita propoſita Regi & Comitibus Conſiſtorianis patefacerent. Inter cæteros electus Orator M. Ioannes Raulinus. Magnus Magiſter Nauarricus cum quodam Doctore Iuris Canonici, qui munus ſuum fideliter exequuti, die 5. Febr. retulerunt ſe à Rege gratiſſimè exceptos, & cum gratiſſimo reſponſo remiſſos: quamobrem decretæ ſunt tum Regi, tum ijs gratiæ immortales.

Die 2. Martij in Comitijs Mathurinenſibus decretum vt Rector frequenti comitatu cum Oratore Regem adiret pro conſeruatione priuilegiorum, quæ oppugnabantur. Orator fuit M. Berengarius Mercatoris, cui Rex reſpondit ſe daturum operam vt Vniuerſitati ſua conſeruarentur priuilegia. Verùm nihilominus à Publicanis & alijs oppugnabantur; præſertim verò quoad Nuncios, quorum numerus maior illis eſſe videbatur. Rogatus eſt etiam M. Robertus Gaguinus ſcribere nomine Vniuerſitatis ad Cancellarium apud quem plurimum poterat, cuius Epiſtolam ſubtexo.

MAGNO turbine aurarum agitati, Magnifice Cancellarie! cogimur rebus & quieti noſtræ Communitatis conſulere. *Non enim tanta nos aliquando inquietudine laboraſſe meminimus, ſed nec angariatos eſſe veſtigalibus, quem ad modum nos noſtroſque Clientes & Officiarios premunt ij qui Regijs tributis præſunt.* Quos etſi crebris conuentionibus interpellauerimus, aſperiores inde facti, non vnum aut alterum ex noſtris, ſed plurimos ſine diſcrimine conditionis ſeruili quadam exactione contriſtant. Et his quidem incommodis afflicti cum libertatem noſtram more maiorum vindicare decernimus, oppreſſores noſtri ad Regiam nos Majeſtatem ita detulerunt, quaſi prohiberemus perſoluere fiſci rationem. Quâ accuſatione quanquam non eſt viſa Majeſtas indignari, nobis tamen compertum eſt longè alia de nobis accepiſſe, quàm noſtram in Majeſtatem eius obſeruantiam decet. Quamobrem Parlamenti Senatus nos ad ſe accerſitos conquerentes audiuit. Audiuit contra Aduerſariorum criminationes, nec Regios prætermiſit Aduocatos qui Principis Majeſtatem tuerentur, neque his conſultationibus vulneri eſt adhibita Curatio. Agimur, velut libertas noſtra peſſum iret. Qua ſicut retinaculo & ſolidis neruis noſtra Communitas cohæreat, illam diſſolui propediem neceſſe eſt: niſi ille à cuius juſtiſſimis Progenitoribus cœpit exordium, fauſtus felixque ſubueniat. Propterea publico noſtræ Communitatis Decreto hic noſter Orator ad Regem proficiſci iuſſus eſt, qui veſtro patrocinio vt ſperamus adiutus Innocentiam noſtram Regiæ celſitudini manifeſtet, libertatem procuret, & litterarum conſulat otio. Sit igitur veſtræ benignitatis cauſam tueri Scholaſticæ libertatis, quæ cum ferè ablata nobis ſit, alia nobis eius recuperandæ ſpes non eſt, niſi quam Rex pijſſimus veſtra diligenti curâ reſtituet. Valete, Pariſijs pridie Nonas Martij. EP. GAGVINI AD D. CANCELLARVM.

Eodem anno Curia Pariſ. lato die 7. Febr. Decreto iuxta Priuilegia exemit Bidellos & Nuncios Academicos ab onere nocturnarum excubia-

rum, cui cæteros Artifices obnoxios eſſe voluit, tale autem eſt ex Actis
1484. Curiæ.

Sur la Requeſte baillée à la Cour le 12. Ianvier dernier paſſé par le Procureur du Roy au Chaſtellet de Paris, que de toute ancienneté a accouſtumé d'eſtre fait le Guet par les gens de Meſtier à ce ſubjets, lequel comme il diſoit, eſtoit de preſent diſcontinué & delaiſſé, obſtant ce que pluſieurs deſdits Meſtiers s'en ſont voulu exempter & entrer en Procez, tant en la Cour de ceans, par appellations comme ailleurs. Veu par la Cour ladite Requeſte, les Ordonnance anciennes touchant leſdits Guets, l'information ſur ce faite: Et oüy le Rapport des Commiſſaires ordonnez, pour ſur ce communiquer auec les Officiers du Roy audit Chaſtelet de Paris. Et tout conſideré: La Cour a ordonné & ordonne, que ledit Guet ſera fait, continué & entretenu en la maniere accouſtumée par les gens des Meſtiers à ce ſubjets, s'ils ne ſont du nombre de cxx. Archers ou des lx. Arbaleſtriers du Roy & de la ville de Paris, gardes des Clefs des portes ou des Chaiſnes de la ville de Paris, Bedeaux ordinaires de l'Vniuerſité de Paris, Meſſagers d icelle Vniuerſité, *Monnoyeurs durant le temps qu'on entre, ou qu'ils ſoient aagez de lx. ans ou qu'ils ayent mehain ou mutilation dont il ſoit apparu au Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant qui, appellé le Procureur du Roy à ce, declare l'exemption: Et à ce faire ſeront contraincts par le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant, toutes autres gens faiſans & exerçans leſdits Meſtiers, en quelque lieu, Iuſtice ou Iuriſdiction qu'ils ſoient demeurans à Paris, nonobſtant priuileges, oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans préiudice d'icelles, le tout par maniere de Prouiſion & iuſques à ce que Parties ouyes, autrement en ſoit ordonné. Et ſera tenu le Collecteur dudit Guet bailler chacun iour par eſcrit aux Clercs d'iceluy Guet, les Meſtiers qui pour la nuict enſuiuant deuront ledit Guet, ſur peine de priuation d'office & d'eſtre mis en priſon; auſſi ſont tenus leſdits Clers d'aſſiſter & eux trouuer audit Chaſtelet chacune nuict, au ſon de la Guette, & incontinent icelle ſonée, aſſeoir ledit Guet, auſſi faire regiſtre des comparans & deffaillans, tant pour le Guet ordinaire du Roy, que pour les Meſtiers: & le tout communiquer & en bailler le double au Procureur du Roy audit Chaſtelet, pour proceder contre leſdits deffaillans, ainſi que verra eſtre à faire par raiſon. Fait en Parlement le 7. iour de Février l'an mil quatre cens quatre-vingt & quatre: Ainſi ſigné,* ALLEGRET.

Anno 1485. die verò 16. April. Comitia habita ſunt apud Mathurinenſis, in quibus lectæ ſunt litteræ Legatorum, quibus teſtabantur ſpem eſſe
1485. conficiendæ rei, propter quam ad Regem miſſi fuerant. In ijſdem actum de quodam *Tractatu vnionis* inter Ducatum Normaniæ & Vniuerſitatem, facto aliàs à Carolo VII. Vernoni. Sed res remiſſa ad ſelectos.

Die 27. eiuſdem April. acceptis à Rege litteris quæ per Legatos M. Ioannem de Martigniaco & Collegam allatæ fuerant, vehementer lætata eſt Vniuerſitas; quia verò iuxta Decretum Vniuerſitatis M. Berengarius Mercatoris in aula morabatur, ad eum miſſum eſt Procuratorium inſtrumentum, vt vel ipſe, vel is quem ſubſtituere vellet, Tractatum pacis, ſeu *vnionis* inter Ducatum Normaniæ & Vniuerſitatẽ eius nomine acciperet; quâ de re ſic legitur in Codice Germanicæ Nationis. Et quoad materiã in ſe ſeu ad articulos, placuit Nationi mittere M. Bellingario Legato matris Vniuerſitatis Procuratoriũ inſtrumentũ cum poteſtate ſubſtituendi ad acceptandum Tractatũ Concordiæ inter Vniuerſitatem Pariſienſem & totum Ducatum Normaniæ Vernone per Regem Carolum VII. bonæ memoriæ celebratum, & illum etiam Tractatum diuulgandi. Quoad 2. art. placuit Nationi quod M. Bellingarius ante eius receſſum à Curia, obtineat ſi poſſit, quod tam in ſpeciali quàm in generali, nullæ amplius cauſæ euocentur ad magnum Conſilium Regis. Et 3. quod impetret confirmationem omnium priuilegiorum matris Vniuerſitatis. Et 4. quod nullæ cuiquam fiant adiunctiones Vniuerſitatis ſine prius habito de ſuper Conſilio & deliberatione Conſiliariorum Vniuerſitatis. Die nono Maij factum eſt in Comitijs Procuratorium illud inſtrumentum; lectæ quoque literræ ad Principes & ad alios Conſiſtorianos Comites datæ. Et die 19. Iunij M. Berengarius ex aula Principis reuerſus retulit quid actum fuiſſet in commodum & honorem Vniuerſitatis. Die 6.

1485. De Prouisionibus in Beneficiis.

Die 6. Iulij in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt de Prouiſione Suppoſitorum Vniuerſitatis: decretumque vt relegerentur Priuilegia cum Conſilio Vniuerſitatis, Regia majeſtas adiretur, ab eaque confirmatio eorundem peteretur. Die verò 16. de eadem re actum eſt, decretumque non ituram Vniuerſitatem ad Concilium Prouinciale Senonenſe, ne videretur extra muros Pariſ. trahi, vtque materia incepta de Prouiſione Suppoſitorum apud Regiam Majeſtatem ſedulò vrgeretur, in eamque rem delecti MM. Berengarius Mercatoris, Ruerius, Kolb. & alij. Die 26. decretum vt Rector cum frequenti comitatu adiret ſupremam Parlamenti Curiam, rogaretque vt Vniuerſitati opem patrociniumque præſtare vellet ad 1. diem Auguſti, qua de Prouiſione Beneficiorum agendum erat.

Cæterum video omnes Vniuerſitates ſubſcripſiſſe poſtulationi Vniuerſitatis Pariſ. eique pollicitas opem & auxilium: nam eodem fere tempore ab Andegauenſi, Pictauienſi, Toloſana & alijs litteras accepit. Tandem die 23. Auguſti Oratores à Rege reuerſi retulerunt ſatis benignè ſe à Rege & à Proceribus receptos, remque Vniuerſitatis curæ fore Regi. De hac vna materia toto fere hoc anno actum eſt; nec vnquam tot negotijs ſe diſtractam, implicitamque ſenſit Vniuerſitas; nec tot harpyas vidit in ſuam menſam inuolantes; adeò ex omni parte ad ſpolia ipſius concurrebatur. Præter hæc mala, inteſtinum vnum erat, Electio Rectoria plena vt plurimum tumultûs, quæ animos diſtrahebat. Item Collegiorum non ſatis ſedula diſciplina: quamobrem ſæpè Reformatoribus opus fuit. Et noui electi ſunt in Comitijs San-Iulianenſibus habitis die 30. Octob.

Die 16. Decemb. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Stephanus Standon Nationis Picardicæ: Nec ſine tumultu eorum qui Martinetæ vocabantur: de quorum inſolentia & proteruia queſtus eſt Robertus Gaguinus die 3. Ianu. in Comitijs Mathurin. Et die 26. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium, decretum eſt aduerſus eoſdem Martinetas, iuxta quod aliàs contra eoſdem fuerat ſtatutum.

Die 18. Febr. in Comitijs Mathurinenſibus adhuc actum eſt de Nominationibus Suppoſitorum Vniuerſitatis ad Beneficia, ſeu vt dicebant, de prouiſionibus: quæ res remiſſa fuerat ad Curiam Parlamenti. Inter cæteros verò Vniuerſitatis Pariſ. adiutores, video fuiſſe Archiepiſcopum Senonenſem; cui hiſce Comitijs decretæ ſunt gratiæ; item & Vniuerſitati Pictauienſi, & deinceps alijs quæ huic cauſæ ſubſcripſerant.

Quia verò Vniuerſitas iam pridem interceſſerat ne Fratres Obſeruantiæ vt vocant, Pariſijs Conuentum haberent, Rex ab ijs importunè rogatus vt interceſſionem illam ſuâ authoritate tolleret, per Cancellarium Vniuerſitatem rogauit vt ab eâ deſiſteret: ſic enim legitur in Codice Germanicæ Nationis. Anno & menſe quibus ſupra, die verò 25. *&c.* D. Cancellarius miſſus **à ſupremo D. noſtro Rege narrauit qualiter Regia maieſtas rogaret Vniuerſitatem, vt deſiſteret ab oppoſitione ac adjunctione datâ contra FF. Minores Ordinis S. Franciſci, & vt tales admitterentur ad quietam reſidentiam in Domo *Aue Maria*.** Reſponſum autem eſt parituram Regiæ & Paternæ voluntati filiam Vniuerſitatem, Obſeruantinoſque dimiſſa interceſſione, certo numero & poſt iuramenta Rectori præſtita, admiſſuram; quod quidem Reſponſum D. Cancellario vehementer placuit. Itaque die 4. Martij iterum in hanc rem habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes: & Obſeruantinorum numerus ad ſenarium reſtitutus; iuſſique ſunt præſtare Iuramenta ſolita, quemadmodum & alia Vniuerſitatis ſuppoſita. Præterea addita duo Capita, in quæ illi iurarunt; ſcilicet ne conſtruerent Conuentum ſeu Monaſterium, vtque ceſſarent, quemadmodum alij Regulares facere tenentur, eo tempore quo ſupplicationes Rectoriæ fiunt. Quod quidem Decretum Vniuerſitas ad Regem per ſuos Oratores miſit. Rex verò litteris, ſeu diplomate confirmauit.

1485. " Die 14. Martij in Comitijs Mathurinenſibus totius Vniuerſitatis de-
" cretum eſt vt Rector cum plurimis Doctoribus inſtaret quàm diligentiſ-
" ſimè poſſet apud Parlamentum *Prouiſioni Beneficiorum*, vt ea res citò ter-
" minaretur. In ijſdem Comitijs quidam Poëta nomine *Hieronymus Bal-*
" *bus* ſupplicauit Vniuerſitati, vt viros aliquot doctos nominaret, qui Gram-
" maticam Tardini examinarent; in qua dicebat quamplurimos errores con-
" tineri, quos ſe declaraturum pollicebatur. Cuius ſupplicationi annuit
" Vniuerſitas; vt ſcilicet coram viris doctis Balbus exponeret errores,
" quos ſe in Grammatica Tardini reperiſſe dicebat, ea lege vt ſi Tardinus
" eos defendere ac vindicare non poſſet, eius Grammatica ſupprimeretur.

Contra Doctores Gymnaſiarchas.

1486. " ANNO 1486. in plurimis Comitijs actum eſt de reformatione morum
" deque eradendis prauis conſuetudinibus & abuſibus, qui ſæpè Vni-
" uerſitati, cum ſuorum Priuilegiorum confirmationem petebat, obtru-
" debantur; atque idcircò ſingulæ Facultates viros delegerunt graues mo-
" ribus, qui in eam rem incumberent. Facultas quidem Artium, quo fa-
" ciliùs ſuis Collegijs certum diſciplinæ modum præſcriberet, ſtatutaque
" ſua executioni demandaret, vetuit vllos aliarum Facultatum Doctores
" Gymnaſijs præfici; id factum credo, occaſione litis inter M. Ludouicum
" Harel Doctorem Theologum, Collegij Lexouienſis Primarium & Re-
" gentem è ſuis vnum intercedentis. Primarius Regentem & Profeſſione
" publicâ & portione priuauerat. Regens ei diem dixit apud Facultatem
" Artium 17. Martij anni ſuperioris. Primarius vadimonium non adijt;
" dictum tamen fuit, vt Regens portionem haberet, donec auditis parti-
" bus aliud viſum fuiſſet.

" Habitis deinde Comitijs Generalibus Vniuerſitatis die 20. prædicti
" menſis apud Mathurinenſes ſupplicauit prædictus Harel ſententiam con-
" tra ſe latam reuocari, eo quod Vniuerſitatis negotijs impeditus ad diem
" dictam ſe ſiſtere non potuiſſet; & eius ſupplicationis habita eſt ratio. Ita-
" que in ſequentibus Comitijs anni 1486. eadem lis ſæpè agitata eſt, donec
" tandem congregata apud S. Iulianum Artium Facultate die 19. Septemb.
" placuit vnanimiter Primarios Doctores amoueri. Et ea de re ſic legitur
" in Actis Nat. Germ. Anno prædicto (1486.) 19 die Septemb. congre-
" gata fuit veneranda Artium Facultas apud S. *Iulianum duobus ſuper art. 1.*
" *fuit de Magiſtris noſtris in Superioribus Facultatibus qui tenent Pædagogia, &*
" *de iſtis Primarijs qui diminuunt iura Rectoris. Quantum ad 1. art. non eſt mino-*
" *ris poteſtatis quàm ſint aliæ Facultates, idcò habet diſponere de ſuis Principali-*
" *bus & Regentibus.*

Iterum in eandem rem congregata eſt eadem Facultas die 26. Septemb. & primus deliberationis art. fuit de *Magiſtris noſtris in Superioribus Facultatibus, qui tenebant Pædagogia. Et quantum ad iſtum art. placuit quod Studentes ſub Magiſtris noſtris non admittantur ad Gradum. Et placuit primum ſtatutum tenere ſicut erat in forma nihil addendo, vel remouendo.* Tertiò die 4. Octob. eadem Facultas confirmauit ſtatuta prius facta, non obſtante oppoſitione quorundam Doctorum: & in eam rem confectum ſequens Statutum.

" CVM vnuſquiſque in vocatione in qua vocatus eſt, permanere debeat,
" & quælibet Facultas propria habeat Statuta quibus regitur, quibuſque
" de ſuis Regentibus & Scholaribus diſponit, nec vna Facultas de alia in-
" tromittere ſe habeat, ad manutenentiam, decorem & honorem præclaræ
" Artium Facultatis, ad obuiandum nonnullis Superiorum Facultatum Re-
" gentibus qui falcem in meſſe aliena poſuerunt & Pædagogi nomen vſur-
" pant, Præclara Artium Facultas quæ inter cæteras proprijs abundat Sup-
" poſitis, ſibi ſufficiens de ſuis Pædagogis, Regentibus & Scholaribus pro-
" uidere, maturâ deliberatione tribus ſuper hoc Congregationibus ſolem-
" niter factis deliberauit, concluſit & ſtatuit, *quod nulli de cætero Pædagogi*

reputabuntur aut Artiſtas regere permittentur, niſi de gremio Artium Facultatis actu fuerint iuxta antiqua Vniuerſitatis Statuta & Reformationem nouam per Reuerendiſſimum Cardinalem de Eſtouteuilla vulgariter nuncupatum, nouiter factam, non obſtante quacunque conſuetudine in oppoſitum, imò veriùs abuſu & corruptela retroactis temporibus permiſſa. 1486.

Præterea decreuit quod nulli in eadem Artium Facultate Scholares reputabuntur, aut quouis modo tempus acquirent ſub tali Pædagogo qui de gremio Artium Facultatis pro tunc non fuerit. Qui Scholaſtici ſi tempus acquirere voluerint in prædicta Artium Facultate & Regentes eorum ſuas exercere Regentias in eadem, habebunt iuramenta præſtare in manibus Rectoris, aut Procuratoris ſuæ Nationis nullo modo facere ſub illis, quod ad prædictam Artium Facultatem attinere debeat. Voluit etiam prædicta Facultas hoc Statutum legi & promulgari annuatim per Bidellos cum Statuto Bejaunorum, & in facie Facultatis Artium circa feſtum omnium Sanctorum, dum ſolent eligi Reformatores Domorum (id. Cenſores) per Copiæ affixionem in valvis, inhibendo omnibus & ſingulis Suppoſitis prædictæ Artium Facultatis, ſub pœnis periurij & priuationis à conſortio prædictæ Facultatis.

1. Regentibus, ne ſub tali qui de gremio Facultatis Artium non fuerit, directè, aut indirectè Artes docere, onus Regentis ſumere, aut pati portionem ſibi miniſtrari, ratione ſuæ Regentiæ per tales, quouis modo præſumant; nec alicui Doctori aliquam pecuniæ ſummam, aut penſionem faciant, niſi ratione Locagij, aut conductionis ſuæ Domus.

2. Inhibuit prædicta Facultas ſub pœnis prædictis omnibus Examinatoribus tam paruis quàm magnis, tam S. Genouefæ quàm Eccleſiæ Pariſienſis Cancellarij qui ſingulis annis deputabuntur, ne Scholares, aut ſigneta recipiant talium, qui non plus ſunt de prædicta Artium Facultate, & ſub juramento in manibus Rectoris præſtito.

3. Inhibuit ſub pœnis prædictis Bidellis, ne ad Actum Scholaſticum examinandum, aut eundem ſuſcipiendum in vico ſtraminis tales Scholaſticos ſub alio quàm prædictum eſt, ſtudentes, aut portionem ſumentes introducant.

4. Inhibuit Reformatoribus ſub debito Iuramenti ne Domum viſitent, in qua Pædagogus Artium Facultatis Pariſienſis non fuerit; ac ſi Domus illa eſſet Artiſtarum habitatione indigna.

Et vt præſens Statutum perpetuò teneri poſſit, voluit eadem Facultas quòd ſimiliter Rector & Procurator ſuo ſucceſſori iuramentum præſtare faciat, iſtud inuiolabiliter obſeruare Statutum. Et inſuper voluit quod quilibet Procurator in ſua Natione ſimili modo faciat. Similiter Regentes ſui pro Regentia & Scholis ante continuationem habebunt ſupplicare in Nationis facie. Finaliter ad perpetuam ipſius Statuti memoriam prædicta Facultas voluit & ordinauit præſens Statutum libris Rectoris & Procuratorum inſcribi. **Datum in Congregatione Artium** Facultatis ſolemniter congregatæ apud S. Iulianum Pauperem, anno Domini 1486. die vero 4. Octob. ſign. Le Roux.

Die 10. Octob. ſuffecto nouo Rectore M. Ioanne Golbe Picardo, ſupplicauit Antiquus è ſingulis Nationibus deligi viros ſpectatæ fidei & prudentiæ, qui iuxta priores Concluſiones rem proſequerentur, curarentque executioni demandari. Habitis autem die 19. Comitijs Vniuerſitatis apud Mathurinenſes prædictus M. Laurentius Harel, aliàs Hary, Doctor Theologus, Primarius Lexouæus ſupplicauit *quod Statutum per Facultatem Artium factum adnihilaretur.* Concluſum verò *quod nulli Magiſtri noſtri in Superioribus Facultatibus ſe interponerent de ſtatutis Facultatis Artium, cùm non ſit minoris poteſtatis quàm ſint aliæ Facultates.*

Circa hocce tempus orta eſt vehemens contentio & diſcordia in Facultate Theologiæ, occaſione Veſperiarum M. Ioannis Lallier Licentiati in Theologia & ad Gradum Doctoratus aſpirantis; quæ res in Curia Pariſienſi per plures dies agitata eſt. Tandem latum eſt Senatuſconſultum

die 20. Nouemb. prædictoque Lallier licuit aſſumere gradum Doctora-
1486. tus, certis tamen legibus & conditionibus, prout inter Partes contendentes conuenerat. Resita ſe habet in Actis Curiæ.

" Entre les Doyens & Maiſtres de la Faculté de Theologie, appellans " de M. Eſtienne Bonnet Huiſſier de la Cour & demandeurs en cas d'excez, " abus & attentats, & auſſi intimez d'vne part; & M. Iean Lallier intimé " & M. Beranger le Marchand, Charles Sac & autres leurs conſors, Mai- " ſtres & Suppoſts de ladite Faculté de Theologie; Eux diſans appellans " d'aucuns particuliers Maiſtres en ladite Faculté de Theologie qui ſe di- " ſoient faire & repreſenter ladite Faculté, & auſſi demandeurs en cas " d'abus, excez ou attentats d'autre part, & ſemblablement entre M. Iean " Grillot Religieux de l'Ordre de S. François demandeur & requerant " l'enterinement de certaine Requeſte par luy faite à ladite Cour; & en " ce faiſant, que pendant & durant certain procez indecis en ladite Cour " entre leſdits Doyen & Maiſtres de ladite Faculté d'vne part; & leſdits " Beranger, Sac & leurs Conſors, & pareillement ledit Lallier d'autre " part; il fuſt admis par ladite Faculté de Theologie à auoir le droict de " Doctorie ou Maiſtriſe dans ladite Faculté, ſans préiudice de l'ordre & " droit dudit Iean Lallier, & en offrant par luy, qu'en cas qu'il luy ſeroit " permis à eſtre Docteur parauant ledit Lallier, que ce nonobſtant ledit " Lallier le precedaſt & euſt ſes droits tout ainſi que ſi ledit Lallier auoit " eſté fait Docteur en ſon ordre & parauant luy, & ledit Maiſtre Iean " Lallier deffendeur & oppoſant à l'enterinement de ladite Requeſte.

" Vev par la Cour le Plaidoyé deſdites Parties du 14. iour de ce preſent " mois de Nouembre, & tout ce que leſdites parties tant d'vn coſté que " d'autre ont mis & produit pardeuers ladite Cour. Vev auſſi le Plaidoyé " fait en cette matiere par les Gens du Roy du 16. de ce dit preſent mois " & oüy le rapport des Gens du Roy, ſur leſquels plaidoyé & rapport, " & veu tout ce qui auoit eſté mis & produit par leſdites parties pardeuers ladite Cour a eſté ordonné par ladite Cour, que pour trouuer fin & " appointement entre leſdites Parties, attendu la qualité & grandeur " de la matiere & que pour mettre paix & accord entres icelles Parties; " leſdites matieres & procés ne ſe doiuent traitter ſelon la rigueur & train " ordinaire de Iuſtice, mais que ladite Cour trauailleroit à mettre fin eſ- " dits procez par appel qui ſe feroit par ladite Cour, appellées leſdites " Parties, & pour ce euſt eſté ordonné par icelle Cour, que le Recteur de " l'Vniuerſité de Paris, accompagné d'aucuns Notables perſonnages, " Suppoſts de ladite Vniuerſité, leſdits Doyen & Maiſtres de ladite Faculté de Theologie, tant d'vne part que d'autre, & ledit Maiſtre Iean Lallier ſeroient mandez venir en ladite Cour, & qu'en icelle Cour leur ſeroient faites certaines remonſtrances, afin de les mouuoir à venir à ladite paix & accord, & enſuiuant laquelle ordonnance ou appel, ledit " Recteur accompagné de pluſieurs Notables perſonnages Suppoſts de " ladite Vniuerſité & en grand nombre, & leſdits Maiſtres, Regens de " la Faculté de Theologie, tant d'vne part que d'autre, & pareille- " ment ledit Iean Lallier euſſent comparu en ladite Cour, & leur euſ- " ſent eſté faites les remonſtrances qui auoient eſté ordonnées par icel- " le Cour, aux fins deſſuſdites, leſquelles oüyes toutes leſdites Parties, " tant d'vn coſté que d'autre euſſent dit ce que bon leur euſt ſemblé & fi- " nablement par ladite Cour de leur conſentement eut eſté appointé, " que leſdits Doyen & Maiſtres de ladite Faculté de Theologie, éliroient " & deputeroient aucuns d'icelle Faculté en nombre competant, leſquels " Eleus & deputez comparoiſtroient en la preſence d'aucuns des Preſidens " & Conſeillers de ladite Cour pour communiquer auec leſdits Preſidens " & Conſeillers, qui pour ce faire ſeroient commis par icelle Cour pour " ce fait ſur leſdits procez, ouy le Rapport deſdits Preſidens & Con- " ſeillers y eſtre pourueu par ladite Cour, ainſi qu'elle verroit y eſtre à " faire par raiſon: ce que depuis eut eſté fait, & l'aduis deſdits Commiſ-

ſaires de ladite Cour, aprés communication par eux faite auec leſdits Eleus & Deputez de ladite Faculté euſſent eſté rapportez par leſdits Commiſſaires en ladite Cour & ouy le rapport deſdits Commiſſaires & tout conſideré, 1486.

Il ſera dit que ladite Cour a mis & met toutes leſdites appellations & ce dont a eſté appellé au neant & ſans amande & dépens deſdites cauſes d'appel & pour cauſe, & au ſurplus du conſentement deſdits Doyen & Maiſtres de ladite Faculté de Theologie, Commis & Deputez par icelle. Il ſera dit que les Concluſions faites par leſdits Doyen & Maiſtres de la Faculté à l'encontre deſdits Beranger, Sac, & autres leurs conſors & adherens par leſquelles ils auoient ſuſpendu de Regence ledit M. Charles Sac, & luy auoient defendu qu'il ne leuſt, ne preſidaſt en l'Acte des Veſperies dudit M. Iean Lallier, ne celebraſt ledit Acte, & au cas que autrement le feroit, dés lors le priuoient de Regence & Communion de ladite Faculté, meſmement pour inobeyſſance & pariure, & auſſi tous les autres qui procederoient à l'expoſition des crimes & argueroient & accomparoiſtroient audit Acte de Veſperies, qui ſeroient des Suppoſts de ladite Faculté & pareillement toutes affiches, miſes & appoſées quelque part que ce ſoit pour raiſon de ce, ſeront tenuës & reputées & les tient & repute ladite Cour, du conſentement deſdits de la Faculté de Theologie, commis & deputez d'icelle Faculté, nulles, comme non faites & aduenuës & de nul effet & valeur, & ſeront miſes & rejettées hors des Regiſtres de ladite Faculté, au cas que aucunes ſur ce auroient eſté faites; & que ſemblablement ſeront caſſez & annullez & de nul effet & valeur tous inſtrumens, qui ſur ce auroient eſté faits & paſſez par quelconques Notaires ou perſonnes publiques, quelques qu'elles ſoient & recouuriront leſdit Beranger, Sac & leurs Conſors tous les fruicts, profits & émolumens, qui au moyen deſdites concluſions leur auoient eſté deniées & refuſées par ceux de ladite Faculté de Theologie, depuis leſdites Concluſions iuſques à preſent & de ce leſdits Beranger, Sac, & leurs conſors auront Acte de ladite Cour pour leur valoir & ſeruir ce que de raiſon; & ſemblablement du conſentement deſdits de la Faculté de Theologie, commis & deputez a eſté ordonné & à preſent ordonne & appointe ladite Cour, que les Veſperies faites de la perſonne dudit Maiſtre Iean Lallier vaudront & ſortiront leur plein & entier effet, ſans ce qu'il ſoit beſoin audit Lallier faire autres Veſperies pour paruenir degré de Docteur ou Maiſtre en Theologie, pourueu toutes voyes que ce qui auroit eſté fait eſdites Veſperies, contre & au préiudice des Vſages, Ordonnances, Droicts & Statuts anciens de ladite Faculté, ſoit en defaut de ce que les vrays Bedeaux d'icelle Faculté n'auoient aſſiſté audit Acte, & que autres que les vrays Bedeaux d'icelle Faculté, qui ont accouſtumé eſtre éleus par ladite Faculté auroient aſſiſté audit Acte de **Veſperies, contre les Statuts, vſages, droits & ordonnances anciennes** d'icelle Faculté, ou autrement en quelle maniere que ce ſoit, ne puiſſent préiudicier à ladite Faculté & ne puiſſent eſtre tirez à conſequence, ores ne pour le temps auenir, & aprés ce que de leur conſentement leſdits de la Faculté commis & deputez en la preſence deſdits Commiſſaires, ont ſuppleé toutes les fautes & negligences qui audit Acte de Veſperies pourroient eſtre interuenuës, & en outre en enſuiuant faites en icelle Cour par ledit Maiſtre Iean Lallier.

Ladite Cour a ordonné & ordonne auant que leſdits de la Faculté de Theologie ſoient tenus admettre ledit Maiſtre Iean Lallier à la Doctorie & Maiſtriſe, iceluy Lallier ſera tenu reuoquer & reuoquera au premier Acte de Veſperies qui ſe fera Ieudy prochain dans ladite Vniuerſité & Faculté en toute humilité, les Propoſitions par luy propoſées és Actes Sorboniques & autres par luy propoſées & confeſſées autres que celles qu'il a reuoquées par ordonnance de l'Eueſque de Paris, ſelon les Corrections & Modifications faites par ladite Faculté; & ce fait incontinent

" & ſans delay, ſi toſt que conuenablement ſe pourra faire,

1486. " Leſdits de la Faculté en enſuiuant les offres par eux ſur ce faites, ſeront " tenus admettre ledit Lallier à ladite Doctorie ou Maiſtriſe en Theolo. " gie, ſauf toutes fois qu'ils ne ſeront contrains, ſe bon leur ſemble, ad. " mettre ledit Lallier à la Regence auant la Feſte de Paſques prochain " venant: mais ladite Feſte paſſée, leſdits de la Faculté en enſuiuant leurs " offres & conſentemens ſeront contraints par toutes voyes & manieres " deuës & raiſonnable de admettre ledit Lallier à ladite Regence & non. " obſtant oppoſitions ou appellations quelconques. Et ne pourra ledit " Lallier precher publiquement au Peuple quelque part que ce ſoit de. " uant vn an, à conter de la date du iourdhuy, ſinon qu'il luy fuſt permis " par ceux de ladite Faculté de Theologie. Et ſera contraint ledit Lallier " faire ſerment ſolemnel pardeuers aucuns Conſeillers qui à ce ſeront " commis par ladite Cour & en la preſence d'aucuns deputez de ladite Fa. " culté de Theologie, ſe il a pardeuers luy ou en ſa puiſſance aucuns Liures " contenans la Foy & Science de Theologie qui ayent eſté reprouuez & " condamnez par l'Egliſe & les Saincts Decrets des Conciles, pour iceux " eſtre monſtrez & communiquez auſdits de la Faculté, pour eſtre iceux " qui par ladite Faculté ſeroient trouuez eſtre reprouuez, condamnez, " ou Heretiques, eſtre mis par leſdits de la Faculté pardeuers ladite Cour, " pour par icelle Cour en eſtre ordonné, appellez ceux qui ſeroient à ap- " peller ainſi qu'elle verroit eſtre à faire par raiſon, & ſemblablement en- " ſuiuant l'offre deſdits de la Faculté, commis & deputez & de leur con- " ſentement fait pardeuant leſdits Commiſſaires de ladite Cour, Ladite " Cour deffend auſdits de la Faculté à peine de cent marcs d'argent, que " dorénauant ils ne trayent, ne faſſent traire ledit Maiſtre Iean Lallier en " quelque lieu, ne pardeuant quelſconques Iuges que ce ſoit, pour raiſon " & occaſion des Propoſitions par luy dites & publiées par cy-deuant ladi- " te Euocation, toutefois premierement & auant toutes œuures par luy " faites, comme deſſus eſt dit. Et ordonne ladite Cour, que cependant le- " dit Frere Iean Grillot ſera fait Docteur & Maiſtre en Theologie, & ſans " aucun delay, pourueu toutesfois que quand ledit Lallier ſera Docteur " ou Maiſtre de ladite Faculté de Theologie, il ſera en ſon ordre, ainſi " qu'il a eſté dit appellé aux vocations & degré de Licence: & precedera " ledit Lallier, ledit Grillot, & ſera tenu ledit Grillot bailler audit Lal- " lier les droits & émolumens que iceluy Lallier auroit dudit Grillot, " tout ainſi que s'il euſt eſté Docteur en ſon ordre & parauant luy; & auſ- " ſi pour ce que ledit Grillot ſoit Docteur parauant ledit Lallier, ledit " Lallier ne ſera tenu payer audit Grillot aucuns droits ou émolumens " comme à Docteur. Le tout enſuiuant les offres faites par ledit Grillot à " ladite Cour.

Die 24. Nouemb. actum, vt ſequitur in ijſdem Regeſtis.

" **Ce iour la Cour a mandé l'Eueſque de Meaux, Maiſtre Iean Royer,** " Charles Sac, Beranger Marchand & aucuns autres Docteurs de la Fa- " culté de Theologie; enſemble Maiſtre Iean Lallier & les deux Bedeaux " de ladite Faculté touchant l'empeſchement que ceux de ladite Faculté " donnoient audit Lallier au fait de la Maiſtriſe & autres petits differents " que leſdits de la Faculté de Theologie & Lallier auoient entr'eux, & " aprés ce qu'ils ont eſté oüys, *hinc inde*, que ledit Lallier a eſté interrogé " par ſerment s'il auoit aucuns Liures reprouuez qui fuſſent contre la Foy, " qui a dit que non, & qu'il n'en auoit eu aucuns, excepté deux cahiers qu'il " auoit baillez à l'Eueſque de Paris. Ladite Cour a enjoinct à la Faculté " de Theologie, à la perſonne des Eueſques de Meaux, Royer & Bedeaux, " que Lundy prochain icelle Faculté procede à la Maiſtriſe ou Docto- " rie dudit Lallier, & que ce iourdhuy apreſdiſner ladite Faculté s'aſſem- " ble pour le faire proclamer, pour pouruoir à la Viſitation des bonnets " & autres choſes qu'il appartiendra pour le fait de ladite Maiſtriſe.

Hoc quoque anno materia Prouiſionis Beneficiorum ad conſeruatio-

nem Pragmaticæ Sanctionis ſæpè agitata eſt & verſata in Senatu Pariſienſi: Legati ad Regem miſſi. Tandem hocce Senatuſconſultum latum die 18. Ianu. 1486.

Sur ce que le Roy auoit autrefois eſcrit à la Cour, la plainte qui luy auoit eſté faite par les Vniuerſitez à cauſe qu'elles diſoient que les Prelats, Collateurs & Patrons Eccleſiaſtiques ne gardoient, ne entretenoient la Pragmatique-Sanction, entant que touche les Benefices qui eſtoient & ſeront deubs & affectez aux Graduez & nommez des Vniuerſitez, tellement que à cauſe du deſordre qui y eſtoit, les Suppoſts d'icelles ne pouuoient auoir quelque prouiſion, tant parce que leſdits Collateurs & Patrons n'auoient fait & ne faiſoient aucuns Regiſtres, parquoy eſtoit impoſſible auſdits Graduez & Nommez de prouuer le tout, & mande à icelle Cour, qu'elle aduiſaſt la forme comme on pourroit pouruoir auſdites Vniuerſitez. Aprés que par ladite Cour, toutes les Chambres aſſemblées, ont eſté éleus Commiſſaires qui ont communiqué auec les Deputez de l'Vniuerſité, le tout rapporté par deuers icelle Cour, toutes leſdites Chambres aſſemblées, ont eſté aduiſez certains articles en forme d'auis leſquels ſeront enuoyez au Roy, pour en eſtre par luy ordonné.

Die 19. Feb. in Comitijs Mathurinenſibus omnium Ordinum M. Robertus de Vallibus Procurator, ſeu Syndicus Vniuerſitatis, incumbens litis in Curia Parlamenti pro Beneficijs pendentis proſecutioni, retulit rem prope confectam eſſe, hocque ſolum peti à Curia, an vellet Vniuerſitas ſibi ſoli Decretum dari, an verò generatim nomine omnium Vniuerſitatum, ſeu, vt legitur in Codice Germanicæ Nationis, *an ponerentur in appunctuamento omnes Vniuerſitates, vel ipſa ſolum.* Et reſponſum eſt, Vniuerſitatem non ſibi tantùm, ſed & ſororibus quoque ſuis militaſſe hactenus, placereque omnes Vniuerſitates in Decreto, ſeu vt vocant, Arreſto comprehendi.

Die verò 26 in Comitijs Mathurinenſibus idem M. Robertus de Vallibus legit, prout mandatum fuerat à Curia, exemplar Decreti nondum obſignati, petijtque nomine Curiæ an ita dari placeret: noluiſſe enim Curiam obſignari, antequam nota fuiſſet voluntas & ſententia Vniuerſitatis. Sic de ea re in eod. Codice legitur. *Quantum ad 1. art. M. Robertus de Vallibus apportabat auiſamentum, ſeu appunctuamentum ordinatum à ſuprema Curia Parlamenti. Quod quidem auiſamentum noluit ipſa ſuprema Curia ſignare quouſque eſſet auiſatum per Vniuerſitatem, an eſſet ſufficiens, an non. Et quantum ad hunc art. placuit Nationi vt dictum auiſamentum aſſignaretur in forma vt erat.*

Anno 1487 poſtridie Paſchatis M. Bertrandus Pegus Nationis Picardicæ, Primarius Collegij Cardinalitij, nouus Rector Vniuerſitatis luſtrauit Pratum Clericorum de more Maiorum; qua de re ſic legitur in Actis Nat. Germ. die 8. April. *Congregata fuit veneranda Alemanorum Natio duobus ſuper art. apud S. Mathurinum. Quorum 1. erat de Conductu D. Rectoris ad Pratum Clericorum & ad noſtram Dominam de Campis extrà muros Pariſ. atque ad S. Germanum ibidem. Quantum ad 1. art. placuit Nationi quod D. Procurator ad loca ſupradicta D. Rectorem vnà cum alijs DD. Procuratoribus, more ſolito conſequeretur.* Hocce anno vehemens exarſit diſcordia inter cæteras Facultates & Facultatem Decretorum, eo quod iſta Baccalarios ſuos etiam non Magiſtros in Artibus, nec ſeruato quiquennio ad Nominationes admitti volebat; cæteræ refragabantur. Itaque cum ad diem 2. Maij Rector edixiſſet vt adeſſent Decani & Procuratores apud Regiã Nauarram, afferrentque claues ad muniendas ſigillo magno & communi litteras Nominationum, Theologi obſtiterunt, ne Baccalariorum licentiatorumque in Decretis litteræ admitterentur; qua de re ſic in Actis Facultatis Decretorum. 2. Maij 1487. *Fuit dies dicta ad ſigillandum in Nauarra de ſigillo Vniuerſitatis: vbi cum multi Theologi præter conſuetudinem comparuiſſent, eſſetque rumor quod venerant ad impediendum ne litteræ Nominationis pro Baccalarijs & Licentiatis Facultatis ſigillarentur ſigillo Vniuerſitatis.* 1487.

Lis contra Discretistas.

1487. » Ego (Gaguinus) rogaui D. Rectorem vt idem cum alijs Doctoribus & » Decanis nec non cum Procuratoribus Nationum in Sacrarium, ſeu Re- » ueſtiarium Nauarræ ſe reciperet, ad audienda quædam quæ nomine Fa- » cultatis Decretorum dicturus illi eram; qui reſpondit ſe perſonam pu- » blicam eſſe, nec poſſe ſine conſilio Decanorum & Procuratorum reſpon. » ſum dare.

Poſtridie eius diei Conuentum apud Mathurinenſes ad deliberandum » de illa ſigillatione, & tunc, vt legitur in Actis Nat. Germ. propoſuit D. » Decanus conſultiſſimæ Facultatis Decretorum cum quibuſdam alijs eiuſ- » dem Facultatis ſuos Baccalarios non Magiſtros gaudere debere priui- » legijs Nominationum, quemadmodum & alij Magiſtri aliarum Faculta- » tum. Quantum ad 1. art. placuit Nationi quod tales Baccalarij Decre- » torum non gauderent Priuilegijs Nominationum, *niſi ſteterint in ſtudio per* » *quinquennium, aut per triennium ſi nobiles fuerint ex vtroque Parentum ſecun-* » *dum Pragmaticam-Sanctionem.* Eadem fuit totius Vniuerſitatis ſententia » à qua Gaguinus nomine ſuæ Facultatis Curiam Pariſienſem appellauit.

Die 11. Maij de alia diſcordia ſuborta in Aula Epiſcopi Pariſienſis occa- ſione Doctoratus inter Epiſcopum Meldenſem & Ambroſium Cancella- rium, deliberatum eſt habitis apud Bernardinos Comitijs Vniuerſitatis, *Propoſuit enim D. Meldenſis cauſam ſuo habitui Epiſcopali adhærentem occa- ſione D. Cancellarij fuiſſe laniatam, idcirco ſibi tanquam Regenti rogauit emen- dam condignam procurari.* Placuit verò diſſidium iſtud per Conſiliarios & viros conſultos ſedari. Illud autem ideò videtur exortum, quia Epiſco- pus ſibi ob dignitatem; aliunde verò tanquam Doctori Regenti, birretan- di munus deberi dicebat; quod Cancellarius negabat.

In Comitijs die 9. Iunij habitis apud Mathurinenſes iterum queſtus eſt Gaguinus de inſolentia nonnullorum qui vulgo *Fratres* dicebantur, mi- natuſque eſt, ni Vniuerſitas eorum ambitionem, petulantiam, inſolen- tiamque reprimeret & coërceret, ſe brachium ſeculare contra eos inuo- caturum. Itaque decretum vt inquiſitio fieret in eorum mores & inſo- lentias; vtque Rei plecterentur. Ita habetur in Cod. Germ. Nat.

Eodem menſe die 14. retulit Rector Archiepiſcopum Senonenſem à ſummo Pontifice Bullas impetraſſe, ne de cætero Vniuerſitati ſubijcere- tur: quo pacto violabantur eius Priuilegia. Itaque decretum vt pro viri- bus ea ſarta tecta ſeruarentur, aduocato priùs Vniuerſitatis conſilio.

Die 23. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Re- ctorem M. Gaufridus Bouſſard, deductuſque eſt magno comitatu in ſuas ædes Nauarricas. Et eodem die habita ſunt Comitia apud Mathurinen- ſes, in quibus relatum de lite quæ cum Generalibus Subſidiorum erat, de numero & priuilegijs Nunciorum Vniuerſitatis; quâ de re ſic legitur in Codice Germanicæ Nationis. *Primus art. erat ad audiendum ea quæ acta fuerunt coram DD. Generalibus in Parlamento quæ noſtra Priuilegia intimè tangebant, &c. Quantum ad 1. retulit D. Rector quod ipſe vna cum notabili Pro- ponente ſcilicet M. Petro* Foliot, *& etiam honeſtâ Comitiuâ prædictos DD. Ge- nerales viſitauit, eiſque propoſuit quod ipſi noſtra læderent Statuta quoad noſtros Nuncios, qui Nuncij, modò non gauderent ſecundum tenorem priuilegiorum noſtro- rum. Et quo ad iſtum art. placet Nationi teneri illæſa priuilegia noſtra, & ad hoc faciendum ordinat M. Zenonem qui cum alijs Deputatis iſtam materiam ha- beret agitare.*

Die 22. Auguſti in Mathurinenſibus Comitijs decretum eſt contra De- cretiſtas, qui claues ad ſigillandum moniti afferre renuerant; itaque jus illis dictum, reſque ad Parlamentum traducta. Et 12. Sept. in Comitijs San-Iulianenſibus Facultas Artium conſtituit ſe nullis impenſis parcitu- ram in proſecutione huius litis, quæ maximè tangebat ſua iura. 15. eiuſ- dem menſis in Comitijs Mathurinenſibus ſtatutum vt Rector adiret Cu- riam Pariſienſem poſtulaturus Decretum, quo iuberentur Decretiſtæ dare claues ad ſigillandum, delectuſque eſt Orator M. Io. Raulin. nec ea lis tam citò definita eſt; inter eos & Facultatem Artium video creuiſſe

diſcordiam

diſcordiam in dies magis, vt ex infra dicendis conſtabit.

Die 12. Nouemb. habita ſunt Comitia Mathurinenſia, præſertim ad audiendum ea quæ per Deputatos, vt aiebant, deliberata fuerant in cauſa Decretiſtarum; vt legitur in Commentario Germanicæ Nationis. 1487.

Anno Domini, &c. Primus art. erat ſuper auditione eorum quæ acta fuere per DD. Deputatos. Secundus erat communis. Quantum ad primum, cum D. Rector in memoriam ea quæ in penultima Congregatione D. Antiqui fuiſſent facta, reduxiſſet; videlicet medium concordiæ inter almam Vniuerſitatem & Facultatem Decretorum, quæ vt antea propoſuit, erat, vt DD. Licentiati Decretorum haberent Nominationes, & non Baccalarij. Quod quidem medium pacis & concordiæ ab almâ Vniuerſitate omnino refutatum eſt. Quo facto, retulit inſuper D. Rector quomodo DD. Decretiſtæ veniſſent ad eum, & ſe omnimodò Concordiam & pacem velle dixiſſent; & quia prædictum medium pacis non placuit Vniuerſitati, inuenerunt aliquam viam, vt ipſa Vniuerſitas daret certos Deputatos qui haberent D. Aduocatum Regium adire, vt vnà cum ipſo certas Concluſiones extraherent, ipſique Vniuerſitati præſentarent: vt, inquam, ipſa videns Concluſiones factas & extractas, ſi quid diminutum eſſet, adderet, & ſuperfluum reijceret. Placuit hoc idem venerandæ Nationi, ſaluo præiudicio Vniuerſitatis: Elegit quoque ad hoc Deputatos qui prius fuerant. Idem cæteris Nationibus & Facultatibus placuiſſe ex dicendis conſtabit.

Die 27. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium multa decreta ſunt contra Comœdias & ludos Collegiorum, quæ breuiter ſic leguntur in prædicto Commentario. *Inſuper quoque placuit Facultati & Nationi quatenus Scholaſtici ab omnibus ludis reſcindantur. 2. Placuit Nationi & Facultati quatenus Principales & Regentes Collegiorum, ac Pædagogiorum Iuuenes ſuos abſtineant à gladijs, magniſque baculis. 3. Placuit Nationi & Facultati quatenus nulli ſine aliquo ductore Magiſtro, ac Regente ad Ludos Comœdiarum intenderent. 4. Et vltimo placuit Nationi & Facultati quod iſti luſores Comœdiarum nullo modo induantur ſericò, ac veſtibus præſumptuoſis, ſub pœnà priuationis gradus. Ita voluit Natio & Facultas; & ita concluſum fuit.* Sic ſcribit M. Gerardus Cheualier Ruremundenſis in Diœceſi Leodienſi, Germanicæ Nationis Procurator. LVDI PROHIBITI IN COMOEDIA.

Die 8. Decemb. habita ſunt Comitia Mathurinenſia præſertim ad legendum & audiendum Articulos quoſdam confectos per D. Aduocatum Regium Ioannem Magiſtrum, de pace & concordia inter Vniuerſitatem & Decretiſtas. Quinam verò illi fuerint, non legi. Innuit Gaguinus Ep. 40. ad Ioannem Magiſtrum Regium Aduocatum ſe illuſum à quodam Roberto qui res gerebat Vniuerſitatis, nihilque potuiſſe adhuc fieri. Vide Epiſt. infra. Die 17. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus præclaræ Facultatis Artium electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis communi conſenſu M. Stephanus Martini de Bohemia Germanicæ Nationis, deductuſque eſt ad Collegium Remenſe, vbi vinum & ſpecies exhibuit pro more ſolito.

Die 26. Ian. actum eſt de nominationibus Suppoſitorum Vniuerſitatis. Item de concordiâ faciendâ inter Ducatum Normaniæ & Vniuerſitatem: nec video aliquid in hiſce Comitijs definitum. Die verò 28. apud Mathurinenſes lecta eſt Bulla à ſummo Pontifice ad Vniuerſitatem tranſmiſſa de quodam libello per nonnullos hæreticos compoſito, cuius examen remiſſum eſt ad Theologos.

Die 9. Februarij in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt de Cenſuris quibuſdam, & de reſponſo faciendo DD. Cognitoribus Regiarum cauſarum in Curia Parlamenti ſuper Iuribus & Priuilegijs Vniuerſitatis quæ oppugnabantur. Decretumque vt D. Rector cum frequenti Comitatu Curiam Parlamenti adiret: quem benignè & gratioſè exceptum fuiſſe legimus in ſequentibus Comitiorum actis.

Die 12. Martij in Comitijs San-Iulianenſibus deliberatum eſt de quadam Bullâ nouiter per Cancellarium Eccleſiæ Pariſ. præſentata Vniuerſitati; decretumque vt antequàm de ea ſtatueretur, Cancellarius du-

plum eius exhiberet. Die 13. electus Conſeruator Priuil. Apoſt Epiſco-
1487. pus Meldenſis. Die verò 23. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſi-bus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Nicolaus Parmentier Natio-tionis Picardicæ, Promagiſter Gramm. Nauari deductuſque eſt frequen-ti comitatu ad Collegium *Nauarricum*, vbi more ſolito vinum & ſpecies exhibuit. Tunc nondum compoſita erat diſcordia Decretiſtarum de quâ ſic ſcribit Gaguinus.

Robertus Gaguinus Ioanni Magiſtro Regio Aduocato S.

EPISTOLA GAGVINI PRO DECRETISTIS. „ Quàm ſum cupidus Pacis in ea lite quæ de Baccalarijs noſtris diu agitata „ eſt, vir optime! ipſe noſti. Nullâ enim aliâ re cauſam promouere diſtuli „ magis quàm ſpe componendæ controuerſiæ quæ in manibus propè habe-„ ri videbatur, ſi nullâ ſimulatione noſtri te aduerſarij fefelliſſent. Nam „ cum multos dies traxiſſet te ille Robertus negociorum Scholæ Geſtor, „ heri quoque neſcio quâ vanâ ſpe me illuſit, renuntians conuenturos ho-„ die apud Rectorem Deputatos Iudices à quibus Quæſtio tota finiretur. „ Verùm expleto conuiuio cum ſciſcitarer Rectorem & Conuiuas quæ illo-„ rum eſſet de Conuenturis Arbitris ſententia, ſe ſe alterutrum intuentes, „ quid ipſe vellem, ſe neſcire reſponderunt. Quamobrem ſenſi Robertum „ (de Vallibus) illum verba dediſſe & circunueniſſe me dolo malo. Igitur „ tuæ diligentiæ & curæ ſit meminiſſe humanitatis & benignitatis Collegij „ noſtri Decretorum, moras aduerſariorum tam æquo animo tolerantis, „ vt eos ad quandam Iuris æquabilitatem prouocaret. Nunc quia in eas „ anguſtias perduxerunt nos, vt ante feſtos dies Dominicæ Reſurrectionis „ lis terminari vix poſſit, tentabimus ex Collegarum noſtrorum ſententia, „ Curiæ prouidentiam adire quæ ſuo judicio huiuſmodi contentionibus & „ dolis inimicorum occurrat. Vale apud D. Mathurin. Pariſ. 3. Non. April.

CAPELLA NATIONIS PICARDICÆ Cæterùm non videtur omittendum Nationem Picardicam hoc anno propriam ſibi eſſe voluiſſe ſacram ædiculam, ſeu Capellam in parte Scholarum vici Straminei, quæ in San-Iulianenſi prius ſacris ſuis operari conſueuerat, obtentâ in hanc rem Epiſcopi Pariſ. licentia, vt ſequenti Inſtrumento continetur.

„ VICARII Generales in ſpiritualibus Reuer. in Chriſto Patris & D. D. „ Ludouici Dei & S. Sedis Apoſtolicæ gratiâ Epiſcopi Pariſ. nunc à ſuis „ Ciuitate & Diœceſi Pariſ. notoriè abſentis. Dilectis vobis in Chriſto ve-„ nerabilibus & circunſpectis viris Magiſtris Regentibus & Scholaribus „ Nationis Picardiæ huius almæ Vniuerſitatis Pariſ. Sal. in Dom. Ad illa „ quæ diuini cultus propagationem conſpiciunt, libenter intendimus, ea-„ que fauoribus proſequimur opportunis. Sanè oblatæ nobis nuper pro „ parte veſtra ſupplicationis ſeries continebat, quod præfata Natio Picar-„ diæ die 14. præſentis Maij in S. Iuliano paupere Pariſius per iuramentum „ ſolemniter congregata, animaduertens quod eâdem Natio diuina ſerui-„ tia quæ certis diebus per anni circulum ex laudabili more celebrari facere „ conſueuerat *in dicta Eccleſia accommodata dicti Prioratus S. Iuliani vulga-„ riter nuncupati Pauperis hactenus celebrauerat, ſeu celebrari fecerat*, poſt va-„ rias & maturas deliberationes ſecum habitas propoſuerat & decreuerat „ quandam Capellam in laudem, reuerentiam & honorem omnipotentis „ Dei, Beatiſſ. & Glorioſiſſimæ V. M. eius Genitricis, necnon BB. Nico-„ lai & Catharinæ in vna parte Scholarum dictæ Nationis in vico Straminis „ Pariſius ſitarum, loco quidem ad hoc bene decenti & opportuno, ſum-„ ptibus eiuſdem Nationis ędificari & in eadem, aſſiſtēte ſibi diuino auxilio, „ Campanile cum Campana ad Chriſti Fidelium euocationem conſtrui, „ Sacraque Miſſarum ac Veſperarum & alia diuina Officia in poſterum ce-„ lebrari, ſeu celebrari facere; ſed quia præmiſſa omnia & ſingula, niſi præ-„ fati Reuerendi in Chriſto Patris, ſiue noſtra qui eius vices in hac parte „ gerimus non interueniente licentia, conſenſu, authoritate & decreto vi-„ ribus ſubſiſtere nullatenus valerent, nobis humillimè ſupplicarunt, qua-„ tinùs diuini cultus contemplatione prædictam Capellam in loco prædicto „ cum Campanili & Campana prædictis erigendi, inſtituendi & conſtruen-

di, & ea erecta & conſtructa in eadem ſacra Miſſarum & Veſperarum & alia diuina Officia, provt anteà in dicta Eccleſia S. Iuliani Pauperis facere & celebrare conſueuerant, licentiam, authoritatem & facultatem eiſdem impartiri dignaremur. Vnde nos in Domino exultantes cum ſancta propagatur Eccleſia & cultus diuinus augmentatur, prædictorum ſupplicantium deuotis petitionibus fauorabiliter annuentes, eiſdem præfatam Capellam in loco prædicto cum Campanili & campana prædictis, abſque iuris alieni præiudicio erigendi, inſtituendi & conſtruendi, & ea erecta, inſtituta & conſtructa ac ad celebrationem diuinorum Officiorum debitè & ordinatè diſpoſita ſacra Miſſarum, Veſperarum & aliorum diuinorum Officiorum, provt in dicta Eccleſia S. Iuliani facere & celebrare conſueuerant, vel aliàs, provt temporum qualitas ingruerit & eorum deuotioni viderint ſalubriter conuenire, inibi celebrandi & celebrare faciendi licentiam, authoritatem & facultatem, authoritate ſupradicti Reuerendi Patris qua fungimur in hac parte, impartimur per præſentes, Parochiali & cuiuſlibet alterius iure in omnibus ſemper ſaluo. In cuius rei teſtimonium, ſigillum Cameræ eiuſdem Reuer. Patris quo vtimur in hac parte, præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius an. 1487. die vltima Maij. 1487.

Sequitur Conceſſio ſeu permiſſio Abbatis San Genouefiani.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis, Philippus permiſſione diuina humilis Abbas Monaſterij S. Genouefæ Pariſ. Ord. S. Auguſtini ad Rom. Eccleſiam nullo medio pertinentis Sal. in Domino. Notum facimus, quod cum Reuer. in Chriſto Pater & D. D. Pariſienſis Epiſcopus, eiuſve Vicarij Viris Conſcriptis Magiſtris Regentibus & Scholaribus venerandæ Nationis Picardiæ erigendi, inſtituendi & conſtruendi Capellam in honore omnipotentis Dei & inclytiſſimæ eius Matris V. M. Beatorumque Nicolai & Catherinæ in aliqua parte Scholarum prædictæ Nationis noſtro in fundo & territorio exiſtentium piè & deuotè indulſerint, Nobis humiliter ſupplicarunt prædicti Magiſtri Regentes & Scholares quatinus inſtructioni & ædificationi prædictis noſtrum præbere aſſenſum dignaremur, Nos eorum ſupplicationibus inclinati, viſis prius per nos prædicti Reuer. Patris ſiue eius Vicariorum litteris, quibus noſtræ præſentes litteræ annectuntur, ad fidei & diuini cultus augmentum conceſſimus & concedimus per præſentes quatinus dictam Capellam ædificare poſſint in aliqua parte dictarum Scholarum noſtris, in fundo, dominio & territorio exiſtentium, iuxta eiuſdem Reuer. Patris, ſeu eius Vicariorum Indultum, Parochiali tamen iure, ac noſtro in omnibus ſemper ſaluo In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius anno Domini 1487. die 16. menſis Iulii.

Eodem quoque anno Natio Gallicana cum Collegio Nauarrico pacta eſt Organorum vſum certis conditionibus quæ habentur in Inſtrumento Publico, quod legitur in vetuſto Codice prædictæ Nationis.

Organa Nauarrica.

FVRENT *preſens venerables perſonnes MM. Iean Raulin Docteur en Theologie, Maiſtre du College de Champagne, dit de Nauarre, fondé au Mont ſainte Geneuiefue, M. Iean Fortin Prouiſeur, Iean Vicin Maiſtre des Artiens, André Perrier Maiſtre des Gramairiens, Nicole Permantier Sou-Maiſtre des Artiens, Iean Riuole Sou-Maiſtre des Gramairiens, Michel Manterne, Iean de Charnieres, Iean Boyuin, Geffroy Bouſſart, Iacques Telin tous Bacheliers formez en Theologie, Iean Bourdin, Loüis Pinelle, Loüis le Coq, Eleuthere Hardy Bacheliers en Theologie, François Mangot, Pierre Dauyn Maiſtre és Arts, Claude Merlin Chappelain, tous Bourſiers dudit College de Champagne dit Nauarre, aſſemblez en la Chappelle dudit College, au ſon de la petite Cloche en la maniere accouſtumée, diſant que en enſuiuant le contenu és*

1487. *lettres qu'ils ont baillées aux Procureur, Doyens & Maiſtres de la Nation de France en l'Vniuerſité de Paris, ſcellées en double queüe & cire vermeille, comme apparut du ſcéel dudit College & lequel ſcéel iceux du College ont mis & apposé auſdites lettres, preſens les Notaires, deſquelles lettres de mot à mot la teneur s'enſuit.*

Obligatorium Collegij Nauarræ pro Natione ſuper facto Organorum.

" VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis nos Magiſter, Prouiſor, " Capellani & Burſarij Regalis Collegij Campaniæ alias Nauarræ, " fatemur Organa quæ repoſita ſunt in Capella eiuſdem Collegij & ſuper " anteriori parte dictæ Capellæ veſtibulo vna cum Repoſitorio in quo ſunt " & jacent, ſpectant & pertinent venerabilibus & diſcretis viris DD. Pro- " curatori, Decanis ac Magiſtris venerab. Nationis Franciæ in alma Pariſ. " Vniuerſitate, quorum expenſis & de cuius pecunijs facta fuerunt, quod- " que de ipſis poſſunt, ac poterunt diſponere & alibi reponere, quando, " vbi & quotieſcunque eidem Nationi placuerit; quemadmodùm & de cæ- " teris localibus, ornamentis Eccleſiaſticis & alijs bonis eidem Nationi " ſpectantibus in eodem Collegio exiſtentibus facere poſſunt, non ob- " ſtante quod ipſa Organa cum Repoſitorio ſunt affixa & tenentia muris di- " ctæ Capellæ cum ferro, calce, plaſtro, aut lignis, & conſuetudine Ciui- " tatis Pariſ. in hoc contraria. Non obſtante etiam quacunque oppoſitione " ſuper hoc in poſterum per Nos, aut ſucceſſores noſtros Magiſtros, Pro- " uiſores, Capellanos & Burſarios ipſius Collegij facienda. Cui oppoſitio- " ni & contradictioni ex nunc provt ex tunc, & ex tunc, provt ex nunc " pro nobis & ſucceſſoribus noſtris fide mediâ renunciamus. Sub etiam " obligatione quorumcumque bonorum mobilium & immobilium eiuſdem " Collegij. Conſentientes præterea quòd vnus ex Decanis ipſius Nationis " per dictam Nationem deputandus & maximè Decanus Prouinciæ Pariſ. " iam per multa Suppoſita dictæ Nationis deputatus & ad hoc electus ha- " beat vnam ex clauibus dictorum Organorum cum claue quam habebit " Procurator ipſius Nationis. In cuius rei teſtimonium ſigillum præfati " Collegij litteris præſentibus duximus apponendum. Datum anno Do- " mini 1487. die 19. menſis Octob. *Ils ont eſté & ſont contens par ces preſentes,* " *de tout le contenu eſdites lettres, tant deſdites Orgues, que deſdits Ornemens,* " *Ioyaux, Reliquaires & autres biens eſtans en leurdite Chappelle appartenans à* " *ladite Nation. Et que toutes & quantesfois qu'il plaira auſdits de la Nation,* " *ils les puiſſent oſter & emporter ou autrement en faire à leur plaiſir, ainſi qu'il eſt* " *à plein contenu eſdites lettres. Et iceluy contenu en tous ſes poincts & articles, veu-* " *lent, conſentent & accordent qu'il ſortiſſe ſon plein & entier effet, ſans le pouuoir* " *empeſcher par eux, ne par leurs ſucceſſeurs en aucune maniere, promettant, &c.* " *obligeant, &c. Fait l'an 1487. le Ieudy 19. Octob.*

1488. Anno 1488 vltima Aprilis in Comitijs Mathurinenſibus decretum fuit vt liti quæ cum Decretiſtis intercedebat, diligenter inſtaretur: item & contra Pergamenarios, quibuſcum perpetua fere controuerſia fuit. Actum quoque eſt de clauſione Rotuli Nominandorum.

Die 10. Iunij in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Regiæ de lite quæ erat Vniuerſitati cum Publicanis apud Curiam Subſidiorum de Priuilegijs Nunciorum, eorumque numero coërcendo: Delectique ſunt ex ſingulis Facultatibus & Nationibus viri qui materiam illam prius cum DD. Generalibus agitarent & diſcuterent, deinde verò ad Vniuerſitatem referrent; ne quid eâ inconſultâ fieret. Die 23. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Petrus Meſnart.

LIS CVM CVRIA SVBSIDIORVM PROPTER NVNCIATVS.

Die 15. Septemb in Comitijs apud Mathurinenſes habitis actum eſt de lite & conſeruatione priuilegiorum quæ periclitabantur in Curia Subſidiorum, propterea quod DD. Generales Vniuerſitatem oppugnabant; itaque cogitatum eſt de ceſſatione lectionum & ſacrarum Concionum,

ſeu Sermonum, ſi priuilegia tollere, aut diminuere pergerent. Quâ de re ſic habetur in Commentario Germanicæ Nationis, ſcribente M. Cornelio Delfeuſdem Procuratore. Anno quo ſupra, die 15. menſis Septemb. 1488. conuocata fuit veneranda & alma Pariſiorum Vniuerſitas apud S. Mathurinum duobus ſuper articulis. Primus erat ſuper defenſione & tuitione Priuilegiorum almæ Vniuerſitatis Pariſienſis. Secundus erat ipſius Rectoris, ac vnius Deputatorum Generalium qui aſſiſtentiam & adiutorium & præcipuè reſponſum ab Vniuerſitate petiuerunt vt illo Reſponſo DD. Generalibus priuilegia noſtræ almæ Vniuerſitatis Pariſiorum diminuere volentibus reſiſterent, ac ſcirent quid acturi eſſent. Quantum ad 1. art. placuit Nationi aſſiſtentiam & adiutorium præbere D. Rectori, ac vni Deputatorum Generalium ad procedendum contra prædictos, ipſis tamen DD. Generalibus adhuc non deſiſtentibus à Priuilegiorum almæ Vniuerſitatis Pariſ. diminutione, facere ceſſationem lectionum, ac Sermonum, vt quondam factum erat, &c.

Die 4. Octob. habitis eodem in loco Comitijs totius Vniuerſitatis de eadem re actum eſt: ſic enim ibidem legitur. Anno quo ſupra, die verò 4. Oct. veneranda Pariſiorum Vniuerſitas conuocata eſt apud S. Mathurinum 2. ſuper art. Primus erat ſuper his audiendis quæ facta fuerunt per DD. Deputatos apud DD. Generales de diminutione Priuilegiorum Vniuerſitatis. Et præſentes DD. Deputati, his auditis & dictis quæ per eos facta fuerunt apud prædictos Generales petiuerunt Reſponſum, an ſcilicet placeret Vniuerſitati etiam mittere ad Regiam Majeſtatem pro defenſione noſtrorum Priuilegiorum; vel placeret eidem Vniuerſitati quod Deputati iterum adirent DD. Generales, & reſponderent eis ſicut concluſum erat in Congregatione præcedente, videlicet, quod ſi non vellent deſiſtere à diminutione Priuilegiorum noſtrorum, quòd procederemus contra eos ceſſationibus lectionum, ac Prædicationum. Secundus art. fuit communis. Quantum ad primum artic. non placuit Nationi mittere ad Regiam Majeſtatem, ſed quòd Deputati reſponderent eis vt concluſum erat in præcedente Congregatione. Idem etiam à tota Vniuerſitate concluſum fuit; vt infra patebit.

Die 10. Octob. in Comitijs San-Iulianenſibus nouus Rector electus eſt M. Alanus Potier, petijtque in rebus arduis quales tunc erant, auxilium ſibi præberi. Die 25. eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus totius Vniuerſitatis adhuc actum eſt de Priuilegijs, vt legitur in eodem Codice. Anno quo ſupra, &c. Primus artic. erat ſuper defenſione & tuitione almæ Vniuerſitatis Priuilegiorum. Quantum ad 1. placuit Nationi tueri & defendere Priuilegia dictæ Vniuerſitatis, & ad hoc fiendum ordinauit quod fieret ceſſatio à Sermonibus duntaxat.

Item ad diem 29. eiuſdem menſis ſic legitur. Anno quo ſupra, &c. Quantum ad 1. art. declarauit D. Rector quatenus erat ſibi miſſus quidam Oſtiarius ex parte DD. Præſidentium, vt ipſe cum quibuſdam Deputatis conueniret vnà cum eis ad auiſandum de rebus Vniuerſitatis. Et quantum ad hunc artic. placuit Nationi tam propter grauitatem Officij Rectoriæ quàm Vniuerſitatis, vt D. Rector non tranſiret perſonaliter coram eis, ſed vt mitteret de ſingulis Nationibus & Facultatibus ſuperioribus aliquos viros graues ad audiendum ea quæ proferrentur ab eis & referendum Vniuerſitati. Placuit Nationi, vt nullo modo relaxaretur concluſio prius facta videlicet de ceſſatione Sermonum. In Actis Facultatis Decretorum idem ſcribit Robertus Gaguinus Decanus, ſcilicet auditis quæ à Curia fuerant Rectori mandata ſuper facto Ceſſationum, protinus *diſcedentibus ad loca Facultatibus & Nationibus*, & deliberationibus habitis, placuiſſe omnibus & ſingulis Facultatibus & Nationibus viros graues ſeligi qui Curiam adirent. *Ergo*, vt idem ſcribit, *deputati ſunt ex Facultate Theologiæ M. Ioan. Sudoris. Pro Facultate noſtra Ego Decanus; ex Medicinæ Facultate M. Michaël de Colonia. Ex Natione Gallicana M. Gaufridus Bouſſard. Ex Nat. Picardiæ M..... Ex Natione Normaniæ M.*

Ex Natione Almaniæ, ſeu Germaniæ M. Cornelius Odendic.

1488. Adeunt iſti Curiam reuerſique referunt quæ habuerant à Principe illius ad Vniuerſitatem referenda; quibuſque verbis compellati ab eo fuiſſent. *D. Præſidens poſthæc. Vos*, inquit, *DD. Deputati memoria tenetis quæ hactenus dicta ſunt, neque ignoratis quorſum hæ veſtræ Ceſſationes euadere poſſunt? iubemus vt ad veſtrum Rectorem reuerſi ſuadeatis Concionem Vniuerſitatis fieri, in eaque laxari quod ſine iuſta cauſa à vobis factum exiſtimatur. Ad quam ſententiam multa addit D. Aduocatus. Digreſſi igitur renunciamus omnia D. Rectori. Et licet dies religioſus eſſet & res diuina Veſperarum in Eccleſia agenda (Vigilia omnium Sanctorum) ſuaſimus tamen conuocare Vniuerſitatem, quæ ad horam 4. poſt meridiem eius diei apud S. Mathurinum facta eſt frequentibus Doctoribus & Magiſtris omnium Facultatum & Nationum; in ea D. Sudoris Theologus omnia quæ à Curia audiueramus, retulit. Deinde habitis per Facultates & Nationes ſententijs, tanta concordia reditum ad Concionem eſt, vt omnium idem votum & ſententia fuerit Ceſſationes non laxari.*

Plures dies in eiuſmodi collocutionibus conſumuntur. Itum ſæpè ad Curiam & à Curia reditum ad Comitia & ad deliberandum. Ad diem 14. „ Nouemb. ſic legitur in Actis Nat. German. Anno quo ſupra, die verò 14. „ Nouemb. congregata fuit alma Pariſiorum Vniuerſitas apud S. Mathu- „ rinum 2. ſuper art. Primus erat ſuper ceſſatione Sermonum, & allegaue- „ runt DD. Præſidentes ſupremæ Curiæ coram D. Generali de Mathuri- „ nis quòd Vniuerſitas non habet poteſtatem ceſſare à quocunque actu, in- „ conſulta ſuprema Curia. Quantum ad hoc placuit Nationi dare Depu- „ tatos ad audiendum DD. ſupremæ Curiæ & referendum Vniuerſitati. „ Etiam miſit ſupremus D. D. Rex litteras Vniuerſitati quod tales Ceſ- „ ſationes ſunt ſibi multum moleſtæ, & propterea placuit Nationi quod „ aliqui adirent ſine dilatione ad declarandum cauſam propter quam fue- „ rant Ceſſationes.

„ Item ad diem 23. Nouemb. in Comitijs Math. Anno, &c. Primus art. „ erat ſuper ceſſatione Sermonum, quia DD. Præſidentes volebant pacem „ & concordiam inter Vniuerſitatem & DD. Generales: interim rogabant „ Domini Præſidentes licentiam prædicandi pro paruo tempore à D. Re- „ ctore concedi Archidiacono Rothomagenſi & Deputatis. Ipſi tamen re- „ ferebant dicta coram Vniuerſitate, ea conuocata. Placuit Nationi ſuſ- „ pendere concluſionem aliàs factam vſque ad diem Conceptionis Beatæ Virginis.

Verum antequam ad alias materias huius anni tranſeamus, notandum hoc quoque menſe factum fuiſſe Statutum à Præclara Artium Facultate contra quoſdam abuſus & peruerſas conſuetudines quæ irrepſerant in celebrationem feſtorum quorundam; quod Statutum legitur in libro Picardicæ Nat. ſub hac epigraphe. Statutum Facultatis Artium pro corri- SVBLATA TESTA. „ gendis Abuſibus quorundam Feſtorum Vniuerſitatis. Tum ſubiungitur. „ Sequuntur Statuta præclaræ Artium Facultatis iuxta Concluſionem con- „ corditer habitam à 4. Nationibus apud S. Iulianum Pauperem. Anno „ Domini 1488. die verò 4. Nouemb. ad corripiendum abuſus & inſolen- „ tias quæ fiebant circa feſtum Sanctorum Martini, Katherinæ & aliorum „ ſequentium tam in turpibus facetijs & exceſſiuis ſumptibus quàm alijs in „ rebus etiam indecentibus.

„ Nulla Feſta ſanctorum Martini, Katherinæ & Nicolai, ſiue Nationum, „ Prouinciarum, aut Diœceſum, ſeu Collegiorum fiant, ſiue cum mimis, „ facetijs & tapetibus cum ſimplicibus cantilenis pro chorea, ſed ſolum „ vacetur diuinis obſequijs & ſtudijs ſicut diebus Dominicis quibus fieri eſt „ ſolitum: poſſunt tamen virtuosè & eutrapelicè ludere ad laboris leua- men & ſolatium. 2. Permittitur tantummodò feſtum & ſolemnitas Re- gum; ſub hac moderatione tamen vt fiat lætitia choræarum ſolùm in vi- gilia ſuâ & poſt diem feſti poſt Veſperas, ac nihil ante, vt diuino ſeruitio „ plenius, ac deuotius intendatur.

„ In craſtino autem nihil ludi, facetiarum, aut ſimplicium etiam chorea-

rum omnino fiat; ſed vel reddant lectiones, vel ſcribant Iuuenes Scholaſtici, ſaltem horâ pomeridianâ, vel ſimplici licentia à Magiſtro Pædagogo impetrata, ludant in Curia Collegij, ac ſe præparent ad diei proximè ſequentis lectionem. 1488.

Nulla Tapetia, ſiue locagio, ſiue mutuò permittantur in prædicto feſto Regum præter Bancaria, quæ ſedilibus pro reuerentia Regis, ac Dominorum conceduntur apponi. Permittitur vnus Mimus & ad ſummum duo in prædicto feſto Regum modo prius dicto, ſcilicet ſerò in Vigilia & in die poſt Veſperas. Et prohibetur omnino ne occaſione Mimorum ſiue facetiarum, aut aliarum expenſarum pro feſto aliqua pecuniæ ſumma quantumcumque parua exigatur, aut etiam recipiatur à iuuenibus Scholaſticis gratis oblata, præter ſpontaneam & moderatam Regis oblationem, ac pecuniam nouiter venientium qui vulgò Bejauni nominantur, quæ pecunia Bejaunorum recipi conceditur, iuxta antiquam & laudabilem Facultatis permiſſionem.

4. Prohibentur omnino veſtes & indumenta quæcunque de Liureta, ſiue ſerico, ſiue de panno quacunque occaſione compoſita, ſiue ad honorem & Comitiuam Regis, ſiue ad ludum facetiarum & fatuorum, aut etiam quæcumque pretioſa indumenta, ſiue locagio, ſiue mutuò accepta, niſi ſint neceſſaria ad qualitates perſonarum aliquid adijci Comœdiæ. Solæ autem illæ conceduntur facetiæ in memorato feſto Regum quæ per Magiſtrum Pædagogum, aut aliquem de ſuis Regentibus fuerint viſitatæ ad vnguem, priuſquam in ludum prodeant, ne aliquid mordax, aut aliàs inhoneſtum quod probi viri animum offenderet, vllo modo ſub vſus ſpecie contineant.

Laudantur autem in proprijs Collegijs huiuſmodi facetiæ, ne diſcurrant inde Iuuenes per Collegia vt euitentur ſcandala quæ ob id euenire ſolebant. Et hanc Conſtitutionem in omnibus ſuis articulis ſuo ſucceſſori faciet iurare D. Rector præſens pro poſſe obſeruari, & omnes & ſinguli Rectores ſequentes ſimiliter facient.

Sequuntur Iuramenta quæ virtute prædictæ Concluſionis habent præſtare ſinguli Magiſtri Pędagogi, & omnes etiam Regentes Facultatis, vt præſens Conſtitutio maioris ſit firmamenti, ac durationis in futurum.

Iurabunt amodò Magiſtri Pædagogi & Regentes in Facultate Artium præſentes & eorum ſucceſſores omnes & ſingulatim in manu D. Rectoris, quo tempore Lectiones in vico ſtraminis inchoantur, vel quando circa idem tempus eliguntur Reformatores, aut quando viſitabuntur per ipſoſmet Reformatores, hæc Statuta ſe ſe obſeruaturos ſub pœna priuationis, aut ſaltem ſuſpenſionis ab officio Regentis, ſi ſit ſimplex Regens; & ſi ſit Pędagogus, ſub pœnâ priuationis ab officio Regentis & Pędagogi in hac Facultate per duos annos, aut etiam plures ſecundùm quod videbitur.

Et ſi quiſpiam Pędagogus, aut aliàs ſimplex Regens hæc prædicta Statuta infregerit, aut quod abſit, ſua in domo infringi tempore non repugnante permiſerit, eodem ſub iuramento promittent quod tranſgreſſorem **Statuti Pędagogum, aut etiam ſimplicem Regentem in ſuo conſortio**, aut aliquo alio modo gaudere Pędagogi, vel ſimplicis Regentis priuilegio non permittent, verum huiuſcemodi priuationem, aut ſuſpenſionem in delinquentem procurabunt obnixè.

Sequitur pœna Iuuenum Scholaſticorum qui contra voluntatem Magiſtri Pædagogi, aut alterius ſimplicis Regentis in prædicta Facultate præſentem Conſtitutionem infregerit.

PVniatur delinquens Iuuenis Scholaſticus in Aula Collegij cuius ſe profitetur Scholaſticum à 4. Regentibus: & à ſingulis eorum verberetur virgis in dorſo nudus pręſentibus omnibus Scholaſticis de ſuo Collegio, ad pulſum Campanæ, ac præſente D. Rectore, cum DD. Procura-

1488. » toribus ſi illis placet hic adeſſe, ſi opus eſt, aut ſaltem præſente aliquâ » graui perſona quam Magiſter Pædagogus appellare decreuerit ad ma- » iorem delinquentis Iuuenis erubeſcentiam. Quod ſi hanc pœnam ſub- » ire delinquens ille noluerit, aut per fugam, aut alia via ne puniatur, im- » pedimento ſit, priuabitur omnino, ac perpetuis temporibus: & in libro » Procuratoris ſuæ Nationis huiuſmodi priuatio ad memoriam, ac terro- » rem aliorum inſcribetur.

Sequitur alia pœna Magiſtrorum Pædagogorum & etiam aliorum ſimplicium Regentium qui tranſgredientur Statuta.

» NON recipietur ſignetum alicuius Magiſtri Pędagogi, neque alicu- » ius Regentis Simplicis in prædicta Facultate ab aliquo Examinato- » re, ſiue Baccalariandorum, ſiue Licentiandorum, aut in examine Infe- » riori, aut Superiori, ſi ille Magiſter Pædagogus, aut etiam ſimplex Re- » gens conuictus fuerit, aut aliàs infamatus quod hanc Conſtitutionem ſuo » in Collegio fregerit, aut per Iuuenes illius Collegij fracta fuerit, nec eoſ- » dem delinquentes Iuuenes puniri pœnâ ſuperiùs declaratâ procuraue- » rit. Et ita ſe facturos iurabunt prædicti Examinatores qui primùm inſti- » tuentur.

» De Lectoribus autem Poëtarum & Rhetoricæ dat omnimodam facul- » tatem ad reformandum vt ſupra ratificando quidquid in his ipſi fecerint. » Dedit autem præclara Artium Facultas 4. Reformatoribus & Magiſtris » Pædagogis, vel Deputatis per eos, vel maiori parti illorum poteſtatem » inueniendi, quærendi ac exequendi omnia media opportuna, vt hæc » Conſtitutio in omnibus ſuis articulis habeat tenorem & effectum, ac per- » manentiam: atque etiam vt Statuta de Martinetis habeant plenariam ef- » ficaciam. Et quæ per prædictos, aut maiorem partem illorum fient, vo- » luit haberi grata & rata ſine vlteriore congregatione, ac ſi terna Con- » gregatio fuiſſet ſuper his omnibus facta. Et hæc omnia etiam voluit in- » ſcribi in libris DD. Rectoris & Procuratorum.

Ad eandem diem 4. Nouemb. ſic legitur in libro Germanicæ Nationis. » Anno quo ſupra, die verò 4. menſis Nouemb. congregata fuit veneran- » da Artium Facultas apud S. Iulianum ſuper 2. artic. Primus erat de depo- » ſitione Feſtorum Martinetorum. Et ad hoc faciendum placuit Nationi » dare plenariam poteſtatem Rectori, Procuratoribus & Pædagogiſtis ad » corrigendum, reformandum & ad deponendum omnes abuſus Vniuerſi- » tatis abſque vlteriori Congregatione Facultatis. Placuit etiam prædictis » Dominis deponere feſta: ita, quod nullum fieret feſtum, excepto feſto » Regum durante ſolum per duos dies, & in die ſequenti, quod ſinguli » Studentes habeant lectiones ſicut in die determinata. Depoſuerunt etiam » habitus indecentes, crines longos, quia tales conueniunt armigeris, man- » gonibus, & ſimilibus hominibus, & non ſtudentibus.

In eandem rem Rex ſcripſit Vniuerſitati, & habitis Comitijs die Ianu. apud S. Math. perlectæ fuerunt Regiæ litteræ, in quibus continebatur **quoddam Mandatum de reuocatione feſtorum quæ ſuperioribus diebus** » in Facultate Artium depoſita, vel potius moderata fuerant. Sed quod » ad primum Natio immortales gratias Sereniſſimo D. noſtro Regi habuit » de communicatione ſuarum litterarum: verùm quo ad materiam in ſe, pla- » cuit ei vt Concluſio illa quemadmodum capta fuerat in Facultate Ar- » tium, in ſuo robore permaneret, viſo tamen quod ea non derogaret Re- » gijs mandatis, cum feſta non totaliter depoſita, ſed ſolùm moderata eſ- » ſent. Ita legitur in Actis Nationis Germanicæ.

De eadem feſtorum illorum abrogatione Robertus Gouletus teſtis oculatus. Poſtquam enim de Reformatione Cardinalis Tutauillæi egit, » ſubiungit: Manifeſtata autem horum Reformatorum fuit authoritas & » practicata circa annum Domini 1488. cum eorum curâ, labore, vigilan- » tiaque ac induſtria maximæ fatuitates, inſolentiæ, ſuperfluæ impenſæ, multaque

multaque alia non immodica mala (quæ in maximum Vniuerſitatis noſtræ ſcandalum feſtiuis & profeſtiuis diebus Regum, & Nationum vigilijs & Craſtinis perpetrabãtur) correcta fuerunt eliminataque atque deleta; priſtinaque Scholaſtici ſtatus tunc omnino ferme difformati honeſtas, modeſtia & deuotio in lucem reducta, &c. Quæ quidem mutatio fuit dexteræ Excelſi, vt ſcilicet de impudicitia ad pudicitiam, de intemperantia ad temperantiam, de inſolentia ad modeſtiam, de irreuerentia Dei & feſtorum ad dilectionem, de vitio denique ſine medio fuerit tranſitus ad virtutem; & de impudicis hiſtrionibus effrenatiſque ioculatoribus, incompoſitis mangonibus atque inuerecundis ſaltatoribus, ſeu minus modeſti moribuſque & habitu compoſiti, honeſti, Deo deuoti, & religioſi euaderent Clerici. Tunc enim ordinatum eſt, vt in feſtis Nationum non choreis, fatuitatibus, aut ludis vacarent, ſed quilibet in ſua Natione diuina Officia deuote audiret: & tempus quod tripudio & ſtultitijs conſumebatur, ſtudio litterarumque recompenſaretur exercitio. Hoc idem de feſto Regum, niſi quod celebratis diuinis Officijs in Collegiorum ſacellis aliqualis, ſed modica Iuuenibus cum ſuo Rege in ſuis aulis omni prohibito exceſſu permiſſa eſt recreatio; ſed iam opus eſſet ſtatuti renouatione (ſcribebat an. 1517. quoniam iam ipſa fatuitas Principalium & Regentium incuria videtur inſoleſcere in pleriſque Collegijs, mundo diſſimulante & Scholaſticis pro exercitio auſcultantibus. 1488.

Rex tandem edixit ſuper numero Officiariorum Vniuerſitatis Pariſ. quos ab omni tributo & vectigali adinſtar Magiſtrorum Doctorum & Scholarium exemptos eſſe voluit.

CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Sçauoir faiſons à tous preſens & auenir, que comme pour les grands & excellens biens qui ſont auenus au temps paſſé en noſtre Royaume, de par noſtre tres-chere & tres-amée fille l'Vniuerſité de Paris, tant à cauſe de l'entretenement & exhauſſement de la foy Catholique, que de la doctrine & lumiere de Science diffuſe & eſpanduë, non pas ſeulement par tous les limites Chreſtiens, mais auſſi és Pays & Nations des Infidelles & Mécreans où ladite Vniuerſité eſt loüée & honorée, Nos Predeceſſeurs & Progeniteurs Roys de France, ayent donné & octroyé à icelle Vniuerſité & au Recteur, Maiſtres, Eſcholiers & Suppoſts d'icelle, pluſieurs Priuileges & franchiſes & libertez, & par eſpecial, feu de bonne memoire, Charles VI. noſtre Biſayeul en l'an 1383. ait donné à ladite Vniuerſité certains Priuileges faiſans mention des Impoſitions & aides & des Suppoſts, Officiers & Seruiteurs d'icelle en general, dont la teneur s'enſuit. CHARLES PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront ſalut. Sçauoir faiſons, que Nous meus de pluſieurs juſtes conſiderations, deſirans garder noſtre tres-chere & tres-aimée fille l'Vniuerſité de Paris en ſes franchiſes & libertez, & icelle traitter & pourſuir en graces & en faueurs, ſi que les Suppoſts y puiſſent mieux profiter, luy auons octroyé de grace ſpeciale & octroyons par **la teneur de ces Lettres, que les Maiſtres, Bacheliers & Eſcholiers**, liſans & eſtudians en icelle, auſſi ſes Officiers & Seruiteurs d'icelle noſtre fille, ſans fraude de quelque eſtat qu'ils ſoient, ſoient francs, quittes & exempts de toutes Impoſitions & autres aides des vins & autres biens quelconques, creus en leurs heritages, & en leurs Benefices qui ſont ou ſeront vendus par leſdits Maiſtres, Bacheliers & autres Suppoſts & Officiers deſſuſdits, ou par leurs Seruiteurs en gros ou en détail; & ſemblablement des dixmes ou autres aydes à Nous octroyées ou à octroyer par le S. Siege de Rome: Et auſſi de tous les vins & autres biens que leſdits Maiſtres & autres Suppoſts & Officiers achepteront pour leurs neceſſitez en l'Eſtude. Voulans & octroyans de noſtredite grace, que les Fermiers de noſdites Aydes & autres à qui appartiendra, croyent & adiouſtent Foy au ſignet du Recteur de noſtredite fille l'Vniuerſité & de ſes ſucceſ-

1488. » ſeurs Recteurs, ſur la Regence & Scholarité deſdits Suppoſts & auſſi deſdits
» Officiers. Et pour écheuer les fraudes & malices qui en ce pourroient eſtre
» commiſes, auons ordonné & voulons que les Eſcholiers qui voudrõt auoir
» expedition d'être quittes deſdites Aydes des vins & autres biens deſſuſdits,
» ſoient tenus d'aller deuers ledit Recteur en leurs perſonnes, &c. de iurer
» que les vins & autres biens deſſuſdits ſont creuz en leurs heritages ou de
» leurs Benefices ou achaptez pour leurs neceſſitez en l'Eſtude, comme dit
» eſt. Et leſdits Maiſtres y pourront ſemblablement aller & iurer comme
» leſdits Eſcholiers s'il leur plaiſt, & ſi mieux leur plaiſt, qu'ils affirment en
» bonne foy en leurs ſcedules, que ſur ce enuoyeront audit Recteur, ce
» que leſdits Eſcholiers iureront en leurs perſonnes, comme dit eſt.
» Voulons auec ce, & auons ordonné & ordonnons que le Recteur ſoit
» tenu de iurer à ſa creation, preſent vn Maiſtre en la Faculté des Arts, qui
» à ce ſera commis de par Nous, lequel y pourra eſtre s'il luy plaiſt, qu'il ne
» baillera ſon Signet pour l'expedition deſdits vins ou autres biens, s'il n'eſt
» en la forme & maniere deſſuſdites. Et toutes voyes pour l'abſence de no-
» ſtredit Commis, s'il n'y eſtoit, l'Election dudit Recteur n'en ſera pas re-
» tardée. Et s'il venoit à la connoiſſance deſdits Recteur & Vniuerſité, que
» aucun Maiſtre ou Bachelier faſſe fraude ſur l'expedition deſdits vins ou
» autres biens, en abus de noſtre preſent octroy, leſdits Recteur & Vniuer-
» ſité ou leur Conſeruateur, procederont contre eux à reſecation ou au-
» trement, comme le cas le requerra, en gardant leur Statuts ſur ce faits:
» Et d'abondante grace, voulons & auons octroyé, que tout ce qui a eſté
» pris deſdits Maiſtres & Eſcholiers à cauſe deſdits Aydes, contre la forme
» de noſtre preſent octroy, depuis le 1. iour de Février dernierement paſſé,
» leur ſoit rendu & reſtitué de fait par les Fermiers qui pris l'ont. Si don-
» nons en mandement à nos Amez & Feaux les Generaux Conſeillers ſur
» le fait des Aydes ordonnez pour la guerre & à tous Nos autres Iuſticiers,
» Receueurs & autres Officiers à qu'il appartiendra & à chacun d'eux que
» noſtredite fille, les Recteur, Maiſtres & Bacheliers, Eſcholiers liſans
» & Eſtudians en icelle: Et auſſi les Seruiteurs & Officiers d'icelle faſſent
» & laiſſent ioüir & vſer paiſiblement de noſtre preſente grace & octroy
» & contre la teneur d'icelle, ne les moleſtent ou empeſchent en quelque
» maniere que ce ſoit: Et tout ce qui a eſté pris du leur, au contraire de-
» puis ledit 1. iour de Février dernier, leur faſſent rendre & reſtituer de
» fait, ſelon noſtre preſent octroy, ceſſant tout empeſchement & delay. Et
» pour ce que les ſinguliers Suppoſts de ladite Vniuerſité ne pourroient
» de legier, recouurer de nos preſentes Lettres, ſi ſouuent comme leur
» pourroit eſtre beſoin, Nous auons octroyé à noſtredite fille d'abondante
» grace & octroyons par la teneur de ces Lettres, que au tranſcript & Vi-
» dimus d'icelles ſous ſéel authentique, ſoit plaine foy adiouſtée comme
» à l'original, nonobſtant Ordonnances, Edicts, Statuts ou obſeruance au
» contraire; En teſmoin de ce Nous auons fait mettre noſtre ſéel à ces Let-
» tres. Donné au Bois de Vincennes l'xj. Ianu. l'an de grace 1383. Et le quart
» de noſtre Regne. Ainſi ſigné, au reply. Par le Roy, à la relation de M. le
» **Duc de Bourgogne, vous & pluſieurs du Conſeil preſens.** Yvo.
» Deſquels Priuileges & autres octroyez à ladite Vniuerſité, les Recteur,
» Maiſtres, Eſcholiers, Suppoſts, Officiers & Seruiteurs d'icelle, dient
» auoir ioüy paiſiblement & iuſques à ce puis n'agueres aucuns nos Fermiers
» & autres nos Officiers ont voulu donner empeſchement touchant le
» nombre & qualité des Officiers & Seruiteurs d'icelle Vniuerſité & en la
» ioüiſſance deſdits Priuileges à cauſe duquel empeſchement noſtredite
» fille l'Vniuerſité de Paris a enuoyé deuers nous & baillé requeſte, à fin
» d'auoir ſur ce prouiſion. En nous requerant entre autres choſes, que no-
» ſtre plaiſir fuſt, faire interpretation & declaration dudit nombre & quali-
» té deſdits Seruiteurs & Officiers de ladite Vniuerſité qui ſont & doiuent
» eſtre compris & ioüir deſdits Priuileges, afin de appaiſer leſdits dif-
» ferens ſuruenus & autres debats qui s'en pourroient enſuiuir le temps

auenir. Laquelle Requeſte ainſi à Nous preſentée de par noſtredite fille l'Vniuerſité de Paris, auons fait veoir & viſiter par les Gens de noſtre grand-Conſeil, où la matiere deſdits differens & diſcords a eſté bien au long debatuë, en la preſence d'aucuns Generaux de nos Finances & des Deputez d'icelle Vniuerſité. 1488.

Sçauoir faiſons que Nous conſiderans les grands biens & fruits qui viennent de ladite Vniuerſité, & en enſuiuant le bon vouloir de nos Predeceſſeurs & Progeniteurs Roys de France, qui ont touſiours eu, comme nous auons, ladite Vniuerſité en grande & ſinguliere recommendation, De noſtre grace ſpeciale, pleine puiſſance & authorité Royale, auons à noſtredite fille l'Vniuerſité de Paris, confirmé, loüé, ratifié & approuué, confirmons, loüons, ratifions & approuuons par ces Preſentes ledit Priuilege de Charles VI. & tous & chacuns les autres Priuileges à eux donnez & octroyez par nos Predeceſſeurs & Progeniteurs Roys de France, tant en general, comme en particulier, & Voulons qu'ils ioüiſſent deſdits Priuileges, tout ainſi qu'ils en ont bien & deüement ioüy par cy-deuant, & que noſtredite Confirmation ſortiſſe ſon effet, nonobſtant que iceux Priuileges ne ſoient de mot à mot inſerez & incorporez en ces Preſentes, ainſi que ſeroit requis de faire. Et pour ce que audit Priuilege de Charles VI. n'eſt faite mention des Officiers & Seruiteurs de ladite Vniuerſité, ſinon en general, ſans ce qu'il y ait nombre determiné, ne limité deſdits Officiers & Seruiteurs d'icelle Vniuerſité, dont pluſieurs debats, comme dit eſt, ſont meuz, & pourroient encore mouuoir au temps auenir, s'il n'y auoit expreſſe limitation & declaration ſur ce faite.

Nous par ces Preſentes auons declairé & declairons le nombre des Officiers & Seruiteurs d'icelle Vniuerſité que nous voulons & entendons eſtre compris eſdits Priuileges, & demeurer quittes, francs & exempts de toutes choſes quelconques, comme les vrays Eſcholiers d'icelle.

Et premierement les 14. Bedeaux de ladite Vniuerſité, c'eſt à ſçauoir les ſix des trois hautes Facultez, & huict des quatre Nations faiſant la Faculté des Arts.

Pareillement 4. Aduocats & 2. Procureurs en noſtre Cour de Parlement; l'vn pour ſeruir en ladite Cour, & l'autre és Cours des Generaux de la Iuſtice des Aydes & autres Iuriſdictions, eſtant ſous la cloſture de noſtre Palais à Paris.

Deux Aduocats & vn Procureur en noſtre Chaſtelet de Paris.

24. Libraires. 4. Parcheminiers, c'eſt à ſçauoir les 4. Iurez du métier.

4. Marchands vendeurs de Papier demeurans à Paris. 7. Ouvriers ayans Moulins & faiſeurs de Papier, demeurans és villes de Troye en Champagne, Corbeil & Eſſone, c'eſt à ſçauoir 3. en la ville de Troye, & les autres 4. eſdits lieux de Corbeil & Eſſone.

Deux Enlumineurs, deux Relieurs, deux Eſcriuains de Liures; c'eſt à ſçauoir les Iurez deſdits métiers.

Et pour chacun Dioceſe de noſtre Royaume, vn Meſſager, & pareillement vn és Dioceſes hors noſtre Royaume, dont aura Eſcholiers eſtudians en ladite Vniuerſité, pourueu toutes voyes, que tous leſdits Officiers exercent actuellement leurſdits Offices ſans fraude. Et ſeront de l'eſtat, qualité & profeſſion conforme à leurſdits Offices.

Et pour auoir vraye connoiſſance & demonſtrance deſdits Suppoſts & Officiers, Noſtredite fille fera faire vn Roolle ou Liure, auquel ſeront enrotulez ou inſcripts les noms & ſurnoms deſdits Officiers & Suppoſts, ſelon le nombre & qualification deſſuſdites, lequel Liure ou Roolle ils bailleront en la Chambre de la Iuſtice de nos Aydes à Paris. Et quand vacation aduiendra par mort, reſignation ou autrement deſdits Suppoſts & Officiers, & qu'il y aura eſté pourueu d'autre par ladite Vniuerſité, il ſera par le Scribe de ladite Vniuerſité, apporté en ladite Chambre des Aydes, les noms & ſurnoms de celuy qui ſera mis, receu, & pourueu

" inſtitué audit Eſtat ou Office, pour ioüir deſdits Eſtats & Priuileges, le-
1488. " quel ſera inſcript audit liure ou roolle, afin de obuier à tous abus, que
" nuls autres que ceux qui ſeront enrotulez & enregiſtrez audit liure, ne
" ſe puiſſent aider deſdits Priuileges. Et parce que pluſieurs procés ont eſté
" par cy-deuant meus & intentez à l'encontre d'aucuns Officiers de ladi-
" te Vniuerſité, Nous voulons & ordonnons que ceux qui ſeront ainſi en-
" rotulez & inſcripts audit roolle ou liure, ſoient mis hors de Cour & de
" Procés, & qu'ils ioüiſſent & vſent des Priuileges d'icelle Vniuerſité, &
" que leurs gaiges & biens, s'aucuns en auoient eſté pris, dont toutes voyes,
" iugement & execution n'auroient encores eſté faits, leur eſtre rendus &
" reſtituez. Si donnons en Mandement par ces meſmes Preſentes, à nos
" Amez & Feaux Conſeillers, les gens tenans & qui tiendront nos Cours
" de Parlement de Paris, Tholoſe, Bourdeaux, Dijon & Dauphiné, Eſ-
" chiquier de Normandie; aux Gens de nos Comptes & Threſoriers; aux
" Generaux Conſeillers ordonnez, tant ſur le fait & gouuernement de tou-
" tes nos Finances, que de la Iuſtice, Conſeillers en la Chambre de noſtre
" Threſor à Paris, Preuoſt de Paris, Conſeruateur d'iceux Priuileges, Eleus
" ſur le fait de nos Aydes: Et à tous Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, & à
" tous autres nos Iuſticiers, Officiers & Subjets, & à leurs Lieutenans pre-
" ſens & auenir, & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra ſur ce re-
" quis. Que ceſdites Preſentes ils faſſent lire, publier, enregiſtrer en leurs
" Cours, Iuriſdictions & Auditoires, & du contenu en icelle noſtre pre-
" ſente confirmation, declaration & interpretation deſſus declarée, ils faſ-
" ſent, ſouffrent & laiſſent noſtredite fille, les Recteur, Maiſtres, Eſcholiers,
" Seruiteurs, Officiers & Suppoſts d'icelle ioüir & vſer plainement & pai-
" ſiblement, ſans leur mettre ou donner, ou ſouffrir eſtre fait, mis ou don-
" né, ores ne pour le temps auenir, aucun deſtourbier ou empeſchement au
„ contraire, ains tout ce que fait y auroit eſté, ou eſtoit, le réparent, & ce
„ mettent ou faſſent reparer ou remettre au neant, & au premier eſtat &
„ deu, & leſdits biens & gaiges rendre, & reſtituer pemierement & auant
„ toute œuure. Et pour ce que de ces Preſentes, leſdits de l'Vniuerſité au-
„ ront affaire en pluſieurs lieux: Nous voulons que au tranſcript, ou vidimus
„ d'icelles, fait ſous ſéel Royal, plaine foy ſoit adiouſtée comme à l'origi-
„ nal, car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait. Et à noſtredite fille l'auons octroyé
„ & octroyons de grace ſpeciale, pleine puiſſance & authorité Royale par
„ ces Preſentes. Nonobſtant quelconques Ordonnances, Edicts, Statuts,
„ Reſtrictions, Mandemens ou Deffenſes faites ou à faire, les Lettres ou
„ Prouiſions impetrées ou à impetrer. Et afin que ce ſoit choſe ferme &
„ eſtable à touſiours Nous auons fait mettre noſtre ſéel à ceſdites Preſen-
„ tes, ſauf en autres choſes noſtre droit & l'autruy en toutes. Donné à
„ Chinon au mois de Mars l'an de grace 1488. & de noſtre regne le 6. Ainſi
„ ſigné, ſur le reply, Par le Roy. M. le Duc de Bourbon, les Comtes de
„ Montpenſier & de Laual, vous les Seigneurs d'Auaugour, de Curton, de
„ Grauille Admiral de France, de Baudricourt, du Bouchage, de Gri-
„ mault, M. Iean de Rely Confeſſeur & Aumoſnier dudit ſieur, Iean Martin
„ Maiſtre des Comtes & autres preſens. ROBINEAV, viſa. Item au dos
„ eſtoit eſcrit, *Regiſtrata.* Item, ſur le reply il y auoit pluſieurs articles qui
„ s'enſuiuent. Premierement,

„ *Lecta, publicata & regiſtrata pro gaudendo per Vniuerſitatem & alios in Albo deſcriptos, ſeu nominatos, ſcilicet quoad numerum Officiariorum dictæ Vniuerſitatis in dicto Albo declaratum & determinatum abſque præiudicio oppoſitionis Pergamenariorum Pariſ. Iudicialiter factæ: quatenus autem concernit alia Priuilegia in dicto Albo declarata quorum cognitio ad Curiam ſpectat & pertinet, prout iuſtè & ritè hactenus vſi fuerunt. Actum in Parlamento 6. April. anno 1488. ante Paſcha.* Ainſi ſigné, CHARSELLIER.

Etiam publicata & regiſtrata in Camera Computorum Domini noſtri Regis Par. modo & forma in expeditione Curiæ Parlamenti contenta. Actum die 8. menſis Aprilis, anno 1488. ante Paſcha.

Semblablement leſdites Lettres de Priuileges ont eſté leuës, publiées & enregiſtrées en la Chambre de la Iuſtice des Aydes à Paris, en enſuiuant l'Arreſt de ladite Chambre, donné ce iourdhuy, pour d'iceux Priuileges ioüir par l'Vniuerſité de Paris, quant au nombre des Offices de nouuel Statut, & ordonné par le Roy, ſelon le contenu & les qualifications declairées eſdites lettres de Priuileges. Et entant que touche autres poincts & articles contenus en icelles concernant le fait des Aydes. Semblablement pour en ioüir par leſdits de l'Vniuerſité en la forme & maniere qu'ils en ont bien & iuſtement vſé, pourueu que leſdits de l'Vniuerſité n'entreprendront aucune connoiſſance du fait deſdites Aydes, mais demourra icelle connoiſſance à ladite Chambre, fait en ladite Chambre le 21. Iuillet 1489. Ainſi ſigné, DE BIDAVT. 1488.

Ac etiam lecta, publicata & regiſtrata in Theſauro D. noſtri Regis Pariſ. modo & formâ in expeditionibus Curiæ Parlamenti & Cameræ Compotorum contentis anno Domini 1489. die 4. Aug. Sic ſignatum Courtin.

Pareillement leſdites Lettres ont eſté leuës, publiées & enregiſtrées en l'Auditoire des Eleus à Paris, ſur le fait des Aydes ordonnez pour la guerre, le Samedy 3. Octobre. 1489. Ainſi ſigné, ANDRY.

Au dos deſdites Lettres eſt eſcrit ce qui s'enſuit.

Leuës & publiées en Iugement, en l'Auditoire Ciuil du Chaſtelet de Paris és preſences des Aduocats, Procureurs & pluſieurs Conſeillers du Roy audit Chaſtelet, enregiſtrées pour ioüir & vſer par les Recteur & Eſcholiers de l'Vniuerſité, deſcrits & nommez au blanc de ces Preſentes.

De Nuncijs Academicis.

HOCCE Edictum, ſeu, vt vocant, Caroli VIII. Declarationem Vniuerſitati ſæpè obijciunt Publicani, qua Nunciorum Academicorum numerum Diœceſeon numero definitum arctatumque conteſtantur. Et id quidem ex parte verum eſt, ex parte abludit à vero. Quod vt luce meridiana clarius fiat, operæ pretium eſt notare ab an. circiter 1440. ſæpè conqueſtos Redemptores vectigalium Vrbis Pariſienſis de numero Nunciorum Academicorum, ſæpè de eodem Generales Subſidiorum, item & Ciues Pariſienſes. Creuerat autem ille numerus regnante Carolo VI. Nam cum flagrantibus bellis Ciuilibus, & Coniuratis vrbium Prouinciarumque partem occupantibus, Anglo quoque Regni parte potito, coactus fuiſſet Ciuitati Pariſienſi tributa imponere, eaque pro neceſſitate rerum augere & multiplicare, ſola verò Vniuerſitas quam impensè amabat, cum Officiarijs ſuis immunis eſſet ab illorum penſitatione, plurimi Ciues eiuſdem Vniuerſitatis Officia ambire cœperunt, quò ſe Priuilegiorum præſidio tutarentur. Cùm verò cæterorum Officiariorum numerus certus eſſet, vnus verò tantùm incertus Nunciorum, hinc factum, vt cæteris in certo numero remanentibus, Nunciorum numerus creuerit. Et cauſa ſuberat; quippe cum ob bella non poſſent Scholares commodè pecunias à parentibus accipere, ad Ciues Pariſienſes confugiebant, notos & amicos, & iuxta eorum poſtulationem ſingulæ Nationes Ciues illos in numerum Nunciorum adlegebant.

Hinc ergo abuſus Priuilegiorum: vt patet ex Actis illorum temporum. Nam legimus an. 1440. fuiſſe quinque Nuncios Diœceſis & vrbis Lugdunenſis, quorum vnus ſuffeciſſet. Et reuera in Actis 17. Sept. an. 1441. Natio Gallicana vnum retinuit Petrum de Villa vicioſa, cæteros Officijs priuauit; ſed non ita alibi paſſim. Itaque ſæpe conqueſti ſunt Redemptores vectigalium. Vt an. 1449. 7. Maij. *Supplicarunt Officiarij Regis vt præclara Vniuerſitas vellet tenere manum ſuper reformatione ſuorum Nunciorum.*

Vt autem pateat conqueſtionem tum fuiſſe de numero Ciuium Pariſienſium qui Nuncios ſe aſſerebant, ob idque immunes, clarè demonſtrat quod legitur in Actis Nationis Gall. ad diem 10. Iunij 1467. vbi Hugo de Virduno Procurator ſic ſcribit. Die 10. feci venerandam matrem apud

" eundem locum per iuramentum accerſiri ſuper 2. art. Primus fuit ſuper
1489. " querimonia quadam facta per quoſdam ex Regijs Commiſſarijs ſuper
" multitudine Nunciorum Vniuerſitatis. Vt igitur primi ſeries explicetur.
" Cum nudius quintus apud dictum locum per honor. D. meum D. Recto-
" rem ad Deputatos eſſem euocatus, expoſuit idem D. ſe nudius tertius
" à dictis Commiſſarijs quendam Rotulum accepiſſe, *quo numerus ſcribeba-*
" *tur multus dicentium ſe Nuncios Vniuerſitatis, atque propter id exemptos à*
" *Gueti Nocturni vigilijs ac tributo quod huic Ciuitati atque Suppoſitis dicto Gue-*
" *to Subiectis grauamen eſt non paruum. Petebant igitur dicti Commiſſarij, aut*
" *nos numerum Nunciorum minuere, aut ſi ad eiuſmodi tributum cogerent omnes,*
" *cum patientia tolerare.*

" Conſecutis annis ſæpè ea de re actum, inſtantibus Officiarijs Regijs,
" vt huicce negotio finis tandem imponeretur, petentibuſque certum nu-
merum Catologo, ſeu Rotulo deſcriptum. Itaque an. 1472. edixerunt Procuratores ſingularum Nationum, vt qui ſe Officijs eiuſmodi gaudere iactitabant, tabulas proferent, locumque habitationis. Ioannes Raulinus Gallicanæ tum Procurator ita edixit.

Nos Ioannes Raulin Procurator vener. Nationis Franciæ omnibus &
" ſingulis Magiſtris & Scholaribus eiuſdem Nationis in Domin. Salutem.
" Quoniam nuper ad nos ſuper Nunciorum creatione atque multitudine
" grauis peruenit querimonia, Hinc eſt quod huic mederi cupientes tum
" veros inſcribendo Nuncios, tum etiam oneroſæ multitudini poſſe tenus
" obuiando, matura prius ſuper hoc deliberatione habita Mandamus &
" præcipimus vobis vt vnuſquiſque veſtrum infra primam Dominicam Ad-
" uentus Domini, Nomina ſuorum Nunciorum & locum habitationis eo-
" rum nobis denunciet, vt ipſi demum in ſuis habitationibus inſcripti DD.
" Generalibus præſententur. Quod ſi non ita factum fuerit, eos minime
" putabimus noſtris gauiſuros priuilegijs, neque in poſterum admitti ad
" hoc renitentibus DD. Generalibus. Datum ſubſigillo Proçuratoriæ præ-
" fatæ Nationis anno Domini 1472. die 24. Nouemb.

" Verum non ante annum 1476. Catalogus iſte confectus fuiſſe videtur. Tunc autem Curiæ Subſidiariæ oblatus & ab ea acceptus, vt ſcribitur in Actis eiuſdem Nationis. Oblatus inquam die 1. Octob. & die 8. reſponſum dederunt Generales, *quod erant contenti acceptare & approbare Rotulum ſicut datus erat eis à matre Vniuerſitate, & quod ipſi erant parati ſeruire Vniuerſitati & manutenere priuilegia ipſius quantum poſſent & etiam releuare illos qui erant in proceſſibus & ipſos defendere, dum tamen eſſent in Rotulo, & quod ipſi exinde regerent ſe in iſta materia Nunciorum ſecundum Rotulum eis datum ab Vniuerſitate.*

Iuxta Rotulum Generalibus oblatum Nunciorum numerus Diœceſeon numerum Caroli VIII. declaratione definitus eſt, Nunciorum inquam Ciuium Pariſienſium qui vulgo Magni nuncupantur, de quibus diximus to. 1. Et illi à tributis vrbis immunes facti quemadmodum & alij Officiarij Vniuerſitatis: vt prædictam Declarationem legenti patebit. At alia ratio eſt Nunciorum Oppidanorum, qui & Parui & Volantes & Ordinarij dicti: nam ad eos qui in alijs Vrbibus & Oppidis habitabant, veniebantque Lutetiam & ad locum ſuum reuertebantur, Declaratio iſta pertinere non poteſt, quos certum eſt nullo tempore tributis vrbis Pariſienſis fuiſſe obligatos.

Quod enim præter Magnos Nuncios, ſeu Diœceſanos qui Ciues erant Pariſienſes, quorumque præcipuum erat Officium repræſentare Pecuniam Magiſtris & Scholaribus alienigenis omniaque ijs neceſſaria miniſtrare & Parentum vices ſupplere, alij quoque eſſent Oppidani, *ſeu Viatores*, quorum officium erat ire, redire, pecuniam, litteras & alia neceſſaria à Parentibus afferre, patet tum ex ijs quæ tom. 1. retulimus; tum etiam ex litteris Philippi Pulchri datis an. 1296. in hunc modum, provt legitur in Authentico notato, A. 27. C.

" Philippvs Dei Gratia Francorvm Rex. Vniuerſis Iuſticiarijs

& Miniſtris noſtris ad quos præſentes litteræ peruenerint, ſalutem. Etſi cunctos bonarum Artium Studijs inſiſtentes, illius libenti animo proſequimur exhibitione fauoris per quem à moleſtijs quibus à laude dignis poſſent operibus retrahi, præſeruentur, illis tamen qui Scholaſticis diſciplinis inſiſtunt, opportunum quem ſuis videntur meritis promereri fauorem eò libentiùs exhibemus, quò magis operam dando ſapientiæ, in qua noſter aſſiduè delectatur affectus, noſtræ gratiæ ſe cooptant. Ea propter ne prætextu rebellionis Guidonis quondam Flandrorum Comitis, vel aliorum nobis aduerſariorum quorumcumque Magiſtros & Scholares Pariſius & Aureliæ Studentes, ſeu famulantes eiſdem vndecunque traxerint originem, moleſtari contingat, ipſos in Pariſienſi & Aurelianenſi Studijs ſub noſtra volumus protectione manere, vobis & veſtrum ſingulis præcipiendo mandantes, quatenus Magiſtros & Scholares prædictos, ac famulantes eiſdem qui in eiſdem Studijs voluerint laudabiliter conuerſari, ab iniurijs & violentijs defendatis, *Nuncios eorum, pecuniam ſibi Pariſius & Aureliæ & alia neceſſaria afferentes cum patentibus litteris, quas ipſos ad Partes Flandriæ mittere, vel de partibus illis ad eos Pariſius & Aureliæ mitti continget, omni tamen ſuſpicione carentibus, eundo & redeundo tranſire more ſolito permittentes. Datum Pariſius 27. die Feb. anno Domini 1296.* 1488.

Alias litteras Ludouici Hutini datas an. 1315. retulimus tom. 1. quibus viatores Nuncij immunes ſunt ab omni portorio & vectigali. De ijſdem atque Oppidanis in Actis Nationis Gall. ad an. 1469. ſic legitur ſcribente M. Anſelmo de Sancey Procuratore. Sequuntur quidam Nuncij ſub me Iurati. Io. Clerc Carnotenſis Diœceſis Nuncius pro Caſtellania de Houdan. Hugeninus la Ribe Lingon. Diœceſ. Nuncius pro Caſtellania de Herniaco in Ducatu de Nemours. Stephanus Leſcuyer Rotomagenſ. Diœceſ. Nuncius de Wlcaſſino Franciæ & partibus circumvicinis.

Fuerunt autem iſti Nuncij oppidani ante tempora Declarationis. Poſt verò & alij ſimiliter creati. in Actis Nat. Germ. ſcribente Oſmano Procuratore ad an. 1522. *8. id. Feb.* (an. 1522.) *acceptauit Natio Ioannem Rées Diœceſ. Colonienſis in Curſorem, vel Nuncium volantem pro oppido Delphen. Comitatu Hollandiæ & locis circumvicinis.*

Porro iuxta prædictam Caroli Declarationem iuſſæ Nationes ſuorum Nunciorum Catalogum, ſeu Rotulum conſcribere, eum Generalibus Curiæ Subſidiariæ tradiderunt. Vnde patet non alios poſſe hîc intelligi quàm Magnos Nuncios; cum etiamnum hodie nomina Magnorum Nunciorum ad prædictam Curiam inſcribenda deferantur; paruorum verò ad Caſtelletum.

Anno igitur 1489. Catalogus ille, ſeu Rotulus conſcriptus, neque Nunciorum modò, ſed & omnium Vniuerſitatis Officiariorum. Ad quem conſcribendum ſelecti è ſingulis Facultatibus & Nationibus viri; quanquam Superiores Facultates vnum duntaxat nomine Facultatis Artium huic negotio præfici debere contenderent, non quatuor pro numero Nationum. Rem ſic narrat Procurator Nation. German. ad 3 Non. Maias. 1489.

Anno, &c. Secundus articulus erat de Deputatis Facultatis Artium, & intimatione Rectoris ſpectante ad Nuncios, &c. Quoad 2. decreuit Natio ſummopere enitendum eſſe vt Facultatis Artium Deputati manu teneantur: *néve vſque adeò maioribus Facultatibus illa ſuppeditetur, vt Deputatos eius, qui quatuor eſſe debent, in vnum redigere permittat: verum quod principalior ipſa ſit, aliæque aduentitiæ ſolum, eis firmius reſiſtat; ac Deputatos quatuor eligat, ſine quibus hi de maioribus Facultatibus in Officiariorum expeditione nihil moliri audeant.* Delegit itaque pro ſuo Natio Deputato virum admodum prudentem M. Ioannem Lantman. Voluit etiam tum Natio vt ſinguli Nunciorum eius ſuas Procuratori non Rectori, quemadmodum intimatum erat, litteras deferrent: qui eas vnà cum Natione Generalibus præſentaret. Ex his intelligitur 1. Nationes ſe primariæ inſtitutionis ſemper exiſtimaſſe, Facultates verò diſtinctas fuiſſe tantùm adiectitias, vel inſititias. 2. Ita vnamquamque Na- De Nunciis.

tionem Dominam eſſe Nunciatuum, vt nunquam permittere voluerint
1489. Rectori, quod Caput eſſet totius Vniuerſitatis, eorundem adminiſtrationem. 3 Intelligimus DD. Generales intimaſſe Rectori vt Catalogum Nunciorum Vniuerſitatis conſcriberet Nunciorum in quam, maiorum, de quorum priuilegijs agebatur, vt certus deinceps eſſet numerus, non vagus & tantus quantum placebat Nationibus facere, quâ de re nos ſupra.

Die 3 Iunij reſtituti ſunt in integrum DD. Generales, quia rumor fuerat ab Vniuerſitatis conſortio reſecatos fuiſſe, eorumque etiam liberi ad priuilegia admiſſi: Vt legitur in Actis Curiæ Subſidiorum ad annum 1489. vbi hic Titulus Præfigitur.

Certification du Recteur de l'Vniuerſité de Paris, que les Generaux des Aydes ne furent iamais priuez, ne declarez tels, mais que eux, leurs enfans & Parens qui auroient iuré & fait ſerment eſcrits és Regiſtres de l'Vniuerſité ſont reputez vrays Suppoſts pour iouyr des Priuileges & libertez d'icelle, du 3. iour de Iuin 1489.

„ VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Robertus de Belleſaye
„ Rector & Vniuerſitas Studij Pariſ. ſalutem in Domino. Certifica-
„ mus omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poteſt, ſeu pote-
„ rit quomodolibet in futurum DD. Generales Subſidiorum Pariſienſium
„ nunc præſentes nunquam à noſtra Vniuerſitate priuatos, neque tales de-
„ claratos: quin imo ipſos, ac filios & parentes eorum qui aliquando Iura-
„ menta noſtræ Vniuerſitati fecerunt & inſcripti fuerunt in Regiſtris no-
„ ſtris, vera Suppoſita reputamus & omnibus priuilegijs, franchiſijs & liber-
„ tatibus Almæ noſtræ Vniuerſitatis Pariſ. gaudere volumus. In cuius rei
„ teſtimonium Sigillum Rectoriæ dictæ noſtræ Vniuerſitatis his præſenti-
„ bus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius, anno Domini 1489.
„ die 3. menſis Iunij. Signatum MESNART.

Die 23 Iunij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes Lantman vir opere & ſermone potens, ac de Repub. litteraria bene meritus: deductuſque eſt magno comitatu ad Collegium Burgundicum, vbi vinum & ſpecies de more exhibuit.

Die 27. Iulij habita ſunt apud Mathurinenſes Comitia præſertim ad audiendum ea quæ per Deputatos Vniuerſitatis in Catalogo Officiariorum facta fuerant; quâ de re ſic legitur in Codice Germanicæ Nationis.

„ Anno, &c. Primus articulus fuit ad audiendum auiſata per Deputa-
„ tos Vniuerſitatis pro materia cartæ officiariorum, &c. Quantum ad 1.
„ art. regraciabatur Vniuerſitas Dominis ſupremæ Curiæ Parlamenti, ac
„ DD. Generalibus, ac cæteris de Curia Requeſtarum de bona expeditio-
„ ne Cartæ noſtræ quoad interinationem, regiſtrationem, ac publicatio-
„ nem eius. Habueruntque ingentes gratias DD. Deputatis de laboribus
„ eorum, voluerunt que quod ipſi eſſent perſoluti: & habuerunt acta eo-
„ rum grata de confectione Rotuli Officiariorum exceptis Nuncijs, ac De-
„ cem & ſeptem Librarijs quos ipſi dubios vocabant.

Die 4. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus multa acta ſunt ad præcedentem materiam pertinentia, quæ in eodem Codice ſic enumerantur.

„ Anno Domini, &c. Primus articulus fuit. Super auiſatione Deputa-
„ torum. Secundus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1.
„ placuit Nationi ſuos facere Nuntios, & quod Deputati Superiorum Fa-
„ cultatum de hoc ſe ingerere non attentarent; & caſu quo facerent, ap-
„ pellat. Voluitque vt Librarij antiqui conſeruarentur in ſuis priuilegijs,
„ & hoc expenſis eorum. Quantum ad 2. &c. ſupplicuitque vnus Magiſter
„ Nationis Franciæ pro Nuncio ſuæ Diœceſis quē Deputati depoſuerunt:
„ cuius cauſa fuit remiſſa ad Nationem Franciæ. Supplicueruntque 17.
„ Librarij pro eorum manutenentia quorum ſupplicationes fuerunt admiſ-
„ ſæ, vt tamen 3. eorum minus idonei reſecarentur à Deputatis. Suppli-

cuitque

cuitque quidam Cordiger Vngarus pro Nuntio Diœceſis Quinque-Eccle- "
ſienſis, & præſentauit Ioannem Bourſier. Supplicueruntque DD. Anglici " 1489.
pro vno Nuncio pro eorũ Diœceſi in Angliâ Guillelmũ Apothecarium. "
Supplicuit M. Nicolaus Crober pro Diœceſi Vratiſlauiẽſi, & præſentauit "
Ioannẽ de Confluentia. Supplicueruntque duo alij pro Diœceſi Abuenſi, "
& præſentauerunt Gotfredum de Pellicano. Voluitque Natio vt Rotu- "
lus confectus præſentaretur ſine vlteriori vexatione Vniuerſitatis.

Die 5. Sept. apud Mathurinenſes lectæ ſunt quædam litteræ Regiæ. Supplicuerunt MM. Ioannes Balbus & Fauſtus Poëta Laureatus, & Cornelius Vitellius vt Vniuerſitas omnes admitteret *ad lectiones publicas in arte humanitatis legendas*, vt legitur in Codice Germanicæ Nationis. Et quoad hoc placuit, vt omnes Poëtæ indiſcriminatim vnica hora duntaxat poſt prandium à Deputatis Vniuerſitatis præcepta legerent.

Die 12. eiuſdem menſis habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes ob Sigillationem Rotuli, ſeu Catalogi Officiariorum confecti à Deputatis Vniuerſitatis, ab eademque Vniuerſitate comprobati; decretumque vt Catalogus iſte offerretur DD. Generalibus, ſigillatus; & quia Decretiſtæ & Medici non conſenſerant, neque videbantur velle claues arcæ afferre; decretum vt feræ tollerentur, ſi claues afferre recuſarent.

Die 8 Octob. in Comitijs Mathurinenſibus conſtitutum fuit, ne deinceps Scholaſtici deducerentur ad Supplicationes ſolemnes, propter eorum inſolentias, donec aliter ea de re prouiſum fuiſſet.

Die 10. in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Philippus Gilbon in ſacra Theologia Baccalarius formatus, Nationis Picardorum, deductuſque ad Collegium Choleticum, vbi de more *vinum & ſpecies exhibuit*.

Die 29. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus electi ſunt ex ſingulis Nationibus Reformatores Collegiorum, qui Scholaſticos reprimerent & in officio continerẽt. Natio Germanica elegit pro ſuo M. Ioannem Lantman Rectorem antiquum; qui deinde Doctor fuit Theologus.

Die 16. Decemb. in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes de Campis qui litem quæ iam à longo tempore intercedebat de Nominationum negotio inter Facultatem Artium & Decretorum proſequutus eſt, quâ de re ſic refertur in Codice Germanicæ Nationis ad diem 13 Martij. Anno & menſe ſupradictis, &c. Primus "
articulus fuit ſuper materia ſigillationis nominationum, &c. Quantum "
ad primum narrauit M. Robertus de Vallibus quomodò ſuprema Curia "
Parlamenti dederat nobis vnum appunctuamentum quod ſtante proceſſu "
inter Vniuerſitatem ex vna parte & Decretiſtas ex altera, quod debemus "
ſigillare nominationes duntaxat per annum, & ordinauit vnum Commiſ- "
ſarium de eadem Curia, ſcilicet M. Ioannem Buſchart ad ponendum il- "
lud appunctuamentum ſiue arreſtum in executione, quod factum erat. Et "
quantum ad hunc art. Natio egit gratias quammaximas ſupremæ Curiæ "
Parlamenti de benigna affectione quam oſtendebat erga matrem Vniuer- "
ſitatem. Inſuper egit gratias D. Rectori, DD. Deputatis, illi Commiſ- "
ſario & omnibus qui pœnas & labores ceperunt in hac materia, & ordi- "
nauit vt D. Commiſſarius haberet ſalarium vt decet. "

Die 24. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis vir præclari ingenij M. Ioannes Perdo Nationis Franciæ, deductuſque eſt ad Collegium Sorbonicum.

Anno 1490. 23. Iunij electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis apud S. Iulianum de more in Comitijs Facultatis Artium M. Chriſtianus Folioth Nationis Normanicæ, deductuſque eſt magno comitatu ad Collegium Theſaurariorum.

Die 26. habita ſunt apud Mathurinenſes Comitia centuriata, omnium ſcilicet Facultatum & Nationum, in quibus lectæ ſunt quædam litteræ Regiæ, quibus ab omnibus Academicis qui aliquod prædium in Regno de nouo acquiſiuiſſent, exigebatur tributum. Reſponſum verò eſt Vniuer-

ſitatem omnimoda immunitate gaudere, tributumque eiuſmodi Iuribus
1490. ipſius omnino contrarium eſſe.

Die 9. Septemb. in Comitijs Mathurinenſibus ſupplicauit Rector vt Vniuerſitas nonnullos delegaret viros prouidos qui ad Conuentum Normanorum ſe conferrent, peterentque vtiin Ducatu Normaniæ Pragmatica Sanctio valeret & ſeruaretur: Sed vnanimi voce hæc materia remiſſa eſt ad Conſiliarios Vniuerſitatis & ad Deputatos, vt ex eorum conſilio Vniuerſitas ſe gereret in hoc negotio, vt decet. Igitur re in deliberatione poſitâ & per Conſiliarios & Deputatos diligenter diſcuſsâ, Reſponſum tale datum eſt, vt legitur in Codice Germanicæ Nationis ad diem 7. Octob.

» Quoad 1. art. retulit colendiſſimus D. Rector quod Conſilium DD.
» Deputatorum atque Conſiliariorum fuerat, nequaquam in Normaniam
» mittere, ne vel ipſa Scacaria Congregatio, aut Archiepiſcopus Rotho-
» magenſis autumaret almam Vniuerſitatem in Normania nullum ius, aut
» executionem adhuc habere. Et primo *pro curſu Sanctionis Pragmaticæ* la-
» borare, & prætextu illorum multos qui prætextu Sanctionis Pragmaticæ
» Beneficia in eorum Ducatu obtinent, aut in via obtinendi laborant, im-
» pedirent. Tale tamen dederant Conſilium, vt ipſa noſtra Vniuerſitas
» litteras ad Regiam ſcriberet Majeſtatem deferendas, ſupplicando veluti
» filia, vt ſi quæ adhuc ſui Regni Prouinciæ ſint, quæ huic *ſanctæ Pragmati-*
» *cæ-Sanctioni obſiſtant*, & mandato Regio, vt cohibeantur ad eam obſeruan-
» dam. Super his deliberauit Natio noſtra Almanica vt fieret veluti ſupra-
» dicti Deputati cum Conſiliarijs concluſerunt.

Die 12. eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Ioannes Godet Baccalarius formatus in Theologia. Die vero 23. electi Reformatores & Luſtratores Collegiorum pro more Facultatis Artium, ex ſingulis Nationibus; quibus aſſignata ſunt ſtipendia. Porro Electio M. Ioannis Godet, vel Gaudet non ita fuit rata, quin cum eo de Rectoria contenderit M. Guillelmus Probi-hominis; quorum controuerſiam dirimere volens Facultas Artium, decreuit, vt noua electio fieret: ſed ab hac Concluſione appellauit prędictus Gaudet Curiam Parlamenti. Nihilominus ad nouam Electionem proceſſum eſt die 8. Nouemb. Et primum quidem 4. Intrantes ingreſſi conclaue, remanſerunt vſque ad extinctionem candelæ, & re infecta, egreſſi ſunt. His 4. noui ſuffecti, qui elegerunt M. Antonium Worſe: ſed eius electio ingrata fuit duabus Nationibus, Normanicæ & Germanicæ: ac proinde irritum factum quidquid ea die factum fuerat. Interim Nationes priuatis Comitijs habitis de Bedellis ſtatuunt, neutri Rectorum nominatorum parituros, donec lis per Parlamentum deciſa fuiſſet. Tandem Senatuſconſulto confirmata eſt Electio M. Antonij Worſe, & abrogata M. Ioannis Gaudet: ſub quo tamen qui iurauerant quandiu Rectorem egerat, in numerum Scholarium & Magiſtrorum repoſiti ſunt.

Die 10. Decembris in Comitijs Mathur. tertiò tentatum eſt reſtituere feſta ſublata de quibus ſupra, ſed fruſtra. Sic enim legitur in Cod. Germ. Nat. Anno 1490. die 10. Decemb. in Comitijs totius Vniuerſitatis apud
» **Math. habitis, congregata fuit alma Pariſ. Vniuerſitas tribus ſuper artic.**
» Primus erat, &c. Secundus erat vtrùm feſta iterum celebrari deberent
» more antiquo, &c. Quantum ad 2. placuit Vniuerſitati quod Concluſio
» aliàs data ab Vniuerſitate teneretur in eſſe & quod feſta non celebraren-
» tur niſi ſecundùm determinationem vltimò habitam, &c.

Die 15. Decemb. M.... Antonio Worſe Rectori ſuffectus eſt M. Petrus Thatereti.

Die 18. Ianu. cum haberentur apud S. Iulianum Comitia Facultatis Artium, Abbas San. Genouefianus Cancellarium Facultati præſentauit: at ſubortâ diſcordiâ, Abbas, ſeu Prior S. Genouefæ detulit ad Parlamentum querelas: fuitque iuxta illius expoſtulationem, inhibitum Rectori & Procuratoribus alium Cancellarium agnoſcere quàm quem ipſe nominauerat. Hinc 3. Feb. habita Comitia apud S. Iulianum: & quia materia

viſa eſt difficilis propter inhibitionem ſupradictam, delecti nonnulli viri graues qui ſeriò & accuratè illam cum Rectore & Procuratoribus exçuterent: qui habitâ deliberatione, tandem 9 Feb. quid facto opus eſſet, in Comitijs San-Iulianenſibus, retulerunt; quâ de re ſic legitur in Codice Germanicæ Nationis. Quantum ad 1. artic. veneranda Germanorum Natio ita decreuit, primò agens gratias quammaximas DD. Deputatis & Conſiliarijs pro exacta eorum diligentia quam adhibuerant in cauſa Facultatis ex parte Cancellariatus B. Genouefæ. Quoad 2. art. ſupplicauit venerabilis vir N. Principalis famoſi Collegij, Cardinalis Monachi vt Facultas curaret vt Dominus Prior S. Genouefæ qui in quadam Requeſta in ſuprema Curia Parlamenti falsò Facultatem Artium diffamauerat, quæ requeſta tunc in facie Facultatis legebatur, emendam condignam faceret. Cui ſupplicationi Natio in forma annuit. Præterea M. Ioannes Babillon Canonicus S. Genouefæ ſupplicabat vt in ſuo iure Cancellariatus, ſecundùm Statuta Facultatis tueretur, & ad iuramenta præſtari ſolita in noui Cancellarij conſtitutione admitteretur. Cuius ſupplicationi, quoniam conformis priuilegijs videbatur & iuſta, admiſſa eſt in forma. Quinimo Natio vnum adiecit; quod ipſe comitaretur ad Eccleſiam S. Genouefæ vt ibi poſſeſſionem in loco Examinis ſuſciperet. Supplicuerat præterea vt ſibi darentur Tentatores ex Facultate, & fieret mandatum alijs Tentatoribus prius electis & denuò eligendis, ne ſub alio tentarent in ſuperiore examine, ſub pœna priuationis. Iniungeret etiam Pædagogis, Regentibus, Lectori Ethicorum & Procuratoribus ne alicui ſignum expedire vellent, niſi in ſuperiore examine ſub M Ioanne Babillon & ſuis Tentatoribus reſpondere vellet. Quantum ad hoc, Natio delegit M. Georgium Crantzium tanquam de nouo ſibi iniungendo ſub pœna priuationis, ne amplius cum Tentatoribus prius electis tentaret, ſed ſolum cum illis qui in alijs Nationibus eligerentur. Quoad aliam partem huius ſupplicationis, Natio admiſit in forma.

1490. Lis de Cancellariatv San-Genouefiano.

Die 24. Martij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Carolus de Gonda vir meritiſſimus, magnoque comitatu in ſuum Collegium deductus eſt. Pridie verò eius diei latum eſt Senatuſconſultum de lite quæ intercedebat cum Decretiſtis, eaque quodammodo tum ſopita ſequente ſeculo reſurrexit.

Anno 1491. die vltima Aprilis habita ſunt Comitia Generalia, præſertim ob Senatuſconſultum quod obtinuerant Decretiſtæ contra cæteras Facultates ſuper Prouiſione in Beneficijs; quæ res cùm ardua eſſet, remiſſa eſt ad Conſilium Vniuerſitatis. In ijſdem Comitijs M. Ioa. Raulin Moderator Collegij Nauarrici ſupplicauit pro conſilio, auxilio & fauore contrà nonnulla Capitula quæ nitebantur in ſuum Collegium Burſarios ad libitum intrudere contra Collegij Statuta.

1491.

Die 25. Maij habita ſunt apud Mathurinenſes Comitia totius Vniuerſitatis, in quibus lectæ fuerunt litteræ à Regia Majeſtate ad Vniuerſitatem tranſmiſſæ, quibus mandabat, vt Vniuerſitas legatos eligeret adiungendos Legationi quam ad ſummum Pontificem Rex mittere intendebat; ſed quia in illis litteris non exprimebatur quamobrem legatio iſta ſuſcipienda eſſet, Vniuerſitas diſtulit dare reſponſum. At 10. Iunij in Comitijs Mathurinenſibus Abbas S. Dionyſij à Rege miſſus eius mentem explicuit, illi eſſe ſcilicet in animo agere apud ſummum Pontificem de promotione Suppoſitorum Vniuerſitatis ad Beneficia; ac proinde expedire vt ipſa ſuos quoque legatos mitteret cum Catalogo, ſeu Rotulo Nominandorum. Tunc ergo mandatis Regijs paruit Vniuerſitas; Qua de re ſic legitur in Codice Nationis Germanicæ. Quantum ad 1. artic. intellectâ causâ à Reuerendiſſimo in Chriſto Patre D. S. Dionyſij ob quam Regia Majeſtas Legatum ad ſummum Pontificem mittendum à matre Vniuerſitate cupiuit, Natio intelligens hoc eſſe pro Suppoſitorum Vniuerſitatis promotione, placuit Nationi mittere Legatum ex parte Vniuerſitatis, ſaluo tamen quòd talis non mitteretur, niſi cum eo deligeretur quiſpiam

» ex parte Facultatis Artium qui cum certis articulis à 4. Nationibus re-
1490. » ceptis & bene viſitatis haberet prouidere de promotione Suppoſitorum
» Facultatis Artium, ſicque ſuppoſita Facultatis Artium vnà cum aliarum
» Facultatum Suppoſitis promouerentur.

Die 23. celebrata ſunt Comitia Centuriata apud Mathurinenſes ad
» dandum Regi reſponſum ſuper Legatione prædicta. Anno quo ſupra, 23.
» Iunij conuocata fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas ſuper 3. art. Primus erat
» ſuper reſponſione danda litteris Regijs de Ambaſſiata. Secundus erat ſu-
» per acceptatione quorundam articulorum confectorum quibus pote-
» rant compelli Prælati reddere certum turnum Suppoſitis Vniuerſitatis de
» tertia parte Beneficiorum ex Pragmatica-Sanctione eis adiudicatorum.
» Tertius erat ſuper Supplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. art. placuit
» Nationi dare reſponſum Regiæ Majeſtati de litteris ab eo ad Vniuerſita-
» tem miſſis, & quod huiuſmodi reſponſio fieret per litteras debito modo
» ordinatas, ac compoſitas, ſic etiam quod non mitterentur ad Regiam
» Majeſtatem, niſi prius in plena Vniuerſitate legerentur; & ſi qui defectus
» fuerint, quod per Vniuerſitatem, vel per eius Deputatos debitè corrige-
» rentur. Quantum ad 1. art. placuit Nationi quòd illi articuli nullo modo
» reciperentur, niſi priùs eſſent à Deputatis congruo modo examinati, ne
» veniant in ſcandalum, nocumentum ac detrimentum noſtræ matris Vni-
» uerſitatis, ac Suppoſitorum eius.

Die 21. Iunij in Comitijs San-Iulianenſibus electus eſt nouus Rector Vniuerſitatis M. Guillermus Cappel Pariſienſis de Collegio Coque-retico.

Die penultima Iulij celebrata ſunt Comitia apud Mathurinenſes ad audiendum ea quæ per Conſiliarios & Deputatos Vniuerſitatis delibera-ta fuerant de nonnullis articulis pertinentibus ad nominationes. Retu-lerunt autem illi nonnulla in ijs contineri quæ videbantur magis grauare quàm ſubleuare; ac proinde concluſum eſt, ne ante vacationes aliquid in hanc rem fieret, poſt earum verò tempus elapſum, quàm diligentiſſimè poſſent ijdem Conſiliarij & Deputati in eam incumberent.

Verùm menſe Septembri longè grauius accidit Vniuerſitati negotium propter impoſitionem cuiuſdam Decimæ de mandato ſummi Pontificis promulgatam: itaque Vniuerſitas die 13. huius menſis Centuriata Comi-tia & frequentiſſima celebrat apud Bernardinos (vbi vulgò negotia gra-uioris momenti agitari ſolebant) & re in medium propoſita appellat fu-turum Concilium; vel ab ipſomet Papa male inſtructo ad eundem melius inſtruendum. De ea re ſic ſcribitur in Codice Germanicæ Nationis.

» Anno I. C. quo ſupra, 13 menſis Septemb. conuocata fuit alma Pariſien-
» ſis Vniuerſitas per iuramentum apud B. Bernardum ſuper 2. art. Primus
» erat ſuper impoſitione Decimæ à ſupremo D. noſtro Papa inſtituta ſuper
» Scholaſticis, ac Studentibus huius almæ Vniuerſitatis Pariſienſis. Secun-
» dus erat ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. art. viſo quod
» hæc impoſitio Decimarum cadit in maximum detrimentum Suppoſito-
» rum Vniuerſitatis, & contrà plurima Priuilegia noſtræ matris Vniuerſi-
» tatis & Suppoſitorum eiuſdem, placuit Nationi ab huiuſmodi Impoſitio-
» ne Decimæ appellare ad futurum Concilium, ſeu à Domino noſtro ſum-
» mo Pontifice minus bene-conſulto ad ipſum melius conſultum, & omni-
» bus vijs huic inſtitutioni Decimarum obuiare. Inſuper placuit Nationi
» in iſtis Collectionibus intimare ſub pœnâ priuationis & inobedientiæ ſi
» eſſent Suppoſita, ſeu Iurati Vniuerſitatis, vt omni via deſiſtant ab huiuſ-
» modi Decimæ collectione, vel publicè ante valuas Eccleſiarum argue-
» rentur periurij. Idem concluſum fuiſſe à cæteris Nationibus & Facultatibus conſtat ex Inſtrumento Appellationis quod ſubijcimus, & quod eſt eiuſmodi.

Appellatio Vniuerſitatis Pariſienſis pro libertate Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum Immunitatibus facta ſub Innocentio VIII. anno 1491. 1491.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat euidenter & ſit notum quod anno eiuſdem Domini 1491. Indictione 9. menſis verò Septemb. die 23. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini noſtri D. Innocentij, diuina Prouidentia Papæ VIII. anno 8. In noſtrorum Notariorum ſubſcriptorum, teſtiumque infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti *Rector Vniuerſitatis Pariſienſis*, necnon ſacræ Theologiæ, Decretorum & Medecinæ Facultatum Decani, ac Franciæ, Picardiæ, Normaniæ, & Alemaniæ Nationum in dicta Vniuerſitate Procuratores, vice ac nomine dictæ Vniuerſitatis, ſingulorumque Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Baccalariorum, & Scholarium ſingularum Facultatum, Regentium & non Regentium, & aliorum Suppoſitorum eiuſdem Vniuerſitatis, & tam pro ipſis, quàm pro alijs ſibi adhærentibus & adhæſuris in hac parte, quemdam codicem Papyreum, ſcripturam quæ ſequitur continentem, Nobis exhibuerunt, & coram nobis contenta in eadem fecerunt & expleuerunt, ac in præſenti Inſtrumento publico inſeri requiſiuerunt. Cuius quidem ſcripturæ tenor ſequitur in hæc verba.

Sacroſancta Romana Eccleſia deſideria & vota fidelium, præcipuè Regum Catholicorum & Principum tanta nouit benignitate ſuſcipere, & illa conſueuit tam congruâ moderatione penſare, vt nihil Euangelicis, ſeu Apoſtolicis regulis, vel diuinæ legi repugnans, aut quod ſacrorum Canonum conſtitutionibus, vel Conciliorum Generalium Decretis obuiet, precibus, vel ſupplicatione, aut importunitate concedat: & ſi quicquam Statutis Eccleſiaſticis contrarium, vel à iure diſſonum, vel quod fidei Catholicæ regulis deroget, ſeu per quod pax & tranquillitas, aut libertas Eccleſiæ, ipſiuſque fidelium miniſtrorum turbetur, vel per quod in ipſa Eccleſia ſcandalum oriri veriſſimiliter timeatur; cum grauamine ſubditorum indulgeat; ſuadet ratio grauatos, læſos, & oppreſſos per appellationum remedium obuiam ire.

Sanè diligenter hæc attendentes *Nos Guillelmus Capel Rector Vniuerſitatis Pariſienſis*, nec non ſacræ Theologiæ, Decretorum ac Medicinæ Facultatum Decani, Procuratoreſque Franciæ, Picardiæ, Normaniæ, & Alemaniæ Nationum, in eadem Vniuerſitate Pariſienſi, Vice ac nomine ipſius Vniuerſitatis ſingulorumque Doctorum, Magiſtrorum, Licentiatorum, Baccalariorum, & Scholarium in eadem Vniuerſitate Studentium, Regentium, ac non Regentium, & ſingulorum Suppoſitorum eiuſdem, animo & intentione prouocandi, & appellandi à grauaminibus infra ſcriptis, dicimus & proponimus, tam pro nobis quàm pro prædictis Magiſtris, Doctoribus, & Scholaribus, alijſque Suppoſitis eiuſdem Vniuerſitatis, & alijs ſibi in hac parte adhærentibus, & adhæſuris, ea quæ ſequuntur, ſub proteſtationibus tamen, quòd non intendimus aliquid proferre, dicere, vel ſcribere **in alicuius, vel in aliquorum iniuriam, vituperationem,** contumeliam, aut famæ denigrationem, nec etiam quod malè ſonet, vel deuiet à fide, ſeu quodcunque ſiniſtrum ſignificet: quòd ſi forſan aliquid tale reperiatur, habeatur pro non oppoſito. Sed intendimus ipſa proponere, dicere vel ſcribere dumtaxat ad iurium dictæ Vniuerſitatis, ipſiuſque Suſpoſitorum tuitionem, oſtenſionem Innocentiæ ſuæ, & cauſæ ipſius Iuſtificationem.

In primo igitur dicimus & proponimus, quòd Eccleſia Chriſti ſponſa, à ſui primordio diuina & æterna lege, *per quam Reges regnant, regnaque & Principatus poſſident*, eiuſque miniſtri fideles, vt liberius Deo ſuo ſeruire valerent, à cunctis ſubſidijs, tributis, & alijs exactionibus indebitis, immunis & libera fuiſſe perhibetur.

Scribitur namque Geneſis 47. quòd tota terra Ægypti redacta fuit

1491. „ in ſeruitutem, & ſubiecta tributo, præter terram, ſeu portionem Sacer-
„ dotum. Voluit Deus illam ad Sacerdotes Leuitici generis, prout Nu-
„ mer. 18. legitur, pertinere, quæ ſiquidem portio in decimis, primitijs, &
„ oblationibus conſiſtit quas ſubiacere tributo, vel tributarias fieri poſſe,
„ nullus mentis compos vnquam diceret. Quòd autem huiuſmodi Decimæ
„ & oblationes quæ Deo dedicatæ ſunt, non ſubiaceant tributo, manifeſtè
„ comprobatur, quia cùm quæreretur à Domino. Matthæi 22. Si Cæſari
„ reddendum eſſet tributum, reſpondit, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; &*
„ *quæ ſunt Dei, Deo*, per hæc verba innuens Dominus, quod ea quæ ſunt
„ Dei & Eccleſiæ non debent, nec poſſunt Cæſari, aut Principibus attri-
„ bui ſæcularibus.

„ Et nedum de lege diuina veteri & nouâ, verùm & iam iure Gentium &
„ naturali huiuſmodi libertas & immunitas Eccleſiæ, & Miniſtris eius vi-
„ detur fuiſſe conceſſa: Nam vt vult Ariſtoteles 1. Metaphyſicæ, *Gens Sa-*
„ *cerdotum apud Ægyptum, vt vacaret ſtudio & contemplationi, libera erat ab*
„ *omni tributo*: & idem Ariſtoteles 3. Politicæ, loquendo de vero domi-
„ nio regali, dicit quòd tempore Heroico, id eſt tempore quo viri he-
„ roici & virtuoſi regebant (quæ tempora à Poëtis appellantur *ſæcula au-*
„ *rea*) *Reges erant omnium poſſeſſionum domini, præterquam illarum quæ ad*
„ *Sacerdotes ſpectabant*. Per hoc innuens ſummus ille Philoſophus, quòd
„ iure Gentium fuit terra Sacerdotum libera, nec tributis Principum ſub-
„ jecta.

„ Hieremias etiam, cùm videret Eccleſiam ſanctam Dei deſolatam & af-
„ flictam, ac tributo ſubditam, deplorauit eius afflictionem Threnorum 1.
„ dicens, *Princeps Prouinciarum facta eſt ſub tributo.*

„ Hanc etiam libertatem Sacerdotibus, & Eccleſiæ Miniſtris, viris quo-
„ que litterarum ſtudia ſectantibus, etiam ante Incarnationem Domini
„ conceſſam fuiſſe ex commentarijs Cæſaris comprobatur: Nam Druides
„ qui erant litterati viri & litterarum Doctores, & Sacerdotes apud Gal-
„ los, erant ab omni tributo liberi, & ab omni exactione; & vt vacarent
„ contemplationi & litteris, omnem immunitatem generaliter habebant;
„ & idem quàm plurimis exemplis & authoritatibus, ſacræ & diuinæ ſcri-
„ pturæ teſtimonio perpetuo roboratur.

„ In Geneſi namque ſcribitur de Pharaone, qui licet diuinæ legis non
„ haberet notitiam, ille tamen (omnibus alijs ſeruituti ſubactis) Sacerdo-
„ tes & eorum poſſeſſiones in libertate dimiſit, & eis de publico alimoniam
„ miniſtrauit, Domino ex tunc pronunciante, Sacerdotes in omni genere
„ liberos eſſe debere.

„ Scriptum eſt etiam quòd Rex Artaxerxes, licet infidelis eſſet, cùm om-
„ ni populo Iudæorum per Nabuchodonoſor captiuato atque populo ſuo
„ multa tributa & vectigala imponeret, Sacerdotes tamen Iudæorum ab
„ illis tributis & Angarijs voluit eſſe exemptos: *Vobis*, inquit Eſdræ 7. *no-*
„ *tum facimus de Vniuerſis Sacerdotibus & Leuitis & Cantoribus, Ianitoribus,*
„ *Nathinæis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas*
„ *non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos*. Voluit autem iſte Artaxerxes
„ **Rex liberos eſſe Sacerdotes à prædictis, ne forte iraſceretur Deus cœli**
„ contra regnum Regis, & filiorum eius.

„ Legitur etiam in Eſdra, quòd noluit Sacerdotes etiam pro templi ædi-
„ ficatione tributis onerari, ne in Regem & in eius filios diuina vltio de-
„ ſæuiret.

„ In libris etiam Regum legitur de Sapientiſſimo Salomone, quòd vni-
„ uerſum Populum qui remanſerat de Amorrhæis & Hethæis, & Iebuſæis,
„ tributarios fecit; de filijs autem Iſraël non conſtituit Salomon ſeruire
„ quemquam cum tributo.

„ Legitur inſuper in libris Machabæorum de Heliodoro Templi & Sa-
„ cerdotum acerrimo perſecutore, quòd cùm perturbaret templum Dei
„ & Sacerdotes, apparuit de cœlo equus terribilis, habens ſeſſorem, &
„ cum eo Iuuenes duo ſpecioſo amictu, in plagis multis afflictum Helio-

dorum, quaſi in exterminio palpitantem, compulerunt Regi diuina Magnalia demonſtrare, at cùm Rex alium mittere conaretur, dixiſſe fertur Heliodorus, *Si quem habes regni inſidiatorem mitte, & flagellatum eum reſpicies: Nam qui habet in cælis habitationem, templi & miniſtrorum eius violatores percutit & perdit.* 1491.

Balthazar Chaldæorum Rex, quia Res Templi Ieruſalem, ſcilicet Vaſa aurea & argentea in vſus prophanos deputauit, vltione diuina eadem nocte interfectus, & regnum eius tranſlatum ad Medos & Perſas.

Pompeius Dux fortunatiſſimus in rebus bellicis, poſtquam res à Templo Ieruſalem abſtulit, nihil poſtea proſperè geſſit, ſed infeliciſſimè terra marique fugatus, à ſpadonibus Ægyptijs detruncatus, morte turpiſſima obijt.

Carolus Martellus Major domus Francorum, & Pater Pepini Regis viſus eſt à quodam viro ſancto Eucherio nomine, Aurelianenſi Epiſcopo, deportari in infernum, eò quòd ſuis militibus decimas contulerat Eccleſiarum, videruntque eum aliqui Religioſi viri, vbi à dæmonibus in naui velociſſimè motâ ſine remis per Rhodanum ducebatur in ollam Vlcani proijciendum: ſed aperto eius ſepulchro apud ſanctum Dionyſium, loco corporis, inuentus eſt horridus anguis.

Quid autem in hac re dictent & ſtatuant Canonicæ ſanctiones, attendamus. Non enim vnus Pontifex ſummus, ſed tota Vniuerſalis Eccleſia, in celeberrimo Lateranenſi Concilio ſub Anathematis pœna, tallias exigi ab Eccleſiâ inhibet, ac tributa: exactores, præmiſſa monitione decreuit excommunicationi eo ipſo ſubiacere, à qua niſi plenâ reſtitutione præhabita, non veniunt abſoluendi: & ſi Eccleſiaſtici quicquam voluntariè duxerint conferendum, ſtatuit Reuer. Pontificem ſuper hoc conſulendum.

Quid autem in legibus Imperatorum cautum ſit, breuiter inſinuandum occurrit. *Omnis* (inquit Imperator Iuſtinianus) *à Clericis tributorum iniuria & exactionis repellatur improbitas. Et cùm negotiatores, ob neceſſitatem pub. ad exactionem vocantur, à Clericis omnis talis ſtrepitus, omniſque moleſtia penitus conquieſcat, tantaque eis prærogatiua ſuccurrat, vt Sacerdotum miniſtri immunes ab oneribus præſeruentur.*

Vnde Conſtantinus & Valentinianus Imperatores plurima Eccleſiæ libertatum priuilegia condonantes dicebant, *gaudere & gloriari ex fide volumus; ſcientes magis Religionibus quam tributis, vel laboribus Rempub. conſeruari.*

Denique ad memoriam reducamus, quod in hac re magna Conſtantienſis Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata generale Concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans ſtatuit & ordinauit: edidit enim decretum, *quoddam ſuper hoc, cuius tenor ſequitur.*

Cum Paterna pietas filijs hominum prouidere debeat, licet caſu neceſſitatis vrgentis reddi debeat viciſſitudo laudabilis: declarat ſancta Synodus non licere R. Pontifici indictiones, ſiue exactiones quaſcumque ſupra Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas imponere per modum decimæ, vel aliquo quouis modo. Si vero cauſa neceſſitatis accederet, propter quam eſſet eidem debite ſubueniendum, vocato Generali Concilio, ſecundum quod expediens videbitur & vtile, ſecundùm Decretum Concilij prouideatur & eidem. & rurſus in eodem Concilio fertur aliud Decretum editum fuiſſe, cuius tenor ſequitur, Seſſion. 43.

Præcipimus & mandamus iura quæ prohibent inferioribus à Papâ decimas & alia onera Eccleſijs & Eccleſiaſticis perſonis imponi, diſtrictius obſeruari. Per nos autem nullatenus imponentur ſuper totum Clerum, niſi ex magnâ & arduâ cauſâ, ac vtilitate vniuerſalem Eccleſiam concernente, & de conſilio, conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium & Prælatorum, quorum conſilium haberi commode poterit; Nec ſpecialiter in aliquo Regno, vel Prouinciâ, inconſultis Prælatis illius Regni, vel Prouinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum maiori parte: & eo caſu per perſonas Eccleſiaſticas authoritate Apoſtolicâ dumtaxat leuentur.

1491. „ Quamuis enim ſecundùm Apoſtolicam doctrinam, Papæ poteſtas à „ Chriſto immediatè ſit, eſt tamen ad *Eccleſiæ ædificationem, non autem ad* „ *ipſius deſtructionem: eſtque huiuſmodi poteſtas ordinata ad Iuſtitiam & rectum* „ *Iudicium exercendum.* Nec videtur facultas Papæ, nec Eccleſiæ R. con- „ ceſſa, neque eis competit pro libito voluntatis exactiones, ſiue præſta- „ tiones aliquas, vel decimas imponere ſuper Eccleſijs, vel perſonis Ec- „ cleſiaſticis, aut earum Miniſtris, cùm non ſit earum dominus, ſed tan- „ tummodo Chriſtus; ſignanter per quas cauſatur oppreſſio, vel vnde oria- „ tur ſcandalum, deturque cauſa murmurandi, aut reſultet detrimentum „ animarum, vel fraudetur intentio Fundatorum Eccleſiarum, Monaſte- „ riorum, & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum.

„ Et licet præfati Magiſtri, Doctores, & Scholares vniuerſi, in prædictâ „ Vniuerſitate Pariſienſi actu Studentes, inter Miniſtros Eccleſiæ Catho- „ licæ meritò comprehendi & enumerari, priuilegijs quoque, & immuni- „ tatibus antedictis Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis vti & gaudere de- „ beant, prout debent; Nihilominus tamen ſanctiſſimi Patres R. Pontifi- „ ces, & Chriſtianiſſimi Francorum Reges, qui tam neceſſario quàm fru- „ ctuosè ipſius Vniuerſitatis euerſionem, depopulationem, vaſtitatemque „ ſupra modum formidarunt, curarunt magnopere largifluis illam liber- „ tatibus ampliare, ſimulque fauoribus, præmijs, & immunitatibus attol- „ lere: Attendentes fructus vberes, quos in agro dominico ipſa præclara „ mater Pariſienſis Vniuerſitas priſcis temporibus *produxit, & adhuc in dies* „ *producere non ceſſat: Eſt enim ipſa Pariſienſis Vniuerſitas quaſi lucerna fulgens* „ *in domo Domini, ad quam tanquam ad ſcientiarum fontem, & ſpeculum fidei, pro* „ *litteris capeſſendis non Galli ſolum, non Germani, non Siculi, ſed etiam vltimi* „ *Heſperi, ac omnes penè mundi Nationes, tanquam ad cunctarum doctrinarum* „ *Seminarium, omniumque ſcientiarum parentem confluunt & confluere conſue-* „ *uerunt. Quæ quantum inſignis litterarum ſtudiorumque fama hactenus habita ſit,* „ *ſummorum Pontificum teſtimonio dilucidè comprobatur.*

„ Gregorius ſiquidem IX. in primis de eâ loquens ſic ait: *Parens ſcientia-* „ *rum Pariſius, ciuitas eſt docentibus & diſcentibus gratioſa: In qua vtique tan-* „ *quam in officina ſpeciali Sapientiæ, habet argentum venarum ſuarum principia,* „ *& auro locus eſt, in quo rite conflatur, ex quibus prudentes murenulas aureas,* „ *vermiculatas argento cudentes, & fabricantes monilia ornata lapidibus pretio-* „ *ſis, ſponſam Chriſti decorant.*

„ *Alter quoque ſummus Pontifex Alexander ait: Quaſi lignum vitæ in Para-* „ *diſo Dei, & quaſi lucerna fulgens in domo Domini, eſt in ſancta Eccleſia Pari-* „ *riſienſis Studij diſciplina: Hæc quippe velut ſecunda eruditionis Parens, ad irri-* „ *gandam ſterilem orbis faciem, fluuios de fontibus Sapientiæ ſalutaris cum impe-* „ *tu foras mittens vbique terrarum Dei lætificat ciuitatem. Ibi enim ordinatus eſt* „ *per Prouidentiam conditoris (ad opus atque cuſtodiam Eccleſiæ ſponſæ Chriſti)* „ *Doctorum ordo præcipuus. Ibi humanum genus originalis ignorantiæ cæcitate* „ *deforme, per cognitionem veri luminis, quam ſcientia pietatis aſſequitur, red-* „ *dita viſione Sapientiæ reformatur, ibi denique dat Dominus ſponſæ ſuæ os &* „ *Sapientiam & linguam myſticis eloquijs eruditam cui reſiſtere nequit omnis ad-* „ *uerſitas improborum.*

„ Hanc ſiquidem Vniuerſitatem Pariſienſem R. Pontifices & Orthodo- „ xæ fidei feruentiſſimi zelatores, illam perpetuam efficere ſatagentes, à „ cunctis ſubſidijs, exactionibus, & tributis, & ſignanter à decima libe- „ ram fieri, & eius Suppoſita vniuerſa, plena & ſecura libertate & immu- „ nitate gaudere voluerunt. Eapropter exiſtimandum eſt, quòd ſummus „ Pontifex Innocentius VIII. Papa modernus velit pro ſua in omnes „ Studioſos paterna beneuolentiâ, ſummorum Pontificum exemplo du- „ ctus, dictæ Vniuerſitatis Suppoſita priuilegijs & libertatibus gaudere, „ non exactione noui ſubſidij, aut alicuius decimæ ſolutione, vel contri- „ butione prægrauare.

„ Quin imo quàm plurimi Francorum Reges Chriſtianiſſimi ipſam ma- „ trem Vniuerſitatem Pariſienſem à cunctis exactionibus, ſubſidijs, & mu-

neribus


2
3
4

neribus ordinarijs, & extraordinarijs immunem & exemptam (retroactis temporibus) eſſe voluerunt. Beatus enim Ludouicus dum in humanis ageret, fertur quamdam Pragmaticam-Sanctionem edidiſſe, per quam exactiones & onera grauiſſima pecuniarum, per curiam Romanam Eccleſiæ regni ſui, & eius miniſtris impoſitas, vel impoſita ſiue imponenda, leuari & colligi prohibuit; niſi dumtaxat pro rationabili, pia & vrgentiſſimâ causâ, vel ineuitabili neceſſitate, & de ſpontaneo & expreſſo conceſſu ipſius cleri regnique eius. 1491.

Legitur inſuper de Rege Philippo V. quod ipſe dedit & conceſſit Priuilegium Magiſtris, Doctoribus, & Scholaribus in dicta Vniuerſitate Pariſienſi ſtudentibus, vt non teneantur mutuum pro guerris, vel pro ſubſidijs ratione guerræ impoſitis, vel imponendis præſtare.

Similiter Rex Franciæ Ioannes nuncupatus (pro quo vt à captiuitate hoſtium, qua detinebatur, impoſita fuerunt ſubſidia ſuper regnicolas, & decima ſuper tota Eccleſiâ Gallicanâ) præfatis Magiſtris, Doctoribus, & Scholaribus conceſſit vt liberi eſſent, immunes, & exempti à ſolutione ſubſidiorum huiuſmodi & decimæ.

Et conſequenter Karolus V. præfatos Magiſtros, Doctores, & Scholares in dictâ Vniuerſitate Pariſienſi ſtudentes, à cunctis præſtationibus, pro recuperatione regni ſui, exemptos & immunes eſſe voluit.

Et ſubſequenter Karolus VI. filius Karoli V. eoſdem Magiſtros, Doctores, & Scholares, à decimis, & alijs quibuſcumque ſubſidijs, ſibi per Apoſtolicam ſedem conceſſis, aut in poſterum concedendis, exemptos fore expreſsè voluit & ordinauit.

Karolus etiam VII. eiuſdem Karoli filius eoſdem Magiſtros, Doctores & Scholares in prædicta Vniuerſitate Regentes & ſtudentes, eadem libertate & immunitate gaudere voluit.

Et Similiter Ludouicus XI. eiuſdem Karoli VII. Chriſtianiſſimi & Sapientiſſimi filius, quacumque neceſſitate compulſus eoſdem Magiſtros, Scholares, & Suppoſita eiuſdem Vniuerſitatis eadem libertate gaudere permiſit.

Quorum veſtigijs Chriſtianiſſimus dominus Rex noſter modernus inhærens, ipſam matrem Vniuerſitatem, eiuſque ſuppoſita ſupradicta ab eiuſmodi ſubuentionibus, exactionibus, & decimis immunes eſſe decreuit, & per ſuas Patentes litteras conceſſit, & in ſuâ ſupremâ Parlamenti curiâ regiſtrari & publicari voluit.

Sed præmiſſis (quæ vera ſunt) non obſtantibus Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & D. Andreas Cardinalis ſancti Martini in montibus vulgariter nuncupatus, Lugdunenſis & Burdegalenſis Archiepiſcopus, Galliarumque Primas aſſertus & Reuerendus in Chriſto Pater Epiſcopus Albienſis, Commiſſarij Iudices, & executores, à ſancta ſede Apoſtolicâ in hac parte prætenſi, nonnullique alij pro eorum ſubexecutoribus ſeſe gerentes, quarumdam litterarum Apoſtolicarum vigore, vt fertur, ab Eccleſia Gallicanâ Eccleſiaſticiſque perſonis, nec non à Doctoribus, Magiſtris, Regentibus, Scholaribus, & alijs perſonis Eccleſiaſticis dictæ Vniuerſitatis Pariſienſis, vnam integram decimam omnium & ſingulorum fructuum, redituum & prouentuum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecundum verum valorem annuum quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aliarumque Eccleſiarum, Prioratuum, Monaſteriorum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecularium, & Ordinum quorumcumque regularium, in dominio & ditione præfati Domini noſtri Francorum Regis exiſtentium, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, electis Adminiſtratoribus, Commendatariis, Abbatibus cæteriſque Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & Regularibus, Ordinum & militiarum quarumcumque, exemptis & non exemptis, cuiuſcunque præeminentiæ, ſtatus, gradus, religionis, ordinis & conditionis exiſtant, & quod ipſis perſonis, aut alicui ipſarum nulla priuilegia, aut indulta, ſub quacumque verborum formâ, vel expreſſione conceſſa, vllatenùs ſuf-

1491. » fragari poſſint) leuare & exigere nituntur & conantur: Nec non Magiſtros, Doctores & Scholares, aliaque Suppoſita dictæ Vniuerſitatis Pariſienſis, per Monitiones, Cenſurarum Eccleſiaſticarũ Fulminationes etiam Excommunicationis ſententiæ latæ, priuationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum & aliàs pœnas ad ſolutionem prędictæ decimæ cogere & compellere nituntur & comminantur, eandem Vniuerſitatem ſua libertate & immunitate priſtinâ denudare contendentes. Quo fiet vtipſa mater Vniuerſitas (nunc Regentium, ac Studentium, & Scholarium in multitudine ſatis copioſâ) breui tempore deſoletur, deſtruaturque in dies, ſi decimam (quam nuper impoſitam ferunt, eiuſmodi matris Suppoſita ſoluere compellantur. Nouum ſiquidem & inuſitatum ipſi Vniuerſitati exactionis genus eſt. Quamquam enim priſcis temporibus veteres ſummi Pontifices ab Eccleſiaſticis interdum perſonis (quouis nomine appellarentur) ſibi Romanæque Eccleſiæ, aut alijs decimas tribuendas decreuerint & mandarint: Pariſienſis tamen Vniuerſitatis Suppoſita nunquam ad illas ſoluendas compellere voluerunt; non ignorantes quòd litteræ loquendi viuendique libertatem expetunt & ſequuntur, ſeruitutem fugiunt atque abhorrent.

Ex quibus præmiſſis luce clariùs reſultat, dictam præclaram matrem Vniuerſitatem Pariſienſem, imo & totam Eccleſiam Gallicanam, multis oppreſſionibus, grauaminibus, & concuſſionibus oppreſſam, læſam & afflictam fuiſſe & eſſe.

Tum primo, quia per decimæ prędictæ impoſitionem, ſeu indictionem, decreta in dicto Concilio Conſtantienſi matura deliberatione edita ſpernuntur, & ludibrio *habentur, quinimo & funditus enecruantur: quibus tamen decretis quilibet Chriſtianus, quantæcumque dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, obedire & illa obſeruare tenetur, maxime in his quæ pertinent ad fidem & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.*

Tum ſecundo, quia impoſitio huiuſmodi decimæ de directo contendit ad manifeſtam deformationem, & deſtructionem totius Status Eccleſiæ Gallicanæ. Sunt enim fructus Eccleſiarum & Beneficiorum quorumcumque, tam ſecundùm diſpoſitionem Conciliorum Generalium & iurium, quàm ſecundùm piam intentionem Fundatorum, ordinati ad ſuſtentationem miniſtrantium in diuinis, diuini cultus augmentum, ac Eccleſiarum ſuorumque ædificiorum reparationem, terrarum & poſſeſſionum Eccleſiæ culturam, iurium ipſarum conſeruationem, hoſpitalitatis continuationem, pauperum & miſerabilium perſonarum ſuſtentationem.

Tum tertio, quia per exactionem prædictæ decimæ, ſequi poterunt oppreſſiones in Clero & in Eccleſijs, & inde murmurationes graues oriri, & iam apud magnos Principes & alios quamplurimos nobiles, ac illos de populo, & iam vſque ad plebeios: quia videntes pati ruinas Eccleſias Cathedrales, & alia quæ ſui progenitores & alij magnates fundauerunt, & vberrime dotauerunt, murmurabunt.

Tum quarto, ſcandala quàm plurima inſurgent ſi huiuſmodi decima ſine pietate & miſericordia, aut aliquâ remiſſione contra quoſcunque etiam impotentes exigatur.

Tum quinto, quia pro ſolutione huiuſmodi decimæ terræ dotales Eccleſijs & Monaſterijs collatæ, nonnumquam impignorabuntur, & forſitan venditioni exponi cogentur.

Tum ſexto, quia ob defectum ſolutionis ipſius decimæ, Prælati, & alij Miniſtri ad ſoluendum impotentes, indebite excommunicabuntur, & ſuis Beneficijs priuabuntur, ac per proceſſus & litteras quas Collectores affigent, vel affigi facient, publice iniuriabuntur & ſcandalizabuntur.

Tum ſeptimo, quia ſub prætextu & colore ſoluendi dictam decimam ſecundum verum, atque taxam antiquam prætenſam occaſio malignandi & indebite extorquendi pecunias à Prælatis & Miniſtris Eccleſiæ, etiam vltra quam fructus ſuorum Beneficiorum ſuppetere poſſent, præbebitur.

Tum octauo, quia ob defectum ſolutionis huiuſmodi decimæ, Prælati

& alij Miniſtri ad ſolutionem illius forſan impotentes ſuis Prælaturis & Beneficijs, nulla monitione præcedente, nullaque cauſa ſubſiſtente, eo ipſo priuabuntur, vel priuati fuiſſe declarabuntur, quinimo & ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrent: quòd ſalua ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reuerentia ab omni iure diuino & humano videtur alienum. 1491.

Tum nono, quia prædictæ decimæ impoſitio eſt fundata ſuper falsâ causâ; ipſa namque cauſatur, & fundata eſt ſuper defenſione Eccleſiæ contra Turcum: & tamen per breuia tranſmiſſa per Papam præfatis dominis collectoribus & executoribus prætenſis, Papa mandat duas partes præfato domino noſtro Regi, tertiam vero partem Cameræ Apoſtolicæ tradi & diſtribui.

Tum decimo, quia per dictam impoſitionem Decimæ vacuabitur diuitijs & pecunijs Regnum miſerabiliter depauperatum: & multis guerris & oppreſſionibus fatigatum: quæ pecuniæ ad nullam pietatem applicabuntur, & forſan poſtmodùm malos atque peſſimos parient & cauſabuntur effectus.

Tum etiam, quia ſummus Pontifex pro præſenti detinet, & habet Turcum, ſeu Fratrem eius primogenitum in ſua poſſeſſione, ratione cuius habet annuatim millia plura ducatorum quæ poſſet applicare ad defenſionem Chriſtianæ fidei, ſi ipſa defenſio eſſet neceſſaria. Pro quibus rationibus non eſt timendum, quod Turcus (qui treugas habet Magiſtro & ciuitati Rhodi) audeat guerram facere contra Eccleſiam; ſed oppoſitum: timet enim ne paremus arma contra eum & ex multis alijs cauſis legitimis loco & tempore proponendis & allegandis, & ſi opus, fuerit probandis.

Supplicat igitur, requirit & poſtulat Vniuerſitas Pariſienſis, præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, & eum filiali hortatur affectu, nec non Præfatos Patres dominos Collectores, ac per ipſos Deputatos Sub-Collectores, ſeu deputandos, vt priuſquàm ad tantum grauamen & læſiones ſtatus Eccleſiæ & ſignanter dictæ Vniuerſitatis de facto prorumpant, rem ipſam maturiùs atque plenius digerant & conſultent & inconuenientia prædicta præuideant.

Quod ſi in exactione & leuatione eiuſmodi Decimæ perſeuerarint, & ab illâ non deſtiterint, ab ipſius Decimæ Decreto, mandato, impoſitione, indictione & publicatione, dictorumque dominorum Collectorum proceſſus fulminatione, monitionibus inſuper per eos, aut ab ipſis Deputatis factis & fiendis, cenſuriſque & pœnis per eoſdem, aut aliquos ipſorum illatis & comminatis, in quantum Vniuerſitatem prædictam, & eius antedicta concernit Suppoſita, nec non ab omnibus & ſingulis alijs ſupradictis grauaminibus & quolibet ipſorum, & ſpecialiter vt ipſi domini eorum commiſſi, aut ab ipſis deputati, vel deputandi, non per monitiones, citationes, interdicti, ſuſpenſi, aut excommunicationis ſententiarum fulminationes, aut Beneficiorum priuationes, vel priuationum declarationes, & brachij ſecularis auxilij requiſitiones procedant, ſiue procedi faciant. A ſanctiſſimo domino noſtro Papa Innocentio VIII. minus debite conſulto, ad ſe ipſum melius conſulendum & ad Sanctam ſedem Apoſtolicam etiam melius conſulendam, nec non ad Sacroſanctam Synodum vniuerſalem celebrandam, illumque vel illos, ad quem, ſeu ad quos de iure prouocare, & appellare nobis licet, in his ſcriptis tam pro nobis quàm pro noſtris adhærentibus, & adhæſuris, quàm etiam pro Vicarijs dictorum Magiſtrorum, Doctorum & Scholarium, eorumque in Beneficijs diuinis deſeruientium, prouocamus & appellamus: Proteſtantes, nominibus, quibus ſupra, de prædictis Sententiarum & Cenſurarum nullitate, iuxta Canonicas ſanctiones, ſubmittentes tamen omnia iudicio vniuerſalis Eccleſiæ Concilij, ad quod *ſuper omnibus præmiſſis* habere recurſum intendit præfata Vniuerſitas: Apoſtoloſque primò, ſecundò, tertiò, quartóque ex abundanti petimus; & repetimus inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime à vobis Notarijs, quos & quales nobis de iure dare poteſtis, & debetis, ſaltem teſtimoniales præmiſſorum. Et nihi-

"lominus de præſenti appellatione intimandâ & notificandâ, ac de alijs
1491. "Apoſtolis, illi vel illis ad quos ſpectat, loco & tempore opportunis pe-
"tendis, ac etiam de addendo eidem, vel diminuendo, eandem corrigen-
"do, aut mutando, ſi opus fuerit, cæteriſque diligentijs & ſolemnitati-
"bus in talibus neceſſarijs & etiam opportunis adhibendis. Proteſtantes
"inſuper, quod ſi contra præſentem appellationem, ſeu prouocationem,
"per prædictos dominos, vel alios per eos ſublegatos, vel ſublegandos,
"aliquid, quod abſit, attentari contingat, præſertim quod in præiudicium
"dictæ Vniuerſitatis & Suppoſitorum eius redundare poſſit, ex tunc provt
"ex nunc, præſens actus (quatenùs prouocationem concernit) in vim veræ
"tranſeat appellationis. De præſenti ipſam Vniuerſitatem eiuſque omnia
"& ſingula Suppoſita, ſibique adhærentes, aut adhærere volentes, in præ-
"miſſis, aut occaſione præmiſſorum, protectioni, ſaluagardiæ, & tuitioni
"dictæ ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſubmittentes & ſupponentes, & de præmiſ-
"ſis omnibus & ſingulis, à vobis Notarijs hîc præſentibus petimus inſtru-
"mentum, vel inſtrumenta, vnum vel plura, nobis, nominibus quibus ſu-
"pra fieri, aſtantes in teſtimonium præmiſſorum inuocando, de quibus
"præmiſſis omnibus & ſingulis, prænominati Rector, Decani & Procura-
"tores, ipſam Vniuerſitatem repræſentantes petierunt à nobis Notarijs
"infrà ſcriptis publicum inſtrumentum vnum, vel plura. Acta fuerunt hæc
"in Congregatione eiuſdem Vniuerſitatis, apud ſanctum Bernardum Pa-
"riſius per iuramentum ſolemniter congregatæ, ſub anno, indictione,
"menſe, die, & Pontificatu prædictis, præſentibus ibidem honeſtis &
"prouidis viris Ioanne Partuiſot, Simone d'Alingant, Oliuario Chambe-
"lan, Io. Perot, Io. Feron Mercatoribus Pariſius commorantibus & Ioan-
"ne Champin Clerico Meldenſis, Senonenſis, Pariſienſis, Eduenſis, Ro-
"thomagenſis, & Maleacenſis Diœceſis, vnâ cum pluribus alijs teſtibus,
"ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Petrus Meſnart Cle-
"ricus Pariſienſis in Artibus Magiſter, & in Decretis Baccalarius, publicus
"authoritatibus Apoſtolica & Imperiali, venerabiliumque Curiarum Con-
"ſeruationis Priuilegiorum Apoſtolicorum, Vniuerſitatis & Epiſcopatus
"Pariſienſis, Notarius iuratus, ac eiuſdem Vniuerſitatis Scriba, quia præ-
"ſcriptæ appellationis interiectioni, cæteriſque præmiſſis omnibus & ſin-
"gulis, dum ſic vt ſupra ſcribuntur, agerentur & fierent, vnâ cum No-
"tario publico ſubſcripto, ac teſtibus ſubſcriptis, præſens interfui, eaque
"ſic fieri vidi & audiui; ideo huic inſtrumento appellationem huiuſmodi
"in ſe continenti, ſignum meum publicum & conſuetum appoſui, in fi-
"dem, robur, & teſtimonium præmiſſorum, requiſitus & rogatus.

"Ego Ioannes Saulede Clericus Andegauenſis Diœceſis, publicus Apo-
"ſtolica & Imperiali authoritatibus Notarius, quia præſcriptis appella-
"tionibus per præfatos dominos interiectis, grauaminum & cauſarum di-
"ctæ appellationis declarationi, vnà cum honorabili viro Magiſtro Petro
"Meſnart, Clerico Pariſienſi, in Artibus Magiſtro, & in Decretis Bacca-
"lario, eiſdem authoritatibus connotario meo ſupraſcripto & teſtibus ſu-
"prà ſcriptis, præſens interfui, eaque ſic dici vidi, & audiui. Idcirco huic
"præſenti publico inſtrumento, appellationem huiuſmodi in ſe continen-
"ti, ſignum meum publicum & conſuetum appoſui, in fidem, robur, &
"teſtimonium veritatis omnium, & ſingulorum præmiſſorum, requiſitus
"& rogatus.

"

Secunda Appellatio.

"

"IN NOMINE DOMINI, AMEN. Tenore huius præſentis publici in-
"ſtrumenti cunctis pateat euidenter & notum ſit, quòd anno eiuſdem
"1491. Indictione nona, menſis vero Septemb. die decima octauâ, Pon-
"tificatus ſanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Innocen-
"tij, diuina prouidentia Papæ VIII. anno 8. in mei Notarij publici ſubſi-
"gnati, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & roga-
"torum præſentia, perſonaliter conſtitutus venerabilis & diſcretus vir

Magiſter Robertus de Vallibus, in Artibus Magiſter & in Theologia Bac. « 1491.
calarius formatus, Procurator ac nomine Procuratorio DD. Rectoris & «
Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis ſufficienter fundatus, per litteras Procu- «
ratorias, quoad infrà ſcripta peragenda, adhærendo primæ appellationi, «
nuper per dictam Vniuerſitatem, aut Decanos ſingularum Facultatum, «
ac Procuratores Nationum Franciæ, Picardiæ, Normaniæ, & Almaniæ «
in dictâ Vniuerſitate, nuper interiectæ, à Reuerendiſſimo in Chriſto Pa- «
tre, ac Domino, Domino, Triſtando de Salazar, Archiepiſcopo Seno- «
nenſi, & à quadam monitione per eum, ſeu de eius mandato, vt fertur, «
Pariſius in pluribus locis affixâ, per quam prætendit monuiſſe ſeu mone- «
ri feciſſe omnes & ſingulos Abbates, Electos, Commendatarios, Prio- «
res, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos, Theſaurarios, Cantores, «
Cuſtodes, Capicerios, tam Cathedralis Pariſienſis, quam Collegiatarum «
Canonicos, Parrochialiumque Eccleſiarum Rectores, Altariſtas, Vica- «
rios, perpetuoſque Capellanos, Matricularios, Adminiſtratores, om- «
neſque exemptos & non exemptos cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gra- «
dus, ordinis, præeminentiæ & conditionis exiſtant, in ciuitate & Dioe- «
ceſi Pariſienſi conſtitutæ de ſoluendo decimam omnium & ſingulorum «
fructuum, redituum, & prouentuum quocumque Beneficiorum Eccle- «
ſiaſticorum, Secularium & Regularium quæ perſonæ ipſæ & earum quæ- «
libet, in ciuitate & Dioeceſi Pariſienſi prædictis, in titulum, vel Commen- «
dam, aut aliàs quouis modo obtinent, per præfatum ſanctiſſimum Domi- «
num noſtrum Papam impoſitam, & per ipſum Reuerendiſſimum Patrem, «
vt prætendit, taxatam; ſi & in quantum eiuſmodi monitio tangit & con- «
cernit, ſine in illa idem Reuerendiſsimus Pater comprehendere in- «
tenderet Magiſtros, Doctores, ac Regentes, & Scholares & alia Sup- «
poſita eiuſdem Vniuerſitatis Pariſienſis, in his ſcriptis tam pro ipſa Vni- «
uerſitate, quàm pro ſibi adhærentibus & adhæſuris, prouocauit & ap- «
pellauit, Apoſtoloſque à me Notario ſubſcripto inſtanter, inſtantius, «
inſtantiſsime petijt & requiſiuit; cui quidem Procuratori, Apoſtolos te- «
ſtimoniales & tales quales ſibi dare potui, ſibi dedi & conceſsi. De qui- «
bus præmiſsis omnibus & ſingulis, idem Procurator petijt à me Notario «
publico ſubſcripto, ſibi fieri atque tradi inſtrumentum vnum vel plura, «
publicum ſeu publica. Acta fuerunt hæc Pariſius in vico Nucum, ſub an- «
no, indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis præſentibus ibidem «
diſcretis viris Magiſtris, Ioanne Sanquet & Petro Drouari Clericis, in «
Artibus Magiſtris, Cenomanenſis & Meldenſis Dioeceſis, teſtibus ad præ- «
miſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Sic ſignatum, P. MESNART. «

Eodem anno, die verò 20. Septemb. iterum actum eſt de Decimis illis, & relatum quid ab Archiepiſcopo Senonenſi eiuſdem Collectore propoſitum fuiſſet; item an Vniuerſitas deberet deferre Cenſuris quæ publicè ad valuas Eccleſiarum proſtabant contra Detrectatores. Quid autem deliberatum fuerit, legimus in vetuſto Codice Germanicæ Nationis, his verbis. Anno quo ſupra, 20. die menſis Septemb. in vigilia Mathæi Apoſtoli conuocata fuit alma Pariſienſis Vniuerſitas apud S. Mathurinum ſuper 3. articulis. Primus erat ſuper reſponſione habita à Reuerendiſsimo in Chriſto Patre D. Archiepiſcopo Senonenſi D. Triſtando huius Decimæ Collectore & à ſuis Collegis Collectoribus. Secundus erat ſuper remedio inueniendo contra excommunicationes ante valuas Eccleſiarum poſitas quibus monebantur Suppoſita Vniuerſitatis ſub pœna excommunicationis & aggrauationis ſummi Pontificis. Tertius erat ſuper ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. art. D. Rector protulit in Vniuerſitate reſponſionem habitam de dictis decimis à Reuerendiſsimo in Chriſto Patre Archiepiſcopo Senonenſi & dictarum decimarum Collegis Collectoribus. Quæ quidem Reſponſio hæc fuit, quod ſcilicet non intendebant exigere decimas à veris Doctoribus & Regentibus, ac veris Scholaſticis Vniuerſitatis Pariſienſis. Cum enim D. Rector eos interrogauerat quos appellarent veros Scholares Vniuerſitatis, an illos qui «

1491. „ ſigillo Rectoris oſtenderent ſe eſſe Scholares, vel non, præfati Collectores non omninò affirmatiuam, vel negatiuam tribuerant. Dixerunt tamen quod non ſufficeret quod aliqui Sigillo Rectoris Vniuerſitatis oſtenderent ſe eſſe veros Scholares, ſed cum hoc oporteret habere ſigneta aliquorum proborum virorum quibus oſtenderent ſe eſſe Scholaſticos Vniuerſitatis. Huic dicto non aſſentiens Natio deliberauit quod ſigillum Rectorale Vniuerſitatis Pariſ. teſtimonium eſt ſufficiens vt ſemper fuit, quo quiſpiam profert ſe eſſe verum Scholaſticum Vniuerſitatis Pariſ. & nullo vlterius quiſpiam eget ſigilleto, vel ſignetis aliquorum aliorum; idcirco placuit Nationi cum alijs Nationibus proſequi appellationem factam in Congregatione ſupraſcripta. Quantum ad 2. articulum, proſpiciens Natio ſcandalum quod euenit ex affixis Excommunicationibus ad valuas Eccleſiarum ab iſtis Collectoribus harum Decimarum contra priuilegia Vniuerſitatis & Suppoſitorum eiuſdem, adhuc placuit Nationi vniformiter cum alijs Nationibus appellationem prædictam omnibus vijs, omni diligentia proſequi, & omnibus medijs huic propoſitioni obſtare. Inſuper placuit Nationi quod cum appellatio prædicta publicè in Vniuerſitate lecta fuerit à M. Roberto Procuratore Vniuerſitatis, vt dicta appellatio quàm citius poſſet, affigeretur ad valuas Eccleſiarum & cum ea manifeſtaretur, qualiter Vniuerſitas à præfata excommunicatione ac impoſitione appellat, vt dictum eſt.

Iuxta hanc Concluſionem quæ totius Vniuerſitatis fuit, Rector edixit in hunc modum & admonuit.

„ Nos Gvillelmvs Cappel *Rector Vniuerſitatis Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium*, ex matura & concordi deliberatione eiuſdem „ Vniuerſitatis monemus omnes & ſingulos Magiſtros, Scholares, Suppoſita & quoſcunque iuratos eiuſdem Vniuerſitatis vbicunque fuerint, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, ſeu dignitatis exiſtant, ſub debito iuramenti præfatæ Vniuerſitati præſtiti & ſub pœnis priuationis & perpetuæ reſecationis à gremio eiuſdem Vniuerſitatis quas ex nunc, prout, ex tunc, & ex tunc prout, ex nunc declaramus, ſi contra „ feceritis, incurriſſe, ne qui eorum in materia eiuſdem Decimæ ſuper „ fructibus, reditibus & prouentibus omnium Eccleſiaſticorum huius Regni Chriſtianiſſimi à ſanctiſſimo D. D. Innocentio Papa moderno, vt fertur de nouo impoſita exigendo, monendo, recipiendo, vel etiam ſoluendo auxilium, conſilium, fauorem, vel aſsiſtentiam præſtent, aut aliàs „ quouis modo ſe intromittant in præiudicium priuilegiorum, & libertatum Vniuerſitatis Pariſienſis & Suppoſitorum eiuſdem, necnon quarundam appellationum ex parte ipſius Vniuerſitatis interiectarum in eadem „ materia Decimæ. Datum in noſtra Congregatione Generali apud S. „ Math. Pariſius ſolemniter celebrata, & ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis „ præfatæ anno Domini 1491. die 20. menſis Septembris. Sic ſignatum „ P. Mesnart.

Item in Comitijs die vltima Septemb. habitis apud Mathurinenſes decretum eſt, vt appellatio ſupradicta Gallicis verbis conſcriberetur valuiſque Eccleſiarum apponeretur, ad ſcrupulum vulgi ſubleuandum. Quo facto Cenſuræ quoque Pontificiæ contra parere detrectantes Eccleſiarum valuis ad terrorem propoſitæ. Idcirco ipſa Vniuerſitas Comitia habet generalia die 13. Octob. tum ad audiendum ea quæ à ſelectis, ſeu Deputatis in negotio Decimæ geſta fuiſſent, tum ad deliberandum de Cenſuris. Qua de re ſic legitur in Codice Germanicæ Nationis. *Quantum ad 2. art. Natio conformis eſt alijs Nationibus. Et quantum ad Cenſuras, Natio Doctores Theologiæ oratos eſſe voluit, vt ipſi cum Baccalarijs & cum Iuris-peritis viderent & ſimul diſputarent, an iſtæ Cenſuræ timendæ eſſent, an non; & ſecundùm hoc vnum conſtruerent articulum.* Eadem fuit mens cœterarum Nationum & Facultatum.

Die 22. eiuſdem menſis Facultas Theologiæ iudicium ſuum Doctrinale in Comitijs Generalibus edidit, qua de re ſic habetur in Reg. Medicinæ.

Item die 22. eiuſdem menſis (Octob.) *in S. Mathurino ſuper executione cuiuſdam Concluſionis Vniuerſitatis pro Articulo doctrinali determinando per Sacratiſſimam Theologorum Facultatem; ſcilicet an Excommunicationes latæ, vel ferendæ in Suppoſita ipſius Vniuerſitatis per Deputatos à ſummo Pontifice in materia dictæ Decimæ eſſent tenendæ, vel reſiſtere talibus ſaperet hæreſim.* 1491.

Quæ fuerit autem Determinatio prædictæ Facultatis Theologicæ, habemus in veteri Codice membranaceo Nationis Gallicanæ. Sub hoc lemmate. CONCLVSIO FACVLTATIS THEOL. AB VNIVERSITATE OMNIFARIAM APPROBATA SVPER EXACTIONE D. LEGATO PERSOLVENDÆ.

Monitiones, Cenſuræ & Excommunicationes latæ, aut ferendæ per Romanum Pontificem pro Decima, aut alia exactione ſoluenda ſine cauſa rationabili, iuſta & vrgente, aut poſt & contra appellationem legitimè interpoſitam, nullæ ſunt ipſo iure, nec timendæ.

Præfatæ Cenſuræ non impediunt Appellantes à perceptione Sacramentorum Eccleſiaſticorum & à Communione Fidelium.

Die 21. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus omnium Vniuerſitatis Ordinum tria fuerunt propoſita capita non indigna poſterorum memoriæ. 1. de reditibus Capellaniarum in ærario Regio fundatis. 2. De quibuſdam publicè docentibus vltra Pontes. 3. De Nuncio Nationis Picardicæ ſpoliato. In Codice Nat. Germ. ſic habetur.

1. Articulus ſuper 1. *Capellanijs fundatis ſuper Theſauro D. noſtri Regis & de Reditibus 20 lib. Pariſ. quos quidam Magiſter Computorum Vniuerſitati indicauit deberi. Si ergo Vniuerſitas demonſtret ſuper quo onere illi Reditus ſunt fundati, ipſi Magiſtri Computorum parati ſunt tradere illos Reditus Vniuerſitati.*

2. Articulus erat de quodam Claudio legente in Medicinis vltra Pontes & pro Barbitonſoribus & etiam de legentibus publicè in Legibus & Poëtis; quæ prouiſio eſſet facienda. 3. erat communis ſuper ſupplicationibus & iniurijs.

Quantum ad 1. *Quia illæ Capellaniæ & Reditus prædicti redundant in magnum commodum Vniuerſitatis, Natio Germanorum egit illi bono D. Magiſtro Computorum ingentes grates, qui in tantum affectat bonum Vniuerſitatis*; & placuit Nationi vt omnimodam diligentiam adhiberet Procurator Vniuerſitatis ad inueſtigandum & proſequendum illam rem.

Quantum ad 2. placuit Nationi vt Rector inhiberet illi Claudio per iuramentum ſi fuerit Studens Pariſius vt deſiſtat à legendo; ſi non ſit ſtudens Pariſius, quod compellatur ab Epiſcopo Pariſ. Similiter de Legiſtis & Poëtis.

Quantum ad 3. *Supplicuit quidam Nuncius Nationis Picardiæ qui cum Pariſium veniret cum quibuſdam Magiſtris & Scholaſticis in Ciuitatem Morinenſem, omnes Captiui ducti ſunt & ſuis rebus & pecunijs ſpoliati, Pariſium, ſine pecunijs ſunt coacti accedere; quod quidem eſt in magnum præiudicium Vniuerſitatis & iniuriam.* Placuit Nationi vt communibus expenſis ex ærario Vniuerſitatis proſequeretur talis iniuria, & ad hoc faciendum placuit omnimodam dari aſſiſtentiam.

Cœteræ Nationes idem concluſerunt, tres verò Facultates auxilium quidem pollicitæ ſunt, non communibus expenſis ex ærario faciendis, ſed aut ipſius Nuncij, aut Nationis Picardicæ. Hinc inter Nationes & Facultates diſcordia. Ad quam ſedandam Rector Facultatem Artium congregauit die 23. eiuſdem menſis apud ædem San-Iulianenſem. Et ibidem vna omnium Nationum mens fuit quæ prius. Res ſic ſe habet in Codice prædicto. *Cum in vltima Congregatione habita ad S. Math. placuerit Nationi totique Facultati Artium vt huic Nuncio daretur aſſiſtentia ex ærario Vniuerſitatis & aliæ tres Facultates ſecùs deliberauerint, ſcilicet dando auxilium, ſed non expenſis Vniuerſitatis, ſed expenſis Nationis Picardiæ, vel Nuncij, hac tamen deliberatione non obſtante placuit Nationi alijſque Nationibus,* huic Nuncio dare aſſiſtentiam impenſis ipſius Vniuerſitatis. Inſuper Alemanorum Natio voluit D. Rectorem eſſe rogatum vt velit ſupplicare « alijs Facultatibus quod in eandem ſententiam velint deſcendere. Et caſu «

1491. quo aliæ Facultates renuerint, *paratiſſima foret Natio cum alijs Nationibus eligere & conſtituere vnum Receptorem Facultatis Artium qui haberet colligere pecuniam communem quâ poſſet prouidere ſuis Suppoſitis, Scholaſticis, Nuncijs & Seruitoribus, cum Natio declarauit hanc pecuniam magis prouenire ex Facultate Artium.*

Die 14. Decembris in Comitijs Mathurinenſibus acceptæ ſunt litteræ Regiæ per Scutiferum, quibus Rex ab Vniuerſitate petebat vt preces ad Deum funderet pro ſponſalibus quæ cum Anna Duciſſa Britanniæ minoris contraxerat. In ijſdem Comitijs Rector produxit in medium quædam Statuta Papalia contra Martinetas, quibus ſcilicet tenebantur in Collegijs hoſpitia capere: item *vt Regentes de mane ſuis Scholaſticis legerent ad pennam*, voluitque idem Rector id diligenter obſeruari. Quæ Relatio diſplicuit Nationibus propterea quod res non erat iſtorum Comitiorum, ſed Facultatis Artium: quâ de re ſic ſcribitur in vetuſto Codice Germanicæ Nationis. *Quantum ad iſtum art. veneranda Alemanorum Natio mater mea non habuit Rectorem gratum, & egit ei malas gratias, quod iſtam materiam quæ tangit præcipuè Facultatem Artium, ad alias Facultates fecerit ventilari, & iniunxit ei ſilentium de iſta materia, inconſultâ Facultate. Et caſu quo aliæ Facultates, vel D. Rector velit executioni mandare, Natio appellauit.*

TVRBA IN ELECTIONE RECTORIS.

Die 15. eiuſdem menſis celebrata ſunt Comitia Facultatis Artium apud S. Iulianum in quibus electis de more Quatuor-viris, ſeu Intrantibus, in ſingulis Nationibus ſuo, electus eſt primùm in Rectorem Vniuerſitatis M. Claudius Hangeſt. Sed quia vis quędam adhibita fuiſſe videbatur, præſertim in Nat. Germanica, in quâ electi fuerant partim, vi partim ſuffragijs, in Quatuor-virum, ab alijs M. Gerardus Militis, & ab alijs M. Georgius Holſuder: Gerardus cum duobus alijs Quatuor-viris, Gallicano & Normano Conclaue ingreſſi apud S. Blaſium elegerunt alium Rectorem, ſcilicet M. Ioannem Riuole Nauarricum: hinc orta lis inter Rectores, qui ad ſuas vterque partes trahere conati ſunt Facultates & Nationes, Comitijs hinc & inde habitis. Tandem res ad ſupremam Curiam Parlamenti, delata, & factum Senatuſconſultum die 26. Ianuarij, vt legitur in Actis Curiæ.

Entre M. Iean Riuole & les Procureurs des Nations de France, Normandie & Allemagne Adjoints auec luy, appellans des Doyens des Facultez de Decret & Medecine de l'Vniuerſité de Paris d'vne part, & M. Claude de Hangeſt intimé de l'autre part. Veu par la Cour le Plaidoyé fait en icelle, le 12. iour de ce mois, & tout ce que par leſdites Parties a eſté mis & produit pardeuers ladite Cour, & oüy ſur ce le Procureur du Roy, il ſera dit que la Cour a mis & met ladite appellation & ce dont a eſté appellé au neant & ſans amende és deſpens de ladite Cauſe d'appel, & pour cauſe. Et renuoye la Cour le debat & procés deſdites Parties touchant le droit de la Rectorie, pretendu par ledit de Riuole & de Hangeſt en ladite Vniuerſité de Paris, pour par les quatre Facultez, eſtre commis Notables Deputez, non ſuſpects & fauorables à l'vne & à l'autre deſdites Parties, autres que ceux qui ia ont eſté Deputez pour connoiſtre, & decider dudit ***droit pretendu par chacune deſdites parties dans ladite Rectorie,*** *& ſur ce par ladite Vniuerſité eſtre fait droit auſdites Parties dedans huictaine pour tous delays, ainſi que de raiſon. Et ordonne ladite Cour que cependant & iuſques à ce que dudit droit ſoit diſcuté, leſdits Riuole & de Hangeſt ſeront contraints par toutes les voyes & manieres deües & raiſonnables, & nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques de mettre les Liures, Sceaux & autres enſeignemens és mains de l'ancien Recteur, qui cependant exercera ladite Rectorie, & deffend la Cour à tous Suppoſts de l'Vniuerſité, ſoient ceux nommez* les Freres, *ou autres; ſur peine de priſon & de banniſſement de ce Royaume, que és aſſemblées de ladite Vniuerſité ne faſſent aucunes inſolences & voyes de fait, en declarant ceux qui ſeront trouuez auoir fait, ou fait faire leſdites inſolences & voyes de fait, priuez du droit par eux pretendu & de ladite Vniuerſité.*

Placuit omnibus parere Senatuſconſulto; & tandem electis viris probis & diſcuſſo iure Partium cauſa M. Claudij de Hangeſt potior eſſe viſa eſt:

eſt: & ſecundùm hanc deliberationem, aliud Decretum Senatus factum, quo Rectorale munus adiudicatum eſt prædicto M. Claudio, inhibitumque M. Ioanni Riuole ne ſe deinceps pro Rectore gereret. Sed breue fuit muneris Rectoralis exercendi tempus. Nam Comitijs San-Iulianenſibus die 24. Martij celebratis nouus Rector electus eſt M. Symon Dugaſt Nationis Normanicæ, deductuſque eſt ad Collegium Coquereticum, vbi vinum & ſpecies de more exhibuit. 1491.

Ad hunc annum notat Maſſæus quendam M. Ioannem Langlois Nationе Anglicum Pariſijs in Sacello S. Criſpini Preſbyterum celebrantem deieciſſe in terram, Hoſtiam & Calicem iam conſecratum effudiſſe & conculcaſſe. Captum illico negauiſſe ibi corpus eſſe Chriſti; & poſt multa tandem conamina, cum reſipiſcere nollet, combuſtum interiſſe.

Anno 1492. die 10. Maij in Comitijs Mathurinenſibus Vniuerſitatis actum eſt de Nominatione ad Beneficia, decretumque vt egregius Orator ad Regiam Majeſtatem precaturus accederet, ne quid non vocatâ & inconſultâ Vniuerſitate, in negotio Beneficiorum ſtatueret. 1492.

Die 23. Iunij habita ſunt Comitia Facultatis Artium in San. Iuliano vbi datis Quatuor-viris, de more electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis M. Bernardus Roillet Primarius Collegij Burgundici. *Qui iuramentis exhibitis*, vt habent acta Nationis Germanicæ, *in realem, actualemque poſſeſſionem eſt poſitus.* Hoc enim habet Facultas Artium vt ipſa per ſe Rectorem eligat & confirmet, cæteræ verò informandi & inſtruendi poteſtatem tantummodò habeant.

Die 17. Octob. Vniuerſitas apud Mathurinenſes congregata acceptas litteras Regias audiuit quibus mandabatur fieri Deo ſupplicationem propter Delphinum recens natum die ſcilicet 10. de mane horâ 4. quibus mandatis lubens paruit Vniuerſitas. In ijſdem ſupplicauit Sub Cancellarius Eccleſiæ Pariſ. vt Vniuerſitas per litteras rogaret ſummum Pontificem Alexandrum VI. recens promotum, item & Collegium Cardinalium, vt haberent gratam electionem Epiſcopi Pariſ. cuius ſupplicationi quoque annuit. Ad diem 26. ita legitur in Reg. Med. *Die 26. eiuſdem menſis apud Math. ſuper præſentatione honorandi viri M. Guill. Cappel ad Eccleſiam Parochialem SS. Coſmæ & Damiani vacantis in turno venerab. Nationis Gallicanæ.*

Die 29 apud S. Iulianum electi ſunt pro more è ſingulis Nationibus Cenſores & Reformatores Collegiorum Facultatis Artium. Neque enim illa vnquam pati voluit ſua Collegia per alios quàm per ſeipſam reformari; vt ex tota priorum ſeculorum ſerie & hiſtoria conſtat.

Die 21. Nouemb. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Regis Caroli VIII. quibus mandabat Vniuerſitati vt Gerardo electo Pariſienſi patrocinaretur: quæ Regis voluntas tantò gratiùs accepta eſt, quò iam ſtudioſiùs ipſa propendebat in cauſam dicti Epiſcopi.

Die verò 28. eodem loco habitis Comitijs actum eſt de defenſione cuiuſdam Priuilegij pertinentis ad Teſtamenti factionem, qua quidem Extraneis non minus licebat Teſtamentum condere & hæredes inſtituere quàm ipſiſmet ciuibus. Placuit autem hocce Priuilegium tueri quâ fieri poſſet diligentiâ & operâ. Si enim ſecùs fieret, Vniuerſitatem Pariſienſem deinceps extraneis, ſeu alienigenis, Regnum verò dignitate & amplitudine ſolita carituram.

Die 9. Decemb. in Comitijs Mathurinenſibus lectæ ſunt litteræ Alexandri VI. ſummi Pontificis de ſua promotione, ad Vniuerſitatem per ſpecialem Nuncium, quem Vniuerſitas ſummâ pecuniæ donatum voluit. Die verò ſequenti, ſcilicet 10. Decemb. eodem loco Comitijs habitis Doctores in Decretis ſupplicauerunt Vniuerſitati vt vellet ſuum Priuilegium tueri de docendi munere, quod quidam Doctor Italus in illa Facultate ſibi vſupare contendebat Lutetiæ, non cooptatus in gremium Vniuerſitatis, neque licentiâ, vt ſolet fieri, obtentâ à conſultiſſima Decretorum Facultate. Quam in rem ſic ſtatutum reperio, interdictum iri illi Doctori

omni docendi munere Lutetiæ, donec à Facultate Decretorum, cuius
1492. intererat, licentiam obtinuiſſet: item donec in diſputatione cum Doctoribus Pariſienſibus probatus fuiſſet, idoneuſque ad docendum repertus.

Die 15 eiuſdem menſis in Comitijs San-Iulianenſibus Facultatis Artium electus eſt vnanimi conſenſu in Rectorem Vniuerſitatis M. Michaël Panige, qui vt legitur in Codice Germanicæ Nationis, *in realem actualemque poſſeſſionem eſt poſitus; magnaque Magiſtrorum frequentiâ deductus eſt ad Collegium Nauarricum, in ædes ſuas*, vbi de more illius temporis, exhibuit vinum & ſpecies.

In Reg. Med. legitur fuiſſe Comitia Vniuerſitatis, die 20. Ianu. ſuper reſignatione cuiuſdam *Officij Papietariatus*. 27. Feb. ſuper apertione Rotuli. 10. Martij ſuper *Proceſſionibus fiendis apud S. Victorem*. 13. eiuſdem ad ſedandam litem ortam in Natione Gall. inter duos Magiſtros de Officio Procuratorio contendentes. 20. ſuper *executione cuiuſdam Arreſti ſuper facto Nominationum ex parte Facultatis Decretorum impetrati*.

1493. Anno 1493. pauca videmus Acta in Vniuerſitate digna Poſterorum memoria, in Reg. Facultatis Med. leguntur Comitia quædam habita, ſed de rebus non valde arduis. 3. Iunij *ſuper auditione lecturæ quarundam litterarum Regiarum*. 16. Ad celebrandas ſupplicationes ad D. Germani Autiſſiodorenſis. 17. *Ad dandum Deputatos ſuper correctione ſtatus Regni*. 4. Iulij pro adeundo Rege ſuper curſu Priuilegiorum. 18. Aug. ſuper correctione Scholarium extra Collegia manentium. 19. Super reuocatione cuiuſdam Cordigeri. 9. Septemb. ad audiendum quid ferrent litteræ Regiæ ſuper congregatione Eccleſiæ Gallicanæ ad reformandam diſciplinam & prouidendum Suppoſitis Vniuerſitatis. 28. Ad celebrandas ſupplicationes. 3. Octob. ſuper reſignatione quorundam Officiorum. 18. Super litteris quibuſdam congratulatorijs ad ſummum Pontificem Alexandrum & ad Collegium Cardinalium mittendis, in gratiam Cardinalis S. Dionyſij. Placet inſuper his inſerere litteras Scholaritatis à M. Ioanne Riuole, tum Rectore expeditas, quales leguntur in Codice Membranaceo Eccleſiæ Pariſienſis; quam gratiam debeo Herouuallio.

» VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Ioannes Riuolle Rector Vni-
» uerſitatis Magiſtrorum, Doctorum & Scholarium Pariſius ſtudentium
» ſalutem in Domino ſempiternam. vt ait Seneca, non amicitiæ reddas te-
» ſtimonium, ſed veritati. Et huic conſonat verbum Philoſophi 1. Ethic.
» dicentis quod ambobus exiſtentibus amicis, ſanctum eſt præhonorare ve-
» ritatem. Hinc eſt quod nos non ſolum amicitia moti, ſed etiam veritati
» verum teſtimonium perhibemus, quod Dilectus noſter venerab. & diſ-
» cretus vir M. Ioan. Saulay Preſbyter in Artibus Magiſter, Canonicus præ-
» bendatus inſignis Eccleſiæ Pariſ. ac Curatus Eccleſiæ Parochialis S. Iu-
» liani de Lauenayo Cenoman. Diœceſis, fuit prout adhuc eſt de præſenti,
» ac eſſe intendit, verus & continuus Scholaris Pariſius ſtudens in veneran-
» da Decretorum Facultate ſub venerabili & doctiſſimo viro D. Nicolao
» Dorigny Decretorum Doctore actu Pariſius in prædicta Facultate Re-
» gente, D. noſtri Regis in ſua Parlamenti Curia Conſiliario, prout nobis
» extitit legitimè facta fides, & hoc omnibus & ſingulis, quorum intereſt,
» aut intereſſe poteſt, ſeu poterit quomolibet in futurum tenore præſen-
» tium certificamus. Quare nos dictum Scholarem eiuſve Procuratores
» Nuncios & familiares, ac omnia bona ſua quæcunque & vbicunque ſint,
» ſub noſtra & dictæ Vniuerſitatis protectione, tuitione, tutela, cuſtodia,
» ac ſaluagardia ponimus per præſentes, ipſumque Scholarem priuilegijs,
» franchiſijs & libertatibus dictæ Vniuerſitatis vti & gaudere volumus &
» defendi vbicumque ſe duxerit transferendum. In cuius rei teſtimonium,
» Sigillum Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ præſentibus litteris duximus ap-
» ponendum. Datum Pariſius anno Domini 1493. die 8. menſis Octob.

1494. Anno 1494. obijt Guillelmus de Rupeforti Franciæ Cancellarius, cui parentauit Vniuerſitas, eiuſque laudationem quâ decuit pompâ & gratitudine celebrauit. Nec ſtatim ei ſuffectus eſt ſucceſſor, ſed ſigillorum

Regiorum cuſtos Adamus Fumæus conſtitutus Libellorum ſupplicum antiquiſſimus Magiſter, ad quem ſic Robertus Gaguinus: *Non permittit morbus quo diu grauiterque ſum afflictus, fortunæ tuæ gratulari, quæ gratiam atque dignitatem tuam fecit his diebus auctiorem, nunc morbo paulùm leuatus dare ad te litteras duxi quo officium in te meum explerem: itaque tametſi Guillermi mors mihi moleſta eſt, gaudeo tamen te Cancellarij loco aſſidere, & Iuſtitiæ adminiſtrationem tibi eſſe creditam. Rerum enim humanarum experientam abundè calles, neque ſurreptum iri tibi aliquid iniquum poteſt. Igitur ita age ne à recto declines, nec fortunæ recens hæc benignitas ab amicorum beneuolentia te reddat alienum: perſuaſum enim mihi eſt, me corpore abſentem à tua non excidiſſe memoria, quæ vt perpetuò hæreat, precor. Vale Pariſius pridie id. Decemb.* 1494.

Eodem anno cum Ioannes Trithemius Abbas Spenheimenſis librum edidiſſet *de laudibus S. Annæ*, & in 7. cap. de immaculata Virginis Mariæ Conceptione mentionem feciſſet, continuò quidam Wigandus Dominicanus aduerſus eum inſurrexit, eique magnas turbas excitauit, donec tandem per Rectorem & Vniuerſitatem Colonienſem concordia inter eos compoſita. Rem ſicipſe narrat in Chron. Spenheim. Huius occaſione *(ſcilicet cap. 7.)* ſurrexit quidam de Ordine Prædicatorum Wigandus Cauponis nomine, Prædicator Conuentus Francxfordienſis, homo quidem ſatis doctus, ſed temerarius nimiùm & ſuperbus: opus quantum ad Puritatem Conceptionis pertinet, impugnare voluit, litteras contra Trithemium, occultato ſcribentis nomine ſub Fratris Penſantis-manus vocabulo, per Nuncium incertum ad illum miſit, & quaſi malè de Conceptione ſcripſerit, ſatis tumidè increpauit. Cui Trithemius in hæc verba reſcripſit. Ægrè ferrem conuiciatua & opprobria, lector innominate! niſi te graui morbo animi laborare intelligerem, quem vſque adeo in te pręualuiſſe cernitur, vt experientia Medicorũ Principis Æſculapij neceſſaria ad tui curam videatur. In fine autem Epiſtolam ſic concluſit. Si Religioſus es, ſi Fraternæ Charitatis amator, à conuicijs & maledictis te modò cohibere non negligas, neque in tua prudentia contra immaculatam Dei Genitricem temere confidas. Niſi hoc feceris, erit tempus quo ſcripta tua irriſione digniſſima in caput tuum reiecta dolebis. Cum his litteris & alijs lectionibus Trithemius miſit virum quendam & eruditum ad Francofordiam (erat autem in Aduentu Domini) qui apud Prædicatores exploraret ſubtiliter quis eſſet ille Frater Penſans-manus. Is cum illò veniſſet induſtria vſus comperit eſſe præfatum Lectorem Wigandum Cauponis. Hoc cum ad Trithemium retuliſſet, ortum eſt grande litterarium inter eos bellum, quod fermè per biennium inter eos durauit. Mox enim aduerſus Wigandum plures viri doctiſſimi defenſores Marianæ Puritatis, metro ſcripſerunt & proſâ. Librum Trithemius & ſenſum eius de Conceptione eius puriſſimâ defenſantes. Biennio tandem elapſo, concordia inter Trithemium & Wigandum facta eſt per Rectorem Vniuerſitatis Colon. Vdalricum Kreitwys de Eſlingen Doctorem S. Theol. famoſiſſimum, Maioris Eccleſiæ Colon. Canonicum, ac Archiepiſcopi Conſiliarium, ac per Thomam de Scotia & alios ſacræ Theolog. Doctores: ita quod Wigandus opinionem ſuam contrariam puriſſimæ Conceptionis Mariæ & Trithemij opuſculo abiurauit, veniamque temeritatis ſuæ petere ab ipſo Trithemio compulſus fuit: & quod remiſſis iniurijs omnibus alter in alterum à modò inuectionem non ſcriberet. Nihilominus Prædicatores poſtea in Curia Rom. ſub Alexandro Papa VI. contra Trithemium impetrare, aut ſubdolè laborare conati ſunt, ſed nihil profecerunt. Habebat enim Abbas Trithemius ſibi conſtantiſſimè adhærentes Vniuerſitatem Pariſienſem, Colonienſem, Tubingenſem, totum Ordinem Carmelitarum, Ordinem Minorum, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ maiorem Cœtum Cardinalium, Archiepiſcopos, Epiſcopos & Principes multos, & pœnè omnem in Germania Clerum, ac viros doctos & eruditos innumerabiles.

CONTINVATIO DE CONCEPTIONE VIRGINIS.

Habemus quoque in Reg. Med. admonitam Vniuerſitatem per Curiam

Parlamenti, vt vagos & diſcholos, Scholares reprimeret, 19. Decemb.
1494. ob eam rem Comitia habuiſſe apud Math.

Et 19. Febr. iterum conueniſſe ad deliberandum ſuper controuerſia quadam intercedente inter Rectorem & Mercatorem quendam Pergamenarium; & ad audiendum articulos confectos ſuper reformatione Inſolentiarum. Item die 3. Martij, quo lecta ſunt quædam Capita ad eam rem pertinentia; videturque tum poſtulaſſe Facultas Medicinæ vt Baccalarij ſui ad Officia Facultatis Artium admitterentur, quemadmodum admitti ſolebant Baccalarij formati in Theologia; ſed nihil concluſum.

Die 26. Martij Comitia celebrata ſunt nomine 3. Decanorum Facultatum ad deliberandum de modo dirimendæ controuerſiæ ortæ inter duos electos Rectores. Iterumque 1. & 14. April. ob eandem rem.

1495. Anno 1495. lis orta eſt inter Regulares de ordine tenendo in ſupplicationibus Rectorijs. Conſtituit verò Vniuerſitas, vt ſuas rationes & momenta ſcripto proderent; qua de re ad annum ſequentem.

Die 26. Maij habita ſunt Comitia apud Math. ad conferendum Officium Quæſtoris Academici ærarij; ſed tum non videtur collatum.

Die 3. Iunij habita quoque ſunt Comitia *ſuper quodam ſermone facto* (Reg. Med.) *per Fratrem Ioan. Tiſſerant alibi quàm in Proceſſione ante Prandium.* 15. eiuſdem menſis ad deliberandum ſuper quadam controuerſia inter D. Rectorem & Lectorem Decretorum.

Die 16. Decemb. contentio accidit inter duos Rectores Electos, MM. Ioannem Auis & Ioa. Defoſſatis. 28. eiuſdem menſis habita Comitia ſuper reſignatione Capellaniæ Sauoiſianæ. 19. Febr. ad deliberandum de ſupplicationibus ad D. Dionyſij faciendis, provt à Rege mandatum fuerat. 5. Martij actum de modo exequendæ Concluſionis ſupradictæ die 19. Feb. factæ. 14. autem habitæ ſunt ſolemnes ſupplicationes. 19. habita Comitia ad referendum acta apud S. Dionyſium.

Cæterum hocce tempore ſe plurimùm depopulatam ſenſit Vniuerſitas orbatamque Scholaribus ob inauditam quandam litem & ſcabiem lethiferam non adhuc viſam in Gallia, quâ qui infecti redierant ex expeditione Neapolitana, Galliam primùm infecerunt, deinde aliæ Europæ partes eadem infectæ. Extat apud M. Petrum Burrum Eccleſiæ Ambianenſis Canonicum Carmen de lamentabili querimonia Vniuerſitatis alumnorum ſuorum fugam exiliumque deflentis.

Quò ferar heu gemebunda Parens? quo dulcia quæram
Pignora? quis mœſtæ Genitrici reddet alumnos?
Deſeror infelix. Natos fuga corripit omnes,
Et velut inuiſum metuunt mea limina virus,
O Studijs inimica lues! ô dira nouerca!
Cur mihi tam grato coniunctos fœdere Natos
Eripis, abſorbens illos, formidine quoſdam
Præcipitans, qui nunc per deuia rura vagantur?
Cuius opem miſeræ demum ſperare licebit,
Vt tam lethiferæ ceſſet contagio cladis?
Atropos heu noſtris non nouit mitis adeſſe
Queſtubus, immò ſuas nimium properare ſorores
Vrget, & inuita filos abrumpere dextra,
Quid peperiſſe mihi, quid profuit vbere pleno
Progeniem lactaſſe? quid & mea labra labellis
Dulcibus, atque vlnis hos inſeruiſſe lacertos?
Cum tam præcipites Natorum cernere caſus
Cogar, ad ignotas reliquis fugientibus vrbes?

1495.

Olim mater eram denſo circundata fœtu
Nunc mihi de multis vix extat millibus vnus.
Omnibus è terris properabant vndique Nati
Doctrinæ ſanctas hauſturi fluminis vndas.
Nunc (quod mœſta fero) ſitibundus pocula Clerus.
Noſtra fugit, fugiunt triſtes ſine meſſe coloni.
O Deus alme parens à quo Sapientia manat.
Et virtus & honos, cuius replet omnia numen:
Cuius Chriſticolæ celebrant ſolemnia læti
An patiere tuo viduari numine terras?
Hanc ego Francorum dignam magis omnibus arcem
Non inuiſa colo, tu me pater huc reuocaſti.
Romuleæ de ſede; illuc me Palladis arces
Tranſtulerant primum: nunc denique Pariſianam
(Quod meminiſſe iuuat) ſtatuiſti me ſator eſſe.
Vt gregis electi fierem cuſtodia ſolers:
Vtque fides per me reliquas manaret in vrbes.
O fœlix regnum; rus felix, limina fauſta
Fœlicem populum! (ſi fas mea facta probare)
Cui nouiſſe datum eſt per me ſecreta Tonantis.
Myſtica Philoſophos latuerunt dogmata: quamuis
Me colerent dulces præ cunctis rebus Athenæ.
Necdum etenim terris fidei vulgata proteſtas:
Credita nec fuerant legis præcepta nouellæ.
Quid mirum? Errabant homines ſine lumine; virtus
Tunc informis erat: Lex omnis conſcia falſi
Præter eam doctus Moſes, quam cepit ab alto
Præuia quæ inceſſit venturæ certa figura.
Aſt ego terrigenas iam nunc monumenta ſalubris
Hîc doceo vitæ: quo cœlum limite quærant.
Quo vitent ſani tetros Plutonis hiatus,
Hic norunt quid iura vetent, quid conferat æquum:
Quo ſua ſeque ſimul quiuis munimine ſeruet.
Hic medicis locus, illos mea cura gubernat.
Morborumque docet cauſas nocuiſſe latentes.
Hîc ego ſeptenas annis puerilibus artes
Vberibus plenis ſuaui pro lacte propinquo:
Donec Fumifica ſtudij fornace repertos
Maior fomentis Maioribus educet ætas:
O Pater omnipotens cuius tam firma voluntas:
Vis ne locum mutem? quæ te ſententia vertit?
Incola cuius ero? quæ me auferet aptior ædes?
Rex vt adoptiuam Francorum me fouet vltro.
Atque ſuæ genti magno præponit honore.
Me miſeram! Tanti-ne patris vagabunda pererrem
Filia? Chriſticolæ linquam conſortia gentis?
Hîc mea tecta placent celebri conſtructa paratu.

1495. *Hîc natis alimenta meis ſumptuſque diurnos*
Larga miniſtrauit priſcorum cura parentum.
Si jubeas celeres accingar originis alas:
Teque boni fontem viſam, tellure relicta:
Sed tuus, ô genitor! cultus minuetur in orbe
Hæreſum & inſurgent incultis ſemina terris:
Induet omne ſolum tenebras, feret horrida tellus
Infœcunda boni, tribulos, zizania, vepres.
Errorum quotiens radices falce putaui?
Atque inſultantum deuici ſola cateruas?
Sum fidei murus (noſti) ſum firma columna
Templorum decus & vaſti ſum Lucifer orbis,
Da Pater vt maneam Francorum ſedula nutrix,
Nutrix egregios ſpargens per climata fœtus.
Erudiam clerum (nec me labor iſte grauabit)
Qui tua flagranti referas præconia voto.

1496. Anno 1496. die 26. April. conuenit Vniuerſitas ad recipiendam nominationem M. Roberti la Longue factam à Natione Normanica ad Curiam Parochialem S. Andreæ de Arcubus, vt legitur in Reg. Medic. *26. eiuſdem menſis (April.) congregata eſt Vniuerſitas ſuper præſentatione M. Roberti la Longue ad Curam S. Andreæ de Arcubus vacantem per obitum piæ memoriæ M. Ambroſij de Cambray Doctoris Decretorum, Cancellarij Eccleſiæ Pariſ. Magiſtri Requeſtarum Regis, nec non eiuſdem S. Andreæ vltimi & indubitati Curati, & hoc pro Turno Nationis Normaniæ.*

Die 20. Maij habita ſunt Comitia ad deliberandum de modo conſeruandorum Priuilegiorum, quæ Præfectus Mercatorum & Ædiles conuellere velle videbantur. Placuit nonnullos ſeligere qui cum ijs ea de re agerent. Et die 22. Iunij ſelecti illi retulerunt, quæ mens foret Præfecti & Collegarum; poſtulantium ſibi tradi Indicem, ſeu Rotulum Officiariorum Vniuerſitatis, qui die 11. Iulij porrectus eſt.

Die 18. Aug. conuenit Vniuerſitas ſuper diſcordia inter contendentes pro Officio Procurationis in Nat. Normanica. Item 22. Aug. iterum ſuper eadem re. 16. Septemb. habitis Comitijs lectæ ſunt litteræ Regis de Natiuitate Delphini.

Die 10. Octob. in Electione Rectoris orta eſt contentio inter MM. Rufi & Gerardum Militis: ad quam ſedandam Decani trium Facultatum conuenerunt cum ſuis.

Die 15. Martij conuocatâ Vniuerſitate ad deliberandum de lite inter Cluniacenſes & Benedictinos ex vna parte, & Auguſtinienſes ex altera *ſuper modo & ordine incedendi* in Proceſſionibus, placuit vtique parti iungere vt adiumenta cauſæ ſuæ producerent, vetitum interim ne quid noui fieret. **D. Rector Vniuerſitatis expoſuit & narrauit in præſentia eo-**

ORDO IN SVPPLICAT. RECTOR. „ rum (Religioſorum) diſturbia & ſcandala quæ ipſi Religioſi dictorum
„ Monaſteriorum & Ordinum conſueti erant facere & fecerant in eiuſmo-
„ di Proceſſionibus propter Ordinem incedendi. Quodque anno præterito
„ fuerant conuocati deputati & quandam Ordinationem ſuper hoc fece-
„ rant, quam de poſt ipſi Religioſi recuſauerant adimplere & intertenere,
„ ac de præſenti recuſant aliqui eorum. Quare requirebat idem D. Rector,
„ vt ipſa Vniuerſitas ſuper dicto ordine incedendi in ipſis Proceſſionibus
„ prouidere vellet & dignaretur, ipſiſque expoſitione & requiſitione fa-
„ ctis, ac lecta in dicta Vniuerſitate ipſa Ordinatione anno præterito facta
„ per ipſos Deputatos, *maturaque deliberatione per ſingulas Facultates & Na-*
„ *tiones*, provt moris eſt, præhabitis, concluſit ipſa Vniuerſitas quod præfa-
„ ti Religioſi infra menſem à die datæ præſentium penès eoſdem Recto-

rem & Vniuerſitatem, ſeu Deputatos eiuſdem, Titulos, Acta, inſtrumenta, litteras & iura eorum darent, producerent & afferrent; & quod interim nihil innouaretur; quibus productis, ipſa Vniuerſitas faciet, dabit & adminiſtrabit dictis Religioſis & Ordinibus iuſtitiam, ius & Ordinationem, ſeu ſententiam ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis. Datum & actum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ. 1496.

Anno 1497. ſæpè agitata quęſtio de Conceptione B. Virginis: tandem ſtatuto Facultatis Theologicæ terminata, vetitumque deinceps publicè ſuſtinere fuiſſe virginem conceptam in peccato originali: idque occaſione M. Ioannis Veri Dominicani Doctoris Pariſ. qui in oppido Deppa publicè concionando, aſſeruerat non fuiſſe à peccato immunem. Fecit tumultum concio: réque ad Vniuerſitatem delatâ, ſancitum nemi- De Conceptione B. V.
nem in poſterum in ſinum Academiæ & præcipuè in Ordinem Theologorum aſſumptum iri, qui non iuraſſet ſe pro immaculatâ Conceptione pugnaturum. Rem ſic narrat Trithem. in Chron. Spenheim. Eodem anno, *inquit*, quidam Doctor Pariſius fuit, Ordinis Fratrum Prædicatorum nomine Ioannes Veri, homo temerarius & præſumptuoſus qui in die Conceptionis puriſſimæ ſemper Virginis Dei Genitricis, vt mos eſt illorum hominum, in oppido quodam Deppæ Rothomagenſis Diœceſis publicè in Ambone prædicauit Beatiſſimam Virginem Mariam purgatam ab originali macula & non præſeruatam ſemper. Vnde citatus ad Vniuerſitatem Pariſ. Propoſitiones ſuas erroneas & falſas 15. die Sept. publicè reuocare & abiurare compulſus fuit, cum iuramento quod nunquam aliter de Conceptione B. Mariæ ſemper Virginis ſentire, credere, aut prædicare velit, quàm præfata Vniuerſitas determinauit. Sequenti autem die hoc eſt 17. menſis Sept. congregati ſunt apud S. Mathurinum in Ciuitate Pariſ. 82. ſacræ Theologiæ Profeſſores viri doctiſſimi qui omnes in eadem Vniuerſitate de rigore promoti, in præſentia totius Vniuerſitatis vno ore, vnaque ſententia ſtatuerunt & determinarunt: Quod nemo deinceps Prędfatæ Vniuerſitati adſcribatur, niſi ſe huius determinationis, quod videlicet Beatiſſima Dei Genitrix & Virgo Maria ſemper ab originali macula fuerit immunis & præſeruata, aſſertorem, ſtrenuumque propugnatorem pro viribus futurum confirmet iuramento. Ipſi etiam omnes antea iurauerunt ſicut in ſtatuto continetur, ſe omni tempore huic veritati puriſſimæ Conceptionis Marianæ firmiter adhæſuros. Mirum nobis videtur quod tantis viribus ſe nonnulli opponere audent. Horum exemplo prouocati ſacræ Theologiæ Profeſſores almæ Vniuerſitatis Colonienſis ſimile ſtatutum fecerunt, &c. 1497.

Die 23. Iunij in Electione Rectoris grauis orta eſt diſcordia inter duos Electos, ad quam ſedandam conuenit Vniuerſitas die 26. eiuſdem menſis. Sed & his temporibus contigit quoque inter duos Dominicanos contentio *ob lecturam*, vt aiebant, *Bibliæ*; quæ anno ſuperiore fuerat aliquo pacto à Theologica Facultate ſopita. Res erat eiuſmodi. Duo Dominicani Nationis, ſeu Prouinciæ Pictauienſis obtinuerant, neſcio quo pacto, à ſuo Prouinciali, vel Generali litteras quas vocabant Aſſignationis, ſeu Præſentationis contra morem, cum vnus tantummodò ſoleret præſentari. Facultas Theologiæ, rem ita per Deputatos deciderat, vt eorum alter anno 496. alter anno 97. legeret. Priore anno elapſo, vt voluit alter ſe accingere ad legendum, obſtitit tertius nomine Fourè aiens vices eſſe Nationis Franciæ, proque ea vice præſentatus ſupplicauit. Reſpuit eum Theologia eo quod pro eo anno alterum nempe Mailly deſignaſſet Fouré Vniuerſitatem appellauit, & parte altera vadimonium non adeunte, vindicias obtinuit. Theologia tunc vacante Curia Parlamentæa libellum porrigit Præpoſito Pariſienſi, queriturque tres alias Facultates inijcere falcem in meſſem alienam: interdicit Præpoſitus, immo comminatur carceres Rectori & Deputatis. Rector nihilominus ſententiam ab Vniuerſitate latam tueri pergit, interimque à Præpoſito Senatum appellat. Senatus poſt Martinalia de lite cognoſcit; ſed ordinem ſeriemque iuuat re-

ferre. Ergo vt legitur in Reg. Medic. Vniuerſitas congregata fuit 14.
1497. Octob. *ſuper diſcordia duorum contendentium ad lecturam Bibliæ in Iacobitis.* Dedit Vniuerſitas Deputatos. Theologi diem illis apud Caſtelletum dixerunt. Iterum Vniuerſitas conuenit die 21. eiuſdem menſis *ad deliberandum quid agendum contra Theologos qui actionari fecerant Deputatos.* Variè certatum eſt, vſque ad Martinalia. Reuerſa verò Curia aditur à Partibus. Rationes Partium leguntur in Senatuſconſulto quod die 23. Nou. latum eſt his verbis.

Arreſt du Parlement ſur le Lira *des Iacobins.*

„ ENtre..... Michon pour l'Vniuerſité de Paris, dit que ladite
„ Vniuerſité eſt compoſée de quatre membres ou de quatre Facul-
„ tez; C'eſt à ſçauoir de Theologie, de Decret, de Medecine & d'Arts.
„ Or chacune Faculté a la premiere connoiſſance de ce qui ſe commet par
„ les Suppoſts d'icelle Faculté. Meſmement quand il y a queſtion ou dif-
„ ferent entre deux ou trois, quatre ou plus de Suppoſts de la Faculté, la
„ Faculté d'iceux en a la premiere connoiſſance. Et ſi iugement eſt don-
„ né par la Faculté, & y en a appel, il reſſortit à l'Vniuerſité; c'eſt à ſça-
„ uoir aux trois autres Facultez enſemble. Et s'il y a appel de l'Vniuerſité
„ interietté, on en appelle ceans, tel eſt l'vſage & a eſté, quand la matie-
„ re s'y eſt offerte, ſoit pour la Rectorie ou autre diſcord. Et quand il y a
„ eu quelque iugement donné par l'Vniuerſité, on en a appellé ceans.
„ Dit que depuis naguieres il y a eu debat entre deux Religieux des Freres
„ Preſcheurs touchant la lecture de la Bible ou Conuent deſdits Freres
„ Preſcheurs de cette ville pour cette année. Sur ce debat la Faculté de
„ Theologie a appointé qu'vn nommé Mailly auroit la place & lecture,
„ dont l'autre Contendant a appellé en l'Vniuerſité. Or quand vne matie-
„ re eſt deuoluë en l'Vniuerſité, où les Parties ont eſté oüyes, pour plus
„ ſeurement en diſcuter, l'Vniuerſité depute aucuns en grand nombre.
„ Et pour ce l'Vniuerſité a deputé le Miniſtre des Mathurins & autres des
„ trois autres Facultez pour oüir les Parties & en diſcuter *nomine Vniuerſi-*
„ *tatis.*

„ Mais pour empeſcher cette voye, ceux de ladite Faculté ont pris
„ complainte en cas de nouuelleté, diſans eſtre en poſſeſſion & ſaiſine, que
„ l'Examen de leurs Eſcholiers leur appartient & qu'aprés qu'ils ont exa-
„ miné, ſoient idoines ou non, il leur loye de les mettre en tel ordre que
„ ils veulent ou du tout les déchiffrer ou expeller, *etiam ſine cauſa & pro*
„ *libito.* Or ils ont pris la complainte contre le Recteur & les Deputez &
„ ont mis en procez l'Vniuerſité. N'ont les Deputez de l'Vniuerſité ceſſé
„ d'en connoiſtre & ont interloqué, que pendant le procez en cas d'appel
„ & iuſques à ce que les Parties euſſent produit, Celuy qui a appellé à l'V-
„ niuerſité, ioüira. Or eſtoit ladite Prouiſion neceſſaire. Auſſi celuy pour
„ lequel la Faculté a donné appointement, n'a eſté aſſigné par le General
„ de l'Ordre à ladite Lecture pour cette année, & n'eſt de la Nation de
„ France, qui eſt en tour d'auoir la lecture. Mais Partie voyant que l'on
„ vouloit iuger l'appellation, s'eſt tirée au Preuoſt de Paris, & a requis que
„ defenſes fuſſent faites audit Recteur & Deputez de non proceder plus
„ auant à la diſcuſſion dudit Appel. Lequel ordonne que defenſe *in forma,*
„ ſera faite audit Recteur. Mais depuis il reïtera leſdites defenſes ſur pei-
„ ne de priſon, de n'attenter ou innouer au preiudice du procés, *qui eſtoit*
„ *ſcandaliſer le Recteur & l'Vniuerſité.* Et pour ce le Recteur & l'Vniuerſité
„ ont baillé requeſte ceans, parce que l'Vniuerſité y a ſes cauſes cõmiſes &
„ requis que la cauſe ſoit ceans euoquée. Car le Corps de l'Vniuerſité n'eſt
„ tenu plaider ailleurs, & demande deſpens ou la Faculté de Theologie
„ le voudroit empeſcher, & défenſes particulieres au Preuoſt, que de cette
„ matiere il ne connoiſſe. Dit auſſi que nonobſtant ladite Requeſte le Pre-
„ uoſt a ordonné que l'on priſt quatre des Suppoſts de l'Vniuerſité priſon-

niers

niers: Dit outre qu'il a entendu que depuis la Requeſte baillée, ledit Preuoſt ou ſon Lieutenant a reuoqué l'Appointement interlocutoire donné par les Deputez, dont le Recteur & l'Vniuerſité ont appellé & conclud en ladite appellation, à mal appointé & bien appellé & à dépens. 1497.

Brinon pour la Faculté de Theologie, dit contre le Recteur & trois Facultez, que Partie a baillé requeſte, & a requis que la Cour retienne la connoiſſance de la matiere dont eſt queſtion. Toutefois l'Aduocat des Parties a paſſé outre & conclud en l'appel. Eſt ladite Faculté contente que le Principal demeure ceans & dit que ce qui a eſté fait deuant le Preuoſt de Paris, ç'a eſté durant les Vacations & le Parlement vacant. Dit outre qu'en l'Vniuerſité y a quatre Facultez; la plus noble & premiere eſt la Faculté de Theologie. Or en ladite Faculté y a pluſieurs Statuts, dont les aucuns ſont vniuerſaux, les autres particuliers. Des vniuerſaux la connoiſſance en pouuoit bien appartenir aux autres Facultez, comme *de habitibus deferendis, de iniurijs*, & autres. Au regard des Statuts particuliers, comme ſont ceux qui concernent les Articles de la Foy, & quand il eſt queſtion de quelque propoſition heretique, ou d'examen, ou repulſion, ou reception de leurs Bacheliers & Eſcholiers, elle ne ſe peut deuoluer auſdites autres Facultez, mais ſi on allegue abus, on vient ceans, & tel eſt l'vſage.

Or il eſt queſtion de l'Examen & reception de leurs Bacheliers, qui ne peut appartenir aux autres Facultez: Car ſi la connoiſſance deſdits cas pouuoit appartenir aux trois autres Facultez, il en viendroit pluſieurs grands inconueniens. *Car les Facultez de Decret & de Medecine, ne font chacune qu'vne teſte, & és Arts, il y a quatre teſtes ſelon les quatre Nations. Et par ainſi touſiours ſeroient les Artiens Iuges des matieres Theologales*; ainſi qu'il a eſté pratiqué en cette matiere. Dit que par Arreſt donné touchant la Rectorie d'Angers, fut dit que l'on procederoit *per Capita Deputatorum*. Or ſi en Decret & en Medecine il y a quatre Deputez, és Arts il y en a huict, & vont *per Capita*. Et par ce s'enſuiuroit que la Faculté des Arts, qui ſont ieunes Gens, au moins ceux qui ſuiuent les Congregations & à cette cauſe ſont incapables, vuideroient les Queſtions: qui ſeroit engendrer vne confuſion ſi grande, que les Artiens qui veulent acquerir le degré de Theologie, ſeroient eux-meſmes Iuges en leur Cauſe, & de leurs Maiſtres & Docteurs. A cette cauſe quand il y a eu appellation interiettée, on a touſiours recouru ceans, comme de Lallier & autres.

Dit qu'ils ont priuilege. Que les Mendians ne peuuent auoir Lecteur de Bible, qui ne ſoit preſenté & aſſigné de leur Prouincial ou General. Et le Preſenté doit auoir lettres de ſondit Prouincial, qu'il doit preſenſenter auſdits Maiſtres & Regens du Conuent; leſquels aprés qu'ils l'ont incorporé en leur Conuent, le preſentent à la Faculté *cum litteris aſſignationis*, qui ſont leuës en pleine Faculté, luy examiné par icelle, & s'il eſt trouué ſuffiſant *in omnibus ſecundum Statuta Facultatis*, il eſt receu. Or Mailly a eu ſa recommendation de ſon Prouincial de l'an 1496. la preſentée, les Maiſtres & Regens l'ont incorporé, a fait trois defenſes, a eſté trouué ſuffiſant, ſi a eſté preſenté à icelle Faculté par leſdits Regens.

Dit qu'on en a preſenté deux, c'eſt à ſçauoir Polin & Mailly; en ce faiſant on a tranſgreſſé les Statuts & par ce les renuoya la Faculté au General. Lors ils ſe tirerent à la Faculté, laquelle commit des Deputez, c'eſt à ſçauoir Cordier, Raulin, Foliot & le Prieur de S. Porcien. La matiere miſe entre leurs mains, fut conclu qu'attendu qu'ils auoient fait pluſieurs frais, ils ſeroient tous deux receus, l'vn pour l'année 496. & l'autre pour l'année 497. ils furent receus, & a couſté à de Mailly, qui eſt Religieux Reformé, bien 80. eſcus, ainſi qu'il dit.

Dit que neantmoins huict ou dix mois aprés la reception des deſſuſdits Fr. Iean le Cointe, qui n'eſt Regent & ſans lettre d'aſſignation, ſupplia à la Faculté pour Fr. Iean Fourré. Diſt la Faculté qu'il ne ſeroit receu. A cette cauſe le Cointe trois mois aprés ſe porta appellant aux trois Facul-

" tez. On a depuis remontré qu'il eſtoit queſtion de l'Examen des Bache-
1497. " liers & qu'ils n'eſtoient deliberez de plaider par deuant les trois autres
" Facultez ; leſquelles ont dit qu'elles en connoiſtroient. Et pour ce que
" le Parlement eſtoit lors vacant, la Faculté de Theologie s'eſt tirée vers
" le Preuoſt de Paris qui eſt leur Conſeruateur, ont pris complainte diſans
" eſtre en poſſeſſion, qu'aprés qu'ils ont examiné leurs Bacheliers, & qu'ils
" ſont receus ou priuez par la Faculté, ceux des trois autres Facultez n'en
" peuuent prendre connoiſſance, & requirent que défenſes fuſſent faites
" aux Deputez. Ce nonobſtant ils vont aux Mathurins & donnent vne
" Sentence, par laquelle ils reçoiuent Fourré en premiere inſtance, ſans
" ce que Fourré ſe portaſt iamais Partie en ladite Faculté contre Mailly.
" Neantmoins diſent qu'il ſera receu à lire la Bible, & mettent hors Mail-
" ly ; & ſi diſent qu'ils connoiſtront en premiere inſtance des Statuts de la
" Faculté. Ont ceux de la Faculté montré ladite Sentence au Preuoſt ou
" ſon Lieutenant, donnée depuis les défenſes données par le Preuoſt &
" reïterées, qui a caſſé tout ce qui a eſté fait au preiudice de la complainte,
" dont le Recteur & les trois Facultez ont appellé.

" Dit qu'elle conſent que la cauſe demeure ceans, perſiſte en ſa com-
" plainte & requiert que Parties y defendent. Touchant l'appellation de
" Partie, elle n'eſt pas receuable ; car la Faculté s'eſt conſtituée complai-
" gnante pour entrepriſe faite contre ladite Faculté & Statuts d'icelle, &
" viendroient de merueilleux ſcandales & abus, ſi les autres Facultez a-
" uoient la connoiſſance de l'appellation interiettée de ladite Faculté, tou-
" chant l'Examen & reception de leurs Eſcholiers & autres Statuts parti-
" culiers concernans le fait de leurs Eſtudes. Eſt la complainte contre eux
" executée & y ont pris aucuns delais. Or quand il y a complainte execu-
" tée, on ne doit rien faire au preiudice d'icelle. Eſt la ſentence donnée
" par les Deputez contre ladite complainte & ont voulu prendre connoiſ-
" ſance de ce qui appartient à ladite Faculté & dont eſtoit procez en Cour
" ſeculiere. *Et ſic*, le Preuoſt a tout caſſé. D'en auoir appellé, ils ne ſont
" pas receuables. Auſſi quand il y a procez entre aucunes Parties parde-
" uant vn Iuge Seculier, il n'eſt loiſible le tenir en procez pardeuant au-
" cun Iuge Eccleſiaſtique. *Et ſic*, ne ſeroit l'appellation receuable. Et ſi
" pouuoient venir ceans demander leur prouiſion, ou pardeuant le Iuge ou
" la cauſe eſtoit pendante.

" A ce que la premiere connoiſſance d'abus appartient aux autres Fa-
" cultez, dit que ſi auoit abus concernant l'Vniuerſité en general & qu'il ne
" fuſt point queſtion de l'Examen & reception des Bacheliers, ou Queſtion
" de Theologie, ou Article de Foy, ils en pourroient connoiſtre. *Ne pren-*
" *nent auſſi iamais ceux de la Faculté connoiſſance des Statuts de la Faculté de Me-*
" *decine, ou Decret, ne des Arts concernant le fait de l'Eſtude de leurs Eſcholiers.*

" A ce qu'il y a eu debat entre deux, dit qu'il eſt vray, c'eſt à ſçauoir Po-
" lin & Mailly ; mais il n'y en a eu auec Fouré. Auſſi la concluſion de la Fa-
" culté a ſorty effet huict ou dix mois. *Et ſic*, la fonder deſſus l'appel, il n'y
" a apparence.

" A ce qu'on a fait commandement au Recteur & aucuns Deputez ſur
" peine de priſon, dit qu'ils n'ont voulu obeïr, & que pour leur contumace,
" ledit Preuoſt fit les defenſes comminatoires qui n'ont eſté executées. Si
" dit que l'appellation des Parties a eſté receuable, au moins valable & de-
" mande depens.

" Poulain pour M. Iean le Cointe Docteur en Theologie, Religieux de
" l'Ordre des Freres Preſcheurs, dit que pendant le debat des deux pre-
" ſentez, la Faculté de Theologie vient par complainte priſe contre choſe
" qui eſt de droit. Et pour ce l'appellation & ce dont a eſté appellé, doit
" eſtre mis au neant, *etiam* la complainte. Car il n'eſt queſtion que de ſça-
" uoir où reſſortit l'appel, qui eſt queſtion de droit. Dit qu'il eſt Docteur
" paſſé à 20. ans. Mais c'eſt le Statut & vſage & le conteſte de Theologie,
" que quand on void le different de deux d'auoir la lecture de la Bible, leſ-

quels ſe diſoient aſſignez pour la Lecture, on les a renuoyez aux Superieurs pour ſçauoir lequel ils ont aſſignez. *Et ſic*, à eux en appartient l'aſſignation par tour à chacune Nation. Or en 496. on en enuoye vn de Poitou; vn autre de cette Nation vient, diſant eſtre aſſigné par Superieurs. *Et ſic*, ce ſont deux Contendans de la Nation de Poitou pour l'an 496 la Faculté les renuoye au Superieur ou à l'Ordre, pour ſçauoir lequel veritablement eſtoit aſſigné. Aprés les Contendans ladite Aſſignation de ladite Nation de Poitou pour ledit Temps 96. pour euiter les frais & vexations d'aller au Superieur, compromettent en quatre Arbitres de ladite Faculté qui diſent que l'vn fera ladite année la Lecture, & l'autre qui venoit qui eſt cette preſente, l'auroit l'autre Contendant. 1497.

Remonſtre ledit le Cointe, pour ce qui touche le droict de ſon Ordre qu'il eſtoit illec ſeul, *quod illud ius eſt inadmiſſibile*, & qu'on ne ſouffrira qu'il diuiſe le lieu & oſte le droit à celuy auquel il appartient de ladite année enſuiuant, qui doit eſtre non de ladite Nation de Poitou, mais de la Nation de France & pour ce en a appellé. Mais l'appel va en l'Vniuerſité qui baille de chacune des autres Facultez des Deputez pour connoître de l'appel, *vt iuris & moris eſt*, leſquels en decident, *& ſic*, s'efforcent en prendre connoiſſance. Et y a apparence. Si dit qu'en enſuiuant droit commun, la Cour doit renuoyer la cauſe en l'Vniuerſité, ſi la Cour n'en veut retenir la connoiſſance.

Dit qve le Lira ne ſe peut changer, ne faire tort à celuy de la Nation de France, qu'il n'ait ſon an. Car chacune Nation met douze ans à venir à ſon tour. *A ce qu'il recoure à l'Vniuerſité, & qu'elle bailiera des Deputez de la Faculté des Arts, qui ſe trouueront en plus grand nombre; dit qu'il ne s'enſuit rien. Mais ſi on les a ſuſpects ou qu'ils greuent, que on en appelle, & que l'on garde le droit & l'vſage ancien de l'Vniuerſité. Et en pourroient les Theologiens autant dire du Recteur, qui eſt touſiours de la Faculté d'Arts.* Si dit que tout ſe doit mettre au neant, s'il ne plaiſt à la Cour adiuger pour celuy de la Nation de France, lequel ils ne peuuent contredire ne repulſer. Car ils l'ont examiné & trouué ſouffiſant. *Igitur*, puiſqu'il eſt en ſon an, on ne le luy peut oſter.

Le Maiſtre pour le Procureur du Roy dit, que la Cour peut euoquer le Principal. Mais il y a le cas particulier qui eſt de ſçauoir qui Lira, qui requiert celerité. Et a la Cour accouſtumé, en tel cas, commettre aucun des Conſeillers. Si requiert qu'elle y en commette aucuns qui ordonnent de celuy qui lira. Dit outre que l'vne des Parties a dit qu'il luy a couſté 80. eſcus en frais, qui eſt vne merueilleuſe exaction, & à intention requiert commiſſion pour informer.

Les Parties viendront au premier iour ſur le Principal; & touchant les Contendans à la Lecture, ils mettront ce qu'ils voudront deuers la Cour dedans huy, & baillera celuy qui n'a eſté oüy, vne ſcedule pour en ordonner dedans demain. Fait en Parlement le 23. iour de Nouembre 1497.

Quid deinde ſtatutum ſit à Senatu, impræſentiarum non habeo. ſuſpicari. tamen licet Fouré cauſam obtinuiſſe, contraque eum Facultatem Theol. non nihil ſtatuiſſe. **Vnde ab ipſa prouocatum eſt rursùs ad Vniuerſitatem.** Habetur enim in Reg. Facult. Medic. fuiſſe factam die 2. Ian. Congregationem Vniuerſitatis *ſuper appellatione Prioris Iacobitarum contra Facultatem Theol.* Legitur quoque Vniuerſitatem conueniſſe 8. Feb. ad terminandam diſcordiam ortam inter MM. noſtros Theologos ſcilicet Thomam Bricot & Thomam de Fontenayo. Item 8 Martij ſuper ſupplicatione D. Rectoris, *quia Theologi concluſerant quod non intereſſet Doctoratus primi iſtius Iubilæi, nec prandio*, quod videri poteſt ab ijs factum in odium litis. Cœterum non videtur prætermittendum id quod Facultas Theologica ad cauſæ ſuæ ſubſidium producebat, ne ſcilicet Senatus litem remitteret ad Vniuerſitatem, quoniam futurum erat vt Nationum Selecti, ſeu Deputati in negotio Theologico præualerent numero, ſeu pluralitate ſuffragiorum, iuxta id quod ab ipſo Senatu Decretum fuerat contra Recto-

rem Vniuerſitatis Andegauenſis qui contra Statuta Deputatorum Capi-
1497. tibus ſuffragia, ſeu voces numerantia concluſerant. Erant autem in illa Vniuerſitate, ſex Nationes & tres Facultates. In Comitijs verò Priuatis decem Deputati ſuffragium ferebant, ſex Procuratores Nationum, Andegauiæ, Britanniæ, Cenomaniæ, Normaniæ, Aquitaniæ, Franciæ. Tres Decani Facultatum Theologiæ, Medicinæ & Iuris Ciuilis, cum Procuratore Generali, ſeu Syndico. Rector verò vocem, ſeu ſuffragium non habebat, niſi æqualibus Deputatorum ſuffragijs. Sic enim habetur in Articulo 16. Reformationis factæ an. 1398. provt continetur in Codice Manuſcripto quem habui ab Herouvallio.

» Item quod omnes Prædicti (Decani, Procuratores & Procurator Ge-
» neralis) habebunt quilibet vocem ſuam in Collegio (id. vt ibidem intel-
» ligitur, *in Comitijs priuatis*) dempto *Rectore qui ſolum & duntaxat ſecun-*
» *dùm maiorem partem votum habebit & poterit concludere: quod ſi pares fuerint*
» *in vocibus, tunc locus erit gratificationi, aut poterit gratificare Rector in hoc ca-*
» *ſu; niſi tamen duo, vel tres Procuratores petant ſuper poſitis in deliberatione fa-*
» *cere Congregationem Generalem. Quo caſu Rector tenebitur eis concedere, etiam*
» *ſuper Concluſis illa die.*

» Et artic. 17. Item quod in his quæ Doctores in Generali, vel eorum al-
» rum tangent, ſeu tangere contigerit, Doctores ipſi, ſeu eorum alter vo-
» cem aliquam non habebunt; nec etiam intererunt in Collegio, quandiu
» factum eorum tractabitur, deducetur, ſeu etiam expedietur. Et idem in
» Nationum Congregationibus particularibus obſeruetur.

» Artic. 19. Item, *quod Rector tenebitur à maiori parte Nationum tam in Con-*
» *gregatione Generali quàm in Collegio, ſecundùm determinationem prædictam ſem-*
» *per concludere.* Tenebiturque ea ponere in deliberatione in Congrega-
» tione generali, de quibus per tres Procuratores, vt prædicitur, require-
» tur, etiamſi ob aliam cauſam facta ſit Congregatio generalis; & in Col-
» legio ponere etiam in deliberatione, quod ex parte vnius Procuratoris
» requiretur, ſub pœna periurij & priuationis ab Vniuerſitate. Et in ipſius
» Rectoris negligentia, aut contradictione Procurator Generalis illa vice
» locum teneat & concludat.

Artic. verò 96. poſt hanc epigraphen, *Statuta tangentia Collegium, vel Vniuerſitatem in Generali*, ſic legitur in ſtatuto. *Item ſtatuitur quod in Vniuerſitate Studij Andegauenſis ſemper concludi debeat à maiori parte Nationum. Et illud quod maior pars Nationum deliberat, pro Vniuerſitate reputetur. Facientes contrarium per priuationem puniantur.*

Similiter articul. 118. præſcribitur quinam habere ſeruareque debeant
» Claues Arcæ Communis. Item ſtatuimus pro omni ſecuritate & pace in-
» ter omnes quorum poteſt intereſſe, *quòd ſit vna Arca Communis* quæ di-
» catur ARCA VNIVERSITATIS, in qua reponantur priuilegia, ſtatuta,
» pecuniæ & ſigillum dictæ Vniuerſitatis & omnia alia quæ requiruntur eſſe
» ſub ſecreto & ſecurè. Et in illa Arca pro cauſis antedictis ſint ſeptem cla-
» ues cum Serruris, *quarum Clauium vnam habeat Rector penes ſe & ſex Pro-*
» *curatores dictarum Nationum, quilibet ſuam.* Adeo quod cum ex delibera-
» tione Vniuerſitatis, vel Collegij Doctorum & Procuratorum fuerit or-
» dinatum quod aperiatur illa Arca pro pecunijs reponendis in ea, aut ca-
» piendis de illa, aut pro negotijs alijs, teneantur prædicti venire & facere
» inſimul aperturam illius arcæ ad expeditionem negotiorum ex dicta ar-
» ca agendorum. Si autem contigerit Rectorem ſe abſentare, dimittat
» clauem ſuam, aut tradat Doctori antiquiori actu regenti, & conſimiliter
» Procurator alicuius Nationis dimittat clauem ſuam alicui probo viro de
» ſua Natione.

In eodem Codice continentur plurima alia Statuta diuerſis temporibus facta nempe an. 1428. 1431. 1453. 1464. 1483. 1488. deſcripta per M. Ioan. de la Baſtide Viuarienſis Diœceſis an. 1493. tunc Rectorem eiuſdem Vniuerſitatis.

Eodem anno die 1. Ianu. acta eſt prima Comœdia apud Heidelbergam

in Germania, auctore M. Ioanne Reuchlino Phorcenſi Germano, vulgò Capnione, in honorem Ioannis Dalburgij Epiſcopi Wormacienſis. Reuchlinus fuerat diſcipulus M. Ioannis Lapidani Theologi Pariſ. qui poſtea ſe ad Carthuſienſes contulit. Rudimenta Hebraïcæ linguæ à quodam Iudæo Adiaben-Iacob Spuono, cum legatione fungeretur apud Alexandrum VI. habuit. 1497.

Dvbia a Carolo Rege propoſita.

Cùm autem Carolus VIII. poſt ſuum ex Italia reditum, ſeriò Eccleſiæ Reformationi incumbere vellet, porrexit quaſdam propoſitiones Theologicæ Facultati ad deliberandum ſuper ijs, quæ continentur in veteri Codice Facultatis fol. 156. hoc modo.

Anno Domini 1497. die 11. menſis Ianu. ſacratiſſima Theologorum Facultas almæ matris Vniuerſitatis Pariſ. congregata fuit apud S. Mathurinum pro terminandis quibuſdam Quæſtionibus à D. noſtro Rege ad ſe tranſmiſſis ſuper quibus iamdudum fuerant dati 12. Deputati ex Magiſtris noſtris, diuquoque & per plures dies continuè per dictos Deputatos & alios fuerat diſputatum ſuper his. Quibus Deputatis auditis & conſequenter omnium Doctorum, Regentium & Magiſtrorum acceptâ vniformi deliberatione & concluſione, fuit per dictam Facultem concorditer reſponſum ad dictas propoſitiones affirmatiuè, videlicet ad primam qua quærebatur. "

A Sçauoir mon, ſi le Pape eſt tenu de dix ans en dix ans, aſſembler le S. Concile repreſentant l'Egliſe Vniuerſelle, & meſmement de preſent conſideré le deſordre qui eſt tout notoire en l'Egliſe, tam in Capite quàm in membris. Et reſponſum eſt quod ſummus Pontifex & Pater ſanctiſſimus tenetur de decennio in decennium congregare Generale Concilium vniuerſalem Eccleſiam repræſentans; & maximè nunc, cum tanta ſit deordinatio in Eccleſia tam in Capitibus quàm in membris, quæ cunctis notoria eſt.

Ad ſecundam qua quærebatur, *Et en cas de vrgente neceſſité, comme de preſent ou quand dix ans ſont paſſez aprés le dernier Concile, ſi le Pape eſt prié & ſommé de ce faire, & s'il eſt negligent ou differre, à ſçauoir mon ſi les Princes, tant Eccleſiaſtiques, que Seculiers & autres parties de l'Egliſe, ſe peuuent aſſembler de ſoy-meſme, & s'ils feront le S. Concile, repreſentant l'Egliſe vniuerſelle, ſans eſtre par le Pape aſſemblez.*

Dictum eſt determinatiuè, quod ſi tempore vrgentis neceſſitatis ſicut nunc, vel poſt decem annos ab vltimo celebrato Concilio, dictus ſummus Pontifex rogatus fuerit, requiſitus, ſummatus & monitus de ſic congregando dictum Concilium, vt ſupra, & facere recuſauerit & neglexerit, vel diſtulerit; tunc Principes tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares, & partes Eccleſiæ notabiles poſſunt ſe congregare, ſine hoc quod per ſummum Pontificem congregetur dictum Concilium Eccleſiam vniuerſalem repræſentans.

Ad tertiam quâ quærebatur. *Si en cas de vrgente neceſſité, comme de preſent ou aprés dix ans paſſez comme deſſus, vne grande & notable partie de la Chreſtienté, comme le Royaume de France ou le Roy repreſentant iceluy, prie, ſomme & admoneſte le Pape & les autres Parties de ſoy aſſembler & pouruoir à la neceſſité de l'Egliſe: & les autres Parties ou aucunes d'elles ſont negligentes, refuſantes ou dilayantes d'y venir; à ſçauoir mon, ſi ceux qui ſe trouueront, pourront celebrer ledit Concile ſans les autres, & pourueoir à la neceſſité de l'Egliſe.*

Dixit & definiuit prædicta Facultas quod tempore vrgentis neceſſitatis, vt nunc eſt, vel poſt decennium ab vltimo celebrato Concilio, vt ſupra dictum eſt, poſtquam aliqua bona magna pars & notabilis Chriſtianitatis, quemadmodum Regnum Franciæ, vel Rex Chriſtianiſſimus ipſius vices gerens rogauerit, ſummauerit & exhortatus fuerit dictum ſummum Pontificem, cæteraſque partes Eccleſiæ de congregando dictum Concilium & adipſum conueniendo, & de prouidendo neceſſitati Eccleſiæ, ipſe verò Pontifex, vel aliquæ prædictarum Partium fuerint recuſantes, negligentes, vel differentes de veniendo ad dictum Concilium, nihilominùs illi qui aderunt & comparebunt, poterunt ſine alijs non

1497. comparentibus dictum Concilium celebrare & neceſſitati Eccleſiæ prouidere. Actum anno & die prædictis.

Iratus erat Alexandro VI. ſummo Pontifici Valentino Hiſpano, quod Ferdinando Hiſpaniæ Regi faueret, Venetos, concitaſſet, Maximilianum Imperat. aduocaſſet, ſibique ſtruxiſſet inſidias, cum ex Italica expeditione in Galliam reuerteretur. Sed paulo poſt ſuum in Galliam reditum moritur Ambaſiæ vix agens 27. ætatis annum, 7. id. April. an. 1497. ad cuius funera euocata eſt Vniuerſitas, vt fusè explicat Robertus Gaguinus Author oculatus qui multis legationibus, vt ipſe ait, Carolo inſeruierat; & de cuius morte hoc Epigramma condidit,

Nunc tandem agnoſco ſtultus mendacia mundi:
Et ſpes exiguas, dum punctum viuimus æui.
Congeries nos fallit opum, nos fallit & ætas,
Nec fida vllis eſt quæſita potentia Regnis.
Deſerit elatos ſublimis gloria Reges:
Calcat & excelſum Mors protinus atra Tribunal.
Inde fidem ſi vis, repetito funera Carli.
Latè cuius erat omnis poſſeſſio Francus!
Cui tremefacta caput ſubmiſerat Appula Tellus.
Britoque depoſitis parebat ſubditus armis.
Quem Ligur & Veneti conſulto Marte petitum
Terribilem ſenſere manu, fortemque duello
Fornouij, multo maduit dum ſanguine campus,
Ille Pilâ dum forte videt colludere ſeruos,
Confeſtim abripitur, & vox occluſa fatiſcit.
Vix quater aſpirans ſeptena volumina ſolis,
Emoritur ſine prole, ſacrum diadema relinquens.
Iam perrumpe Alpes, multorum effunde cruorem:
Dilata Imperium, promitte Palatia Cœlo.
Cuique domus terra eſt longo ſeruanda ſopore.

1498. Audita eius morte Ludouicus XII. dat litteras 10. April. item 21. anno 1498. quibus mandabat defuncti Regis exequias quàm fieri poſſet honorificentiſſimè celebrari. Immo vt legitur in Reg. Medicorum, Comitijs Vniuerſitatis adfuit *Quidam Magiſter Domeſticus Regis defuncti, qui declarauit quomodo Rex intendebat & rogabat vt Vniuerſitas faceret in funeralibus Regis defuncti honorem Vniuerſitati poſſibilem & conſuetum fieri in talibus.* Pridie autem Kalend. Maias funus ad D. Dionyſij elatum cum accuratiſſima pompa quam Gaguinus teſtis oculatus deſcribit; de Vniuerſitatis ordine ſic ille. *Siniſtrum tenebat magno numero Pariſienſis Vniuerſitas, incipiens ab extremis Clamatoribus, & inde ſecundùm ſingularum Facultatum Collegia ſurſum ad Rectorem vſque verſus Epiſcopos. Rectori præibant Bidelli cum ſuis baculis & maſſis argenteis; nec aderant Scholaſtici omnes, ne per illorum multitudinem via arctaretur.* Et paulo poſt. *Siniſtrorſum præter Scholaſticos nemo incedebat. Eratque Rector è regione Prælatorum ſuo ordine poſtremus.*

Circa verò hunc ordinem notandum, quod cum à nonnullis Typographis fuiſſet excuſus & editus quidam Ordo in proceſſu Pompaque funerali obſeruandus contra veritatem antiquitatis & conſuetudinem priuilegiaque Vniuerſitatis, Rector cum Deputatis eiuſmodi Ordinem publicè comburi curauit. Qua de re ſic legitur in Reg. Academ.

» Anno Domini 1498. *die Martij* poſt Dominicam de Cantate 15. Maij
» fuerunt conuocati Deputati ipſius Vniuerſitatis ſuper 2. art. Primus fuit

ſuper impreſſione certarum Scripturarum concernentium Funeralia defuncti D. Caroli Regis ſuper modo incedendi, ac ſuper quadam ſupplicatione M. Iacobi de Hacqueville. Secundus fuit ſuper ſupplicationibus & iniurijs. 1498.

Quantum ad 1. art. *Viſis ipſis ſcriptis & Impreſſionibus in præſentia nonnullorum Impreſſorum ad hoc vocatorum, & attento quòd veritatem ſuper modo incedendi non impreſſerunt, ordinauerunt quod eadem Scripta in proceſſionibus eiuſdem Vniuerſitatis comburerentur.*

Quod attinet ad ſupplicationem prædicti de Hacqueuille, in hoc conſiſtebat. Litem habebat apud Curiam quam vocant Requeſtarum cum M. Nicolao le Conte quem aiebat Nominationum litteras ſubripuiſſe, quippe eas non inueniri in Rotulo Nominationum, proindeque petebat ab Vniuerſitate vt ad ſuam cauſam deſcenderet. Libellus ſupplex eſt eiuſmodi.

Honorando D. D. Rectori Cæteriſque ab Vniuerſitate Deputatis.

SVpplicat humillimè Iacobus de Hacqueville in Artibus Magiſter & in Iure Canonico Baccalarius. Cum ita ſit quod in quodam proceſſu ſuper poſſeſſorio moto & pendente coram DD. Requeſtarum Palatij Regalis Pariſ. inter M. Nicolaum Comitis Reum ex vna parte & dictum de Hacqueville ſupplicantem Actorem ex altera, ratione cuiuſdam Beneficij dicto ſupplicanti tanquam Graduato nominato collati, & dictus Reus duas Nominationes nullo modo Inrotulatas, ſeu in Rotulo Nominandorum non Irregiſtratas contra dictum ſupplicantem in dicto Proceſſu produxerit, quæ nunquam inrotulatæ, ſeu inregiſtratæ fuerunt, vt vobis Reuerendis Patribus, ac circunſpectis DD. per viſitationem Rotuli Nominandorum illius anni conſtabit. Idcirco his conſideratis, attentis etiam ſtatutis, conſuetudinibus ac communibus obſeruantijs, requirit dictus ſupplicans, quatenus dicta Statuta, conſuetudines, ac communes obſeruantias Vniuerſitatis Pariſ. inſequendo dignemini declarare *intentionem veſtram, ac Vniuerſitatis Pariſ. ſemper fuiſſe, ac eſſe quaſcunque Nominationis litteras in Rotulo Nominandorum non Inrotulatas, nec inregiſtratas fore, ac eſſe nullas, & quod tales & ſimiles nullo modo intendit Vniuerſitas pro veris Nominationibus approbare.* Et quoniam opus eſt dicto ſupplicanti dicta Declaratione, idcirco ſupplicat & requirit dictus ſupplicans, *quatenùs velitis dictam declaratione illi communicare ſub forma authentica & ſigillo Vniuerſitatis*, vt poſſet & valeret, tam dicto ſupplicanti quàm etiam alijs huius Vniuerſitatis Suppoſitis, cùm tales caſus euenerint, proficere ac prodeſſe. Et quia Scriba Vniuerſitatis eſt in hac re ſuſpectus & de facto ſuo hîc agitur, ideò requirit quatenus velitis dictam Declarationem illi communicare per manum alterius quàm per manum Scribæ, ſecundùm quod veſtris Reuerendis Paternitatibus videbitur. Et quoniam in vltima Congregatione fuit concluſum quòd ſi tales Nominationes non inuenirentur inrotulatæ, quod pro tunc declarabuntur falſæ & nullæ, idcirco & attento quod dictæ Nominationes non ſunt inrotulatæ, requirit dictus Supplicans quatinus dictam Concluſionem inſequendo velitis dictas Nominationes declarare falſas & nullas. Inſuper requirit dictus Supplicans adiunctionem Vniuerſitatis, prout in vltima Congregatione requiſiuit.

Auditis ergo partibus, *poſtquam dictus M. Nicolaus le Comte medio eius Iuramento ad pectus facto aſſeruit ſe nominaſſe & ſe inſcripſiſſe manu propria in Rotulo & libro M. Ioan. Perdo, ac durante eius Rectoria ad collationem D. Epiſcopi, Decani & Capituli Eccleſiæ Pariſ. & ad aliam collationem Abbatis Conuentus..... Supplicationi dicti de Hacqueville minime annuerunt, ſed Partes remiſerunt proceſſuras coram DD. Requeſtarum, vbi erant in proceſſu.*

Statim verò poſt inaugurationem Ludouici ſæpè habita ſunt Comitia, præſertim verò diebus 11. & 25. Aug. Item 20. Octob. ad agendum de priuilegijs eorumque confirmatione poſtulanda. Imprimis verò placuit ſingulos Ordines ſuorum Statutorum reformationi incumbere. Nationi

1498. quidem Gallicanæ propoſiti ſunt à nonnullis articuli ſequentes conſcripti in Quaternione Papyraceo in Chartophylacio Nauarrico.

Propoſita Reformatio Nationis Gallicanæ.

SEquuntur ea quæ aduiſata fuerunt & executioni demandanda iuxtà Concluſiones venerandæ Nationis Gallicanæ ſcriptas tempore Procurationum venerabilium virorum M. Nicolai Malingre & M. Adriani Ganelli pro maxima vtilitate dictæ Nationis, attentis potiſſimè magnis impenſis & tenuitate pecuniarum in Recepta Ordinaria dictæ Nationis.

„ Et 1. quia in vltimis Compotis plurium Receptorum Natio fuit debi-
„ trix Receptoribus occaſione impenſarum quæ excedunt antiquam con-
„ ſuetudinem *propter multitudinem Regentium*, & aliarum Impenſarum ex-
„ traordinariarum, videtur expediens, ac maximè neceſſarium reſcindere
„ de ſumma 20. ſcutorum quæ ſoliti ſunt Receptores tempore ſuæ Receptæ
„ percipere, ſummam 80. ſcutorum auri, provt ſæpenumero fuit conclu-
„ ſum & ordinatum per dictam Nationem.

„ Item & quia multæ & magnæ Impenſæ fiunt pro prandijs DD. Regen-
„ tium, videtur vtile admodùm atque *neceſſarium de quatuor Prandijs vnum*
„ *de Quadrageſimalibus reſcindere, videlicet primum. In prandio verò Æſtiuali*
„ *fieri ſolito apud Gentiliacum vel S. Marcellum, non excedere ſummam 20. libra-*
„ *rum Pariſ. vna cum pecunijs prouenientibus de nouis Regentibus in Albaſtro, ſeu*
„ *ærario dictorum DD. Regentium exiſtentibus.*

„ Item quod in Concluſionibus & in negotijs Nationis non adhibeatur
„ fides ſolummodò ſignetis Procuratorum & Decanorum, niſi etiam ap-
„ ponantur ſigneta Deputatorum Prouinciarum & maximè virorum gra-
„ uium. Et hoc intellige in materia diſtributionis pecuniæ, vel in donis
„ clanculùm à Natione petitis.

„ Item & bonum eſſet vt duo viri graues Nationis per eandem Nationem
„ electi habeant Coffri & Theſauri Nationis & non ſigilli claues vltrà claues
„ quinque Decanorum, vt ipſi Decani non adeant Coffrũ & Theſaurum ip-
„ ſius Nationis abſque Deputatorum clauibus, quia frequenter ipſi Decani
„ per ſuos famulos mittunt claues ſuas & negligenter ſe habent in apertione
„ Theſauri. Qui quidem Deputati ſingulis annis poterunt continuari, vel
„ de nouo eligi & ſine ſtipendijs intuitu honoris & vtilitatis Nationis.

„ Item quia aliquando Decani alijs negotijs impediti, vel infirmitate de-
„ tenti claues Coffri & Theſauri Nationis per Bidellos mittunt, & aliquan-
„ do contingit omnes claues in manus Bidellorum peruenire, à modo ca-
„ ueatur ne Decani huiuſmodi claues per Bidellos, ſed per vnum Regen-
„ tem venerabilem cuiuſcunque prouinciæ fuerit, mittant, ne aliquis abu-
„ ſus poſſit committi.

„ Item in feſto S. Guillelmi pro prandio Prælati omni tempore datur
„ ſumma duorum ſcutorum auri, veluti ſæpius per dictam Nationem exti-
„ tit concluſum, ſic faciendo. Videlicet ſi ſit dies Carnium, Receptor mit-
„ tet ad domũm Prælati vnum diſcum honeſtum, videlicet duos Capones,
„ duos Cuniculos, duas perdrices, duo roſtrata Gall. Begaſſes. In die ve-
„ rò Piſcium vnum brocquetum, carpam & anguillam. Circa prandium ve-
„ rò mittet duas Quartas boni vini & vnam Quartam Ypocratis. Et nihil
„ vltra facere caueat Receptor ſub pœna perditionis & infamiæ.

„ Item in dicto feſto S. Guillelmi Procurator, Receptor, Decani & Bi-
„ delli habebunt ſolum ſuas diſtributiones, vt in feſtis B. Mariæ Virginis,
„ S. Nicolai & S. Catharinæ; videlicet Procurator 6. ſolidos Turon. &
„ Receptor totidem. Decani verò & Bidelli dimidiatam partem; puta
„ quilibet eorum 3. ſolid. Turon.

„ In die autem craſtina S. Guillelmi, in qua diſtributiones Magiſtrorum
„ fiunt, prædicti Procurator & Receptor cum Decanis & Bidellis habe-
„ bunt ſolùm duplum Suppoſitorum, videlicet eorum quilibet duos duo-
„ denos. Et inhibetur amodò Receptori ſub pœna perditionis pecuniæ

datæ

datæ pro impenſis, ne faciat prandium Decanis & Bidellis in die S. Guill. nec in craſtino feſti. Nunc verò tollantur diſtributiones iſtæ ſolitæ fieri in feſto S. Guillelmi propter raritatem pecuniarum & Scholaſticorum in Artibus ſtudentium. 1498.

Item ex nunc tollantur Cerei ſoliti dari in feſto Purificationis propter grauamen & iacturam illatam Vniuerſitati & Nationi Gallicanæ, & propter abuſus maximos factos à Receptoribus, & impenſas maximas ſolitas fieri in huiuſmodi diſtributionibus Cereorum; maximè quia offerebantur paſſim DD. de Parlamento & alijs Conſiliarijs ad libitum & voluntatem Receptoris & Decanorum recipientium huiuſmodi cereos.

Item ſi Rector ſit de Natione, fiant duo Cerei ceræ albæ quorum vnus erit pro ipſo Procuratore, & alter dabitur D. Rectori. Pro Receptore autem & quinque Decanis fiant ſex Cerei etiam ceræ albæ. Nunc verò tollatur iſte articulus cum cereis Magiſtrorum graduatorum prædictæ Nationis, niſi fortaſſe prouideatur modo honeſto & rationabili de vtroque articulo.

Item quoniam Prandium Officiariorum eſt oneri Nationi & nullius valoris, amodò omnino reſcindetur, nec aliquo; modo fiet.

Item in diſtributionibus DD. Regentium multi abuſus committuntur ad quos euitandos antiquior Regens qui erit in Veſperis die Veneris & in Miſſa die Sabbati recipiet pecunias à Receptore datas in Choro coram omnibus & eas ibidem computabit, & diſtributionibus per dictum Regentem factis relationem Receptori manu propria ſignatam dabit. Quam Receptor in ſuis Compotis tenebitur oſtendere.

Item antiquior Regens diſtribuet pecunias, & ſi non fuerit ſemper præſens, ipſe deſignabit aliquem ſub eo Regentem qui ſupplebit abſentiam ipſius, quatinus tollatur iſta varietas ſignantium & exhibentium huiuſmodi relationes prædicto Receptori, & vnus ſolum inter Regentes antiquior ſemper ſignet, vel eius delegatus, vt ſit magis diligens ad videndum rationem ipſius Receptoris. Et talis Antiquus Regens erit Deputatus natus ad audiendum Compota Receptoris, ne fiat aliquis dolus à Receptore.

Item amodò Receptores dabunt cautionem ſufficientem illicò poſt ſuam Electionem de ſumma 200. lib. Pariſ. & antequam ad dictum Officium recipiatur, præſtabit ſuper hoc iuramentum, & in fine Compotorum iurabit idem Receptor quòd non fecit aliquam fraudem in ſuis Compotis.

Item ſi contingat interdum aliquam rem comparare pro dicta Natione, caueatur ne quicquam detur comparantibus, vel ementibus vltra ſummam 4. ſolid. Pariſ. quia alias multi facti ſunt abuſus.

Item pro taxatione Burſarum tum Baccalariorum, Licentiatorum & Magiſtrorum obſeruetur ſtatutum in quo continetur quod Magni Portioniſtæ non Beneficiati neque Nobiles, habeant pro qualibet Burſa ſoluere ſummam 8. ſolid. Minores verò Portioniſtæ conditionis prædictæ ſummam ſex ſolidorum. Cæteri verò Martinetæ, vel Cameriſtæ Pauperes ad minus ſummam 4. ſolidorum: ſi verò tales Baccalariandi & Licentiandi ſint Beneficiati, vel Nobiles, taxentur Burſæ ad diſcretionem Procuratoris.

Item quoniam Bidelli committunt multos abuſus tam in Determinantijs & Reſponſionibus quàm in Magiſterio exigentes pecunias à Baccalarijs licentiandis præter ordinationem Facultatis, ad coërcendos illos abuſus, vigilantiſſima cura eſt adhibenda. *Quoniam in Gradu Magiſterij ipſi exigunt pro* Placet, *vnum Francum, aut ad minus 12. ſolidos Pariſ. de cætero corrigantur tales inſolentiæ Bidellorum, ſicut corriguntur & emendantur alij abuſus in Natione*, & quod detur prouincia D. Procuratori qui tunc erit in tempore Determinantiarum, Reſponſionum & Magiſterij, quòd ipſe vigilet & quod obſeruentur Statuta ſcripta in tabulis pendentibus tam in magnis Scholis Franciæ quàm in Collegio Nauarræ, in Sacello. CONTRA BIDELLOS.

1498. » Item de iſtis Bidellis oritur continuò aliqua rixa & infiniti abuſus pro-
» cedunt, quibus Natio habet maximum detrimentum & Scholares patiun-
» tur maximam iacturam. Amodò ſtatuitur quod Bidelli faciant Regiſtra
» de Magiſtris, in quibus Regiſtris inſcribantur nomina Magiſtrorum &
» Licentiatorum, ſecundùm valorem Burſæ, & tenebuntur prædicti Bidelli
» exhibere illa Regiſtra in Compotis faciendis, vt plenius appareat quod
» Receptor nullam fecit fraudem in ſuis Compotis: & ad hoc faciendum
» habebunt prędicti Bidelli litteras Baccalariorum quas recipient à D. Ten-
» ratore Pariſienſi quolibet anno; quoniam laborioſum eſt valde legere in
» Compotis Receptoris litteras tam Baccalariorum quam Receptoris.
» Item fiat Congregatio ſolemnis trina vice ad tollendos abuſus iſtorum
» Bidellorum & quod viriliter procedatur aduerſus eos, quia ipſi nunquam
» voluerunt obedire ſtatutis Nationis, maximè his quibus reſcinduntur
» eorum furta & inſolentiæ, ne denique ipſi ſint ita capitoſi & elati. Simi-
» liter vt ipſi exhibeant bonos fideiuſſores qui ſint ſufficientes ad facien-
» dum Cautionem pro eis de rebus Nationis quæ ſunt apud eos, præſer-
» tim de Maſſis. Quia frequenter in Natione ortæ ſunt multæ querimoniæ
» de Ambroſio magno Bidello qui non dedit Cautionem ſufficientem pro
» Maſſa: Nam quidam Apothecarius vocatus Eſchart remanſit apud Na-
» tionem quittus & deonerauit ſeipſum à tali Cautione antea facta pro di-
» cto Ambroſio quamuis dictus Eſchart maneat ſemper obligatus Nationi,
» ſicut apparet per litteras exiſtentes in Theſauro, licet ipſe Eſchart di-
» cat ſe habere litteras quibus remanet deoneratus & quittus à Natione.
» Item & quoniam Bidelli nolunt interdum obedire ſtatutis Nationis, ſi
» contingat ipſos tanquam rebelles, quod abſit, nolle obedire ſtatutis exi-
» ſtentibus in Tabulis pendentibus tam in magnis Scholis Franciæ quàm in
» Capellania Regalis Collegij Nauarræ, ſtatuatur vt reſcindantur Burſæ
» quas ipſi percipiunt à D. Receptore, & quod omnino nihil recipiant im-
» primis. Etſi noluerint deſiſtere, fiat Congregatio contra ipſos & quod
» deponantur tanquam inobedientes, vt ſeruetur in dicta Natione antiqua
» honeſtas Prædeceſſorum noſtrorum.
» Item à cætero non fient pro quacunque re aliæ expenſæ à ſupradictis
» abſque matura deliberatione Nationis ſolemniter congregatæ per iura-
» mentum. Et iſta habeant Procuratores iurare, Receptores & alij Natio-
» nis Gall. Adminiſtratores. Maximè in quantum tangit donationes tam
» pro filiabus Bidellorum dotandis in matrimonio, ſicut factum eſt hac ęſta-
» te, quam pro multis ſupplicantibus in Natione ſibi aliquid dari qui non
» meruerunt.
» Item quod in compotis Deputati à Prouincijs habeant examinare &
» claudere compota dictæ Nationis, & ſi quid actum fuerit abſque illis,
» irritum habeatur.
» Item ſimiliter, vt ſæpè numero extitit concluſum, licet illud minimè
» teneatur quod Procuratores habeant in principio ſuæ creationis iurare
» quod tempore ſuæ Procurationis inſcribant omnes Concluſiones in Re-
» giſtro Procuratorum & illas in facie Nationis & Deputatorum promul-
» gabunt. Qui Deputati habebunt illas confirmare vel infirmare, maxi-
» mè in Concluſionibus tangentibus pecuniarum donationem; licet illa
» quaſſatio non proficiat Nationi poſt illam donationem.
» Item quod fiant plures Codices de ſupradictis articulis & diſtribuantur
» Suppoſitis Nationis, maximè Officiarijs dictæ Nationis.
» Item antiquior Regens faciat Regiſtrum in quo faciat rationem de pe-
» cunia data DD. Regentibus tam in Miſſis ſolemnibus Vniuerſitatis quàm
» in quotidianis diſtributionibus pro Veſperis, Miſſa & prandijs DD. Re-
» gentium eiuſdem Nationis & quod in compotis dictus Regens exhibeat
» illud Regiſtrum,
» Item quod in compotis Receptorum audiendis eligantur de qualibet
» prouincia duo viri graues; quorum vnus fuerit Receptor, ſi reperiatur ali-
» quis & alius ſit grauis & maturus qui rectè cognoſcat facta dictæ Nationis.

Quia frequenter contingit pro illis Compotis audiendis eligi Iuuenes ignorantes rationem tam receptæ quàm miſiarum, in quibus Compotis quilibet Procurator præſentabit Papyrum ſuam ad videndum taxationes Burſarum & numerum Scholarium, & Bidelli dabunt Deputatis in primo Compoto nomina Baccalariorum & in 2. Compoto nomina Licentiatorum. In tertijs verò Compotis nomina Magiſtrorum de nouo Incipientium. 1498.

Item fiat Procuratio authentica in præſentia Notarij & Teſtium, ad cogendum omnes violatores prædictarum Concluſionum, & pro repetendis debitis Nationis & proſequendis omnibus & ſingulis negotijs dictæ Nationis.

Item & vltrà prouideatur ſuper multitudine Regentium, quia multi ſunt qui dicunt ſe habere materias qui forte non habent. Propterea neceſſarium erit deputare aliquos viros graues, qui habeant viſitare Lectiones ſingulorum Collegiorum per ſingulos annos, & referre & ordinare ſecundùm delationes eorum.

Hæc ſupradicta aduiſata ſunt per nonnullos zelatores pro vrgente neceſſitate ipſius Nationis, pro manutenentia cultus diuini, & agendorum negotiorum ipſius Nationis; in quibus ſi non prouideatur modo ſupradicto, vel alio meliori, peribit Reſpublica dictæ Nationis & cultus diuinus delebitur. Datum anno Domini 1498. die vero 12. menſis.

Die 24. Martij in Electione Rectoris exortæ ſunt turbæ ingentes ob electos diuerſimodè duos contendentes, MM. Ioan. Caue & Eligium de Vaugermes. Prior nempe electus fuerat per Quatuor-viros, ſeu Intrantes, more ſolito & recepto; alter verò per quatuor Procuratores, iuxtà vetus ſtatutum Simonis Legati, proindeque nouitatis accuſabatur. Eam verò ille vetuſtatem conatus fuerat in conſuetudinem reducere, ob frequentes rixas, contentiones & tumultus Electionum; quemadmodùm ex ſuperioribus annis conſtat.

Ergo 27. Martij conuenit Vniuerſitas ad deliberandum de modo ſedandæ diſcordiæ; de qua ſic legitur in Reg. Med. Die Mercurij 27. Martij ante Paſcha fuit Vniuerſitas congregata in Mathurinis hora ſolita mane, & fuerat mihi die præcedenti hora 7. Veſperi tradita ſcedula, vt die ſequenti, dictâ ſcilicet 27. conuocarem Magiſtros noſtros duobus ſuper articulis: primus ſuper aliquibus tangentibus viſceraliter honorem & pacem totius Vniuerſitatis. Quantum ad iſtum, expoſuit D. Rector qualiter fuerat ſua Electio celebrata, videlicet abſque vllis inſolentijs per 4. pacificos Intrantes indubitatos, qui vnanimes abſque controuerſia aliqua, & abſque clamoribus ſuam Perſonam in Rectorem elegerant: quare petebat ſuam dictam Electionem approbatam eſſe per Vniuerſitatem. Super quo deliberauit Facultas, quod eandem electionem habebat ratam & approbatam, parataque erat ei dare auxilium, conſilium & fauorem in agendis Vniuerſitatis. 2. Expoſuit D. Rector, qualiter M. Eligius de Vaugermes prætendebat ius in dicta Rectoria, *dicebatque ſe fuiſſe electum per aliquos Procuratores Facultatis Artium, ad quos ſecundùm formam ſtatutorum Apoſtolicorum approbatorum per Cardinales Simonem Legatum & d'Eſtouteville ius eligendi Rectorem ſpectabat, vt prætendebat dictus M. Eligius, non Intrantes, niſi demum Præfati Procuratores non potuiſſent concorditer in vnum Rectorem condeſcendiſſe.* Et hac de cauſa aperuit D. Rector, quod ipſo die Congregationis hora 7. mane erat citatus coram DD. de Parlamento. Quare petebat vt Vniuerſitas vellet deliberare quid acturus eſſet in hac materia inſolita.

TVRBA IN ELECTIONE RECTORIS.

Quantum ad iſtum 1. habuit Facultas D. Rectorem excuſatum de hora non aſſueta quâ conuocari fecit Vniuerſitatem, immò habebat ei gratias, quod ſuper his congregauerat eam, eò quod neceſſarium erat propter dictam citationem anticipare horam. 2. Diſplicebat Facultati plurimùm iſta nouitas eligendi Rectorem & inaudita diſſuetudo. Quare deliberauit Facultas, quod iniungeretur M. Eligio, ne poſthac tales

1498. » ſcrutaretur turbationes & nouitates, & quòd deſiſteret à ſua perſecutione. Quod ſi facere non vellet, ex nunc prout ex tunc Facultas priuabat eum. Nihilominus nominauit Deputatos honorandos Magiſtros noſtros Richardum Gaſſion & Ioan. Auis Beluacenſem, qui vnà cum Decano vſque ad Curiam Parlamenti D. Rectorem comitarentur. Conſequenter voluit quòd M. Eligius non amplius ſe intromitteret de rebus Vniuerſitatis, & quòd D. Rector moneret eum, vt ſi qua apud ſe haberet Vniuerſitatis priuilegia, monumenta aut litteras huiuſmodi, quod omnia redderet, aut deponeret in manibus Scribæ Vniuerſitatis.

Item quia inter concludendum per D. Rectorem fuit mentio facta de caſſatione Requeſtarum per DD. Decanos Super. Facultatum & DD. Procuratores 4. Nationum Sigillatarum, voluit Facultas quòd ea quæ per M. Eligium facta fuerant, caſſa eſſent & irrita. Approbauit tamen me Facultas de ſigneto meo dictis Requeſtis appoſito; tum quia erant iuſtæ & porrectæ DD. de Parlamento ante electionem Rectoris duobus diebus, continentes vt placeret Curiæ obuiare inſolentijs & clamoribus fieri ſolitis in huiuſmodi Electionibus; vt omnia pacificè fierent ſecundùm ſtatuta Vniuerſitatis Apoſtolica per D. Cardinalem d'Eſtouteville approbata. Continebat ſecunda vt prima approbaretur, deputari aliquos per Curiam, vel Oſtiarios, qui haberent huiuſmodi Electioni adeſſe ad turbationem tollendam. Quæ quidem Requeſtæ, quia viſæ ſunt Facultati iuſtæ & Canonicæ, quibus annuit Curia in forma, tum etiam quia Facultas audiuit eas non fuiſſe per me ſignatas niſi poſt ſigneta DD. Decanorum Theologiæ & Decretorum illis iam inſcripta, approbauit me Facultas in ſignationem huiuſmodi Requeſtarum. Verum vbi M. Eligius alias nomine ſuo priuato pro iure ſuo tuendo Curiæ porrigeret, Facultas eas caſſat & annullat. Sed illæ caſſationes nullæ ſunt apud Decanos, cum dictas non alias ſignauerint.

3. Articulus eſt ſupplicationum. Vbi ſupplicuit M. Robertus de Vallibus vt placeret Vniuerſitati permittere ipſum poſſe recipere ſtipendia ſua ſolita pro Officio ſuo, videlicet quia erat Vniuerſitatis Procurator; quoniam diu ægrotauerat morbo currenti quem plurimi *Inquinagram* vocant; quo tempore ſuæ abſentiæ *M. Eligius* fuit ſubſtitutus. Quantum ad iſtum non voluit Facultas quòd dictus de Vallibus aliquid reciperet de ſtipendijs, pro tempore ſuæ abſentiæ; quia tales pecuniæ dantur pro actuali labore; & eas M. Eligius loco de Vallibus ſubſtitutus pro ſuis laboribus perceperat; aliàs oporteret pro eodem labore duplicia dare ſtipendia. Verùm poſt hac, vbi dictus de Vallibus ſanius poſſet Vniuerſitati inſeruire, ſua ſolita pro tempore futuro perciperet ſtipendia.

Tum ſupplicuit M. Eligius per orationem ſcriptam ſperans ſic melius poſſe audiri quàm voce memori, qui fuit tandem auditus legens ſuam Supplicationem, quâ ſupplicabat Vniuerſitati vt vellet eum tueri in iure ſuo, ſi quod haberet, & non aliàs. Quantum ad iſtum, quia dictus Eligius videbatur velle ſuſcitare nouitatem inauditam, & contrà communem conſuetudinem; & etiam quia iam citauerat D. Rectorem in Curia Parlamenti in prima inſtantia non prius conſultâ Vniuerſitate, manſit Facultas in prius ſupra quoad ipſum deliberatis, & voluit quod Aduocatus Vniuerſitatis, præſente Rectore & ſua Comitiua, exponeret DD. Curiæ Parlamenti mentem Vniuerſitatis. Verùm quia D. Rector inter loquendum & ponendum in medium obtulit ſe velle priuari Officio Rectoriæ & omni honore, ſi eſſet concluſum quòd in ſua Electione fuiſſent commiſſæ inſolentiæ, vænalitates, aut Simonia, nominauit Facultas Deputatos nominatos in Congregatione Vniuerſitatis facta 19. Feb. qui haberent de huiuſmodi vitijs & erroribus, ſi quæ inuenire eſt, cognoſcere & ſecundùm Deum & conſcientiam ius vnicuique reddere.

Tandem itum eſt per Rectorem bona Comitiua circundante, ad Curiam, vbi expoſita eſt mens Vniuerſitatis per Michon Aduocatum, præſentibus omnibus. Poſtea fuit auditus M. Eligius ſuam ipſemet exponens

cauſam, quia Aduocato carebat, & verbis Latinis quampulcherrimâ oratione locutus eſt & auditus. Quibus peractis conſulta Curia reſpondit, *quod quia non ſolebat ex prima inſtantia cognoſcere de materijs Vniuerſitatis*, remittebat cauſam iſtam ad Vniuerſitatem, vbi Partes pacificè audiantur. Verùm quia plurimi non fauentes M. Eligio, volebant procedere ad eius priuationem, inhibuit Curia, ne pro hac materia procederetur ad priuationem eius, inconſultis ipſis & Vniuerſitate. Hæc Ego ad longum redegi propter caſum nouitatis, ne memoria labili facilè obliuioni traderentur. 1498.

Die Lunæ 8. April. fuit conuocata Facultas apud S. Math. hora 7. ante meridiem ex præcepto mihi facto per Oſtiarium Curiæ Parlamenti, iuxta tenorem Arreſti mihi per eum oſtenſi ſuper 2. art. Primus ſuper controuerſia pro Officio Rectoriæ inter honorandos MM. Ioannem Caue & Eligium de Vaugermes. Quam quidem materiam præfata Curia remiſerat ad Vniuerſitatem, vt per eam ſedaretur. Quantum ad iſtum, dedit Facultas Deputatos nominatos qui haberent audire Partes & terminare diſcordiam. *Inſuper declarauit Facultas quod Congregatio Vniuerſitatis erat facienda per D. Rectorem, & non per Decanos ſuperiorum Facultatum, cùm ipſa Vniuerſitas habuerat electionem D. Rectoris gratam, & propterea volebat Facultas ei & mandatis eius parere:* Et die craſtina conuocari per eum, ſecundùm tenorem ſcedulæ ſuæ quam hodie inter deliberandum mihi iuſſerat D. Rector. Addidit inſuper Facultas quòd *illud ſtatutum, vel Arreſtum quo cauetur quod Vniuerſitas eſt congreganda per DD. Decanos trium Facultatum Superiorum ſtante diſcordia pro Officio Rectoriæ, de quo Arreſto ſit mentio ſupra in Decanatu honorandi Magiſtri noſtri Michaëlis de Colonia, intelligendum eſt quando Vniuerſitas neutrum Contendentium pro Rectoria approbauit.*

Die Martis 9. April. fut conuocata Facultas & tota Vniuerſitas apud S. Math. ſuper 2. artic. Primus ad audiendum ea quæ acta fuerunt in Parlamento ſuper materia M. Eligij, de qua ſuperiùs dictum eſt ſufficienter. Quantum ad iſtum voluit Facultas, quod M. Eligius audiretur ad longum & produceret ea quæ volet producere, intrà diem craſtinum. Et dabat Deputatos ad audiendum & referendum. Et nihilominùs habuit Facultas electionem D. Rectoris gratam, vt aliàs habuerat. *Et in hoc concordes fuerunt Facultates:* à qua ſententia prædictus Eligius appellauit ad Curiam Parlamenti, quamuis poſtmodùm viſum ſit pluribus Magiſtris ſatis extraordinarium, quod Vniuerſitas communiter dabat Deputatos ſuper iure Rectoriæ diſcernendo, & hoc non obſtante habebat D. Rectorem pro Rectore & eius electionem ratam.

Dum iſta in Vniuerſitate agitantur, Rex domeſticæ quieti & Regni ſui Reformationi intendit. Imprimis igitur impetratâ ab Alexandro VI. Bulla ad Epiſcopos & alios Eccleſiæ Primates, vt de diuortio ſuo cum Iana Francica cognoſcerent, aduocat quoque ex Vniuerſitate Pariſienſi Doctores Theologos & Decretiſtas, qui diuortium legitimum eſſe pronunciarunt: vt legitur in additionibus Gillianis, his verbis. 1499.

AV NOM DE DIEV, DE LA SAINCTE TRINITE' PERE, FILS, ET S. ESPRIT, Amen. *Veu le Procés pendant pardeuers nous Philippe en titre de S. Pierre & Marcellin Cardinal de Luxembourg & Eueſque du Mans, Loys Eueſque d'Alby, & Ferrand Eueſque de Septe, Iuges deleguez en cette partie de noſtre S. Pere le Pape, entre* LOÜIS XII. TRES-CHRESTIEN ROY DE FRANCE: *Demandeur d'vne part, & Illuſtre Dame, Dame* IEANNE DE FRANCE, *Defendereſſe d'autre part: Veu le Reſcrit Apoſtolique, la demande dudit Demandeur, la litiſcontеſtation de ladite Defendereſſe & ſes reſponſes, exceptions, repliques, poſitions & reſponſes ſur icelles d'vn coſté & d'autre, les teſmoins produits par ledit Demandeur & leurs depoſitions obiectées au contraire, & autres documens, concluſion faite en cauſe & aſſignation pour oüir droit, eu communication de Conſeil auec les Cardinaux, Archeueſques, Eueſques, Docteurs en Theologie & en Droict en grand nombre: Auons dit & diſons par noſtre Sentence definitiue, ayant Dieu deuant les yeux,* Declairons & Prononçons

" le Mariage fait entre leſdites Parties eſtre & auoir eſté nul, & donnons
1499. " congé & licence audit Demandeur en tant que beſoin ſeroit par autho-
" rité Apoſtolique, & de pouuoir prendre femme telle que bon luy ſem-
" blera par Mariage, & ſans dépens de ladite Cauſe.

Huicce diuortio, ne fieret, inter Doctores Theologos pertinaciter obſtitit M. Ioannes Standouk, aiens non licere vxorem dimittere non adulteram: idque minus gratum fuit Regi & ijs qui Regni ſaluti conſulebant.

TVRBA PROPTER IMMINVTIONEM PRIVILEGIORVM.

Rex ad Regni curas conuerſus, Iudiciorum formam emendat, deinde Scholaſtica Priuilegia aggreditur, quorum abrogat nonnulla, alia corrigit, & quædam interpretatur, Edictumque ſuum Curiæ Parlamenteæ Actis inſeri iubet, miſſo ad eam rem Ludouico Albigenſium Pontifice. Hoc malo inopinato ſtupefacta Vniuerſitas conuenit die 13. April. ſtatuitque adire Curiam, & poſtulare Edicti iſtius communicationem, priuſquàm Actis inſeratur & publicetur, vt legitur in Reg. Med.

Illicò poſt eadem hora fuit Congregatio Vniuerſitatis ſuper remedio apponendo contra publicationem aliquarum Ordinationum Regis concernentium mutationem priuilegiorum Vniuerſitatis. Super quo placuit Facultati quòd conficeretur ſupplicatio, ſeu requeſta porrigenda Curiæ Parlamenti de impedienda prædicta publicatione, donec fuiſſent ordinationes illæ viſæ per Vniuerſitatem, & ſuper his donec Vniuerſitas fuiſſet audita; & quòd nihil horum fiat, niſi ſuper his prius habito Conſilio Conſiliariorum noſtrorum vnà cum Deputatis.

Deputatorum alij Curiam adeunt, alij Epiſcopum Albigenſem, qui quid accepiſſent, referunt die 20. eiuſdem menſis. Nihilominùs Curia Edictum Regium promulgat, nec quicquam Vniuerſitate iactitante Cardinalis Tutauillæi Reformationem, & Priuilegia Pontificia cum Bulla Ioa. Papæ de excommunicatione eorum qui ea nituntur infringere.

Die 25. Maij conuenitur, agiturque de ceſſando à Scholis & ſermonibus; ſed prius celebrantur ſolemnes ſupplicationes ad D. Catherinæ de Valle Scholarium, diciturque Miſſa de S. Spiritu, *vt dignetur Altiſſimus inſpirare D. noſtro Regi & ſuo Conſilio ne priuilegia Vniuerſitatis maneant irrita & caſſata, ſit quoque ſermo ad populum ad exhortandum eum ad ſimiles orationes.* Ita legitur in Reg. Med.

Die penultima Maij fit frequens Conuentus apud Bernardinos, vbi auditis Deputatis, auditâ quoque relatione eorum quæ contra Priuilegia facta fuerant, concluditur ceſſatio. Rem ſic habemus deſcriptam in Reg. Med. *Die Mercurij antepenultima Maij, quæ erat Vigilia Sacramenti,* fuit congregata Vniuerſitas in S. Bernardo per juramentum ſolemniſſimum vt ſupra, ſuper 2. artic. Primus ad audiendum quæ facta fuere per
" Deputatos in materia priuilegiorum. Quantum ad iſtum diſplicuit primò
" Facultati plaga illata Vniuerſitati & priuilegijs eius per Arreſtum Curiæ
" Confirmatiuum Edicti Regis. *Sed quia audiuerat nullum eſſe contra illud con-*
" *ueniens remedium, niſi per ceſſationes, voluit, ſi cæteræ Facultates conſentiant,*
" *vt fiant:* quod ſimpliciter poſtea conſenſit. Verum Decanus Theologiæ
" noluit ſuper his ſuam aperire Concluſionem, niſi Facultas noſtra & De-
" cretorum quæ in Concluſione conueniebant, darent Concluſionem ca-
" thegoricam non conditionalem. Quapropter rogatus Ego à D. Rectore
" pro cathegorica danda, accepi ſuper his deliberationes iteratas ſingu-
" lorum Magiſtrorum Facultatis. Ex quibus facta fuit talis Concluſio:
" *Quoniam Facultas quandam ſemper amicitiam cum Facultate Artium habuit,*
" *quam volebat poſſe tenùs conſeruare; & etiam propterea quod vbi Phyſicus de-*
" *ſinit, ibi incipit Medicus, conſenſit Facultas condeſcendere Concluſioni Facul-*
" *tatis Artium, videlicet vt fierent Ceſſationes Lectionum quarumcumque &* Poë-
" tarum *& aliorum extra Collegia, & ſimiliter Prædicationum.*
" Inſuper Ego rogatus à D. Rectore vt aperirem mentem Facultatis de
" tempore incipiendi Ceſſationes, acceſſi ad ſingulos Magiſtros, ſuper hoc
" petens eorum deliberationes: quibus auditis, facta fuit talis Concluſio,
" quòd Facultas non bene ferebat Concluſionem Facultatis Theolog. quæ

fuerat, *Si omnes conſenſerint, Ego non contradico.* Immò volebat quod aperte loqueretur ſicut aliæ Facultates conſentiendo, vel renuendo, quod niſi faceret, Facultas tempus Ceſſationum incipiendarum non aperiret. Et quia Decanus Theol. noluit iteratò ſuper hoc audire deliberationes ſuorum Magiſtrorum, immò perſiſtens in ſua Concluſione abijt à Congregatione: tandem vt concordia haberetur, ſupplicuit Magiſter noſter Standouk Theologus vt placeret Vniuerſitati, ſi faceret Ceſſationes, vt differret vſque poſt diem Sacramenti; *Et quod illo die Sacramenti quilibet Prædicator haberet monere populum pro precibus fundendis Altiſſimo, vt ei placeret tueri Priuilegia noſtra & nos in tanta moleſtia conſeruare & immittere S. Spiritum in animas noſtram libertatem tribulantium, & aſſumeret quiſque Prædicator licentiam à ſuo populo, nuncians poſthac non amplius fieri Prædicationes, donec aliter prouideret Altiſſimus.* Cui ſupplicationi tres annuerunt Facultates, conſentientes quod die Veneris altera Sacramenti affigerentur per loca conſueta Ceſſationes. Verùm quia Magiſtri noſtri iam poſt aliquos Theologos receſſerant, nolui nomine Facultatis determinare tempus, licet fuerim multis precibus & clamoribus preſſus, ſed manſi in Concluſione Facultatis, ſcilicet non volens determinare tempus, niſi Theologiæ Decanus Concluſionem ſuam daret affirmatiuam. *Quare D. Rector videns me perſiſtere in Concluſione Facultatis, concluſit à tribus Facultatibus die Veneris altera Sacramenti affigendas Ceſſationes.* Hæc Ego ad longum hîc appoſui, vt poſthac notarentur in hoc meo Decanatu contingentia, quæ ſi multis creditur, quæ futura ſunt, à multis antea annis nunquam fuêre ſimilia. Voluit tamen Facultas vt interea darentur ex qualibet Facultate Deputati ad correctionem abuſuum. 1499.

Hæc ſcribebat M. Bernardus de la Venguiere Decanus eiuſdem Facultatis, qui cætera quoque fusè & exactè perſequitur hoc modo. *Die vltima Maij fuit Vniuerſitas* congregata in S. Math. hora 5. poſt meridiem 2. ſuper articulis. Primus, ſuper inſinuatione ac intimatione facta D. Rectori & DD. Decanis & Procuratoribus Vniuerſitatis per primos Oſtiarios Curiæ Parlamenti, vt die ſequenti hora 7. matutina comparerent *coram DD. de Curia, & DD. Cancellario Franciæ & Albienſi Epiſcopo ſuper pacificatione priuilegiorum facienda.* Sed quia dicebatur, vt non comparerent vltra 20. perſonas, quantum ad hoc noluit Facultas vt perſonæ vocatæ per numerum Vicenarium limitatæ adirent Curiam propter tumultum & confuſionem multorum Magiſtrorum, qui non paſſi fuiſſent tam modicam quantitatem perſonarum tantam accedere Curiam iuxta illud: *nitimur in vetitum*; ſed voluit Facultas quod M. Robertus de Vallibus Procurator Vniuerſitatis cum Scriba & quatuor Bidellis ſingularum Facultatum Maioribus eam adirent, cui exponeret dictus M. Robertus nomine Vniuerſitatis, excuſationem Vniuerſitatis, eo quod non ad eam acceſſerant vocati; quod id non factum fuit propter contemptum Curiæ, ſed duntaxat propter pericula imminentia vitanda: Diceret conſequenter, vbi placeret tanto Senatui deputare ex ſe aliquos, qui ſi vellent, pro concordia inuenienda poſſent cum Deputatis Vniuerſitatis conuenire in S. **Bernardo, vel in alio loco, intra tamen Vniuerſitatem.**

Metuebant Academici conijci in carceres. Fungitur demandata prouincia Robertus, Curia verò Decreto ſuo iniungit Academiæ, reſumat lectiones, ſecus contra eam quod iuris erit, decreturam. Vniuerſitas 3. Iunij congregatur apud S. Bernardum. Quid verò ibi factum fuerit, aut decretum, idem Decanus deſcribit.

Die Lunæ 3. Iunij fuit conuocata Vniuerſitas in S. Bernardo per juramentum ſolemniſſimum duobus ſuper articulis. Primus ſuper quodam nouo Arreſto per primum Oſtiarium & 5. alios Oſtiarios Curiæ intimato Rectori tanquam Vniuerſitati de reuocandis Ceſſationibus intra diem Martis proximum, aliàs Curia prouideret, vt rationis eſſet. Quantum ad hoc, imprimis habuit grata ea quæ acta fuêre per D. de Vallibus Procuratorem Vniuerſitatis in quadam appellatione interjecta coram Reue-

" rendo D. Cantore Pictauienſi, Pariſienſi Canonico in dignitate conſti-
1499. " tuto, à quo petijt Apoſtolos apud quos appellauerat præſente Scriba &
" teſtibus: propterea quod dicebatur in Curia eſſe quandam Bullam impe-
" tratam à Rege Ludouico XI. ſedente Pio Papa, quâ continebatur, vt di-
" cebant, *quod non licebat Vniuerſitati facere Ceſſationes in quocumque caſu, niſi*
" *prius conſultis Archiepiſcopo Senonenſi & Epiſcopo Beluacenſi, ad quos ſpecta-*
" *ret declarare grauamina eſſe ſufficientia priuſquam fierent ceſſationes.* Super
" quibus viſum eſt Facultati quod etſi præfata Bulla Cenſuras continet &
" priuationes Beneficiorum & collationes eorundem, tamen nullius erat
" efficaciæ, tum quia ab impetrante Ludouico reuocata erat; tum etiam
" quia non interinata fuerat. Immò etſi fuerat obtenta, non fuit ſuper ea
" Vniuerſitas audita neque conſulta; tum etiam quia per duos actus con-
" trarios Bullam ſubſecutos, videlicet per duas Ceſſationes Bullam ſequen-
" tes, euanuit ipſa Bulla; quâ etiam nunquam vſus eſt impetrans Ludoui-
" cus. Propterea vbi præter hæc dicta Bulla vim aliquam haberet, aſſentie-
" bat Facultas appellationi interiectæ per D. de Vallibus Procuratorem.

" Verum quia accepit Facultas Curiam non bene tuliſſe Legationem
" Vniuerſitatis factam per dictum de D. Vallibus. *Et ipſa Curia pars aduerſa ſit*
" *Nobis & ſuum Arreſtum iuxta tenorem Edicti ediderit nobis Participibus & non*
" *ſatis, nec moderate auditis.* Nihilominus placuit Facultati deputare ali-
" quos cum alijs Deputatis qui die craſtina adeant præfatam Curiam cum
" humilitate excuſantes Vniuerſitatem, quia non comparuerant vocati;
" non id contigiſſe propter Curiæ contemptum, ſed propter periculum
imminens & tumultum vitandum. Et in hoc conſenſerunt aliæ Facultates.

Inſuper quod mitterentur aliqui viri graues ad D. Cancellarium Franciæ hîc præſentem propter multa tunc per me declarata. Quibus non
" conſenſerunt aliæ Facultates, ſed voluerunt quod mitteretur ad DD.
" de Villa, vt vellent eſſe Medium pacis, exorantes Curiam vt ſuperſedere
" vellet ab executione ſui Arreſti vſque ad 8. dies, in quibus ſperabatur
" pax & concordia per adiumentum ſupremi D. noſtri Regis. Huius ta-
" men opinionis non fuit Facultas, immò voluit quod mitteretur ad D. no-
" ſtrum Regem hodie, vt informaretur de Priuilegijs noſtris læſis ante eius
" ingreſſum in vrbem. Et huic Concluſioni conſenſerunt omnes. Rogauit
" tamen Facultas vt Suppoſita Facultatis Artium cum omni modeſtia ſe
" haberent ſine tumultu, aut ſeditione, propterea quod aliqui non iurati,
" neque huius Facultatis alumni ſub colore Vniuerſitatis nitebantur, aut
" iactabant ſe facturos multa mala; quibus Vniuerſitas arguitur, licet ſine
" cauſa, & vituperatur. Et etiam Suppoſita Facultatis Artium ferrent Ca-
" putia, vel eſſent ſine pileis.

Legati Academici protinus Corbolium proficiſcuntur ad Regem, iratumque demitigare leni oratione conantur. Reuerſi narrant quæ acceperant, & die 7. Iunij fit congregatio Vniuerſitatis apud Mathurinenſes, vt legitur in ijſdem Reg. Med.

" Die Veneris 7. Iunij fuit congregata Vniuerſitas per juramentum in S.
" Math. hora 4. poſt meridiem ſuper auditione Legatorum Vniuerſitatis
" ad Regem miſſorum. *Quibus auditis placuit Facultati propter reuerentiam*
" *Regiæ Maieſtatis, cui plurimum confidit, reſumere Lectiones, prædicationes &*
" *alios Actus Scholaſticos*, à quibus paucis antè diebus ceſſatum fuerat. Et
" hac Concluſione die ſequenti per Curiam Parlamenti auditâ ore Depu-
" tatorum Vniuerſitatis cum quibus aderam, placuit Curiæ reuocare Ar-
" reſtum quod priori die fecerat Pergamenarijs, ne ius quod debent Re-
" ctori, ſoluerent. Et ſic ſingula pacata fuerunt.

Placet quoque in rem iſtam referre quæ ſcribit M. Robertus Gaguinus Facultatis Decretorum tum Decanus, geſtorum in Vniuerſitate te-
" ſtis quoque oculatus. Sic ergo ille. Tentauit, *inquit*, Pariſinorum Scho-
" laſticorum Vniuerſitas tueri ſuam libertatem, & de Regijs Conſtitutio-
" nibus ea demere, quæ Priuilegijs & diuturnæ eorum conſuetudini diuer-
" ſa contrariaque eſſe videbantur. Miſit propterea ſuos ad Senatum Ora-

tores

tores qui peterent, quæ conſtituta à Rege erant, benigniùs explanari, neque ſinerent Iudices apud quos Iudiciorum poteſtas erat, turbari Scholaſticorum quietem, qui Pariſijs maximo commodo eſſent, & Chriſtiano Orbi luminis atque fidei ſtabilimentum afferrent. Si quid grauius ſolito, & præter veteres Regum Sanctiones ſtatutum foret, mox diſſipandam forte tam ingentem Litteratorum hominum multitudinem, alioque abituram, vbi tranquillam ſedem obtineret. Ad hæc reſpondit Senatus ſe à Rege iuſſos promulgare quas tulerat leges. Apud illum authoritatem eſſe abuſus tollendi & corrigendi Errata quæ à ſuis commiſſi ſubditis comperiſſet. Nihil de illorum Priuilegijs demere Regem velle. Cœterum, quoad Senatus poterat, concedere quidem illis poteſtatem ſua Priuilegia edendi, quæ Curiæ exhibita incontaminata ſeruarentur. Igitur hoc iudicante Senatu, Vniuerſitatis Syndicus biduo tantum impetrato, aliquot quæ pro temporis anguſtia præſentanda habebat, priuilegia apud Scribam deponit; neque meliorinde facta eſt Scholaſticorum conditio Neque derogatum eſt legi quam Ludouicus Rex condiderat. Quod iniquo animo ferentes Scholaſtici, coacto numeroſo Conuentu, de intermittendo Studio, deque litterarijs exercitationibus deferendis conſultant. Dicuntur in eo cœtu variæ ſententiæ, donec tertiò conuenientes, ventum eſt in ſententias eorum qui prædicationibus & quotidianis interpretationibus interdicere ſuadebant. Poſtridie eius Conuentionis dies erat feſtus Euchariſtiæ Sacramenti. Miſſum eſt authore Ioanne Caue qui Vniuerſitati præerat Rector, ad eos qui concionaturi in Eccleſijs erant, vt plebi nunciarent non habendas deinceps verbi Dei Prædicationes, donec Priuilegiorum ſuorum integram libertatem Schola Pariſienſis recuperaſſet; fuere inter prædicandum qui liberiùs locuti ſunt, ita vt ad ſeditionem Oratio illorum ſpectare pleriſque viſa ſit. Venerat per hos dies ad vrbem Guido de Rupe-Forti Cancellarius, in quem probra & libelli per multa vrbis loca poſiti fuerant Etincidit propterea ſuſpicio id à Scholaſticis factum eſſe. Moxque per vrbem rumor irrepſit Scholaſticos turmas & conuenticula ad ſeditionem habere. Quamobrem parantur ab vrbis Præpoſito armati: nec minus Vigilum Præfectus excubias habet, viaſque diligenter circuit Ciuitatis: quanquam ex omni Schola inuentus eſt nemo, non quietus & domi ſe omnino continens. Mirum profecto eſt quàm cita & pernix fama homines quos multi inter Magiſtratus exiſtimaſſes, fefellit. Ex his enim nonnulli litteras tanquam de re compertaad Regem dant feſtinanter. Scholaſticos in armis eſſe, ſolicitare ad ſeditionem populum, verendum eſſe ne Ciuitas tota ad rebellionem propediem ſpectet, feſtinet ergo tanquam ad reſtinguendum incendium accedere. His litteris permotus Rex, paucis pòſt diebus aduenire nunciatur plenus indignationis aduerſus Scholam quam neſciebat innocentem. Quâ re acceptâ, nuncios ſuos Corbolium quò Rex venturus ferebatur, Schola ideo præmittit, vt priuilegiorum antiquam libertatem recuperaret, aut poſitis per eum legibus benigniorem Rex explanationem adhibeat. Qui miſſi erant ſollicitè inquirentes quo in Scholaſticos animo Ludouicus eſſe videretur, comperiunt illum irritatum eſſe vehementer, quod Decretis parere tam contumaciter cunctarentur, excitarentque ſuis Concionibus populi furorem. Pariſij omnes non modicè turbabantur. Ea re per illuſtres Aulicos acceptâ Oratores mutato de retinendis priuilegijs conſilio, pacare ante omnia Regem leni oratione conſtituunt. Igitur ad Regis conſpectum admiſſi in hac ſententia locuti ſunt. *Nihil ab eorum Vniuerſitate perperam eſſe factum. Falſa eſſe quæ aduerſarij ad eum de ſeditione detulerant. Scholaſticorum multitudinem Domi quietiſſimè agere, exſpectare cum ſumma modeſtia quid eius Amplitudo imperaret. Videret ne per paucorum inſipientiam Conſultiſſimos quoſque pergeret vlciſci. Eum quidem poſitum Regem eſſe, ſed, vt eſt in Principe Apum, qui vel aculeo careat, vel habitum ad vindictam non exerat, remittat eius clementia, quod à Iunioribus leuiter garritum extitit. Eſſe in omni Ciuitate dicaces. Lin-*

1499. TVMVLTVS PROPTER IMMINVTA PRIVILEGIA.

1499. „ *quas adſtultè loquendum fluxas & labiles tam parui habendas quàm imbecillium*
„ *earum latratus*. Summi Principis laudem præcipuam *ab ira, ne excandeat,*
„ *temperare, manſuetudine leniri, vt amari magis quam timeri ſtudeat. Ipſum*
„ *vnum eſſe quem non ſecus, ac filia Patrem Schola Pariſienſis obſeruet. In eo ſpem*
„ *repoſitam Scholaſticorum, qui præter ſolam libertatem & libros nihil poſſideant.*
„ Dicendi ab Oratoribus fine facto, Georgius de Ambaſia Rothomagenſium
„ Primas, qui inter Aulicos plurimi habebatur: Eruditi, *inquit*, viri, non
„ mirum vobis eſſe debet, ſi æquiſſimus Rex de abuſibus qui prætextu ve-
„ ſtræ libertatis committi deferuntur, veſtris priuilegijs limites poſuerit.
„ Ipſi pro veſtra eruditione noſtis quid in his omnibus peccatum hactenus
„ eſt. Emendare vos ipſos prius decebat, quàm alterius cenſurâ iudicare-
„ mini. Neque enim ſua opinione Rex, ſed prudentium virorum conſul-
„ tis, ac reſponſis Erratorum delicta legibus cohibuit, quibus repugnare
„ vos non oportuit; ita vt repentinis Edictis à veſtro ſtudio ceſſaretis, pro-
„ hibentes diſſerere per Eccleſias Populo verbum Dei. Quo medius fidius
„ facto Regem à vobis deſpectum eſſe quis ignoret? Veſtræ libertati de-
„ tractum ire Rex noluit. Dolos amouere, fraudes imputare eſt arbitra-
„ tus, non vt veſtræ quieti aduerſaretur, aut bonos à litteraria lucubra-
„ tione auerteret. Tenet memoria quanta tranquillitate vos fouerint
„ Reges qui eum præceſſerunt. Nouit quæ ſunt in Regnum ſuum & rem
„ communem Chriſtianorum veſtra merita. Sed veſtra res ſincera eſſe
„ non poteſt, quæ peruerſorum abuſionibus atque illegitimis negocijs
„ perturbatur. Ea Regis conſcientia eſt, vt pauciſſimos malit doctrinæ
„ rectè incumbentes quàm diſcholorum incompoſitam multitudinem.
„ Date operam veſtrorum mores componere, vt Regijs Inſtitutionibus
„ audientes ſapientiam, cuius gratia conueniſtis, comparetis. Si hoc ritu
„ conuerſabimini, tum Principis gratiam vobis impetrabitis, tum priuile-
„ gia veſtræ Communitati affatim conferentur. Hæc cum Pontifex dixiſ-
„ ſet, petentibus Legatis an aliud præcipere Rex illis optaret. Ite, *inquit*,
„ & Scholaſticos veſtros qui hoc nomine digni ſunt, ſalutate. De malis nul-
„ la mihi cura eſt, moxque percuſſo manu pectore, *Ipſe me*, inquit, *ſuis*
„ *Prædicationibus taxauerunt, Illos autem mittam aliò prædicatum.* Intellexe-
„ runt hoc verbo Oratores iratum eſſe Regem. Feſtinantes ergo Pariſium
„ reuerti, vocatâ eodem die magno numero Vniuerſitate, quæ accepiſſent
„ Oratores, retulerunt. Rector verò ex vniuerſorum ſententia protinus
„ iubet ſtudij communionem exercitationeſque repetere, & Prædicatori-
„ bus concionari permittit. Ingreſſus eſt vrbem Ludouicus multis armi-
„ geris cum tenſis arcubus & Procerum multitudine ſtipatus. Vbi habito
„ poſtridie Parlamentço Senatu, Leges ab eo ſemel poſitas publico Edicto
„ pertinaciſſimè confirmauit. Erat quidam ex Concionatoribus Thomas
„ Varuetus Cameracenſis; qui neſcio quid minus conſulto inter prædican-
„ dum dixerat. Hic ſui conſcius, non exſpectato Regis aduentu, Camera-
„ cum vnde oriundus erat, ſe recepit. Ioannes autem Standon Brabantinus
„ Theologus Doctor vitâ & doctrinâ clarus, Ludouico alioquin ſuſpectus,
„ qui Collegio Montis acuti præſidebat, Regno interdictus eſt. Proſcri-
„ ptionis cauſam non comperi.

Hæc Gaguinus de tumultu Vniuerſitatis: de quo breuiter Genebrar-
„ dus. Lvdovico XII. *inquit*, Academiam Pariſienſem Priuilegia ſibi
„ ſublata conquerentem turbaſque concitantem reprimente, in publico
„ Academiæ apud Bernardinos Conuentu decretum eſt, vt Conciones,
„ Medicinæ Praxis, Studium, Lectioneſque ſtatutæ intermitterentur.

Porro Ioannes ille Standon, ſeu Standoк paulo poſt ab exilio reuoca-
tus eſt, nimirum anno 1500. vt ſuo loco referemus. Ad eum autem exu-
lantem ſcripſit Ioannes Raulinus Cluniacenſis Monachus conſolatoriam
Epiſtolam, cui hunc titulum præpoſuit:

„ Aquilæ volanti ſuper pennas ventorum & turbinum miſera Nicticorax
„ in domicilio Ioanni Standouк, Ioannes Raulin Cluniacenſis Monacho-
„ rum minimus proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare.


2
3
4

Si iuxta diuina Eloquia de comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa
eſt dulcedo, non mireris, Chariſſime Frater: ſi de te ſuſtentato pane tri- 1499.
bulationis & anguſtiæ, de te bibente quaſi ſubſannationem aquam, fue-
runt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dumque te ipſum quaſi fœ-
ces & peripſema ſeculi huius eijci & ſubſannari video, in afflictione cordis
mei compellor manducare panem doloris. Iſque qui mihi tui famam exi-
lij aperuit, primus foris circundedit me felle & dolore, & intrinſecùs ci-
bauit me cinere, durus ſanè cibus. Ille de comedente exiens & amarus
guſtui meo, atque aridus nimium faucibus meis, cum me fideli videam
ſpoliatum amico, cui omnia mea, imò & me ipſum committere ſolebam,
videam, inquam, elongatum à me amicum, & notum meum à miſeria mea.
Non viuit membrum ſi conſentiat, ſi non doleat alterum à ſe ſeiunctum.
Sed nihilominùs de te forti egreſſa eſt inter anguſtias mihi dulcedo, cùm
inter turbines ventorum amicum æquanimem, & tanquam ſaxum immo-
tum audio eadem ſemper virtute, ijſdem armis, eodem inſtrumento &
bello & paci componere. Ait Homerus, ſi Ariſtoteli creditur, in bello
furorem immittere furori. Tu ex aduerſo agmen componis dum ſiniſtris
rebus quaſi fideliſſimis adiutoribus hilarem te exhibes, in patientia tua
poſſidens animam tuam; imò veriùs cunctorum Fidelium animas, qui te
cognoſcunt, & qui tibi compatientes celerem deſiderant aduentum
tuum. In qua re viſus es mihi de te ipſo deque amaritudinibus eius qui
in maligno poſitus eſt, quaſi ſtrenuum militem triumphare, longanimum-
que longa exercitatione conturbare. Scriptum eſt enim: Iuſtus non con-
turbabitur, quidquid ei acciderit. Sed & alia Scriptura dicit: Principes
eius facti ſunt ſicut Arietes. An non Aries ipſe es? qui dux Pauperis gre-
gis Chriſti multos feciſti filios Arietum: imò illius veri Agni filios qui
paulo poſt in crucem exaltatus creuit in Arietem ſuis cornibus ventilan-
tem ad Orientem & Occidentem & Auſtrum. Qui verò de Natura locu-
ti ſunt, Arietem dixerunt pro dimidiâ anni portione ſuper latus recuba-
re, dextrum pro altera parte ſuper ſiniſtrum. *Dormiuiſti, Frater! dormiui-
ſti iam dudum à latere dextro, dum te vallabat omnipotens amicis, honoribus &
diuitijs Pariſianis.* Et interim vidit te Dominus laſſatum ſuper latus dex-
trum tanto tempore quieſcere, qui ob cauſam te tenerrimum eius Arie-
tem conuertit ſuper ſiniſtrum. In ſiniſtra viri cor eius, in dextra fœmi-
næ. Et quia ſcio te virum non fœminam, in ſiniſtris rebus volo cor tuum
inuenire. Plurimi ſecundis in rebus magnificant fimbrias animi ſui, qui
in aduerſis quàm citiùs animo deiecti ſunt. Super latus dextrum iuſſus eſt
filius hominis Ezechiel 40. diebus obdormire & multo pluribus ſuper ſi-
niſtrum. Suauius de te prophetabimus, Optime Frater! paululùm dor-
mitabis in ſiniſtro, & multò amplius ſuper dextrum: imò, nî fallor, ne-
que ſuper ſiniſtrum, vel ad modicum dormis. Nihil honorum, nihil di-
uitiarum tibi profugo deperijt pro Pariſiacis. Te Cameracenſes, vt au-
dio, proſequuntur dignitates, & tu fugis. Sed forſitan reſpondebis mihi
quod Regius vates ſuorum infortuniorum non immemor aiebat: Sicut
vmbra, inquiens, cum declinat, ablatus ſum, & excuſſus ſum, ſicut lo-
cuſtæ: quin potius factus ſum ſicut puluis quem proijcit ventus à facie
terræ. Harum trium ſimilitudinum primam & tertiam ſi offeras, non re-
nuam, ſecundam verò non admittam. Vmbram aiunt Aſtrologi decli-
nare in meridie cum breuiatur, vt longior fiat veſperi. Tu proindeiam
breuiatus es, & quaſi abſciſſus à terra quam contingere non audes, vt
poſtea latiorem hereditatem capias terram, & vt in prouerbio loquar,
retroceſſiſti vt melius ſaltes. Quid, quæſo? tibi honoris ablatum eſt, cum
ſicut vmbra declinat, ablatus es? Cui ſpecialiter à Domino datum eſt non
modò bene agere, ſed & bene pati illorum beatiſſimorum virorum cohe-
res & conſocius quorum vita in tentatione probata eſt, & ſic Deo digni
inuenti ſunt. Neſcis Ioannem Euangeliſtam, Hilarium Pictauienſem,
Euſebium Vercellenſem, Athanaſium Alexandrinum, Oſyam Cordubæ,
Ioannem Chryſoſtomum, Anſelmum Cantuarienſem, Pachouium Mo-

1499. „ nachorum Patrem, alioſque innumeros Chriſti Athletas clariſſimos pro
„ exilio clariores euaſiſſe. O me fauſtum & felicem! ſi me miſerum iudi-
„ caſſet Dominus à tali ac tanto probari examine per quod tanti tyrones
„ probati tranſierunt fideles, & qui digni habiti ſunt, participes facti ſunt
„ amicitiæ Dei. O ſi me inueniſſet fornax illa, quâ quaſi diuini amoris in-
„ cendio aptus fuerim tranſire per ignem & aquam, vt purgatus à contagio
„ & rubigine peccatorum meorum, tandem educererin refrigerium; de-
„ que Paupere Monacho diceretur, quod in Apocalypſi Ioannes Frater
„ veſter particeps in tribulatione & regno. Sed heu miſero mihi! iudicauit
„ Dominus vetuſtam pellem meam leuioris eſſe pugnæ, indignam tantis
„ honeſtari laboribus, te ſic impræſentiarum dignificans, vt Heroïcarum
„ virtutum, difficulterque gerendorum actuum ſupremo te promoueat cul-
„ mine. Nec inuideo, Frater! ſed magis applaudo manibus, & iubilo Deo
„ in voce exultationis, qui tibi in tua tentatione facit prouentum. Si plan-
„ gis, quia excuſſus es ſicut locuſta, audi oro, quid dicam. Excutitur locu-
„ ſta cum arentibus pratis, cadit deficitque virtus & ſubſtantia eius. *An*
„ *non ſubſtantia tua, Pauperes tui qui in Collegio tuo aſſiduè paſcuntur virtutum*
„ *virentibus herbis, deficiunt? An non theſauri tui, quos in ventribus Pauperum,*
„ *quaſi in granarijs munitiſſimis beatiſſimi Laurentij inſtar vſque in hodiernum*
„ *diem recondere non ceſſas, vt eos tandem in cœleſtia comportent horrea. Quomodo*
„ *ergo diceris excuſſus ſicut locuſta, quando ne vnus quidem Pauperum tuorum à te*
„ *excuſſus eſt? nec tu ab eis, nec vnus de capillis capiti tuo hærens perijt tibi; per-*
„ *cuſſit Dominus Paſtorem, ſed non ſunt oues diſperſæ; non ſunt, inquam, diſperſi*
„ *lapides Sanctuarij & Collegij tui.* Illiſum eſt fulmen domui tuæ, flauerunt
„ aduerſùs eam venti: irruit in eam ventus vehemens à regione deſerti, &
„ non cecidit: Bene enim fundata erat ſupra firmam petram. Irruit Iudi-
„ cum fortiſſimus Samſon ad præcipuam columnam domus & ſuſtulit eam:
„ & factum eſt miraculum grande nimis, quia in ea facta eſt nulla ruina ma-
„ teriæ. Nec rapuit miluus vnum de pullis ſuis; nec botrorum vineæ tuæ fur
„ vindemiauit quemquam: dediſti enim eis ſcutum cordis laborem tuum
„ & amorem in Domino. Cuius glutino iuncti & vnanimes effecti, etiam
„ ab inuicem non ſunt ſeparati. Quod ſi mihi ſubiunxeris te tanquam pul-
„ uerem projectum à facie terræ, id ſanè fateor, ſed tamen tanquam pul-
„ uerem pigmentarium, qui & naribus bonorum virorum redolet, & æmulo-
„ rum & oblocutorum tuorum oculos increpat. Eleuauit quondam Moyſes
„ huic ſimilem puluerem, & factæ ſunt Ægyptum grauiſſimis torquentes
„ vlceribus. Quid Ægyptus? niſi mundus, Religioſi & Monachi nequam
„ æmuli tui, quos tuis luculentiſſimis ſermonibus frequentiùs vlceraſti, &
„ ſcabiei ſuæ impetiginem, vt plurimum pectinans neruum, quo ſe ſcabe-
„ bant, tetigiſti. Quid, inquam, Ægyptus niſi æmulorum tuorum Proce-
„ res, quos dum in melioris vitæ frugem reparare voluiſti, non intra ſe
„ tantùm, ſed foras dixerunt: grauis eſt iſte nobis ad videndum, inutilis eſt
„ operibus noſtris: tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, diffamat in
„ nos peccata Religionis noſtræ, eradamus eum de terra, & nomen eius
„ non memoretur vltra. Lætata eſt profectò hæc Ægyptus in profectione
„ **tua, quia incubuerat timor tui ſuper eos, ne ſicut ſolitus es, conferas**
„ ſimulacra Ægypti, & reducas Ægyptum in ſeruitutem Dei, ſeruiantque
„ Ægyptij Iſraëlitis, & de caſtris Ægyptiorum fiant caſtra Dei, & non-
„ nullæ Ciuitates Ægypti laudem Dei linguâ loquentur Chananæâ; ſed
„ neſcierunt, neque intellexerunt quomodo loquaris pro eis bonum, quo-
„ modo proſequaris illos in charitate Dei & patientia Chriſti, eò quòd in
„ tenebris ambulant, vt ſecundùm deſideria cordis eorum errent in adin-
„ uentionibus ſuis, & ſecundùm Patrum ſuorum legitima Inſtituta, non
„ quod eos, aut reprobare, aut damnare, aut maledicta in eos conijcere ve-
„ lim, &c. Delige itaque eum qui te diligit, in quem ſemetipſum diligere
„ ſperat & credit. Et cum ad breue ceſſerit tribulatio hæc, quæ te nec exagi-
„ tat nec angit, mutuis fruemur amplexibus Citò euaneſcet turbo iſte, tor-
„ rens eſt quem pertranſiuit anima, & citò pertranſibit. Nubes eſt, & ve-

lociter diſcurret. Muſca eſt pungens, & quamcitiùs auolabit. Et cum tibi opportunum fuerit, Epiſtolas tuas nobis quaſi encænia mitte, &c. 1499.

Ex Paredo.

Idem alià Epiſtolâ, conſolatur Pauperes Collegij Montis-Acuti, quod ſuum Magiſtrum amiſiſſent, ſpemque facit breuis reditus. *Cum*, inquit, *D. Albigenſem Magiſtri veſtri amatorem præcipuum nuper in Albigeſio ſuper eius exilij materia interrogarent, reſpondit, Regem noſtrum nunc ſentire de Domino in bonitate. Hocque agere polìcitus eſt, vt qui quantum potuit, & obicem poſuit exemplo ſuo, quod viribus aget confidenter vt ab exilio velox redeat. Nolite itaque conſternari animo, negociari miſit eum Dominus, quem citato curſu ducet & reducet & cuſtodiet vt pupillam oculi ſui.*

De hiſce diſſidijs nihil amplius legitur in Commentarijs; ſed hæc ſolummodò quæ ſequuntur.

Die vltima Aug. Facultas Medicinæ nominauit ad Capellaniam vacantem per obitum M. Ioa. Cordier Doctoris Theologi M. Michaëlem de Colonia. Et placuit iſta Nominatio Vniuerſitati.

Die 2. Octob. congregata eſt Vniuerſitas ad ſedandam diſcordiam ortam in Natione Gall. occaſione electionis Procuratoris. Facultas Medicinæ nominauit Deputatos MM. Antonium Treuet & Richardum Gaſſion: Voluitque ante ſolis occaſum ſequeſtrari munimenta Officij Procuratorij apud Scribam Vniuerſitatis. *Verum aliæ 3. Facultates attribuerunt ius illi qui non habebat munimenta, vt eidem traderentur ante occaſum ſolis ſub pœna priuationis & reſecationis. Et vbi pars aduerſa appellaret ad Curiam Parlamenti, affigeretur ipſe per compita & loca conſueta huius vrbis priuatus ab Vniuerſitate & à Regentia, ita legitur in Reg. Med.*

Die 16. Decemb. orta eſt contentio in Electione Rectoris. 19. eiuſdem menſis habitis apud Math. Comitijs generalibus varia capita deliberationis propoſita ſunt, quæ leguntur in Reg. Med.

Die Iouis 19. Decemb. conuocata fuit Vniuerſitas apud S. Math. vbi « voluit Facultas 1. quòd aperiretur Rotulus Nominandorum hoc die in- « cipiendo, & terminando, ſeu claudendo illum in feſto Purificationis B. « Virginis Mariæ, hoc addito quòd non recipiantur Nominandi, niſi veri « Scholaſtici & Regentes, ne propter malos, vel diſcholos Boni ſuo com- « modo priuarentur. 2. Placuit Facultati vt ſigillaretur magno ſigillo Vni- « uerſitatis Procuratorium in quo ſolus nominaretur Procurator hon. Ma- « giſter noſter D. Archidiaconus Rotomagenſis ad recipiendos 100. aureos « legatos Vniuerſitati per quendam Magiſtrum in Theol. Canonicum Ro- « tomagenſem defunctum, pro quo Vniuerſitas multos ſumptus ſuſtulerat « in proſequendo proceſſu ſuo. 3. Placuit Facultati vt de Vallibus Procu- « rator Vniuerſitatis adiret DD. Scabinos huius Ciuitatis pro habendis « litteris proteſtationum, vt poſthac non trahatur in conſequentiam, ſi « propter bonum & vtilitatem Reipub. Vniuerſitas patiatur duci per Pra- « tum Clericorum Equos & Vina & Quadrigas ab altera parte Sequanæ « per nouam nauem vehiculam nuper factam à die caſus Pontis noſtræ Do- « minæ Pariſ. 4 Quod hon. M. noſter Bricot, vel Pinelle haberet propo- « **nere coram Rege, ſi huc, vt dicebatur, breuiter venturus ſit ea quæ ſi-** « bi traderentur per memorias Deputatorum, qui durantibus ceſſationi- « bus, & paulo poſt non potuerunt eſſe auditi à Majeſtate Regia. «

5. *Quod poſthac nullus Rector, aut Procurator Vniuerſitatis, aut quicunque* « *alius poſſet aliquos inſtituere Officiarios, aut recipere ad iuramenta, aut dare* « *alicui adiunctionem Vniuerſitatis, niſi priùs fuiſſet concluſum per totam Vniuer-* « *ſitatem ſuper his debitè congregatam.* Approbat tamen adiunctionem Vni- « uerſitatis factam Magiſtris Pergamenarijs Iuratis huius Vniuerſitatis, & « ea quæ plebiſcitata fuerunt in Caſtelleto per Conſiliarios noſtros contra « quendam qui volebat huius operis erigi Magiſter ex ſolo dono Regio, « non obſtante Vniuerſitate. Quare caſſauit Vniuerſitas ea quæ facta fuère « in iſto proceſſu poſt dictam adiunctionem per duos Rectores hunc præ- « cedentes ad vtilitatem dicti famuli qui fieri volebat Magiſter huius ope- «

" ris, ſpretâ Vniuerſitate & omiſſis conſuetudinibus & probationibus Ma-
1499. " giſtrorum huius miniſterij.

Menſe Ianuario cum vacauiſſet Capellania per obitum M. Io. Barre, Natio Franciæ cuius vices recurrerant, in duas partes diuiſa fuit, quoad nominationem ſucceſſoris. Vna M. Philippum Grinelli, altera D. Rectorem elegit: quæ contentio cum non potuiſſet in ipſa Natione ſedari, ad Vniuerſitatem delata eſt, vt legitur in Reg. Med.

Die Martis 14. Ianu. fuit conuocata Vniuerſitas apud Math. ſuper diſ-
" cordia orta in Natione Franciæ pro preſentatione, vel diſpoſitione vnius
" Capellaniarum Vniuerſitatis fundatarum ſuper Theſauro Regio vacan-
" tis in turno dictæ Nationis per obitum M. Ioan. Barre defuncti. *Super quo*
" *nulla extitit Concluſio, quod Facultas noſtra & Facultas Artium adiudicauc-*
" *runt ius M. Philippo Grinelli; aliæ verò 2. Facultates dederunt Deputatos ad*
" *diſcutiendum de Iure dicti Grinelli & de Iure D. Rectoris ius in præfata Capel-*
" *lania prætendentis.*
" Quomodo deciſa ſit illa Controuerſia, clarè non habemus: nam in
" prædictis Reg. ad 13. Feb. legitur Deputatos Theologiæ & Decretorum
" Facult. adiudicaſſe ius prædicto Grinelli. *Quantum ad diſcordiam pro Ca-*
" *pellania in turno Franciæ dedit Facultas Deputatos honor. Magiſtros noſtros*
" *Guill. Cop & Petrum Perot, qui intra 8. dies habeant terminare & ſedare hu-*
" *iuſmodi diſcordiam. Quanquam Facultates Decretorum & Theologiæ quæ prio-*
" *ri Congregatione dederant Deputatos, attribuerant ius M. Philippo Grinelli.*

Die 16. Martij habita ſunt Comitia ad deliberandum de ratione diſtri-
buendæ ſummæ centum nummorum aureorum, quos M. Robertus de Quenayo, ſeu Canayo Canonicus Rotomag. teſtamento legauerat Vniuerſitati; tandemque placuit eam ſingulis Regentibus 4. Facultatum ex
" æquo diſtribui. Ea de re ſic legitur in Reg. Facult. Med. Die Lunæ 16.
" Martij fuit congregata Vniuerſitas in S. Math. ſuper diſpoſitione centum
" Scutorum legatorum Vniuerſitati per honor. M. noſtrum defunctum Ro-
" bertum de Quenayo Canonicum Rotomag. quæ fuerant recepta proſe-
" cutione colendiſſimi M. noſtri D. Archidiaconi Rotomag. Quantum ad
" hoc placuit Facultati quòd Vniuerſitas traderet præfato D. Archidiaco-
" no quittanciam pro dictis 100. ſcutis & ſuam ab Heredibus Legatoris re-
" cuperaret. *Et quod fieret de ſequenti mane Obitus cum Vigilijs in S. Math. &*
" *cuilibet Regenti 4. Facultatum cum Bidellis traderentur præſentibus in Miſſa,*
" *vel Obitu duo duodenarij. Et quod reſiduum ſummæ maneret in manibus dicti D.*
" *Archidiaconi, donec aliter per Vniuerſitatem foret diſpoſitum capiendo ab eo ſce-*
" *dulam de reſiduo pecuniarum.*

Erectio Vniuerſitatis Pictauienſis.

Diplomata tam Pontificia quàm Regia erectionis duarum Vniuerſitatum, Pictauienſis & Cadomenſis ſuis locis omiſſa, hîc operæ pretium eſſe duximus reponere. Igitur Carolus VII. poſt obitum Patris qui accidit an. 1422. vt tanto minueret Regis Anglicani qui Regno ſuo incubabat, **authoritatem poteſtatemque, Curiam ſuam Parlamentæam Pictauij** collocat anno 1423. Deinde vt Eugenium Papam recens creatum ſibi demereatur, rogat authoritate ſua Vniuerſitatem nouam ibidem confirmare: certè vt Pariſienſis tunc potens, ſed malo fato & iniquitate temporum Anglis mancipata tantò decreſceret. Eugenius tamen nihil ipſi detrahit, nec priuilegia ipſi conceſſa communicat, ſed ea tantum quæ ſtudio Toloſano conceſſa fuerant. Bulla talis eſt.

" Evgenivs Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei me-
" moriam. Dum in hoc procelloſo curarum Pelago conſtituti ex iniuncto
" nobis deſuper ſummi Apoſtolatus miniſterio, cui licèt immeriti præſide-
" mus, multiplici meditatione recenſemus, quanta litterarum ſtudia ad
" profugandas ignorantiæ tenebras commoda tam publica quàm priuata,
" ſpiritualia & temporalia mundo conferant vniuerſo, ex quibus Dei cul-

tus augetur, animarum ſaluti conſulitur, pax & tranquillitas inter homi- "
mines procuratur, bonis præmia, malis ſupplicia diſpenſantur, omniſque " 1499.
conditionis humanæ dilatatur proſperitas, colitur Regina Virtutum, & Ec- "
cleſia militans gratioſis ſtipitibus ex ſtudio pullulatis ſpiritualiter & tem- "
poraliter illuſtratur votis illis, per quæ alimenta ſapientiæ ex literarum "
ſtudio peculiares pollicentur euentus, auditum gratioſum, ac noſtræ ſol- "
licitudinis ope Apoſtolicis fauoribus conferimus propenſiùs largitatem. "
Sanè ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Caroli Regis Franciæ "
illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe huiuſmodi "
ſapientiæ dono radianti regnum ſuum illuſtrari, illiuſque habitatores & "
incolas in mandatorum ſemita dirigi concupiſcens, poſtquam generalia "
ſtudia eiuſdem Regni, guerrarum commotionibus, & alijs ſiniſtris euen- "
tibus plurimùm deſolata, eorumque ſuppoſita hinc indè ſunt diſperſa, "
illa zelo charitatis recolligere in ciuitate Pictauienſi ſuæ ditioni ſubdita, "
veluti ad id accommodata & idonea, minùs ac huiuſmodi turbata com- "
motionibus, generale Studium inſtar Studij Tolozani, cum priuilegijs, "
immunitatibus, & libertatibus, Apoſtolicæ Sedis authoritate fieri, ordi- "
narique deſideret, vt inibi pluuio quaſi rore huiuſmodi ſapientiæ viri di- "
uinis educentur eloquijs, qui ſcientiâ, moribuſque redimiti, veri luminis "
pertingant claritatem. Nos ſiquidem, qui fida relatione poſt habitam in- "
formationem diligentem ſuper indagandis aptitudine, ſufficientiâ, alijſ- "
que circunſtantijs ipſius ciuitatis, illam tanquam locum ad multiplican- "
da ſemina & germina ſalutaria producenda magis accommodum, & ſingu- "
larum humano neceſſariarum vſui rerum vbertate refertum, & aliàs pro "
huiuſmodi erectione Studij præelectum, aptum & idoneum fore compe- "
rimus, tam pium meritoriumque ipſius Regis deſiderium, per quod ſcien- "
tiarum fons, ex quo ad Dei laudem & gloriam haurire queant ſinguli, "
ſperatur exoriri, paternis contemplantes affectibus, eius, necnon dile- "
ctorum filiorum Cleri, Maioris, Scabinorum, & ciuium Ciuitatis eiuſ- "
dem in hac parte ſupplicationibus inclinati, ad Dei laudem & gloriam, "
rei quoquè publicæ fœlix incrementum, in eadem ciuitate Pictauienſi "
Studium generale, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium erigimus, "
ſtatuimus, ac etiam ordinamus ad inſtar ipſius Studij Tolozani in qua- "
libet facultate licita, quod perpetuis futuris temporibus vigeat, & præ- "
ſeruetur ibidem, quodque omnes & ſinguli Doctores, & Magiſtri le- "
gentes & audientes libertatibus, immunitatibus, priuilegijs, & indul- "
gentijs, quibuſuis Doctoribus, & Magiſtris legentibus, & Scholaribus "
de Vniuerſitate dicti Studij Tolozani exiſtentibus, per Sedem Apoſto- "
licam & aliàs qualitercunque conceſſis, gaudeant in omnibus, & vtan- "
tur. Singuli verò, qui curſu fœliciter conſummato in ea Facultate, in quâ "
huiuſmodi inhærendo Studio brauium obtinere meruerint, ac Doctora- "
tûs, vel Magiſtratûs, aut alterius inferioris gradus honorem ſibi petiue- "
rint elargiri per ipſos inibi Doctores, ſiue Magiſtros, Theſaurario Ec- "
cleſiæ ſancti Hilarij maioris Pictauienſis pro tempore exiſtenti, quem ei- "
dem Studio Cancellarium perpetuò deputamus, & quem ipſe Theſau- "
rarius, & ſucceſſores ſui ad hoc duxerint deputandum, præſententur, "
licentiam & honorem provt merita, & qualitates exegerint recepturi, "
more Studij Tolozani memorati: quibus adeptis abſque vlterioribus "
de his habendis examine & approbatione, in ipſa Facultate, in qua licen- "
tiam & honorem attigerint, ijdem legere & docere poterunt, etiam in "
alijs generalibus Studijs quibuſcunque. Præterea volumus & authorita- "
te Apoſtolica decernimus quod priuilegia, prærogatiuæ, immunitates, & "
libertates Doctoribus Magiſtris, Scholaribus, ac ſuppoſitis de ipſa Vni- "
uerſitate Studij Tolozani, vt præfertur conceſſa, quorum originales "
litteræ extra ciuitatem Tholozam accommodè duci non poſſunt, per "
venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Tolozanum, vel eius "
Officialem in forma iuris tranſmittantur, necnon Doctoribus, Magiſtris, "
& Scholaribus erecti Studij huiuſmodi beneuolè communicentur. Quód- "

" que illis ſtetur in iudicio, & extrà in omnibus, & per omnia, ac ſi eius ad-
1499. " miniculum requiratur, non obſtantibus Conſtitutionibus, vel ordinatio-
" nibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo om-
" ninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum erectionis, ſtatuti, ordi-
" nationis, deputationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei
" auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, in-
" dignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolo-
" rum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,
" anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo
" primo, quarto Kalendas Iunij, Pontificatûs noſtri anno primo. Sigillatæ
" in plumbo in ſericeis laqueis luteis, & rubeis. Et in plumbo ſculptum eſt,
" S. Papa, cum duobus capitibus, & ex altera parte, Eugenius P. P. quartus.

Carolus eidem Vniuerſitati priuilegia omnia vult eſſe communia, quæ à Prædeceſſoribus fuerant Pariſienſi, Toloſanæ, Aurelianenſi, Andegauenſi & Mompeſſalunæ attributa. Tale eſt eius diploma.

" Carolvs Dei gratiâ Francorum Rex. Ad perpetuam rei memoriam.
" Quantùm ad Eccleſiæ militantis illuſtrationem, & profectum, fidei Ca-
" tholicæ robur, diuini cultus augmentum, quantùm etiam ad iuſtitiæ &
" pacis, cuiuſlibétque politiæ temporalis conſeruationem, & ſtabilimen-
" tum conferant ſcientiæ, & literæ; nemo eſt intelligens qui ignoret, &
" ſatis ipſa edocet magiſtra rerum experientia. Quæ enim regna legimus,
" quaſue regiones, & prouincias, fidei firmitate, religionis perſeuerantiâ,
" ſalubritateque doctrinæ floruiſſe, vbi errores, vbi Schiſmata, vbi ſcan-
" dala profligatos & extinctos eſſe, niſi vbi ſcientiæ lumen præfulſit, va-
" lueruntque plurimùm & viguerunt ſtudia literarum? Hinc glorioſi retrò
" principes, noſtri præcipuè inclyti progenitores ſumma ſemper ope niſi
" ſunt, totaque ſollicitudine curauerunt, ſtudia huiuſmodi in quampluri-
" ma ſuarum ditionum loca aduocare & excolere, quo inibi pretioſum
" ſcientiæ germen vbertim & fœcundè valeret in poſteros, quaſi in quoſ-
" dam multiplicatos palmites excreſcere & protendi. Hoc & ſæpiùs animo
" permoti ſumus, ab eo potiſſimùm tempore, quo cauſantibus guerrarum,
" variorumque turbinum incurſibus, quibus hoc regnum noſtrum concuti
" diuina prouidentia permiſit, ſtudia generalia eiuſdem regni olim viren-
" tia & florida marcêre & deſolari incipere, eorumque Suppoſita in varias
" diſperſiones dari vidimus & comperimus. Statuimus igitur extunc, &
" decreuimus in ciuitate noſtra Regia Pictauienſi, loco quidem inſigni val-
" dè, ac per nos tanquam ad hoc inter cætera totius noſtræ ditionis cunctis
" commoditatibus apto & idoneo, prælecto, ſtudium generale omnium
" ſcientiarum, & facultatum licitarum erigi & inſtitui, ibique plurimos
" Doctorum & Magiſtrorum, qui iam ab aliis ſtudijs, cauſantibus præmiſ-
" ſis, receſſerant, cæteroſque vniuerſos ſcientiæ acquirendæ multiplican-
" dæque gratiâ conuenire volentes, recolligere & reunire. Quo ſanctiſſi-
" mo Patri noſtro Eugenio Papæ quarto, nunc Eccleſiæ præſidenti noſtra
" ex parte expoſito, ipſe ſanctiſſimus Pater tam ſalubre noſtrum collaudans
" propoſitum, eidemque condeſcendens, in dicta noſtra ciuitate Picta-
" **uienſi ſtudium generale omnium ſcientiarum, & facultatum licitarum**
" ad inſtar ſtudij Tolozani erexit, ſtatuit, & ordinauit perpetuis futuris
" temporibus, Domino conſeruante, duraturum: ipſum ſtudium, ac om-
" nes & ſingulos Doctores & Magiſtros inibi legentes, vniuerſaque eius
" futura Suppoſita immunitatibus, priuilegijs, & indulgentijs, graduum-
" que honoribus, & inſignijs quibuſcunque Doctoribus & Magiſtris le-
" gentibus, & Scholaribus de Vniuerſitate dicti ſtudij Tolozani exiſten-
" tibus, per Sedem Apoſtolicam, & aliàs qualitercumque conceſſis, &
" & quibus vti conſueuerunt, muniuit, dotauit, & decorauit, provt in
" literis Apoſtolicis ipſius ſummi Pontificis, quæ & nobis præſentatæ, &
" per nos videri & viſitari ordinatæ extiterunt; protenſiùs, explicatiuſque
" continetur. Nos igitur dictam ipſius ſanctiſſimi Patris noſtri diſpoſitio-
" nem, voluntatem, & ordinationem ſic noſtro propoſito, noſtroque

deſiderio

deſiderio conformem, ad Dei & Eccleſiæ laudem & gloriam, fidei ac doctrinæ exaltationem, totiuſque huius noſtri regni decus & honorem clarè redundare cognoſcentes, ipſam grato animo excepimus & acceptauimus, ac eam in quantum meliùs valuimus, valemuſque & poſſumus, de noſtra certa ſcientia, plenaria poteſtate, ac authoritate Regia, iuxta plenarium ipſius ſanctiſſimi Patris noſtri literarum effectum laudauimus, ratificauimus, & approbauimus, laudamuſque, ratificamus, & approbamus per præſentes: ipſum ſtudium generale ſic in dicta noſtra ciuitate Pictauienſi, authoritate Apoſtolica erectum, inſtitutum, & ordinatum, noſtra etiam ex parte, noſtraque authoritate in quantum in nobis eſt firmando, inſtituendo, & ordinando. Quod vt vberiùs ſuccreſcere, ſolidiúſque ſubniti, ſubſiſtere, & perdurare valeat, cunctique ad haurienda ſcientiæ & doctrinæ fluenta eò libentiùs conueniant, quò ſe maioribus fauoribus, potioribuſque gratijs ſenſerint proſecutos: ipſum ſtudium Pictauienſe, ac vniuerſos & ſingulos futuros Doctores & Magiſtros, Suppoſitaque, & membra eiuſdem ſub noſtro nomine, noſtraque ſpeciali protectione, gardia, & ſaluagardia per has eaſdemque præſentes recipimus & ponimus, ipſis, eorumque ſingulis omnia & ſingula priuilegia, prærogatiuas, exemptiones, immunitates ac iura per nos, ac prædeceſſores noſtros Franciæ Reges, & Principes quoſcunque, Pariſienſi, præfato Tolozano, necnon Aurelianenſi, Andegauenſi, & Montiſpeſſulano Studijs & Vniuerſitatibus, hactenùs quomodolibet data, indulta, conceſſa & confirmata, damus, concedimus & indulgemus perpetuò duratura: ipſiſque præfatum ſtudium Pictauienſe communimus, dotamus, & decoramus: ac inſuper eidem ſtudio, eiuſque præfatis futuris Doctoribus ac Magiſtris, ſuppoſitiſque & membris pro prædictorum ſuorum priuilegiorum, prærogatiuarum, exemptionum, immunitatum, ac iurium tuitione, conſeruatione ac defenſione, dilectum ac fidelem Conſiliarium noſtrum Magiſtrum Mauricium Claueurier Locumtenentem Seneſchalli noſtri Pictauiæ, in dicto Officio per nos authoritate noſtra inſtitutum & ordinatum, ac pro nunc præfatæ villæ Maiorem, & ſucceſſiuè Locumtenentes Seneſchallorum prædictæ Seneſchalliæ Pictauiæ, qui pro tempore erunt iudices & Conſeruatores ſub immediato reſſorto Curiæ noſtræ ſupremæ Parlamenti, damus, committimus, deputamus, & delegamus cum plenaria in omnibus, & per omnia poteſtate & authoritate, ac iuriſdictione reſpectu præmiſſorum, ſuarumque omnium circumſtantiarum & dependentiarum, quas habent, habereque conſueuerunt alij Conſeruatores prænominatis Studijs & Vniuerſitatibus authoritate regia dati & deputati. Quocirca dilectis & fidelibus Conſiliarijs noſtris ad præſens tenentibus, & qui futura noſtra tenebunt Parlamenta, vniuerſiſque Seneſchallis, Bailliuis, Præpoſitis, cæteriſque Iuſtitiarijs, Officiarijs, & ſubditis noſtris vbilibet conſtitutis, ac eorum Locatenentibus, damus tenore præſentium in mandatis, quatenùs præſentem noſtram ordinationem, diſpoſitionem, & voluntatem in ſuis Auditorijs, alijſque locis ſuarum Iuriſdictionum, ad talia conſuetis, publicari & regiſtrari, omneſque præfatos **Doctores, & Magiſtros, Suppoſitaque, & membra dicti Studij Pictauienſis**, qui pro tempore erunt, dictis priuilegijs, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, ac iuribus vniuerſis vti & gaudere plenariè & pacificè, provt ad vnumquemque ipſorum pertinuerit, faciant & permittant: dictoque magiſtro Mauricio Locumtenenti, ac ſuis in dicto Officio Locumtenentiæ ſucceſſoribus, quoad ea quæ præſentem eorum commiſſionem, dictorumque priuilegiorum, ipſiuſque Studij Pictauienſis conſeruationem, ſuaſque circumſtantias & dependentias concernent, obediant, ac obediri faciant ſine difficultate quacumque, quoniam ſic fieri volumus & iubemus, oppoſitionibus, reclamationibus, ac appellationibus, quibus præſentium effectus quomodolibet impediri poſſet aut differri, litteriſque ſubreptitijs impetratis aut impetrandis quibuſcumque

» nonobſtantibus. Et quia præſentibus forſan in pluribus & diuerſis locis
» opus erit, volumus quod tranſſcriptioni ipſarum ſub ſigillo Regio factæ,
» fides plenaria in iudicio & extra adhibeatur tanquam præſenti originali.
» Quæ vt firma & inconcuſſa perpetuò ſubſiſtant, ſigillum noſtrum præ-
» ſentibus litteris iuſſimus apponi. Datum Caënone die decima ſexta men-
» ſis Martij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo,
» & Regni noſtri decimo. Sigillatum cera viridi in laqueis ſericeis: & ſupra
» replictum, ſcriptum eſt. Per Regem, Domino de la Trimoüille, Chriſto-
» phoro de Harcourt, Lodoico Deſcars, & alijs præſentibus. Signatum,
» GILLIER: poſt eſt verbum, *Viſa:* & ſupra dorſum ſcriptum eſt, Lecta
» & publicata Pictauis in Parlamento Regio; & ibidem regiſtrata octauâ
» die Aprilis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo
ante Paſcha. Signatum, BLOYS SIMO.

Iuxta hæc Diplomata die 7. Feb. eiuſdem anni habentur Comitia tam Eccleſiaſticorum quàm Curialium & Senatorum Parlamentæorum. Deliguntur Viri nonnulli qui examinent qua ratione conſtituenda componendaque ſit noua illa Vniuerſitas. Et illi eam ex quatuor Nationibus componunt, Gallicana, Aquitanica, Turonica, & Biturica, & ſingulis ſuum Procuratorem præponunt: Vniuerſitati verò Rectorem præficiunt M. Io. Lambert. Eandem ex quinque Facultatibus Theologiæ, Decretorum, Legum, Medicinæ & Artium componunt, & ſingulis ſuum Bidellum aſſignant; Toti Vniuerſitati Notarium pro ſcriba, duos Librarios, duos Pergamenarios.

Erectio Vniuerſitatis Cadomenſis.

EODEM Conſilio Henricus Anglorum Rex, vt in ea parte Regni quam occupat, tantundem virium Vniuerſitati Pariſienſi quam non ignorat eſſe iugi ſui impatientem, adimat, Cadomenſem erigit diplomate dato anno 1433. intercedit ipſa apud Curiam Parlamentæam. Intercedit apud Concilium Baſileenſe per Legatos quos habebat, vt retulimus in Hiſtoria. Verum compoſitâ tandem inter Reges Pace, Eugenius aliunde ipſi Vniuerſitati, quod à Concilij Partibus ſtaret, ſubiratus eandem
» Cadomenſem erigit anno 1437. vt patet ex hac Bulla.

» EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memo-
» riam. Dum in hac Apoſtolicæ ac ſupremæ dignitatis ſpecula ſuperni diſ-
» poſitione conſilij licet immeriti præſidentes, multiplici meditatione pen-
» ſamus quantum literarum ſtudia ad profugandas ignorantiæ tenebras
» commoditatis, tam publicæ, quàm priuatæ, ſpiritualis ac temporalis
» mundo conferant vniuerſo, ex quibus aduerſus hæreſes confirmatur fi-
» des, Dei cultus augetur, animarum conſulitur ſaluti, pax & tranquillitas
» inter homines procuratur, diſpenſantur bonis præmia, mali ſupplicijs
» puniuntur, humanæ conditionis ampliatur proſperitas, colitur regina
» virtutum iuſtitia, Eccleſia militans ex earum vberrimis fructibus ſpiri-
» tualiter & temporaliter confouetur, votis illis, per quæ alimenta ſapien-
» tiæ & virtuti ex huiuſmodi ſtudijs **provenire noſcuntur, aſſenſum gratio-**
» ſum & beniuolum impertimur.

» Sanè pro parte dilectorum filiorum, trium ſtatuum, videlicet Eccleſia-
» ſticorum, Nobilium, & Popularium Ducatûs Normaniæ nobis oblata
» petitio continebat, quòd licet ex ipſis, qui inter alias Regni Franciæ
» nationes honorabilem locum tenent, plerique literarum ſtudijs, & di-
» uerſarum Facultatum ſcientiæ ſemper diligenter incumbere, & in eis in
» Domino proficere conſueuerint, ex quo doctiſſimorum virorum copia
» ſemper effloruit, & exinde ſibi ac huiuſmodi Regno honoris & vtilitatis
» non parum prouenit incrementi, tamen propter diutina bella ac varias
» Regni calamitates, quæ in eo dudùm, proh dolor! viguerunt, provt vi-
» gent etiam de præſenti, pro huiuſmodi pretioſa exquirenda margarita

ad alia ſtudia, provt ſoliti erant, minimè accedere, ſeu commodè conferre ſe poſſunt ſine periculis ac magnis diſpendijs, & iacturis. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, neque honeſtum, neque æquum eſſe videatur eorum ingenia, quæ ſemper ad literarum & doctrinæ huiuſmodi exercitia prompta & aptiſſima extiterunt, ob defectum generalis Studij tepeſcere, & remanere velut agrum ſterilem arida atque inculta, & ſi docti ac ſapientes viri apud eos deficerent ex defectu huiuſmodi, plurima incommoda & damna Reipublicæ in ſpiritualibus & temporalibus prouenirent, pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ad acquirendum, & acquiſitum conſeruandum pretioſiſſimum ſcientiæ theſaurum, quod eſt cæteris omnibus præferendum; & ad illum inter multos perampliùs effundendum, in oppido Cadomenſi Baiocenſis Diœceſis, loco ad hoc, vt aſſerunt, idoneo & accommodo, in quo, vt dicitur, aëris viget temperies, victualium vbertas, cæterarumque rerum ad humanum vſum neceſſariarum copia reperitur, Studium generale erigere inſtar cæterorum Studiorum generalium Regni Franciæ, cum priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus & gratijs ipſis generalibus Studijs conceſſis, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur conſiderantes quòd per literarum Studia & doctrinam fides Catholica dilatatur, illuminantur Fidelium mentes, & intellectus hominum illuſtrantur, quodque per ea ad ſapientiam & ipſius Creatoris omnium cognitionem pariter & rerum cæleſtium peruenitur, ac propterea affectantes illa noſtris temporibus adaugeri, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Rei quoque publicæ & orthodoxæ fidei incrementum, in eodem oppido Cadomenſi (quod quidem ad multiplicanda doctrinæ ſemina, & ad ſingulas humano vſui res neceſſarias ſubminiſtrandas accommodum eſſe, ac aliàs locum aptum & idoneum, præhabita diligenti informatione reperimus) generale Studium auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, ſtatuimus, & etiam ordinamus quòd perpetuis futuris temporis vigeat & præſeruetur ibidem tam in Theologia, iure Canonico & Ciuili, ac Medicina, quàm in alijs quibuſlibet licitis Facultatibus.

Volentes ac ſimiliter ſtatuentes quòd Legentes & Studentes ibidem, omnibus priuilegijs, libertatibus, immunitatibus & gratijs conceſſis Magiſtris in Theologia, ac Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, Legentibus & Studentibus in Studijs prædictis, gaudeant & vtantur: quodque illi qui proceſſu temporis brauium meruerunt in aliqua Facultate, in qua ſtuduerunt, obtinere etiam mereantur in illa gradum Baccalaureatûs, Licentiæ, Magiſterij ſiue Doctoratûs aſſumere; ſitque inibi docendi attributa licentia, vt alios valeant erudire: necnon hi qui Baccalaureatus, Licentiæ, Magiſterij aut Doctoratûs honorem ſibi petierint elargiri per Magiſtrum vel Magiſtros, ſeu Doctores illius Facultatis, in qua examinatio fuerit facienda. Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Baïocenſi, loci Ordinario, qui pro tempore fuerit, quem Cancellarium eidem Studio perpetuò deputamus, vel ſufficienti & idoneo Vicario, quem ad hoc ipſe **Epiſcopus ſuo nomine duxerit deputandum; ſede verò** Epiſcopali vacante, illi qui ad hoc per dilectos filios Capitulum Eccleſiæ Baiocenſis deputatus extiterit, præſententur. Idem quoque Epiſcopus aut deputatus, vt præfertur, Magiſtris & Doctoribus, actu inibi in eadem Facultate legentibus, conuocatis illis, in his quæ circa promouendos in Baccalaureatus, Licentiæ, Magiſterij, ſeu Doctoratus honore requiruntur, iuxtà morem & conſuetudinem qui ſuper talibus in generalibus ſtudijs obſeruantur, examinare ſtudeat diligenter; eiſque ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint, recepto priùs ab eis & ipſorum quolibet, noſtro & Romanæ Eccleſiæ quòd ipſi beato Petro, præfatæ Eccleſiæ, nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, fideles & obedientes erunt, ac iura ipſius Eccleſiæ in omnibus pro poſſe defen-

" dent, nec operabunt aliquid, aut operantibus conſentient, quod vergat
1499. " in præiudicium ſtatûs, aut honoris Eccleſiæ aut Pontificum præfatorum,
" debito iuramento, huiuſmodi Baccalaureatum & Licentiam tribuat,
" necnon Magiſterij & Doctoratûs honorem conferat & etiam largiatur,
" cum inſignijs ad hoc ſolitis & conſuetis. Illi verò qui in eodem Studio
" dicti oppidi examinati & approbati Baccalaurei ac Licentiati fuerint, ac
" docendi licentiam & honorem huiuſmodi obtinuerint, vt eſt dictum, ex
" tunc abſque examine & approbatione alia, docendi & legendi, diſputan-
" di & docendi, & cætera faciendi, tam in prædicto ipſius oppido, quàm
" in ſingulis alijs Studijs generalibus, alijſque locis ad hoc idoneis, in qui-
" bus voluerint legere & docere, diſputare & decidere, ac cætera facere,
" quæ ad ſimiles actus pertinere noſcuntur, Statutis & conſuetudinibus
" contrarijs quibuſcumque, etiam Apoſtolica authoritate, vel alia quauis
" firmitate roboratis, nequaquàm obſtantibus, eadem authoritate Apo-
" ſtolica plenam & liberam habeant facultatem.

" Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis,
" ordinationis, voluntatis, ſtatuti, & deputationis infringere, vel ei auſu
" temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-
" gnationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum
" eius ſe nouerit incurſurum.

" Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadrin-
" genteſimo triceſimo ſeptimo, tertio Calend. Iunij, Pontificatûs noſtri
anno ſeptimo.

Diu tamen ſuppreſſa manſit hæc Bulla, nec niſi poſt reuerſos ſub iugum Francicum Normanos, executioni demandata. Ergo anno 1450. die 8. Iulij publicata fuit Cadomi ab Officiali Bajocenſi, & Carolus VII. eiuſdem Vniuerſitatis erectionem hocce deplomate confirmauit.

" Carolvs Dei Gratia Francorvm Rex. Sicut ad arduos &
" & ſalubres actus, Reges & Principes, more veterum Patrum virtutes
" imitando, ſe pronos & liberales reddere conſentaneum cenſetur, ſic ad
" ea virtutum opera exequenda frequentiùs inducuntur, per quæ vitio-
" rum fomenta præcipuè corripiuntur, & virtutes ſeruntur, & fidei or-
" thodoxæ religio vitioſorum eruditione adaugetur, vt Chriſticolarum me-
" rita feruenti deuotione creſcant, & æterna ipſorum ſalus ſubſequatur
" inde.

" Notum igitur facimus vniuerſis præſentibus pariter & futuris, quòd
" cùm almæ recordationis prædeceſſoribus noſtris Francorum Regibus,
" nonnulla Studia generalia magnis & ſpecioſis priuilegijs, franchiſijs &
" libertatibus communita, diuerſis in partibus Regni noſtri ad Chriſti fi-
" delium eruditionem, hæreſum extirpationem, & Catholicæ fidei exal-
" tationem creata & erecta fuêre: Ipſorum nempe prædeceſſorum no-
" ſtrorum veſtigia ſectantes, ipſumque tam ſalubre & eximium bonum,
" quòd ſui ipſius eſt diffuſiuum, volentes multiplicari: ea rurſùm quæ ſin-
" cere nobis dilecti & fideles viri Eccleſiaſtici, nobiles Burgenſes, patrio-
" tæ, & alij incolæ noſtri Ducatus Normanniæ, ad id exequendum bo-
" num enixiùs expoſuerunt: Conſiderantes videlicet quòd ipſa patria no-
" ſtra, quæ inter cæteras Regni noſtri portiones magnam obtinet proten-
" ſionem, gente plebana multùm acuta floret, Cœnobiorum copiâ atque
" victualibus innumeris abundat, patuluſque ſibi fluminum & portuum
" marinorum aditus ineſt: Quodque felicis recordationis Evgenivs
" Papa, prædicta, quæ conformiter ad erigendam ſeu creandam Vniuer-
" ſitatem vno in loco haud dubium concurrere debent, propenſiùs conſi-
" derans intuenſque villam noſtram Cadomenſem, quæ à proximiori Stu-
" dio generali quinquaginta leucis diſtat circiter, medium ſeu centrum
" Neuſtriæ ſiſtere, ſuperque ſuo opulento ſitu, aëris temperie, habita-
" tionum & librariarum copia, portuque marino & victualium aditu con-
" uenienti, ſufficienter informatus, Vniuerſitatem atque Studium gene-

rale quinque Facultatibus, Theologiâ videlicet, Legibus, Decretis, Medicina & Artibus compoſitum, ad trium ſtatuum prædicti noſtri Ducatûs inſtantem requeſtam, inibi ſolenniter creauit pariter & erexit, ipſamque priuilegijs Apoſtolicis, ſine quibus ſuſtentari nequibat, ſua inclyta bonitate ampliſſimè communiuit atque ditauit; dilectos & fideles Conſiliarios noſtros Lexouienſem & Conſtantienſem Epiſcopos, dictorum priuilegiorum conſeruatores ordinando. Concedens inſuper vt morealiarum Vniuerſitatum ad eam confugientes, & in eis Facultatibus ſufficienter eruditi, gradus honorem adipiſci, cæteroſque actus Scholaſticos exercere & complere valerent. Poſtremò verò ſanctiſſimus NICOLAVS Papa modernus, perpendens ipſam Vniuerſitatem ac Studij generalis erectionem, ſeu creationem per ſuum prædeceſſorem ritè, iuſtè ſanctéque factam, nedum approbauit, quinimmò libertates, franchiſias, & priuilegia priùs eidem conceſſa ampliando confirmauit.

1499.

Nos inſuper volentes de prædictis, ipſiuſque Vniuerſitatis & loci ſtatu meritis & perſeuerantia perampliùs informari, eam diurno temporis lapſu in ſtatu, quo poſt reductionem noſtri Ducatûs Normaniæ ſiſtebat, tolerauimus.

Quibus ſiquidem omnibus longè ac digeſtè perpenſis, attendentes quòd ipſam Vniuerſitatem per ſæpefatos ſanctiſſimos Patres noſtros ſummos Pontifices, ad Dei laudem, decus Eccleſiæ, honorem Regni noſtri, & eiuſdem incolarum ſalutem, creatam & erectam extitiſſe. Proſpicientes inſuper prædictam villam noſtram Cadomenſem extenſam valde, portumarino conſitam, quodque pro ſui tuitione numeroſa gente multùm egere cernitur: prælibatorum ſtatuum trium noſtri Ducatus Normanniæ ſupplicationibus & requeſtis inclinati, Conſilij noſtri matura ſuper hoc deliberatione præhabita, & de noſtra Regia auctoritate & gratia ſpeciali, cum plenitudine poteſtatis, Vniuerſitatem & Studium generale cum quinque Facultatibus præinſertis, in præfata villa noſtra Cadomenſi denuò creauimus & ereximus, creamus pariter & erigimus per præſentes, vt qui inibi reſidentes & venturi literarum ſtudio liberiùs atque commodiùs vacare valeant, eidem Vniuerſitati gratiâ & auctoritate, quibus ſuprà, conceſſimus, denuóque concedimus priuilegia, franchiſias & libertates alijs Vniuerſitatibus Regni noſtri ſolitas dari.

Pro quibus manutenendis & conſeruandis deputauimus & deputamus, ordinauimus & ordinamus ſincerè nobis dilectum & fidelem Bailliuum noſtrum Cadomenſem, præmiſſorum priuilegiorum Regalium Conſeruatorem, qui Regentes, Scholares, & Suppoſita eiuſdem, vt à literarum ſtudijs nullatenùs diſtrahantur, quin potiùs ijſdem liberiùs & quietiùs valeant intendere, in cauſis perſonalibus & poſſeſſorijs extra muros prædictæ villæ noſtræ Cadomenſis quouis modo trahi non permittat, ſed de præfatis cauſis defendendo duntaxat, valeat cognoſcere. Cauſas verò reales prædictorum Regentium, Scholarium, & Suppoſitorum coram Iudicibus ordinarijs, agitari ac definiri volumus, earum cognitionem & deciſionem præfato Conſeruatori penitùs inhibendo. Nonintendentes **præterea quòd prætextu ſupradictorum priuilegiorum, in quibuſuis cauſis realibus, poſſeſſorijs & perſonalibus præfatis, Scholares, Regentes, & Suppoſita quempiam à ſua iuriſdictione ordinaria trahere poſſint.**

Nolumus inſuper Suppoſita, Scholares, & Regentes, etiam veros, ſi eos aut alios pro ipſis & eorum nomine contingat vinum, ſiceram aut alia quæcumque pocula publicè ſeu minutatim vendere, à ſolutione quarti denarij, aut alterius cuiuſcumque ſubſidij eximi quouis modo, quinimò ipſum plenè & integraliter, quacumque ſemota difficultate, perſoluant.

Quamobrem dilectis & fidelibus noſtris gentibus Cameræ noſtræ Computorum, Theſaurarijs, cæteriſque Iuſticiarijs & Officiarijs noſtris damus in mandatis, quatenùs præſenti indulto & conceſſione noſtris ſinant

" & permittant prædictos Scholares, Regentes, & Suppoſita vti & gaude-
" re pacificè & quietè, quibuſuis alijs edictis, ordinationibus & conſuetu-
" dinibus non obſtantibus quibuſcumque ; quoniam ſic fieri volumus, &
" nobis libet. Concedimus vlteriùs eiſdem, vt *Vidiſſe* præſentium litera-
" rum tanta fides adhibeatur ſicut originali.

" In cuius rei teſtimonium præſentibus literis ſigillum noſtrum duximus
" apponendum. Datum Pomerijs in Foreſta die penultima menſis Octo-
" bris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo,
" & Regni noſtri triceſimo primo.

Sic ſignatum, DES CAIGNEVX.

Per Regem in ſuo Conſilio, A. VILLA.

SYNOPSIS SEPTIMI SECVLI.

DE FORTVNA ET STATV VNIVERSITATIS Pariſienſis.

FORTVNA.

FORTVNA Vniuerſitatis hoc ſeculo varia fuit & multiplex: In Eccleſiæ quidem rebus magnæ ſemper fuit authoritatis, plurimumque contulit ad Schiſmatum extinctionem. Illa in Concilijs Generalibus Piſano, Conſtantienſi, Baſileenſi; in Nationalibus Pariſienſi, Bituricenſi, Turonenſi, Aurelianenſi & alijs non modò Eccleſiæ, ſed & Regni quoque antiqua Iura libertateſque acerrimè & intrepidè propugnauit; in ijſque tuendis adeò conſtans fuit, vt ipſi etiam Regi Ludouico XI. Pij II. precibus Pragmaticam-Sanctionem abrogare volenti obnunciare auſa ſit, ſuiſque tandem rationibus Principem à propoſito dimouerit. Hierarchicum Eccleſiæ ſtatum contra Mendicantes Bullis Pontificijs munitos illumque oppugnare & conuellere ſatagentes fortiſſimè defendit. Decimas quoque Pontificias & alias eiuſmodi exactiones vt minùs Canonicas, Cenſuris licet pluribus percuſſa explodere non formidauit.

Ad Regni negotia, ſacratioraque Conſilia, quandiu vixit Carolus VI. hoc eſt ad annum vſque 1422. ſemper adhibita, Regique ſuo ſemper adhæſit. Poſt eius obitum, occupatoque ab Anglis Regno, ſæpè Pacem ſuadens cum legitimo herede Carolo VII. ad Conſilia rariùs admitti cœpit: nec minus tamen in Conuentibus publicis, colloquijſque & legationibus voce & ſcripto pacem Regni petijt, ſuaſit, tandiuque ſuaſit & tam conſtanter, vt Franciæ tandem vrbique Lutetiæ reddita ſit, ac reſtituta, Carolo quaſi poſtliminiò reuerſo anno 1436.

Vt verò varia fuit inconſtanſque fortuna Regni, ità & illa ſæpè Dominos mutare coacta, ludibrium ipſi fortunæ debuit, Rege non ſano, Miniſtris & Rectoribus Regni alijs & alijs cupiditati ſuæ, non bono publico conſulentibus, abdicante Patre filium, oppreſſa armorum vi Ciuitate, Partium factionibus turbata, exilijs denique, carceribus & mortibus ſuorum hinc & inde territa. Quæ mala qui attenderit, inconſtantiæ notam Vniuerſitati non oblinet; ſed dubiæ & vacillanti fortunæ Regni iuſtoque metui. Nec reddita pace publica ſecurior fuit ſuæ libertatis oppugnatis palam priuilegijs, pro quorum defenſione colluctandum illi ſæpè fuit cum Curia Parlamentæa, cum Subſidiaria, cum Electis, cum Epiſcopo, cum Præpoſito Pariſienſi. Vnde ſæpè recurrendum fuit ad Ceſſationes & ad Cenſuras Apoſtolicas contra Oppugnantes. Obſtinatior verò vehementiorque pugna fuit cum Generalibus Subſidiorum, à quibus tum ipſa, tum Officiarij ipſius vexabantur tributorum impoſitione, inſolitis ſeruitutibus, alijſque ſubinde & alijs machinationibus. Nec haberi pax potuit, niſi conſtituto apud ipſam Curiam Præſide Protectore ſeu Conſeruatore Priuilegiorum. Sed & ad ipſius Vniuerſitatis depreſſionem exitiumque patuit latior via, cum Curia Parlamentæa Iudex fuit conſtituta litium Academicarum. Priſcis enim temporibus ſi ſe vexari grauarique ſentiret, ad Regem ipſum protinùs miſſis Legatis confugiebat. Rex filiæ ſuæ vt & familiarium domeſticorumque cauſas de plano; vt vocant, diſceptabat, nec diu patiebatur illam à ſtudijs ſuis diſtrahi. Verum Carolus VII. crebras eius legationes pertæſus, aliundeque impenſis & ſumptibus plurimis parcere cupiens ſtatuit ei certos Iudices præſcribere Pa-

riſijs reſidentes, quò faciliùs litibus ſuis vacare poſſet, minúſque à ſtudiorum exercitatione diuelli. Id quidem Rex bono animo, ſed contrarium accidit, & præſenſit inde ipſa Vniuerſitas crebra iurgia, litium inuolutiones, difficilem expeditionem, Iudiciorumque importunam dilationem. His de rebus Regem admoneri voluit per Legatos quos ad ipſum anno 1445. deſtinauit, rogauitque more priſco audiri, ſi quid negotij haberet, *cum ſola Regia Majeſtas præſentialiter ſui Corporis cauſas ſolita eſſet tractare, tanquam ſuæ filiæ primogenitæ & perpetuæ.*

Veruntamen edixit Rex datis litteris 27. Martij anno 1445. vt Curia Parlamentęa cauſas liteſque filiæ ſuæ dirimeret, quas ipſe multiplici grauium negotiorum mole impeditus dirimere non poterat. Hinc Vniuerſitas nouo iugo collum ſupponere coacta, eique parere Curiæ cuius ſe ęmulam prius ſororemque eſſe iactitabat.

Acceſſerunt alia mala turbæque à cædibus Scholarium, à Magiſtrorum incarcerationibus & exilijs, inteſtina quoque bella frequentioreſque in Electione Rectorum & Procuratorum tumultus & contentiones; pro quibus ſedandis adeunda ſæpe fuit Curia. Hinc diſtractiones ſtudiorum, diuagationes animorum, odia inteſtina, contemptus. Adde vtriuſque Conſeruatoris Apoſtolici & Regij imminutam reſtrictamque poteſtatem & authoritatem, antiquiſſimi Priuilegij, quod vocabant *de non trahi extra* fines coarctatos, amiſſamque plane libertatem. His adde grauius malum, nouarum Vniuerſitatum inſtitutiones & erectiones. Extra Regnum, Lipſienſis, Roſtochienſis, Louanienſis, Wittembergenſis, Gripſualdenſis, Baſilienſis, Ingolſtadenſis, Tubingenſis; in Regno, Pictauienſis, Cadomenſis, Bituricenſis, Nannetenſis. Hinc alio & alio diductis detortiſque riuulis qui ſolebant in Alueum Pariſ. & communem defluere, aruit ipſe & Scholarium numerus adeo diminutus fuit, vt ſub finem ſeculi multis millibus vix tot centuriæ reſponderent.

Status Vniuerſitatis in Facultate Artium.

QVIS autem fuerit Vniuerſitatis Status hoc ſeculo tam in Profeſſione publica litterarum quàm in regimine politico, quàm breuiſſimè fieri poterit, enarrandum. Profeſſio quidem eadem quæ ſuperioribus ſeculis, ſcilicet Artium, Medicinæ, Iuris Canonici & Theologiæ. Græcæ quoque linguæ vſus, qui prope exoleuerat, reuocatus eſt opera Græcorum ex Academia Conſtantinopolitana exulantium, Beſſarionis, Georgij Trapezuntij, Georgij Clizini, Gregorij Typhernatis, Hieronymi Spartiatæ, Tranguilli Andronici Spartiatæ & aliorum quorundam qui publicis ſtipendijs Lutetiæ docere inuitati ſunt.

Genuina quoque & terſa Latinitas quam Philoſophorum Theologorumque barbaries exilio quodammodò damnarat, reuocari cœpit; initio quidem ſeculi & ſub finem ſuperioris, operâ M. Nicolai de Clemangis Baccalaurei Theologi è Societate Nauarrica: circa medium, M M. Guill. Ficheti Sorbonici, Franciſci Philelphi, Guill. Tardini, Ioa. Lapidani; Franc. Nigri, Sulpicij, Peroti: Circa finem, Roberti Gaguini, Hieronymi Balbi, Martini Delfi, Io. Reuchlini, Deſiderij Eraſmi; Guill. Monioij, Fauſti Andrelini & aliorum plurium tam ſoluta quàm ſtricta oratione præcellentium, vt liquet ex operibus quæ Poſteritati reliquerunt. Verum illa dicendi ſcribendique venuſtas & elegantia non ſine bello reparari potuit aduerſus Barbaros & Corruptores, quos Gaguinus Quæſtionarios vocat, quoſque 250. & amplius ante ſuam ætatem annis inualeſcere cœpiſſe ait Ep. 61. ad Boſtium. *Perraros videas*, inquit, *quibus inſit aut ad moratam, aut hiſtoricam, aut forenſem orationem ſatis accommodatus character. Eſt vnus omnium ſtylus, eadem ſcribendi forma, quam ij qui Quæſtionarij appellantur, paulo magis ſupra 250. annos magno litterarum detrimento inuexerunt, à quorum creberrimis Scriptis ſi hæc vocabula, Quoniam,* poſtquam, cum, conſequenter, præterea, ſed contra, in contrarium, reſponſio,

reſponſio, ſolutio, & *huiuſmodi apud illos paſſim redundantia decuſſeris, ex immani fiet liber breuiſſimus.*

Collegiorvm Professio Publica.

Ad reparandam Latinitatem & eloquentiam non parum contulit Diſciplina Collegiorum. Atque in eis inſtituta Profeſſio publica litterarum, non Burſarijs modò, ſed & Conuictoribus alijs & Extraneis ad Scholas Magiſtrorum & Claſſes certo ordine & penſato profectu admiſſis: Nam omnia quidem antiqua Collegia alumnis ſeu Burſarijs, ijſque pauperibus educandis & edocendis inſtituta fuiſſe legimus; hoc verò ſeculo & cum ijs paulatim alij admiſſi vt & frequentia Auditorum excitaret ſtudium Præceptorum, & optimus quiſque ad Studia accenderetur æmulatione & gloria, vagandique occaſio tolleretur. Hinc ſæpè leges promulgatæ & Statuta condita ad includendos intra Collegiorum ambitum Martinetas & vagos Scholares.

Quando verò vſus iſte inualeſcere ceperit, nihil habemus certi. Vulgo quidem exiſtimatur Collegium Nauarricum Publicæ iſti Profeſſioni primùm portas aperuiſſe, quod anno 1464. reformatum eſt: verùm in Actis Procuratorijs, aut faſtis publicis nihil, quod ſciam, ea de re. Certum eſt quidem ſuperioribus ſeculis Grammaticos & Rhetores Scholas habuiſſe ſingulares, ſeu Domos & hoſpitia conducere ſolitos in quibus ludum aperiebant. Philoſophos verò in vico Stramineo Scholas à Nationibus ſuis habuiſſe, aut etiam alibi, ſi non ſtramineæ ſufficerent. At hoc ſeculo Grammatici, Rhetores & Philoſophi intra Collegia docere cœperunt eo prope ordine quo nunc digeſtas Claſſes cernimus, relicto Publicis Actibus Determinantiarum, & Magiſterij, nec non & Ethicæ Profeſſioni Vico Stramineo: idque authoritate Cardinalis Tutauillæi, an. 1452. confirmatum in Reformatione Vniuerſitatis.

Nam in Cap. quod ſpectat ad Reformationem Facultatis Artium, Cenſores quatuor Nationum inſtituit, *qui ſingula Collegia atque Pædagogia in quibus commorantur Artiſtæ, viſitent, ibique ſeduló, ac diligenter inquirant, quæ ſit vitæ & conuerſationis honeſtas, quæ communitas victus, quæ docendi ſolertia, quæ regendi modeſtia, quæ denique Scholaſtica diſciplina ſeruetur.*

Et alio loco. *Monemus omnes & ſingulos Pædagogos præſentes & futuros in virtute S. obedientiæ vt ſic intendant regimini ſuorum Domeſticorum Puerorum & Scholarium, vt coram ſupremo Iudice de profectu eorum tam in ſcientia quàm in moribus exigendam ab eis reddere poſſint rationem.*

Item mandamus & præcipimus, *vt quilibet Magiſter Pædagogus aſſumat ſibi Regentes & Submonitores viros bonos, graues & doctos, qui ſint ſuis Diſcipulis ad exemplum, & qui tales ſint, vt eos pro merito virtutum & ſcientiæ Scholares reuereantur.*

Item circa prædictos Pædagogos & Domorum Principales Magiſtros ſtatuimus & ordinamus, *ne tanquam ambitioſi aut quæſtui turpiter inhiantes per Manſiones & loca concurrant, aut tabernas & hoſpitia circumeant per ſe, vel per alios, ad rogandos, vel exquirendos ſibi Scholares. Quodque iuſtum & moderatum pretium pro victu ſecundum rerum & temporum qualitatem à Scholaribus exigant.*

Item inhibemus *ne præſentes Pædagogi, aut etiam futuri faciant inter ſe colluſiones, conuenticula aut monopolia ſuper determinatione, aut præfixa quota penſionis ſoluendæ à Scholaribus; ſed vnuſquiſque quod iuſtum & honeſtum fuerit, plus minuſue recipiat ſecundum portionem ad quam Scholaris voluerit expenſas facere.*

Hæc & plura ibidem: vnde conſtat ante Reformationem prædictam iam inualuiſſe conſuetudinem profeſſionis publicæ in Collegijs Artium, quæ nonnullis poſtea diſplicuit, propterea quod experientia ipſa docuit veros Alumnos Collegiorum, ſeu Burſarios à Pædagogis ſpe maioris lucri negligi, & diſciplinam ab ipſis Fundatoribus præſcriptam, legeſque turbari & ſenſim euerti, qua de re queſtum legimus M. Guill. de Caſtroforti Collegij Nauarrici Archididaſcalum apud Carolum VII. Regem verò prædicti Collegij reformationem Eliæ de Torettes in Curia Parlamentæa

Præſidi infulato demandaſſe datis litteris die 29. Octob. anno 1459. quæ tales ſunt.

COLLEGIVM NAVARRICVM.

" CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. Cariſſimo & fideli
" Conſiliario Richardo Cardinali Conſtant. nec non dilectis & fidelibus
" noſtris Magiſtris Helyæ de Torrettes, Præſidenti in noſtra Curia Parla-
" menti, Ioanni de Courcelles, Ioanni de la Royauté, & Ioanni de Monti-
" gny noſtris in eadem Curia Conſiliarijs, Stephano Militis & Petro Be-
" cart, Theſaurarijs & Conſiliarijs noſtris, Ioanni Dauuet noſtro generali
" Procuratori & Guillelmo de Caſtroforti in ſacra pagina Profeſſori, ac
" Domus noſtræ, ſeu Collegij Campaniæ aliter Nauarræ Pariſius in mon-
" te ſanctæ Genouefæ fundatæ Magiſtro, ſalutem & dilectionem. Cum nu-
" per ad aures noſtras aliquorum fide dignorum relatu peruenerit nonnul-
" los de Burſarijs Theologorum, Artiſtarumque & Grammaticorum Ma-
" giſtris & Burſarijs inclytæ memoriæ Ioannæ Francorum & Nauarræ Re-
" ginæ fundatricis dictæ domus aliaſque noſtrorum bonæ memoriæ Præ-
" deceſſorum ſaluberrimas inſtitutiones ac ordinationes cœpiſſe infringe-
" re, eiſdemque in pluribus articulis & punctis nolle obtemperare ſeu obe-
" dire: Capellanos etiam & Clericos Capellæ in eadem domo fundatos
" circa Officium diuinum ad quod tenentur, defectus multos frequenter
" committere, *dictoſque Artiſtarum & Grammaticorum Magiſtros pro ſuæ libito*
" *voluntatis quoſcumque extraneos Scholares indifferenter cum dictis Burſarijs ac*
" *Scholaribus fundatis introducere & admittere, nedum in tanta multitudine*
" *quantam dicta domus continere poteſt, ſed etiam vicinas domos emere & conduce-*
" *re vt plures extraneos Scholares & hoſpites recipere valeant, quos Burſarijs*
" *præfatis commenſales & conſocios faciunt, & nouos aditus nouaſque portas aperire*
" *prohibitas pro ingreſſu & egreſſu talium multiplicatas, & alias inſtitutiones,*
" *ac ſtatuta dicti Collegij negligere & contemnere, aut ad eorum voluntatem &*
" *commodum proprium interpretari, & illis manifeſte abuti non verentur. Vnde*
" *domus præfata, ex qua olim dum ſtatuta & ordinationes prælibatæ ſeruabantur,*
" *multi prodiere litterati & famoſiſſimi viri ad fidei orthodoxæ & Regni noſtri*
" *ingentem laudem & exaltationem maximam*, ad præſens damna plurima &
" grauem patitur iacturam atque ſcandalum *Burſarijs ac Scholaribus præ-*
" *fatis ſaltem pro magna parte in ſcientijs, virtutibus & morum diſciplina minimè*
" *proficientibus*, ac dictis Statutis & inſtitutionibus ipſius Collegij quaſi pe-
" nitùs inutilibus & illuſorijs remanentibus; & plus pati poſſet, niſi ſuper
" hoc de remedio per nos prouideretur opportuno. Quapropter Nos ad
" quos omnimoda diſpoſitio & reformatio dictæ domus ſpectat & pertinet,
" eiuſdem domus vt decet honeſtatis & proſperitatis augmentum, veſtigijs
" Prędeceſſorum noſtrorum inhęrendo affectantes, eandemque domum
" iuxtà votum & piam dictæ Fundatricis ac aliorum noſtrorum bonæ me-
" moriæ Prædeceſſorum intentionem laudabiliter regulari ac dirigi, abu-
" ſuſque & defectus huiuſmodi in melius reformari cupientes, de veſtris
" ſcientia, probitate, fidelitate ac bona diligentia pleniſſimè confidentes
" mandamus & committimus, dedimuſque & damus per præſentes vobis
" quatuor aut tribus veſtrum Commiſſionem & mandatum ſpeciale vos
" de Statutis & Conſtitutionibus domus præfatæ tam per eorum ſeriem &
" tenorem quàm per depoſitionem teſtium & aliàs informandi, illos etiam
" quos coërcendos noueritis vt fidem & exhibitionem vobis faciant de ſta-
" tutis & ordinationibus domus ſæpè nominatæ, viriliter & rigidè compel-
" lendo; inſuper etiam de inſolentijs, defectibus, & abuſibus in eadem domo
" per dictos Theologorum Burſarios Artiſtarumque & Grammaticorum
" Magiſtros atque Scholares, Capellanos & Clericos tam in doctrina, ſcien-
" tia, moribus & diſciplina, quàm aliter præter & contra dictorum Statu-
" torum & inſtitutionum ſeriem, dictorumque Fundatricis & Prædeceſ-
" ſorum noſtrorum intentionem hucuſque perpetratis, & qui quotidie per-
" petrantur tam ſuper præmiſſis quàm etiam ſuper articulo Compotorum
" particularium Collegiorum tam Artiſtarum quàm Grammaticorum, &
" aliàs ſeriosè inquirendi, & ſupradictos abuſus, inſolentias ac defectus

corrigendi & reformandi, ſicut congruum fore vobis videbitur. Nec non
Præfatorum particularium Collegiorum Magiſtros & eorum Prædeceſ-
ſores ad Compotorum ſuorum redditionem debitorumque reſtitutio-
nem cogendi & compellendi, & generaliter Statuta & ordinationes anti-
quas dictæ domus ad veram obſeruantiam, quantum commodè fieri po-
terit, reducendi, ſtatuendi etiam de nouo quæcunque vtilia aut neceſſaria
vobis videbuntur pro meliori reformatione Magiſtrorum, Burſariorum
& aliorum ſuperiùs nominatorum, & vlterius pœnas grauiores pœnis in
præmiſſis antiquis Statutis contentis, aut alias quæ vobis videbuntur,
contra tranſgreſſores eorumdem adiungendi & addendi ac eas executio-
ni debitè demandandi, nec non ad debitam eorum obſeruantiam quæ per
vos aduiſata ſeu ordinata fuerit, ſupradictos Magiſtros, Burſarios & Ca-
pellanos per iuramentum corporale, fructumque Burſarum quas ſingu-
lis hebdomadis percipiunt, retentionem, vel totalem eorum, ſi caſus exi-
gat, à domo præfata deiectionem & alijs vijs rationalibus compellendi,
& præterea quos iuxta tenorem & verum intellectum Statutorum præ-
dictorum propter ſua demerita priuandos repereritis, à locis & burſis
priuandi & à dicta domo totaliter excludendi & amouendi in præmiſſis &
circa præmiſſa ſummariè & de plano, ſiue ſtrepitu & figura iudicij aut pro-
ceſſu iudiciali procedendi: quæ quidem præmiſſa ſicut præfertur, facien-
di, exequendi, & peragendi authoritatem poteſtatem & facultatem atque
commiſſionem ſpecialem vobis damus atque conferimus per præſentes
nonobſtantibus oppoſitionibus, aut appellationibus quibuſcumque & ab
omnibus Iuſticiarijs, Officiarijs & ſubditis noſtris & à vobis deputandis in
his & circa ea pareri volumus & intendi. Datum Raſilliaci penultima die
Octob. anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo no-
no; & Regni noſtri triceſimo octauo.

Hanc prouinciam prædictus Elias de Torettes cum conſocijs aggreſ-
ſus eſt; & an. tandem 1464. illa, regnante tum Ludouico XI. executioni
demandata, certiſque legibus permiſſa profeſſio publica, vt patet ex ip-
ſius Regis litteris, in quibus continentur, quæ ſequuntur.

Item & ad tollendam exceſſiuam Scholarium non Burſariorum multi-
tudinem, quæ confuſionem parit & magna affert incommoda, vſque etiam
ad deſtructionem morum, ſcientiæ & ædificiorum dicti collegij, ob-
ſtruetur infra feſtum beati Remigij proximè venturum ille ingreſſus ſeu
illa muri apertio quam Magiſter Grammaticorum fieri fecit citra viginti
aut ſexdecim annos vt de ſuis priuatis & acquiſitis domibus ad domum
Collegialem Scholares non Burſarij tranſire poſſent, quatenùs Colle-
gium prædictum ad modum & ſtatum quos dum maximè floreret, ha-
buit, ponatur & reducatur. Item præcipimus & ordinamus quod nullus
ſiue ſit Grammaticorum, aut Artiſtarum Magiſter, ſeu etiam alius qui-
cumque de dicto Collegio exiſtens, præſumat aliquem Scholarem non
Burſarium, aut alium extraneum extra dictum Collegium de nocte ia-
centem vel dormientem recipere commenſalem in aliqua communita-
te, nec aliquem indicto Collegio vltra ſex dies retinere ſine licentia Ma-
giſtri dicti Collegij petita, & obtenta; cum hoc in vno Statutorum dicti
Collegij contineatur expreſsè: ſi quis autem Statuto præfato obedire
contempſerit, à domo, Burſa & Officio totaliter excludatur.

Item & quia ex manſione & habitatione Scholarium non Burſariorum,
ſeu etiam aliorum hoſpitum Collegium præfatum, quantum ad ædificia
grauem iacturã & magna patitur detrimenta, ea propter ordinamus quod
Magiſtri Grammaticorum & Artiſtarum pro quolibet Scholari non Burſa-
rio & cum Burſarijs commenſali de cætero ſoluent annuatim 48. ſolid. 24.
pro Collegio particulari & totidem pro totali Collegio iuxta formam
antiquorum Compotorum dicti Collegij; Scholares verò aut hoſpites in
nulla duarum illarum Communitatum commenſales ſoluent pro Capite
annis ſingulis 24. ſolidos Pariſienſes, duntaxat. Saluis tamen conſuetu-
dinibus antiquis de libertate & immunitate aliquorum à tali ſubſidio, vel

» onere ſecundum formam antiquorum Compotorum.
» Item quia iuxta mentem Fundatricis ac etiam Statutorum tenorem
» Magiſter & Sub-Magiſter Grammaticorum in domo Collegiali cum pue-
» ris Grammaticis dormire & iacere obligantur, dictoſque pueros fideliter
» inſtruere in moribus & doctrina, eiſque cibos & potus conuenientes mi-
» niſtrare, ac etiam de vtenſilibus honeſtè prouidere & decenter. Idcircò
» præcipimus & ordinamus quod in præmiſſis nullus fiat à modo defectus,
» & primo quidem Magiſter & Sub-Magiſter prædicti in domo Collegiali
» de nocte dormiant & de cætero iaceant, præfatoſque Grammaticos ma-
» ximè Burſarios in propria erudiant legendo & lectiones ac materias di-
» ligenter audiendo. Et ſi contra præmiſſa attentare præſumpſerint, ab
» Officio & Burſis dicti Collegij priuentur & excludantur.
» Item in miniſtratione potuum atque ciborum fideliter ſe habeant,
» nihil niſi ſanum fuerit & conueniens & cum hac ſufficienter tribuendo,
» prouideant, etiam de vtenſilibus decenter & abundè, tam quoad ipſos &
» ſcutellas quamquoad alia menſæ neceſſaria, habeantque dicti Grammati-
» ci ſaltem bis in ſeptimana mappas albas & mundas quæ ex multitudine
» citius ſordidantur & maculantur. Et ſi in præmiſſis Magiſtri ſupradicti ni-
» mis deficere inueniantur, punientur vt decebit.
» Item & quia Burſarij Officio diuino diebus Dominicis & Feſtiuis inter-
» eſſe tenentur & ad hoc fuerunt eis ſedes & Cathedræ in Capella dicti Col-
» legij ſpecialiter ordinatæ: Idcircò nullus non Burſarius ſiue ſit Gramma-
» ticus aut Artiſta dictas ſedes occupare præſumat in præiudicium dicto-
» rum Burſariorum tam Grammaticorum quàm Artiſtarum, ſicque alibi
» locum quærere compellantur, præcipimuſque & ordinamus quod Ma-
» giſtri & Sub-Magiſtri Grammaticorum & Artiſtarum à ſuis Scholaribus
» ordinationem præmiſſam faciant de cætero obſeruari.
» Item & ne ædificia Clauſtri & Vitrinæ Capituli detrimentum patian-
» tur, nimiſque propter tumultum ludorum, Studium aliorum impedia-
» tur, ordinamus & præcipimus, quod Magiſtri & Sub-Magiſtri tam Gram-
» maticorum, quàm Artiſtarum Scholares ſuos nullatenus permittant in di-
» ctis Clauſtro & Capitulo, aut etiam præfati Clauſtri pratello ludere, aut
» aliquem tumultum facere, & ſi defectus circa iſtud de cætero inueniatur,
» punientur tam Magiſtri quam Scholares præfati, provt decere videbitur.
» Item & ne de cætero fiat contentio inter Magiſtrũ & Sub-Magiſtrum
» Grammaticorum prædictorum propter lucrum ex non Burſarijs ſuperue-
» niens vacetque diligentius Sub-Magiſter ad inſtruendum non Burſarios
» ſicut & Burſarios, habebit amodo pro ſuis laboribus vnum ſcutum à quo-
» libet commenſali non Burſario magnæ portionis & à quolibet commen-
» ſali non Burſario paruæ portionis, ſexdecim ſolidos Pariſienſes Niſi aliter
» de conſilio Magiſtri ad inuicem conuenerint.
» Pro Artiſtis autem præcipimus & ordinamus quæ ſequuntur ſine frau-
« de obſeruari. 1. quod Magiſter & Sub-Magiſter de cætero ordinariè le-
» gent niſi legitimum habeant impedimentum omni fraude amota, quod-
» que lectiones ac diſputationes per ſe audient, cum ad hæc iuxta formam
» **Statutorum teneantur. Et ſi hæc pertinaciter facere recuſauerint, ab Of-**
» ficijs deponentur & priuabuntur, niſi ſuper præmiſſis diſpenſationem ha-
» beant, habebitque Sub-Magiſter præfatus Artiſtarum pro ſuis laboribus
» à quolibet commenſali non Burſario vnum ſcutum, ſiue ſexdecim ſoli-
» dos Pariſienſes provt de Grammaticis ſuperius ordinatum eſt.
» Item & vt grauitas ſeu honeſtas præſentiæ dictorum Magiſtri & Sub-
» Magiſtri hora refectionis in menſa grauiores atque honeſtiores mores
» pariat in mentibus Scholarium, ordinamus quod de cætero hora cœnæ &
» prandij ſæpè & frequenter in aula communi comedant, aut ſaltem ibidem
» hora prandij & cœnæ aſſiſtant, ſicut decet.
» Item & quia ex negligentia & omiſſione viſitandi cameras hora no-
» cturna, ſicut antiquitus fiebat, Scholares nonnunquam vagari ac de
» nocte errare ſeu in Cameris ſuis tempus circa ludos abſque ſtudij fructu

inaniter conſumere inueniuntur, ea propter ordinamus & præcipimus « quod prędicti Magiſter & Sub-Magiſter de cætero ad minus bis in ſepti « mana cameras dictorum Scholarium ſecundùm modum antiquitus lau- « dabiliter obſeruatum viſitare tenebuntur. «

Item & quod Burſarios Artiſtas maximè ſummuliſtas & Logicos faciant « intereſſe Matutinis & Officio diuino diębus Dominicis & Feſtiuis, ſicut « dicti Burſarij per ſtatuta obligantur. Si quis autem Burſariorum defece- « rit, punietur iuxta formam ſtatuti ſuper hoc inſtituti. «

Item & ad tollendum laſciuias & choręarum exceſſus & temporis per- « ditionem quæ occaſione chorearum prouenire dignoſcitur, Magiſtri « Artiſtarum & Grammaticorum nullatenus de cætero permittent Mimos « in quocumque feſto adeſſe, *niſi forte in feſto Regum duntaxat, iuxta morem* « *antiquum, in nulloque feſto vltra decimam horam cantare*, vel choreas duce- « re; nec aliqua arma deferant aut armati ab extra in domo recipiantur « propter ſcandala atque pericula quæ hoc anno præcipuè euenerunt. «

Item præfati Magiſter & Sub-Magiſter nullatenus permittent aliquid « permodum ſubſidij exigi, vel leuari à Scholaribus prędictis, vt eis aut « ſuis Regentibus conferatur, ſaluo tamen quod duos ſolidos habebunt « tantum pro prima figura & in fine redditionis librorum vltra vnum ſcu- « tum non exigent. Nec in feſto cuiuſcumque Nationis permittent Scho- « lares ſoluere Profeſſores vltra duos ſolidos Pariſien. Regentes autem « qui ad docendum Artiſtas de licentia Magiſtri Collegij recipientur, in « manibus dicti Magiſtri præmiſſa iurare tenebuntur. «

Item de cætero nullo modo permittent *quod ille qui in Regem fabæ eli-* « *getur, ſoluat ad fortius vltra duo ſcuta. Prohibemus etiam de cætero electionem* « *fieri Imperatoris in quocumque feſto per quoſcunque, aut qualitercunque, cum* « *talis plurimum ſit nociua profectui Scholarium.* «

Item nunquam licentiam dabunt ludendi Scholaribus prædictis pluſ- « quam bina vice in eadem ſeptimana, quique tempore ludi vigilabunt, aut « intendere facient ne aliquis dictorum Scholarium incidat in aliquod tur- « pe factum impedientque pro poſſe dicti Magiſtri tumultum ludentium in « Collegio, ne turbetur ſtudium aliorum. «

Item & quia multi de Studentibus in Grammatica ſunt Commenſales « in Collegio Artiſtarum & è contra; vnde confuſio maxima oritur, etiam « profectus ſcientiæ & diſciplinæ patitur iacturam, hæc etiam confuſio « Statutis & intentioni Fundatricis contraria eſſe videtur, ideo nullus de « cætero Grammaticus erit Commenſalis in dicto Artiſtarum Collegio, « nullus etiam Artiſta in Collegio Grammaticorum commenſalis eſſe po- « terit, & ſi quis in contrarium attentare præſumpſerit, punietur per pri- « uationem fructuum Burſæ ſuæ, & alijs pœnis grauioribus ſi pertinax eſſe « voluerit. «

Item ordinamus quod nullum Burſarium de cætero permittant ad exa- « men licentiæ præſentari, niſi de conſenſu & approbatione Magiſtri Col- « legij vt per hoc Burſarij præfati diligentiùs ſtudio & profectui inten- « dant, &c. «

Sic ergo inualeſcente diſciplina Collegiorum & in iiſdem Profeſſio- Vicvs Stramineus.
ne Publica humaniorum litterarum, Rhetorices & Philoſophiæ, adeo vt regnante Ludouico XI. illorum octodecim omnibus paterent, minus frequentari cœpit vicus ſtramineus qui olim publicis Profeſſorum lectionibus perſtrepebat; vnaque videtur tandem Ethices profeſſio ibidem retenta, vt alibi docebimus, ſi Deus vitam produxerit. Quanquam Cardinalis Tutauillæus non omnino abrogauit Philoſophiæ prælectiones in prædicti vici Scholis, ſic enim ait. *Monemus prædictos Regentes* (Ariſtotelis textum legentes) *vt ceſſante legitimo impedimento, ſingulis diebus & horis ſtatutis ad vicum Straminis ſe transferant lecturi modo & forma, quibus ſupra regulariter & ordinatè.* Id ſcilicet præſtabant eo ferè modo; quo qui nunc in Collegijs docent, nihiloque minus in Collegio Regio lectiones publicas ſtatis horis habent.

In Scholis autem Nationum prædicti vici fiebant Actus quos vocabant *Determinantiarum* ad Baccalariatum in Artibus conſequendum. Item & Actus Magiſterij quos vocabant *Placet*. In æde verò San-Iulianenſi *Actus Quodlibetarij*, qui fieri deſiti, à Cardinale Tutauilleo in vſum reuocati ſunt, ſic iubente ipſo.

Item ſtatuimus & mandamus, *vt Actus ille ſolemnis de diſputatione Quodlibetorum qui dudum ad decus Facultatis, exercitium Studiorum ac ingenia excitanda fuit laudabiliter inſtitutus, obſeruetur; mandantes id in virtute S. Obedientiæ exercitium iuxta veterem morem apud S. Iulianum omni excuſatione poſtpoſita, reintegrari, ac renouari per præſtantes ipſius Facultatis Magiſtros per ſingulas Nationes eligendos.*

Cæterùm ad Graduum Academicorum conſecutionem procedebant hoc modo. Antiquitùs quidem Artium Curſus erat ſexennalis, deinde quinquennalis factus, tum trium annorum cum dimidio, & talis fuit toto hoc ſeculo; immo talis ad annum vſque 1600. quo factus biennalis. Antequam autem quis ad Logicæ lectiones admitteretur, prius tentabatur in Grammaticis & Rhetoricis, nec non in lingua Græca & arte metrificandi. Admiſſus per biennium lectiones Dialecticas & alias ſtatutis contentas audiebat priuſquam ad determinandum in Artibus poſſet procedere. Determinabat in Scholis ſuæ Nationis, & probè ab Examinatoribus tentatus Gradum Baccalarij conſequebatur.

Eo verò anno quo quis fiebat Baccalarius in Artibus, licentiari non poterat, niſi ex ſingulari gratia & diſpenſatione: Poſt annum elapſum licentiari poterat; ad quem Gradum conſequendum duo erant ſubeunda Examina, vnum priuatum per Tentatores ſeu Examinatores quos vocabant *in Cameris*; quo facto licentiandus *Actum Quodlibetarium* in æde San-Iulianenſi propugnabat. Alterum publicum, per Examinatores quatuor Nationum cum Cancellarijs, aut apud S. Genouefam, aut apud Baſilicam Pariſienſem.

Hoc autem ordine res peragebatur. Cancellarius circa feſta Paſchalia certa die veniebat ad Comitia Facultatis Artium apud Mathurinenſes & Examen aperiebat, proindeque Licentiandos vocabat. Nationes ſingulæ ſuum *Tentatorem in Cameris* eligebant ad vnum, duos, treſve menſes. Illi examinatos ad ſuperius inferiuſue examen mittebant, numero antiquitus ſemper eodem, nimirum octonario.

Et hæc vocabatur *Prima Auditio*. Poſt quam fiebat alterum Examen, vocabaturque ſecunda Auditio; & ita deinceps. Singulis autem Auditionibus, loci aſſignabantur pro merito cuiuſque: hinc Licentiati dicebantur 1°. 2°. 3°. 4°. &c. loco talis Auditionis. Peracto examine, Cancellarius monebat omnes, adeſſent certa die apud Mathurinenſes, & ibi Facultate congregata, ſuo ſinguli loco recenſebantur. Quo facto gratijs actis Cancellario & Examinatoribus, admonebantur à Rectore Licentiandi adeſſent alia die quam edicebat, Cappati & ornati vt par erat. Præſentes ea die à Rectore & Procuratoribus, præeuntibus Bidellis, deducebantur ad Cancellarium, & præſentabantur ad licentiam & benedictionem Apoſtolicam. **Hinc actis mutuis gratijs acceptaque licentia & benedictione,** dimittebantur, ac deinceps *Licentiati* appellabantur.

Reſtabat Magiſterium. Licentiati autem birretari ſeu Magiſtrari non poterant niſi poſt abſolutum curſum trium annorum cum dimidio; & tunc provt cuique commodum erat, in Scholis ſuæ Nationis. Actu Publico quem vocabant *Placet* (quia poſtulabat Magiſter Regens aut Bidellus à Magiſtris præſentibus *Placet*-ne vobis talem Licentiatum birretari, & illi reſpondebant *Placet*) à ſuo Magiſtro Regente Pileum rotundum laureamque Magiſtralem accipiebant: Et tunc dicebantur *Magiſtri noui*.

Illi autem ſi Regentes dici Priuilegiorumque & iurium quæ Regentibus conceſſa fuerant, volebant fieri participes, ſupplicabant pro Regentia & Scholis, aut apud Nationem ipſam, aut apud Regentes ſolum-

modò, qui ſua priuata habebant Comitia. Et vtriuſque modi extant exempla plurima. Admiſſi exſpectabant vacationem Scholarum, ſi nullæ vacarent, & vacantes diſtribuebantur Antiquioribus. In Actis Nat. Gall. ad 16. Sept. an. 1409. ita legitur. *Fuit Natio congregata ad ordinandum & diſponendum de Scholis Magiſtrorum Regentium. Supplicauerunt aliqui Magiſtri nouiter pro Regentibus. Fuit concluſum quod Magiſtri ſupplicantes & volentes regere, admitterentur ad Regentiam, & quod optio vel electio Scholarum ſpectaret ad eos ſecundùm eorum antiquitatem, ſecundùm ſtatuta & conſuetudines Nationis.*

Item in Actis 11. April. anno 1472. Procurator ita ſcribit. *Conuocari feci DD. Regentes apud Regale Collegium Nauarræ ſuper 2. art. Supplicuit M. Guill. Campane pro Regentia, quod conceſſerunt DD. Regentes, ſi habuerit materiam, & ſolutis ſoluendis.*

Porro etiam admiſſi, ſi non haberent materiam & ſtato tempore non regerent, expungebantur: ita enim legitur in Actis eiuſdem Nationis ad diem 20. Maij 1463. Secundus articulus, *fuit ſuper reformatione quorundam qui vtuntur nomine Regentis qui non ſunt Regentes.* Et quoad iſtum art. deliberauit Natio *quod nullus reputaretur de cætero Regens, niſi qui habeat materiam in aliquo Collegio, & legat in vico: & quod Bidelli vadant ad Collegia & domos, ad ſciendum, qui ſint Regentes & qui non.*

Cæteri qui regere nolebant, aut qui materiam non habebant, ad Regentium Comitia, in quibus agebatur potiſſimùm de diſciplina Scholaſtica, admitti non poterant; ſed ad Generalia tantum in quibus de Priuilegiorum conſeruatione, communiumque rerum adminiſtratione agebatur, ſi modò euocarentur, ſecùs non. Et in Inſtrumentis publicis ſi quæ conficerentur, ſolebat eorum fieri mentio his verbis, *facta eſt Congregatio tam Regentium quàm non Regentium.*

Porro tam Regentes quàm non Regentes ſi ad Nominationes admitti volebant, annum cum dimidio ad complendum in Artibus quinquennium ponebant; illi in Regentia; iſti in frequentatione Actuum & Diſputationum tam priuatarum quàm publicarum. Quo facto litteras Quinquennij obtinebant & in ijs mentio fiebat eiuſmodi temporis, vel in diſputationibus, vel in Regentia conſumpti. Eaque conſuetudo vſurpata ante (de qua non dubitatur) & poſt Concordatum, vt patet ex nonnullis litteris Quinquennij quæ penès nos ſunt. Vna eſt data 20. Decemb. 1512. qua certum fit *Henricum Charmoluë Diœceſis Sueſſionenſis in Artibus Magiſtrum Pariſius ſtuduiſſe in Collegio Beluacenſi per triennium cum dimidio, & poſt adeptionem Gradus Magiſterij rexiſſe per biennium in Grammaticalibus in Collegio Montis-Acuti Pariſius fundati, frequentando Actus & diſputationes Facultatis Artium.*

Poſt Concordatum extant quoque ijſdem prope verbis conſcriptæ litteræ & à quatuor Magiſtris Artium ſubſignatæ, hoc modo. *Nos ſubſignati omnes Artium Magiſtri certificamus dilectum noſtrum diſcretum virum M. Euſtachium des Merliers Diœceſis Beluacenſis in Artibus Magiſtrum Pariſ. ſtuduiſſe in eiſdem Artibus per quinquennium, videlicet per triennium cum dimidio à Logicalibus incluſiuè ante adeptionem Gradus Magiſterij in Regali Collegio Nauarræ ſub diſcreto viro M. Io. Cottereau, & poſt adeptionem dicti Gradus Magiſterij ſtuduiſſe & continuaſſe ſuum ſtudium in eiſdem Artibus per annum cum dimidio frequentando Actus & Diſputationes dictæ Facultatis Artium tam Publicas quàm priuatas, & eiſdem continuè intereſſendo huiuſmodi Quinquennium incepiſſe die D. Remigij 1. menſis Octob. anno Domini 1560. finitum & reuolutum eadem die anno Domini 1565. teſtibus ſignis noſtris manualibus hic appoſitis.*

In Facultate Medicinæ.

HÆc Facultas Artium Facultatis cognata Statutorum ſuorum ſemper retinentiſſima fuit, bonarum legum laudabiliſque conſuetudinis; nec ab ea legimus quidquam tentatum vllo tempore contra bonum

Publicum & contra Pacem Academiæ. Hoc tamen ſeculo à veteri ſua conſuetudine deſciuit in hoc, quod vxoratos ad Regentiam admiſit, quos ab ea olim arcebat, vt & Preſbyteros, niſi ex diſpenſatione & ſingulari Priuilegio; cœlibes quidem eſſe cupiens, at Sacerdotalis gradus expertes. Ne verò ſua ſe inſtituta violaſſe argueretur, Vxoratis ſuis à Cardinale Tutauillæo hanc licentiam concedi curauit. Sicque ille habetin Reformatione prædictæ Facultatis. *Vetus ſtatutum quo Coniugati à Regentia in Facultate Medicinæ prohibentur, impium & irrationabile reputantes, cum ipſos maximè ad eam Facultatem docendam & exercendam admitti deceat, corrigentes & abrogantes ſancimus deinceps Coniugatos, ſi docti & ſufficientes appareant & morum grauitate decenter ornati, ad regendum in dicta Facultate admittendos.* Habuit prædicta Facultas ſua Comitia varijs in locis, in Pronao Baſilicæ Pariſ. ſeu vt dicebant ad *Cupam noſtræ* Dominæ, apud Mathurinenſes, tum apud S. Iuonem *cauſa impedimenti facti* (anno 1490.) *in Mathurinis per vener. Nationem Normaniæ*, vt legitur in Actis, poſtremo in Scholis in vico Buceriæ ſitis.

In Prædicta Facultate Decanus eligebatur à quatuor Intrantibus quatuor Nationum, ſi tales reperirentur, quemadmodum Rector in Facultate Artium, non quod Medicinæ Facultas compoſita vnquam fuerit ex quatuor Nationibus diſtinctis: conſtat enim id nunquam factum, alioquin ſingulis Nationibus ſuus præfuiſſet Decanus, & ita plures Decani in eadem Facultate fuiſſent; ſed retinendæ cauſâ veteris conſuetudinis quam deſumpſerat ab Artium Facultate vnde exierat. Eligebatur autem quotannis initio menſis Nouembris à die 2. ad 7. certè ante Martinalia. Quod ſi non poſſent haberi quatuor Nationum Intrantes, ſufficiebat vt tres eligerent, aut aliquando etiam numerus ſupplebatur ex aliqua Natione, puta eligebantur duo Galli, aut duo Picardi, aut duo Normani, ſi Anglicana ſeu Germanica Natio deficeret.

2. Non eligebatur Decanus niſi actu Regens, & non niſi ab Electoribus ſeu Intrantibus actu Regentibus, vt conſtat ex innumeris Actis prædictæ Facultatis. Nec habebatur ratio niſi Regentium, nec alij quàm Regentes priuilegijs gaudebant. Erant autem Regentes duplicis generis, alij qui verè & propriè actuque regebant, & ſingulis annis cum eligebatur Decanus, eorum numerus recenſebatur. Alij qui *Regentes honoris* dicebantur, quales erant qui Regis, Reginæ, Regiæque proſapiæ & Principum familiares erant; quibuſcum diſpenſabatur de actuali regentia, ea tamen lege vt ordine ſuo diſputarent.

3. Decanus electus accipiebat à deceſſore ſuo omnia munimenta & inſignia Decanatus poſt præſtitum iuramentum, reddenda ſimiliter ſucceſſori. Patet ex Actis 2. Nouemb. anno 1420. in quibus ſic ſcribit M. Guill. Dionyſij Decanus electus. *Recepi à M. Roberto Poiteuin pro tunc Decano Paruum ſigillum Facultatis argenteum cum catena argentea appenſum & paruum librum Facultatis, in quo ſcripta ſunt ſtatuta, & Kalendarium Facultatis præſentibus MM. Guill. de Camera, Io. Bellardi, & Io. Baſin & duobus Bidellis.*

4. Decanus Receptor erat ſuæ Facultatis, & finito Decanatu, quiannuus quidem erat, ſed vtplurimùm ad bienne ſpatium, aut etiam aliquando trienne prorogabatur, reddebat accepti expenſique rationes præſentibus Regentibus, ijſque emolumentorum quæ ex Baccalariandorum, Licentiandorum & Magiſtrandorum Actibus obueniebant, provt quiſque ijs interfuerat, partem aſſignabat & tradebat. Nec ea diſtributione carebant etiam Regentes honorarij, ſi modo Actibus intereſſent, vt ſtatutum fuit die 23. Ianu. anno 1495. in Comitijs ipſius Facultatis, quorum 2. artic. fuit *pro materia Regentium honoris.* Et quantum ad hoc, *concluſum extitit, ad diminuendum onera Scholaſticorum, quòd de cætero nulli Regentes honoris percipiant emolumenta communia Scholaſticorum pro quocunque Actu, niſi eſſent præſentes & aſſiſtentes illis Actibus, ſiue ſint Licentiæ, ſiue Doctoratus, aut huiuſmodi. Ordinauit tamen quod quando adeſſent Actibus,*

haberent

haberent illa emolumenta communia, quoniam habent onera diſputandi in Ordine ſuo.

Concluſio iſta faceſſiuit aliquid negotij in Comitijs quæ 8. Feb. conſequentis habita ſunt. *Nam ſupplicuit M. Simon Palluau Carnoti reſidens, vt ipſe tanquam Regens honoris perciperet emolumenta communia à Licentiandis & Magiſtrandis, etiam ipſo abſente, quandoquidem temporibus retroactis, illa emolumenta habuerat. Cui tamen ſupplicationi Facultas minimè annuere voluit ſtetitque in deliberatis in Congregatione facta die 23. Ian. Cui Concluſioni ſe oppoſuerunt Magiſtri noſtri Rouſſelli & du Sauſſay, niſi iterùm ſuper hoc Facultas conuocaretur. Quas oppoſitiones attendens hon. Magiſter noſter Amici etiam ſe oppoſuit quod dictus Palluau reputetur Regens honoris, conſiderata eius longa abſentia.*

Contentio iſta non videtur fuiſſe deciſa ante an. 1514. nam ea de re ſic legitur in Actis. Anno 1514. 25. Nouemb. per iuramentum congregata fuit Facultas poſt Miſſam ſuper 3. art. *1. ad declarandum veros Regentes à Regentibus honoris.* 2. Fuit ſuper refuſionibus. 3. Communis ſuper ſuppl. « & iniurijs. Quantum ad 1. art. ex maiori parte concluſum eſt quòd nemo « reputabitur Regens & emolumentorum capax, niſi ſteterit Pariſius per « maiorem partem temporis ordinarij duorum annorum. Et ita declarauit Facultas hon. MM. noſtros Ioan. le Gendre, Petrum Eſchart & Io. « d'Yuery non eſſe emolumentorum capaces; & quod vocarentur Regentes honoris quandiu vellent continuare Diſputationes ſuas Quodlibetarias in ordine. Et ideo concluſi quòd pecunia M. noſtri Briſſot conſignata & relicta in manibus D. antiqui Decani M. Petri Roſee in fine prandij diſputationis D. Bertoul, illam pecuniam diſtribui. *De Medicis Regis dictum eſt quòd reputabuntur veri Regentes vt nos ipſi Pariſius reſidentes, emolumentorum capaces, continuando ſuas Quodlibetarias in Ordine.* « « «

» men Baccalariatus. 2. fuit communis. Ad quorum primum Magiſtri tunc » præſentes ſolemniter congregati & *vnanimiter elegerunt pro Natione Fran.* » *ciæ M. Ioannem Bellardi. Pro Natione Picardiæ M. Droconem Decani, vel loco* » *ſui, M. Io. Helicam pro Nat. Normaniæ, M. Io. Baſin & pro Natione Angliæ, M. Io. de Boëtia ſeu Boëtij.* Item 21. Decemb. anno 1421. quatuor iſti electi pro Nat. M. Franciæ Guill. de Camera, pro Nat. Picardiæ M. Droco Decani, pro Nat. Normaniæ M. Io. Tancardi, denique pro Nat. Alemaniæ, M. Thomas de Wenneuelli, alias de Waneult.

Candidati verò Baccalariatus probabant Examinatoribus tempus ſuæ auditionis & aſſiduitatis quod erat plurium annorum, vt patet ex Actis 15. Ianu. 1421. vbi ſic habetur. 15. Ianu. anno Domini 1421. M. *Ioannes Ioannis tunc Rector Vniuerſitatis probauit ſe audiuiſſe continuè Pariſius per 47. menſes cum dimidio ſine anno præſenti, vt patet per ſcedulas Doctorum & Baccalariorum in præſentia* MM. *Guill. de Camera, &c.*

Examinati & admiſſi, tanquam capaces præſentabantur Facultati ab Examinatoribus, & illa eoſdem ad regendum ſeu *ad Lecturam* certi Tractatus puta de Herbis admittebat; vnde dicebantur *Herbarij*. Die vlt. menſis April. anno 1422. fuit congregata Facultas ſuper 2 artic. Primus ad audiendum relationem Tentatorum Baccalariatus: ad quem fuit dictum *quod repererant* M. *Rolandi ſufficientem & idoneum pro Gradu Baccalariatus: quare tunc Facultas ipſum admiſit ad Lecturam, præſtito iuramento in hoc conſueto fieri.*

Porrò ante annum 1436. Gradus iſte Baccalariatus in Medicina non habebatur pro Gradu in Vniuerſitate: at ſupplicante M Guill. de Longolio tunc Decano, conceſſum eſt vt quemadmodùm in alijs Facultatibus, in Medicina pro gradu haberetur. Anno verò 1494. cum actum eſt de reformatione quorundam abuſuum & inſolentiarum, lectique ſunt articuli, eadem Facultas optauit ſuis Baccalarijs aditum patere ad Officia Facultatis Artium vt Baccalarijs in Theol. patebat. *Vellet Facultas vt Baccalarij ſui eiſdem Priuilegijs gauderent in capacitate Officiorum Facultatis Artium, ſicut Baccalarij formati in Theologia.* Vnde patet ad ea vſque tempora priuilegio iſto non fuiſſe gauiſos. Imo nec etiam poſt: Nam an. 1524. cum fuit reformata Facultas Artium, definitumque quinam ad Officia gerenda idonei forent, præter Regentes Actu, commemorantur quidem Baccalarij formati in Theologia, & Licentiati in Decretis, aut Medicina, non verò Baccalarij.

Decurſo verò Licentiæ ſtadio, obtentoque à Cancellario Pariſienſi Gradu iſto cum benedictione Apoſtolica, Magiſtrandi comitati ſuo Magiſtro Regente inuitabant antiquitùs Doctores ad Actum birretationis. At anno 1472. Statutum illud quoad Magiſtrum Regentem videtur fuiſſe abrogatum. Sic enim in Actis. *Die Mercurij 9. Decemb.* anno 1472. conuocata fuit Facultas per juramentum & cum ſcedula per Ioan. Pichoëre Bidellum magnum Facultatis ſupra Cupam noſtræ Dominæ ſuper 3. art. Primus fuit ſuper vno Statuto antiquo quod eſt de modo inuitandi Magiſtros, ... quantum ad 1. placuit maiori Parti Magiſtrorum *quod Magiſtrandus indutus epitogio cum Ridellis Facultatis & ſuæ Nationis & bona Comitiua ſolus iret ſine ſuo Magiſtro Regente ad inuitandam Magiſtros prædictæ Facultatis.* Non placuit hoc tamen tribus Regentibus ibidem exiſtentibus quòd frangeretur illud ſtatutum, quamuis tamen dicerent quod ſe referebant alijs Magiſtris.

Item die Sabb. 19. Decemb. eiuſdem *an. placuit Magiſtris mitigare Statutum antiquum, & dixerunt quod eſſet in arbitrio* M. *Regentis Graduantis nouum Magiſtrum ire cum Epitogio cum Magiſtrando per villam, ad inuitandum Magiſtros, vel ſine epitogio.*

At an. 1474. omnino ſublatum eſt vetus Statutum hacce concluſione. *Anno 1474. die* Mercurij 9. Iulij feci conuocari Facultatem ſuper 2. art. Primus fuit ſuper quodam Statuto antiquo *quod erat de modo inuitandi Magiſtros pro Aula noui Magiſtri. Et placuit omnibus Magiſtris ibidem exiſten-*

tibus, licet in vno alio ſtatuto caueatur quod aliqui fuerunt diſputantes quod Magiſter Regens non aſſociaret nouum Magiſtrandum ad inuitandum Magiſtros Regentes, ſed ſolum Magiſtrandus ille indutus epitogio cum Bidellis & bona comitiua Scholarium inuitaret Magiſtros.

In Facultate Decretorum.

TEMPVS auditionis in Facultate Decretorum erat olim 40. menſium, antequàm quis poſſet ad Gradum Baccalariatus admitti: idque etiam in alijs Vniuerſitatibus obſeruatum, præſertim verò in Andegauenſi, vt habetur in ſtatutis. Quo tempore expleto, examinabantur Scholares, & probati Gradu donabantur; tenebantur præterea ſi vlteriùs progredi vellent, nonnullas lectiones publicè facere ter ſaltem in hebdomada alias & alijs horis quàm quas & quibus Doctores legebant. Nec licebat illis textum purum interpretari, ſed ſolummodò cum Commentarijs. Plurima tamen memoriter & ad pompam clarioremque explicationem dicere eis licebat.

Ad Licentiam deinde admittebantur, & Licentiati ſimiliter ante Doctoratum legere tenebantur. Verùm ſub finem huius ſeculi Decretiſtæ ſuos ante tempus legitimum graduare volentes, litem mouerunt in Vniuerſitate, obſiſtentibus quippe cæteris Facultatibus, quæ hoc pacto futurum ampliorem numerum Decretiſtarum præuidentes, ſuo id damno factum iri exiſtimarunt. Robertus Gaguinus Mathurinorum Generalis, & prædictæ Facultatis Decanus authoritate quâ plurimum poterat, conſilus non modò id ſibi concedi poſtulauit, ſed & ſuos omnes ad Nominationes pro Beneficijs admitti. Hinc orta lis vehemens & grauis, quæ anno tantùm 1538. Decreto Parlamenteo deciſa fuit.

Paulo tamen ante, nempe Senatuſconſulto 13. Iunij 1534. tempus auditionis biennio fuerat definitum, antequàm quis poſſet Baccalariatum adipiſci, atque ad eum conſequendum opus fuit reſpondere publicè.

In Facultate Theologiæ.

TEMPVS auditionis in Theologia erat antiquitus quinque annorum, cui ſextum addidit ipſa Facultas antequam quis ad Baccalariatum promoueri poſſet: idque probauit Cardinalis Tutauillæus in Reformatione anni 1452. quiſquis igitur ad hunc Gradum adſpirabat, ipſi Facultati fidem facere tenebatur ſe per tempus Statutis definitum audiuiſſe lectiones duplicis generis, Bibliorum ſcilicet & Sententiarum; Bibliorum quidem per 4. annos, ſententiarum verò per annum aut duos.

Teſtimonialibus litteris ſtudij eiuſmodi munitus ſupplicabat Facultati pro primo curſu: admiſſus, intra tres menſes tenebatur reſpondere publicè, quod vocabant *facere Principium*. Principio facto, infrà menſem incipiebat legere ordinariè Bibliorum librum quem legere deſtinauerat pro primo Curſu, horiſque debitis & ſtatis pergebat omni die legibili Textum prælegere cum Gloſſis & Commentarijs, donec librum abſoluiſſet. Quo euoluto, dicebatur abſoluiſſe primum Curſum. Hinc alterum aggrediebatur, eorundem Bibliorum, antequàm ad lecturam ſententiarum admitti poſſet. Hinc ergo *Biblicus* dicebatur.

Peracto in Biblijs biennio, ſupplicabat pro lectura ſententiarum, & admiſſus tenebatur ſermones duos Latinè recitare & de Tentatiua reſpondere. Si ſatisfeciſſet, admittebatur ad faciendum Principium: & ille prior Principiabat, vt aiebant, lecturam Sententiarum, qui prior Principium ſuum fecerat in primo Curſu. Tum aggrediebatur legere Ordinariè Sententias, à Dionyſialibus ad Magdalania; & tribus poſtea vicibus præfabatur publicè & ſolemniter, ſeu tria alia principia faciebat, nempe initio Ianuarij, initio Aprilis, & initio Iunij, provt nouum Sententiarum librum explicare aggrediebatur. Hinc *Sententiarius* dicebatur,

annumque in ea quatuor librorum expoſitione conſumebat.

Eiuſmodi autem Baccalarij *Curſores* dicebantur, quia Curſum perագebant ad Licentiam. Hinc probati & idonei reperti admittebantur in ſpem Licentiæ ad Actus Statutis pręfinitos conficiendos, conſiſtebant autem illi in Reſponſionibus publicis, Diſputationibus, Collationibus, ſacris ſermonibus & alijs eiuſmodi exercitationibus verè Theologicis. Quibus peractis dicebantur *Baccalarij Formati*, exſpectantes tempus diemque Licentiæ, tunc autem Officiorum & Munerum Facultatis Artium capaces fiebant, vt ex Reg. ipſius & ex Actis Facultate Medic. conſtat ad annum 1494. quem locum ſupra retulimus.

Denique ſtato tempore Licentiam conſequebantur poſt Paranymphorum celebritatem, à Cancellario Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. à quo etiam birretum Doctorale accipiebant. Actuum ſeriem & ordinem, Graduumque Academicorum aſſumptionem vide infra in Catalogo, vbi de Nicolao du Marez. Inſuper hîc accipe quæ in Necrologio San-Catharinenſi Vallis-Scholarium de Ioanne Prothi-ſcribit, Ioannes Maupoint » Prior eiuſdem Domus. *Poſt multos labores*, inquit, pro ipſo per me ſuſce» ptos & habitos, etiam per ſumptus per me ipſius causâ factos & per com» mendationes per me DD. Scabinis Ciuitatis Pariſ. DD. Præſidentibus » Parlamenti & alijs plurimis viris Eccleſiaſticis & Laïcis, Nobilibus & » Burgenſibus pro ipſo reuerenter factas, hac die Lunæ de mane 11. menſis » Ianu. anno Domini 1467. à Facultate & per Facultatem Theologiæ Pa» riſius admiſſus & receptus eſt ad Licentiam vt fiat Licentiatus in Theol. » quintus in Gradu, habito reſpectu ad primum qui primus fuit Magiſter » Normani Diœceſis Beluacenſis. Hic in die Mercurij vltima menſis Mar» tij poſt Dominicam de *Lætare* eodem anno 1467. in Aula D. Epiſcopi Pa» riſ. *à D. Cancellario vener. Eccleſiæ Pariſ. datum ſibi birretum rotundum*, & » fecit iuramenta ſolita & effectus eſt Doctor in Theologia. Et ipſa die *in* » *Aula Collegij Sorbonæ fecit ſplendidum conuiuium* D. Archiepiſcopo Bituri» cenſi, DD. Epiſcopis Pariſienſi, Trecenſi & Albienſi, omnibus Docto» ribus, Licentiatis, Baccalarijs formatis in Theologia & pluribus Ma» gnatibus, Proceribus, Burgenſibus, & alijs quamplurimis magnis & fa» matiſſimis viris; etiam pluribus Prioribus huius Ordinis noſtri, ibidem » præſentibus & aſſiſtentibus. Etiam in craſtino Aprilis eodem an. *in Scho*» *lis Sorbonæ legit primam Lectionem ſuam*, in qua fecit plures regraciationes » pluribus Burgenſibus huius villæ Pariſienſis & etiam de Lingonis & de » Caluo Monte.

Regimen Vniuerſitatis.

NOn aliud hoc ſeculo fuit quàm duobus fere ſuperioribus ſeculis; Commune ſcilicet, ſeu Publicum & Priuatum. Commune duplex, vnum penes tres Facultates Theologiæ, Decretorum, Medicinæ; & quatuor Nationes Facultatis Artium in Comitijs generalibus ſolemniter habitis. Alterum penes Rectorem, tres Decanos & quatuor Procuratores, qui vulgo dicuntur Deputati Vniuerſitatis. Vtriuſque Caput ſemper fuit Rector, qui clauum tenet: Et in vtroque ſuffragia ex æquo.

Priuatum ſeptuplex. Singulæ enim Facultates, ſingulæ quoque Nationes ſuum habent regimen, ſeorſim ab alijs, ſua ſtatuta, ſuas res, ſua ſacra & ſua feſta. Generatim verò loquendo duplex dici poteſt; nam aliud eſt Regimen Facultatum; aliud Nationum. Facultates nulla habent aut habuerunt hactenus communia Comitia; Nullum commune Tribunal; habent verò Nationes quæ dicuntur Comitia Facultatis Artium, ſi congregentur ſimul ipſæmet Nationes; & habent commune Tribunal eiuſdem Facultatis, ſi Rector & quatuor Procuratores Iudicia exerceant, provt exercere tenentur & ſemper exercuerunt.

Hoc verò habent commune Facultates & Nationes, quòd ſingularum Facultatum Comitijs præeſt & præſidet Decanus, ſingularum quoque

Nationum Comitijs ſuus Procurator; feruntque ſuffragia capitatim. In Nationibus verò eſt quædam vniformis diuerſitas. Nam omnes quidem Nationales ſuffragia ferunt capitatim, ſed diuerſimodè: Quippe in Nationibus Gallicana & Picardica ſunt quinque Prouinciæ ſeu quinque Tribus, quibus ſingulis præeſt ſuus Decanus; in ſingulis autem Tribubus ſuffragia feruntur capitatim ad Decanum; at Tributim referuntur à Decanis ad Procuratorem. Item in Germanica hoc ſeculo inſtitui cœperunt tres Prouinciæ, vna *Altorum*, altera *Baſſorum* Germanorum, Tertia *Inſularium*; quibus tamen omnibus præerat vnus Decanus, non ſuus ſingulis. Cæterum ferebantur ſuffragia vt in Gallicana & Picardica. In Normanica, non videntur fuiſſe vnquam diſtinctæ Prouinciæ; nec Decani plures vno: ſuffragandi quoque ratio non alia quàm per ſingula capita.

CATALOGVS ILLVSTRIVM ACADEMICORVM ſeptimi ſeculi.

A.

ÆGIDIVS DE ALNETIS Nat. Gallic. Cenom. Regens in Collegio Bajocenſi electus eſt Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1468.

Ægidius de Brena Diœceſis Lingonenſis determinauit anno 1409. M. Ioanne de Lothey tum Procuratore Nat. Gallic. Magiſterium Artium conſecutus, fuit quoque in Iure Canonico Licentiatus. Eiuſdem Nationis pluries Procurator fuit, anno 1420. 1421. 1424. eiuſdem Capellanus factus die 8. Ianu. anno 1430. extat eius acceptilatio in Actis ad diem 31. April. an. 1431. qua dicit ſe accepiſſe 40. ſolidos *ſuper ſalario* ſibi debito occaſione prædictæ Capellaniæ à M. Io. Canelli tunc Receptore, quod Officium ad mortem vſque retinuit. Fuit quoque poſt M. Nicolaum Clemangium Collegij Nauarrici Prouiſor: obijt menſe Octob. 1438. eique in Officio Capellani ſucceſſit M. Io. Richardi, & in Officio Prouiſoris M. Stephanus de Clemangis.

Ægidius Canniueti Laudunenſis actu Regens & in Medicina Baccalarius factus Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1417. deinde Decanus ſuæ Facultatis anno 1425. & 1426.

Ægidius Corderij aliàs *de Riparia* Diœceſis Remenſis Magiſter in Artibus Regens actu factus eſt Nat. Gallic. Procurator menſe Decemb. an. 1430. Rector Vniuerſitatis 24 Martij 1432.

Ægidius Houdebin Virdunenſis actu Regens in vico ſtramineo factus fuit Procurator Nat. Gallicanæ 12. Ianu. 1426. iterum 16. Ian. 1439. tertio 16. Decemb. 1441. Vniuerſitatis quoque Rector electus 21. Martij 1426. iterum 23. Iunij 1437. Collegij Marchiani Magiſterium ſeu Primariatum obtinuit, quo in munere, ei, credo, ſucceſſit M. Michaël Miniclardi.

Ægidius Huteloti Remenſis determinauit in Artibus anno 1408. ſub M. Nicolao Syrenis. Nationis Procurator fuit electus 28. Nouemb. 1419. Pluribus annis in Artibus docuit, pluresque Diſcipulos habuit. Vnam è Capellanjs Vniuerſitatis obtinuit, quæ, cum ille 13. Ian. an. 1427. eſſet in extremis, à Natione Gallic. promiſſa eſt M. Ioanni Beroudi Doctori Theolog.

Ægidius Nectelet ſeu *Nettelet* Nat. Picardicæ die 23. Iunij 1470. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis, tum Baccalarius formatus in Theologia & Socius Nauarricus. Doctor inde Theologus & Eccleſiæ Cameracenſis Decanus factus edidit quædam volumina non ſpernenda; inter quæ Trithemius commemorat opus celeberrimum omni ſtatui neceſſarium, quod mirabili induſtria pulcherrimaque conſequentia in vnum, inquit,

comportauit ex Expiſtolis S. Hieronymi lib. 4. viuebat adhuc & ſcribebat regnante Carolo VIII. anno *1494*.

Albertus Scriptoris Nat. German. ſæpe Procurator; Vniuerſitatis quoque Rector 16. Dec. *1447*. tum Baccalarius formatus in Theologia. Iterum anno *1449*. non ſine tamen Schiſmate; quippe Gerardus Thome Licentiatus in Theol. ſe quoque electum contendit.

Alexander Ladone Æduenſis Colleg. Nauarrici Regens die 10. Octob. *1455*. Intrans pro Nat. Gall. elegit in Rectorem M. Ioan. Dulcis-Amici Preſbyterum Magiſtrum Artium & Baccalarium Theol. ſocium Nauarricum. Idem factus Procurator ſuæ Nationis 16. Decemb. *1460*.

Amator Chetart Diœceſis Barcinonenſis Baccalarius formatus in Theologia fit Procurator Nat. Gall. die *24*. Septemb. *1467*. Rector Vniuerſitatis 23. Iunij *1469*. quo Rectore quæ geſta ſint, vide in Hiſtoria.

Æneas Siluius Italus Patria Senenſis, Orator, Poëta & Philoſophus inſignis, in Concilio Baſilienſi innoteſcere cœpit. Deinde ab Imperatore Friderico aſſumptus in Scribam ſeu, vt vocant, Secretarium. Cardinalem S. Crucis ſecutus ad Conuentum Atrebatenſem venit, vbi de pace actum inter Carolum VII. & Henricum Angliæ Regem. Ipſe verò ex Epiſcopo Senenſi factus Cardinalis, demum poſt Calixtum ad Pontificatum promotus Pij II. nomen aſſumpſit. Multa ſcripſit, quorum catalogum videre eſt in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis Trithemij. Accuſatur vulgò quod Papa factus ſententiam mutauerit de authoritate Concilij ſupra Papam: ab alijs autem laudatur, quod quæ iuuenis ſcripſerat, correxerit ſenex. Nihil, verò magis habuiſſe videtur in animo & in votis quàm Sanctionis-Pragmaticæ abrogationem; cuius condendæ poteſtatem Carolo VII. derogat in Reſponſione ad Orationem Oratorum ipſius in Conuentu Mantuano anno *1459*. Sic enim ille. *Cupimus ſanctam eſſe Francorum Gentem & omni carere macula & cum Apoſtolo dicere*, deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. *At hoc fieri non poteſt, niſi hæc Sanctionis macula ſeu ruga deponatur; quæ quomodo introducta ſit, ipſi neſcitis. Certè non authoritate Generalis Synodi, nec Romanorum Decreto Pontificum recepta eſt; quamuis de cauſis Eccleſiaſticis tractatus abſque placito* „ *Rom. ſedis ſtare non poſſit.* Ferunt aliqui idcircò initium ei datum, quia ni- „ mis onerarent Rom. Pontifices Regnum Franciæ, nimiaſque pecunias „ corraderent. Mirum ſi hæc ratio Carolum mouit, quem Prædeceſſoris „ ſui Magni Caroli decebat imitatorem eſſe, cuius hæc verba leguntur in „ Memoria B. Petri Apoſtoli. *Honoremus S. Rom. Eccleſiam & Apoſtolicam* „ *ſedem, vtquæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ* „ *Magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas; & licet* „ *vix ferendum ab illa S. ſede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione* „ *toleremus.* Non eſt credibile Carolum qui modò regnat, ſuo ſenſu hanc „ Pragmaticam introduxiſſe, deceptum putamus & piæ menti ſuggeſta „ fuiſſe non vera: Nam quo pacto Religioſus Princeps ea ſeruari ſiuiſſet, „ quorum prætextu ſumma Sedis Apoſtolicæ authoritas læditur, Religio- „ nis noſtræ vires eneruantur, vnitaſque Eccleſiæ & libertas perimitur. „ **Verbum durum; durius factum. Audite patienter, hortamur.** Vulnera „ quæ putreſcunt, non olei lenitate, ſed vini potius auſteritate ſanantur. „ *Non ponderamus Cauſarum auditionem, non Beneficiorum Collationem*, non „ alia multa quæ curare putamur. Illud nos angit, quod animarum perdi- „ tionem ruinamque cernimus & nobiliſſimi Regni gloriam labefactari. „ Nam quo pacto tolerandum eſt Clericorum Iudices Laïcos eſſe factos? „ Paſtorum cauſas Oues cognoſcere? Siccine Regale genus & Sacerdota- „ le ſumus? Non explicabimus honoris causâ quantum diminuta eſt in Gal- „ lia Sacerdotalis authoritas, & melius norunt qui pro nutu Secularis po- „ teſtatis ſpiritualem gladium nunc exercent, nunc excludunt. *Præſul* „ *verò Rom. cuius Parochia Orbis eſt, cuius Prouincia nec Oceano clauditur, in* „ *Regno Franciæ tantùm Iuriſdictionis habebit, quantum placet Parlamento.* „ Non Sacrilegum, non Parricidam, non hæreticum punire permittitur,

quamuis Eccleſiaſticum, niſi Parlamenti conſenſus adſit. Cuius tantam “
eſſe authoritatem nonnulli exiſtimant, vt Cenſuris etiam noſtris præclu- “
dere aditum poſſit. Sic Iudex Iudicum Rom. Pontifex Iudicio Parlamen- “
ti ſubiectus eſt. Si hoc admittimus, monſtroſam Eccleſiam facimus & hy- “
dram quandam multorum capitum introducimus & vnitatem prorsùs ex- “
tinguimus. “

Idem Pontifex in eadem Reſponſione multa Francis exprobrat beneficia à Rom. ſede collata: imprimis quod illi Imperia, quod Regna dederit, quod Reges inutiles totonderit, de non Regibus verò Reges fecerit; & quod ad Franciam non dimidiatum Imperium, ſed totum & ſolidum tranſtulerit. Deinde quod Pariſienſem Vniuerſitatem plurimis priuilegijs exornarit. *Quæ tot priuilegia, tot gratias, tot indulgentias veſtris Eccleſijs ac Monaſterijs niſi Roman. Pontifex conceſſit? quis Gymnaſia litterarum, Scholam illam Pariſienſem orbe toto percelebrem & famâ claram, niſi B. Petri ſucceſſores illuſtrauerunt, à quibus ea Indulta conſecuta eſt, quæ vix optare audebat?*

Verum non deſtitit Vniuerſitas tueri Pragmaticam, eiuſdemque abrogationi intercedere apud Curiam Pariſienſem & feliciter vſque ad tempora Franciſci I. quo intellecto Rex reuocatorium Edictum Actis Caſtelleti inſeri iuſſit, atque ita inſertum & approbatum ad Papam miſit per Epiſcopum Atrebatenſem; qui ob id Cardinalatu donatus eſt, ſed agnita rei veritate, breuis fuit lætandi materia. Cæterum dum Pius Pontifex bellum parat aduerſùs Turcas, moritur anno 1464.

Ambroſius de Cameraco determinauit in Artibus anno 1442. ſub M. Io. Normani eiuſque Burſa æſtimata vndecim aſſibus. In Decretis Doctoralem lauream aſſecutus ad Curiam Romanã ſe contulit, fuitque Calixti III. Papæ aliquandiu Referendarius, ſed cum ingenti pecuniæ ſumma corruptus diſpenſationem vt vocant, expediſſe diceretur, qua Ioanni Comiti Arminiaco per ipſum Pontificem licere ſcripſerat, ſororem propriam habere vxorem quam ante vitiauerat, eiuſdem Pontificis iuſſu in carcerem compactus eſt. Vnde egreſſus in Franciam redijt & Ludouico XI. acceptiſſimus fuit, ab eoque Magiſtris libellorum ſupplicum adſcriptus. Fuit quoque Facultatis Decretorum Decanus; in Eccleſia Meldenſi Decanatum obtinuit, & Pariſijs S. Euſtachij Curiam ante annum 1456 vt legitur in Reg. Nationis Gall. tum S. Andreæ de arcubus. De Cancellariatu Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis contendit cum M. Ioanne Huë Doctore & Decano Facultatis Theologicæ anno 1482. Eius à partibus ſtetit Vniuerſitas, quia Theologi Cancellariatum ſuo Ordini vindicare & arrogare contendebant. Fatis verò functo Huë anno 1488. tum libere munus exercuit; nam vt legitur in Reg. Epiſcopij, die Sabbati vltima Feb. D. Epiſcopus Pariſ. *eidem contulit Cancellariam Pariſ. ſeu ius in ea prætenſum per defunctum* M. *Io. Huë, dum viueret, ſacræ Theologiæ Profeſſorem ad præſens per ipſius deceſſum, aut aliàs quouis modo vacantem.* Cæterum vir fuit duræ ceruicis, elati animi, & nimis imperioſus. Magiſtros quoſdam incarcerauit ſpretis priuilegijs. Vnde Vniuerſitati tandem parum gratus fuit. Obijt 1496. & in Sacello Sorbonico ſepultus eſt.

Andreas Pelé Artium Profeſſor claruit ab anno 1425. anno 1451. 7. April. fuit Nationis Gallicanæ Procurator electus; iterum 4. Maij anno 1450. Vniuerſitatis Rector 16. Decemb. 1434. Curiæ Regis Conſiliarius factus non eſt dedignatus Decanatum Tribus Turonenſis in eadem Natione accipere & gerere. Sic enim ſcribit in Actis M. Ioan. le Clerc eiuſdem Procurator anno 1465. 24. Iulij. *Ex deliberatione ſuppoſitorum eiuſdem Prouinciæ* (Turonenſis) *inuentus eſt & electus Decanus & circunſpectus vir, ac D.* M. *Andreas Pelé Curiæ D. Regis Conſiliarius, cui prædictam clauem Decanatus tradidi & per illius traditionem, eundem in poſſeſſionem dicti Decanatus poſui & induxi, recepto prius ab eo iuramento in talibus fieri debito.*

Similiter M. Ioannes Damoiſeau Conſiliarius Decanus factus eſt Tribus Senonenſis anno 1469. die 8. Ianu. vt ſcribit M. Mathæus Sauquet eiuſ-

dem Nationis Procurator. *Eodem die*, inquit, *receptus eſt Decanus Senonenſis hon. vir M. Io. Damoiſeau D. Regis Conſiliarius.*

Antonius de Buſco aliàs *de Boſco* Picardiæ Nat. Rector Vniuerſitatis factus 23. Iunij 1464. Ludouico XI. acceptiſſimus, in ſpem electionis ad Epiſcopatum Beluacenſem ab Innocentio VIII. obtinuit litteras ſeu Breuia ad Capitulum Beluacenſe, quibus illi, ſi forte decederet Epiſcopus, omni electione interdicebatur. Fatis verò functo Epiſcopo 15. Martij anno 1485. Capitulo ſe obtulit fauore fultus Mareſchalli des Cordes auunculi ſui, litteris Regijs & Pontificijs. Verum menſe Iunio ſequente Capitulum in Epiſcopum elegit M. Ludouicum de Villaribus. Vnde inter Antonium & Ludouicum magna lis orta eſt, nec ante annum 1497. deciſa: quia verò ipſo Antonio inſtigante, Innocentius Papa pœnas excommunicationis interminatus fuerat Capitulo ſi ad electionem procederet, videbaturque proinde ligatum factâ Ludouici electione & appellauerat Curiam Pariſienſem, rectè appellaſſe iudicatum eſt Senatuſconſulto 7. Septemb. anno 1489. ipſeque Antonius & Conſortes *expenſis cauſæ appellationis damnati.*

Arnoldus Witwit Nationis Anglicanæ ſeu Germanicæ Procurator, ab eadem cum alijs aliarum Nationum & Facultatum Legatis ijt ad Concilium Piſanum anno 1409. licentiatus fuit in Theologia eodem anno cum M. Poncio Simoneti & Amando de Breui monte.

B.

BERNADVS *de Poully* Pariſinus incepit in Artibus anno 1429. ſub M. Guill. de Longolio, quo tempore incepit quoque Nobilis vir Dionyſius de Montmorency Pariſienſis ſub M. Petro de Credulio. Anno 1437. 10. Martij fuit factus tum primùm Nationis Gallicanæ Procurator, eique prorogatum munus ad alterum menſem. Quo Procuratore cum vacaſſet Decanatus Prouinciæ ſeu Tribus Turonenſis per obitum M. Petri de Valle, ſupplicauit M. Yuo de Pontou pro cuſtodia Clauis Arcæ tanquam antiquior Magiſter inter eos qui rexerant. Supplicauit quoque Petrus de Brena Proconſeruator Priuilegiorum Apoſtolicorum quatenùs Natio commendatum eum faceret Beluacenſi Epiſcopo tunc Conſeruatori. Idem Bernardus erat Primarius Artiſtarum Collegij Nauarrici.

Bernardus Roillet Licentiatus in Iure Canonico fit Procurator Nationis Gall. menſe Ianu. anno 1488: eiuſdem Nationis Quæſtor 8. Ian. 1495. Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1492. tunc Primarius Collegij Burgundici.

Beuuinus Dominici aliàs *de Winuilla* Magiſter in Artibus factus an. 1377. ſub M. Io. de Roncuria ſoluit pro Burſis & Bejanio 35. ſolid. & Baccalarius in Decretis, Preſbyter Virdunenſis, vltimus Executorum Teſtamentariorum M. Guillelmi de Marchia Collegij Marchiani Fundatoris, de ſuis bonis plurimum contribuit. Vnde Collegium illud dictum Marchiano-Winuillæum, cuius fundatio tandem confirmata eſt à Ioanne Patriarcha **Conſtantinopolitano Eccleſiæ Pariſ. perpetuo Adminiſtratore, Burſa**rum dicti Collegij Collatore, anno 1422. qua de re dictum eſt ſatis ad annum 1362. Porro Beuuinus Rector Vniuerſitatis electus fuit 10. Oct. 1402. & anno 1408. oppigneratam pro centum ſcutis B. Guillelmi Nationis Gall. Patroni imaginem liberauit & D. Noviomenſi Epiſcopo ſummam illam nomine prædicto perſoluit.

Berengarius Mercatoris Normanicæ Nationis electus eſt Rector Vniuerſitatis die 10. Octob. 1446. deinde Doctor Theologus factus, inter illius Facultatis Proceres commemoratur in Edicto Ludouici XI. contra Nominales anno 1473.

C.

CAROLVS VII. in bellis Ciuilibus natus, in ijſdem educatus vix tempus habere potuit colendi Muſas, quas tamen earumque Profeſſores in pretio habuiſſe teſtantur Hiſtorici. Martialis de Aruernia ſic de eo loquitur apud Naudæum in Annotationibus ad Hiſtoriam Ludouici XI.

Le feu bon Roy eſmeu de bonne cole,
Tenoit des Clercs & Bourſiers à l'Eſchole.
Et fut iadis ſon Eſcholier premier,
Le bon Eueſque de Paris Charretier.

Loquitur de Guillelmo Quadrigario Epiſcopo Pariſienſi, quem in Scholis Pariſienſibus ſumptibus ſuis educari curauerat. Habuit perpetuos Comites Ioannem de Bregy, Germanum de Tribonuille, Ioannem de Builhon & Simonem de Phares inſignes Aſtrologos & Mathematicos: Philelphum, Gerſonem & Iuuenalem de Vrſinis ſingulari amore proſequutus eſt: Vniuerſitatem Pictauienſem erexit, Andegauenſi Profeſſores in Theologia, Iure Ciuili & Philoſophia attribuit, Cadomenſem erigi quoque paſſus eſt, bono vt credibile eſt, animo, ſed magno diſpendio Pariſienſis, quæ & eo regnante paſſa eſt nonnullorum priuilegiorum ſuorum iacturam; ita poſcente forſan Regni ſtatu. Obijt an. 1461.

Carolus VIII. à Patre Ludouico XI. iam effœto genitus, imbecillium proinde virium, non fuit litteris imbutus à teneris. Poſt Patris tamen mortem tentauit Latinè ſcire, didicitque Commentaria Cæſaris Gallico idiomate donata à Gaguino, qui & illi Caroli Magni Hiſtoriam deſcripſit. Guill. Budæum accerſiuit in Aulam, ſcribente ipſo. *Tametſi Rex Carolus*, inquit, *humanitate ſingulari, liberalitateque memorabili præditus & litterarum elegantium opinione quadam imbutus, earum me gratia & Græcarum præcipuè quæ tum in Francia pene erant inauditæ, euocandum iudicaret.* De eodem Fauſtus Andrelinus Poëta Italus.

Scilicet vt bello claram expugnauit aperto
Parthenopen, patrios victorque rediuit in agros,
Quamuis Heſperio vetitus foret orbe regreſſus,
Neſcio quâ noſtri raptus dulcedine cantus
Ipſe fuit, fului ſacrum donauit & æris
Vix iſtis delatum humeris. Cunctoſque per annos
Penſio larga datur, qualem non lentus habebat
Tityrus vmbroſis reſonans ſua gaudia ſiluis.

Ita litterarum imperitiam amore doctorum virorum & gratia compenſauit. Italica ex expeditione victor regreſſus paulo pòſt obijt Ambaſiæ anno 1498.

Carolus Saccus Baccal. Theolog. Normanus, Rector Vniuerſitatis fuit electus 24. Martij 1467. & ad Coll. Harcur. deductus deinde in Theologia Magiſterium ſeu Doctoratum conſecutus: ſæpè Gaguinus eius mentionem facit honorificentiſſimam.

Cantianus Huë Stampenſis Baccalarius in Theologia & Magiſter Grammaticorum Collegij Nauarrici electus eſt in Procuratorem Nat. Gall. 17. Decemb. 1470. tunc actu Regens: quo in munere ſucceſſit M. Gaufrido Normani. Vniuerſitatis Rector anno 1473. 10. Octob.

Carolus Fernandus ſeu *Ferrandus Flander* Brugenſis in Artium profeſſione diu claruit, licet à pueritia cœcus: eum ait Trithemius fuiſſe à Rege Gallorum Ludouico XI. publico & perpetuo donatum ſtipendio, *in celeberrimo Gymnaſio Pariſienſi multo tempore litteras humanitatis egregiè docuiſſe*, authoreſque complures pulcherrimè expoſuiſſe; demum anno circiter 1492. relictis ſtipendijs & mundo apud Monaſterium, quod Ca-

ſale Benedictum dicitur, in agro Bituricenſi habitum Benedictinum ſumpſiſſe: (alijs in Cœnoman. cœnobio) quo tempore Io. Raulinus ad Cluniacenſes quoque ſe contulit. Eius opera plurima commemorat Trithemius in libr. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Fratrem habuit eodem tempore Ioannem Fernandum, virum quoque doctiſſimum, Philoſophum, Oratorem & Poëtam celeberrimum, Regis Muſicum, ab eoque ſtipendio perpetuo donatum. Eius opera referuntur à Trithemio, tam metro quàm proſa conſcripta. Obijt tandem Carolus an. 1496. Carolum commemorat Gaguinus inter eos qui terſam Latinitatem ſolio Academico redonarunt. Epiſt. 61. ad Boſtium. *Inter temporis noſtri tenebras expergiſcitur Carolus Ferrandus ſcribere in Vincentium illum, cui diÿ cum ſuo illo in virginem codicillo malefaciant. Quem libellum vt haberet in quem pila potenter emitteret, Carolo communem feci; nec ab alio, ſi tacebit, vindictam de maledico depoſcas.*

Carolus de Mauregart Doctor Medicus, qui cum vxoratus, immò Bigamus petijſſet nihilominus ad Regentiam admitti, repulſam paſſus eſt in Comitijs Facultatis Medicinæ, die 10. Iunij an. *1447.* habitis, Odone de Credulio tum Decano. In eandem rem conuenit Facultas die 15. eiuſdem menſis, eique hoc indultum vt Regens eſſet honorarius in hunc finem *vt Priuilegijs Vniuerſitatis gauderet, & immunis eſſet à tallÿs cæteriſque exactionibus & ſubſidÿs Regÿs*, non verò poſſet ad vlla Facultatis Officia aſſumi. A qua Concluſione appellauit: verùm poſt conteſtationem litis, tandem cum eo amicè conuentum eſt certis conditionibus die 27. Nouemb. an. prædicti; eiuſque occaſione decretum, ſub pœna priuationis, ne quis deinceps, ſeu Magiſter, ſeu Baccalarius, ſeu Scholaris contra Statuta pugnare auderet. Filium, credo, habuit Raimundum de Mauregart qui anno *1453.* à Clientibus Caſtelleti occiſus eſt, vt fusè in Hiſtoria retulimus.

Claudius de Hangeſt Rector Vniuerſitatis electus fuit 15. Decemb. *1491.* tum Licentiatus in Decretis, poſtea in ijſdem Doctor factus contendit cum M. Florentio Forgeto in vtroque Iure Licentiato de Officio Conſiliarij Clerici in ſuprema Curia, vacante per obitum M. Ioannis de Courcelles, quod ipſe dum viueret, nepoti ſuo Claudio Hangeſto reſignauerat; ad quod verò Forgetus ſe promoueri poſtulabat. De hac lite ſic habetur in Actis Curiæ ad 27. April. *1495. Veües par la Cour les Requeſtes & Lettres preſentées par* M. *Florent Forget Licentié en chacun Droict, au moyen deſquelles il requeroit eſtre receu à l'Office de Conſeiller Clerc en ladite Cour, que naguieres tenoit & exerçoit feu* M. *Iean de Courcelles, vacant par la reſignation faite d'iceluy Office par ledit de Courcelles, par laquelle il s'oppoſoit à la reception dudit Forget, parce qu'il pretendoit auoit droit audit Office par la reſignation de ſondit Oncle. Oüis les Gens du Roy & la matiere miſe en deliberation, a eſté conclu que la Cour procedera à l'élection dudit Office de Conſeiller en enſuiuant les Ordonnances, nonobſtant leſdites lettres & requeſtes, & ſans auoir égard à icelles.*

Poſtridie illius diei tres Competitores Curiæ ſe ſe ſtiterunt, Forgetus, Hangeſtus & Nicolaus Dorigny, quorum Forgetus 35. ſuffragia abſtulit, Hangeſtus 26. Dorignius 21. Curia verò cenſuit negotium quale erat, Regi perſcribendum.

Cornelius Hoddendich Batauus Nationis Germanicæ pluries Procurator, electus Vniuerſitatis Rector 16. Dec. *1474.* iterum 24. Martij *1478.* multas legationes tam ſuæ Nationis quàm Facultatis Artium & Vniuerſitatis nomine obijt. Demum regnante Carolo VIII. obijt die 21. Iunij *1492.* eique à Natione ſua honorificè parentatum eſt tanquam viro de tota Academia meritiſſimo.

D.

DIONYSIVS ALLIGRET Bituricenſis in vtroque Iure Licentiatus fit Nationis Gallicanæ Procurator 3. Iunij *1471.* Vniuerſitatis Rector *24.* Martij *1479.* qui cum officio defungeretur, vacante forſan Curia S. Germani veteris per obitum M. Iacobi Aubry Decretorum Decretoris, ab vna parte Nationis Gallicanæ nominatus fuit, ab altera vero M. Petrus Doujan: hinc inter eos lis exorta; vindicias tamen habuit Doujan; nèc propterea lis finita eſt: nam in Actis ad diem 15. Decemb. 1508. legimus prædictum Alligret ius ſuum qualecunque habebat, reſignaſſe M. Guillelmo Guillemini cauſâ permutationis.

Dionyſius Citharœdi aliàs *le Harpeur* Doctor Theologus, Natione Normanus cum M. Ioan. de Oliua de Cancellariatu Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. contendit: verum ei cedenti ſuccentoria quam poſſidebat prædictus Ioannes, data eſt. Poſt eius verò obitum qui accidit *24.* Feb. *1471.* Citharœdus ſubſtitutus & die 3. Martij iuramentum præſtitit, vt legitur in Actis Nat. Gall. *ſequenti* die (3. Martij *1471.*) honor. Magiſter noſter M. *Dionyſius Cytharœdi qui de nouo factus eſt Cancellarius inſignis Eccleſiæ Pariſ. per mortem M. Io. de Oliua præſtitit iuramenta quæ facere tenetur in Capit. dictæ Eccleſiæ Pariſ. in præſentia honorandiſſimi D. mci D. Rectoris & Decanorum ſuperiorum Facultatum, necnon Procuratorum.* Obijt menſe Sept. *1482.* & in Eccleſia Pariſ. tumulatus eſt. Sicque lis quam aduersùs Facultatem Theologicam ſuſceperat pro Præſidentia in Comitijs, ſopita.

Dionyſius Potier aliàs *Figuli*, Pariſinus Ioannis Raulini olim domeſticus diſcipulus, vt ipſemet Ioannes innuere videtur in Epiſt. 12. quam inſcribit *Amantiſſimo in Chriſto filio M. Dionyſio Potier:* quamobrem autem vocet eum filium, declarat; *quippe qui iamdudum doctrinis pariter & moribus*, inquit, *te Chriſti Ieſu alumnum genueram, veluti tenerrimum paruulum; immò verius tanquam viſcera mea, optimarum Artium lacte potaueram, alueram, educaueram.* Et paulò poſt Patris meminit, quem vocat benefactorem ſuum, & à quo ſe receptum benignè ait, ſuſtentatum benigniſſimè, in ſuis anguſtijs & neceſſitatibus ſubleuatum. Fuerunt & alij eiuſdem cognominis, Iacobus figuli qui 8. April. an. *1470.* Procurator Nat. Gallic. factus eſt, Alanus qui 10. Octob. *1488.* Rector Vniuerſitatis electus.

Dionyſius de Sabeureto aliàs *de Sabeurais* Nat. Gall. Procurator factus 10. Martij *1418.* Rector Vniuerſitatis 10. Octob. *1419.* Doctor deinde Theologus, eiuſdem Facultatis Decanus fuit.

Dominicus Chaillon. Remenſis Artium Profeſſione celeberimus, quo docente plurimos videmus licentiatos fuiſſe & incepiſſe in Artibus Nationis Gallic. Procurator electus fuit *24.* Septemb. *1408.* iterum 11. Martij 1411. Rector Vniuerſitatis 23. Martij 1404. iterum 23. Iunij 1411. Licentiatus eſt in Theologia an. 1413. ſecundumque Licentiæ locum obtinuit. Eius ſæpè fit mentio in negotijs & legationibus Vniuerſitatis.

Dominicus Mancinus, non minus excellens ſtricta quàm ſoluta oratione ſcripſit elegantiſſimis verſibus librum de quatuor virtutibus & omnibus Officijs ad beate viuendum. Item & longum Poëma de Paſſione Domini. In diuinis quoque ſcripturis admodum eruditus fuit & in ſecularibus litteris egregiè doctus, ſcribente Trithemio in lib. de Scriptoribus Eccleſ. viuebat & ſcribebat adhuc an. 1494.

Dominicus de Marſono Preſbyter Diœceſis Tullenſis Magiſter in Artibus & in Iure Canonico Licentiatus, electus Procurator Nat. Gallic. 10. Feb. an. 1419. ſucceſſit M. Ægidio Huteloti. Quo Procuratore M. Andreas Pelé Turon. Diœceſis determinauit in Artibus ſub M. Ioan. Malindres, & Dionyſius de Sabeureto ſeu Sabreneto Quæſtor eiuſdem Nationis coactus in Patriam reuerti M. Guillel. Furardi ſubſtituit. Eundem Dominicum legimus fuiſſe Decanum Tribus Remenſis.

E.

ELIGIVS *de Vaugermes* Picardus inquieti vir animi & turbulenti, vt liquet ex ijs quæ ſuæ Nationis Procurator geſſit, de quibus in hiſtoria fusè Vniuerſitatis primùm electus fuit Rector 10. Octob. 1481. nec placuit omnibus iſta electio. Quippe in vico Stramineo Theſes quædam propoſitæ quæ perſonam eius dignitatemque tangebant: quanquam vlta eſt Vniuerſitas eiuſmodi iniuriam, vt ad 28. Nouemb. eiuſdem anni retulimus. Abdicatio quoque Rectoriæ plena fuit tumultus, diuque ille munimenta penes ſe retinuit; vnde ad Curiam recurrendum fuit. Anno 1498. iterùm de Rectoratu contendit, curauitque ſe à quatuor Procuratoribus, iuxta vetus quoddam Statutum Intrantibus eligi, contra M. Ioan. Caue per quatuor Intrantes alios à Procuratoribus, provt vſus & conſuetudo inualuerat, electum. Fuitque res iſta & in Vniuerſitate & in Curia Pariſienſi per plures dies agitata. Causâ tandem ille cecidit, iudicio & Decreto Vniuerſitatis, à quo protinus Curiam appellauit.

Euſtachius de Meſnillo Socius Sorbonicus Licentiatus eſt in Theologia an. 1413. cum Dominico Chaillon, Guill. Fradeti, Petro Parui, Ioan. de Monteleonis celeberrimo olim Philoſophiæ Profeſſore, Ioa. de Montenoyſon, Phileberto de Aruerneyo & alijs. Suæ Facultatis Decanus erat anno 1444.

F.

FAVSTVS *Andrelinus*, Natione Italus, Foroliuienſis, feſtiuus ac jucundus Poëta Pariſijs Artem ſuam publicè exercuit temporibus Gaguini; ad quem ille nonnulla ſcribit Epigrammata, quibus eum cæteris excelluiſſe ſignificat. Sic enim in vno habet.

Fauſte Pater metri, qui quoduis carmine reddis!
Auſim quod tecum tendere, parce, chelym.
Non Ego de Phœbo didici contingere plectrum.
Me docuit tetricos Gallia Belga modos.
Veniſti ad Francos, & te veniſſe probamus
Terſius vt noſtri verba Latina ferant.
Speramus Iuuenes te vate inuiſere Muſas
Et ſacra Pieridum poſſe fluenta ſequi.
Perge, Poëta, precor, & ſperne maligna loquentes:
Tu decus ex Francis Fauſte perenne feres.

Et alio Epigrammate ſic eundem compellat.

Credimus, & verum eſt Diuum te munere vatem
Fauſte, datum nobis, quem Schola noſtra colat.
Vberius manas vndanti flumina verſu
Nec concuſſus agit tam celer æther aquas.
Cui tamen & pondus, & certâ lege decorum
It comes, & grati ſemper ab arte ſales.
Vt lubet aſſurgis. Tum vis, dimittis habenas.
Verborum omne genus, imperiumque tenes.
Si quis Caſtoreum vel Vlyſſis forte Leporem
Quærit, habet præſens numen Apollineum.
Triſte nihil Fauſti vocalis muſa reponit.
Incedit, properat, ſiſtit, agit, grauis eſt.
O fauſtam Gentem. Fauſto ſi vate leuata
Diſcat ad arguti ſcandere ſacra Iugi.
Ecce damus Superis qui te miſêre benignas
Grates. Fauſte boni conſule. Fauſte vale.

Iſte Fauſtus à Carolo VIII. ex Italia Lutetiam adductus & largiſſimâ penſione dotatus, vt ipſe ſcribit Eclog. 10.

Dum ſtupeo totus viſu defixus in iſto,
Iuppiter ipſe venit, magno ſtipatus honore,
Ipſe olim vultus inter nutritus agreſtes:
Admiror primo aſpectu, mox poplite flexo
Ante ipſum quæſita Iouem modulamina fundo;
Scilicet vt bello claram expugnauit aperto
Parthenopem, patrios rectorque rediuit in agros,
Quamuis Heſperio vetitus foret orbe regreſſus,
Neſcio qua noſtri captus dulcedine cantus
Ipſe fuit, fului ſacrum donauit & æris
Vix iſtis delatum humeris, cunctoſque per annos
Penſio larga datur, qualem non lentus habebat
Tityrus vmbroſis reſonans ſua gaudia ſiluis.

Eraſmus Fauſtum non ſatis probatis moribus fuiſſe indicat; ſic enim de illo ſcribit Ludouico Viuian. 1519. Louanij Pariſienſis Academiæ candorem ac ciuilitatem iam olim ſum admiratus quæ tot annos Fauſtum tulerit, nec tulerit ſolùm, verum etiam aluerit, euexeritque. Cum Fauſtum dico, multa tibi ſuccurrunt, quæ nolim litteris committere. Quâ petulantiâ ſolitus eſt ille in Theologorum ordinem debaccharri? quàm non caſta erat illius Profeſſio? Neque cuiquam obſcurum erat qualis eſſet vita. Tantum malorum Galli Doctrinæ hominis condonabant, quæ tamen vltra mediocritatem non admodum erat progreſſa, &c. Pariſienſis Academia certè in hoc litterarum genere quod ſibi propoſuit, ſemper primas tenuit, & tamen gaudet vndecunque ſibi contingere litteraturæ politioris acceſſionem. Datus locus quiduis quacunque mercede profitentibus. Videtur tum obijſſe Fauſtus.

Franciſcus Philelphus naſcitur Tolentini anno 1398. Equeſtris Ordinis vir, Orator & Poëta Laureatus, linguæ Græcæ amore captus Conſtantinopolim contendit, vbi Emanuëlis Chryſoloræ Magiſtri ſui filiam duxit vxorem, ibique per nouem annos commoratus eſt: itaque ille Ep. 1. l. 24. gloriatur ſe omnium non modò coætaneorum, ſed & veterum primum poſſe *in omni dicendi genere & verſu pariter & ſoluta oratione, tum Latinè, tum etiam Græcè omnia quæ vellet quamfacillimè & ſcribere & loqui.* Deinde capta vrbe Conſtantinopoli multos præſtantiſſimos Magiſtros exules Ludouico XI. commendauit, & inter alios Georgium Clizin, quam in rem eſt Epiſt. 42. l. 30. Scripſit tam ſoluta quàm ſtricta oratione plurima opera: multa quoque vertit in Latinum idioma; publicè profeſſus eſt primùm apud Venetos, deinde apud Florentinos, tum apud Senenſes & Bononienſes, poſtremò apud Mediolanenſes Græcè, Latinèque ſummo cum applauſu ſub quatuor Ducibus annuis ſtipendijs ſeu penſione conductus. Tandem Bononiam reuerſus, ibi obijt nonagenarius an. 1481. adeóque pauper, vt ad funus efferendum, & cubiculi & culinæ inſtrumenta vænierint, vt refert autor Indicis Chronologici. Ex filia Chryſoloræ filium genuit Marium Philelphum Equitem quoque Auratum & Poëtam Laureatum, qui Mantuæ publicè quoque profeſſus eſt magno ſtipendio, vbi & ſcribendi & docendi ſimulque vitæ finem fecit an. 1480. Patris & filij Opera commemorantur à Trithemio in lib. de Scriptoribus Eccleſ.

G.

GAVFRIDVS *Bouſſardus* Cenomanenſis non minùs in Artium quàm in Theologiæ Profeſſione claruit. In Artibus quidem regere incepit an. 1478. cum Franciſco Couſinot & Ioan. Godeau. Vniuerſitatis Rector electus die 23. Iunij 1487. tunc Societatis Nauarricæ Baccalarius formatus, Domum gubernante M. Ioan. Raulin. Doctor factus ſæpè Vniuerſitatis nomine perorauit. Scripſit Commentaria in Pſalmos Dauidicos, atque ita de ſe præfatur. *Veni adoleſcens natus annos 17. Pariſiorum Ciuitatem illam inclytam toto vitijs & litteris cantatiſſimam orbe. Babylon ipſa eſt. Vbi primum de dono tuo ad inſignem illam tuam Nauarræ Domum deduxiſti (tuam inquam domum, quippe quæ ſancta & ſanctè pudica tibi alere non ceſſat nouellas Plantationes quæ faciunt fructum in tempore ſuo, & quæ latiſſimè in orbem diffuſæ Orbem totum illuſtrant.) Litterarum emporium, pudicitiæ domicilium, orationis ſacrarium, ſanctimoniæ columen, virtutum omnium ſpecimen. Quid dicam? omnium bonarum rerum quas vniuerſus habet Orbis, ſeminarium.* De eo tanquam amico & intimo Raulinus in Epiſt. ad Pinellam; idem ſequente ſeculo floruit & ad Piſanam Synodum miſſus, eiuſdem Synodi litteras ſuper libello Thomæ de Vio Cajetani ad Vniuerſitatem retulit. Aſſumpto M. Ludouico Pinella Cancellario Pariſienſi ad ſedem Meldenſem, idem de Cancellariatu cum M. Io. de Foſſatis (qui an. 1495. Quæſtor ſeu Receptor fuerat Nat. Gall.) tunc Doctore Theologo contendit apud Curiam: quâ lite pendente M. Io. de Maignan Archidiaconus de Paſſeio in Eccleſia Cenomanenſi birretauit Licentiandos. Victor tandem factus cum Cancellario San-Genouefiano litem quoque habuit de Iuribus & finibus ſuæ Iuriſdictionis, quæ duorum Curiæ Senatorum arbitrio extincta eſt & ſopita. De eo ſic Michaël Anglicus, referente Hemeræo.

Gaufride Palladiæ ſpirabilis aura cohortis,
Gaufride Parriſiæ lucida gemma Scholæ.

Gaufridus Normani Nationis Picardicæ Diœceſis Beluacenſis Rector fuit primùm creatus 23. Iunij 1445. deinde 24. Martij 1453. tertio 23. Iunij 1465. tum Licentiatus in Theologia: & ille prætermiſſo Ordine, primum enim locum obtinuerat an. 1461. Doctorale birretum aſſumere diu diſtulit. Eius mentio fit in Necrologio San-Catharinenſi de Valle Scholarium, vbi de Ioanne Prothi, qui eiuſdem Licentiæ quintum locum adeptus eſt. Sic enim habetur. *Fuit Licentiatus in Theologia quintus in gradu, habito reſpectu ad primum, qui primus fuit Magiſter Normani Diœceſis Beluacenſis.* Tumque erat Primarius Grammaticorum Collegij Nauarrici: commemoratur enim cum alijs in Litteris Reformationis prædicti Collegij an. 1464. his verbis, *Gaufridus Normani Licentiatus in Theol. & Magiſter Grammaticorum.*

Gerardus Gehe Pariſinus Burſarius Collegij Cardinalitij determinauit in Artibus an. 1410. ſub M. Gaufrido Henrici, Nat. Gall. pluries Procurator. 2. Iunij 1425. 10. Octob. 1427. Feb. 1428. Vniuerſitatis quoque Rector 10. Octob. 1436. tum Baccalarius formatus in Theologia. Cum autem vacauiſſet Curia SS. Coſmæ & Damiani, hortante Natione Gallic. cuius Procurator erat, Vniuerſitas ei Curionatum dedit. Eo autem Rectore & ſupplicante, ſtatutum à tota Vniuerſitate die 29. Nouemb. ne deinceps legeretur in vllis Scholis diebus feſtis SS. Coſmæ & Damiani & S. Germani veteris, vt retulimus in Hiſtoria. Obijt an. 1463. ſuoque teſtamento legauit Vniuerſitati octoginta ſcuta aurea, de quorum diſtributione inter Facultates & Nationes fuit contentio, vt notauimus in Hiſtoria ad diem 9. April. & 8. Iunij 1464.

Gerardus Gorron de Ampleyo Diœceſis Æduenſis Licentiatus eſt in Artibus anno 1408. in quarta Auditione S. Genouefæ, incepit eodem anno ſub M. Ioan. Pulcri Patris, & Guill. Erardi ſub M. Geruaſio Clerici. In

Artium Profeſſione diu claruit. Nation. Gallic. Procurator electus die 16. Decemb. 1418. tum Baccalarius in Theologia, deinde 10. Feb. 1422. tum formatus in Th. S. Nicolai de Lupara olim Primarius, ſed ob abſentiam diuturnam prædictum Primariatum eiurare coactus ſucceſſorem habuit M.

Gerardus Macheti aliàs *Maketi & Magueti* puer educatus eſt inter alumnos Regiæ Domus Nauarricæ, demum ad Baccalariatum, Licentiam & Doctoratum in Theologia ſeſe prouexit, an. 1405. 23. Iunij electus eſt Vniuerſitatis Rector. an. 1411. Licentiæ Gradum obtinuit. Hinc Doctoratum. Ad eum extant quædam Epiſtolæ Nicolai Clemengij, quarum vna eſt ordine 67. ad ipſummet Magiſtrum in Theol. & Canonicum Pariſienſem. Procancellarius Vniuerſitatis factus, anno 1415. Sigiſmundum Imperatorem eleganti oratione excepit, vt notauimus in Hiſtoria. Demum an. 1444. ad Epiſcopatum Caſtrenſem promotus eſt tum Regi Carolo VII. à confeſſionibus. Obijt an. 1448.

Geruaſius Clerici Magiſter in Artibus Diœceſis Pariſ. Artium Profeſſione celeberrimus in qua conſenuit. Nationis Gall. pluries Procurator eiuſdemque Receptor, Vniuerſitatis quoque Rector electus 23. Iunij 1402. an. 1409. Rectore M. Hugone Fabri ab ead. Natione nuncius electus ad ferendum Rotulum ad Papam. Obijt circa an. 1414. Et quia cum Receptor eſſet prædictæ Nationis, receperat 100. libras ad inhumationem duorum Scholarium ſuſpenſorum conferendas, M. Nicol. de Belliſmo tum Procurator in Comitijs 16. Septemb. poſtulauit ne illa pecunia in alium vſum conuerteretur.

Gilbertus de Crab Scotus Nationis Germanicæ ſæpè Procurator, Philoſophiæ Profeſſor ſubtiliſſimus & acutiſſimus, ſuique temporis Philoſophorum Primarius ſcripſit Commentarios in lib. Ariſtotelis de conuenientia Politicæ & Oeconomicæ. Item Quæſtiones Oeconomicas in Vico Straminis diſputatas & deciſas. Floruit hoc & ſequente ſeculo ad annum vſque 1511.

Gregorius Typhernas Græcus exul poſt captam Conſtantinopolim, Ludouico XI. regnante, Lutetiam venit omnium exulum primus, Rectorem adit petitque ſtipendia ſacris Canonibus conſtituta ad publicè docendum. Interrogatus verò quid docere vellet & poſſet, reſpondit ſe linguam Græcam imprimis profeſſurum. Vniuerſitas hunc hominem ad ſtipendium & Iure Ciuitatis Academicæ donandum arbitrata ſalarium ei competens aſſignauit. Quæ benignitas Hermonymum quoque Spartiatem ad eandem Academiam euocauit.

Guillelmus Baſin illuſtris Doctor Medicus, ſuæ Facultatis Decanus electus menſe Nouembri 1472. tuncactu regens: quem honorem per triennium geſſit, vt Scholas in Vico Buceriæ ædificari curaret. Idem an. 1483. refectus Decanus: item an. 1484. & annis 1488. 89. frater forte aut nepos fuit M. Io. Baſin qui an. 1420. in eadem Medicinæ Profeſſione clarebat; & poſtea in condenda Pictauienſi Academia an. 1432. ſtrenuam operam Carolo VII. nauauit.

Guillelmus Bouylle **fit Nationis Gallic. Procurator 23. Septemb. 1434.** deinde 3. Iunij 1437. tunc Primarius Collegij Beluacenſis; tertiùm 18. Nouemb. 1438. Rector Vniuerſitatis 16. Decemb. 1439. Deinde ad Theologiam ſe conferens, eiuſdem Facultatis Decanus fuit; Decanus quoque Eccleſiæ Nouiomenſis. Commemoratur cum alijs Theologis in Edicto Ludouici XI. lato an. 1473. contra Nominales.

Guillelmus Burgenſis Diœceſis Æduenſis Magiſter in Artibus actu Regens fuit primùm Procurator Nationis Gallic. electus die 23. Sept. 1463. quo Procuratore vetitum die 19. Octob. ne vlli præter veros Regentes diſtributiones Regentibus fieri ſolitas acciperent, iniunctumque ipſi & Bidellis, quatenùs *ſe haberent informare de vera & actuali regentia cuiuſlibet, & illos ſolummodò in Rotulo ſcribere & illis tantummodò diſtributiones dare.* Ad Theologiam deinde ſe contulit, in eaque Profeſſione plurimum laudis &

famæ ſibi comparauit, & Facultatis Decanus obijt an. 1505. centenarius iacet apud Mathurinenſes in Sacello B. V. denominatæ *de Pitié*, ſub hoc Epitaphio ad columellam.

Putrida Guillelmi Burgenſis membra recondit
Saxum hoc: Natali terra Eduenſis erat.
Theologo ſacros hauſit de fonte liquores
Pariſius, Thomæ Tetrica ſcripta legens.
Diuinæ longo factus ſudore Profeſſor
Legis, Doctorum præfuit inde choro.
Longa foret ſeries vitam præclaraque dicti
Texere facta viri, hæc ſit tibi noſſe ſatis.
Pauca habuit, ſed non eguit; contempſit honores,
Paupere ſub tecto tempora longa trahens.
Annus poſt mille & quingentos quintus inibat
Nonaque poſt decimum menſis Aprilis erat,
Cum iam centenum canus tranſiret in annum,
Ceſſit ab humanis prouidus ipſe pater.
Cum legis, adde preces, animæ ſuccurre benignus,
Abs te nil aliud puluis & oſſa petunt.

Guillelmus Butier Baccalarius formatus in Theologia Societatis Nauarricæ contendit de Rectoratu Vniuerſitatis cum M Io. Cordier, Sorbonico, ſeque à Procuratore Franciæ birretari & in poſſeſſionem Rectoriæ mitti, renuente antiquo Rectore, curauit, vt habetur in Regiſtr. Nat. German. ad an. 1477. 16 Decemb. verum prædictus Cordier Prior Sorbonicus dignitatem obtinuit.

Guillelmus Carterius aliàs *Quadrigarius* Gallic. *Chartier* Bajocenſis inſignis Decretorum legumque Ciuilium Doctor à Carolo VII. ad Pictauienſem Vniuerſitatem euocatus an. 1432. primus ibi poſt Lucalia eiuſdem anni docere cœpit, tum Rectore M. Guillelmo *le Breton*. Fit deinde Curio S. Lamberti prope Salmurium, tum Canonicus & Senator Curiæ Parlamentęæ Pariſienſis: indeque Epiſcopus anno 1447. quomodo ab Vniuerſitate exceptus fuerit, quomodo illam conuiuio exceperit, dictum eſt in Hiſtoria ad an. *1448*. ad Coniuratos Principes Lutetiam obſidentes an. 1465 princeps ipſe Legationis miſſus eorum conſilia retulit, & Pariſienſes induxit ad eos recipiendos. Rex ex Normania reuerſus Quadrigarium grauiſſimè increpat, teſte Æmylio, quod cum hoſtibus armatis ad colloquium congreſſus eſſet, eorumque poſtulata rediens imperitæ multitudini expoſuiſſet. Eoque aliquanto poſt mortuo inciſum in monumento elogium honorificentiſſimum abradi iuſſit, veluti Majeſtatis memoria viri damnata. Tanti tamen viri nomen poſt obitum, Regis conſenſu, famæ crimine liberatum, titulusque ac honor ſuus paxque cineri reddita. Hæc Æmylius. Iacet in Cathedrali ſub hoc Epitaphio.

Hic jacet. REVEREND. IN CHRISTO PATER D. GVILL. CHARTIER DE BAJOCIS VTRIVSQVE IVRIS PROFESSOR PER ORBEM FAMOSISSIMVS, QVI VITA, VERBO ET EXEMPLO COMMISSI GREGIS VIGILANS PASTOR, PIVS AD PAVPERES, LARGITOR IN CLERO ET POPVLO MITISSIMVS PACIFICVSQVE. CVI *24.* ANNO SVÆ ASSVMPTIONIS AD ECCLESIAM PARIS. PER VIAM SPIRITVS-SANCTI FELICITER IN PACE QVIEVIT 1472. 1. MARTII.

Guillelmus de Caſtro-Forti Diœceſis Bituricenſis incepit in Artibus ſub M. Guill. Bouylle 17. April. an. 1439. ex Profeſſore Philoſopiæ factus ſocius Nauarricus & Doctor Theologus: anno 1458. eiuſdem Collegij magnum Magiſterium adeptus eſt, ſtatimque eiuſdem reformationi incubuit.

At

Ac primùm obtentis à Carolo VIII. litteris datis die 29. Octob. 1459. ſe cum alijs Commiſſarium & Reformatorem curauit conſtitui, vt omni profeſſione publicâ Collegio interdiceretur, vtque Extranei nulli, & nulli Conuictores admitterentur cum Burſarijs; quod multorum animos offendit, nec tamen ei reformationi inſtare deſtitit, donec an. demũ 1464. peracta eſt, cum licentia quidem & poteſtate publicæ profeſſionis, ſed Primariorum reſtrictâ in plurimis capitibus libertate. Quin & eodem anno ipſam Nationem Gallicanam, quæ à centum circiter annis ſua ſacra in Capella prædicti collegij celebrare ſolebat; expulſam inde voluit, idque ita decretum communi Conſilio Collegarum credi volebat. Verum contradixerunt M. Petrus Alnequin primus eiuſdem domus Capellanus & Guill. aliàs Io. Guyonis Burſarius Theologus, factumque iſtud à Collegio & Collegiatis, quippe nec conſcijs, nec tale quid cogitantibus amoliri conati ſunt, & facilè per ſuaſerunt id quidẽ iam ante fuiſſe ipſi magno Magiſtro propoſitum in animo; qua de re in Hiſtoria. Hinc Alnequino litem mouit quaſi viro contumaci & rebelli, eique per Curiam inhiberi interdicique curauit 11. Ianu. 1464. ne ſe præſente nonæ Lectionis matutinarum benedictionem præcineret. Idem anno 1473. M. Stephanum Rufi Nat. Gallic. Procuratorem, ne ſederet eo loco in quo ſedere ſolent Procuratores cum ſacris interſunt, prohibuit, quia M. Iacobo Potier eius Aduerſario & Competitori fauebat. Sic enim legitur in Actis dictæ Nationis. *Eadem die quæ erat vigilia S. Katharinæ, habita dicta Concluſione dictæ Facultatis Artium, Ego tanquam habens potius ius in dicto Officio Procuratoris iui cum Epitogio dictæ Nationis ad Collegium Nauarræ, vbi ſolitum eſt, & dicta Natio celebrat ſua Officia: & cum fui prope Chorum ad aſcendendum locum Procuratoris vt audirem Veſperas dicti feſti, venit ad me Magiſter noſter M. Guill. de Caſtro-Forti ſupremus dicti Collegij qui me impediuit, & dixit mihi quod non aſcenderem Cathedram. Itaque non contentu eo fecit & præcepit Grammaticis ſuis vt vnuſquiſque apponeret manum in perſonam meam, & quod non permitteret me aſcendere. Qui quidem Scholares & maximè Grammatici inſurrexerunt contra me, & vſi ſunt quamplurimis verbis iniurioſis, quidam apponentes manum in gladijs, alij verò in baculis, Ita quod fui coactus deſcendere à loco illo. Et dixit idem Magiſter noſter quod nullum alium haberet in Procuratorem niſi dictum M. Iacobum Figuli, ob cauſam quorum exceſſuum illa die non fuerunt factæ diſtributiones in dictis Veſperis.*

Exijs conijcere licet qui vir iſte fuerit, & quàm jmperioſus. In rebus autem publicis ſæpè ſtrenuam Vniuerſitati præſtitit operam, legationes obeundo, proponendo & alia negotia fideliter & fortiter exequendo. Obijt an. 1480.

Guillelmus de Cella Diœceſis Trecenſis hoc & priori ſeculo floruit omnibuſque defunctus eſt Nationis Gallicanæ muneribus. Vniuerſitatis quoque Rector electus 23. Iunij 1400. deinde ad Theologiam ſe conferens, in ea anno 1406. Licentiatus eſt loco ſecundo. Eiuſdem Facultatis Decanus fuit & ab ea ad Curiam S. Germani veteris præſentatus eſt anno 1429. quo ſcilicet tempore & anno cœperunt inſtitui præſentationis vices, **alternæ, ſeu, vt vocant, Turni Facultatum & Nationum in præſentationibus** ad Beneficia quæ ſunt in Patronatu Vniuerſitatis. Obijt anno 1435.

Guillelmus Charmoluë Pariſinus Baccalarius Theologus ſocius Nauarricus fit Procurator Nationis Gallic. 12. Octob. 1455. iterum 16. Dec. 1458. commemoratur inter Baccalarios Nauarricos in litteris Reformationis anno 1464. In Reg. Facultatis Medicinæ M. Robertus Charmoluë Decanus fuit electus 2. Nouemb. 1415.

Guillelmus Erardi aliàs *Eurardi Lingonenſis* determinauit in Artibus anno 1408. in ijſdem incepit ſeu Magiſterij Gradum adeptus eſt eodem anno ſub M. Geruaſio Clerici, Procuratore Nationis Gallic. M. Dominico Chaillon, ſed burſas ſoluit aliquanto poſt, pro Licentia & Magiſterio, M. Mathæo Brunaudi Procuratore. Ad Theologiam ſe conferens Bacca-

laureique Gradum conſecutus inter Collegas Nauarricos, Grammaticorum Proprimarius, deinde Primarius fuit. Nationis Gallicanæ pluries Procurator refectus, pluries quoque Vniuerſitatis Rector; nempe 10. Octob. 1421. 16. Decemb. 1422. 23. Martij 1429. ad diem 24. Septemb. 1425. ſic de eo habent acta Nationis Gallic. *elegerunt concorditer* (in Procuratorem) *M. Guill. Erardi Baccalarium formatum in Theologia, Lingonenſem, Magiſtrum Grammaticorum venerab. Collegij Campaniæ, aliàs Nauarræ, qui plura notabilia ſeruitia tam Vniuerſitati in Officio Rectoriæ ad quod bis fuerat electus quàm etiam in Officio Procuratoriæ, quod iteratis vicibus exercuerat, exhibuit. Erat autem Eccleſiarum Laudun. & Beluacenſ. Canonicus.* Fuit Nicolao Clemangio coniunctiſſimus, vt patet ex Epiſt. 136. qua Nicolaus ipſi congaudet ob reſtitutam valetudinem. Anno 1427. fuit Licentiatus in Theologia, primumque Licentiæ locum obtinuit: qua de re ſic legitur in Actis Nat. Gallic. ad diem 13. Ianu. ſcribente M. Gerardo Gehe Procuratore. *Vlterius narraui quomodo ad requeſtam & ſupplicationem Nationis almæ Facultas Theologiæ admiſerat ſuum Suppoſitum ſcilicet M. Guill. Erardi ad Licentiam Theologiæ & ſecum diſpenſarat de aliquo tempore ſibi requiſito, ac in magnum honorem ſui, eum in primo loco Licentiæ collocauerat, ideo videbatur expediens, vt Natio ſuper hoc vellet regratiari dictæ Facultati Theologiæ; quæ ita placuit fieri.* Non ſtatim tamen Lauream Doctoralem aſſumpſit. Nam anno 1429. eadem Natio eum tunc Magiſtrum Artiſtarum Collegij Nauarrici cum M. Petro Maugerio ad Concilium Baſileenſe Legatum elegit die 27. Octob. Idem 23. Martij ſequentis 1429. Rector electus fuit. Baſileam profectus cum alijs Vniuerſitatis Legatis ſtudiosè omnia quæ illic gererentur, Nationi ſuæ præſcribit, litteras in Hiſtoria paſſim, retulimus ab anno 1431. Inde reuerſus Doctoralem tandem lauream ſumpſit, ex Canonico & Cantore Eccleſiæ Rotomag. factus Decanus anno 1438. demum an. 1444. fato proximus Nationi ſuæ Gallicanæ 40. libras legauit, quæ ſingulis Magiſtris qui Miſſæ pro Defunctis interfuerunt, diſtributæ ſunt, vt legitur in eiuſdem Actis, ſcribente M. Io. Luillier Procuratore. *ſ. Aug. feci Nationem congregari apud S. Mathurinum ſuper 2. art. Primus fuit ad diſponendum de pecunijs legatis eidem Nationi per quondam bonæ memoriæ honorandum Magiſtrum noſtrum M. Guill. Erardi, videlicet 40. lib. Pariſ. Et quantum ad 1. artic. placuit præfatæ Nationi quod dicta ſumma diſtribueretur ſingulis Magiſtris eiuſdem Nationis qui intererunt in ſolemni ſeruitio quod decreuit Natio fieri in Capella Collegij Campaniæ al. Nauarræ pro anima dicti Defuncti.*

Guillelmus Fichetus Gebennenſis, ſocius Sorbonicus, Nationis Gallicanæ olim Procurator, an. 1466. deinde Academiæ Pariſ. Rector an. 1467. diu docuit Rhetoricam, primuſque Eloquentiæ ſtudium & ſtylum oratorium reuocauit, quaſi poſtlimino: illius enim temporibus nugæ & tricæ Pſeudo-Philoſophicæ pluris habebantur, quàm facundia Oratorum. Complures habuit diſcipulos, & inter cæteros gratiſſimum Robertum Gaguinum, cuius extant Epiſtolæ complures ad Præceptorem amantiſſimum, ex quo Romam à Sixto IV. ſummo Pontifice euocatus eſt: coactus enim fuerat **ex vrbe Pariſienſi diſcedere, quia Ludouico XI. Academiæ armari Scholaſticos imperanti repugnauerat.** Quâ de re diximus in hiſtoria. Ad eum verò ſic ſcribit Gaguinus, tum Theologiæ Doctorem Epiſt. 10.

„ Confectis à me pro tuâ ad Pontificem commendatione litteris, habita
„ eſt Concio Studij Vniuerſitatis noſtræ. Vbi cùm expectarem litteras re-
„ citari, poſt alias multas quæ eadem cauſâ inſtitutæ ſunt, nulla de te men-
„ tio introducta eſt. Miratus propterea rogo confeſtim obuios quam-
„ obrem nullæ tibi litteræ decretæ eſſent, dicunt Rectorem nemini de-
„ mandaſſe curam Epiſtolam componendi, idque ex ſententiâ præteriſſe,
„ quod tuorum aduerſariorum partes ſequeretur. Interea me conuenit
„ Carolus Saccus; orat Epiſtolam feſtinanter conficiam, nec opus fuit lon-
„ go interceſſu. Erat enim apud me prioris Epiſtolæ exemplum; quod re-
„ ceptum Carolus ad Rectorem detulit. Eſt equidem Carolus tui amantiſ-

ſimus, & derelictum te fuiſſe querebatur. Litteras ergo expediri diligen- «
tiſſime procurauit. Quarum tibi formulam mitto, vt intelligas quàm pro- «
penſus ſum gerere tibi morem. Quod tuis detractoribus moleſtum eſſe «
non ignoro: Nam quod te Præceptorem appello & ſequor, me Fiche- «
tiſtam vocant multi: & quod à me editum ſciunt, mordent: Sed eorum «
latratus facilè contemno. Quippe quorum quæſitæ maledictis gloriolæ «
momento euaneſcunt. Hinc quoſdam ex veteratis tetorculis meas lit- «
teras deſpuiſſe crediderim, ne tibi in ea quam diximus, Concione de- «
cernerentur. Id vtcunque eſt, perſuaſum tibi hæreat, eum me eſſe, qui «
ſiuè in cœlum ibis meritis & laude vt dignus es ſublimatus, ſiue te ex ſibi- «
latores & inuidi inde dejecerint, Philoſophos ſe & diſertos ementiti, te «
diligam, amabo, ſequar, atque pro virili parte honeſtabo. Fac me ames, «
& meis rebus adſis. Vale, Pariſ. pridie Kal. Octob. «

Poſtquam verò eum audiuit à ſummo Pontifice ad ſummum Pœniten-
tiariatum promotum fuiſſe, ſic ad eum ſcripſit.

Litteras tuas in Concione noſtrâ nobis redditas libenter recitari audi- «
uimus, ea potiſſimùm ratione, quod te à Pontifice Max. cumulatum ho- «
nore continerent. Gauiſus profectò ſum vehementer te ex Academiæ «
noſtræ diſciplinis talem effectum, cuius præſentia atque obſequijs Pon- «
tifex oblectetur. Tibi verò gratiæ debitor ſum, qui fortunarum tuarum «
& expectatæ tibi melioris ſortis me conſocium feciſti. Age igitur pro «
tua in dies virtute conſtantius, & in ea quam tibi gratiam comparaſti, to- «
tus perſeuera; ita vt cum tibi abunde profueris, ſtudeas in alios eſſe be- «
neficus, in alumnos maximè Pariſienſis Academiæ quæ te doctrinis aluit «
ſuis. Eſt enim filijs ferè deſtituta, propterea quod Eccleſiæ Beneficia «
ignorantiſſimus quiſque faciliùs quàm eruditus aſſequitur. Vale Pariſ. «
Nonis Febr. «

Idem in Epigrammate reddit rationem, quare Sixtus IV. Pontifex Max. «
Fichetum ad ſe Romam accerſiuiſſet.

Non vana eſt ratio, cur Sixtus in vrbe receptum
Fichetum voluit. Myſtica res agitur.
Robora fert Sixtus, & vitæ pabula glandes
Sobria quem capiat Gens ſaturanda cibum.
Aggerit his dulces mellitâ ex arbore ficus
Condiat vt Paſtor mox alimenta gregi.
Eſt forti glans querna cibus, eſt Eſca tenellis
Ficus, ab his ſat habet vnde cibetur homo.
Ferrea ſic fortis ſecla emollire ſaginis
Ficubus & glande Clauiger orbis auet.

Ad eundem ſic idem ſcribit: Nouiſſimas litteras tuas Carolus Saccus «
amicus noſter ad me tulit, ab alio neſcio quo ſuſceptas; quas vbi ſeorſum «
legi, eas quoque feci communes. Lætati admodum ſumus felicibus tuis «
ſucceſſibus, non tam profectò propter euictas aduerſariorum lites, quàm «
propter nomen quod apud Pontificem & ſacri Collegij Patres obtines «
glorioſum: Nam rerum copia tibi deeſſe non poteſt virtute & fama il- «
luſtri. Quippe tibi minoris ſemper fuit rerum iſta fugacium moles, quàm «
litterarum amor, quàm virtus, quàm amicorum dulciſſima conſuetudo. «
Perges igitur memor Naſoniani conſilij lib. de Faſt. Dum licet, & ſpi- «
rant flamina, nauis eat. Non deſunt ex amicis tuis Pariſianis, qui te di- «
lectum laudibus tollant, & maiorem in dies futurum vaticinantur. Inter «
quos non de poſtremo loco contendit Amatus Gõbertus homo in Senatu «
Parlamenti Conſulans. Quem heſterna cœna cum Petri Vauſellenſis «
piam memoriam retuliſſet, de te quoque & tuis egregijs ſtudijs animo «
ſane & videre videbar amiciſſimo narrantem; libenter audiebamus: Nam «
cauſam dedit cur ad te nunc ſcribimus, quod hominem Romam mox diſ- «

» ceſſurum haberet. Si ad eum litteras aliquando dabis, rectè facies; tum
» quod te amat, tum quod ſcrupulum illi ſuſtuleris oblitæ priſtinæ inuicem
» familiaritatis. Sed de te hactenus. De me ſcribam. Quæſiuit ſollicitè
» quas optimus ille Pater Datarius petebat Concordantias, nec præter-
» mitto quærere, vt inuentas demittam optanti. Nuſquam crede, Pariſijs
» venales habentur. Qua de re illum facere certum mens erat, ſi nos Mon-
» tanus frequens ille Romipeta egreſſum ſuum non celaſſet. Reuerendum
» igitur Patrem admonebis nihil in nobis fuiſſe ſocordiæ quominùs voti po-
» tiretur. Ad Pontificem tuas habitas orationes niſi ad nos demittes, fruſtra
» te deinceps excuſabis, ſurripi tibi ocium fruſtrà cauſaberis. Addas præter-
» ea Beſſarionis aduerſus Platonis calumniatorem defenſorium, quod opus
» vehementer propter Autoris ſummã Doctrinam atque autoritatem con-
» cupiſco. Fac amabo, mi Fichete id à te non incaſſum petam. Et eius loco
Orationes Tullij quas tecum extuliſtimeas habe. Vale Pariſijs 20. Octob.

§. De Nominalibus quoque quæ geſta eſſent, ſcribit quod nos in Hiſtoria retulimus ad an. 1473.

Guillelmus Forleon Brito inſignis Philoſophiæ Profeſſor, deinde Theologiæ Scholaſticæ, in qua diſcipulum habuit inter cæteros Stephanum Brulefer Gallum, eiuſdem Facultatis poſtea Profeſſorem. Vterque autem ad Minoritas ſe contulit. Claruit Guillelmus circa an. 1470.

Guillelmus Guyonis inter Artiſtas Nauarricos enumeratur in litteris Reformationis Collegij an. 1464. Rector fuit Vniuerſitatis electus 10. Oct. 1480. tum Baccalarius formatus in Theol.

Guillelmus Houuetus Carnotenſis in Gymnaſio Pariſienſi Grammatices Profeſſor, Nationis Gall. Procurator menſe Decemb. an. 1494. ſcripſit micropædiam Epiſtolarem, hoc eſt Themata Latino-gallica quæ dictabat an. 1508. in Collegio Narbonenſi.

Guillelmus Houppelandus Nationis Picardicæ Bolonienſis ad mare, Baccalaureus formatus Theol. Societatis Nauarricæ electus eſt Rector Vniuerſitatis die 23. Iunij 1454. de cuius electione ſic legitur in Actis Nat. Gall. ſcribente Quarreto Procuratore. *Placuit Nationi aſſociare D. nouum Rectorem vſque ad Collegium Nauarræ, vbi moram trahebat, & ibi ſumere vinum & ſpecies ſecundum quod ſupplicauerat.* Hinc Doctorali bireto donatus inter omnes coætaneos emicuit. obijt Curio San-Seuerinus, regnante adhuc Carolo VIII. eius honorificè meminit Gaguinus ep. ad Trithemium, à quo rogatus fuerat perſcribere nomina virorum Illuſtrium & Scriptorum Academiæ Pariſ. commemorat autem hos tantum duos Doctores Theologos, Martinum Magiſtri Turonenſem & Guill. Bolonienſem. *Hic* inquit, *decrepitus interijt Archipresbyter S. Seuerini Pariſienſis; cui nomen Guillelmus Houppelandus fuit. Vitâ autem functus eſt imperante apud Francos Carolo VIII. qui & nunc regnat. Principium verò operis de Animæ immortalitate hoc eſt*, Antiquos Philoſophos floruiſſe ingenijs.

Guillelmus de Longolio Pariſinus Magiſter in Artibus & Baccalarius in Medicina fit Procurator Nationis Gall. 4. April. 1429. iterum menſe Martio an. 1430. hinc Doctor in Medicina factus, eiuſdemque Facultatis Decanus electus 3. Nouemb. 1436. quo Decano, & Rectore Vniuerſitatis M. Gaufrido Amici, Baccalariatus in Medicina cœpit haberi pro gradu quemadmodum & Baccalariatus cæterarum Facultatum. Huiuſce cognominis plures fuerunt viri docti & illuſtres, Mathæus de Longolio, qui an. 1397. Licentiatus fuit in Theologia cum Io. Fioti, Io. Manchon, Iacobo Troilleti, &c. Nicolaus, Philippus, Petrus qui Epiſcopus fuit Antiſſiodorenſis, & Canonicatum quem ante poſſidebat, Guillelmo fratri dedit.

Guillelmus de Martigniaco primus Capellanus Collegij Burgundiæ die 26. Aug. 1445. factus eſt Nationis Gallicanæ Procurator poſt M. Ioa. de Hallies, eique 23. Septemb. munus prorogatum, non ſine tamen interceſſione & oppoſitione: ad quam dirimendam M. Gaufridus Normani tunc Rector Facultatem Artium conuocauit. Eo iterum Procuratore,

decreuit Natio, ſtatutoque expreſſo cauit ne deinceps Procuratores Rectoris Electores, ſeu Intrantes forent: quod Statutum retulimus in Hiſtoria.

Guillelmus Montjoius terſæ Latinitatis ſupra omnes coætaneos laude illuſtris, eumque Eraſmus cœteris quorum Epiſtolæ prælegebantur in Scholis Grammatices, anteponit, puta Franciſci Nigri, Philelphi, Sulpicij, Peroti. *Tanto*, inquit, *Ep. ad Henricum Ep. Cameracenſem, ardore meus Guillelmus ab vniuerſis huius Academiæ alumnis legitur, rapitur, tenetur, vt dictu prope ſit incredibile, iam paſſim in publicis Auditorijs, in Collegiis Guillelmi mei nomen perſtrepit.*

Guillelmus Muſnier Nationis Normanicæ ad Medicinam ſe contulit, in qua Facultate Doctoratus apicem conſecutus, eiuſdem factus eſt Decanus die 3. Nouemb anno 1459. quem honorem per triennium geſſit. Ab eadem ſua Facultate vice ſeu turno gaudente nominatus eſt Curio S. Coſmæ, & ab Vniuerſitate præſentatus anno 1461. vide tom. 3. p. 613.

Guillelmus Nicolay Pariſinus, ſeu vt tum loquebantur, de Pariſius, determinauit in Artibus ſub M. Odone Hieronymi anno 1415. M. Ioanne de Gomonte tum Procuratore Nat. gall. Cuius & ipſe primùm Procurator fuit 18. Decemb. 1445. iterum 21. Octob. 1450. tertiò 10. Feb. 1458. Scriba Vniuerſitatis poſt M. Michaëlem Hebert electus fuit anno 1449. 6. Aug. quod Officium geſſit ad menſem Maium anni 1475. quo è viuis exceſſit; vltima autem Maij celebrata apud Nauarrum pro eo Miſſa defunctorum. Fuerunt huiuſce cognominis plures hoc ſeculo. Hetuæus & Natalis Nicolay de Pariſius determinarunt & inceperunt in Artibus anno 1458. M Guill Charmoluë tum Procuratore. Gerardus Nicolay de Pariſius Licentiatus in Artibus anno 1467. Oliuerius Nicolay.

Guillelmus Riueti Biſuntinenſis licentiatus in Decretis actu Regens in art. electus eſt Procurator Nat. 2. Iuin 1449. Rector Vniuerſitatis 19. Martij 1455. habuit cum Mendicantibus colluctamen qui quandam Bullam impetrauerant contra ordinem Hierarchicum. In Actis dicitur *magnæ grauitatis vir, moribus & ſcientia perornatus Magiſter Colleg. Burgundiani*; de cuius Magiſterio contendebat anno 1440. cum M. Fr. du Carrouge, & ſucceſſit M. Ioan. de Martigniaco, ipſe verò Tornacum ſeeſſit, vbi degebat adhuc anno 1461.

Guillelmus Tardinus alijs *Tardiuus*, Anicienſis docuit Grammaticam in Collegio Nauarrico. Eum Reuchlinus audiuit in ea Arte. Docuit quoque magna nominis fama Rhetoricam, quam Carolo VIII. tum adhuc Delphino dedicauit. Nec caruit æmulis & inuidis, à quibus laceſſitus eſt, vt & ipsè alios laceſſebat. Inter cæteros verò Hieronymum Balbum inſectatus eſt, & viciſſim Balbus Volumen in eum edidit titulo *Rhetoris glorioſi*, in quo dialogum inſtituit ſub ſuo, Caroli Fernandi, Petri Cohardi & ipſius Guillelmi nominibus. Floruit ab anno circiter 1470. ad finem vſque ſeculi.

H.

Henricvs Pistoris Anglicanæ nationis, Vniuerſitatis fuit electus Rector 10. Octob. anno 1406. deinde ad San-Victorinos ſe contulit, & plurimas legationes nomine publico obijt, maximè ad Concilium Conſtantienſe, vt patet ex hiſce litteris quæ ſeruantur in Carthophylacio ſub hiſce notis, A a Q.

Vniversis præſentes litteras inſpecturis *Rector & Vniuerſitas Studij Parienſis* Sal. in Dom. ſempiternam; & ad ea quæ pacem conſpiciunt, totis viribus aſpirare. Cum diuina ſub miſeratione, Mortalium conſeruatrix Pax ſummoperè ſit quærenda, nos, vt moris habemus, pios ad labores concedere volumus vt fructus pacis efficiamur participes. Hinc eſt quod cùm dudum ad S. Conſtantienſem Synodum in qua Eccleſiæ Pax optata tractatur, ex noſtris quoſdam deſtinauerimus ſpe pacis obtinendæ, numerum noſtrorum cupimus ampliare. *Attendentes igitur famæ celſitudinem & litterarum copiam quâ inter Nos præfulget vener. & præclaræ Religio-*

" *nis vir M*ſ *Henricus Piſtoris ſacræ Theol. Profeſſor Prior Prioratus S. Victoris,*
" *prope Pariſius, eundem noſtro communi conſenſu in Nuncium noſtrum & Colle-*
" *gam noſtræ legationis prius deſtinatæ electum conſtituimus & adiungimus,* ad ea &
" ſimilia noſtro nomine tractanda, petenda, defendenda, ac in omnibus
" agenda quæ iuxta tenorem inſtructionum prędictæ legationis noſtris prio-
" ribus Ambaſſiatoribus iniunximus & eidem iniungimus per præſentes.
" Volumuſque eundem honore, gradu, & dignitate eiuſdem noſtræ Am-
" baxiatæ ſuo ordine tanquam Theologum gaudere & vti cum cæteris.
" Mandantes noſtris prænominatis Ambaxiatoribus qui Conſtantiæ ſunt,
" vt eundem tanquam talem reputent ſibique aſſocient, aggregent & ad-
" iungant ad ea quæ tractanda erunt pro bono Eccleſiæ, Regio & noſtro
" honoribus, provt in prædictis inſtructionibus latius continetur: Datum in
" noſtra congregatione generali.

Henricus Stachter Vniuerſitatis Rector electus fuit die 23. Iunij 1408. iterum 10. Octob. 1410. ad Medicinam ſe contulit: deinde relicta Vniuerſitate Pariſienſi, in Flandriam ijt. Vniuerſitatis Louanienſis Rector conſtitutus eſt anno 1435. hinc Decanus Leodienſis, demum Chorepiſcopus Trajectenſis.

Henricus de Zomeren Doctor Theologus Louanium ſe contulit, ſucceſſitque in præbenda & lectione ordinaria Eimerico de Campo anno 1460. contentio illi fuit cum Petro de Riuo Philoſophiæ Profeſſore de futuris contingentibus; cauſam eius amplectente Vniuerſitate, & re ad Papam delata, cauſam obtinuit anno 1472. dum vero Româ victor rediret, obijt eodem an. 19. Kal. Septemb. ſcripſit ſuadente Beſſarione Cardinale Nicæno Apoſtolico in Belgio & Germania legato, Epitomen primæ partis Dialogi Okami.

Hermonymus Spartiates Græcus exul exemplo Gregorij Typhernatis Lutetiam venit, Græcaſque litteras docuit, & inter alios auditorem habuit Ioannem Capnionem aliàs Reuchlinum, ad quem in Patriam reuerſum Hermonymus plures litteras Lutetiæ datas anno 1477. & 78. dedit, quæ inter Epiſtolas virorum Illuſtrium leguntur.

Hieronymus Aleander Patauij primum docuit tanta celebritate, vt 20. annos natus Lutetiam euocatus ſit ad profitendum Græcè & Latinè & Gymnaſiarcha fuerit Longobardici Gymnaſij. Cum autem ob Scholæ amplitudinem diſcipulorumque frequentiam vocem altius attollere coactus fuiſſet, venam pectoris abrupit, regendique prouinciam deponere coactus eſt & Epiſcopo Leodienſi Herardo de Marcha Germano adhæreſcere. Ab eo miſſus Romam, quo ei à Leone X. galerum purpureum impetraret, (quem impetrauit in 8. creatione 5. non. Auguſt. anno 1521. tit. S. Chryſogoni) à Leone miſſus in Germaniam ad Carolum V. Imperatorem vt initia hæreſeos Lutheranæ opprimeret. Reuerſus inde poſt mortem Leonis & Adriani ſucceſſoris, à Clemente VII. Archiepiſcopatui Brundiſino præfectus eſt, à Paulo III. in Germaniam Legatus remiſſus paucis poſt annis in 4. Creatione anno 1536. Cardinalis S. Chryſogoni publicatus eſt.

Hieronymus Balbus **Italus in Artibus Magiſter celeberrimus, Philoſophus** clarus, Rhetor facundus, metro excellens & proſâ, ingenio præſtans & diſertus eloquio, qui docendo, legendo publicè & ſcribendo, inquit Trithemius, magnam gloriam apud Gallos & Pariſienſes commeruit. Ab Vniuerſitate cum Fauſto Andrelino & Cornelio Vitellio admiſſus eſt in Comitijs 5. Septemb. 1489. ad lectiones publicas in arte humanitatis, vt legitur in Actis German. Nationis. Compoſuit inter cætera contra M. Guill. Tardinum ſeu Tardiuum Rhetorem, opuſculum quoddam cui titulum appoſuit *Rhetoris glorioſi*, immortale bellum Fauſto intulit; Fauſtus plurimos aduerſùs eum concitauit, & detectis criminibus, quæ non expiantur niſi flammis, coëgit fugere in Angliam anno 1496. extat Fauſti apud Gaguinum Ecloga valde mordax in eius fugam, & in Ep. ad Petrum Coardum primarium Franciæ Præſidem. Excuſat ſe ſe his ver-

bis. *Scripſi* Ego in *Balbum, & inuitus quidem, vt eum ſtylo repellerem, qui me prius gladio petierat: ſi culpa fuit ſcripſiſſe, multo maior fuit, vt Hieronymi verbis vtar, prouocaſſe.* Gaguinus in Ep. ad Fauſtum, hominem depingit. *qui Poëſim antea,* inquit, *Muſaſque tantùm initio profeſſus fuiſſet, omnem ferme paruo poſt tempore diſciplinam ſe interpretaturum iactauit. Quippe qui & Iuſtinianæi Digeſti & nonnullorum ex Iure Pontificio enucleationem audaciſſimè magis quàm prudenter aſſumpſerit. Nec à ſphęræ explanatione ſidens ſibi Interpres temperauit. Adeo impudentiſſimus erat ignotarum ſibi Artium vſurpator.*

Hieronymus de Praga Bohemus in Vniuerſitate Pariſienſi Magiſter Artium factus Patriam repetijt & in Academia Pragenſi ſumma cum laude & famæ celebritate Grammaticam docuit & Rhetoricam: Sed malo ſuo Ioanni Huſſio nimis addictus & iuratæ forſan plus amicitiæ ſeruus quàm doctrinæ parem ſortem in Concilio Conſtantienſi expertus eſt. Brachio enim, vt vocant ſeculari traditus, viuus crematus eſt: quod quàm moleſtè grauiterque tulerint Patres, patet ex oratione Iacobi Epiſcopi Laudenſis quam Cochlæus refert l 3. Hiſtoriæ Huſſitarum. Erat enim Hieronymus vir præclaræ eruditionis, raræ eloquentiæ acriſque ingenij; quibus animi dotibus fretus poſt abiuratam Huſſi hæreſim, in eadem poſtea tuenda ſe præſtitiſſe dicitur obſtinatiſſimum. Quàm præſidenti autem animo ignem pertulerit, deſcribit Poggius Florentinus teſtis oculatus Ep. ad Leonardum Aretinum, quanquàm oratoriè forſan magis quàm verè: quam Epiſtolam Æneas Siluius Hiſtoriæ ſuæ Bohemicæ inſeruit. Hoc autem legimus inter cætera illi obiectum à M. Io. Gerſone Cancellario Vniuerſitatis Pariſienſis, *quod olim Lutetiæ diuinam eloquentiam ſibi arrogaſſet multiſque Quæſtionibus Academiam turbaſſet. Illum autem reſpondiſſe ſe Lutetiæ Magiſterij Gradum aſſecutum atque pro more declamaſſe & diſputaſſe vt veritas pateſieret; cæterum ſe, ſi alicubi deerrauerit, ſaniori doctrinæ libenter ſubſcripturum.* Ad obiecta intrepidè reſpondit; demum verò cum errores abiurare iuberetur, dixit ſe nihil Hæreticum ſentire nec errores ſapere: quamobrem tentatis omnibus modis reducendi ad ſaniorem mentem hominis 3. Kal. Iunij anno 1416. exuſtus eſt.

Hugo Dorges Æduenſis anno 1591. Artium Magiſter receptus Nicolao Raillardo tunc Vniuerſitatis Rectore; in Decretis quoque Licentiatus fuit, poſtremò Doctor. Is primum Cabilonenſis & Belnenſis Canonicus, tum Archidiaconus Catalaunenſis, & ex Archidiacono electus Epiſcopus Cabilonenſis an. 1416. poſtremo Archiepiſcopus Rotomagenſis an. 1430. ad Concilium Baſileenſe profectus obijt 14. Kal. Sept. an. 1436.

Hugo Fabri Rector Vniuerſitatis electus fuit 16. Dec. 1409. quo Rectore Vniuerſitas Alexandri V. Bullam Hierarchici ſtatus turbatiuam & euerſiuam quam obtinuerant Mendicantes, reijciendam eſſe concluſit, vt pote ſubreptitiam & pacis Eccleſiaſticæ ordiniſque iam inde ab Apoſtolis conſtituti deſtructiuam. Quâ de re nos fusè in Hiſtoria.

Hubertus Leonardus poſt longam in Artibus & Theologia Profeſſionem ad Carmelitas ſe contulit; & demum Epiſcopus Darienſis creatus. Hic cum eſſet Inquiſitor hæreticæ prauitatis contra quoſdam hæreticos Niuellenſes per Diœceſim Leodienſem, S. Spiritus gladio confutauit & vicit, inquit Trithem. Scribebat adhuc anno 1490.

Hugo de Virduno dictus Perrin de oppido Moſomenſi Diœceſis Remenſis, Socius Nauarricus electus in Procuratorem Natio. Gallic. 2. Iunij an. 1467. iterum 26. Aug. 1468. Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1474.

I.

Iacobus de Haerlem Anglicanæ Nationis pluries Procurator, idem 24. Martij 1411. electus Rector Vniuerſitatis, de quo nihil habemus præter ea quæ retulimus ad fol. 223. & hæc quæ ſequuntur.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis *Iacobus de Haerlem Rector Vniuerſitatis Pariſienſis* Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium « LITTERÆ SCHOLASTICÆ.

„ ſal. in Domino ſempiternam. Vt ait Seneca non amicitiæ reddas teſti-
„ monium, ſed veritati. Et huic conſonat verbum Philoſophi 1. Eth. dicen-
„ tis quod ambobus excellentibus amicis ſanctum eſt præhonorare verita-
„ tem. Hinc eſt quod nos non ſolùm amicitia moti, ſed etiam veritati ve-
„ rum teſtimonium perhibemus quod dilectus noſter venerabilis vir D. Ni-
„ colaus Moureti Preſbyter Baccalarius in Artibus, Curatus Parochialis Ec-
„ cleſiæ de Stannis & Capicerius Eccleſiæ S. Clodoaldi vel de ſancto Clo-
„ doaldo Pariſienſis Diœceſ. fuit per maiorem partem Ordinarij anni Do-
„ mini 1411. vltimò præteriti & adhuc eſt & eſſe intendit verus & continuus
„ Scholaris Pariſ. in Facultate Decretorum ſub venerabili & circunſpe-
„ cto viro M. Iacobo Parui Decretorum Doctore actu Regente Pariſius
„ in Facultate prædicta, provt ex eius Doctoris teſtimonio nobis extitit le-
„ gitimè facta fides. Quod omnibus quorum intereſt & inter erit in futu-
„ rum tenore præſentium certificamus. Quare nos dictum Scholarem eiuſ-
„ que Parentes, Nuncios & familiares ſuos ac omnia bona ſua quæcunque
„ & vbicunque ſint, ſub noſtra & dictæ Vniverſitatis protectione, tuitione
„ tutela & cuſtodia, ac ſaluagardia ponimus per præſentes, ipſumque Scho-
„ larem Priuilegijs, franchiſijs & libertatibus dictæ Vniverſitatis vti & gau-
„ dere volumus ac defendi, vbicunque ſe duxerit transferendum. In cuius
„ rei teſtimonium ſigillum Rectoriæ Vniverſitatis præfatæ præſentibus
„ litteris duximus apponendum. Datum Pariſius anno Domini 1412. die 17.
„ menſis Iunij ſigil. Le Fovrbevr.

„ Vniversis præſentes litteras inſpecturis *Iacobus de Haerlem, &c.* vt
„ ſupra. Perhibemus quod dilectus noſter honeſtus vir D. Ioannes Mu-
„ reaux Preſbyter Curatus Parochialis Eccleſiæ S. Iacobi in villa S. Dio-
„ nyſij in Francia ac Canonicus Eccleſiæ S. Pauli in dicta villa S. Dionyſij,
„ fuit per maiorem partem Ordinarij an. 1411. provt adhuc eſt de præſenti
„ ac eſſe intendit verus & continuus Scholaris Pariſius ſtudens in Facultа-
„ te Theologiæ, *ſub magnæ ſcientiæ viro M. Thoma de Cracouia Magiſtro in*
„ *Theologia actu Regente* Pariſius in prædicta Facultate, provt nobis extitit
„ legitimè facta fides. Et hoc omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut in-
„ tereſſe poteſt ſeu poterit quomodolibet in futurum, tenore præſentium
„ certificamus. Quare nos dictum, &c. Datum Pariſ. anno Domini 1412.
„ die tertia Iunij.

Iacobus Nouianus, agro Nouiano ex de *Noyan* Diœceſis Remenſis oriundus in Academia Pariſ. in Colleg. Nauarrico enutritus, litteris inter cæteros ſui temporis eruditus, Profeſſor clariſſimus, in re Philoſophica acutiſſimus, Iuris vtriuſque ſcientiſſimus; vno verbo vir numeris omnibus abſolutus. Rector Vniverſitatis fuit an. 1401. Licentiatus eſt in Theologia anno 1408. habuitque Licentiæ ſocios MM. Guill. Pulcri-Nepotis, Petrum de Nogento, Reginaldum de Fontanis, Guill. Horot, &c. Bononiæ obijt anno 1410. cuius viri ſibi amiciſſimi Nicolaus Clemangius obi-
„ tum deflet ep. 69. ad Iacobum de Burreyo. De morte, *inquit*, optimi Ia-
„ cobi nobis ambobus amiciſſimi, quando primùm nunciata eſt, vehemen-
„ ter conturbatus ſum, lacrymaſque non continui, tanti viri caſu acerbo
„ **percuſſus, quem etſi vitæ honeſtate, morum graui maturitate, deuoto**
„ ad Deum affectu, pio ad omne bonum zelo in partes ſortis electorum
„ cenſeo veriſimiliter ad ſcriptum; grauiter tamen fert animus tantum lu-
„ men noſtris tenebris noſtriſque caliginoſis temporibus ereptum, qui ve-
„ lut lucerna ardens & lucens (vt de Chriſti præcurſore dictum eſt) pote-
„ rat ampliſſimè & ſaluberrimè in domo Domini radicare, noctiſque vm-
„ bram & errorum nebulas à cæcis hominum mentibus doctrinæ ſuæ iocun-
diſſimæ clariſſimo fulgore diſcutere, &c. In eandem mortem præclaram quoque Elegiam cecinit; quam tu vide & lege ſi lubet. Apponam hîc tantummodo duo eiuſdem Epitaphia. 1.

Belgica me genuit, docuit Pariſia tellus.
Bononis oſſa tenet, ſpiritus aſtra petat:

2. *Conditur*

Conditur hic Iacobus Nouiani, Iuris alumnus
Septenis florens artibus ingenuis.
Philoſophus ſummus, præluſtris Canonis almi
Scrutator, miro præditus ingenio.
Gallus Gente, ortu Zenius, ſtudioque perenni
Eloquio clarus, Bononis occubuit.

Huiuſce eximij viri exequias celebrare quoque voluit Natio Gallica vt patet ex Actis 28. Feb. an. 1410. & fuerunt ſelecti nonnulli viri ad deliberandum de modo illas honorificè celebrandi, referente M. Io. de Lothey tum Procuratore. Fuit quoque ijſdem temporibus *Ioannes de Nouiano* Remenſ. Diœceſis qui determinauit in Artibus anno 1409. Et ad eum extant nonnullæ Clemangij Epiſtolæ, quæ ſunt ordine 33. 34. & 35.

Iacobus de Sommavilla Doctor Theologus Ordinis B. Mariæ de Carmelo, vir moribus & doctrina præcellens è Flandria à Gaillardo Ruſé ſupremæ Curiæ Parlamenti Senatore, Philippo Bourgoin & Ioanne Raulin Monachis Cluniacenſibus per Legatum Apoſtolicum ad reformationem Conuentuum deputatis inuitatus & euocatus fuit in partem huiuſce Curæ & Prouinciæ, pro Conuentu Carmelitarum Pariſienſium: & ad eum extat Epiſtola inter Ep. Raulini, in qua ſic de Studio Pariſienſi. *Vbi, quæſo, melius propagare valebis vineam Carmeli quàm in Pariſio, vbi ex omni Natione quæ ſub cœlo eſt, confluunt homines eruditi, vbi mellis & lactis vberrima coagula & Doctrinarum fluenta facillimè comparantur. Vbi petra Chriſtus abunde fudit riuos butyri. An tibi deerit gladius verbi ad diuidendos maſticandoſque ipſius bolos, ne de te dicatur apud Nos illud vulgatum prouerbium. Qui in Flandriam tendit ſine gladio, perdit multos morcellos de butyro.*

Ioannes Auis Diœceſis Bajocenſis actu Regens in Facultate Medicinæ Decanus eiuſdem electus eſt die 3. Nouemb. 1470. eique altero anno munus prorogatum: quo anno Facultas librum Raſis, cuius rariſſima erant exemplaria, tranſcribendum & in Bibliotheca Regia reponendum (ita petente Ludouico XI.) tranſmiſit, cum hiſce litteris quæ habentur in Reg. prædictæ Facultatis.

In Commentario 2. Decanatus Ioannis Auis 1471. Facultas mittit ad Regem Ludouicum XI. librum Raſis cum hac Epiſtola.

Noſtre ſouuerain Seigneur, tant & ſi tres-humblement que plus pouuons! nous nous recommandons à voſtre bonne grace, & vous plaiſe ſçauoir, Noſtre ſouuerain Seigneur! que le Preſident Meſſire Iean de la Drieſche nous a dit que luy aucz reſcrit qu'il vous enuoyaſt totum continens Raſis *pour faire eſcrire, & pour ce qu'il n'en a point, ſçachant que nous en auons vn, nous a requis que luy vouluſſions bailler.* SIRE, *combien que touſiours auons gardé tres-precieuſement ledit liure, car c'eſt le plus beau & plus ſingulier threſor de noſtre Faculté & n'en trouue point gueres de tel; Neantmoins qui de tout noſtre cœur deſirons vous complaire & accomplir ce qui vous eſt agreable, comme tenus ſommes, auons deliuré audit Preſident ledit Liure pour le faire eſcrire, moyennant certains gages de* ***vaiſſelle d'argent & autres cautions qu'il nous a baillé en ſeureté, de le nous rendre,*** *ainſi que ſelon les Statuts de noſtre Faculté faire ſe doit, leſquels nous auons tous iurez aux ſaintes Euangiles de Dieu garder & obſeruer, ne autrement ne le pourrions auoir pour nos propres affaires. Priant Dieu,* SIRE, &c. *Ce 29. Nouembre 1471.* & infrà. *Fuit pignus Facultati ſtatutum 12. Marcarum argenti cum 20. ſterlinis, vna cum obligatione..* Malingre, *qui conſtituit ſe fideiuſſorem pro 100. ſcutis auri vltra pignus traditum.* Tunc nondum adhuc bene cognitus erat Typographiæ vſus. Eiuſdem autem M. Io. Auis ſit mentio in Edicto Ludouici an. 1473. contra Nominales, & Guill. Baſin tunc Decani, Guill. de Algia, Io. Roſée, & de Baſſa Madidi.

Fuit & alius *Ioannes Auis*, qui cum M. Ioan. de Foſſatis de Rectoratu contendit an. 1495.

Ioannes Beguin Clericus Bituricenſis in Artibus Regens & Baccalarius

in Theologia factus eſt Nationis Gallicanæ Procurator 5. Maij an 1448. iterum 5. Maij an. 1453. tunc in Patriam reuerſus eſt & Vniuerſitatis Bituricenſis primus Doctor lectiones inchoauit an. 1465. Sic enim legitur in Patriarchio Bituricenſi c. 87. *Anno 1465. die 7. Martij præmiſſa Miſſa ſolemni de Spiritu ſancto in Eccleſia Metropolitana B. Stephani Bituric. cum Proceſſione generali ad Conuentum FF. Prædicatorum inſtituta & introducta fuit Vniuerſitas eiuſdem inclytæ Ciuitatis Bitur. Cuius primam Lecturam ſolemniter inchoauit in Refectorio memorati Conuentus M. Io. Beguin primus Doctor ipſius almæ Vniuerſitatis.*

Ioannes de Bello-monte Diœceſis Carnotenſis Procurator Nat. Gallic. factus anno 1408. Artium Profeſſione celeberrimus', ſub quo legimus complures & pluribus annis determinaſſe & incepiſſe in Artibus, an. 1409. 23. Martij Vniuerſitatis Rector electus: Fuit etiam eodem ſeculo Guill. de Bello-monte Sagienſis eiuſdem Nationis Procurator 16. Ianu. 1416. Et Ludouicus de Bello-monte.

Ioannes Blanbaſton Doctor Theologus Societatis Nauarricæ, ad quem extant aliquot Raulini Epiſtolæ quibus eum hortatur ad explendum Religionis ſeu vitæ Monaſticæ votum quod iampridem conceperat. *Vide*, inquit, *ne diſtractus in ſeculo curis, anxietatibus, ſolicitudinibus, periculis, aliorum miſerijs & oppreſſionibus, mentis imaginationibus, varijſque in peccatum occaſionibus & lapſibus, vt vix cuique diei ſufficiat malitia ſua, in tantorum recompenſam malorum ſatis ſit tuorum decem denariorum mercenarium lucrum in ſeculo, vbi ſupereſſe poterit duorum fœnus homini recollecto in regionis deſerto, &c.* Aliam Ep. inſcribit eidem. *Diuinarum Scientiarum acutiſſimo Profeſſori*, & gratias agit pro beneficijs in nepotes collatis, his verbis. Si gratiam gratiæ coęquare oporteat, non eſt, Chariſſime Frater! quod tuæ beneficentiæ » impendere valeam; vt enim accipimus à fratre noſtro & ab amicis noſtris » qui nos viſitando *conſolati ſunt, in meos nepotulos & affines non ceſſas tua elargiri beneficia, noſtræ priſtinæ amicitiæ non immemor.*

Ioannes Boucart (ſeu Bochard) Normanus dictus Vaucellanus, Coll. San Geruaſiani alumnus fit Rector Vniuerſitatis die 23 Iunij *1447.* tunc Baccalarius formatus in Theologia, deinde in eadem Facultate Doctoratum adeptus. Fuit Caroli VII. Confeſſarius, Abbas Beccenſis, Cormeriacenſis, Archidiaconus Abrincenſis, poſtremo eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus an. *1453.* factus. Ei viro Rex Ludouicus XI. prouinciam dedit componendi diſſidia Nominalium & Realium, ſeu verius reformandæ Vniuerſitatis. Ille verò Nominales omnino expellendos ſuaſit. Et in hanc rem à Rege Edictum prodijt Siluanecti an. *1473.* quo omnibus eorum libris interdicitur, tenebriſque & vinculis damnantur; donec reſtituta libertate & Rege melius conſulto redditi ijs quorum erant, & permiſſa eorundem lectio, vt dictum eſt in Hiſtoria. Obijt autem Boucartus apud S. Laudum die 28. Nouemb. anno *1484.*

Ioannes Bouuet commemoratur in litteris Fundationis Collegij Marchiani; Fratrem habuit maiorem Radulphum Bouueti: nam M. Ioannis Piſcis Nationis Gallic. Procurator anno 1385. Sic ſcribit: *Ego tradidi M. Io. Bouueti vnum Almucium quod fuit Fratris ſui Radulphi Bouueti.* Ab eadem Natione præſentatus eſt Epiſcopo ſeu Capitulo Pariſ. ad Præfecturam Collegij S. Nicolai de Lupara, eamque obtinuit. Determinauerat in Artibus anno 1383. ſub M. Nicol. de Vaudemonte & vocatur Io. Bouueti de Chalenis.

Ioannes de Conflans Pariſinus Magiſter in Artibus & Regens in Collegio Nauarrico, ad Theologiam deinde ſe contulit. Nationis Gallic. Procurator fuit electus 5. Maij *1446.* Vniuerſitatis Rector 23. Iunij *1453.* tum Baccalarius formatus in Theologia ſocietatis Nauarricæ; poſtremo accepto birreto Doctorali, ſacris concionibus ſe applicuit, & inter celeberrimos ſui temporis Concionatores euaſit.

Ioannes Cordier Pariſinus factus eſt Nationis Gallic. Procurator 16. Decemb. *1472.* poſt M. Ioannem Raulin: deinde Rector Vniuerſitatis 16.

Decemb. *1477.* tum Baccalarius formatus in Theologia & Prior Sorbonicus. Poſtremo eiuſdem Societatis Doctor factus magnam apud omnes famam ſibi & Profeſſione publica & ſacris Concionibus adeptus eſt. Fuit Ioanni Raulin coniunctiſſimus: nam ille Monachus factus apud Cluniacum in Ep. ad M. Lud. Pinellam ſuum in Magno Colleg. Nauarrici Magiſterio ſucceſſorem tanquam amico & familiari ſalutem impertitur. *Magiſtrum etiam noſtrum* Cordier, *mea de parte ſalutabis.*

Ioannes Curtæ-coxæ vulgo Courtecuiſſe Normanus hoc & priori ſeculo maximè floruit. De eo diximus in Catalogo Academicorum Illuſtriorum. Inter Primarios Theologos nomen habuit, plurimis ſcriptis ſe ſe poſteritati commendauit, nondum opinor publicè editis. Manuſcriptorum vero copiam mihi pro ſua benignitate fecit M. Iacobus Mentellius Doctor Medicus. Suntque eiuſmodi. *Sermones plurimi.* 1. De Dominica Aduentus ad Populum Cenomanenſem. 2. Sermo de 2. Dominica Aduentus ad Papam & Cardinales. 3. De Natiuitate Domini coram Rege. 4. Sermo in Proceſſione Generali facta in Eccleſia Pariſ. die S. Vincentij ex ordinatione DD. Decani & Capituli Pariſ. *Collatio de feſto Purificationis B. Mariæ.* Alia Collatio de Purificatione B. Mariæ. Sermo de Reſurrectione. Sermo de S. Spiritu in die Pentecoſtes. De S. Trinitate, de Corpore Chriſti ad Papam & Cardinales. Alius ſermo de eodem myſterio. Sermo in Feſto omnium Sanctorum. Sermo de B. Ludouico Maſſilienſi. Sermo de B. Ludouico Rege Franciæ. Alius Sermo de eodem. Collatio de eodem Rege. Duo Sermones ad Prælatos Eccleſiæ. Item Sermo factus in Eccleſia S. Iuliani Cenoman. die qua Ludouicus Rex Siciliæ obtulit eidem Iocale quod fieri & ſibi offerri ordinauerat Domina Regina eius mater. De quadam Collatione facta coram DD. Cardinalibus ſuper electione ſummi Pontificis. Harenga in Aduentu cuiuſdam D. Cardinalis. Exhortatio & propoſitio facta in præſentia Regis Caroli VI. pro parte Vniuerſitatis, Præpoſiti Pariſ. & Ciuium Pariſ vt certæ ordinationes tunc nouiter factæ ſeruarentur. Collatio notabilis facta in Capitulo Eccleſiæ Pariſ. dum immineret electio Paſtoris faciendain eadem Eccleſia.

Legitur autem de eo in MS. Victorino quod ante ſedes Epiſcopales Theologicis docebat è Cathedris. Hic an. *1403.* è Latino in Gallicum traduxit Senecæ librum de 4. virtutibus & doctis illuſtrauit Commentarijs, in quo opere ſe virum aſſiduâ Patrum lectione exercitatum prodidit, dicauitque opus ſuum Ioanni Biturigum & Aruernorum Duci, Pictauorum, Stampenſiumque Comiti, quem Mecenatis inſtar habuiſſe liquet ex Epiſtola liminari. Extat opus in Biblioth. Victor. interfuit Concilio Conſtantienſi, plurimis legationibus Vniuerſitatis nomine defunctus, vt ex hiſtoria patet. Regem Carolum VI. & Conſanguineos Principes qui Guillelmalia Nationis Gall. ſua prçſentia cohoneſtarant, die 10. Ian. *1414.* eleganti gratiarum actione cumulauit. Vt ſcribit Garcilius Mercatoris eiuſdem Nationis Procurator. Die 10. menſis Ianu. *fuerunt in Miſſa D. noſter Rex & omnes DD. prænominati*, & etiam D. Bauariæ & multum honorauerunt Nationem. Item fuerunt in Miſſa 3. Cardinales, ſcilicet Cardinalis de Barro, Cardinalis Piſanus tunc Legatus à latere in Francia & Cardinalis Remenſis. Item fuerunt eadem die plures Prælati & quamplures Milites & Nobiles. *Item D. noſter Rex eadem die obtulit in Offertorio Miſſæ ſcutum, & in fine Miſſæ oſculatus eſt Reliquias Nationis, & pro augmentatione earundem dedit nouem ſcuta aureæ.* Item poſt Miſſam M. Ioan. Breuis-coxæ regratiatus eſt D. noſtro Regi & omnibus DD. de ſanguine ſuo ibidem exiſtentibus de honore Nationi impenſo. Regratiatus eſt etiam D. Prælato, ſcilicet Epiſcopo Cabilonenſi qui fecit ſeruitium, & ſupplicauit ſibi vt vellet prandere in Camera D. Prouiſoris Collegij Nauarræ qui contemplatione Nationis annuit ſupplicationi & pranſus eſt in dicto Collegio & plures Notabiles Doctores & Magiſtri de Natione. Ad Epiſcopatum Pariſienſem promotus eſt an. *1420.* & paulo poſt tranſlatus ad Gebennenſem. Obijt circa an. *1422.*

Ioannes du Drac nobilis Pariſinus Ioannis du Drac in Senatu Pariſ. Præſidis Infulati filius, ex Decano Meldenſi factus Epiſcopus an. *1458*. Conſeruationis Apoſtolicæ competitor fuit an. *1461*. cum Epiſcopo Siluanectenſi quem Rex Ludouicus XI. Vniuerſitati commendarat; ſed nihilominùs illi prælatus, quia Commendatorias à Rege litteras exhibere nimis diſtulerat. Ioannes autem Conſeruator electus, die 8. April. an. prædicto Rectorem Decanos & Procuratores lautiſſimo excepit Conuiuio, vt legitur in Actis Nat. Gallic.

Ioannes Andreas Ferrabos celebratur à Roberto Gaguino, nomine Poëtæ Laureati: ſic enim in Epigrammate.

Magna repromittis cœleſti voce Ioannes
Vnde queant linguæ, Peregre! culta loqui.
Sic potuit ſiluas duris cum cantibus Orpheus
Infernumque Iouem flectere carminibus.
Aſt dicam ingenuè, nullo blandimine verum
Noſtrates ſpernunt Neſtoris ore trahi.
Sunt nugæ quæcumque Maro, quæcunque beatus
Dixerit Orator, ſit licet Iſocrates.
Ingenium fateor eſt illis, quale per orbem
Non aliud forſan celſius inuenias.
Sed linguæ & verbi tantum modulamina curant.
Quatinus ad Scoti ſcripta legenda ſat eſt.
Si quis aquas Heliconis amat, vel Numina rident,
Læſerit ille fidem quem iuuat illa ſequi.
Et quo principio tibi ſpectas eſſe fauentes
Protinus ad ſummum tertia lux abiget.
Difficile ingreditur Regina Oratio mentem.
Veſtibulo cuius nulla Thalia ſedet.
Hinc probat à mammis lalaſſe rudimina Rhetor
Quem bene dicturum Gloria celſa manet:
Haud tamen idcirco fruſtra per pulpita cantas.
Vnus & alter erit quem tua ſcita trahant.
Et iam poſt Latio tibi partam carmine famam:
Nominis ipſa tui Gallia teſtis erit.
Te quoque, ni pudeat Gallo cantarier ore.
Dum vita extabit, verſibus ipſe canam.

Ioannes Franciſci aliàs *Bourilleti* Decanus Tribus Senonenſis in Natione Gallicana, Primarius Collegij Fortetici die 29. Aug. *1440*. ſupplicauit prædictæ Nationi, *cùm Collegium Forteti ſit Collegium Nationis Franciæ & pro dicta Natione ſecundùm intentionem Fundatorum, quod dicta Natio velit dare D. Procuratorem & aliquos Magiſtros de ſingulis prouincijs ad ſupplicandum DD. Capitularibus de Eccleſia Pariſ. ac Decano & ſingulis Dominis de dicto Capitulo Pariſ. quibus videbitur expediens, quatenus ipſum Collegium & dictum Magiſtrum velint habere recommendatos & procedere ad complementum dicti Collegij ſine præiudicio dictæ Nationis & ſecundùm intentionem Teſtatoris, &c.* Ita legitur in Actis prædictæ Nationis, cuius Procurator fuerat an. *1408*. Erat quoque Notarius Apoſtolicus & interfuit Concilio Piſano an. *1409*. tunc Magiſter in Artibus & in Decretis Licentiatus.

Ioannes Germani Matiſconenſis Diœceſis de Cluniaco oriundus ex ingenuis parentibus, Lutetiam venit Duciſſæ Burgundiæ beneficentia auxiliari, incepit in Artibus ſub M. Simone de Bergerijs. Hinc ad Theolo-

giam ſe conferens, laureamque Doctoralem aſſecutus ad Curiam Burgundi Ducis ad ſcitus meruit fieri intimorum conſiliorum particeps. Niuernenſis primum Epiſcopus, velleris aurei Cancellariatu honeſtatus. Synodo Baſileenſi interfuit & ſuo Principi poſt Reges locum primum aſſeruit. Epiſcopus deinde Cabilonenſis factus nempe an. *1436.* ſcripſit Commentarios in lib. contra *Alcorannum*, aduersùs Mahumetanos & Infideles opus prægrande quod Philippo Bono Duci dicauit: de regimine Eccleſiaſticorum & Laïcorum ſuæ Diœceſis, de Conceptione B. M. V. libros duos. De Sarracenicæ legis falſitate. Aduerſus Hæreſes Auguſtini de Roma: quod opus tempore Concilij Baſileenſis conſcripſit. De animarum purgatione lib. MS. Theſaurum Pauperum MS. Sermones & Inſtructiones. Orationes duas in Concilio Conſtantienſi nomine Philippi Boni Ducis habitas. Mappam mundi. Vide ſi lubet, Epiſcopos Cabilonenſes Sammarthanorum & lib. de claris Scriptoribus Cabilonenſibus. Obijt an. *1460.* 11. Feb. in Caſtello Salæ prope Cabilonem. Iacet in Cathedrali ante Sacellum D. Virginis.

Ioannes Haueron Picardus omnibus Nationis ſuæ honoribus defunctus Vniuerſitatis quoque Rector anno *1430.* 16. Dec. obijt circa an. *1455.* eique ab omnibus Nationibus parentatum, poſtulante M. Ioan. de Oliua die 6. Maij; item & Rectore die 20. eiuſdem menſis vt legitur in Actis Nat. Gallic. quæ conceſſit ſupplicationem D. Rectoris, videlicet *quod fiat Anniuerſarium ex parte Facultatis Artium pro anima M. Io. Haueron qui longo tempore in hac Facultate rexit.*

Ioannes Huë Stampenſis Diœceſis Senonenſis Magiſter in Artibus & Baccal. formatus in Theologia fit Procurator Nationis Gallicanæ die 26. Aug. *1458.* Vniuerſitatis Rector *24.* Martij *1450.* hinc Doctor Theologus. Multas legationes nomine Vniuerſitatis obijt. Eiuſdem Facultatis Decanus, Pœnitentiarius Eccleſiæ Pariſienſis, de Cancellariatu Vniuerſitatis contendit cum M. Ambroſio de Cameraco Decretorum Doctore ab an. *1482.* ad an. *1488.* quo obijt. Eiuſdem cognominis floruerunt hoc ſeculo Cantianus Huë qui Rector electus fuit 10. Octob. an. *1473.* & Guillelmus Huë Doctor Theologus, qui Decanus fuit Eccleſiæ Pariſienſis.

Ioannes Lantman vel *Lentement* aut *Lentenent* Natio. Germ. Diœceſis Conſtantienſis pluries Procurator ab anno *1480.* Rector 23. Iunij an. *1489.* electus; deinde Doctoralem in Theologiâ lauream adeptus, demum Conſtantienſis Eccleſiæ in Germania Canonicus Lector factus; inter alios diſcipulos Pariſijs habuit M. Ludouicum de Ambaſia, qui poſtea fuit Albigenſis Epiſcopus: in Licentiâ verò Theologali habuit inter cæteros, conſortem M. Ludouicum de la Houſſaye. Sic enim ad eum ſcribit Raulinus. *Tuus nuper diſcipulus M. Ludouicus de Ambaſia Epiſcopus eſt Albigenſis ſub illo antiquo Patre D. Albigenſi. Eumque dirigit noſter Scholaris & tuæ licentiæ Theologalis conſors M. Ludouicus de la Houſſoye, qui in proximâ Quadrageſimâ intendit ſuſcipere Magiſterij Theologalis lauream.*

Ioannes Lapidanus ſeu *de Lapide* Natione Teutonicus, relicta Patria ad Gymnaſium Pariſienſe ſe contulit, ibique Artium Magiſter factus litteras humaniores publicè docuit ad Sorbonam, habuitque inter alios diſcipulos Ioan. Reuchlinum Auditorem. Poſtea ad Theologiam ſe conferens, in ea quoque doctoralem lauream obtinuit & inter Doctores commemoratur in Edicto Ludouici XI. contra nominales an. *1473.* inde in Patriam reuerſus. Realium Pariſienſium doctrinam ad Vniuerſitatem Baſileenſem primus tranſtulit, atque ibidem, ſcribente Trithemio plantauit, roborauit & auxit. Ex eo loco euocatus Tubingenſis Academiæ initia poſuit. Illinc Baſileam redit, Canonicus fit Eccleſiæ Cathedralis. Demum calcato ſeculi faſtu, reiectiſque beneficijs quæ poſſidebat, Carthuſianis Baſilienſibus ſe ſe adſcripſit, vbi caſtè integréque viuens, quod reliquum fuit vitæ, precibus & ſtudijs applicuit. Scribebat adhuc an. *1494.* Optimos quoſque Autores Ciceronem, Ariſtotelem, Chryſoſtomum, Ambroſium, Auguſtinum, diligenter perlegit, multaque in ijs caſtiga-

uit. Scripſit Commentaria in lib. Phyſicorum & Logicorum Ariſtotelis. De Officio Sacerdotis, de Paſſione & Aſcenſione Domini.

Ioannes Leporis incepit in Artibus an. 1385. hoc verò ſeculo magnam ſibi famam in Medecinæ Profeſſione comparauit. Extant plurimæ Nicolai Clemangij ad eum Epiſtolæ, quarum vna quæ eſt ordine 10. comparat policiæ Gallicanæ ægritudinem cum morbis corporis humani. *Tradunt*, inquit, *veſtræ Medicinalis diſciplinæ præcepta Corpus humanum, cùm graui infirmitate Corpus laborat, cætera principalia membra partim iam conſumpta ſunt, partim læſione acerba tabeſcunt, radicalis quoque humor, quo vitalis calor alitur atque irrigatur, totus pene iam exaruit, celeri neceſſario oportere interitu diſſolui.* Ep. III. eundem conſulit ſuper quadam ægritudine quæ ſibi acciderat, *inuaſit me primum*, inquit, *rheuma ſatis acerbum, morbus mihi familiaris ac vernaculus, in quo poſt aliquot dierum emunctiones ſolitique per nares humoris decurſus cœpit ex cerebro humor quidam liquidus non ad nares, ſed ad os ipſum vbertim defluere, qui aquæ verius fluidæ ſpeciem haberet quàm ſaliuæ, tanto quidem frigore gelidus vt dentes ſtupidos faceret & velut inerti algore torpentes, ipſoſque pene vniuerſos demptis molaribus, à gingiuis magna ex parte diſiunctos ita tremulos redderet ac nutabundos, vt vix aliquid quantumlibet durum, liceret mandere, ſed ſorbilibus tantùm ac liquabilibus vti neceſſe eſſet.*

Ioannes Lullier ſeu *Luillier* Pariſinus Guidonis Balliui Meledunenſis filius, & Ioannis Frater, Magiſter in Artibus & Baccalarius in Theologia Nationis Gallicanæ primùm Procurator fuit 6. Maij 1443. iterum 1. Iunij 1444. eiuſdem Nationis Quæſtor ſeu Receptor 8. Ian. 1444. pro quo fideiuſſit Stephanus Lullier Patruus: ſic enim legitur in Actis. 10. Febr. eiuſdem anni. *Hac die fideiuſſit vener. Burgenſis & honeſtus homo Stephanus Lullier pro ſuo nepote* M. *Io. Lullier Receptore Nationis Franciæ pro ſua receceptione, iuxta ſtatuta venerab. Nat. Franc.* Rector Vniuerſitatis 10. Octob. 1447. tum Socius Sorbonicus. Fuit & alius Ioannes Luillier qui an. 1461. Licentiatus eſt in Artibus. Et ille forte eſt filius Ioannis qui die 2. Feb. 1465. ſupplicauit licere Patri ſuo eiurare Officium Conſiliarij Vniuerſitatis in gratiam Ægidij filij. Sic enim in Actis Nat. Gall. *M. Ioannes Lullier eiuſdem Reſignantis filius & in ſacra pagina Profeſſor, Procurator & nomine* » *Procuratorio* M. *Ioannis Lullier eius patris renunciauit* Officio Conſiliarij » Vniuerſitatis in vener. Curia Parlamenti in fauorem M. Ægidij Lullier » eius fratris, exponens Vniuerſitati quod propter ſenectutem, eius Pater » in dicto Officio amplius vacare non poterat: qui quidem Procurator gra» tiarum actiones retulit Vniuerſitati pro & nomine Patris ſui de honoribus » & bonis per Patrem ſuum ſuſceptis in huiuſmodi Officio, ſupplicans qua» tenus dictum Officium ſic reſignatum in manibus Vniuerſitatis, eidem M. » Ægidio Lullier conferre dignaretur. Et tunc lectum fuit publicè Pro» curatorium, quo lecto Vniuerſitas recepit illam reſignationem & contu» lit dictum Officium M. Ægidio Lullier tunc pro eodem Officio ſuppli» canti, qui gratiarum actiones retulit Vniuerſitati. Idem (ſi non prior Ioannes) M. Ioannes fuit electus Sorbonæ Prouiſor die 29 Octob. 1469. per obitum M. Thomæ de Courcellis Decani Eccleſiæ Pariſienſis: de cuius electione dictum in hiſtoria. Fuit quoque Ludouici XI. Maior Eleemoſynarius & Confeſſarius; idemque an. 1483. conſecratus à Metropolita Senonenſi Meldenſis Epiſcopus. Obit. an. 1500.

Fuit etiam ijſdem temporibus M. Iacobus Lullier Magiſter in Artibus & actu Regens quian. 1444. electus eſt menſe Maio Nat. Gallic. Procurator. Deinde ad Theologiam ſe conferens & Baccalarius Nauarricus, Rector Vniuerſitatis factus eſt 23. Martij 1448. idem inceperat in Artibus an. 1437. ſub M. Ioanne Panetchair.

Ioannes de Marla Doctor Medicus eiuſdemque Facultatis Decanus electus 4. Nouemb. 1396. cum verò ſe ad Sacerdotalem Ordinem promoueri curaſſet, nec poſſet abſque licentia & diſpenſatione regere, obtinuit à Benedicto XIII. Bullam an. 1404. quâ ei in eadem Facultate regere & *libere lateque practicare licuit.* Bullam ſuo loco retulimus. Neſcio an is ſit

Ioannes de Marla Henrici Franciæ Cancellarij filius qui à Carolo VI. libellorum ſupplicum Magiſter factus, deinde Conſtantienſis Epiſcopus electus vnà cum Patre an. 1414. populari factione occiſus eſt.

Ioannes de Marſono (malè apud Clemangium de Morſono Ep. 30. & de Morſomio ep. 53) vir magnæ animi æquabilitatis, vt viderè eſt in epiſtolis prædictis Clemangij, cui è Collegio Nauarrico notus erat. Eius ſæpe fit mentio in Actis Nat. Gall. nec videtur vltra Magiſterij Gradum progreſſus. Morti proximus legauit Nationi decem libras Regentibus, exequiali ſacro interfuturis diſtribuendas, vt legitur ad 9. Septemb. anno 1414. Die 9. Septemb. fuerunt vigiliæ celebratæ in Capella Collegij « Nauarræ, & in die ſequenti Miſſa ſolemnis in eodem loco per Nationem « pro anima defuncti bonæ memoriæ M. Ioan. de Marſonno: in quibus vi- « gilijs & Miſſa fuerunt diſtributæ vndecim libræ Pariſ. cum quatuor ſolid. « Pariſ. Magiſtris & Officiantibus ibidem præſentibus; quas vndecim li- « bras cum 4. ſolidis Pariſ. ſoluerunt Executores dicti M. defuncti, & de « quibus decem libras legauerat idem de Marſonno Nationi pro prædictis « faciendis. Hæc acta tum Procuratore Nationis M. Nicolao de Belliſmo « Diœceſ. Cenoman.. in Artibus Magiſtro & in Theolog. Baccalario. Qui ſcribit per eundem Ioa. de Marſonno *bonæ memoriæ defunctum Suppoſitum præfatæ Nationis legata fuiſſe 30. ſcuta ad emendum iocale.*

Ioannes de Martigniaco Diœceſis Biſuntinenſis primus Capellanus Collegij Burgundici fuit Procutor Nat. Gall. 26. Aug. 1445. iterum 13. Nouemb. 1451. dicitur in Actis Nat. Gall. ad diem 10. Octob. 1455. vir eloquentiſſimus, ſed ambitioſiſſimus; qui Rectoratum ambiens ea die & turbare volens electionem M. Ioan. Dulcis-Amici Socij Nauarrici, Intrantiam petierat in Tribu Senonenſi; ſed ei prælatus eſt M. Alexander Ladone de Collegio Nauarrico; de eo verò ad marginem, ſic ſcribit M. Antonius Guerry tunc Procurator, *iſte homo habuit plures fantaſias in Capite, qui quia non obtinuit quod voluit, rabiem cæteris impoſuit.* Poſt M. Guillel. Riueti qui Tornacum ſeceſſit, Collegij Burgundici Magiſterium adeptus eſt. Illudque regebat an. 1467. Ille exorto inter Ludouicum XI. & Burgundionem bello, quia huic addictus eſſe putabatur, exulare coactus, anno vero 1472. reuerſus Collegium ſuum reperit omnino indiſciplinatum; quamobrem ei malo per Rectorem petijt remedium afferi, an. 1473. fuit adhuc Nat. Gallic. Procurator, commemoraturque in Edicto contra Nominales.

Ioannes Maupoint Pariſinus, ſeu vt tum dicebant, de Pariſius, Guillelmi ciuis Pariſiēſis & Accenſi Equeſtris filius Baccalaureus Theologus, Ordinis Vallis-Scholarienſis & Domus San-Catharinenſis Prior à menſe Maio an. 1438. ad Martinalia anni 1476. quo anno ſucceſſorem habuit Ioannem Neruetium, Capellanum & Eleemoſynarium Ludouici XI. Necrologium ſuæ Domus auxit, nec oblitus eſt commemorare viros quoſdam Illuſtres ſui Ordinis & temporis qui in hac Vniuerſitate Doctoralem lauream in Theolog. aſſumpſerant, præſertim verò MM. Ioannem Prothi & Nicolaum du Maret vel des Mares, quorum acta vide ſuo loco. Porro Domus iſta quæ ſuæ Originis & Inſtitutionis Autores agnoſcit quatuor Magiſtros huiuſce Vniuerſitatis, coniunctiſſima ſemper illi fuit; nec legimus ad vllam Baſilicam Pariſ. tot Supplicationes ſeu Proceſſiones Scholaſticas celebratas quàm ad San-Catharinenſem: in qua fuit etiam olim fundata Capellania de Patronatu Vniuerſitatis. Habuit quoque omnibus temporibus viros doctos & Gradibus Academicis inſignitos; quorum Catalogum ex Necrologio ad me tranſmiſſum lubet hoc loco apponere.

Euerardus de Willenis Burgundio eiuſdem domus Prior & Primus Magiſter in Theologia viuebat adhuc an. 1267. ſed affectæ ætatis. In Necrologio fit eius mentio his verbis. *Anniuerſarium Fr. Euerardi de Willenis Prioris noſtri & primi Magiſtri noſtri in Theologia.* Sermones plurimos habuit & ad Fratres & ad Vniuerſitatem & ad Populum, quorum ſummam

compoſuit, ſub hac epigraphe. *Summa de Feſtis quam fecit Fr. Euerardus quondam Prior B. Catharinæ Vallis-Scholarium, Magiſter Theol. Facultatis, pro cuius anima, vt citius veniam conſequi mereatur de peccatis, vos omnes rogamus, dicite De Profundis.* Iacet in Choro ſub lapide & epitaphio cuius nunc exeſæ litteræ.

Gregorij de Bugundia eiuſdem Domus Prioris mentio fit in eodem Necrologio. *Anniuerſarium Fr. Gregorij Prioris noſtri & Magiſtri in Theologia.* Succeſſit Euerardo, ſubſcripſitque anno 1267. cum alijs Magiſtris Vniuerſitatis cuidam Procuratorio Inſtrumento ad proſequendam in Curia Rom. appellationem à M. Gaufrido Canonico & Officiali Eccleſiæ Pariſ. qua de re nos in Hiſtoria. Obijt Gregorius circa an. 1280. & in Choro ſepultus eſt ſub hoc lapide & Epitaphio. *Hìc jacet Fr. Gregorius de Burgundia Prior & Profeſſor in Theologia. Orate pro eo vt eius animæ propitietur glorioſæ V. M. filius.* Amen.

Gillo de Monte-mirabili in eodem Necrologio vocatur tertius Magiſter in Theologia. Obijt autem circa an. 1270.

Laurentius de Pollengio Prior Major Domus Vallis-Scholarium in Baſſignejo, nondum in Abbatiam erectæ. Obijt circa an. 1300. & de eo ſic habetur in eodem Necrol. *Anniuerſarium Fr. Laurentij de Pollengio Magiſtri in Theologia & Prioris Vallis-Scholarium.*

Ioannes de Braio ex Canonico San-Catharinenſi aſſumptus in Priorem B. Mariæ Leodienſis, quo munere abdicato redijt Pariſius & obijt an. 1304. jacet ſub hoc epitaphio, &c. *Hic jacet Fr. Ioannes de Braio quondam Prior de Leodio & Magiſter in Theologia qui obijt anno Domini 1304. die Sabbati ante feſtum S. Luciæ. Anima eius per miſericordiam Dei requieſcat in pace.* Amen.

Ioannes de Caſtellione obijt quoque circa an. 1300. deque eius & Parentum bonis habet prædicta domus 60. libras. Fuit quoque Magiſter in Theologia.

Guido de Cercellis relicta profeſſione Medicinæ ad San-Catherinenſes ſe contulit an. 1260. eique domui quingentas libras dedit.

Girardus de Trecis Prior eiuſdem Domus & Magiſter in Theologia, vixit poſt an. 1300. Girardo ſucceſſit Laurentius de Drocis etiam in Theologia Magiſter, cuius fit mentio in eodem Necrologio. *Anniuerſarium Parentum, Amicorum, & Benefactorum Fr. Laurentij de Droco Magiſtri in Theologia & Prioris Domus iſtius, de quorum bonis habuimus 300. libras quas poſuimus in emptione de Fontaneto & de Boiſſiaco.*

Ioannis de Sedeloos Canonici San-Catharinenſis & Magiſtri in Theologia obitus notatur ad annum 1325. diem que Dominicam ante feſtum S. Barnabæ.

Petrus de Verberia Canonicus Regularis Profeſſus apud Regalem locum Compendien. deinde Prior Domus Trecenſis, cum alijs Magiſtris in Theologia vocatus à Philippo Valeſio ad Vincennas an. 1332. contra Tardam viſionem Beatificam quam nonnulli aſſerere contendebant, dimicauit.

Ioannes de Camberona **Prior Domus San-Catharinenſis Magiſter in** Theologia obijt anno 1363.

Ioannes de Compendio Pariſinus eiuſdem Domus Bibliothecarius fuit circa eadem tempora. De eo ſic Necrologium. *Anniuerſarium Fr. Ioannis dicti de Compendio oriundi Pariſius, Licentiati in Artibus & Baccalarij in Theologia, & Parentum ſuorum. Fecit enim nobis & Eccleſiæ noſtræ multa bona, libros ſcribendo, ſeruando, edendo & legendo.*

Petrus de Fayaco anno circiter 1350. eiuſdem Domus Canonicus & Magiſter in Theologia.

Philippus de Macy electus Prior San-Catharinenſis anno 1363. die 20. Octob. & in poſſeſſionem inductus per Ioannem de Creneyo B. Mariæ in Inſula Trecenſi Priorem, quem ſuſpicari licet illum eſſe qui inter Artiſtas Nauarricos in Inſtrumento an. 1315. Statuta Collegij continente commemoratur.

commemoratur. Quem verò gradum in Vniuerſitate obtinuerit Philippus, ignoratur. Certè de ſe ipſo ſcribit habuiſſe à Rectore litteras Scholaritatis.

Ioannes Mileti Pariſinus, Nat. Gallic. Procurator electus 9. Martij 14. 35. Rector Vniuerſitatis 25. Martij 1439. Baſilicæ Pariſienſis Canonicus & Decanus, deinde Sueſſionenſis Epiſcopus à Capitulo expetitus conſecratur in Collegio Nauarrico anno 1442. poſt obitum Reginaldi de Fontanis. Quam Diœceſim adminiſtrauit ad annum vſque 1502. quo è viuis exceſſit, ætatis an. 88. vide Sammarthanos in Epiſc. Sueſſion. Scribit autem ille in Reg. Procuratorum Nationis Gallicanæ ſe Procuratore menſe Aprili *expulſos antiquos Regni inimicos videlicet Anglicos, ſubingreſſis vrbem multis viris Nobilibus Francis & magno exercitu armatorum*. Succeſſorem habuit in prædicto Officio M. Io. de Oliua.

Ioannes Milonis Trecenſis, fuit Nat. Gallic. actu Regens Procurator 27. Aug. 1450. idem iterum 10. Martij 1452. tertiò 8. Nouemb. 1454. his verbis, *Io. Milonis Baccalarius in Theologia & ſub-Magiſter Artiſtarum*. Vniuerſitatis Rector electus fuit 14. Decemb. 1465.

Ioannes de Monte, in Artium profeſſione diu excelluit, deinde ad Theologiam ſe contulit; in qua Facultate Doctor factus ſocietatis Sorbonicæ Carmen compoſuit in honorem M. Roberti de Sorbona, quod cum communicaſſet cum M. Roberto Gaguino, ille probauit quidem opus, ſed iterum ac tertio prius recudi ſuaſit, quàm illud in vulgus emitteret. Ep. 34. ad ipſummet Ioannem. *De Carmine quod in Roberti Sorbonici laudes ſcripſiſti, ſic ſentio. Laudo tuam in hominem bene de Orbe Chriſtiano meritum, pietatem, tuum ingenium laudo, nec improbo Characterem.* Sed ne te aſſentatione palpem, *tu meo conſilio illud iterum, atque iterum penſiculabis. Aliud enim eſt poſteritati nos perenniter credere; aliud æqualibus noſtris noſtra ex tempore condita opera communicare. Illa ad ſcrupulum quæ acceperit, trutinat omnia; Hi ſicut tumultuariè legunt, ita errati noſtri facilè obliniſcuntur. Quædam ergo quæ rudiora, ſi rectè cogites, ſunt, elimabis. Vale 4. id. Iunij.*

Ioannes de Monte-Leonis in Artibus primum claruit, pluries Nat. Gall. Procurator fuit, Rector Vniuerſitatis 10. Octob. 1400. Capellanus eiuſdem Nationis diu fuit. Ad Theologiam ſe conferens, Sententias docuit magno cum applauſu. Licentiatus eſt an. 1413. cum M. Euſtachio de Meſnillo eiuſdem Facultatis poſtea Decano, Petro Parui, Dominico Chaillon, Guill. Fradeti, Io. de Montenoyſon Guill. Tranchenault & alijs.

Ioannes Muneratus Gallic. *le Munerat*, Tribus Bituricenſis in Natione Gall. olim Decanus vſque ad an. 1499. Baccal. & Licentiatus Theologus è Societate Nauarrica, aliquandiu etiam Capellæ Regiæ Concentor ſeu Concapellanus Martyrologiũ concinnauit & edidit in fol. an. 1490. typis Guidonis Mercatoris, dedicauitque Ludouico de Bello-Monte, tum Epiſcopo Pariſienſi, in quo iuxta Vſuardi Martyrologiũ notat ad diem 15. Aug. Dormitionem B. V. non audens aſſerere fuiſſe aſſumptam cum Corpore. Sic enim habet. *18. Kal. Sept. Dormitio S. Dei Genitricis Mariæ. Cuius ſacratiſſimum Corpus etſi non inuenitur ſuper terram, tamen Pia mater Eccleſia* ***venerabilem eius memoriam ſic feſtiuam agit, vt pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet.*** *Quod autem illud venerabile Spiritus ſancti templum, nutu & conſilio diuino occultatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quàm aliquid friuolum & apocryphum inde tenendo docere.*

Porro Licentiatus ille aſſumit nomen Concentoris *Capellæ Regiæ Scholæ Franciæ vulgo Nauarræ Pariſius*. Licet enim ex Statutis Fundationis nulli Theologo liceat poſt licentiam, aut aſſumptum Magiſterij, ſeu Doctoratus Gradum Burſam retinere, diſpenſatum tamen cum ijs non amplius numero tribus, manere in eodem Collegio, quandiu pinguiorem fortunam non habebunt, ſi modo cum Capellanis operentur ſacris & horas Canonicas concinant, idque etiam cautum in Reformatione anni 1464. *Placet nobis quod ſic promoti numerum trium non excedant, qui etiam Gradu Magiſterij ſuſcepto, ſeruire in Capella teneantur, horas Canonicas diebus continuis*

decantando, Miſſaſque vice ſuâ celebrando, quemadmodum & Capellani dicti Collegij facere obligantur. Quia verò ſucceſſu temporis Doctores etiam Beneficiati vt ſub aliquo prætextu in Collegio habitarent, Capellaniæ titulo donari affectarunt, vetuit Franciſcus 1. datis litteris an. 1521. *Edicto perpetuo ordinamus ne Doctor Theol. Beneficiatus Capellaniam in dicta domo impoſterùm obtineat, ſed conformiter ad æquitatem & intentionem fundatricis ad Beneficium ſeu Beneficia ſua ſe mox & indilatè transferat. Quod ſi nullum habeat Beneficium & contingat ei de prædictarum Capellaniarum aliqua prouideri, non gaudeat domicilio præfatæ Capellaniæ affecto, niſi in propria Capella prædicta deſeruiat & horis nocturnis & diuinis vt cæteri Capellani tenentur, interſit.*

Ioannes Nauellus Roberti Gaguini olim condiſcipulus in Scholis & contubernalis relictâ Theologali laureâ ob nonnullorum maliciam, vxorem duxit, & ad extremam ferè inopiam redactus eſt, nullumque miſeriæ ſuæ præſentius ſolatium habuit, quàm docere. Ad eum ſic ſcribit Gaguinus „ Epiſt. 3. Iam verò paululum ocij aſſecutus tanto libentiùs tibi ſcribo, „ quantò fide atque amicitiâ iucundiſſimus mihi ſemper fuiſti. Iungunt „ enim nos & quodammodo ſimiles efficiunt conſueta olim morum & ſtu„ diorum contubernia, fortunarumque ſimilitudo, &c. Aduerſum autem „ id eſt contra te, eò plura me habere intelligas quò te Apolline plenum „ propoſitum abrupiſſe te Schola Theologorum conqueritur. Quid tibi „ cum Teſtili, Ioannes Chariſſime, credidiſſes vtinam Tityro Maronis, „ Dum me Galatæa tenebat, nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi. Sed „ de hoc per Epiſtolam agere deſiſto. Pœnitudo facti, ſi vir es, latis te cru„ ciat. Attingam illud quo aduerſam fortunam ad hominum mores refert. „ Conuerſari & hominibus conuiuere poſſe ſi deſperabas, quare pauper„ tatem tuam intolerabili Comite feciſti grauiorem? ſi parum fuit quod an„ no antea poſſidebas, id ne permodicum erit in duos diſtributum? Quin„ imo animum tuum qui tolerandis aduerſis totus vix ſe ſe intendebat, par„ titus es in alterum cuius inopiæ plus tuæ condoleas, cœcus amor impel„ let. Non ſunt tanti omnium hominum mores, vt dum eos vitas, in de„ terius te præcipites. Tu propterea hominum ſcilicet nequitiam fugis, vt „ fœminæ ſis obnoxius? Non æquanimiter fero te ad canos properantem „ ab vera decedere ſententiâ. Circunſpice, quæſo & quem te ipſum facis, „ dum euentus rerum tuarum, temporum atque hominum malicijs adſcri„ bis, imbellem profectò atque effœminatum meritò te dixeris, qui pro„ pter paucorum dolos longanimitate te abdicaſti iuri tuo cedens. Ius tuum „ appello Theologam lauream, cuius optabile Gymnaſium fortis Athleta „ intraueras. Te ne homines fefellerunt? Quid ni! te fallere veritus ipſe „ non es. Diſceſſerunt improbiſſimi homines à fide, à Iuſtitia, ab æquita„ te, debuiſti ex eorum erratis meliorem efficere vitam tuam & ſortem. „ Prudentibus viris boni aliquid ex alienis periculis ſemper accedit, &c. „ Cœterum quod inopiæ conſultum eſſe voluiſti, non reprehendo. Sic enim „ Origenes amiſſo per Martyrium Licentio Patre, Matrem & Fratres ſex „ Grammaticem docens aluit. Ergo ſi in eodem Ludi-Magiſter tibi bene „ **eſt, gaudeo, ſed fœminam magis quam inopiam fugias, Lector, &c.**

Ioannes Normani Pariſinus regebat in Artibus an. 1440. competitorem habuit in munere Procuratoris 14. Decemb. 1442. M. Stephanum de Clamengijs, ſed obtinuit. Iterum 26. Aug. 1446. tertiò 23. Sept. 1449. Rector Vniuerſitatis electus fuit 23. Iunij 1448. tum Baccalarius Theologus, ſocius Nauarricus Regens in Artibus iterum 23. Martij 1451. deinde fuit Primarius Artiſtarum commemoraturque in litteris Reformationis prædicti Collegij an. 1464. A Facultate Theologica pro ſua vice nominatus Curio SS. Coſmæ & Damiani anno 1466. quam Curiam eiurauit an. 1484. causâ permutationis. Legimus eundem fuiſſe Decanum Eccleſiæ Siluanectenſis anno 1469.

Ioannes de Oliua clareſcere cœpit in Artium profeſſione, an. 1430. Nationis Gallicanæ Procurator primùm fuit 1. Iunij 1436. prælatuſque eſt

Competitori ſuo M. Io. Drouart, *quia nunquam habuerat Officium in Natione.* Iterum factus Procurator 5. Maij 1438. tum Baccalarius formatus in Theologia & ſocius Sorbonicus. Tertiùm 16 Decemb. 1440 Quartùm 26. Aug. 1441. Rector Vniuerſitatis electus 23. Iunij 1440. iterum 15. Decemb. 1441. hinc Doctoralem in Theologia Gradum aſſecutus in Academicis rebus vt erat verſatus & vir pro ijs temporibus eloquens & diſertus, ſæpè Vniuerſitatis nomine propoſuit ſeu Orator extitit; plurimas quoque legationes obijt. Vnde forſan elatus, an. 1455. minus verecundè ſe geſſit erga M. Nicolaum Dentis tunc Rectorem, quem & pulſaſſe, percuſſiſſeque accuſatus eſt, vt retulimus in Hiſtoria. Quo diſſidio placato, non parum ſe ſtrenuum præſtitit aduerſus Mendicantes qui obtenta quadam Bulla à Nicolao Papa, Academiam & Hierarchiam turbabant. Succentor Eccleſiæ Pariſienſis factus Cancellariam quoque obtinuit an. 1459. non ſine tamen lite cum M. Dionyſio Cytharœdi, quæ tandem compoſita eſt relictâ ipſi Succentoriâ. Facultatem Theologicam vexauit, contendens ſibi Cancellario deberi præſidentiam in Comitijs, non Decano. Obijt an. 1471. 24. Feb. & jacet in Baſilica Pariſienſi iuxta oſtium rubeum. Ei in Cancellariatu ſucceſſit idem Dionyſius Cytharœdi qui competitor ante muneris fuerat.

Ioannes Pannetchair Diœceſis Sueſſionenſis Magiſter in Artibus actu Regens electus Procurator Nationis Gallic. 18. Nouemb. 1426. iterùm menſe Octob. 1428. ad Theologiam poſtea ſe conferens Doctoralem lauream conſecutus multis legationibus nomine Vniuerſitatis perfunctus fuit, vt in Hiſtoria legere eſt. Sæpè etiam ad Regni Primates eiuſdem nomine dixit.

Ioannes Parui Doctor Theologus Nationis Normanicæ, Minorita an. 1400. Licentiatus in Theologia, vir eloquentiſſimus & magnæ certè famæ, eruditionis & doctrinæ, ſed conductitiæ & vænalis; qui cum duobus alijs Doctoribus ſuſtinuit anno 1407. in atrio Baſilicæ Pariſienſis cædem Aureliani Ducis à Burgundione iure perpetratam fuiſſe; idque conatus eſt multis rationibus perſuadere. Inter quas hanc proferre auſus eſt, quod eiuſdem Burgundionis ſumptibus in Scholis educatus fuiſſet, eiuſdemque ſtipendijs etiam nunc militaret. Verùm paulò poſt prævalente Aurelianenſium factione hæreſeos apud Vniuerſitatem factus reus, exulare cogitur, & Noſocomio & largis pẽſionibus ſtipendijſque à Burgundione dotatus apud Heſdinum an 1411. fato functus eſt, & in Æde Minoritarum ſepultus.

Ioannes Pluyette Pariſienſis Diœceſis Magiſter in Artibus & Baccalarius in Theologia Societatis Nauarricæ clarere cœpit an. 1440. Nationis Gallicanæ Procurator factus 7. April. an. 1440. iterum menſe Martio anno 1445. tum Collegij Nauarrici Prouiſor. Vniuerſitatis Rector 24. Martij 1447. electus Capellanus prædictæ Nationis vltima Dec. 1449. item Capellanus Sauoiſianus poſt mortem Iacobi Bernardi die 21. Feb. 1462. commemoratur in Edicto contra Nominales an. 1473. Item relicto Collegio Nauarrico, Primarius Collegij Bonorum Puerorum ad portam S. Victoris: quod munus eiurauit, & per M. Petrum de Braban Canonicum Pariſienſem Procuratorem *litteratoriè fundatum*, illud Ludouico de Bello-Monte Epiſcopo ad quem illius collatio pleno iure ſpectabat, ſponte & liberè remiſit. Obijt circa finem an. 1479. tunc Curio S. Germani veteris: nam ad 3. Iunij 1480. ſic legitur in Actis Germanicæ Nationis *vnum adiunxit Natio Almaniæ quod nemo pro illa Cura* (Sancti Germani veteris) *præſentaretur, niſi prius etiam diſcuteretur de quadam Capellania vacante per mortem bonæ memoriæ M. Ioannis Pluyette præfatæ Curæ immediati Rectoris, quoniam Curam & Capellaniam poſſidebat.* Eiuſdem cognominis Adamus Pluyette Nationis Gall. Procurator fuit an. 1486. menſe Auguſto iterum an. 1489. & ſequente ſeculo Aquilinus Pluyette.

Ioannes Proti aliàs *Prote* Lingonenſis Diœceſis determinauit in Artibus an. 1383. ſub M. Guill. Loypelli, in Artibus diu rexit feliciſſimè, & regebat adhuc an. 1405.

Fuit & alius *Ioannes Proti* hoc ſeculo Prior Major Vallis Scholarium, qui Lutetiam profectus, apud S. Catharinam an. *1449.* Curſum Biblicum confecit, & adepto Baccalarij Gradu an. *1451.* ad Monaſterium reuerſus eſt, poſt obitum verò Petri Seclier, ad Prioris Maioris dignitatem euectus eſt: qua non contentus Doctoralem quoque Lauream cum ea coniunxit, an. *1461.* cum alijs Vniuerſitatis Legatis ad Regem miſſus tum Turonis commorantem, anno *1463.* Romam contendit vt Domus ſuæ Priuilegiorum confirmationem obtineret. Reuerſus apud S. Medericum Quadrageſimales ſermones habuit an. *1464.* viſendæ quoque Terræ-ſanctæ deſiderio nonnullos ex Auditoribus ſuis Comites habuit, an. *1466.* & inter alios M. Franciſcum Fernebourg S. Genouefæ de ardentibus Curionem. Quo itinere confecto intra 7. menſium ſpatium Renatum Siciliæ Regem Andiumque Ducem adijt, eique fuit à Confeſſione auriculari. Demum Maſſiliæ obijt an. *1474.* Et de eo ſic habetur in Necrologio San-Catharinenſi, ſcribente M. Ioan. Maupoint eiuſdem Domus olim Priore. *Hic Domus Vallis-Scholarium egregius orator & prædicator circunſpectus & prudens, ipſius Illuſtriſſimi Principis Renati nomine, Regis Siciliæ, Ducis Andegauenſis & Comitis Prouinciæ Confeſſor, totius Ordinis Scholarium Clypeus & à 4. ſummis Pontificibus multùm amatus, etiam & amatus à Regibus & pluribus Magnatibus. Tandem in obſequio ipſius Regis Siciliæ obijt ſeu deceſſit in ipſa Dominica die 7. Iulij 1474. apud* Marſeille en Prouence, *& ipſo die ſepultus & inhumatus fuit in Eccleſia ſeu Conuentu FF. Auguſtinenſium ipſius loci* de Marſeille.

Ex quo deceſſit, Paradiſus ei requies ſit.
Viuere da Domine cum Sanctis hunc ſine fine.

Ioannes Pulcri-Patris Niuernenſis ſuperiori ſeculo & hoc quoque floruit in Artium Profeſſione; quam per plures annos exercuit. Anno 1408. die Octob. ſupplicauit Nationi Gallic. matri ſuæ, vt ſibi Deputatos concederet *qui haberent videre Statuta Collegij de Aue Maria, dicens ſe habere jus per fundationem Collegij in illius Magiſterio.* Anno 1411. die 23. Iunij aſſumpto M. Dominico Chaillon in Rectorem tunc Procuratore Nationis Gallic. ſuffectus eſt. Collegium Trecorenſe menſe Auguſto ſequente reformauit, vt retulimus in hiſtoria. Iterum Procurator electus fuit, an. 1412. Rector quoque Vniuerſitatis 10. Octob. 1412. quo tempore Procurator Nat. Gallic. erat M. Martinus de Arragonia Baccal. formatus in Theologia. Lauream aſſecutus aliquandiu Cancellariam Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. exercuit, abſente M. Ioanne Gerſonio, poſt M. Petrum de Direyo.

Ioannes Raulinus Diœceſis Senonenſ. Licentiatus eſt in Artibus an. 1461. Procurator Nation. Gallic. factus 21. Octob. 1472. tunc Regens in Artibus, deinde Theologiæ Doctor & Profeſſor, Protogymnaſiarchatum Nauarricum obtinuit, etiam reluctante Ludouico XI. ſic enim ille Ep. 5. ad Ioannem Standouk. *Eia frater age, commodè tibi ſperamus omnia ſucceſſura. Experto crede mihi. Pro Regalis Collegij Nauarræ Magiſterio pugnaui contra fauorem Regis Ludouici, inſtigante adhoc Narbonenſi Archiepiſcopo qui omnia condigerebat. Non Ego, ſed Dei gratia mecum. Et tunc in ſolis nudiſque intellectibus poſitus eram, vt pote qui nec Beneficium, nec Officium, imò nec denarium habebam, & neſcio vnde omnia ſuperuenerunt abunde.* Iurium Eccleſiaſticorum zelator fuit acerrimus, Ioanni Standouk autor fuit perſequendæ litis aduerſus Cardinalem Maclouienſem, quem ambitioſiſſimum & ignariſſimum fuiſſe ſatis indicat in Epiſtolis; quamobrem illi vehementer ſuccenſuit Cardinalis, ſed nihilo ſegnius ille Eccleſiæ cauſam tutatus eſt. Cuius cum deprædationes moleſtè ferret, ſimulque mundi ſcelera, clam & nemine monito, Collegium Nauarricum deſeruit, ſeque ad Cluniacenſes contulit circa an. 1491. ſucceſſorē habuit M. Ludouicum Pinellam Theologiæ Profeſſorem, apud quem ſe quoque per Epiſtolam excuſat, quod furtim diſceſſiſſet. Alia verò Epiſtolâ innuit ſe à funda-

mentis eduxiſſe Bibliothecam Nauarricam, Pinellam verò abſoluiſſe & compleuiſſe. In Epiſtola autem ad M Io. Lentement olim Rectorem Vniuerſitatis, tunc verò Conſtantienſis Eccleſiæ in Germania Canonicum Lectorem, ſic de ſe ſuaque conuerſione ſcribit. *Scis, frater! labores meos, quibus nuper in ſeculo cum Pariſius regerem, perdius & pernox vacabam, & quamplurima eorum ſatis elaborato ſtudio per Dei gratiam cognoſcis apud nos eſſe recondita, nec tamen ordinata & diſpoſita vt prodeant in publicum, ac aliquando eorum nonnulla grauiſſimo furto à me ſurripuiſti, nunc apud Cluniacum famatiſſimum cœnobium, bene nunc ſecundùm antiquorum patrum Regulas & Obſeruantias inſtitutum, mihi inueni requiem.* Et in Ep. ad Ioa. Standouk de ſe ſic loquitur. *Quamobrem bene faciunt qui tecum ſunt, pro tuo denique iure ſollicitè ignorantes iam præteritum noſtrum viuendi ſtudium. Pariſius enim degens ſicut paſſer ſolitarius in tecto, non palatia, non tribunalia, non alienas domos rimabar, ſolam vnam domum intra Pariſios muros frequentans, cum nemine alio familiaritatem contrahebam, &c.* Et in Ep. ad Cuſtodem Baſileenſem ſuæ fugæ cauſam ſcribit his verbis. *Vis ſcire meam à ſeculo fugam. Ego enim ipſe ſum qui nuper in almâ Pariſiorum vulgata per orbem & omnium ſcientiarum Parente Vniuerſitate inter cœteros coæuos meos florens amicis & Conſanguineis vndique circumvallabar magnorum fauoribus, ſi fas ſit dicere, in cælum vſque ſublimatus, opulentus diuitijs, officijs & beneficijs plurimis: quippe qui magni illius Collegij per vniuerſam Romanam Eccleſiam celebrati, quod vulgò Nauarræ dicitur, magnus Magiſter & dicebar & eram quamuis indignus. Quid plura, honoratus inter plurimos delicatè nutritus eram, vt pote qui ſingulis diebus ad pinguiſſima Conuiuia euocatus, quandoque attractus, quandoque vi pulſus. Itaque vt more Epulonis Diuitis quotidie epulabar ſplendide, & his omnibus quaſi catena ferrea ligatus eram. Cum verò arriderent mihi mundus, falleretque plurimum; inter decipiendum videbam plurimorum mortes terribiles, mirabiles, nonnullos quidem doctos quaſi ſtultos Idiotas morientes. Alios in tremore maximo, ac ſi ad patibulum poſtes exiſterent, vi & violentia exeuntes. Alios diuitijs refertos quamprimum poſt mortem ſic pauperes, vt omnia velut in ventum puluis, ſpargerentur. Et tunc vt verbis vtar Salomonis, laudaui magis mortuos quàm viuentes. Inde vt mortuus & per Dei gratiam fractis catenis ferreis, quibus detinebar, mortis diſcipulus efficerer quæ multos erudit, quamuis tardè, elongaui fugiens parentes meos diſtantia quaſi ducentorum octoginta milliarium, & Pariſios diſtantia fere 200. & in hac ſolitudine Cluniaca iam nuper mortuus ſum, &c. Qui nutriebar in croceis, nunc cibus aridus dulcis eſt; qui mollibus veſtiebar in domibus Regum & Præſidentium, nunc mihi deliciæ ſunt aſpera veſtis, hirſutus habitus, vilis ſupellex, vigiliæ longæ, ieiunium multum, ſilentium aſſiduum.*

De Raulino verò rem mirabilem refert Aſcenſius in commento c. 17. lib. 15 Noct. att. Gellij quam ſe audiuiſſe multoties ait à Mecenate & auunculo ſuo M. Iacobo Molino ſeu de Molendino in Theol. Doctore nempe Ioan. Raulinum cum in Collegio Cluniacenſi Pariſ. media nocte ſomnum caperet, repente ſurrexiſſe, quoſque habebat ſodales proximos euocantem iuſſiſſe vt preces religiosè & feruentiſſimè pro fratre Burguino offerrent. (Is autem aberat 40. milliaribus domus negocia procurans, & ipſe tuncin agonia luctabatur maximè & laborabat in extremis; & quò vicinior erat Burguini exitus, eò incenſiores iubebat preces effundi.) Inde vnumquemque remittendo noctem tranſegiſſe: poſt paucos verò dies Burguini nunciatum fuiſſe obitum, ſcitumque ea ipſa horâ expiraſſe, quâ ceſſandum Doctor ille, nempe Raulinus præceperat.

Fuerunt eodem ſeculo duo alij eiuſdem cognominis, Ioannes Rolin Æduus Cardinalis & Epiſcopus Æduenſis, tit. S. Stephani in Celio monte, qui Patrem habuit Nicolaum Philippi Burgundiæ Ducis Cancellarium: Et ille obijt an. 1483. Et Ioannes Rolin eiuſdem nepos in Camera Inquiſitionum Lutetiæ Præſes, Ludouici XII. Conſiliarius, idemque ex Decano factus an. 1501. Epiſcopus Æduenſis.

Ioannes de Rely Atrebatenſis Balduini de Rely & Ioannes de Brioys filius in Artibus Magiſter & in Theologia Baccalaureus formatus 23. Iunij

1471. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis', deductuſque eſt magno comitatu conſociorum ad Collegium Nauarricum. Hinc Doctor Theologus, S. Martini Turonenſis Decanus, Carolo VIII. à Confeſſionibus & ſacris Concionibus. Die 1. Dec[illegible]b. an. 1491. electus Epiſcopus Andegauenſis, die Dominica 14. Oct[illegible]. 1492. ſolemni ingreſſu vrbem felicitauit. Regem ad expeditionem Italicam comitatus eſt, ad Alexandrum VI. Pontificem nomine Regis plurimas legationes obijt, tractandorum causâ negotiorum. Ad eum vt Confeſſarium Caroli & Nauarræ Gubernatorem, ſcripſit Ioannes Raulin magnus olim Magiſter ipſius Regiæ Domus Nauarricæ, *Gaudeo quod Regalis Domus Nauarræ curam geris, ſpero quod ſub alis tuis proſperabitur & meliorabitur. Agnoſco zeli tui feruorem quem circa ſtudij agones & agoniſtas pridem habuiſti. Similis enim ſibi ſimile natura optauit ſemper, nec tui pro ætate refrigeſcentis in corpore requieſcet charitas in mente, propter quod ſi illam Domum tibi commendauero, non dubito quod benedicta Curiæ aqua me aſpergas; ſed magis rem tibi gratiſſimam ſuggerens, repulſam minimè patiar. Et vt neſcias non ficto animo, ſed ſincerâ zelare amicitiâ*, quaſi Patrem, quaſi Fratrem, quaſi amicum tenerrimum, quaſi peregrinationis & ſtudij & laboris mei (ſicut & ſpero) præmij futuri conſortem amantiſſimum, *ſi te contingat Domum illam caſtiſſimam atque religioſiſſimam viſitare, pro facie mea videbis quos ibi reliqui nepotes meos exhortans eos ad Chriſtum, quem eis ſolummodo cum permodica ſupellectili dereliqui.* Ad eundem vt Epiſcopum Andegauenſem ſcripſit aliam Epiſtolam quæ incipit. Poſtquam Lugduni vale dixi tibi. In eaque ſui à Collegio & à mundo receſſus mentionem facit. Reuocat quoque in memoriam quod cum Collegij curam haberet, eidem optimos quoſque commendabat. *Cum Pariſius ſub tua prudentiſſima directione militarem, tirones in Schola ſcientiæ quos noueram optimos optimeque capaces Academiæ ſolicitè tibi inter cognatos & notos, inter alienigenas & ignotos requirebam. Nunc, &c.* Reuerſus denique ex Italia Regi ſuo fatis functo apud Sandionyſium parentauit an. 1498. & paulo poſt ipſe deceſſit Salmurij Apoplexia correptus 27. Martij eiuſdem anni, cuius corpus tranſlatum eſt Andegauum & in Capella Antiſtitum repoſitum cum epitaphio quod legitur in Gallia Chriſtiana Sammarthanorum.

Ioannes Capnio (aliàs *Reuchlin*) Teutonicus Phorcenſis ex oppido Phorcen Sueuiæ, vt ait Trithemius, ſeu vt alij, ex oppido Pfortzemij Marchionatus Badenſis naſcitur die 28. Decemb. an. 1455. Lutetiæ diſcit linquam Græcam ex diſcipulis Gregorij Tiphernatis an. 1473. vt ipſe ſcribit. Ep. ad Fabrum Stapulenſem. *Quod non ignorarent*, inquit, *me ante omnes annis citra 40. rurſus Alemaniæ Scholam Græca elementa docuiſſe, quæ ipſe Ego quondam in veſtra Gallia ex diſcipulis Gregorij Tiphernatis aduleſcens Pariſijs acceperam anno Domini 1473. quo in tempore illic & Io. Lapidanum Theologiæ Doctorem in Grammaticis ad Sorbonam & Guill. Tardinum Anicienſem in vico S. Genoucfæ & Robertum Gaguinum apud Mathurinos in Rhetoricis Præceptores audiui. Demum poſt aliquot annos è Sueuia rediens ad Pariſios Georgium Hermonymum Spartiatem Græcè aſſecutus ſum.* Quæ verba in præfatione ſuæ Grammaticæ Hebraicæ & alibi ſæpè refert. In Ep. ad Sorbonicos ſic quoque loquitur an. 1513. *Sicut Scholaris Vniuerſitatis Pariſ. egregij quondam Theologiæ Doctoris D. N. Ioan. de Lapide diſcipulus in Sorbona & poſtea Marchionis Badenſis nunc Epiſcopi Traiectenſis (Frederici de Bade) condiſcipulus, quondam ad Solem habitans in vico S. Iacobi ante annos ſi rite recordor 45. & hactenus almæ matri noſtræ Pariſienſi Vniuerſitati non paruam laudem attuli ſcribendo, docendo, loquendo, vt noſtra opera indicant.* Hic primus literas Græcas in Germaniam intulit, adlaborante Rodolpho Agricola, magnaque felicitate propagauit. Grammaticam Græcam quam compoſuerat, publicè prælegit Pictauij an. 1480. & an. 1481. Laureâ Doctorali in Iure Ciuili ibidem donatus eſt. An. 1506. primus Hebraïcam Grammaticam Latinè vna cum Lexico Hebraïco edidit. Obijt Stutgardij 30. Iunij an. 1522. ætatis 67. & libros quos habebat Hebræos & Græcos, Collegio Phorcenſi teſtamento legauit.

Ioannes Riuole Diœceſis Niuernenſis à puero in Collegio Nauarrico educatus incepit in Artibus an. 1472. Nationis Gallicanæ Procurator electus an 1474. Vniuerſitatis Rector an. 1493. prædictæ Nationis Quæſtor ſeu Receptor an. 1496. Acceptique & expenſi rationes reddidit die 6. April. an. 1497. poſt Paſcha. In ſuo verò Rationario notat inter cætera ad diem Sabbati 11. Feb. ſe pro Prandio Regentibus fieri ſolito dediſſe ſingulis quatuor ſolidos Pariſ. *Item*, inquit, *eadem die Sabbati 11. menſ. Feb. debebant DD. Procurator, Decani & Regentes celebrare Prandium, expenſis Nationis, vt ſolitum eſt, ſed viſum extitit, vt loco Prandij vnuſquiſque 4. ſolidos Pariſ. haberet. Et ita fuit concluſum. Quare fuit diſtributa tam præſentibus quàm abſentibus ſumma 19. lib. 15. ſolid. Pariſ. 3. den.* Turonenſes. Subſecuti Receptores idem notant ſuis temporibus vſurpatum. Idem die 25. Maij 1504. electus fuit Quæſtor ſeu Receptor Vniuerſitatis: quod munus an. 1513. eiurauit, in gratiam M. Ioannis Nicolay. Cæterum prædictus Riuole longo tempore fuit Pro-Magiſter Grammaticorum Nauarricorum; eius mentio fit ad an. 1487. in Inſtrumento quod inter Nationem Gallicanam & Collegiales conditum eſt. Multa bona prædicto Collegio contulit: Imprimis Calicem inauratum Floribus liliatis conſperſum Capellæ dedit, duos Obitus fundauit: Domum quæ ad Portam Collegij Graſſinæi in vico Amigdalarum ſita eſt, legauit. Veſtibulum Collegij Nauarrici figuris & ſtatuis inſculptum ornatumque quale hodie conſpicitur, propriis ſumptibus conſtrui fecit. Obijt Decanus Tribus Senonenſis anno 1518. & in Naui jacet ad altare S. Sebaſtiani.

Ioannes Sautetus Doctor Theologus, idemque Poëta eximius: neque enim ille Doctorali laurea inſignitus reſpuit Parnaſſi Muſas colere: quam laudem ei tribuit Gaguinus.

Garrula cum nuper Sautetum fama referret,
Se tandem in noſtros contulit ampla lares.
Non qualis Bauio, ſed maxima quanta Sophocli,
Verſibus excelſis clara perenna velat.
Me pudor inuaſit, quod quæ vicina ſonabant,
Vix mihi ſurdaſtro noſcere muſa dabat.
Sed neque Theologum fidei quem feruor adurit,
Audieram Aonijs velle coire choris.
Ibo, inquam, & plenum venerabor Apolline vatem,
Gallia quo Ligures vincat & Auſonios.
Gratulor ergo tibi Muſis dilecte Poëta,
Quem numeris clarum Clio ſonora facit.
Sed quo ſemper eas felici carmine maior,
Dic quæ Moeonidem Patria certa tulit.

Reſpondet verò Sautetus his verſibus.

Scotus Aquinatem non tanto pulſat Achille,
Sautetum quanto magne Gaguine feris.
Diuinos latices ſancto ſub Principe Thoma
Haurio, quos reliquis fundere mente ſedet.
Pierius calor ipſe meum non contigit vnquam
Pectus, adeſt nulla muſa vocata mihi.
Sautetum placidus nunquam cognouit Apollo,
Promere tam villam barbariemque pudet.
Te lepos ipſe alius, tibi nupſit ſumma Poëſis,
Sat mihi ſit ferulæ ſuppoſuiſſe manum.

Dum Thomam relego, dum neſcio prorſus Homerum
Quàm ſit Moeonidis patria certa, petis.
Quod petis, hoc noſti. Varios ſibi ſors dedit ortus,
Huncque refert Ciuem Græcia tota ſuum.

Ioannes Standouk, vulgo Standon Mecklinienſis, Patris ſutoris filius magno labore & rei domeſticæ difficultate ſtudiorum curſum confecit, quo tandem confecto & Gradibus aſſumptis, in Artium & Theologiæ profeſſione inter præcipuos claruit. Vniuerſitatis Rector fuit electus 16. Decemb. 1485. tum Baccal. formatus in Theol. Diuini verbi Eccleſiaſtes indefeſſus ſermone cum Gallico tum vulgari ſeu Teutonico. Collegij Montis-Acuti ſeu Capetarum Primarius conſtitutus, Pauperum Scholarium educationi ſe totum addixit, iuxta illud conduxit hoſpitium anno 1491. vt pius exciperet vnde quaque confluentes, quos omnes horâ diei vndecimâ ad Carthuſiam mittebat, vt eis panis cum pauculo iure quemadmodum & alijs mendicis erogaretur. Huius viri exemplo & pietate moti Pij aliquot homines, ijſdem Pauperibus celebrem à fundamentis Domum exædificarunt dotaruntque & inter cæteros Ludouicus Granvillæus vir apud Carolum VIII. potentiſſimus & maris præfectus. Vacante per obitum Roberti Briçonneti Cancellarij Franciæ & Archiepiſcopi Remenſis an. 1497. Præſulatu Electorum vnus Deum magis habens præ oculis quàm homines, virum hunc tantæ famę & pietatis exemplar delegit, cæteris Guillelmo Briçonneto Cardinali Maclouienſi nuncupato ſuffragantibus. Lis agitata eſt in Curia Pariſienſi, eiuſque videtur fuiſſe Cognitor (Relatorem vocant) Ioannes Picardus Senator integerrimus, ad quem Ioannes Raulinus Magnus antea Collegij Nauarrici Magiſter, tunc verò Monachus Cluniacenſis pro ipſo Standouko ſcripſit, quem cum reſciuiſſet dicere, mirari ſe quod Standoukus vnius ſuffragio fultus electionem ſuam tueri vellet, inducere conatur ad credendum id etiam canonicè factum. *An pluris facis*, inquit, *hanc electionem quàm Eccleſiæ fidem? quæ tamen aberrantibus omnibus in vna perſona permanſit intacta, & tu optimus fidei cultor Eccleſiam non diſſentis in vno conſiſtere, & Electionem Miniſtri Eccleſiæ in vno ſtare poſſe negas: quod ſi dixeris, non tibi fore perſpicuum quod hic Dei cauſa peragatur, ex fine quem ſibi quiſque contendentium vitæ & moribus conſtituit, perpendere potes. Oculos habes apertos vt luce clarius videas, vnus animus, alter zelat opes; vnus quæ Dei, alter quæ ſeculi? An non intelligis illum vnum ab vno electum quicquid habet, quicquid ſapit, quicquid loquitur, quicquid operatur, omnia in Dei operas expendere; ſed vt ſuper expendat magis, ſibi parcum, alijs largum; ſibi auſterum, alijs manſuetum. Taceo de altero vt nemini ſuccenſeam*, &c. denique cauſa cecidit Standoukus. Fatis verò functo Carolo & Ludouico XII. ad Regni habenas ſuccedente an. 1498. ei ſuſpectus fuit ob linguæ libertatem. Nam imprimis cum Rex Ianam Caroli defuncti ſororem inuitus duxiſſet, ab eaque vt pote ex qua liberos procreare non poterat, diuortium facere cuperet, & Annam viduam ducere, re Prę**latis & Theologis per Alexandrum Pontificem commiſſa ad exa**minandum, obſtitit ille pertinaciter, Regemque corripuiſſe fertur his verbis; *non licet repudiare vxorem non fornicariam, non licet ea viuente introducere aliam. Non licet habere vxorem fratris.* Deinde, cum Edicto Regio imminuta fuiſſent Vniuerſitatis priuilegia, & ille publicè contra Regni Rectores, imprimis verò contra Guidonem de Rupeforti tunc Cancellarium declamaſſe diceretur, exulare coactus eſt. Ergo Cameraci ab Henrico de Bergis Præſule excipitur, nec deſtitit à prædicatione verbi Diuini, modò Louanij, modo Bruxellis, confluente illuc ingenti hominũ multitudine. 4. domos ſeu Collegia Pauperum Scholarium fundauit, aut reditibus auxit præter Pariſienſe, Cameraci Standonicum, Louanij, tertium Mechliniæ, quartum Valencennis. De Louanienſi ſic Adrianus Barlandus Rhetor olim Louanienſis. *Qui hic aluntur Iuuenes primum Philoſophiæ, deinde ſacris litteris*

litteris non ſegnem operam impendunt. Complures in hoc contubernio euoluendis Orthodoxorum voluminibus adeo aſſiduam operam dederunt, vt doctiſſimi euaſerint; aliique ob egregiam doctrinam vocati ad Eccleſiarum præfecturas; alij ad alios honores dignitateſque per Principes viros aſſumpti ſint. Nihil dico de ſtudio pietatis, vigiliis, ieiuniis, precationibus aliiſque conſimilibus progymnaſmatis, quibus Sacerdotium meditatur hæc iuuentus. Extat inter Epiſtolas Raulini vna Conſolatoria ad Pauperes Scholares Montis-Acuti, abſente ſuo Magiſtro, quam nos in hiſtoria retulimus. Demum Ludouicus Rex pietate motus hominem tantum tamque eximiarum virtutum anno 1500. reuocauit ab exilio, & in integrum reſtituit. Obijt verò ille 5. Idus Feb. an. 1501. & in Capella Collegij ſui ſepultus eſt.

Ioannes de Templis Diœceſis Trecenſis Magiſter in Artibus & Baccal. formatus in Theologia Societatis Nauarricæ factus eſt Nationis Gallic. Procurator die 2. Iunij *1414.* illudque munus ad finem vſque Auguſti geſſit. Quo Procuratore M. Io. Campani Rector iniuriam ſibi à M. Vrſino de Tailleuande Doctore Theologo illatam Vniuerſitati expoſuit. Ad eundem de Templis extat Nicolai Clemengij Ep. 122. qua illum ad ſeminandum Dei verbum adhortatur, eoſque redarguit qui ſe ſibi ſolis natos eſſe putabant, Doctorali apice & honore contenti. *Quid*, inquit, *infelices illi dicturi ſunt, quando ab eis ſuæ villicationis ratio repoſcetur qui doctrinâ inſtructi, miſſione vocati, Magiſtrali autoritate inſigniti, Paſtorali præſidentia ſublimati fundatam per ſimpliciſſimos Piſcatores Eccleſiam Dei & totum olim per mundum diffuſam in has permiſerunt anguſtias, ruinas, deſolationes, calamitates & miſerias ſuis deſidioſis moribus, ſilentioque damnabili recidere.*

Ioannes Trithemius ſic dictus à vico natali ad Moſellam fl. ſito in Spenheimenſi Benedictinorum Cœnobio, 1. lapide à Crucenato Palatinatus Rhenani oppido, Monachum induit an. 1482. hinc Spenheimenſis primò Abbas: deinde quorumdam Monachorum inuidia expulſus poſt 23. & amplius an. regimen, comparatamque 2000. & amplius voluminibus Bibliothecam, Herbipolenſis Abbas factus apud S. Iacobum. Habuit vt ipſe ſcribit, duos in litteris Græcis Præceptores ſibi inuicem ſuccedentes; quorum primus fuit Conradus Celtis, Protucius Natione Francus, Orator & Poëta Laureatus; à quo Grammatices & prima Græcanicæ inſtitutionis rudimenta percepit: Secundus fuit Ioannes Capnion aliàs Reichlin. Natione Suævus ex oppido Portzenſi oriundus, homo eruditiſſimus & ſingularis gratiæ dicendi, à quo in altioribus Græcæ linguæ præceptis, Latinæ & Hebraïcæ meruit edoceri. In Hebraïcis quendam Iudæum baptizatum Pauperem Heildebergæ habuit Præceptorem, quem poſtea effectus Abbas ad ſe ad Monaſterium Spenheimenſe accerſens, quandiu vixit, propter Deum enutriuit. Habuit & Libanium Gallum S. Quintini Præceptorem in eloquentia quem vnice amauit, & ad quem extant plures Epiſtolæ. Obijt an. 1511. Eius opera prope infinita ſunt.

Ioannes Varembon Diœceſis Æduenſis Licentiatus eſt in Artibus anno *1468.* Procurator Nationis Gallic. factus 16. Decemb. *1474.* cuius quoque & Capellanus fuit. Eiuſdem Procurator iterum an. *1478.* **Rector Vniuerſitatis** 10. **Octob.** *1493.* **diu in Artibus rexit in Collegio** Nauarrico, ad quem Ioan. Raulini olim eiuſdem magni Magiſtri poſtea Monachi Cluniacenſis extat Epiſtola Congratulatoria pro beneficijs ſpiritualibus in nepotes collatis. Si mutaui veſtem, *inquit*, mutaui ſtatum, mutaui animum, ſola manet quæ te amauit caritas, non immutata, ſed aucta.... quomodo non amicitia iungerer, quando me abſentem in meis nepotulis repræſentas? Quomodo me non amares longè diſtantem, quando Sanguinem meum ſæpenumero viſitas, amplecteris, foues, erudis, nutris Pariſius derelictum & tibi præſentem? Diſcunt à te beatarum virtutum ac inſignium morum tuorum exercitia, diſcunt à te D. Ieſum & ei ex toto corde famulari. *Non eis dum receſſi, dereliqui beneficia, non officia, non patrimonia, ſolum Chriſtum hereditatem meam, omne bonum meum delegaui cum eleemoſyna parua quâ ſubſtantentur in Scholis.* Erat adhuc Tribus Se-

nonenſis in eadem Natione Decanus an. 1504. cui videtur ſucceſſiſſe M. Io. Riuole Grammaticorum eiuſdem Collegij Proprimarius. Succeſſit autem in Decanatu M. Stephano Pacquot an. 1482. eiuſque cum Vrſino Pacquot Teſtamentarius fuit Executor.

Ioannes Varini determinauit in Artibus an. 1384. ſub M. Io. de Meilleraio, omnibus Nationis Gall. Officijs muneribuſque perfunctus, factus eſt Vniuerſitatis Rector die 15. Decemb. 1408. qui paulò ante fuerat prædictæ Nationis Quæſtor ſeu Receptor. Idem eiuſdem Procurator 10. Martij 1421. tum Baccalarius in Medicina, in qua Facultate Doctoralem lauream conſecutus, eiuſdem fuit electus Decanus 6. Nouemb. 1423. tum nouus Doctor actu Regens; electus, inquam, duobus alijs Magiſtris munus iſtud & onus detrectantibus, vt legitur in Actis Medicinæ. *Dati ſunt Intrantes qui elegerunt M. Droconem Decani in Decanum, qui recuſauit officium, & loco eius elegerunt M. G. Dionyſij, qui recuſauit allegans, quod paucum temporis erat lapſum quo receperat dictum Officium.* Et ideo Decanus videns has recuſationes, nominauit coram Facultate alterum duorum aut M. Ioan. Colini, aut M. Io. Varini; *& quinque Magiſtri Regentes cum Decano præſente elegerunt & nominarunt in Decanum M. Io. Varini*, qui receptus eſt Decanus Facultatis illo die, quamuis tres alij dediſſent vocem ſuam M. Euſtachio Calculi. *A maiori tamen & ſaniori parte Magiſtrorum Regentium* receptus eſt dictus M. Ioa. Varini Decanus Facultatis, & antiquus Decanus *tradidit illico eidem librum Statutorum Facultatis & ſigillum Decanatus argenteum cum catena argentea*, præſtito primitùs per nouum Decanum ſolito coram Facultate iuramento, iuxta tenorem Statutorum dictæ Facultatis.

Ioannes Verſoris Normanus Rector Vniuerſitatis electus 23. Iunij 1458. diciturque in Actis Nat. Gall. *vir venerabilis & diſcretus, vtique doctus & bene meritus.* Item conuocata Facultate in S. Iuliano Paupere ſuppli-
» cuit magnæ & eminentis ſcientiæ vir M. Ioa. Verſoris tunc Rector almæ
» Vniuerſitatis pro lectura Ethicæ, quæ quidem lectura ſecundum tur-
» num erat concedenda alicui de Suppoſitis vener. Nat. Normanæ, cuius
» Nationis eſt præfatus I. Rector.

Ioannes Voignon aliàs *Vignon*, Nationis Gallic. Procurator electus fuit an. 1382. die 13. Martij, Vniuerſitatis Rector electus 16. Decemb. 1383. quo die eiuſdem Nationis Procurator factus eſt celeberrimus Artium Profeſſor M. Io. Morame. Idem Voignonius ad Medecinam ſe contulit, eratque Decanus ſuæ Facultatis anno 1394. habuitque anno ſequenti 6. Nouemb. ſucceſſorem M. Petrum de Vallibus. Plurimas Legationes ſuæ Facultatis nomine cum alijs Vniuerſitatis legatis obijt, & vnam præſertim ad Ducem Burgundiæ. Cui & MM. Ioanni Courtecuiſſe & Reginaldo de Fontanis datæ ſunt Inſtructiones quæ ſequuntur.

1. Regratiandum eſt dicto D. ſuper affectione bona quam habet & habuit ad bonum Vniuerſitatis & ſuper litteris ſuis eidem Vniuerſitati nuperrimè tranſmiſſis.

» Item reſpondendum eſt punctis in eiſdem litteris contentis, videlicet
» de relatibus quos quidam Dominus ſcribit Vniuerſitati factos fuiſſe ſuper
» priuatione ſui Confeſſoris, narrando eidem Vniuerſitatem non fuiſſe de
» eo male contentam, neque de hoc aliquid audierat, quæ ſi ad ipſius Vni-
» uerſitatis notitiam deueniſſent, non præbuiſſet aures credulas niſi prius
» ab eodem Natio nouiſſet veritatem puriſſimam.

» Item quia poſtulat ſibi fieri narrationem geſtorum in facto Eccleſiæ
» per Ambaſſiatores aliàs tranſmiſſos, apud duos contendentes, informetur.

» Item etiam informetur de eis quæ circa factum vnionis geſta ſunt Pa-
» riſius poſt reditum eorundem Nunciorum, & tangatur appunctuamentum.

» Item ſupplicetur eidem quatenus ſemper promoueat factum vnionis
» Eccleſiæ ad intentionem Vniuerſitatis, & ſemper eam habeat in omni-
» bus ſuis agendis recommiſſam.

» Item petantur ab eo litteræ conſenſus ipſius in ordinationem Regis

ſuper facto Neutralitatis curſum habere debentis in feſto Aſcenſionis Domini proximè venturo, ſi infra diem illam non fuerit vnio Eccleſiæ.

Item ſupplicetur eidem quod laboret efficaciter, quod fiat reparatio iniuriæ illatæ Eccleſiæ & Vniuerſitati per *Præpoſitum Pariſienſem, & aggrauetur factum, quantum fuerit poſſibile, & quod niſi cita fiat reparatio, Vniuerſitas eſt in periculo diſſipationis & exterminationis finalis, quia iamdiu ceſſauit à lectionibus & ſermonibus; & adhuc de facto ceſſat.* Et hinc oritur murmur in populo valde magnum & hinc ſcandalizantur Clerus & Eccleſia.

L.

LVDOVICVS DE AMBASIA, Ludouici de Ambaſia Epiſcopi Albienſis ex fratre nepos, Patruo Coadiutor datus, diſcipulus olim M. Ioannis de Lentement in Artibus Profeſſoris, deinde Doctoris Theologi; vt clarè perſcribit Ioannes Raulinus ep. ad ipſum Ioannem data. *Tuus nuper diſcipulus M. Ludouicus de Ambaſia Epiſcopus eſt Albigenſis ſub illo antiquo Patre D. Albigenſi. Eumque dirigit noſter Scholaris & tuæ Licentiæ Theologalis conſors M. Ludouicus* De la Houſſaye, *qui in proximà quadrageſimà intendit ſuſcipere Magiſterij Theologalis lauream.* Ad eundem recens factum Epiſcopum extant plures Io. Raulini Epiſtolæ, ex quibus intelligitur ipſum quoque habuiſſe diſcipulum in Collegio Nauarrico.

Ludouicus Bailly Pariſinus Magiſter in Artibus & in Decretis Baccalarius fuit electus Procurator Nationis Gallicanæ die 27. Aug. 1431. iterùm 5. Maij 1432. tertiò 23. Septemb. 1435. tunc Preſbyter, Licentiatus in Iure Canonico & Aduocatus in Curia Eccleſiaſtica, vt ipſe ſcribit. Quarto Procurator refectus 23. Septemb. 1437. pluries quoque Rector Vniuerſitatis fuit, 10. Octob. 1433. iterum 23. Martij 1434. tertiùm 15. Decemb. 1436 quartùm 24 Martij 1437.

Ludouicus de Bellomonte, Ludouici de Bellomonte Pictauienſis, Cenomanenſium Proregis filius à Ludouico XI. ad Epiſcopatum Pariſienſem per obitum Guill. Quadrigarij promotus eſt, & an. 1473. teſte Roberto in Gallia Chriſtiana, vna epulatione Curiam, Academiæ Proceres, Cameram Computorum. Officiales, Libellorum ſupplicum Magiſtros omnes, Secretarios Regis, Præfectum Mercatorum cum Scabinis & nobiliſſimas quaſque Perſonas Pariſiorum munificentiſſimè excepit. Vir fuit omnibus doctis acceptiſſimus, vt pote quos ipſe plurimùm diligebat. Eius iuſſu Martyrologium Eccleſiæ Pariſienſis recognitum; quod opus M. Ioannes le Munerat Licentiatus Theologus è ſocietate Nauarrica concinnauit, eique dedicauit. Obijt, die 4. Iulij an. 1492. ætatis 45. in cuius Epitaphio legitur fuiſſe *Præcipuum litterarum amatorem.*

Ludouicus Pinella Bituricenſis incepit in Artibus an. 1480. Procuratore Nat. Gall. M. Petro Meſnart, in Collegio Nauarrico diu rexit in Artibus: hinc ſocius Collegij Baccalaureus in Theol. & Doctor, tandem poſt M. Ioannem Raulin magnus Magiſter, Bibliothecam Collegij quam Raulinus è fundamentis eduxerat, perfecit: quamobrem illi Raulinus per **Epiſtolam gratulatur his verbis.** *De reſarciendis hinc inde ruinis, corporeis videlicet & ſpiritualibus totam tuam videris texere Epiſtolam. Regalis Collegij Nauarræ aſſeris prope reparatam Bibliothecam. Amicos inſuper ad id agendum cum immenſis muneribus tibi comparas. Super his gaudes, & ego tibi congaudeo. Ego ſi quidem Regiis munuſculis illam à fundamentis plantaui, rigauerunt amici, & Deus te cooperante incrementum imo & complementum dedit.* Eidem alia Ep. commendat nepotes ſui Collegji alumnos. Eum quoque hortatur ad defenſionem veritatis, eumque videtur arguere quòd doctrinam haberet accommodatitiam. *Audiui*, inquit, *laudari doctrinam tuam, & ad horam exultaui. Sed eam dixerunt te minimè aduerſus omnem altitudinem extollere, ſed aduerſus ſcientiam Dei applicare. Vnde dolui, iam in ianuis erat, vt grauiter laboranti medela quæreretur Eccleſiæ. Ecce accepi, eos tueris, & apertè laudas & magnifacis qui Dei Eccleſiam ſermonibus optimis con-*

ſtruunt, patentibus verò factis deſtruunt & confundunt pro eo optimè ponentes os ſuum in cælum, dum lingua cordis eorum tranſiret in terram quærentes quæ ſua ſunt non quæ Chriſti Ieſu, non quæ Eccleſiæ ſanctæ. Carolum VIII. comitatus eſt ad expeditionem Italicam & die Iouis in Cœna Domini quo Rex 13. Pauperum pedes lauit, ſermonem habuit ad populum & conſequentibus diebus Paſchalibus an. 1495. Idem an. 1503. factus Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis, & Vicarius Generalis Epiſcopi Poncherij. Demum Ludouici XII. beneficio anno 1510. ad Epiſcopatum Meldenſem promotus eſt, cuius Eccleſiæ fuerat ante Canonicus. Obijt an 1516.

Ludouicus de Villaribus, ex illuſtri Gente Villarium inſulæ Adæ ad Iſaram Iacobi Bolonienſis Seneſchalli, ac Prætoræ Pariſ. Præpoſiti & Ianæ de Nigella filius à puero in Vniuerſitate Pariſ. educatus, eiuſdem Rector electus fuit die 24. Martij 1482. Et ille ſui Rectoratus tempore Matrimonium Delphini cum Margareta Auſtriaca, ita poſtulante Rege; poſtulantibus quoque ſponſæ parentibus, Vniuerſitatis authoritate comprobauit. Demùm poſt obitum Ioannis de Barro Epiſcopi Beluacenſis, qui accidit 15. Martij anno 1487. vnanimi Capituli electione & ſuffragio ſucceſſor nominatus & inſtallatus: deinde Remis feria 2. poſt Epiphaniam an. 1488. inauguratus, fruſtra renitente Antonio du Bois Protonotario Apoſtolico, quanquam Innocentij VIII. immo & Regis commendationem afferente; poſſeſſionem tamen obtinere non potuit pacificam ante an. 1497. quo Sacramentum fidelitatis & hominij Regi præſtitit. Obijt 24. Auguſt. an. 1521. & in choro Cathedralis ſepultus jacet.

Ludouicus XI. filius Caroli VII. Præceptorem habuit, vt putat Naudæus in additione ad eius Hiſtoriam, Ioannem de Arconualle; ſed malè meo iudicio ſi tempora ſpectantur. Græcos exulantes excepit, benignéque tractauit. Extat ad ipſum Franciſci Philelphi Epiſtola 42. l. 30. commendantis ei Georgium Clizim. *Etſi non eram neſcius, Rex Ludouice! vt es Princeps Chriſtianiſſimus, ſine vlla etiam mea commendatione ea vſurum in Georgium Clizim benignitate ac munificentia qua ſemper in illos omnes conſueſti, qui ex teterrimo illo naufragio Conſtantinopolitano, vbi nudi atque inopes euaſerunt, per vniuerſum Orbem terræ circumquaque iactati miſerabiliter mendicare coacti ſunt, tamen non potui viro bono atque opifici nequaquam ignobili meum negare officium. Hermonymum Spartiaten, & Tranquillum Andronicum Dalmatam pari benignitate excepit;* ſed & complures, alios viros doctos & in omni Artium genere excellentes in pretio habuit, Io. Anto. Ferrabos Poëtam Laureatum, Dominicum Mancinum, Hieronymum Balbum, Guillel. Tardinum, Ioa. Lapidanum, Robertum Gaguinum; è Theologis MM. Io. Boucardum Epiſcopum Abrincenſem, Martinum Magiſtri Sorbonicum & complures alios. Nominalium & Realium diſſidia quæ Vniuerſitatem turbabant, compeſcuit; libros Nominalium ad tempus in vinculis haberi iuſſit, compoſitâ verò pace paulo poſt, eorundem copiam fecit, eoſque legendi & docendi libertatem conceſſit. Quanquam verò litteras amare eaſumque profeſſores diligere videretur, non defuerunt tamen qui eum carperent, quod filium ſuum Carolum noluerit plus diſcere Latinæ linguæ quàm illa quinque verba, ***Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.*** Imo Papyrius Maſſonius lib. 4. Annal. de eo ſcribit. *Litteras ei nequaquam caras fuiſſe, educatio filij argumento eſt, cuius ingenium à liberalibus diſciplinis arcuit, affirmans hanc vnam ſententiam inſtar omnium Præceptorum videri, qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.* Idem videtur ſentire Gaguinus, quanquam aliam ſubdit cauſam, nimirum Ludouicum prouidere voluiſſe fragilitati Caroli, *cui infantiam non ſatis firmam eſſe conſpiciebat.* Cæterum eo regnante Vniuerſitas ſæpè oppugnata & turbata eſt à Publicanis, priuilegiorumque ſuorum magnam iacturam fecit, vt fusè demonſtratum eſt in Hiſtoria; hinc ruere cœpit eiuſque res retro ſublapſæ.

Ludouicus Valeſius ex Aurelio Duce Rex factus huius nominis XII. regnare incipit an. 1498. Commentarijs Cæſaris & libris de Officijs imprimis delectabatur, virorum quoque doctorum conſortio gaudebat. Ianum

Laſcarim in pretio habuit, Longolium ex Italia euocare voluit, vnde Paulum Emylium accerſiuerat. Initio Regni animum admouit ad controuerſiarum forenſium gyros aperiendos, Iudiciorumque breuitatem. Scholaſtica Priuilegia reſtrinxit Edicto lato vltima Aug. 1498. illudque Actis Curiæ Pariſienſis inſeri iuſſit. Cuius promulgationi interceſſit Vniuerſitas quia in ſe latum videbat. Qua de re dictum in Hiſtoria ad annum 1499. Cæterum quis dicat vnde factum vt Regij Magiſtratus ex ſola fama, terrore ſubito correpti conſentientibus litteris Regem certiorem fecerint fremere armis Vniuerſitatem; cum ex rei veritate compertum ſit, nunquam fuiſſe pacatiorem. Notant Hiſtorici illius temporis terrorem iſtum tanquam ſingulare portentum aliquod. Retulimus ex Gaguino ad an. 1499. En aliud Chronicon typis Guill. Euſtachij editum Pariſijs reguante ipſomet Ludouico an. 1514. *En ce temps Guy de Rochefort Chancelier de France venu eſtoit à Paris, contre lequel furent mis libelles diffamatoires & opprobrieux dits en pluſieurs places de la Ville, parquoy vint en ſoupçon que les Eſcholiers auoient ce fait; & tantoſt couru le bruit par la Ville que les Eſcholiers s'eſtoient par bandes aſſemblez pour faire quelque mutinerie; par raiſon de quoy par le Preuoſt de Paris furent mis hommes en armes. Et d'autre-part le Cheualier du Guet auec ſa Compagnie, ne fut moins ſoigneux de veiller, car par tres-bonne diligence tournoya les ruës de la Cité*, combien que de toute l'Vniuerſité ne fut aucun trouué qui ne ſe tinſiſt paiſiblement en ſa maiſon. *Certes c'eſt choſe merueilleuſe comment ſi leger bruit & populaire clameur peut deceuoir ceux que tu euſſes moult priſé entre les Iuges & principaux Miniſtres de Iuſtice. Car aucuns d'eux comme de choſes apparuës eſcriuirent lettres au Roy haſtiuement que les Eſcholiers eſtoient en armes, ſolicitant le Peuple à mutinerie, parquoy eſtoit à craindre que bien toſt toute la Cité ſe mit en rebellion, & partant que le beſoin eſtoit qu'il ſe haſtaſt de venir pour eſteindre le feu.* Porro regnauit Ludouicus vt Rex optimus, vt Pater Patriæ, vt Paſtor Populi. Vnde de eo dictum, Nunquam à Rege populum tam amatum, nunquam à Populo Regem tantopere redamatum. Obijt an. 1515.

M.

MARTINVS DE ARRAGONIA Magiſter in Artibus & Baccal. formatus in Theol. ſocius Sorbonicus electus eſt Procurator Nat. Gallic. die 23. Septemb. 1412. eique munus prorogatum eſt ad tres menſes. Succeſſit M. Io. Pulcri-Patris, ſucceſſoremque habuit M. Martinum de Brueris, de quo infra. Eo Procuratore die 1. Octob. prædicti anni fuit ita ſtatutum à Nat. Gall. de Scholis quæ à Magiſtris retinebantur tam abſentibus quàm præſentibus, *vt abſentes haberent Reſpondentes pro eis, ne Natio fraudaretur, qui haberent ſoluere, ſi abſentes non venirent ad regendum per maiorem partem ordinarij, vt moris eſt, & quod remanerent eis Scholæ in quibus conſueuerant regere, & ſpectarentur vſque ad feſtum omnium Sanctorum, aliàs Præſentes poſſent aſcendere ad meliores Scholas, & ius inquilini adquirere, iuxta primogenita ſua & laudabiles conſuetudines Nationis.*

Martinus Berruyer Diœceſis Turonenſis Licentiatus eſt & incepit in **Artibus an. 1413. eiuſque burſa æſtimata 6. Aſſ. incepit ſub M. Guill. Martini.** In Profeſſione Artium claruit, deinde ad Theologiam ſe conferens ſocijs Nauarricis adſcriptus eſt, ſuiſque tandem meritis & virtute Cenomanenſem Præſulatum adeptus an. 1449. quam ſedem tenuit ad annum vſque 1467. vt nonnulli ſcribunt. Huiuſce autem cognominis plures comperimus hoc ſeculo claruiſſe in Academia Pariſienſi. Nicolaum Berruyer Diœceſis Turonenſis qui anno 1451. determinauit in Artibus. Heliam Berruyer eiuſdem Diœceſis & Magiſtrum in Artibus factum an. 1452. eumque adſcriptum in Nationem Gall. pro Tribu Turonenſi Examinatorem electum 4. Decemb. *1456.* an. *1461.* Baccal. in Theol. Philippum Berruyer ſimiliter Turonenſem qui anno *1457.* determinauit in Artibus, tum Procuratore Nat. Gall. M. Gerardo Drouart & Licentiatus eſt anno *1458.* Procuratore M. Petro Saliou.

Martinus de Bruerijs Diœceſis Pariſienſis Baccal. Theol. ſocius Nauarricus fuit Nat. Gallic. Procurator electus menſe Aug. an. 1411. deinde 16. Decemb. 1412. tunc in Collegio Nauarrico morabatur, cum MM. Reginaldus de Fontanis & Radulphus de Porta, de Magno eiuſdem Magiſterio contendebant: ipſeque die 11. April. an. 1412. Radulphi nomine ſupplicauit Nationi Gall. vt ipſi adeſſet in proſecutione ſui iuris.

Martinus Chaboz Baccalarius formatus in Theologia ſocietatis Nauarricæ de Rectoratu Vniuerſitatis contendit cum M. Gaufrido Calui Collegij Beluacenſis. Natio quidem Gallicana per ſuum Intrantem M. Io. Fournelli gratam habuit electionem Martini. Sic enim ſcribit M. Guill. Nicolay tunc eiuſdem Procurator ad diem 18. Dec. 1445. *Illa die fuit electus in Rectorem poſt multas altercationes hinc inde factas venerab. & circunſpectus vir M. Martinus Chaboz Baccal. formatus in Theologia de Regali Collegio Nauarræ; cui obtulit tunc Natio & etiam tota Facultas dare auxilium, conſilium, fauorem.* Verum in alijs Actis conſignatur pro Rectore prædictus Gaufridus.

Martinus Delfus Natione Teutonicus, Rector Vniuerſitatis effectus an. 1479. Deinde Doctor Theologus. Scripſit de Arte Oratoria libellum commodiſſimum & elegantiſſimum quem maximè probat Gaguinus hac Epiſt.

» Legi prorſus curiosè libellum tuum, in quem de inſtituendo fermè ab
» vberibus Oratore, vtilia plurimum ac perneceſſaria cumulaſti: lætatus
» ſum videre numeroſiſſimam materiam quæ per latè patentes eloquentiæ
» campos Ciceronis & Quintiliani non ſine conuenientiſſimo ordine diſ-
» perſa eſt, eam ſub vno aut altero conſpectu à te eſſe repoſitam. In quo
» opere ita preſsè & cum decore manipulos Præceptorum dicendi adſtrin-
» gis, vt libellus quem Collectaneum rectè dixerim, Enchiridion amatori-
» bus Artis eſſe vtiliter poſſit. Itaque vellem non accerſitum me Iudicem
» laboris tui, de quo non cenſuram facere, ſed laudem proferre mihi opta-
» bilius foret. Tum quia omnis honeſti operis laudator potiùs quàm Arbi-
» ter eſſe malo: tum quia ſtudiorum quibus beneuoli inuicem ſumus con-
» iunctio meum habere poteſt examen ſuſpectum. Eſt tamen quamobrem
» omnes Artis Rhetoricæ ſtudioſi tibi gratias habeant, ob id maximè, quod
» ab bene per Artem loquendum, compendium illis paraſti. Vnde videri
» potes quodam nominis præſagio Delfus, ideſt Delphicus appellatus eſſe
» quod inter Teutones natus Tullianam in dicendo Majeſtatem, & in præ-
» cipiendo Quintiliani diligentiam referre contendis. Quamobrem ſi non
» ſponte tua ad propoſitum tibi brauium curreres, hortarer te tota animi
» intenſione proſequi pulcherrimam diſciplinam, quæ cum Philoſophiæ
» pars eſt, omnibus ſapientiæ diuerticulis lucem & ſplendorem affert.
» Quem cum ipſi ſapientiæ nominis Vſurpatores non intueri, ſed ſuſpicari
» tantùm poſſunt, non intellectam à ſe artem contemnunt; non longe ijs
» diſſimiles, qui condimentum & ſaporem in cibis non diſcernunt, ſed ſi-
» ne palato & frumine ſapida quæque atque inſipida æqualiter tranſmit-
» tunt. At tu haud abſterritus plurimorum ruſticitate ſectare non impigrè
» **præclaram eruditionem dicendi, quæ ſola cum veritati ſuperadiecta eſt,**
» ſtudia litterarum interire non ſinit.

Martinus Magiſtri Diœceſis Turonenſis Nationis Gallicanæ Procurator electus fuit die 9. Martij 1457. Quæſtor ſeu Receptor an. 1467. iterum anno 1472. Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1460. tum actu Regens in Artibus. Deinde ad Theologiam ſe conferens ſocietati Nauarricæ nomen dedit, Doctor effectus inter Primarios emicuit: Ludouico XI. fuit ab Eleemoſynis, plurimumque apud ipſum inſtitit pro libertate Nominalium anno 1481. Scripſit ſtylo Scholaſtico duo volumina in 4. virtutes Cardinales quæ in lucem prodierunt anno 1491. Commentarium ſuper *Salue Regina.* Tractatum conſequentiarum *in vera Diuaque Nominalium via*, & alia quædam opuſcula magnæ eruditionis. De eo ſic Gaguinus Ep. ad Trithemium Abbatem Spanheimenſem. *Turonenſis ille Martinus Ma-*

giſtri appellatus cum nonnulla de Rhetorice deque Philoſopia ſcripſerit, tam de quatuor virtutibus Cardinalibus egregium opus edidit, commentuſque eſt deuotam admodum interpretationem in orationem D. Bernardi Clareuallenſis, quam ad D. Mariam conceptam atque ſcriptam mater Eccleſia frequenter commemorat & canit. Salue Regina Mater miſericordiæ. Obijt an. 1482.

Eiuſdem cognominis floruerunt hoc ſeculo MM. Ioannes Magiſtri, qui an. 1408. incepit in Artibus ſub M. Alano Poignant; & Ioan. Magiſtri Aduocatus Generalis, ad quem ſcripſit Gaguinus pro cauſa Decretiſtarum; qua de re nos in Hiſtoria.

Mathæus Meſnagij Diœceſijs Cenomanenſis ſubdeterminauit in Artibus an. 1408. Publicè regebat in Philoſophia an. 1413. Rector Vniuerſitatis electus 10. Octobr. 1417. ad Concilium Baſileenſe Legatus ijt tunc Baccalarius in Theologia, & à Concilio delegatus ad Eugenium an. 1435. vt quod de Annatis & Cauſarum euocationibus iam ſtatutum fuerat, ſua autoritate confirmaret. Eiuſdem cognominis fuerunt & Prouinciæ Guillelmus Meſnage D. Cenom. qui incepit in Artibus an. 1469. & Ludouicus Meſnage qui determinauit in ijſdem Artibus an. 1495.

Michaël de Claro-Monte Doctor Theologus, Patria Aruernus inter Laureæ Doctoralis competitores primum gradum obtinuit & ætate adhuc virenti occubuit: quem ſic in Epitaphio loquentem inducit Gaguinus.

Natus in Aruernis claro de monte Michaël
Integer ætate fata dolenda tuli.
Nam ſacra Doctorum poſtquam mihi laurea fulſit:
Inter & æquales ſum prior appoſitus.
Protinus & neruos & alentes oſſa medullas
Illapſa introrſum dira Chiragra vorat.
Hacque diu macie ſenſim conſumptus inerti
Soluor, & hoc tumulo conditus incubui.
Spes melior vitæ ſupereſt, cum reddet amicus
Præmiâ ſidereum qui regit Imperium.

Michaël Minclardi ſeu *Miniclardi de Marchia* Diœceſis Tullenſis actu Regens Procurator Nationis Gall. fuit factus 13. Ian. 1449. Idem Collegij Marchiani Primarius, cui ſucceſſiſſe videtur M. Ioan. de Roſerijs Magiſter in Artibus & in Theol. Baccalarius formatus, de cuius electione diximus ad an. 1466, & ille die 14. Decemb. fuit quoque electus Maior Capellanus Nat. Gall. cum Io. Aubertin minore.

Michaël de Colonia actu Regens in Medicina, electus fuit eiuſdem Facultatis Decanus an. 1490. ab Intrantibus 4. MM. Reginero Hanegreue, Gaufrido du Sauſſay, Fran. Charmoluë & Antonio Treuet. Eo Decanatum gerente, prædicta Facultas ſuas Congregationes habere cœpit in Æde S. Iuonis, quas prius habebat apud Mathurinenſes, idque propter impedimentum à Natione Normanica allatum, vt in Actis legitur.

N.

NICOLAVS DE BAYA incepit in Artibus ſub M. Dominico Parui die 23. Maij 1384. M. Ioan. Pocheti tum Nationis Gallic. Procuratore; litteris humanioribus apprimè eruditus fuit; ob eamque rem à Curia Parlamentęa Pariſienſi in Scribam aſſumptus eſt; quod Officium diu exercuit. Fuit M. Nicolao Clemangio addictiſſimus, cuius ad eum extant Epiſtolæ plurimæ: quarum vna eum hortatur ad ſtudium ſacrarum ſcripturarum; altera ad prædicationem verbi diuini atque ad renunciandum ſeruitio Curiæ ſecularis poſt aſſumptum ſacerdotalem gradum. *Quamuis enim,* inquit, *in Scribatus Officio illi egregiæ Curiæ iuſtè, piè, laudabiliter, diligenter*

& officiosè ſeruieris, illi tamen ſeruiendo hominibus ſeruiſti, ſeculo ſeruiſti, quoniam & Curia illa ſecularis eſt, ambitioni denique hominum importunitatique litigatorum ſeruiſti, tempus eſt vt Sacerdos Dei, Paſtor gregis Dominici, tot præbendarum prouentuumque Eccleſiaſticorum poſſeſſor effectus, priori abiecto iugo, Chriſti & Eccleſiæ ſuæ miniſterio te omnino mancipes.

Nicolaus de Clamengis, vulgo *Clemengus*, ſic dictus ab oppido *de Clamange* Catalaunenſis. Diœceſis in Campania, vir humilis fortunæ, duodennis miſſus Lutetiam, Collegij Nauarrici Burſarius Grammaticus primùm fuit, deinde Artiſta & poſtremo Baccal. Theologus: itaque huiuſce Collegij quoad vixit, ſemper amantiſſimus fuit. Hiſce 3. Præceptoribus potiſſimum vſus eſt, Ioanne Gerſonio, Petro de Nongento & Gerardo Macheti. Eloquentiæ ſplendorem reparauit, & eo ſæpè Vniuerſitas vſa eſt ad ſcribendum Regibus, Principibus, Cardinalibus. Bibliothecam comparauit ſelectiſſimorum librorum. Galeoto de Petra-mala Cardinali notus & familiaris fuit, & per eum Benedicto XIII à quo Auenionem euocatus eſt licet inuitus, vt qui nollet ſe negotijs curialibus implicare. Ibi honoribus completur, ſed æmulis ad inuidiam patuit, qui ei inter cætera obiecerunt, quod author fuiſſet Benedicto Bullæ Excommunicatoriæ in Carolum VI. Regem latæ. Quod crimen à ſe amoliri conatur Epiſtola ad Nauarricum Collegium, quæ eſt ordine 42. ſed fruſtra: vbi enim reuerſus eſt in Galliam, tam multis inſidijs & inimicitijs appetitus eſt, vt coactus fuerit latitare apud Carthuſienſes in valle profunda, vel apud Fontem in Boſco. Septennio poſt eius diſceſſum ex Curia Rom. Benedictus per Apoſtolicum Legatum conatus eſt eum reuocare, ſed redire noluit. Factus eſt primo Præcentor Eccleſiæ Bajocenſis; deinde Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ. Lingonæ Theſaurariam & Canonicatum adeptus eſt. An. 1421. contendebat cum Iacobo de Templeune de Præpoſitura Normaniæ in Eccleſia Carnotenſi, vt legitur in Actis Curiæ, in quibus vocatur *Nicole de Clamenge Chantre de Bayeux.* Lis erat de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, iſtamque cauſam Rex Anglorum Curiæ commendauit, ſed illa certas ob cauſas iudicare abſtinuit. Malè ergo eum putant aliqui obiiſſe anno 1415. Nam præter ea quæ ſupra dicta ſunt, certum eſt eum Collegij Nauarrici Prouiſorem fuiſſe ad an vſque 1425. In Actis Nat. Gall. legitur. Quod die 8. Ianu. 1424. Epiſcopum Cabilonenſem qui ſacris D. Guillelmi operatus fuerat, ſuis ſumptibus excepit, prandioque lautiſſimo exhilarauit; at anno ſequente eundem Epiſcopum pari die Natio ſuis ſumptibus excepit & Clamengio gratias egit: *quia anno præcedenti dederat ipſi D. Epiſcopo Cabilonenſi prandium ſuis ſumptibus.* Ad diem 8. April. *vocatur Antiquus Prouiſor Nauarræ.* Nepotem habuit ex ſorore quem Petro de Cancella Confeſſario Regio ſuo olim Sodali commendat, vt inter Burſarios Grammaticos adſcribat. Quis ille Nepos? forte is eſt Petrus de Clamengijs qui an. 1409. ſub M. Io. de Bria Magiſterij in Artibus gradu donatus eſt, tum Procuratore Nationis Gall. M. Emardo Karroerio. Vt vt ſit, digna eſt Epiſtola quæ hîc locum habeat. Ea eſt ordine 123. *Eſt quidam puer ingenioſus*, ac bonæ indolis, Germanæ meæ fi-
» lius quem in illo noſtro Alumno Collegio, in quo diutius pariter eruditi
» atque educati fuimus, Parentes maximis optant votis eſſe collocatum,
» ſperantes ex illius Scholaſticæ Domus tum laudabili inſtructione, tum
» probatiſſimis moribus Nato ſuo non mediocres tota ſua ætate reliqua
» fructus obuenturos. Peto igitur à tua præſtantia in maiorem modum quo
» petere valeo, *vt Grammaticas illi Iuuenculo Burſas in memorato Collegio, cu-*
» *ius ad te ex officio Confeſſionis cum Burſarum collatione diſpoſitio pertinet*, meæ
» huius primæ petitionis intuitu conferre velis.

Quo anno obierit, incertum eſt. Iacet autem in Capella ad magnum Altare Collegij Nauarrici; extatque etiamnum hodie eius Epitaphium ſub Lampade quæ de tholo Ædis pendet his verbis.

Belga fui, Catalaunus eram, Clamengius ortu.
Hic humus oſſa tenet, ſpiritus aſtra petit.

De

De eius ſcriptis nihil commemoramus, quoniam ea paſſim Doctorum manibus teruntur. Hoc verò non debet omitti, quod Eloquentiam Latinam in Academia Pariſ. reparaſſe & quaſi poſtliminio reduxiſſe videatur. Quam operam, quodque beneficium dolet Ep. ad Guntherum Colli non ſatis fuiſſe ab Aduerſarijs conſideratum.

Nicolaus du Maret vel *des Mares* Religioſus Profeſſus Ordinis Vallis-Scholarienſis in Cœnobio Montium in Hannonia Gradus Academicos conſecutus Cœnobium repetijt. De eo ſic ſcribit Ioannes Maupoint Prior San-Catharinenſis in Necrologio; cuius exemplar ad Hiſtoriam noſtram pertinens mecum benigne communicatum eſt. Nicolaus du Maret Religioſus Eccleſiæ Montium noſtri Ordinis in Scholis Harcuriæ reſpondit de Tentatiua die Veneris 8. menſis Iunij ante feſtum S. Barnabæ Apoſtoli an. 1459. *Ipſe in die Lunæ 30. menſis Iulij eodem anno fecit ſuum ſecundum curſum Bibliæ in Scholis Choletorum. Poſtea temporibus ſuis legit librum Sententiarum; reſpondit de Sorbona, de Magna Ordinaria & de Parua Ordinaria: deinde fuit Licentiatus in Theologia in aula Epiſcopali D. Pariſienſis: & inter 24. tunc Licentiatos datus eſt ei 22^m. locus. Tandem in Schola venerabilis Collegij Campaniæ, aliàs Nauarræ ſub M. Petro de Vaucello Doctore in Theologia in die Martis 25. Septemb. an. 1464. ipſe Fr. Nicolaus fecit Veſperias ſuas.* Et in die Lunæ 21. Octob. eodem anno in eadem aula Epiſcopali D. Pariſienſis recepit birretum Doctoratus, & ſic effectus eſt Magiſter in Theologia. Etiam eo medio, quidquid fuerit de loco in Licentia, nunc habet & tenet locum octauum inter Magiſtros ſuæ Licentiæ. Et ſic in ipſo die fecit ſuum feſtum in Collegio de Bona Curia, & ſtatim poſt feſtum omnium Sanctorum ſequentem receſſit à Pariſius iturus ad Hannoniam partes ſuas.

Nicolaus Syrenis Diœceſis Remenſis determinauit in Artibus an. 1383. ſub M. Io. de Roncuria, Nat. Gall. Procurator fuit electus 25. April. 1408. iterum an. 1411. Vniuerſitatis Rector 23. Martij 1401. in Artium profeſſione diu claruit. Eiuſdem cognominis & Diœceſis M. Ægidius Syrenis Licentiatus fuit & incepit in Artibus an. 1437. cum Thoma de Gerſono Diœceſis quoque Remenſis.

O.

OLIVERIVS DOVJON ſeu DONJON Diœceſis Treconenſis circa an. 1410. Doctor in Decretis Teſtamento fundauit ſex Burſas in gratiam ſex Scholarium Trecorenſium Prouinciæ Turonenſis; at quia timebatur ne Executores & Heredes parum fideliter legatum eius executioni demandarent, Natio Gallic. deputatos dedit, qui cum Prouincia Turonenſi in id incumberent: ſic enim ſcribit M. Martinus de Bruerijs Procurator ad 20. Nouemb. an. 1412. Die 20. Nouemb. in Congregatione Vniuerſitatis apud S. Mathurinum Natio Franciæ fuit etiam conuocata ad audiendam quandam ſupplicationem ex parte Prouinciæ Turonenſis quam fecit pro dicta Prouincia M. Guill. Rouxelli: quæ ſupplicatio continebat quod cum bonæ memoriæ M. Oliuerius Doujon, Doctor in Decretis ordinaſſet in Teſtamento ſuo fundari ſex Scholares Diœceſis Trecorenſis, & dubitaretur ne Executores & heredes minùs eſſent affecti ad complementum Teſtamenti, quatinus Natio vellet ſe adiungere cum prædicta Prouincia ad procurandum complementum legati, & ſupplicatio fuit conceſſa, & dati ſunt Deputati ad deducendum deliberationem in effectum de quinque Prouincijs, quos Procurator vellet vocare.

Oliuerius Fabri Diœceſis San-Briocenſis in Artibus Magiſter actu Regens & in Theol. Baccal. electus eſt Nat. Gall. Procurator die 24. Septemb. 1458. dicitur etiam *elegantiſſimus vir, radijs 7. Artium liberalium perluſtratus & eruditiſſimus.*

P.

PAVLVS HEMMERLIN DE ANDELO Diœceſis Argentinenſis in Alſatia, die 7. April. an. 1488. electus eſt Nat. German. Procurator, vir correctæ & emendatæ Latinitatis ſupra cęteros illius temporis Magiſtros, vt conſtat ex ijs quæ in Codice Germanicæ Nationis ſcripſit. Initio autem metricè Deum inuocat vt Procuratoriæ ſuæ Dignitatis ſarcinam bono omine arripiat fauſtéque gerat. Carmen tale eſt.

Ingredior tenui vaſtum mare puppe, ſecunda
Dij precor in noſtram tendite vela ratem.
Ne maneant cœptos infauſta pericla meatus
Trinacrium rabidâ quæ vehit æquor aquâ.
Proſpera ab Æolijs zephyrus flabra ventilet antris,
Neptunus placido ſtagna Tridente regat.
Scilicet inſipidos furiosâ mente Poëtas
Inſequor, & varios deprecor ipſe deos.
Delius intonſis redimitus crinibus abſit
Qui det ad Amphryſium pabula crebra boui.
Non cita Mercurij volucris talaria quæro,
Turpis Apollineos inuolat ille greges.
Polluit hic thalamos Veneris, vetitoſque Hymenæos
Sæpè ſororis adit, nil Deus iſte valet.
Nec mihi Mauortis præſentia Numina poſco,
Qui cupit humano tela cruore fluant.
Quique Libiſtrinis multò eſt immanior vrſis:
Plus habet Hircana Tigride ſæuitiæ.
Fulmina Cunctipotens quatiat licet vſque triſulca
Iuppiter, ille tamen notus adulterijs:
Quandoquidem nullo prorſus qui numine pollent
Nec quicquam peterem vota ſecunda Deis.
Iccirco verum perquiram Numen Olympi
Quod valeat firmo ducere vela gradu.
Ille velim faueat, mundum qui condidit omnem
Quique regit certâ lucida ſigna vice.
Adſis immenſus Diuum Pater atque hominum Rex
Cui cælum, terræ, cui freta cuncta patent.
Qui mortale genus pecudum, volucrumque creaſti.
Quæque ſub Oceano ſquamea turba latet.
Indelibata voluiſti virgine naſci.
Candida melliſluo corpore membra tegi.
Aſpera purpureæ maduerunt flagra cruore
Cum à ſtyge nos reduces morte redemit acri.
Dum redit Eoo ter roſcidus æquore Titan,
Ima peragrauit ſtagna paludis atræ:
Tumque & opaca feri Phlegethontis clauſtra reſoluit,
Tum tulit inſontes ad loca ſumma patris.
Hinc pater omnipotens cum Nato, ac matre faueto
In mea vos dextram cœpta feratis opem.

Petrus Bechebien Diœceſis Carnotenſis in Artibus determinauit anno 1408. ſub M. Ioan. de Bria & ſub eodem incepit, ſeu Magiſterij Gradum conſecutus eſt an. 1409. hinc ad Medicinam ſe conferens, Facultatis ſuæ Decanus fuit electus 6. Nouemb. 1417. tum credo, Reginæ Archiater. A Carolo Delphino donatus eſt Gratia Exſpectatiua Eccleſiæ Laudunenſis; ſic enim in eius litteris ad Epiſc. & Capitulum Laudunenſe habetur. *Intuentes igitur dilectum & fidelem* M. *Petrum Bechebien chariſſimæ Conſortis noſtræ Phyſicum & Commenſalem ſeruitorem, meritaque & virtutes eiuſdem* M. *Petri longâ cogitatione penſantes, ipſum cupimus ad meliora promoueri, ac eundem* M. *Petrum Regio, ac nomine noſtro ad veſtram Collationem modo deprecatorio duximus nominandum, vos rogantes quatenus noſtris precibus ſuarum virtutum & ſeruitij nobis & dictæ Conſorti noſtræ à longis temporibus impenſi intuitu, primas Dignitatem, Præbendam, Adminiſtrationem ſeu Officium in Eccleſia Laudunenſi ſimul, aut ſucceſſiuè vacantes, aut vacaturas ad Collationem veſtram ſeu alterius veſtrum eidem* M. *Petro Bechebien bene merito conferre velitis. Datum apud Montem Argi die 30. menſis Martij anno 1418* Idem deinde Præpoſitus fuit Normaniæ in Eccleſia Carnotenſi anno ſcilicet 1441. & ex Præpoſito Præſul eiuſdem ſedis eligitur anno 1452. Obijt an. 1459. & in Eccleſia S. Ioannis de Valle ſepultus eſt. Fuit & alius Petrus Bechebien etiam Diœceſis Carnotenſis qui determinauit in Artibus an. 1457. M. G. Drouart tum Procuratore Nat. Gall.

Petrus de Brena Diœceſis Lingonenſis incepit in Artibus ſub M. Bernardo de Poully. In Decretis Doctoratum aſſecutus eſt, & fuit quoque Proconſeruator Priuilegiorum Apoſtolicorum. Cùm autem munus Conſeruatoris vacaſſet & Beluacenſis Epiſcopus electus fuiſſet, idem de Brena nationi Gallic. ſupplicauit an. 1438. 28. April. vt ſe ei commendaret, quod illa fecit, proponente M. Ioan. de Oliua tunc Baccalario formato in Theol. Idem habuit Nepotem M. Petrum de Brena Magiſtrum in Art. & in Iure Canonico Baccal. vt legitur in Actis Martij 1442.

Petrus Burrus aliàs *Burry* Nat. Picardicæ Canonicus Ambianenſis, magni nominis Poëta & omnibus doctis notus. Grandicurtorum (forte Gallicurtorum) aut Gaucurtiorum, liberis inſtituendis præfuit. Bonas Artes cum incredibili ſapientia iunxit. Ad eum Gaguinus ſcripſit Epiſtolas quaſdam & quædam quoque Epigrammata, videturque fuiſſe chariſſimus Carolo Gallicurto ſeu Gaucurtio Equiti aurato, & Regis in vrbe Lutetia legato: ſic enim Carolum loquentem inducit Gaguinus Epiſt. 14. *Anne vidiſti quæ de Burgundionis interitu meus Petrus ſcripſit. Id cum negaſſem; at, inquit Carmina tibi mittam adeo terſa politaque, vt Phoëbi Carminibus inferiora non ſint.* Scripſit multa eleganter, Extant eius Poëmata, quorum vnum eſt Heroicum de neceſſitate Scholaſticæ Inſtitutionis ad M. Ioan. de Wiſques virum de re Scholaſtica optimè meritum. Et in fine ita perorat verſibus elegis.

Sic mihi ſuadebam quantum Schola publica fructus
Afferret teneris, mobilibuſque animis.
Dum vacuas luget Nicolai Iaxua ſedes,
Herboſumque virens area præſtat iter,
Te ſpectatorem vir non Indicte Ioannes
Cenſoremque pium Carmina que noſtra volunt.

Obijt Ambiani an. 1507.

Petrus Caillou Canonicus San-Genouefianus ab an. 1380. dicitur verè Saxeum pectus obtuliſſe aduerſus turbines Regni. Pro eo in Abbatem electo Vniuerſitas an. 1433. ad ſummum Pontificem & ad Concilium Baſileenſe ſcripſit. Contribuit ſumptuum partem in legationem ad prædictum Concilium, item & pro Doctore Theologo miſſo ad Carolum VII. an. 1437. vt Regni mala ſubleuaret. Ad eundem Pius II. an. 1464. Bullam

direxit, quâ præſcribebat locum Ordinemque quem in Comitijs tenere deberent Magiſtri & Doctores omnium Facultatum Vniuerſitatis Pariſ. Obijt 27. Aug. an. 1467.

Petrus de Candia Natione Cretenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus & in Philoſophia Scholaſtica magnificè doctus in Gymnaſio Pariſienſi olim publicè docuit, & docendo ac ſcribendo magnas & ingentes laudes acquiſiuit, inquit Trithemius. Minoritanæ militiæ nomen dedit, deinde Nouarienſis Epiſcopus factus, tum Mediolanenſis Archiepiſcopus, poſtea Cardinalis, poſtremò ſummus Pontifex Alexander V. Obijt Bononiæ an. 1410.

Petrus Caros Rector Vniuerſitatis electus 10. Octob. 1453. ad lauream Doctoralem promotus Procancellariatum B. Genouefæ geſſit. Decanus quoque erat Eccleſiæ Niuernenſis, die 23. Ianu. 1468 ſupplicauit, ſibi licere nomine Vniuerſitatis proponere in Aduentu D. Comitis Niuernenſis.

Petrus Cauchon Diœceſis Remenſis, ex Vicedominis Eccleſiæ Remenſis ortus, vt nonnulli ſcribunt, hoc & priori ſeculo floruit. Tunc aderat in Comitijs Nat. Gall. 4. Martij an. 1410. cum M. Petrus de Dirreyo magnus Magiſter Colleg. Nauarrici poſtulauit ſibi ſatisfieri de iniurijs à quodam Clerico illatis. Ad Theologiam ſe conferens, in ea dicitur Doctoralem lauream conſecutus. Vir plurimùm beneficus & munificus, cui ſe Nicolaus Clemangius profitetur debitorem Epiſt. 120. *Eniti*, inquit, *pro viribus ſtudebo, ne mea tibi pudori ſit amicitia, quam prior ipſe expetere voluiſti, néue tuis & tam præclaris in me meritis, gratis prorſus impenſis te amicum quæſiſſe inueniſſeque pœniteat.* Burgundicæ factionis fautor acerrimus, cuius beneficio Beluacenſem Epiſcopatum adeptus eſt an. 1420. Et vt eidem factioni Vniuerſitatem aſſereret, an. 1423. curauit ſe Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum eligi: quam Prouinciam eiurauit an. 1432. quo ad ſedem Lexouienſem tranſlatus eſt. Obijt an. 1447. Floruit quoque hoc ſeculo eiuſdem cognominis & Diœceſis M. Ioan. Cauchon, Magiſter in Artibus & Baccal. in Theol. qui 2. Iunij an. 1413. factus eſt Nat. Gall. Procurator. Anno ſequente Præbendam & Canonicatum obtinuit in Eccleſia Remenſi iure Regaliæ: quam in rem extant Caroli VI. litteræ cum Senatuſconſulto lato 13. Septemb. anno 1415. quod legitur tom. 1. Libert. Eccleſ. Gall. cap. 16.

Petrus de Credulio Gall. de Creil, Magiſter in Artibus Baccal. Theol. & ſocius Nauarricus, Nationis Gallic. Procurator electus fuit die 20. Feb. an. 1420. deinde 23. Septemb. 1422. Rector Vniuerſitatis 16. Decemb. 1424. Artium profeſſione diu claruit. Eodem ſeculo claruit Odo de Credulio prædictæ Nationis Procurator factus die 26. Auguſt. 1442. idemque paulò poſt nempe 24. Martij an. eiuſdem electus Rector Vniuerſitatis. Tum in Medicina Doctoratum adeptus, eiuſdem Facultatis Decanus fuit electus 5. Nouemb. 1446.

Petrus de Dirreyo Magnus Magiſter Collegij Nauarrici an. 1410. ſupplicauit Nationi Gallic. die Martij 4. apud FF. Prædicatores congregata *pro auxilio & aſſiſtentia in quadam cauſa iniuriarum ſibi in perſonam cuiuſdam ſui Clerici illatarum*: quod illi conceſſum, tum Procuratore M. Ioan. de Lothey, præſentibus vero MM. Petro Cauchon, Io. de Marſon, Dominico Chaillou & alijs quamplurimis. Anno ſequenti factus Curio S. Andreæ magnum Magiſterium eiurauit, de quo contenderunt MM. Radulphus de Porta & Reginaldus de Fontanis. Idem Canonicus erat ſacræ Capellæ Palatinæ, eique Rector Vniuerſitatis M. Petrus Forget datus eſt in cuſtodiam an. 1417. mandante Delphino & Senatu, vt ex Actis Curiæ patet, in quibus vocatur Petrus Dierre. Idem Theologicæ Facultatis Decanus fuit, & abſente M. Ioan. Gerſonio poſt Dominicum Petit Socium Sorbonicum an. 1427. Cancellariam exercere cœpit, vocaturque in Procuratorio Inſtrumento, *Procurator ſeu commiſſus tam Apoſtolica autoritate quàm aliàs ad faciendum in prædicta ſacræ paginæ Facultate Licen-*

tias & ea quæ debet & poteſt facere Cancellarius Pariſienſis Eccleſiæ, quoad Licentias & Gradus in Vniuerſitate Pariſ. in abſentia famoſi & eloquentis viri M. Io. de Iarſono dictæ Eccleſiæ Pariſ. Cancellarij. Eodem Decano Theſes Io. Sarrazini de poteſtate Pontificia ſupra Concilium damnatæ ſunt anno 1424. Eo autem circa an. 1430. è viuis exempto, Cancellariam obijt M. Io. Pulcripatris, donec audita morte Gerſonij electus eſt an. 1433. Ioan. Chuffardus. Vide Catal. ſeculi prioris.

Petrus Donjan ſeu *Doujan* Pariſ. ſit Quæſtor ſeu Receptor Nationis Gallicanæ 9. Ian. an. 1474. pro vice Tribus Pariſienſis tunc Magiſter in Artibus & in Iure Canonico Baccalarius eiuſdem Nationis Procurator menſe Nouemb. *1484.* contendit cum MM. Dionyſio Aligret & Eligio de Vaugermes de Curia S. Germani veteris à Natione Gall nominatus an. *1480.* cuius Curiæ poſſeſſionem adijt, & tandem, non obſtante lite, poſſedit Fato autem functus eſt an. 1486.

Petrus de Longolio Pariſinus Ioannis de Longolio Senatoris Parlamentæi filius an. 1391. natus, an. *1413.* determinauit in Artibus M. Galerano Mezwot tum Nat. Gallic. Procuratore: quo tempore determinarunt quoque Silueſter de Rohan San Briocenſis, Simon de Vlmonte Pariſ. Stephanus de Brolio Trecenſis, Geruaſius Martini Cenomanenſis. Ille autem primùm Canonicus factus in Eccleſia Pariſ. deinde in Autiſſiodorenſi Decanus. Poſtremo 27. Feb. *1449.* fit Præſul Autiſſiodorenſis, Guillelmum fratrem Canonicatu donat magnoque Eccleſiæ Archidiaconatu, eumque ſuum quoque facit ſibi Vicarium. Obijt 16. Feb. an. *1473.* de eo vide in Gallia Chriſtiana.

Nicolaus de Longolio Pariſinus Magiſter in Art. & Baccal. in Theol. ſocietatis Nauarricæ fit Procurator Nat. Gall. 13 Ianu. *1417.*

Philippus de Longolio Magiſter in Artibus & Baccalarius in Decretis Nat. Gall. factus Procurator 7. April. *1424.* refectus 21. Octob. *1430.* tertiùm 27. Septemb. *1432.* quartùm 27. Aug. *1436.* Vniuerſitatis Rector 23. Iunij *1435.* iterum 23. Iunij *1436.* tertiùm 23. Iunij *1438.* fit Canonicus & Archidiaconus in Eccleſia Laudunenſi eiuſque nomen legitur in Charta.

Antonius de Longolio de Pariſius incepit in Artibus an. *1455.* M. Petro Cheron Pariſino Procuratore Nat. Gall.

Petrus Maugerij Pariſinus Mag. in Art. & Licentiatus in Decretis Nat. Gallic. Procurator factus fuit 5. Maij 1425. deinde 10. Iunij 1427. iterum menſe Aprili eiuſdem anni. Quartò menſe Iunio an. 1430. Quintò 19. Ian. 1432. Sextò 18. Nouemb. 1439. Septimò 23. Septemb. 1439. Vniuerſitatis Rector 10. Octob. 1427. iterum 23. Iunij 1431.

Petrus de Mediolano incepit in Artibus ſeu Gradum Magiſterij obtinuit an 1381. ſub M. Ioanne de Roncuria. Nationis Gallic. omnia munera officiaque obijt pluries, fuitque adhuc factus eiuſdem Procurator an. 1410. an. 1415. incarceratus eſt ab ijs qui dicebantur Armeniaci, & à Natione ſua repetitus.

Petrus Mioti Doctor Medicus (determinauerat in Artibus an. 1384. ſub M. Michaële Carpentarij) legauit Nationi Gall. cuius olim Suppoſitum fuerat, Pannos ſeu periſtromata in vſum Actuum Magiſtralium, quibus ſcilicet vſura eſſet Natio in Scholis ſuis tunc cum aliqui Actum facerent ſui Magiſterij, ſeu birretum Magiſtrale ſumerent. Et de ea re ſic legitur in eius Actis ad 21. Iulij an. 1413. ſcribente M. Io. Cauchon Procuratore. « *Anno Domini 1413. die 21. menſis Iulij fuit Natio multum ſolemniter conuocata* « *in S. Math. & ibidem* M. *Petrus Mioti Doctor Medicinæ dedit Nationi Fran-* « *ciæ Pannos quoſdam ad vſum Nationis præcisè, ſic quod in Actibus Magiſtra-* « *libus & factis Nationis habeant ſeruire & non aliter.* Et ibi concluſit Natio. « Ibidem ex parte ipſius dantis ſupplicauit Procurator, quod Natio vellet « ſibi concedere *quod quicunque ſe iuuabunt in Actibus Magiſtralibus ipſis pan-* « *nis*, habeant pro ipſo dante in remedium & pro ſalute animæ ſuæ dicere. « *Vnum Miſerere mei Deus.* Et quod hoc *Incipientes* volentes in feſtis ſuis ha- « bere vſum dictorum pannorum, iurarent dicere. Et iſta ſupplicatio ne- «

mine contradicente conceſſa eſt. Et ſuper hoc confectum eſt Iuramentum cum alijs. Iterum M. Io. de Templis Procuratore an. 1414. die 28. Iunij decretum vt panni iſti in Arca Nationis reponerentur, *dati Nationi per M.* » *Petrum Miote ad parandum & ornandum Scholas in vico Straminum*; de qui» bus etiam pannis deliberatum fuit quod ad meliorem ipſorum conſerua» tionem duplaretur tela ſaltem in lateribus, & quod in medio ipſorum po» neretur Scutum Franciæ, *nec applicarentur ad alios vſus, vel Actus, niſi dun*» *taxat ad Actus Scholaſticos Nationis pro Gradibus acquirendis, nec alteri Na*» *tioni, aut Facultati quacunque occaſione vel prece accommodarentur.*

Petrus de Onuillo Canonicus Pariſienſis & Doctor Theologus, vir grauis, Artium profeſſione olim inſignis & Theologicis rebus inſtructiſſimus: ad quem Gaguinus Hiſtoriam Buridani perſcribit. In Epigrammate verò ſic eum compellat.

Te Petre Doctorum pars non extrema virorum,
Pro meritis pulchrè nunc Schola Galla colit.
Inſigni ſpecie ſolidaque ætate beatus
Vir bonus vt voce es, ſic grauitate places.
Artibus excultum diffundis in æthera nomen,
Et latè effulges lumine Theologo.

Petrus de Vaucello Diœceſis Pariſienſis Magiſterij in Artibus gradum accepit à M. Ioan. Hocheti an. 1423. tum Nat. Gall. Procuratore M. Io. Archerij, eiuſque Burſa nihil fuit æſtimata. Inter Burſarios Regiæ Domus Nauarricæ adſcriptus, gradatim omnes Vniuerſitatis & Collegij honores adeptus eſt. Nat. Gallic. Procurator factus 21. Octob. 1433. tunc Baccalaureus in Theol. ſociuſque Nauarricus; iterum die 26. April. 1435; tertio 17. Decemb. 1436. Vniuerſitatis Rector 10. Octob. 1441. Lauream deinde Doctoralem in Theologia adeptus, an. 1450. factus eſt Domus Nauarricæ magnus Magiſter, quod Magiſterium eiuraſſe videtur in gratiam M. Guill. de Caſtro-Forti. Anno 1464. die 25. Septemb. præſedit Actui Veſperiarum F. Nicolai du Maret Canonici San-Catharinenſis de Valle-Scholarium in Aula Theologorum Colleg. Nauarrici.

Philippus Beroaldus, vt refert Petrus Angelus lib. 3. de Nobil. Profeſſ. Grammat. natus eſt Bononiæ 7. id. Nouemb. an. 1450 puer Marianum deinde Mathæum inſignes eo tempore Grammaticos audiuit. Exacta pueritia, ſub Franciſco Putiolano Parmenſi Poëta inclyto adoleuit & feliciter imitatus atque aſſecutus eſt. Litterariam profeſſionem in Patria primò vix dum annos pubertatis egreſſus, mox Parmæ, *tum in Gymnaſio Pariſienſi* vbi magna nominis celebritate docuit. Denique honorificè reuocatus à Ciuibus publico ſtipendio; ſumma nominis celebritate, incredibili diſcipulorum affluentia perdocuit, externâ præſertim Iuuentute admirante, cum ex multa lectione, felicique memoria abſtruſæ doctrinæ opulentiam venuſto oris geſtu proferret, atque interpretando ab alijs intacta auidè ſectaretur. Quo tempore in ampliſſimo XVI. virorum ordine Senatus conſenſu delectus eſt à Secretis magno cum honore, magno cum emolumento: quo in munere obijt anno ætatis 52. 16. Kal. Auguſt. Imperante Maximiliano I.

R.

RADVLPHVS BARNESSE *ſeu* BERNASSE Diœceſis Remenſis determinauit ſeu Baccalarius factus eſt in Artibus an. 1408. ſub M. Nicolao Syrenis. Incepit eodem anno ſub M. de Vlmonte. Bacalariatum quoque in Decretis obtinuit. Nat. gall. Procurator electus menſe Majo anno 1418. iterum 13. Feb. 1424. tertio 14. Nouemb. 1425. Rector Vniuerſitatis 24. Martij 1425. Eiuſdem Vniuerſitatis Promotor ſeu fiſci Procurator erat iam anno 1442. idem Decanus Tribus Remenſis, cui an. 1458.

traditæ ſunt plures pecuniæ ad extructionem paruarum Scholarum. Sic enim ſcribit M. Oliuerius Fabri Procurator Nat. Gallic. ad diem 25. Nou. *Extraxi de Coffro Nationis 26. ſcuta auri quæ fuere repoſita in manu M. Radulphi Bernaſſe Promotoris almæ Vniuerſitatis ac Decani Prouinciæ Remenſis pro complemento ædificij inchoati in Paruis Scholis Nationis cum quibuſdam alijs neceſſitatibus Nationis eiuſdem.* Et ad diem 8. Decemb. fuerunt extracta à Coffro 24. ſcuta quæ fuere depoſita per me, vnà cum Decano Pariſienſi M. Iacobo Bernart in manu M. Radulphi Bernaſſe Decani Remenſis; & adhoc fuerunt præſentes etiam alij Decani ad hoc faciendum me requirentes. Obijt an. 1468.

Radulphus Mareſchalli Canonicus San-Genouefianus, Licentiatus fuit in Theol. an. 1406. deinde Doctor & Profeſſor Theologiæ celeberrimus. Concilio Piſano interfuit an. 1409. cum Franciſco de Nyons Abbate S. Genouefæ, tunc Abbas Conuentus Omnium Sanctorum apud Andegauos, poſtremò factus Abbas San-Genouefianus. Obijt an. 1426. & in Necrologio habetur de eo. *Obijt bonæ memoriæ D. Rapulphus Mareſchalli Doctor in ſacra Theologia, Abbas huius Eccleſiæ.*

Radulphus de Porta Nat. Gall. non ſemel Procurator, ſocius Nauarricus, virtute ſua rei familiaris anguſtiam leuauit, an. 1402. 23. Martij factus Vniuerſitatis Rector. an. 1411. Licentiæ Theologicæ primum locum conſecutus eſt; quo anno Doctorali Laurea donatus de magno Domus Nauarricæ Magiſterio cum Conſocio ſuo Reginaldo de Fontanis contendit, de qua contentione in Hiſtoria. Extat Nicolai Clemangij ad vtrumque ſuper eâ re Epiſtola. Extat & eiuſdem ad ipſum Ep. 71. qua ei gratulatur Prouiſionem Beneficialem eumque ad prædicandum Dei verbum adhortatur. *Hactenus*, inquit, *Scholaſticis exercitiis cum nominis ac famæ gloria operam dediſti, in diſputationibus ſubtiliter argumentando acuteque reſpondendo, magna cum laude verſatus es, nunc res, tempus, Gradus exigunt vt ad hauriendas aquas in gaudio de fontibus Saluatoris defluentibus venis vberrimis Scripturarum cœleſtium tuum ſtudium conferas, quas non ſolus ipſe ingurgites, ſed ſitienti etiam populo Dei de Petra largiter effundas.* Sequentibus Epiſtolis eundem, ſociosque ad genuinam & non fucatam, adulteratamque verbi diuini prædicationem accendit, Turbam Magiſtrorum ſeu Doctorum damnat ſuperficie tenus Theologica diſciplina imbutorum, atque in regenda plebe ſibi commiſſa negligentium. Cuius rei duas aſſignat cauſas; vnam quòd diuinis litteris legendis negligentiùs indulgeant, & curioſa quædam magis ſectentur ſtudia, quæ cupiditate oſtentationis ventoſeque inflationis animos implent, & propterea ad ſimplicem humilemque ſacrorum voluminum lectionem tanquam inſipidam, ſua quodam modo refugiant ingenia dimittere. Alteram; quod illa forte non contenti quam in Eccleſiaſticis gradibus conſecuti ſunt, ad maiorem atque vberiorem iugiter inardeſcant. Si Parochiam adepti, Præbendam ambiant; ſi Canonicatu potiti, Dignitatem expetant; ſi Dignitas obtigit, ad aliam adſpirent. *Atque vbi plurimos titulos præbendarum, Officiorum, Perſonatuum cumulauerunt, iam omnia in vnam maſſam Epiſcopalem conflari cupiant.* Vide reliqua ſi lubet. **Cœterum Radulpho Oratore, ſeu, vt tum loquebantur,** *Proponente* ſæpè vſa eſt Vniuerſitas. Cum autem an. 1417. diceret ad Delphinum & ad Patres Parlamentæos contra prauam Epiſcoporum diſpenſationem, ſeu Prouiſiones Beneficiales, paulò forte ſtudioſiùs feruentiuſque, in carcerem compactus eſt, & Rector qui tum erat M. Petrus Forgetus, in cuſtodiam datus M. Petro de Dirreyo S. Andreæ Curioni & ſacræ Capellæ Canonico, vt retulimus in Hiſtoria ex Actis Curiæ. Huiuſce autem cognominis plures floruerunt Magiſtri *celebres*, *Adam de Porta* priori ſeculo, Magiſter in Artibus factus an. 1382. *Nicolaus de Porta* Sueſſionenſ. an. 1408. factus Magiſter, *Ioannes de Porta* eiuſdem Diœceſis qui eodem anno incepit, id. Magiſtrali birreto donatus eſt.

Reginaldus de Fontanis Diœceſis Sueſſionenſis Rector Vniuerſitatis fuit electus 10. Octob. 1404. tum Baccalarius formatus in Theologia & ſocius

Nauarricus. Anno 1408. Licentiæ Theologicæ Gradum obtinuit. Ad eum extant plures Nicolai Clemengij Epiſtolæ, ex quibus conijcitur, quis vir ille fuerit. Poſt eiuratum à M. Petro de Dirreyo Domus Nauarricæ Primariatum ſeu magnum Magiſterium, de eo cum conſocio *M. Radulpho de Porta* contendit, tandemque in contentione illa ſuperior fuit. De ea diximus ad an. 1412. & à M. Ioanne Gerſone abſente Cancellariæ Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. præfuit, donec anno 1422. ad Epiſcopatum Sueſſionenſem promotus eſt. Anno 1440. fato communi functus eſt. Fuit quoque eodem ſeculo M. Ioan. de Fontanis Diœceſis Trecenſis, qui incipit in Artibus an. 1437.

Robertus de Canayo ſeu *Queſnayo* Doctor in Theologia Canonicus Eccleſiæ Rotomagenſis teſtamento legauit Vniuerſitati centum Scuta, quæ M. Petro Succurribili Archidiacono eiuſdem Eccleſiæ & Facultatis Theol. Decano tradita ſunt ab Heredibus, & ab eo Vniuerſitati. Quamobrem illa 16. Martij an. 1499. concluſit celebrandum obitum cum Vigilijs in Eccleſia Mathurinenſium, & vnicuique Regenti quatuor Facultatum qui intereſſent, diſtribuendos *duos duodenarios*; vt legitur in Actis Facultatis Medicinæ.

